Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
124 6
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

60524 Sacc. VIII. H 124 (6

SVPPLEMENTVM
AVREI COMPENDII DECISIONVM REGALIVM

Supremorum Tribunalium Fideliſs. Regni Neap.

NEMPE

REGII COLLATERALIS CONSILII,
Sacri Regij Conſilij S. Claræ, ſeu Capuanæ, Regiæ Cameræ
Summariæ, & vtriuſque Magnę Curiæ Vicariæ.

EX RECENTIORIBVS AVCTORIBVS
recollectarum, pariterq; manuſcriptarum, copioſo numero, magno
labore, ac induſtria congeſtarum, & iuxtà conſuetum
ordinem alphabeticum repoſitarum.

AVCTORE

IO. BAPTISTA DE THORO

Iuriſconſulto Neapolitano, ac Almi Collegij
Neapolitani Collega.

OPVS IVDICIBVS, CAVSARVM PATRONIS,
ac omnibus in quouis foro verſantibus apprimè neceſſarium.

CVM CATALOGO OMNIVM NOVISSIMORVM AVCTORVM
prædictarum Deciſionum.

CVM PRIVILEGIO REGIO.



NEAPOLI. Typis Iacobi Gaffari. M.DC.XLVI.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Bibliothecae de Rosa - Ca. 159.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. FRANCISCO MERLINO PIGNATELLO

EQVITI S. IACOBI DE SPATA
Viro Togatorum doctiſsimo,

REGENTI REGIAM CANCELLARIAM
Prudentiſſimo,

SVPREMOQVE A LATERE CONSILIARIO
Conſultiſſimo.

SCRIPSI, Illuſtriſſime Regens, ab ineunte ætate vt mihi, & alijs prodeſſem, Magiſtratibus in gerendis, quicquid inueni, aut audiui deciſum, Supremis in Regni Subſellijs, rebuſq; iudicatis in iuſta compendia redactis, putaueram ab omni genere ſcriptionis abſtinendum, impellentibus, aut inuidia, aut iniuria temporis, cum parabola talentorum ità me reuocauit ad priſtina, vt & volumine votorum edito ad fundanda, quæ Iudex quandoquè cenſueram, multiſquè additis ad varia noſtrorum, quæ recenſueram, & redactis ad ſumma piæ cauſæ priuilegijs, conuerterim animum ad ſupplenda Compendia Deciſionum, iungendo relatis, quæ, vel exciderant mente, aut calamo, vel ſupra ætatem ortæ latuerant, aut creuerant creſcentibus annis, & iàm completum opus lucem expetit,

 quam-

quamuis antè abecedarij finem, properante ad Regiam Mæcenatē patronoquè, quem elegit, ne vereri poſſet inuidiam, aut iniuriam temporum, Te ſcilicèt, qui clariſſimum es Orbis Literarum Decus, in omni diſciplina Princeps, Antiſtes maximus literarum, apud Hyberos à Sereniſſimo Rege noſtro ſæpè ſæpiùs hortato, vt in Supremo Italiæ Conſilio totam regeres Italiam, quaſi quod non bono iure virum ad plurima natum Regnum occupet ſolummodò, procul enim abeſt à te inuidia, aut ex altis, quæ habes culmina in Stegmate, aut ex celſitudine ingenij, quæ tibi tanta eſt, vt de eà, ac de Olympi vertice an Cœleſtia atria pertingat, dubitetur, nam liuor alta culmina mortalibus ſtudijs inacceſſa non ferit, & fugit iniuria temporum tempora, quibus tu Regni huius Moderatori pia, & decora ſuadens inſtrumentum es boni ſęculi, ſummis namquè, vt ille ait, Imperij Moderatoribus pia, & decorà ſuadentes, inſtrumenta ſunt boni ſæculi, qua ratione Te omnes vbiq; vno ore, eo, quem in Regno obtines loco, digniſſimum prædicant, quod ego in ſumma tua fœlicitate non immeritò reponendum exiſtimo, ſi conciliauit, coniunxitq; te ei quondam excellens tua, præſtanſquè natura, quę ad res quaſq; maximas à Deo ficta, & formata videtur, & poſtmodū adeptis officijs amorem, & exiſtimationem adauxit, quod experiendo cognouerint Regni Moderatores, quanquā nec volentes omnes, tuam in rebus agendis, & arduis quibuſquè negotijs capeſſendis, & expediendis dexteritatem, ſingularem Prudentiam, Ingenium ad miraculum maximum, Conſilium ſolers, & promptum, magnificum, & munificum animum, pietatis, Fortitudinis, & cæterarum virtutum dotibus exornatum, quæ omnes in Te cohoneſtando ità decertare videntur, vt cui primas deferre poſſes haud facilè diſcreuerit quiſpiam, & difficiliùs ſi perpendatur mirabilis morum, qua eas condis ſuauitas, benignitas, & humanitas, agere ſiquidèm narraris in Supremo hoc, quo fungeris Munere ſine ſuperbia nobilem, ſine inuidia potentem, ſine ineptia grauem, ſine aſperitate conſtantem, ſine iactantia prudentem, & ſine popularitate communem. Faxit igitur Deus Opt. Max. vt per multos annos Regno huic, Italiæ toti, & Literarum auxilio incolumis, fœlix, florenſq; permaneas, & Troica vincas ſæcula, & Euboici tranſcendas pulueris annos. Experimur etenim, Te vnum eſſe, de quo verba *Seneca* de Cæſare loquētis optimo iure poſſint vſurpari, cùm ait, *Omnium quippè Ciuium domos tua vigilia cuſtodit, omnium otium tuus labor, omnium delicias tua induſtria, omnium vacationem tuum fouet negotium.*

tium. Ex quo te Reipublicæ dedicaſti,tu tibi eripuiſti, Tu pro vtilitate communi ſolus ita omnium curas,laboreſque ſuſcepiſti, vt nihil aliud, quàm cura ſalutis alienæ ſit gubernatio tua, quod cùm eſt pro munere meo eſſe arbitror Supplementum hoc,quod edo, dicaſſe Tibi,qui Complementum es Virtutum omnium, Decus Sagi,ac Togæ,& gloria ſæculi, quo viuimus, vt nunc non omittam Compendium Rerum iudicatarum tibi debitum eſſe, qui non modò per omne illud tempus,quo tàm Inferioris, quàm Supremi Iudicis munere in Regijs Curijs integerrimè functus es,ſententias tuas ex iure ſcripto,quo nos in Regno vtimur,quantùm quidèm ob varias qualitates, & circunſtantias cauſarum fieri potuit,depromere, ſed etiam Reipublicæ, & poſteris eò meliùs conſulere ſtuduiſti,quod plurima,quæ ad facilem intricatarum litium expeditionem facerent cum ęterna Nominis tui gloria in eruditiſſimis ſcriptis tuis Literatorum Choro communicaſti, vt aureum tuum Controuerſiarum Opus abundè teſtatur. Perge igitur,& ſi quam de me opinionem habere cępiſti,nunc vbi mens, & mentum incanuit neutiquàm deſere, quin potiùs ex ſublimi hoc, quem occupas,loco ad me orbum fauore hominem, oculos aliquando conuerte, oblitum ſempèr Tibi oblatum humanitèr reſpice, & laudabiles iſtos ſtudiorum meorum conatus hilari vultu proſequere. Neap. 1. Nouembris 1645.

Io. Baptiſta de Thoro I.C.Neap.

Auctori eruditiſsimo huius Operis.

D. PETRI MASSARII SAC. THEOL. PROF. V. I. D.

Et S. Sedis Apoſtolicæ Prothonotarij

ELOGIVM.

IOANNES BAPTISTA DE THORO libros,vti liberos mentis,
Animiq; fœtus in lucem edit.
In quibus Iuris Pontificij , ac Cęſarij monumenta,
Legum candor, omnium Iuriſperitorum reſponſa,
Sapientum placita,Iura municipalia
Veluti in pecunia numerata continentur.
Fœlicior eſt Adamo,qui infœlix ob Cainum perditum filium.
Iacobo duodecim filiorum numero lætior,
Sed eorum quotuſquiſquè euaſit probus?
Vix vnus Ioſephus.
Liberos IO: BAPTISTÆ DE THORO mente productos
omnes probos,nullam præbentes moleſtiam,
immò ſummam vtilitatem,ac eruditionem
Excipit Orbis vniuerſus ;
Qui ſempiternè ſibi deuictus debet.
Quoniàm ad veri in rebus dubijs luminis ſplendorem,
Fugatis ignorantiæ tenebris,eum perducit.

IOANNES BAPTISTA THORVS LEGVM DOCTOR.

Anagramma Purum.

TESTIS EGO MVNDO NATVS PAR HIC BARTOLO.

Epigramma.

Qui calamo polles Thorus , qui clarus in Orbe.
Notus ad Occaſum legibus Orbis honor.
Viuida te virtus Famæ circundat amictu,
Quam nitet in ſtudijs inclyta fama tuis.
Nomen ab inuerſis literis hoc indicat omen;
Sic de te dicas, ſurgequè vera loqui .
Teſtis ego Mundo hic natus par ſorte ſupremo,
Bartolo,& æternùm viuere fama dabit.

D.Petri Grimaldi V.I.D.Curati S.Mariæ Maioris.

IO.

IO. BAPTISTÆ DE THORO I. C.

AVREA en expatrat THORVS COMPENDIA,
At ſui nominis Immortalitatis volumina prodit.
Iure aurea: Cariei, rubigini, errorumquè tabi nunquam obnoxia
In Supplemento, conſummato opere, obliuionem conſumit.
Deciſiones colligit Regales
Fama vt decidat Æternitatis THORO diadema deberi.
Non tenues è toro,
Sed è THORI lucubrationibus toroſi naſcuntur articuli.
Meritò in Cœlo Taurus,
Quòd THORVS Aſtreæ Alumnus, terræ ſpretis confinibus inter ſidera micare meretur.
Hùc aduolate Legales lynceis oculis Aquilæ.
Maius Iuris Luminare exortum eſt, nempè THORVS,
ſiquidèm in TAVRO validior pellucet Sol.
Nec TAVRI dedignatus formam Apollo eſt,
Qui ſub Taurinis artubus Serapi, Apiquè in Ægypto hoſtias excepit.
Vel ipſa Parthenope TAVRVM colens, Thori vaticinata eſt gloriam
Cui tanquam Iuriſprudentiæ Coriphæo

ANDREAS GENVTIVS I.C. Neap.
Hæc obſequij monimenta
P.

Digitized by Google

APPROBATIONES.

Al S.g.Canonico Giouene.

Gregorio Peccerillo Vicario Generale.

D Io. Vincentius Iuuenis Cimiliarcha Canonicus Deput. vidit

IMPRIMATVR. Gregorius Peccerillus Vic.Gen. Neap.

Fr. Ioſeph de Rubeis Eminentiſſ.mi Cardinalis Filamarini Theologus. Regiſtr. fol. 17.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE

GIO. Domenico Boue ſupplicando fà intendere à V.E. come tiene da ſtampare il Supplemento alle Deciſioni del Regno del Dottor Gio: Battiſta de Thoro. Per tanto ſupplica V.E. reſti ſeruita commettere la reuiſione di quello, acciò poſſa ottenere il Regio Imprimatur, e lo riceuerà à gratia. Vt Deus, &c.

Magn. V. I. D. Ioannes Antonius Pariſius videat, & referat in ſcriptis S.E.
Capycius Latro Regens.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 22. Octobris 1643.

Locus Signi *Grimaldus.*

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE

VT mandatis Excellentiæ Suæ parerem, maximo guſtu perlegi maiori qua potui diligentia Supplementum Aurei Compendij Deciſionum Supremorum Tribunalium Regni huius Neapolitani Ioannis Baptiſtæ de Thoro doctiſſimi, peritiſſimiquè Iuriſconſulti Neapolitani. Cui abſquè fuco, & nos, & poſteritas multum debemus, in quo nihil eſt, quod moribus bonis aduerſari poſſit, ſed potiùs Reipublicæ vtiliſſimum fore, vt alia eius opera, ſum arbitratus, ſummam eruditionem redolens, dùm rem non modò eloquentia, verùm ſumma Iuriſprudentia commendauit, ob quod typis cudendum eſſe exiſtimaui, ſi alitèr Excellentiæ Suæ non videbitur. Cui Neſtoreos precor annos, maiori cum fœlicitate, vti optimo Principi debitos. Neap. die 21. Nouembris 1643.

Excellentiæ Suę

Deditiſſimus, & Humillimus Seruus.
Ioannes Antonius Pariſius.

Vidit D. Ferd. Arias de Meſa Regius Conſiliarius, librorum Cenſor ex Regia Delegatione.

Viſa ſupradicta relatione IMPRIMATVR.
Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Capycius Latro Reg. Salamanca Reg.

SVPPLEMENTVM AVREI COMPENDII DECISIONVM

Supremorum Tribunalium Fideliſsimi Regni Neapolitani.

AVCTORE

IO. BAPTISTA DE THORO I. C. NEAPOLITANO.

A

ABOLITIO generalis conceſſa per Principem licèt reſpectu pœnæ cõtrauentionis admittatur, an etiam reſpectu intereſſe partium; reſolutũ fuit in Collaterali Conſilio, quod reſpectu intercepti gaudeant rei indultu, ſed reſpectu eorum, qui vendiderũt frumentum vltra pretium à Regijs pragmaticis ſtabilitum, non aliter gaudeant reſpectu pretij ab emptoribus ſuperexacti, quia illud R.C. mandauit reſtitui, & idem in ijs, qui in Dohana pecudum vendiderunt herbagia ipſis aſsignata, cum id ſit prohibitum ex ordinationibus, vt ex Reg. Moles in dec. manuſcriptis, deciſ. 25. probat Io. Maria Nouar. in pragm. 2. de Abolit. collect. 3. ſub num. 70. in fine.

Abſentia allegata pro parte rei inquiſiti, qui poſt commiſſum delictum metu confeſſionis ſocij, & ex ſubſequenti citatione paulò ante citationem ad informandum diſceſſerat, an admittenda erit; deciſum fuit negatiuè, & decretũ, quod remaneat contumax, ex quo talis abſẽtia loco latitationis fungitur propter timorẽ ſceleris, refert D. Reg. Sanfel. dec. 33. ſub n. 1.

Abſolutio vigore indultus pro pœna conceſſa principali, an etiam extendatur ad fideiuſſorem, deciſum fuit affirmatiuè in Collaterali Conſilio, adhibitis omnibus Tribunalibus, vt ex Reg. Moles in ſuis manuſcriptis deciſionibus, dec. 6. probat Io. Maria Nouar. in prag. 2. de Abolit. n. 3.

Abſolutus vigore indultus à pœna pecuniaria, an cenſeatur quoq; liberatus à pœna prouenięte ex cauſa ciuili; deciſum fuit affirmatiuè, nedum in M. C. ex Gram. dec. 4. ſed

etiam in R.C.S.in anno 1572.vt ex Reg.Moles in manuſcriptis deciſionibus, dec.26. perpendit Io.Maria Nouar.in prag.2. de Abolit. nu.3.

Abſolutus ab vno Iudice,an poſſit coràm alio Iudice iterum puniri ſuſticitpret, fuit deciſum negatiuè per M. C. V. ſed cum Fiſci patronus petierit in S.C. per viam recurſus reuocationem decreti, referente Reg.Conſil.Cæſare Freccia, fuit iudicatum, eſſe admittendum recurſum, D.Reg.Sãfelic.dec.138.à n.1.ad 5.

Abſolutus an præſumatur quis ab intereſſe iure actionis debito,& in libello petito,ſi in ſententia Iudex omiſerit , licèt per explicationem capitis omiſſi cõdemnari debeat,deciſum fuit negatiuè, ita teſtatur Jo. Baptiſta Hodierna in Addit, ad deciſ. 261. Surdi n.6 in noua impreſſione.

Accuſare an poſſit frater,ſeù ſoror fratrem de crimine falſitatis,& per diſpoſitionem iuris communis videtur prohibitum ,vt frater accuſet fratrem de crimine capitali,ad tex.in l.ſi magnum, C. de his, qui accuſ.non poſſunt , vbi pœnam exilij etiam imponit fratri accuſanti fratrẽ de crimine capitali,facit gloſ. quæ allegat concordantia in l.ſi ſororem, C.eod. vbi ex illo tex.perpendit,ſecus eſſe in leui crimine,optimè Farin in eius praxi,quæſt, 22.limit,11.ſub n.53.& quod falſitatis crimen,inter capitalia crimina coonumeretur,probatur in l.falſi quidèm,C.ad l.Cornel.de falſ.ibi falſi quidẽ crimen,vel aliud capitale,&c.Imò eſt crimen publicum , Clar.in §. falſum num.1. Farin.de falſit. quæſt. 150. n. 10. eſt crimen graue,Menoch.de Arb Iud. caſu 306. nu.1. imò grauiſsimum apud omnes Nationes,probat Reg Tapia in 6 part.Iuris Regni,in rub. de falſis,num.1.eſtq; delictum omni iure prohibitum Felic.alleg.29 n.6.part.1. Ea aduerſo dicebatur ex parte Conſtant.æ d'Vrſo, quæ criminalem querelam falſitatis expoſuerat contra eius fratrem Hieronymum,qualitèr in inuentario bonorum paternorum nõ poſuerat omnia bona remanſa,ſed pauca,in præiudicium ipſius, ac creditorum, dum ipſa poſtulaſſet in S. C. donationis vigore ſibi factæ, condemnari ipſum ad ſoluendum magnam quantitatem pecuniarũ, vltra patagium alias per eam petitum, & prædictus eius frater articulos falſos præſentauerat , ſuper quibus depoſuerant multi teſtes inquiſiti de pluribus delictis , & falſitatibus , talitèr quod ea tali falſitate ipſa a ſuo iure conſequendi donationem excludi facilitèr præſumebatur,nec ob id delictum pertranſire debuerat inultum,ad tex. in l.ità vulneratus,ff.ad l.Aquil. cum Reipublicæ intersit delicta puniri,ad tex.in l.licitatio,§quod illicitum.ff.de public.nec ob id erit aperiẽda via delinquendi,ſed occaſio tollendi,gloſ.l. 1.§ 3.ff. nau.caup.ſtab.& in l.2.ff.de eo , q certo loco in fine,ſi frater fratrẽ,vel ſoror fratrem non accuſare potuiſſet de tali crimine falſitatis,potiſſimum cum in eo tex de tali crimine falſitatis nulla fiat mentio, ſed tantũ de crimine capitali,quod quidem capitale crimen aſſeritur eſſe illud , pro quo imponitur pœna capitis,ſic Apoſtilla ad l.3.ff.de term.moto,ibi,ei capitale eſſe,inquit,caput amittit,alias ei capitale eſſet,aut vt in l. Fl.capitale eſſe, capital autem interpretatur Nonius Marcellus capitis periculum , aut crimen capite vendicandum,vide Ant, Auguſtin.emend.3.cap.9.quæ quidem pœna capitis ſtrictè, & propriè intelligitur de pœna mortis naturalis,vt probat Farin.in in eius praxi,quæſt.19,nu.4.vbi plura adduxit,cã qualiter eſſe intelligendam, quæ paritèr conueniens erit grauioribus,ac atrociſſimis delictis,vt per Clar.in §.1. eius praxis n.9.Sed pro falſitate licèt ſit impoſita pœna deportationis cum publicatione bonorum , tamen iſta pœna non eſt in vſu , neq; imponitur alicui de conſuetudine, ex Gand.& Auguſt. notat Iul.Clar.in d.§.falſum nu. 31.ſubdens, vbi adſunt ſtatuta pœnam pro falſitate imponentia,erit imponenda,quæ ſi non reperiatur impoſita, erit arbitrio Iudicis relicta, vt quoq; tradit Menoch.d.tract.eo.caſu.306.per totum,Farin.conſ.82.n.2, & d.quæſt.150.n.191.ad quod Farin,d.praxi quæſt.33. n.33. inquit,quod pœna falſi eſt arbitraria , & ſic aliquando corporalis,& aliquando pecuniaria,aliquãdo extraordinaria.Felic.alleg.18.n.34.idem Farin.conſ.11. vbi Addit.lit.A.& d. quæſt.150.n.112. vbi falſitas non fuerit perfecta, ſed cœpta tantùm, etenim in magna falſitate pœna eſt mortis,Farin.conſ.133. n.33.& conſ.11.n.10.vbi declarat,quando falſitas eſt magna , & quando modica , nec obſtabit tex.in d.l.ſi magnum,quoniam illum intelligunt Doct.procedere,quando frater de aliquo magno delicto fratrẽ accuſauerit,vt poſt Specul.in tit.de accuſat. nu.14. quem ſequitur ibi Salic.in princ. Ang.de maleſ.tit.& ad quærelam, n.22. quem ſequitur Citius in tract. diſcept. forenſ. crim. diſcept.93. Alber.de Gand.in tit.qui accuſ.poſſ. vel non, n,15.ſed meliùs Decian.in tract.crim.lib.3. cap.13.nu,12 & ſeq.vbi n. 32.& ſeq. limitat non procedere in tribus caſibus,ibi relatis,quod idem extendit procedere in ſorore contra fratrem , ex ſingul conſ.Fulgoſ.103 relato in addit.ad Angel vbi ſup. ſeù Raph.Cuman, conſ.117. iuxtà addit.ad Gandin.vbi ſup.prout erat caſus.de quo tractabatur in S.C. ac etiam quia in Regno quãdo ciuiliter procederetur in cauſa, ſi falſitas imminueret, tunc ipſo iure principalis puniretur in amiſſione cauſæ,vt ſtatutum eſt in prag.1.de falſ. quod etiã de iure comprobatum,Farinac.d.q.150, nu.38 & demum dicebatur,hoc idem alias fuiſſe deciſum per S.C. in cauſa illorum de Cappabiãca de Auerſa, vbi vnus frater alterum accuſauerat de falſitate commiſſa in inuentario,vbi etiam ſubſequebatur occultatio bonorum , & furtum, & licèt ex aduerſo fuiſſet allegatus tex. d.l.ſi magnum, ob quod ipſa M.C. procedere non intendebat,demum introducta appellatione in S.C.in quo facto verbo,fuit mãdatum eidem M.C.quod impinguetur , vt ex actis penès Guerraſium in banca Panſæ,& propterea facta relatione de cauſa prædicta in S. C. in aula Reg.Conſil.Andreæ Pronenzalis per D.Berardinum Belpiato Iudicẽ eiuſdem M.C.in criminalibus die 11.Decembris 1643.fuit mandando eidem M.C.deciſum,quod informationem capiat,qua capta,iterum verbum faciat ad finem prouidendi,ſi eſt impartienda licentia,penès Secretarium in Banca Panzeræ,penès Scribam Roma, Sub patrocinio Murij Gazzellæ I. C. ac Aduocati Neap.ſolertiſſimi.

Accuſator, ſiuè denunciator exceſſus Officialis,& capta informatione contra eum, ex qua fuit abſolutus,an puniri debeat vti calumniator , & teneatur actione iniuriarum, necnon ad expenſas, & intereſſe, licèt de iure ad hæc teneri videatur , non tamen de conſuetudine,neq; ad alia ex cauſa iuſta motus, vndè fuit deciſum , quod habilite-

liceretur cum cautione in forma, D. Reg. Sanfelic. dec. 54.

Acta iudiciaria ſuſpēſa per allegatam exceptionem abſentiæ, an de nouo erunt facienda, vel eis diſcuſſis, ad vlteriora in cauſa procedendum, inter cæteras nullitates propoſitas ex parte Ducis Noyæ, in cauſa vertente cum Gubernatoribus Montis familię Carmignanorum, dicebatur, quod dum fuiſſet allegata abſentia præfati Ducis degentis in Terra Montisfuſcoli in Gubernio Prouinciæ Principatus vltra ordine Suæ Maieſtatis, & diſcuſſa, ob quam acta facta fuerunt ſuſpenſa, & proindè reuocanda pro non factis, taliter quod ad vlteriora procedi non poterat, potiſſimum ad monitionem ad dicendum, prout fuit proceſſum nulliter, & ità declarari, nàm cum fuerit abſentia allegata, officium Iudicis erat, nō procedere durante dicta abſentia, & maximè ſi erit ex cauſa Reipublicæ, ſecundum And. quem ſequitur Afflict. in Conſt. Edictorum, quos etiam probat Foller. in praxi crimin. rub. audiantur excuſatores num. 11. & Officiales proculdubio dicuntur abeſſe ex cauſa Reipublicæ, licèt aliquando concedatur terminus ad denunciandum, vt inquit ibi Foller. nu. 12. interea erit ſuperſedendum, quo fit, vt proceſſus factus dilatione pendente erit nullus, Lancell. de attentatis part. 2. cap. 7. nu. 3. Replicabatur ex aduerſo, ea non militate, nam poſt diſcuſſam exceptionem abſentiæ omnia acta erant reuocanda, vt prætendebatur, etenim id procederet, ſi in cauſa prædicta nō eſſet datus, niſi terminus tātum, tunc per dictam exceptionis oppoſitionem erant in ſuſpenſo, qua ſublata de nouo erat prouidendum, quod terminus alias datus curreret, vt docet Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 5. glo. defendendum, à nu. 10. ad 13. ſed quia fuit proceſſum vſquè ad citationem ad concludendum, & in dicto actu, & non in alio, fuit oppoſita prædicta exceptio abſentiæ, & per conſequens non erant acta prædicta renouanda, nec monitio, nam acta, quibus ius, & veritas conſtat, non ſunt irritanda, licèt circa ordinem procedendi ſolemnia non ſint ſeruata, Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 2. num. 241. Per S.C. fuit prouiſum, quod procederetur ad expeditionem cauſæ, oppoſitis non obſtantibus, & ſic per proceſſum ad vlteriora reijci videbantur exceptiones oppoſitæ, per tex. in l. à procedēte, C. de dilat. fuit deciſū, nō obſtare nullitates, vt infra eodem, verbo terminus.

Actio an competat creditori in diem, quæ tempore dilationis non ceſſerat citato in iudicio dilationis quinquennalis; ea pendente, & conceſſa ad inſtantiam maioris partis creditorum; deciſum fuit negatiuè, & propterea fuit dictum, obſtare exceptionem rei iudicatæ, ità D. Reg. Sanſelic. dec. 308.

Actio hypotecaria an competat ſecundogenito cōtra tertios poſſeſſores feudi pro vita, & militia; fuit pluriès deciſum per R.C.S. affirmatiuè, potiſſimùm in cauſa D. Io. Michaelis Saraceni, & in cauſa Marci Antonij Guarini, vt ex Reg. Reuerter. in deciſ. 58. vol. 4. probat And. Capan. in recollect. deciſ. poſt tract. de vita, & milit. dec. 7. num. 14.

Actio de dote ex forma pactionis nuptialis vtrùm fuerit integrè quæſita filiæ dotatę à matre, ita vt potuerit de ipſa dote diſponere ad libitum in prę iudicium matris, relicto bonorum ſubſidio, attento iure communi, refertur deciſio infra in verbo mulier.

Actiones cumulare an liceat actori intentato primo iudicio contra aliquem reiuendicationis ſuper particulari feudo, deindè ob mortem conuēti aliud fuerit iudicium vniuerſale intentatum cōtra illius hæredem, petitionis nempè hęreditatis ex noua ſucceſſionis cauſa ſuperueniēte ex nouo iure, quæ omnia ad eundem tēdebant effectum, vt exemplo oſtenditur in cauſa illorum de Brancia, dum Marcus Antonius Brancia emiſſet à Regia Curia feuda Lareni, & Caſalium cum poteſtate nominandi ſucceſſorem, & hæredem in dictis feudis vnum ex eius filijs ſecundogenitis, & facta per eum nominatione in perſonam Hieronymi eius filij ſecundogeniti, cōparuit in S.C. Io. Vinc. Brancia deſcēdens ex filio primogenito, petēdo ſe declarari hæredem in dictis feudis, nō obſtante dicta nominatione, vti inualida, & nulla, & proindè condēnari conuentū ad relaxandū prædicta, vnà cum fructibus: deindè mortuo D. Hieronymo, Philippus eius frater apprehendit poſſeſſionem dictorum feudorum ab inteſtato; iterū præfatus Io. Vinc. petijt in S.C. de nouo hæreditatem prædictam, petendo declarari ipſum hæredem, ſine præiudicio litis motæ, & proindè cōdemnari Marchionem ad relaxandū feudum vnà cum fructibus, & cum fuiſſet prouiſum per cauſæ Commiſſariū, eſſe procedēdū ad vlteriora, ex quo fuerat oppoſitū, nullatenus vlterius procedi debere, attēta cōtrarietate actionū, introducta appellatione in S.C. fuit deciſū, non obſtante cōtrarietate prætenſa, eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa vertente in eodem S.C. & confirmatum decretum cauſæ Commiſſarij ex rationibus deductis per D. Reg. Sanfel. in dec. 72.

Actor an teneatur ad editionem proceſſus deperditi, ſi ex illo ipſe copiam aliquarum ſcripturarū exemplari fecerat à certo Notario & illam præſentauerat in iudicio, prę ſupponendo reus, in dicto proceſſu extare ſcripturas ſibi releuantes, ſi præſentaretur proceſſus; contingit diſceptari in S.C. in cauſa Franciſci Grandeza, nomine vt in actis cum Iulia Candice, nomine, vt in actis, poſt. quam d. Franciſcus præſentauerat quaſdam ſcripturas in actis, extractas ab alio proceſſu & exēplatas à quodā Notario, & proindè ipſa cōuenta inſtabat pro exhibitione dicti proceſſus, ex quo præſupponebatur, ibi adeſſe ſcripturas ſibi releuantes, & de iure probatum eſt, quod acta omnia regulariter ſunt edenda, alias poterit appellari, & non edens præſumitur in dolo, Matant. in ſuo ſpecul. part. 6. in 10. actu nu. 53. vbi hanc concluſionem fundat multis medijs, ſequitur Duenn. in reg. 5. Bellon. lib. 2. ſupput. iur. cap. 12. & ſubdit idē Marant. nu. 61. quod acta debent edi cuicunque prætendenti intereſſe, etiam ſi non ſint ad eius inſtantiam celebrata, ex quo actorum editio eſt ſpecies defenſionis, vt ibi nu. 54 probat. Ex aduerſo replicabat actor, eſſe probatum de iure, quod acta originalia penès Curiam remanent eorum, tamen copia datur parti, Carau. in ritu 69. n. 1. & ritu 96. n. 1. ſicq; de iure communi ſtare debent penès Actuarium, per text. in cap. quoniā cōtra, verſ. & omnia, de probat. cum alijs allegatis per Carau. in rit. 26. nu. 2. vltra Boer. dec. 15. ſub nu. 3. quamquam de iure municipali omnes ſcri-

ptutæ conſeruari debeant in publico Archiuo, vt ibidem Carau.in principio tradit ex diſpoſitione dicti ritus, ſed ordinariè practicatur diſpoſitio iuris cõmunis, ſicq; omnia acta, omneſq; proceſſus penès Magiſtrum Actorum, & Actuarios cõſeruantur, & dum ipſi ea, eoſq; conſeruant, ad exhibitionẽ nullatenus tenebatur actor, ſicuti de protocollo exiſtente penès Notarium dicitur, ob quod partes ad exhibitionẽ illorum non compelluntur, vt deciſum refert in 3.par. verbo exhibere; qua de re, & ſi deperditus prætendeter tur, non erat adſcribendum ipſi actori; ſed Actuario, ad quem pertinet cuſtodia proceſſuum, & circa hoc conſtitutum eſt remedium relatũ ſupra in ead.p.3. verbo proceſſus, & cum fuiſſet prouiſum per Iudicem Io. Baptiſtam Muſceptulam relatorem in M.C.V. vt procederetur ad expeditionem cauſæ, oppoſitis non obſtantibus die 3. Septembris 1637. interpoſita appellatione ad S.C. in quo facta relatione die 9. Octobris eiuſdem anni, fuit confirmatum decretum ipſius M.C. remittendo eidem cauſã, & pariter in reclamatione interpoſita, factaq; relatione die 6. Maij 1638. & confirmatum decretum ipſius S.C. bene prouiſum, vt ex actis in Banca Seraphini.

Actorum Magiſtrum ſeparatum in ſecundis cauſis habere an poſſit Baro habens cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum, videtur negandum, ex eo, quia Baro habens primas, ſecũdas, & tertias cauſas, ex quo vnica eſt iuriſdictio, tres ſententiæ prolatæ ab eius Iudicibus dictarum cauſarum pro vna reputabitur, vt conſiderat Mutius Recchus in ſuo tract. de conſiderat. iniuriæ lit. M. n. 5. fol. mihi 141. Palma in diuerſ. iuris cõmunis, & Regni 2. part. glo. 13. n. 59. ex contrario dicebatur, quod licèt iuriſdictio, ſiuè territorio cohæreat, ſiuè nõ indiuidua ſit, vt probat Polid. Ripa in tract. de diuid. & indiuid. ſect. 22. num. 7. ex Io. Andr. & Roſenth. Bortell. de magiſt. edict. lib. 1. cap. 1. n. 162. attamen eius adminiſtratio diuidua eſt, vt ex Bal. Tiraq. & Ceph. ibidem Ripa comprobat Bortell. vbi ſup. ſicq; iuriſdictio ipſa quòad habitũ eſt indiuiſibilis, ſecus quòad exercitiũ, Reg Lanar. in conſ. 59. num. 27. cùm igitur Barones Regni vt plurimum iuriſdictionem habent primatum cauſarum, non tamen in adminiſtrationem, ſed in dominium; & propterea tenentur demandare, vt adminiſtretur per eius Officiales, poſt Præſ. de Franch. dec. 511. num. 1. Capibl. in pragm. 8. part. 1. nu. 69. & ſic ipſi Barones habent ſemper in habitu iuriſdictionem in omni loco, ſed Officiales in actu loci tantum, idem Capibl. in 2. tom. de Baron. cap. 19. num. 10. qui ſiquidem Officiales cum eorum Actuarijs iuriſdictionem exercent, nam per eorum Actuarios acta iudiciaria conficiuntur de mandato Iudicum, ſiuè Officialium, voluit Bortell. de magiſt. edict. lib. 2. cap. 15. nu. 11. vbi plura, & hac ratione ipſi largè etiam Officiales nuncupantur, Carau. in ritu 49. n. 23. qua de re ſi ſecundas, & tertias cauſas Barones habuerint in eorum priuilegijs, poſtquam in Regno adſunt nõnulli, Barones habentes cauſas ſecundas, & tertias, Palma in diuerſ. iuris communis, & Regni 2. part. gloſ. 23. nu. 60. paritèr conſtituere tenentur Officiales ſeparatos pro grauaminibus factis ab inferioribus Iudicibus, adeò quòd Baro tenetur deputare Iudicem ſecundarum cauſarum ordinariũ, vt dixit Capibl. in pragm. 9. nu. 183. de Baron. ſimilitèr & alium Iudicem tertiarum cauſarum, penès quos conſtitui debent alij Actuarij diuerſi, ne ſe intromittant in cauſis inferiorum Iudicum, ſed tãtum cauſas appellationum, & grauaminum agnoſcãt, diuiſim, ac ſegregatim, alias nullius eſſent momenti: vndè quemadmodum acta facta à Iudice ſecundarum cauſarum ſunt nulla, ſi ſine termino iuris, non data appellatione ſe intromiſerit in prima inſtantia, Capibl. in d. 2. tom. c. 16. n. 8. ità paritèr Actuarij ipſorum, quocirca pernecesse oſtenditur, conſtitutionem Actuariorum in ſecunda, ac tertia inſtantia adeſſe. Et propterea in cauſa Vniuerſitatis Lauri, cum eius Marchione Dothino, die 11. Martij 1544. ad relationem Reg. Conſil. Ioan. Thomę Minadoi deciſum fuit, vt caperetur informatio de expoſitis, & interim dictus Baro in ſecundis cauſis Actorum Magiſtrum habere poſſit, & ſolutio fiat, prout in primis cauſis ſolui debet, in Banca Cioffi, dum prætenderetur per dictam Vniuerſitatem, officium Magiſtri Actorum eſſe propriũ, oppugnabat conſtitutionem Magiſtri Actorum ſecundarum cauſarum, prætendendo ſuum Magiſtrum Actorum vtriſq; Curijs inſeruire poſſe, quod ſatis abſurdum videbatur, etenim Barones habentes primas, ſecundas, & tertias cauſas, dicuntur habere iura poteſtatis ſupremæ. Palma vbi ſup.

Actuaria cum officio Gubernij dari non poteſt à Baronibus, & ita iudicatum per S.C ad fauorem Vallis Virulani cum eius Barone, Nouar. in prag. 23. collect. 21. n. 2. de Baron.

Actuarius an teneatur de proprio poſt quatuor mẽſes, etiam quod infra tempus bona fideiuſſorum ſint exequuta, non tamen vendita de conſenſu creditorum, quid ſi proteſtentur contra Actuarios, præiudicium ſibi non fieri contra dictos Actuarios elapſo tempore præfixo à Regia Pragmatica; deciſum fuit affirmatiuè per S.C. die 14. Iulij 1621. in cauſa Scipionis Veſpoli contra Ioſephum de Palma Actuarium M.C. ad relationẽ Conſil. Freccia. in Banca Izzi. Nouat. in prag. 17. collect. 14. n. 5. de Actuarijs.

Actuarius an teneatur de proprio quãdo diſcuſſio facta fuerit contra principalem; ſed non contra principalis hæredes. ſed tantum aduerſus fideiuſſores non repertos ſoluendos; deciſum fuit affirmatiuè die 9. Iulij 1620. in cauſa Alphonſi Ruffi cum Actuario Pulſono, contra quem fuit determinatum, eſſe exequendum pro ducatis 550. ad relationem Iudicis Muſceptulæ in Banca Anaſtaſij, Nouat. in pragm. 17. collect. 14. numer. 6. de Actuar.

Actuarius an teneatur rationes adminiſtrationis reddere de emolumentis perceptis ex officio, Intereſſe habentibus, refertur deciſum infra in verb. rationes.

Actuarius, qui aliquem in fideiuſſorem acceperit, & indè compertum, non eſſe ſoluendo, ob quod ex diſpoſitione nouellæ pragmat. facta contra eum excuſſione infra menſes quatuor tenetur de proprio, an facta diſcuſſione prædicta infra tale tẽpus, ſi voluerit docere de idoneitate fideiuſſoris tempore captæ obligationis, erit audiendus, non obſtante, quod talis fideiuſſio non erat iudiciaria, ſed conuentionalis, de conſenſu partium ab ipſo capta, vndè videbatur dicendum, quod attenta diſpoſitione Regiæ Pragm. 15. de Actuar.

per

per quam aſſeritur, in omnibus obligationibus, & fideiuſſionibus capiendis, &c. quia loquitur generaliter, nulla mentione facta, ſeù differentia inter fideiuſſionem iudicialem, vel conuentionalem, erit de omnibus intelligenda: quia lex generaliter loquens, generaliter erit intelligenda, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. cum alijs apud Barboſ. principia, & loca communia vtr. iur. lit. L. n. 29. & amplius ob dictionem illam, omnis, nam qui omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus in prin. ff. de legat. 3. cum alijs recollectis ab eodem Barboſ. eo. tract. lit. O. nu. 4. & propterea vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, d. l. de pretio cum alijs cumulatis ab eodem Barboſ. d. lit. L. nu. 28. & ſi aliud voluiſſet lex, expreſſiſſet, l. vnica, §. ſin autem, C. de caduc. toll. iunctis alijs allegatis per d. Barboſ. d. lit. L. nu. 32. Hoc præſuppoſito infertur ad aliã pragm. 15. in antiquis, per quam mandatur, quod Actuarij, qui tenentur pro obligatis in ſubſidiũ, facta diſcuſſione principalium procurent illorum diſcuſſionem infra annum, alias finito anno teneantur ſtatim de proprio, qui ſiquidem annus poſtea fuit reſtrictus ad tempus quatuor mẽſium ex diſpoſitione alterius pragm. 17. eo. tit. in nouis, ex quibus colligitur, ad prædictos Actuarios ſpectare onus faciendi diſcuſſionem principalium, & fideiuſſorum, qua non facta, vel elapſo anno, ſeù quadrimeſtre, ipſi teneantur de proprio, & contra eos exequi non expectata excuſſione, & tantò magis ſi fuerit facta excuſſio, & ipſis non repertis habilibus, exequi debuerat contra ipſos, quoniam ipſa lex dat paratam executionem, & proindè parata executio ibi petitur, vbi viget ſtatutum executionis paratæ, Colet. de proceſſ. exeq. par. 1. cap. 3. n. 183. 185. & 150. & nu. 196. & 200. & 218. Ex parte Actuarij replicabatur reſpectu primi aſſumpti, & ſi pragmatica ipſa generaliter loquatur, eſſe illam intelligendam de fideiuſſionibus iudicialibus tantum, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, non tamen de cõuentionalibus, ſuppoſito quod executio parata regulariter non proditur pro ſtipulantibus extraiudicialibus non prætorijs, niſi cõſenſerit debitor, quod ab exequutione contra eum inchoetur proceſſus, Coler. d. tract. d. part. 1. cap. 5. num. 34. 42. & 77. talis enim ſtipulatio non prætoria regulariter non habet exequutionem paratam, idem in d. tract. par. 3. c. 2. n. 2. & melius Farinac. in ſua praxi crim. tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 33. num. 83. & ſeq. quem ſequitur Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſ. ſect. 3. c. 4. n. 15. qui probat, quod fideiuſſor receptus per Notariũ ſi non eſt idoneus, Notarius tenetur de ſuo, declarat, atq; reſtringit præmiſſa ad fideiuſſorem iudicij; ſecus verò eſſe vult, ſi ſit fideiuſſor contractus, cum ipſa fideiuſſio ſit iudicialis, quæ in iudicijs viget, extraiudicialis verò in contractibus verſatur, vt plenè per Valent. Franc. in tract. de fideiuſſ. cap. 1. nu. 36. & ſeq. & potiſſimum iſthæc fideiuſſio, pro qua tenetur Actuarius in ſubſidiũ, nam fideiuſſio ſubſidiaria, ſeù in defectum, quod principalis non ſoluerit, eſt conuentionalis; ità probat præfatus Maurus Aret. dict. tract. part. 1. ſect. 3. cap. 16. aliàs 25. num. 1. & 2. in prælud. reſpectu verò alterius obiecti replicabatur, qualiter de iure Notarius recipiẽdo fideiuſſorem minus idoneũ, tenetur reficere parti dãna, & intereſſe, l. 1. & 6. ff. de mag. conuen. Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ. 33. ſub num. 2. quem ſequitur Io. Baptiſta Gargiar. dec. 22. numer. 14. & ſic de proprio tenetur, ex Franc. dec. 480. num. 8. Seraphin. deciſ. 576. nu. 6. & Farin. in praxi tit. de del. & pæn. quæſt. 14. nu. 83. probat Maur. Aretin. vbi ſup. nu. 13. Coſta, de iuris, & facti ignor. cent. 2. diſt. 5. in princ. & hoc ſiue ignorabat conditionem fideiuſſoris, ſiue ſciebat, eo quia tenetur perſcrutare conditionem fideiuſſoris, & principalis, poſtquam Notarij debent cognoſcere fortunas, & conditiones perſonarum contrahentium coram ſe, Mura dec. 38. num. 72. Quamquam in ſubſidium teneatur Notarius, ex Farin. probat ibi Coſta n. 8. & in tract. de remed. ſubſid. remed. 5. nu. 5. Et ſic facta priùs excuſſione ipſorum principalis, & fideiuſſoris, vt dicunt Doct. relati ibidem per Ludou. & Gargiar. ſup. citatos. Quemadmodum etiã demandatum eſt in dictis pragmaticis; adhuc tamen non erit verum Actuarijs poſt excuſſionẽ factam, quæ conſiſtere videtur in eo, ſcilicèt facultates eius diſcurrere, & inquirere, vt ſciatur, an ſit ſoluendo, nec ne, oſtendit Herring. in tract. de fideiuſſ. cap. 27. part. 1. n. 3. & ſeq. docere tempore obligationis, eum eſſe idoneum, poſtquam idoneitas fideiuſſoris debet eſſe tempore fideiuſſionis, nec refert, quod deinceps decoxerit, ex Alexand. conſil. 60. vol. 5. Surd. conſil. 18. vol. 1. probat ibi Coſta, & Farin. d. q. 33. num. 93. quem ſequitur ibidem Maur. Aretin. n. 22. Quapropter cum fuiſſet per M. C. prouiſum circa executionẽ faciendam contra dictum Actuarium, introducta appellatione in S. C. ex parte ipſius, facta indè in eo relatione per Iudicem Io. Dominicum de Palma die 5. Iunij 1643. fuit per idem S. C. mandatum eidem M. C. V. vt terminum impartiret, & ità exequutum in cauſa Leonis Chimeræ V. I. D. creditoris, cum Io. Iacobo Saleſe Actuario eiuſdẽ M. C. in banca Albani, & iterum præteritis annis deciſum idem fuit per idem S. C. ad relationem Reg. Conſil. Alonſi Vargas in cauſa eiuſdem Io. Iacobi Saleſe in banca Licti.

Actuarius, ſed Scriba, qui pecuniam recipit, vt partẽ Iudici daret, & partem in ſui cõmodum, promittendo euentum negotij, quod in Iudicis poteſtate erat, qua pœna ſit puniendus, in caſu vertente fuit officio priuatus, & ad exilium extra prouinciam per M. C. V. condemnatus, vt refert D. Reg. Sanfelic. dec. 45.

Actuarius M. C. V. an ſolo iuramento poſſit allegari ſuſpectus, cum ſit certum, quod ſuſpitio contra Actuarium probetur ſolo iuramẽto ex Anch. Alex. Franc. Boer. & Afil. probat Anna ſing. 489. vltrà alios ibi additos ab Add. & in compendio in Notar. exceſſus errores, & peccata c. 23. idemq; ſequitur Reg. Rouit. in pragm. 1. nu. 19. de ſuſp. vbi alios allegat, vbi refert, non procedere in Actuarijs S. C. ex particulari prouiſione Regia facta in eorum fauorem, poſtquam debet cauſa ſuſpitionis allegari, & probari, ſed an idem procedere debeat in Actuarijs M. C. V. licet negandũ ſit ex allegatis, & etiam quia nulla de hoc prouiſio apparet facta, nihilominus per eandem Mag. Cur. Vic. fuit ità deciſũ in cauſa Stephani Gilli Magiſtri Actorum ſuper ſuſpitione allegata per Antonium de Roſa, & alios, in qua fuit interpoſitum decretũ huiuſmodi. Die 24. Octobris 1640. Facto verbo per M. C. V. viſa ſupplicatione fol. 2. fuit prouiſum, & decretum quòad allega-

tam

tam ſuſpitionē dicti Stephani Grilli Actuarij M.C.V.ꝙ proponant capita ſuſpitioonū, hoc ſuum,&c. Coicionus, Arcamonius, peoės Auerſanam Magiſtrum Actorum, & hoc videtur eſſe ſatis iuri conſentaneum reſpectu iſtorum Magiſtrorum Actorum M.C. quæ eſt caput,domina, & fons aliarum Curiarum Regni,inquit Cauenſ. in ritu 1. num.7. & in toto Regno iuriſdictionem in ciuilibus,& criminalibus habet, etiam contra omnes Barones in genere, Carau. in titu 46. nu 16. ad quod Reg. Rooit. in prag.1. de titul. abuſ.&c. num.5.inquit,quod M.C.V.eſt Iudex ordinarius totius Regni,nulla perſona excepta,in quantũuis dignitatis culmine cõſtituta,vltrà alia de hoc congeſta per Reg.de Poot.de pot.Proreg.de Aſſ. Reg.§.7.n.4.Non.n. cõueniens erit,vt quēadmodùm inferiores Actuarij Regni ſuſpecti ſolo iuramento recoſantur, idem obſeruari debeat com ipſis Actuarijs M.C.V.ad quod probandum Carau.in ritu 165.num.6. licet diſputet,noo eſſe neceſſe, cauſam exprimi aduerſus Iudices M.C. dum allegabãtur ſuſpecti,quē ſequitur Io. Iacob. de Laurent.in tract.de iudic.ſuſp.cap.5.n.9.& 10. attamē concludit,ex diſpoſitione illius Ritus eſſe neceſſarium cauſam exprimi, & dari terminũ ad probandum illam,ſubſequendo n.7. cum Actuarij in eodem Rito cõtineantur, quia vti ſuſpecti allegari ſolent,ſequitur n.8.in praxi eſſe vſu receptũ, quod ſine ſcriptis Iudex informet ſe de cauſis ſuſpitionum, & eis veris repertis,prouidet de alio Actuario partibus noo ſuſpecto,prout etiam Marcell. Bon. ibi n 12. ſeruari atteſtatur in S. C. & alijs Tribunalibus, quam ſiquidem praxim aſſequitur Muſcat. in praxi S.C.lib.1.par.5. glo.ſuſpectum n.11.tamen ſubdit ibi Carau.quod licèt ſolo iuramento probetur ſuſpitio contra eos, tamen in practica ſemper aliqua cauſa requiritur ad remouendum eos,& hoc in ſcriptis, vt Iudex poſſit determinare ſuum iudicium, vt quotidiè videmus, ad quod idem Io.Iacob.de Laurent. d. tract.cap.6. n.2.

Actuarij Curiarum Baronalium delinquentes in eorom officio actuariatus pro extorſionibus,& alijs concernentibus eorum officium,an ſint remittendi ad Barones Terrarum,vbi deliquerunt, in pluribus cauſis relatis à Nooar. in opera Ill. Riccij collect.3383.par.8 deciſum fertur affirmatiuè, de quibus omnibus prius mentionem fecimus in 2.par.noſtri compeodij,verbo Actuarius, & iterum de prædictis teſtatur idemmet Nouar. in pragm. Rub. de Actuarijs collect.1.n.5.

Actuarij ordinarij Curiarum Regni, nedùm acta Officialium ordinariorum Terrarum ſcribere,& facere tenentor, ſed paritèr tempore mercatus, quando eligitur Magiſter Iuratus, ſiuè Magiſter Mercati, actitare debent, imò acta facienda per Aerarium habentem cognitionem in affictatores baronalium introituum, vt fuit deciſum in anno 1570. die 5. Iunij per S.C. in cauſa Terræ Atripaldæ cum Illuſtr.Principe Auellini,in Bãca Cioffi, teſtatur Io. Maria Nouar.in pragmat.10. n.3.de Actuar.

Actuarij per Regnum licèt debeant eſſe annales, nihilominùs ſi finito anno ſindicatui paruerint, & literas liberatorias obtinuerint, poterunt pro ſequenti anno exercere, vt fuit indicatum per Sacrum Conſilium in cauſa Vniuerſitatis Caſtri Sancti Viti cum eius Barone, & iterùm in cauſa Comitis Ruborum,& Terræ Turris Octani,Nouar.in pragm.5. collect.6. num.10.

Actuarij capientes fideiuſſiones, de parendo mandatis, principale, & fideiuſſoribus non parentibus mandato, non exiſtentibus idoneis tenetur ad partium debita,prout facta relatione in Collaterali Conſilio in anno 1603. cum interuentu duarum Aularum S.R.C. ſic fuit deciſum, vt in Banca de Ferrarijs,Nouar.in pragmat.17.collect. 14.n.7. de Actuar.

Adhoa an ſolui debeat Regiæ Curiæ per feudatarium alicuius feudi, ex quo functiones fiſcales debebantur,& in earum poſſeſſione ipſe reperiebatur, quamuis captæ per Regiam Curiam,& alteri aſſignatę,alios fructus debitos ſuper Gabellis ſubrogando, quando videbantur ſubrogati in locum dictorum introituum fiſcalium, deciſum fuit per Ragiam Cameram,facta relatione in Collaterali Conſilio, vnà cum interuentu totius S.C.affirmatiuè in cauſa Fabij Ieſualdi, vt ex Reg.Reuert. dec.13.vol.2. probat Andr.Capan. in recollect.deciſ.poſt tract.de vita, & milit. dec. 6. vbi aſſerit,idem priùs deciſum fuiſſe ex Loffr. ibi relato.

Adhoa qualitèr taxari debeat, an iuxtà taxã antiquam,vel nouam,ſi feudum intereà fuerit venditum alteri,prætendenti feudum eſſe nouum, & proptereà taxari debere iuxtà taxam antiquam, fuit primo deciſum in anno 1557. ad fauorem Io. Vincentij Caraccioli,cuius feudum dictum la Rocca di S.Felice ſoluębat pro taxa annuos duc.9.3.6.& iuxtà nouam taxam fuit grauatum in annuis duc.96. tanquàm feudum nouum,ſub prætextu,quòd Annibal Caracciolus pater illud emiſſet à Commendatore de Roſa,qui eiuſdem feudi inueſtituram habuerat à Cæſarea Maieſtate Caroli V.ob rebellionem Io.Fabritij Saracani, & tamen poſt multos annos fuit redacta adhoa ad taxam antiquam duc.9.3.6. eo, quod conſtitit fuiſſe dictam Terram venditam inſtantibus creditoribus. Secundò ad fauorem Io:Baptiſtæ Grimaldi vtilis domini annuorum duc.1243.1.13. in feudum,quos Marchio Campagni ſuper functionibus fiſcalibus dictæ Ciuitatis reemptos à Duce Martinæ tenebat, fuerunt in anno 1552. expeditæ,& exequutæ prouiſiones pro reductione adhoæ à ſumma annuorum duc.409.3.14. iuxtà nouam taxam ad ſummam duc.1523.2. quos Regia Curia pro adhoa dictorum introituum exigebat, vt patet ex copia producta in proceſſu Franciſci Gomeſomen domini Terræ Sulini, cũ Regio Fiſco in Banca Pandolphi,Tertiò ad fauorem Iulij Cæſaris Sanſeuerini, vtilis domini feudi Marellioarij, quod iuxtà taxam antiquam ſeruiębat Regiæ Curiæ in annuis ducat.17.2.4. iuxtà nouam taxam in duc.31.2.10.& recognitis cedularijs, in quibus apparebat,Nicolaum Sanſeuerinum patrem pro dicto feudo non ſoluiſſe, niſi duc.17.2.4. in anno 1552.fuit ità obſeruatũ f.7. eiuſdem proceſſus, Quartò adducitur ſolēne decretũ R.C.ad fauorē D.Pyrri Caſtrioti poſſeſſoris plurium feudorum in anno 1556. interpoſitũ referente Præſidente Paulo de Magnanis, per ꝙ fuit dictũ,quod pro ann.duc.400.qui poſſidebãtur per AEmilium de Ianuario, Fabritium de Ianuario, & Iacoburium de Alexandro, ſuper introitibus Terrarum Parabitæ,& Superſani titulo emptionis à Comite Vgenti ante tempus delicti

præ-

Digitized by Google

prædicti olim Comitis, non innouetur taxa, ſed pro rata dictorum duc. 400. alienatorum remaneant taxati per taxam nouam, nec non pro Terra Tricaſij, & feudo Miliani per D. Pyrrum emptis iure luendi ceſſo à Reg. Curia remaneat taxatus per taxam antiquam, prout taxabatur dictus Comes, & iuxtà dictã taxam antiquã debeat ſoluere adhoã & donatiua impoſita, & imponenda, nonobſtante quod ſit nouiter taxatus pro dicta Terra per taxã nouam in cedulario adhoę R. C. in quo cedulario adaptari, & accomodari debeat taxa adhoæ modo prædicto, vt legitur in decreto producto in eodem proceſſu, ex quo decreto apparet, feuda, quæ nõ habent nouam cauſam, vel nouam qualitatem, reuocata noua taxa; ad antiquam fuiſſe redacta, illa verò, in quibus noua qualitas iuxtà nouam taxam fuiſſe adhoam impoſitam. Quintò adducitur deciſio R. C. per D. Regentem Reuerterium ſub nu. 16. collocata, in qua laſſis habenis tractat materiam præſcriptionis ferè temporis immemorabilis, cum per annos 80. Fiſcus exigiſſet adhoam, & releuia pro Terra, & feudo Vignolæ à Comite Potẽtiæ. quia tamen conſtitit, dictum feudum nõ teneri à Reg. Curia, ſed fuiſſe conceſſum in emphyteuſim à ſacro Hoſpitale, ſiuè Eccleſia Sanctiſſimæ Annunciatæ, circa quod quia Comes, & eius anteceſſores errarunt in ſolutione adhoæ, fuit tamen abſolutus Comes, quia apparuit error in titulo dupliciratione, primò quia deficiebat tempus, non .n. erat completa cẽtenaria, quæ requirebatur in Fiſco, ſi in ſuam exceptionem in tempore fundaſſet, ſecundò, quia conſtabat de errore, vndè fit, vt nec poſſint ad fauorem Fiſci locum obtinere iura, diutina præſtatione fundata in l. cum de in rẽ verſo ff. de vſur. vbi Bart. Iſtẽ, in l. ſi certis annis, C. de pact. in l. ſi filiusfam. C. de pet. hęred. in l. qui in aliena, § 1. ff. de acquir. hæred. & in cap. peruenit, de cenſ. vt ex eis præſumatur titulum præceſſiſſe, vt Doct. in citatis iuribus dixerunt, præſertim Bald. Salyc. Alex. Aret. & Iaſ. in d. l. ſi certis annis, citata enim iura non procedunt, niſi allegaretur cauſa, veluti ſoluo tibi decem, quia ea promiſi per ſtipulationem, vel ſi dicatur, vt in caſu currenti ſoluo Regiæ Curiæ centum viginti tres annuos pro adhoa, quia tot debentur, nàm tunc præſumeretur titulus, cauſa itaq; neceſſariò requiritur, ex Dec. & Bald. in d. l. ſi certis annis, optimè Aret. declarat, quod præſtatio nõ ſolum debet fieri ex certa cauſa, ſed ex certa ſciẽtia, quia ſi per errorem cauſæ fit præſtatio, non præſumitur titulus, ſubdit Reuert. rationem ſatis plauſibilem, quia non eſt conueniens, vt præſumatur, ſiquidem ex eadem cauſa non debent oriri contrarij effectus, l. qui hominem, §. fin. ff. de ſolut. error enim cauſæ parit conditionem indebiti ſoluti, ergo non poteſt parere obligationem ſoluendi, ideoq; in dicta cauſa dixit per totam R. C. nemine diſcrepante fuiſſe votatum contra Fiſcum; hæc ex allegationibus Alexandri Romanelli factis pro tuitione iurium pro D. Franciſco Cornezone, vbi allegat Parſi. de reintegr. feud. fol. 111. à ter.

Adhoam ſoluere an teneatur emptor in venditione alicuius Caſalis, In vẽditione Caſalis Maladunei fuit per R. C. decretũ, quod pro corporibus, & introitibus dicti Caſalis nouitèr vẽditis illi de Paladino non teneatur ſoluere adhoam, ſed diuerſum fuit prouiſum in venditione iuriſdictionis Caſalis S. Cæſarei feudi Cereſij, & aliorum, pro quibus fuit decretum per R. C. ſolui debere Reg. Curiæ annuos duc. 12. ex cauſa adhoæ, vt refert D. Reg. Fab. Capye. Galeot. controu. iur. tom. 1. in deciſ. ad controu. 53. in 3. artic. num 48. & 49. vbi n. 50. rationes aſſignat, quia in licitatione facta pro Caſali Maladunei ſpeciali pacto fuit cautum, vt nõ teneretur offerens ſoluere adhoam, nec aliud quodpiam ſeruitiũ, aut onus ordinarium nec extraordinarium, vel etiam donũ, & ſic immunitas adhoæ in hoc caſu orta fuit ex ſpeciali conditione adiecta in oblatione, licèt regularitèr ſeruitiũ non promiſſum non debeatur, etiam cõſuetum, niſi ſit expreſſum, vel indeterminatè promiſſum; cum non ſit de ſubſtantia, nec de natura feudi.

Aditio hæreditatis petita per hæredem inſtitutam ab abſente cum beneficio legis. & inuentarij, & poſt lapſum temporis nouem menſium. & dierũ ſeptem, iterum intentata an erit admittenda, vt decretum præambuli interponi potuiſſet, obſtante parte aduerſa pro legitimatione perſonæ, ex quo tam prima, quam ſecunda petitio fuerant præſentatæ per Procuratores ad lites, & ad hoc exigebatur ſpeciale mandatum ad adeundum, licet vltima petitio fuiſſet ratificata per principalem inſtitutum, ac inſuper non potuiſſet tractari de interpoſitione decreti præambuli cum beneficio legis, & inuentarij, ſed ſimpliciter. quia tempora non largiebantur, refertur deciſio infra in verbo hæres.

Adiudicatio feudi fieri an poſſit mulieri pro eius dote, anteſato & iuribus dotalibus pendente iudicio ſucceſſionis feudi prædicti, videtur negandum, ex quo talis adiudicatio formaliter facta nil aliud eſt, quàm dominium transferre, Anna in alleg. 104. num. 1. & 2. & ſubdit num. 4. ipſam importare emptionem; imò ſi fuerit facta à Iudice, haberet vim dationis inſolutum voluntariæ, & liberatur debitor, probat Reg. Rouit. in conſ. 75. num. 20. vol. 1. & per dationem inſolutum, ſiuè adiudicationem feudi dominium transfertur, ac ſi ipſe debitor venderet, comprobat Paul. Staib. conſ. 70. num. 20. & 22. & in terminis, quod adiudicatio bonorum facta mulieri pro anteſato trãſfert illorum dominium irreuocabilitèr, tradit Reg. de Pont. in cõſ. 128. n. 1. & 3. vol. 2. meritò cõcedenda nõn erat, eo ampliùs, quia feudũ erat litigioſum ſuper illius ſucceſſione, & pendente lite prædicta concedi non debuerat, quia res litigioſa non poteſt alienari, probat Lancell. de attent. p. 2. in præfat. cap. 4. num. 520. alias nulla eſſet, vt ibi proſequitur. Ex aduerſo replicabatur, non eſſe dubium, quin, quod quemadmodum creditor hypotecarius ſi habet plura prædia obligata, quæ à pluribus poſſideantur, actionem habet electiuè, Reg. Lanar. conſ 77. num. 7. & pariter creditor hypotecarius in bonis debitoris actionem habet, Camill. de Medic. conſ. 109. num. 12. fortiùs mulier pro dotibus, & anteſato habet electionem ſuper bonis viri feudalibus, vel allodialibus, ſicut quilibet creditor, Reg. de Ponte in conſ. 82. n. 15. lib. 1. imò mulier ſi pro aſſecuratione dotis meliora bona viri eligere poterit, Paul. Staib. in conſ. 73. num. 25. Fontanell. de pact. dotal. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 8. num. 30. multò magis pro conſecutione dotis eligere rem illam, quæ magis ſibi congrua, vicina, & cohærens ſit, ſubdit ibi Staib. nu. 31. etenim

Digitized by Google

etenim eadẽ priuilegia cõſequtur mulier inaſſecurationẽ, q̃ in reſtitutione, & conſecutione dotiũ, vt ibi Staib.n.21. & propterea queadmodũ ſoluto matrimonio poterit bona ſibi per aſſecurationem aſſignata capere inſolutum irreuocabiliter, idẽ Reg.de Ponte in conſ 123. num.8. vol.2. & conſequentèr vigore pacti capere pro dote bona inſolutum ſoluto matrimonio facto appretio, idem in conſ.74. num.3 vol.1. multò fortiùs per adiudicationẽ, quoniam adiudicatio bonorũ debitoris conceſſa eſt creditori ad euitandam calliditatem debitoris, Reg.Rouit.in conſ.18.num.8. vol.1. Nec dubitandum, quin talis adiudicatio fieri poſſit ad tempus, cum poteſtate redimendi, vt cõſuetum eſt ſeruari in omnibus adiudicationibus creditoribus faciendis, etenim poterit dominium ſuſpenſiuè transferri, ita Reg.de Ponte conſ.81. num.30. & 40. part.1. & conſ.147.num.29. part.2. & inde capta poſſeſſione diceretur perfecta adiudicatio, alias non acquireretur dominium, nec fiunt fructus, Muta decis.10.num.14. Non obſtat, quod feudum erat litigioſum, poſtquam dos conſtitui, quemadmodum poteſt in re litigioſa, inquit Lancell.eod.tract.part.2.cap.4.in præf.nu. 548. ità etiam in reſtitutione dotis, vt ſubdit nu. 549. Quocirca in cauſa Illuſtr. D.Catharinæ Sãſeuerinæ cum Regio Fiſco, & Illuſtr. D.Ferdinãdo, & D. Scipione Caietano ſubintrantibus ſuper adiudicatione eius dotium, & iurium dotaliũ ducatorum ſexdecim mille, fuit per R.C.S.interpoſitum ſequens decretum, v3. Die 3. Decembris 1529. Viſo appretio, & viſis actis, & proceſſu intentato pro parte Illuſtr.D.Ferdinandi, & D.Scipionis Caietani, & de eiſdem facta relatione in Banca Regiæ Cameræ Summariæ per Nobilem Andream Stincam, eiuſdem Regiæ Cameræ Rationalem, auditis Procuratore, & Aduocato Regij Fiſci, & partibus prædictis; fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, quod dictæ Illuſtr. D. Catharinæ adiudicetur, prout præſenti decreto adiudicatur dicta Ciuitas Mõtis Peluſij cum iuribus, & pertinentijs ſuis, mero, mixtoque imperio, ita quod percipiat, & ſuos faciat fructus ipſius Ciuitatis ad rationem duc.decem pro centenario, pro ſumma, & ſatisfactione dotium, & dotarij pro concurrenti quantitate dictorum ducatorum ſexdecim mille, reſeruata facultate, & iure, prout præſenti decreto reſeruãtur illi, eiuſq; hæredi, & ſucceſſoribus, ad quem fuerit declaratum, ſucceſſionem dictæ Ciuitatis ſpectare dictam Ciuitatem redimendi cum iuribus, & pertinentijs ſuis infra annos ſex, numerandos a die, quo fuerit declaratum per ſententiã diffinitiuam, ad quẽ pertineat dicta ſucceſſio, ſolutis priùs dictæ D. Catharinæ ducatis ſexdecim mille pro dictis eius dotibus, & dotario, nec non illa ſumma, quæ eidem D.Catharinæ debetur pro ducatis 1209. 2. 3. ſibi debitis pro alimentis, & vſufructu dictarum eius dotium, & dotarij à die capturæ quond. D.Federici ſui viri vſq; ad præſentis decreti adiudicationem, ſaluo iure dictis D.Ferdinando, & D.Scipioni ſuper petitionibus per eos, & eorum quemlibet factis contra Dominam D.Catharinam, ſuper quibus lis ſuo marte decurrat, præſenti decreto non obſtante, præſtita tamen priùs idonea fideiuſſione, & idonea cautione per Dominam D. Catharinam, prout pręſenti decreto præſtandam eſſe decernitur, & declaratur de ſeruando Fiſcum poſſeſſorem idemnem à dictis Don Ferdinando, & D. Scipione, & à quolibet eorum inſolidũ, in cuius fauorem fuerit declaratum ſuper ſucceſſione ſtatus prædicti ex cauſa præſentis adiudicationis, & executionis, hoc ſuum, dicta Camera taliter in ijs ſcriptis interponente decretũ, &c. Frãciſcus Perronus. Lectum, latum, & recitatum fuit præſens decretum in Banca R.C.S. per me Io. Baptiſtam Coronatum, dictæ Cameræ Actorum Magiſtrum die 3. menſis Decembris 1529. aſſiſtentibus Eccell. D. Hieronymo de Franciſco, Excell. Domino Auguſtino filio Locumtenentibus, Magnifico Domino Antonio Baldaſcino, Magnifico Domino Gabrieli Barono, Magnifico D.Bartholomæo Camerario, Magnifico D.Franciſco Coronato, & Magnifico D. Franciſco Perrone apud Acta Ioannis de Serico.

Adiudicatio bonorum hypothecatorum facta creditori vigore ſententiæ aſſiſtentiæ cum pacto de retrouendendo ſine appretio, an iure ſubſiſtat, poſtquam in pragm.1.de Aſſiſt.bon.legitur, aſſiſtentiam, & appretium, &c. ergò appretium concurrere debet ex dictione illa, &, cuius natura eſt vt copulet, & coniungat præcedentia cum ſequẽtibus, repetatq; omnes qualitates præcedentis ſermonis, ità Gratus de diction. in dict.59.nu.3. & 4. Eapropter verbum iſtud appoſitum in d. pragm. non aliud ſonat, niſi adiudicationem mediante appretio, quod eſt remedium l.vetuſtiſſimã, C.de iure domin impetr. vt inquit Barbatus de aſſiſtent.gloſ.2 num.1. qua permiſſum eſt creditori iure dominij ſibi adiudicare, & poſſidere rem, quam debitor illi vel pignorauit, vel obligauit, ſeruata forma pacti interpoſiti, quod validum ibidem Imperator in l. ſancimus decernit, & ſubdit num.12. ex Reg. Ronito ibi, quod quando talis aſſiſtentia præſtatur per Iudices, apponitur illa clauſula, in forma &c. quæ interpretatur, vt ſuprà, facto appretio dicta bona adiudicanda eſſe, prout præſenti decreto adiudicatur pro pretio appretiando per expertos, qua de re adiudicatio tunc dicetur formitèr facta, quando præcedenti appretio fit, Anna in allegat.104.n.4. poſtquam appretium facit emptionem, & venditionem, vt ipſe ſubdit nu.4. vbi etiam cenſuit, talem adiudicationem importare emptionem, & ſic adiudicare eſt, per Iudicem dare, ideſt dominium transferre, & proindè adiudicatio facta à Iudice habet vim dationis in ſolutum voluntariè, & liberatur debitor, Reg.Rouit.conſ.75.n.20. tom.1. & propterea quando fit adiudicatio creditori, fit pro iuſto pretio appretiando per Tabularios Neapolitanos, iuxta formam conſuetam S.C. Vt inquit Præſ. de Franch. in deciſ.120. ſub nu.6. ſequitur Barbat.d.tract.glo.1.n.13. & ideo in cauſa Marcelli Graſſi cum Ill. Principe Molfetti, cum fuiſſet intentatum iudicium aſſiſtentiæ ad inſtantiam Pompei Graſſi V.I.D. contra d. Ill. Principem pro tertijs, & intereſſe ſuper quibuſdam domibus exiſtentibus in platea librariorum propè Eccleſiam S.Blaſij, & compilato proceſſu, per decretum S.C. interpoſitum ſub die 16. Ianuarij 1621. fuiſſet prouiſum, quod intereſſe tertiarum, & rei iudicatæ liquidentur ad rationem ducatorum quinque pro centenario, & per aliud decretum interpoſitum die 1. Februarij 1621. fuiſſet prouiſum, quod exigeretur contra dictum Ill. Prin-

Principem pro duc.5175. Poſtmodùm inſtitit prędictus Pompeus, q̀ dictus Ill. Princeps ſibi correſponderet ad rationē 7. pro cētenario, aut ſibi adiudicaretur cum pacto de retrouendendo appartamentum domus prædictæ, quod conduxerat Marcus Antonius Filomarinus pro duc.400. ſingulis annis, cum onere, quod ipſe Princeps faceret expenſas neceſſarias, abſq; tamen Apotecis, iam quod extrema aſſiſtentiæ probata fuerunt, & proceſſus iam compilatus, prodijt decretum S.C. die 22. Martij 1621. quod adiudicetur dictū appartamentum eidem Pompeo cum pacto de retrouendendo quandocunq; viſa dicta comparitione, quæ inſinuata inſimul cum inſtantia eiuſdem Pompei, vt expedirentur prouiſiones pro capienda poſſeſſione, vndè ſubſequutū fuit aliud decretum interpoſitum die 31. Martij eiuſdem anni, cuius vigore cepit poſſeſſionem, & conſequentèr dictum appartamentum locauerat eidē Marco Antonio, quod donauerat Marcello eius filio, qui mediante perſona ſui procuratoris poſſeſſionem ceperat, & per decretum interpoſitum per Conſil. Io. Baptiſtam Meliorem, præcedente inſtantia ipſius Marcelli fuit iniunctum mandatum eidem Marco Antonio, vt recognoſceret in dominum, & patronum ipſum Marcellum, & eidem ſolueret penſionem, vt de omnibus liquet in proceſſu exiſtente in Banca de Martino, indè cum fuiſſet factum depoſitum pro retrouenditione concipienda, inter cætera fuit dictum de nullitate decretorum, potiſſimum quia talis adiudicatio erat nulla, vti facta ſine appretio expertorum, vt conſuetum eſt ſeruari ex allegatis ſuperius, ſed huic replicabatur, non militare, nec per ordinem, neq; per iuſtitiam, ſiquidem reſpectu ordinis dicebatur, indubitatū eſſe, ac practicatam concluſionem in S.C. quod quando dicitur de nullitate poſt exequutam ſententiam, & cōſequenter per viam actionis, dato quod nullitates fuiſſent firmitèr probatæ, factoquè depoſito, quod non eſt, tunc dabitur terminus in cauſa, Anna alleg. 22. & ſic practicatur, eo amplius contra tertium poſſeſſorem, & quantum ad iuſtitiam, ex quo Affl. & Doctores dicunt, neceſſarium eſſe in adiudicatione appretium, loquuntur, quando adiudicatio fit conditionalitèr, mediante appretio expertorum, quando dum actus eſt conditionalis pendente conditione, actus non eſt perfectus, in caſu, de quo agebatur multum differt, ex quo fuit adiudicatum appartamentum Pompeo domus, quod tenebat Marcus Antonius pro duc.400. ſingulis annis, cum onere, quod Ill. Princeps facere deberet expenſas neceſſarias, quæ importabant duc.40. ſingulis annis, qui ipſi Pompeo duc.5175 non correſpondebant ad rationem duc. ſeptem pro centenario ſingulis annis cum tali pacto de retrouendendo, inſuper quod nō requiratur appretium, quando ſententia, aut decretum de eo non loquuntur expreſsè, vt fiat etiam in emptionibus liberis, facit text. in l. à Diuo Pio, §. ſi pignora, ff. de re iudic. vbi expreſsè dicitur, quod non requiratur, ex quo dum pignus datur creditori inſolutum ſimplicitèr, præſumitur datum pro toto debito, & idem dicitur in l. fin. C. de iur. dom. impetr. ubi, vt quod Iudex ſtatuerit hoc in æſtimatione pignoris obtineat, ſicquè dato, quod ipſa adiudicatio fuiſſet irreuocabilis, & perpetua, eſſet validiſſima, prætereà quia talis adiudicatio fuit facta cum pacto de retrouendendo quandocunq; & in S. C. omnes, aut maior pars ipſarum adiudicationum cum pacto de retrouēdendo fiunt ſine appretio.

Adiudicatio bonorum ſtabilium, ſiuè annuorum introituum concedi an debeat per Iudicem ad inſtantiam creditoris aduerſus debitorem debitoris tertij poſſeſſoris; ex facto percipiebatur Roſam Perrectam relictam quondam Saluatoris de Vito petijſſe aſſiſtentiam ſuper certa domo poſſeſſa per tertios poſſeſſores, cum quibus fuit facta ſolutio ducatorum centum, poſtmodum cum ad eius aures perueniſſet, quod Beatrix Maſulla hęres quondam Marci Antonij poſſidebat quodā baſcium, ſeù apothecam olim venditam per dictum Saluatorem Iordano Fareſe, & per dictum Iordanum venditam eidem Marco Antonio, cuius hæres erat, pro qua remanſerat debitrix in annuis ducatis quatuor pro capitale ducatorum quinquaginta, inſtiterat in S.C. tale capitale cū annuis introitibus ſibi adiudicari pro conſimili ſumma ducatorum quinquaginta, pro qua erat creditrix ex reſta ſuarum dotium, & antephati, vndè videbatur dicendum, id fieri non potuiſſe ex regula illa vulgata, id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, l. id, quod noſtrum, ff. de regul. iuris. Verùm quia factum Iudicis repræſentat factum partis, Franch. dec. 531. num. 3. indè datio inſolutum, facta à Iudice eadem ratione metitur, qua facta à parte, Mangil. de euict. q. 146. n. 1. & ſuggerente neceſſaria cauſa debiti, ob quam Iudex ad partis inſtantiam erit coactus facere adiudicationem, quæ realitèr ex cauſa neceſſaria procedit, vt inquit Borgn. dec. 6. ſub nu. 35. par. 3. & adiudicare nil aliud eſt, quam per Iudicem dare, ideſt dominium transferre, inquit Anna alleg. 104. num. 1. vbi num. 2. ſubdit, verbum, adiudicare, importare dominij tranſlationem, vt verbum, aſſigno, ſequitur Coſta conſ. 65. num. 2. nam Iudex per adiudicationem poterit facere tuum, quod meum eſt, Hieron. de Monte in ſuis quæſt. in q. 26. num. 33. & talis adiudicatio facta à Iudice habet vim dationis inſolutum voluntariæ, & liberatur creditor, Reg. Ronit. conſ. 75. nu. 20. lib. 1. Idcircò fuit prolata ſententia huiuſmodi. In Dei nomine Amen. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ, ſeù noſtro S.R.C. exhibita, & præſentata pro parte Roſæ Perrectæ, contra Nuntium Fareſe, tenor cuius talis eſt, vz. S.R.M. viſis, deniq; videndis. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam decernimus, & declaramus, pronunciamus, ac ſententiamus, annuos duc. 4. pro capitale duc. 50. adiudicandos eſſe, & adiudicari debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia adiudicamus, & adiudicari mandamus pro nunc ſupradictæ Roſæ Perrectæ debitos Nuntio Fareſe, pro quibus Beatrix Maſulla correſpondeat dictæ Roſæ Perrectæ Actrici, D. Gregorius de Angulo, hanc eandem, &c. Die 9. Iulij 1631. fuit lecta, lata, & publicata, &c. In Banca Cantoni.

Adiudicatio vigore ſententiæ aſſiſtentiæ an impediri poſſit prætextu appellationis interpoſitæ à decreto liquidationis intereſſe crediti pro quo fuit pſtita aſſiſtētia, vide infrà in ver. appellatio.

Adiudicatio bonorum creditori facienda an requirat appretium, vt dominium transferatur, refertur deciſio infrà in ver. appretium.

Adiudicatio facta per Iudicem alicui creditori ſuper certa parte alicuius domus accedente conſenſu debitoris, ſeù illius hæredis, ſeù aſſiſtentia præſtita ſuper dicta domo ad inſtantiam alicuius creditoris contra illius poſſeſſores, non aliter auditis creditoribus eiuſdem debitoris communis, an ea non obſtante adiudicatione, ſeù aſſiſtentia procedi poſſit ad venditionem domus, vt ex pretio perueniendo poſſit omnibus ſatisfieri pro eorum creditis. Cum eſſet creditor Franciſcus Taglieto illorum de Cæſario ex diuerſis cauſis pro ſumma ducatorum quatuor centum, inſtituto iudicio adiudicationis certę partis domus debitoris, ac accedente conſenſu hæredis Antonij Cæſarej, demum fuit per M.C.V. ad relationem Iudicis Donati Coppulæ conceſſa talis adiudicatio certi appartamenti præuio appretio, & in poſſeſſionē immiſſus, ita pariter per eandem M.C. fuit conceſſa aſſiſtētia Chriſtinę Ambroſinæ creditrici pariter ipſorum de Cæſario pro ſumma ducatorum biscentum ſuper alia parte domorum, quæ cum eſſet ſub Iudice, & pendente iudicio voluntariè alienata per Dominicum Cæſarium filium, & hæredem quond. Nicolai Cæſarij vnius ex hæredibus eiuſdem Antonij pro certa ſumma ducatorum 700. ſoluendorum aliquibus creditoribus in inſtrumento nominatis, inter quos aderant præfatus Franciſcus, & Criſtina Aloyſio Capaccio V. I. D. qui promiſerat ſoluere dictas quantitates eiſdem creditoribus, & vltra prædicta procurauit emere alteram partem domus adiudicatæ eidem Franciſco pro ſumma eius crediti, ſicq; concurrentibus aliis creditoribus eiuſdē communis debitoris inauditis, & dicta adiudicatione, ac aſſiſtentia conceſſis inſtabant ſatisfieri pro eorum creditis ſuper dicta domo, quæ, vel ſi fuerat voluntariè vendita lite pendente, debebat emptor pretium deponere iuxtà conuētionem habitam, vel ſi contingerit de tali venditione voluntaria nullā rationē haberi, procedi vtiq; debuerat ad venditionem illius integrè, nam etſi vnus ex creditoribus adiudicationem conſequutus fuerat, & alter aſſiſtentiam, & ſucceſſiuè reſpectu adiudicationis, quæ poterit poſt immiſſionem in poſſeſſionem vigore Saluiani interdicti peti, vt refert Barbat. in pragm. de aſſiſten. gloſ. 11. num. 15. ſimiliter poſt adiudicationē conceſſam, immiſſio in poſſeſſionem concedi, vt fuit obſeruatum in caſu præmiſſo, vel reſpectu aſsiſtentiæ, quæ ſecundum aliquos dicetur iudicium poſſeſſorium, ſicut proſequitur Barbat. in d. prag. gl. 8. n. 7. dato pro nunc, quod ſint remedia poſſeſſoria, ſubſequitur, quod quemadmodū vno creditore immiſſo in poſſeſſionē bonorum debitoris, cæteri etiam immiſſi viderentur in poſſeſſionem dictorum bonorū, Neguſant. de pignor. 2. membr. 3. par. nu. 10. quam ſiquidem regulam procedere etiā videtur in vno creditore immiſſo in poſſeſsionem vigore decreti, vel ſententiæ latæ, vt probaui in 3. par. noſtri compendij, verb. Adiudicatio pignoris, eoq; impenſiùs, quia licet ipſi creditores ſententias obtinuerint, non poterant iuribus aliorum, qui nondum obtinuerant præiudicare, quoniam alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, l. non debet, ff. de reg. iur. cap. nō debet. de reg. iur. in 6. Ex aduerſo aūt dicebat Frāciſcus q obtinuerat ſentētiā adiudicationis, & altera creditrix, q̄ obtinuerat ſētentiā aſsiſtentiæ, ſibi ipſis fuiſſe ſuccurſum vigore dictorum decretorum, & nulli dubium erat, quod cum primò obtinuerant, præferendi erant pro eorum creditis, ad tex. in l. 12. à quo, ff. de rei vend. vbi Doct. cum alijs apud Alph. collect. 159. & melius in l. ſi quis à multis, ff. de noxal. act. & citra dubium reſpectu ipſius adiudicationis potiſſimum facta à Iudice operatur, quod tuum eſt, meum erit, Hieron. de Monta in quæſt. 26. num. 33. quoniam verbum, adiudicare, per Iudicem eſt dominium transferre, Anna alleg. 104. num. 1. vbi n. 4. aſſerit, importare emptionem, & venditionem, ex l. quotiès, ff. de iur. dot. cum alijs ibi relatis, ſicq; vbi creditor Iudicis auctoritate adeptus eſſet poſſeſsionē debitoris, pignus prætoriū acquiſiuiſſe videtur; idē Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 5. n. 159. ſic adiudicatio facta à Iudice habet vim dationis inſolutū voluntariè, & liberatur debitor, Reg. Rouit. conſ. 75. num. 20. lib. 2. pariterq; reſpectu alterius creditricis, quæ obtinuerat aſſiſtentiam, nam agens iure aſsiſtendi, nedum agit ad poſſeſſionem, verum etiam ad dominium rei adiudicandum pro concurrenti debiti menſura, quemadmodum idem Barbat. in ead. pragm. proſequitur in gloſ. 11. num. 10. ſicq; id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro à nobis excelli non poteſt, l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur. & in dubio melior eſt conditio poſsidentis in pari cauſa, l. in pari, ff. de reg. iur. Nihilominus quia aderant plures creditores, quibus domus fuerat obligata, & erāt creditores in pecunia, nec aliter cogi poterant ad recipiendū ſtabilia inſolutū, ex diſpoſitione Auth. hoc niſi, C. de ſolut. cū alijs adductis, & examinatis per D. Reg. Rou. conſ. 78. lib. 1. cōſultū erat illis procedere ad venditionem domus integrè, ad hoc vt ſuper pretio, ſatisfieri potuiſſet, vt deduxi in d. ver. Adiudicatio part. 3. Quinimò facta relatione in S. C. per Iudicē Donatum Coppullā die 5. menſis Decembris 1640. fuit interpoſitum decretum huiuſmodi, per S. R. C. remiſſa eſt cauſa eidem M. C. quæ prouideat, quod vendatur integra domus in actis deducta, & in pretio audiantur oēs, hoc ſuū, &c. de Mercatis Secret. vt patet in proceſſu Criſtinæ Ambroſinæ, & aliorum cum Dominico de Cæſareo, Aloyſio Capaccio V. I. D. & alijs exiſtente in Banca Cotcioni Actuarij M. C. V. & ità indifferenter practicatur in Regijs Tribunalibus exiſtente concurrentia creditorū; verum ſi expoſita venali re immobili, & nullo reperto emptore, vel modico pretio, quod ſufficere non poſſit creditoribus, ex quo vendi non debent paruo pretio res magni valoris, tunc ſi non inueniatur iuſtus emptor, res tradi debet inſolutum æſtimata creditori, vt nouiſſimè probat Conſil. Arias de Meſa variar. reſol. lib. 1. cap. 26. n. 5. quod idē eſſet exiſtētibus pluribus creditoribus eiuſdē debitoris in eo caſu, vt pluries deciſū retuli in d. 3. p. ver. Adiudicatio. Nec proinde officere debent aliorum creditorum ſententiæ adiudicationis, ſiue aſſiſtentiæ, quę cum latæ eſſent inauditis ipſis, eis officere non debent, ex vulgata regula, vt ſupra relata, & licet vrgere videatur altera regula, quod creditore vno immiſſo in poſſeſſionem ex pignore prætorio, cæteri immiſſi dicuntur, Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. num. 129. Statil. Paciſ. de Salui. interd. inſp. 4. c. 1. num. 121. tū ibi dictam regulam declarat procedere, quando actiones eorum eſſent ſimul connexæ, & in-

diuiduæ

diuiduæ, quando tunc procederet, vt ſubdit n.12. Imò etiam ex quo regula ipſa benè procederet in iudicijs poſſeſſorijs tantum, & tunc realiter qui immiſſus erit vigore decreti, manuteneri debet interim in poſſeſſione q̃ſita ex iuris diſpoſitione. Eapropter is, qui obtinuit ſententiam, interim pendente venditione rei, vel alterius diſcuſſionis, debet manuteneri vigore dictæ ſententiæ in perceptione fructuum, ſicq; in facto prædicto cum fuiſſet grauatus ex decreto venditionis domus prædictæ, & ampliùs ob depoſitum pretij non factum, præfatus Aloyſius aſſerendo, ipſam Chriſtinam conſenſiſſe venditioni prædictæ, neq; ei obeſſe, qualitèr domus erat ſub Iudice, & voluntariè diſtracta, ſed cum maxima læſione, poſtquam in hoc erat libellus neceſſarius, qui ſi fuiſſet porrectus, vtiq; oppoſuiſſet exceptiones releuantes ad illius excluſionem, & ſi benè fuerat interpoſitum decretum per idem S.C. huiuſmodi, die 24 Ianuar. 1641. Audita relatione Magniſ. V.I.D. Donati Coppulæ Iudicis M.C.V. per S.R.C. remiſſa eſt cauſa eidem M.C. quod prouideat, quod audiantur partes infra quatuor dies ſuper omnibus hinc indè prætenſis, hoc ſuum, &c. Nihilominus interpoſita reclamatione ab eadem Chriſtina, quæ iam obtinuerat aſſiſtentiam ſuper dicta domo, & in perceptione fructuũ exiſtebat vigore ſententiæ in eius beneficium latæ, obtinuit iterum verbum fieri in eodem S.C. quo facto die 11. Iulij 1641. eodem referente Iudice fuit latum decretum ſequens, videlicet. Audita relatione Mag. V.I.D. Donati Coppulæ Iudicis M.C.V. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod ſuſpenſo decreto lato ſub die 24. Ianuarij 1641. remiſſa eſt cauſa eidem M.C.V. quæ procedat ad diſcuſſionem relationis ordinaræ, & interim Aloyſius Capaccius faciat depoſitum tertiarum debitarum, & debendarum dictæ Chriſtinæ Ambroſinæ pro capitale ducat. 200. hoc ſuum, &c. de Mercatis Secret. in Banca prædicta. Et idem etiam fuit iudicatum per eandem M.C. in beneficium ipſius Franciſci, qui obtinnerat adiudicationem, quæ conceditur creditori ad euitandam calliditatem debitoris, Reg. Rouit. conſ. 18. nu. 8. lib. 2. & proculdubio terminato iudicio venditionis rei, vel graduationis creditorum, ſi res ſufficiẽs erit pro ſatisfactione dictorum creditorum, qui ſententias obtinuerint, & eſſent anteriores, facta eis ſatisfactione, ſuper illo pluri remanſo concurrere potuerunt, quoniam aſſiſtentia, & hypotecaria preſtatur ſuper illo pluri, quo valet res empta ab aliquo, de cuius pretio facta eſt ſolutio anteriori creditori, vt docet Barbat. in d. pragm. gloſ. 5. num. 66. nam acquiritur ius ſuper illo pluri, Reg. Rouit. conſ. 70. nu. 10. lib. 2. ſin autem res ipſa ſpecialiter illis obligata non ſufficeret ſatisfactioni omnium creditorum, recurrendum erit ad alia bona generaliter obligata, vt quoq; ſectatur Ripoll. variat. reſol. cap. vlt. n. 53. & ſeqq.

Adiudicatio nominis debitoris tertij poſſeſſoris ſtabilium inſimul cum aſſiſtentia cõcedi an debeat creditori, non obſtantibus exceptionibus, hoc eſt nullitate vltimi contractus prætenſi celebrati tempore minoris ætatis, ac etiam exceptione l. procula, item exceptione præſcriptionis, refertur deciſio infra in verbo aſſiſtentia.

Adiutorium an debeatur ab Vniuerſitate ad dominium proclamante lite pendente, & proteſtationem faciente cõtra Baronem nouum emptorem in captura poſſeſſionis pro filia maritanda petitum, deciſum fuit per R.C.S affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Optati cum Io. Franciſco Iouene illius Barone in Banca Priſci Gratiani; vt teſtatur Epiſcopus Ricc. collect. 3339. par. 8. de qua mentio habetur in 2. par. noſtri compendij verb. Adiutorium.

Adiutorium ſolutum Baroni ementi feudum cum Regio aſſenſu nõdum regiſtrato, vt moris eſt, & illud pendente regiſtratione tali venditum, an reſtitui debeat dictæ Vniuerſitati illud ſoluenti, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. ad relationem Reg. Conſil. Pomponij Salui in anno 1613. in cauſa Marchioniſſę Cluſani apud Carbonum refert Ill. Epiſcopus Riccius collect. 3339. par. 8. de qua prius mentionem feci in 2. par. noſtri compendij verb. Adiutorium.

Adiutorium an poſſit remitti vaſallis per Baronem abſq; aſſenſu; deciſum fuit negatiuè per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Sternitę cum Barone, in Banca de Ferrarijs, ſed fuit conceſſa quædam dilatio ad ſoluendum, Nouar. in pragm. 1. collect. 2. n. 29 de Baron.

Adiutorium, ſiue ſubuentio an debeatur Domino feudi diuiti, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Ill. Principis Auellarum in Banca Cioffi, teſtatur nouiſſimè Horat. Perſius in conſil. ciuil. 15. ſub nu. 1.

Adiutoria plura an debeantur Baroni volenti plures filias maritare, aut terras emere, cocurrente vaſallorum inopia, & Baronis opulentia, ac diuitijs, licet alias deciſum fuiſſet per S.C. affirmatiuè ex Frecc. de ſubfeud. lib 2. quæſt. 5. attamen iterum contingente caſu in cauſa Ioannis Cicala cum Vniuerſitate Sternitæ, petentis tria adiutoria, ad relationem Reg. Conſil. Fabij Riccardi per S.C. fuit condemnata dicta Vniuerſitas, ſed conceſſa quadam dilatio ad ſoluendum illa, penès de Ferrarijs, Illuſtr. Epiſcopus Ricc. collect. 3339. p 8. de qua prius meminimus in 2. p. noſtri compendij, verb. Adiutorium.

Adminiſtratio bonorum maioratui ſubiectorum, an ſit deferenda vocato ad ſucceſſionem illius, ſtante fatuitate inſtituentis maioratum, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè ſub cautione de benè adminiſtrando, & de conuertendo in emptionem introitus, ac reddendo computum adminiſtrationis in S.C. quolibet ſemeſtre, ita dixit D. Reg. Sanfelic. dec. 165. n. 5. & 6.

Adminiſtratio alicuius officij pertinentis ad Nobiles, ſi ab aliquo exerceretur, cui fuit de ignobilitate oppoſitum, an erit interdicenda interim dũ in poſſeſſione reperitur adminiſtrandi, ex quo alleganti, ſeù objicienti incumbit onus probandi de ignobilitate, deciſum fuit negatiuè in beneficium ipſius Officialis, in cauſa Io. Baptiſtæ de Rogatis cum nobilibus Caſtrimaris de Stabia, referente D. Matthia Caſanate Regente meritiſſimo, ſic teſtatur D. Reg. Sanfelic. in eius addit. ad dec. 45. ſub n. 43.

Admiſſio ad Collegium Doctorum an ſtatim fieri debeat, ſeù à tempore captæ informationis, vel ad libitũ Collegij, Pro parte Almi Collegij Neap. in occurrenti caſu fuerunt ſequentia in facto, & in iure allegata, v3. Doctor Aſcanius Tholomeus ſumpſit gradum Doctoratus die 26. Nouembris

1560. & eadem die petijt admitti ad Collegium, & fuit dictum, quod capiatur informatio de eius natiuitate, elapſis vndecim mẽſibus die 22. Octobris 1561. fuit capta informatio. Indeq; ad ſeptimum annum die 11. Maij 1567. iterum inſtitit admitti, vt in ſua comparitione fuit admiſſus ab hodie die 1 menſis Nouembris eiuſdem anni 1567. vt in decreto dicti Collegij ſcripto in dorſo ſuæ cõparitionis. Anno verò 15. poſt dictam ſuã admiſſionem, & 22. poſt Doctoratum in die 16. Nouembris 1582. iterum recurrit ad Almum Collegium, & petijt prouideri, quod intelligeretur admiſſus ab eo die, quo fuit capta informatio, & intimatis decem proximioribus admiſſis ad Collegium poſt Doctoratum ipſius Aſcanij, eidem pluries fuit oppoſita exceptio rei iudicatæ, vſq. ad annos 1597. & 98. & licèt ab ipſo Doctore Aſcanio Tholomeo fuerit inſtatum pro termino in cauſa, ſub die 17. Aprilis 84. tamen ſub die 10. Octobris 84. idem Aſcanius non obtento termino prædicto, obſtãte exceptione prædicta rei iudicatæ, inſtitit pro expeditione cauſæ, & habuit proceſſum pro inſtructo, & tacuit per annos 12. vſq; in annum 96. Tandem die 26. Maij 1599. in anno 32. poſt decretum ſuæ admiſſionis comparuit, & dixit, dictum decretum fuiſſe nullum, & iniuſtum, & ideò iterum petijt iudicari, & determinari, ipſum admitti à die captæ ſuæ informationis. Et per Almum Collegium facta mentione decreti admiſſionis, ac prædictæ comparitionis præſentatæ ſub prædicta die 26. Maij 1599. fuit die 4. Septembris 99. deciſum, dictum Doctorem Aſcanium non eſſe audiendum in contentis, & petitis in prædicta eius comparitione, legãtur quæſo & comparitio, & decretũ, A quo decreto, quod non audiebatur, fuit appellatum porrecta ſupplicatione S.R.C. & licèt ipſe Aſcanius appellans enixus fuerit ſuper prætenſo termino ad non poſita ponendum, & ſuper poſſeſſione, ac annotatione portionis, & munuſculorum, tamen his prætermiſſis ad ſui inſtantiam eſt expedita monitio ad dicendum pro expeditione cauſæ, in qua tãtum eſt videndum, ſi bene, vel male per Almum Collegium fuerit decretum, ipſum Aſcanium nõ eſſe audiendũ. Pro cuius decreti confirmatione ſatis eſſet inſpecto ritu iudicij allegare nullitates non poſſe proponi vltrà 30. annos ex irrefragabili iuris dogmate, in quo cõcurrunt Specul. in §. iuxtà in fin. ſub tit. de ſent & alij Doctores id ſentientes poſt glo. in cap. 1. in fin. 35. q 9. iuncto text. in l. ſicut, C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Et inſpecta recta adminiſtratione iuſtitiæ ſufficeret etiam allegare deciſionem S.R.C. in cauſa q. Regij Conſiliarij Camilli Sanfelicij, idem prætendentis, cuius proceſſus formiter non producitur, ne per obliquum audiretur ipſe Aſcanius contra formam decreti. lati, quæ deciſio, & tanquam ſententia Regia, & tanquam lata ſuper iure fruitionis, honoris, portionis, munuſculorum, & prærogatiuarum in Almo Collegio ſecit ius quoad omnes, etiam ex regula l. ingenuum, ff. de ſtat. homin pro cuius decreti recognitione ꝓducitur in cõſpectu Dominorũ Iudicantiũ originalis proceſſus prædicti Reg. Conſiliarij Sanfelicij. Verũ ad omnimodã partis aduerſæ excluſionem pre oculis deducitur Priuilegium dicti Almi Collegij confirmatum, & denuò conceſſum à Sereniſſima Regina Ioanna II. præſentatum in prædicto proceſſu Sanfelicij, vbi conceſſa eſt prædicto Collegio poteſtas decernendi omnia concernentia ipſius Collegij negotia per verba inter cætera tenoris ſequẽtis. Approbamus Collegium licitum, & honeſtũ perquam neceſſarium Reipublicæ, noſtriſq; vtilitatibus, & honori, poſſintq; abſq; nota cuiuslibet monopolij, & conuenticulæ illicitę, ſine lege conuenire inuicem, & quæ bonum eorum honeſtum, & iuſtum ſapiunt, & tangent eoſdem in communi, vel particulari diſponere, tractare, & facere, ac illa proprijs tutamentis cautius roborare, quæ firma, & valida eſſe decernimus, tot Sapientum, aut ſaltim maioris partis illorum iudicio comprobata, & vt vota ſua honeſta, tam Sacrum Collegium poſſit facilius explicare, & inuicem acceptas, & gratas deliberationes facere hi, qui ſunt de Collegio Doctores, ſcilicet prælibati, prouidemus quod vnus ex eis ſit Prior, qui nominis, & priuatus caput teneat agendorum, & Prior Collegij Doctoralis iuris Canonici, & Ciuilis ab alijs appelletur, quẽ Priorem de anno in annum creari volumus, & ordinari per Cancellarium Regni noſtri Siciliæ de conſilio prælibatorum Doctorum, & ad ipſorum Cancellarij, & Prioris vocationem Doctores ipſi in loco honeſto conueniant in communi, vel in proprio negotia tangantur, ſeù ſuper illis negotijs, quibus ipſi Cancellario, & Priori videbitur expediens, quod Doctores inuicem conueniant prælibati, illudq; robur firmitatis obtineat ſuper expoſitis negotijs dictos Cancellarium, & Priorem, ad quod maior pars Doctorum inclinauerit, eo tunc facto ſcrutinio eorundem, adhibito eis Notario eorum Collegij, per quem ordinata ſcribantur, & hoc Cancellarij, & Prioris miniſterio, & iterum in ſui fine Priuilegium dictat conſimilia, ſcilicet omnes prædicti Doctores Menſe quolibet ad requiſitionem inde dicti Cancellarij, & Prioris conueniant audituri Miſſam Spiritus Sancti in ea Eccleſia, in qua, & quãdo per Cancellarium, & Priorem fuerint requiſiti, & poſt dictam Miſſam auditam inuicem charitatiuas colluctationes, ſeù collationes faciant de rebus honeſtis, & licitis, aut occurrentibus ipſis in proprio, vel in communi. vt ſic ſub Dei timore viuentes, & fructuoſi nobis, & noſtræ Reipublicæ appareant, & deſeruiant nemini, quo ab alijs vulgaribus idiotis hominibus diſtinguuntur. Et dum Doctor Aſcanius allegaret, tempore ſui Doctoratus conſueuiſſe Almum Collegium admittere, & retrotrahere ad ipſius Doctoratus & petitionis diem: Reſpondetur, ad minimè ſuffragari cum eadem allegatio prædicto Regio Cõſiliario Sanfelicio ſuffragata non fuit ex rationibus tunc diſcuſſis, & alijs, quæ nunc proponuntur, aduertantur quæſo.

A Admiſſio ad Collegium ſemper fuit, & eſt voluntaria, & gratioſa ad Collegij libitum, non autem neceſſaria, prout ad literam geminatè patet ex verbis Priuilegij, dum inter cœtera dicitur, inſẽdimus etiam, &c. volumus, quod poſſint etiam alij Doctores de cœtero eſſe, & ſint de Collegio, qui accedente voluntate Cancellarij, ſuffragio ad minus medietatis partium ipſorum Doctorum de Collegio, ad ipſum fuerint Collegium introducti. Si oriundi, & Ciues noſtræ Ciuitatis Neap. fuerint, & vincitio illo ablatiuo abſoluto, accedente voluntate importante conditionẽ:

Là teſtatore de condit. & demonſtr. & verba re ferun tur ad actum decretæ admiſſionis, non autem ad Doctoratum, ſiuè petitionem, prout in verbis illis, ad ipſum fuerunt Collegij introducti, & alibi in eodem Priuilegio, & alter alteri in ſedendo præponatur, qui de cætero prius in præfatum Collegium fuerit aſſumptus. Ex quibus indubitanter oritur poteſtas admittendi, vt libet, cum non ſit reprehenſibile ab habentibus poteſtatem ſtatuendi, mutari ſtatuta ſecundum temporum varietatem, ex reg. cap. non debet, de conſanguin. & affin. vt contingit dicto Doctori Tholomeo admiſſo in anno prædicto 67. quo tempore omnes admiſſiones fiebant à die decreti longè poſt diem Doctoratus, vt apparet per 30. ferè admiſſiones factas ab eo anno 67. vſq; in annum 1575. incipiendo incluſiuè à Decreto admiſſionis q. Doctorum Mutij, & Marci Antonij Suigentis admiſſorum à die decreti lati 22. Martij 1567. per ſeptem menſes ante admiſſionem Tholomei, qui Mutius fuerat doctoratus anteà per annum cum dimidio die 21. Nouembris 65. vſq; ad decretum admiſſionis Doctoris Mutij Ianuarij lati 11. Aprilis 75. quæ 30. decreta fuerũt producta in d. Proceſſu Conſiliarij S. Felicij ad illum excludendum prout in ſuo proceſſu f. 95. interq; decreta fuerunt introducta duo præcipua, vnum admiſſionis Doctoris Sebaſtiani de Marinis decretæ die 4. Iunij 1549 ab hodiè, & alterum Doctoris Nicolai Antonij Zurulı ſub die 17. Iulij 1546. &c. ſi illa die fuiſſet doctoratus, ad demonſtrandum, quod alias, idem fuit practicatum ab Almo Collegio ad ſui libitum, ex quorum decretorum productione fuit à S.C. prædictus Conſiliarius Sanf. licius excluſus, prout ex ſententia ſui proceſſus f. 103. 104; optima ratione, nam habentibus ius ad rem adhuc non acquiſitum in re, poteſt præiudicari per decisa in cap. fin. de conceſſ. præb. in 6. quanto magis dicto Aſcanio, qui antè Decretum ſuæ admiſſionis neutrum ius habebat, cum adhuc non fuerat admiſſus. Immò dum poſt ſuam declarationem elapſo curſu annorum quindecim recurrit ad idem Collegium pro declaratione de nouo facienda, tanquam ad habentem poteſtatem diſponendi, cum eius ſit declaratio, cuius fuerat editio, eodem cap. fin. fuit declaratum non eſſe audiendum in petitis, cui deciſioni eſt ſtandum, cum eo tempore non erat dictus Aſcanius, ſicut adhuc non eſt, de numero habentium ius in re acquiſitum, vt ſunt ordinarij, aliiq; ſupernumerarij iam poſſidentes. Videatur quæſo prædictum cap. fin. quo melius pro præſenti deciſione credo inueniri non poſſe. Et ſtatius erit imputari ſibi ſua negligentia in capienda informatione, potiſſimè in fine anni ſui Doctoratus, tacendo deindè per alios annos ſex, cum interim non inſtiſſet pro ſua admiſſione, immò magis, atq; magis tacuiſſet, ſi ex prouiſione Almi Collegij facta ſub die 24. menſis Aprilis 1567. nõ fuiſſet perſonaliter exclutus ad [illegible] pro prædicta admiſſione prout ex authẽcopia prædictæ prouiſionis nouiter repertæ, quæ cuilibet Dominorum Iudicantium pro eorum inſtructione demonſtratur, cumq; eadem ſecuritate ductus, res protracta ſit vltra triginta annos poſt decretum prædictæ ſuæ admiſſionis, ac quadraginta poſt ſuum Doctoratum, quam illum retrahendo turbare ordinarios numerarios, & ſupernumerarios

poſſidentes ex eorum diligentia, ac voluntate Almi Collegij ius in re, quibus nullo modo debet præiudicari ex diſpoſitione prædicti capituli fin. de conceſſ. præbendarum 6. & l. 1. in fine, C. de conſul. lib. 12. & ne derogaretur ſtilo tantis Senatus, omnium patris, ac ſexcentis circa decretis admiſſionum ex eo tempore prolatis, & etiam deferatur Synodali Regiæ Sententiæ S.R.C. prolatæ contra ſuum nec Regium Conſilium, quæ omnia ſubmittuntur Religioni Dominorum Iudicantium. Additur, quod Doctor quond. Ludouicus Indellus doctoratus ſub die 27. Aprilis 1557. qui eodem die petijt admitti, exclutus ſimiliter ex dicta prouiſione Collegij, fuit admiſſus die 26. Iulij 1567. à die decreti, cui acquieuit, & paſſus eſt præiudicium annorum decem, nam pauci ſũt menſes poſt aliquas ſeſſiones immediatè ante Doctorem Pytrum Paganum, tanquam ſupernumerarius ex hac vita migrauit, & q. Doctor Angelus Spina doctoratus ſub die 26. Octobris 67. fuit admiſſus die 21. Ianuarij 68. præſenti die ſui decreti, quod inſpicitur productum in eodem proceſſu Sãfelicij inter prædictas triginta admiſſiones prædict. fol. 94. & 95. Io. Petrus Campanilis V.I.D. Io. Vincentius Bitta.

Pro altera parte admitti petente ad Collegium, fuerunt [illegible] ſequentia allegata, videlicet [illegible]

Petita admiſſione ad Collegium Neapolitanum per Doctorem Aſcanium Tholomeum [illegible] quam Neapolitanum die 27. Nouembris 1560. à qua Doctoratus gradum ſuſcepit, fol. [illegible] capta informatione de anno vberiùs [illegible] dum ſe admiſſum eſſe credebat, die 12. Maij 1567. inſtitit iterum pro dicta admiſſione cum omnia adimplenda adimpleuerat, & propter impedimenta contingentia in perſonam Domini Io. Baptiſtæ Manſi cauſæ Commiſſarij, & demum mortem reperit ſe non admiſſum, inſtandi [illegible] commiſſione cauſæ per d. [illegible] admiſſione facienda. Demum anno 1582. cognouit ſe admiſſum à die 1. Nouembris 1567. [illegible] decreto conquæſtus petijt ſe admitti debere ſub die ſui Doctoratus prædicti fol. 5. à ter. & dum pluries inſtitiſſet, ſic iudicari citatis citandis, tandem die 28. Maij 1599. iterum inſtitit ſe admitti ſuo loco anni 1560. non obſtante decreto aliàs lato, tanquam nullo, vel ſaltim notoriè iniuſto fol. 14. & dum ita ſperabat iudicari per ipſum Collegium, tandem fuit prouiſum non debere audiri in contentis in prædicta eius petitione f. 16. A quo fuit appellatum ad S.C. per quod ipſe appellans ſuplicat, reſpondendum eſſe ex infraſcriptis. Primò eam fundatur, decretum latum ſub die 1. Nouembris 1567. non potuiſſe tranſitum in rem iudicatam, tum quia ab eo fuit appellatum, tum quia nullum; & vtrumq; remedium infra legitima tempora à iure ſtatuta fuiſſe propoſitum: Appellatio enim [illegible] infra decem dies eſſe interpoſitam [illegible] C. de appellat. Tamen illa non curreret die latæ ſententiæ, ſed eius ſcientiæ, tum gl. ibidem, tum alij Scribentes communiter afferunt, ex tex. in cap. concertationi de appellat. [illegible] Franch. & alij ſequuntur Tiraquell. de retract. lign. § 9. nu. 42. Alex. in l. [illegible] nu. 82. ff. de re iud. Ptol. in repet. [illegible] numero 26. verſic. ſed autem dixi [illegible] ſcientia non præſumitur, l. verius, & ſic probat. [illegible]

eam

eam alleganti incumbit onus probãdi. Eo maximè, quia donatio non præſumitur, l. campanus, ff. de oper. liber. ſed ſi præſumeretur ſcientia, induceretur præſumptio donationis iuris admittendi à die Doctoratus, quæ non præſumitur, l. cum de indebito, ff. de probat. quod colligitur, tũ ex præcedẽtibus inſtantijs ipſius Aſcanij, tum ex ſequẽtibus eius petitionibus, & appellatione interpoſita ex quibus animus ipſius apparuit, nullo modo voluiſſe tali decreto acquieſcere, tale præiudicium ſibi inferenti, l. ſi ſeruus plurium, ff. de legat. 1. & non obſtant prætenſæ coniecturæ per aduerſarios conſideratæ, quod in dorſo petitionis factæ per Aſcanium ſit factum decretum, ex quo in voluntate Actuarij fuit ſcribere ibidẽ, vel alibi. Nec expenſa requiſita in prolatione decreti, quæ præſumitur facta ab eo, ad quem actus ſpectat, iuxtà allegata per DD. in cap. 1. de iudicijs, in l. cum ſeruus, ff. de verb. obligat. cum id intelligatur, quando magna requiritur expẽſa, vt in d. cap. 1. num. 31. inquit Dec. ſecus quando parua, vt in caſu noſtro, maximè contemplata perſona, & qualitate ipſius D. Aſcanij, imò dixit Frecc. lib. 2. de ſubfeudis quæſt. 14. quod ſi reperitur ſupplicatum Regi pro parte Petri pro aſſenſu, non probetur, Petrum ſupplicaſſe Regi, ſentit Capyc. dec. 86. num. 17. verſ. Item in his proceſsibus, dum inquit ibi multæ expenſæ acceſſerunt, Anna alleg. 89. num. 17. ibi in notabili ſumma. Vlterius, quam ſcientiam voluit habere Aſcanius, ſi poſt mortem primi Commiſſarij inſtitit pro alia commiſsione, vt fol. 5. & nunquã fuit alteri commiſſa, & ſic non exiſtente Commiſſario, quomodo ſcire poterat, cauſam eſſe expediendam. Præterea iſta ſcientia non eſt vera ſcientia, ſed præſumpta (& licet maiores præſumptiones pro Aſcanio non militarent, prout militant) ergo illa non excludit elapſo tempore dierũ 10. dato ad appellandum, quin poſsit appellare, quia terminus dierum 10. excludit, vbi vera eſt ſcientia, & non præſumpta. Imò ſi citatio facta eſt domi, quia inducitur præſumpta ſcientia, tamen poteſt appellari elapſo tempore dierum 10. dato ad appellandum, vt multi Doct. allegati per Tiraquel. ſuo more dixerunt, quos non tranſcribo, & eos ſequitur Tiraquel. ibidem. Tertiò, non ſufficit ſcire, decretum eſſe latum, ſed qualitatem decreti, & grauamen mihi inferre particularis, gl. in d. cap. concertationi, in verbo ſcuerit, de appellat. in 6. communiter approbata per DD. Et ex his apparet fundatũ, quod dum tempus appellandi non currit à die lati decreti, ſed à die ſciẽtiæ, & grauaminis illati, & ſcientia non præſumitur, ergo infra legitima tempora præſumendũ eſt appellatum, licet decretũ ſit die 1. Nouembris 1567. & appellatio, & cõqueſtus ſit anno 82. Præterea licet quis ſit excluſus ab appellationis remedio, non per hoc poſt iſtud tempus non admittitur per viam querelæ, & conqueſtus, quando Iudex non procedit iuris ordine ſeruato, & cum grauamine partis, dixerunt Gemin. & Franch. d. cap. concertationi num. ille [illegible] iſte verò num. 6. verſ. ſuper quo aduerte, & dum iuris ordine non ſeruato proceſſit Collegium, non monito ipſo Aſcanio ante decretum, nec cauſa commiſſa alteri poſt mortem cauſæ Commiſſarij, & cum grauamine admittendo ipſum tempore incongruo, ergo admitti debuit etiam poſt tempus datum ad appellandum, & propterea decretum non potuit facere tranſitum in rem iudicatam. Suadetur ſecundò, ex quo decretum fuit nullum, & apparet Primò, dum fuit interpoſitũ decretum die 1. Nouembris, & ſic die feſtiuo, quo die interponi non poteſt, l. actus omnes, C. de iudicijs, Guid. Papa dec. 215. num. 10. Secundo, ex quo nõ fuit cauſa commiſſa alteri poſt mortem primi Commiſſarij, & tamen fuerat inſtatum pro noua commiſsione, & cauſa fuit expedita, nam iſti Magnifici de Collegio non ſunt Iudices ordinarij, ſed delegati à Vicecancellario, vt obſeruantia demonſtrat, & colligitur ex dictis per Carauit. in Ritu M. C. V. 265. num. 28. & 29. in differentia inter Iudices M. C. V. & Regios Conſiliarios S. C. dum iſtis cauſa delegatur per Circumſpectũ Præſidem, ſine qua commiſsione non procedũt, & illi poſſunt abſq; commiſsione Circumſpecti Regentis M. C. & licet Iudicibus cõmittitur cauſa iſta, eſt partitio, & diuiſio, & non commiſsio, vt per Dominum de Franch. dec. 143. in fine, allegando Bald. in l. fin. col. fin. C. vbi Senator. vel Clariſſ. ergo cum abſq; commiſsione quis non poteſt procedere, eſt delegatus, & non ordinarius. Et iſta nullitas, præſuppono, quod fuerit deducta eodem tempore anni 1582. dum fuit petitum per Aſcanium, admitti debere à die Doctoratus, poſtquam eodem die petijt admitti, & ita debebat iudicari, iſta verba inducunt conqueſtũ, vt per Andream in cap. ſancimus el ſecondo n. 5. quo tempore miles, vbi dicendo quis decretum iniuſtum, vel malè iudicatum, licet non dicatur formaliter, appello, dicatur conqueri, & appellatio inducta, & conqueſtus, ſub qua appellatione inducitur tacita nullitas deducta, l. ſi expreſſim, vbi Bar. num. 3. verſ. nec obſtat, col. 2. ff. de appell. & expreſsè, & punctualiter dixit Affl. in Conſtit. Regni, Vt vniuerſis, num. 40. verſ. & ſcias, de identitate ſeruanda Comitibus, Baronib. & vaſallis, allegando Bald. in l. ſcire, §. nec de ijs, ff. de excuſat. tut. quod dicendo quis ſententiam iniuſtam, videtur generaliter agere de nullitate, & quando quia non poteſt audiri, niſi per viam nullitatis, videtur illa deducta ex ijs, quæ notant de Franch. dec. 86. nu. 7. verſ. accedebat prædictis, quod quando quis non poteſt audiri, niſi per viam reſtitutionis in integrum, dicendo audiri, intelligitur per viam reſtitutionis in integrum. Quæ nullitas ſimiliter non poteſt dici, non deducta infra triginta annos, poſtquam apparet deducta ex dicto die, & anno 1582. Illius propoſitio non currit, niſi à die ſcientiæ, inquit Plotus loco citato multos allegãs, & ſcientia non præſumitur, vt ſuperius probatum eſt, & ex iſtis non obſtat prætenſio Aduerſariorum, quod obſtet exceptio rei iudicatæ. Vndè iam fundandum eſt, debuiſſe, & debere admitti à die petitionis ſuæ, quod apparet, dum ex pluribus Doctoribus admiſſionem petẽtibus, ille ſit admittendus ante omnes, qui prius Doctoratus gradum ſuſcepit, ex l. 1. C. de conſul. lib. 12. vbi inquit text. quod inter pares dignitate is præcedere debet, qui eſt antiquior, ibi quis enim in vno, eodemque genere dignitatis prior eſſe debuerat, niſi qui prior dignitatem meruit habere, cum poſterior etiam ſi eiuſdem honoris prætendat auſpicia, cedere tamen illius temporis conſuli debeat, quo ipſe non fuerit; ergo cum conſtet, Doctoratus gradum habentes, pares digni-

gnita-

Digitized by Google

gnitatem habere, & ſint admittendi ad Collegiũ, prius Doctoratus, prius eſt admittendus, quia prior admiſſio præcedentiam, & prærogatiuam confert, ergo conuenit prius admitti primum Doctorem, prius admiſſus alium poſteriorem antecedit, vndè dicebat tex. in l. fin. C. de tiro. lib. 10. quod tirones inter milites admiſſi, debent poſteriori loco ſedere in Collegio, ergò doctorati poſt ipſum Aſcanium, tanquam tirones reſpectu ſui anterioris doctoratus debent poſt ipſum ſedere in Collegio, & Dec. conſ. 160. quod incipit pro Domino Præpoſito, dixit, quod antiquior debet præponi in dignitatibus conſequendis, & in admittendo ad aliquod Collegium. Nec obſtat, quod prius fuerunt admiſſi, quia hoc non obſtat, non data ſcientia; neq; fuit petita hæc admiſſio per ipſos cum actu præcedendi, ergo non fuit iudicatum. an deberat præcedere, ſed fuit ſimplex admiſſio, ex deductis per Bald. in l. receptitia, C. de conſt. pec. quod iudicatum non dicitur, quod nõ eſt deductum, nec diſcuſſum, quia non fuit intẽtio Iudicantis iudicare vltrà petita, quia fatuus eſſet, dixit text. in l. cum quidam, C. de fideicomm. libert. immo admiſſio cenſetur facta cum ſua cauſa pet. l. & poſt litem, §. 1. vbi Bart. ff. famil. erciſc. quod ſententia intelligitur ſaluo iure tertij, & transfert rem cum ſua cauſa, & ſic decretũ aduerſariorum debet intelligi interpoſitum, ſaluo iure competente ipſo Domino Aſcanio. Præteteà dixerunt DD. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. Boer. in tract. de author. Magn. Conſil. nu. 98. Vrſill. ad Affl. dec. 1. quod prius Licentiatus debet præcedere ante ipſum Doctoratũ, & ſic licet medio tempore poſt ſuum doctoratum fuerint admiſſi aduerſarij, debet ipſe præcedere, & ipſe declarati prius admittendus, & probat tex. in l. pen. C. eod. tit. de Conſul. lib. 12. vbi Bart. & Ioann. de Platea quod conceſſio adminiſtrationis retrotrahitur ad tempus dignitatis conceſſæ, & potitur illis honoribus, & dignitatibus, quibus potiretur, ſi ab initio fuiſſet conceſſa, & l. 1. eod. tit. dixit, quod Conſul factus patritius, debet præcedere illũ, qui poſt ſuum Conſulatum factus eſt patritius, licet ſit poſterior in dignitate patritiatus, & ſic cum Doctor Aſcanius prior ſit Doctor, & alij medio tempore fuerunt admiſſi, ipſe non habens decretum admiſſionis, debuit admitti cum præcedentia aliorum medio tempore admiſſorum. Nec cenſeri debet collata admiſſio liberæ voluntati Cancellarij, & Collegij, & ſucceſſiuè, à quo die, cum verba priuilegij id non dicant, & ſucceſſiuè, quod non mutatũ eſt, cur ſtare prohibeatur, l. fin. C. de teſt. legum correctio eſt euitanda, tum etiam quia commiſſum voluntati alicuius, maximè Iudicis, non cenſetur liberæ voluntati commiſſum, ſed prout ius voluerit, & non poteſt taliter ſuam voluntatem declarare, quod præiudicet tertio, vt Abb. & Dec. dixerunt in cap. dilecti, num. 34. de iudic. Bart. & alij in l. ſi ſic, de legat. 1. & Menoch. libr. 1. de arbitrar. iudic. quæſt. 7. & vbi vult declarare ſuam voluntatem talis Cõmiſſarius, tenetur partes requirere, & partem citari facere, Iaſ. in l. 3. §. ne quicquam, ff. de offic. Procurat. Cæſar. num. 43. alias nulliter procedit, & ſic cauſa dum erat expedienda, citari debebat ipſe Aſcanius, & à tali arbitrio poteſt appellari, inquit glo. in cap. ſuper his, de accuſat. vbi Felin. & Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, in verſ. omnia, vel partem, n. 32. C. de reuoc. donat. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. q. 70. Tanto magis, quia fuit inducta conſuetudo ab inſtituto Collegio ſemper admittendi Doctores Neapolitanos, qui petunt admiſſionem, vbi non obſtant crimina, vel alia in priuilegio contenta, ergo Iudex habens arbitrium, non iudicans iuxtà ſolitum, dicitur partem grauare, & poteſt appellari, dixit Dec. conſ. 100. circa finem, per doctrinam Bald. in l. quicunq; C. de ſeruis fugit. Nec obſtat prætenſa negligentia, quod non inſtitit pro ſua admiſſione, quia contrarium apparet ex ſua petitione, ſub die 12. Maij 1567. vbi dixit, ſe petijſſe admitti à die Doctoratus, demonſtraſſe ſe ortum in hac Ciuitate, & omnia adimpleuiſſe, quæ ſibi incumbebant, & impedimento cauſæ Commiſſarij fuiſſe non admiſſum, prout dato termino obtulit ſe probaturum, & ſic non poteſt imputari negligentia, cum per Iudicem ſteterit, ex doctrina Andreæ in cap. ſancimus, el primo, nu. 10. verſ. item ſi vaſallus, quo tempore miles, & cap. fin. per quos fiat inueſtitura, vbi dixit, filius vaſalli denunciata morte patris infrà annũ, & diem ſi petierit inueſtituram, offerendo fidelitatem, probandoq; ſe talẽ, cui competebat ſucceſſio, ſi labitur annus, & nõ obtinuit, ſibi non imputatur negligentia, quia per eum non ſtetit, ſed per Dominum, & ſic in caſu noſtro, in quo Aſcanius petijt admiſſionem, probauit ſe ortum, & ſic omnia adimpleuit, fuit iudicatum pro his allegationibus, & dictus Aſcanius admiſſus à die Doctoratus, & gauiſus fuit munuſculis, &c. In Banca de Moodellis. Franciſcus Lauritus V. I. D.

Adoptare an poſſit Clericus, ſeù Sacerdos, & proindè adoptatus an ſuccedat exclusis proximioribus, attenta Conſuet. Neap. differitur copioſè in ſequentibus allegationibus ingenioſè congeſtis per Franciſcum Lauritum I. C. Neapolit. Iuuenem perſpicaciſſimum in iure, vz. Conuocato Collegio quorundam Aduocatorum in Eccleſia Diui Laurentij Neapol. à quodam Patritio, de duobus contingit dubitari. Primò, num Clericus ſimplex beneficiatus adoptare poſſit? Secundò, an adoptatus patri adoptanti inteſtato ſuccedere valeat, excluſis agnatis, vel cognatis, per ius noſtrum municipale vocatis? Ego, vt potui, in vtroq; caſu affirmatiuam ſententiam conatus ſum veriorem reddere. Decretales enim, Clementinæ Conſtitutiones, Extrauagantes, Decreta, tandem Maximorum Pontificum Bullæ minimè de primo curauerunt legem relinquere: Certiſſimum ſiquidem argumentum, Principum Conſtitutionibus voluiſſe ſe conformare, cum enim Romano iure textum clarum habemus, nec contrà, Canonico ſit ſancitum, Ciuili inhærẽdum puto: non enim dedignantur Canonicæ Ciuiles imitari leges, cap. 1. de nou. oper. nunc, cum igitur ciuile ius imitans Naturæ legem, ſtatuat, vt in ijs locũ habeat adoptio, in quibus & natura, per text. in l. adoptio, ff. de adopt. nec intereſt, quod vxores non habeant l. & qui vxores, ff. eod. ſequitur, caſtratum dumtaxat Clericum adoptare non poſſe, l. 2. eod. idq; etiam in beneficiatum aſſero, nam dimiſſo beneficio impunè vxorem ducere poteſt, cap. 1. & cap. quod à te, de Clericis coniugatis. Sed nè authoritatis robore careamus, Ecce Alex. Caſtrenſ. & reliqui in l. ſi quis poſthumos, ff. de liber. & poſth. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 9.

Digitized by Google

tit.9.quos [illegible] Gennenſ.in pract. Eccleſiaſt. quæſt.378. num.2. concludentes perbellè Sacerdoti quoq; licere liberos adoptare, vndè munificus ille vir Aeneas Syluius Piccolomineus, non valens per nuptias familiam propagare (dùm Cardinalis eſſet in ſacris) adoptauit ſibi Laudomiam propriam ſororem, & Nannum eius virum in filium, ex Illuſtri proſapia Thedeſchina ortū: Aeneas, inquam, qui poſtquàm ad Summi Pontificatus apicem aſcendiſſet, Pius Secundus vocatus eſt, teſte D. Reg. Rouito in conſ.27. vol.1. Tandem (reliquis omiſſis) conſimile reminiſcor exemplum, quod perſonæ Ferdinandi Vmbriani Patritij Ciuitatis noſtræ contingit, in quo cum Nobilis, & peruetuſta Vmbriana gens penè extincta eſſet. Nobiliſſimum Iuuenem Thomam Romanum è Surrentina nobilitate, eius ſobrini filium, in filium ſibi arrogauit, vt patet ex inſtrumento publico, roborato Neap. manu Notarij Franciſci Belſiti, præcedente Regio permiſſu, decretoq; M.C. in cauſa delegatæ, quod decretum hic inſerere volui. In cauſa Magnifici Ferdinandi Vmbriani Clerici Beneficiati in minoribus cum Thoma Romano die 18. Martij 1631. Neap. facto verbo in M.C. factaq; relatione de omnibus contentis in memoriali S.E. præſentato per ſupradictum Ferdinandum per Magnificum Iudicem Archamonum prouiſum, & decretum eſt, quod viſo reſcripto S.E. liceat, & licitum ſit prædicto Magnifico Ferdinando actori facere petitam arrogationem, hoc ſuum, &c. apud acta Anaſtaſij. Ex his omnes Collegæ in meam declinauerunt ſententiam, & ſi quidam Amicus anteà contrariam conaretur defendere, authoritate Pichardi in §. minorem natu, Inſtit. de adopt. nu.7. dicebat enim, quod inhoneſtum eſſet Clerico liberos adoptare, & proindè impoſſibile exiſtimādum, at adoptio, reſpondi, quamuis ſit imitatio naturæ, attamen eſt quædam fictio legis, quæ quidem non furat eam caſtitatem, in qua paulò antè erat Clericus: Veneris .n. dūtaxat Soboles Clericatus candorem carpit, ſiquidem honeſtas qualis anteà fuit, remanet talis poſt actum adoptionis. Sed quoniam de primo dubio dictū eſt, ſupereſt de ſecundo differere, Napodanus Iureconſultus primus omnium Gloſſator iuris municipalis Neapolis in Conſuet. Si quis, vel Si qua, exponens verba tex. dicit, in verbo legitimis ſubaudi, & naturalibus, ſic, extrà, qui filij ſint legitimi in rubro, & nigro, ff. de legitimis hered. ex hoc ergo verbo videntur excludi naturales tantum, & adoptiui, qui ſunt legitimi tantum, quia alias appellatione liberorum continentur, ff. de verb. ſignific. l. agnoſcere, §. liberorum, ſed certè non excluduntur. hæc Napod. qui ibidem poſt figurationem caſus filij legitimati, ibi idem in filio adoptiuo, parificat adoptiuos, & legitimatos, quoad ſucceſſionē patris, & ſic putat, hos adoptiuos ſuccedere, & per cōſequens excludere agnatos, & benè, nam iura adoptiua non ſunt correcta per Conſuetudinem, cum legū correctio ſit euitanda: debemus enim leges legibus concordare, C. de inofficioſ. dote, l. 1. iura enim communia multis vigilijs adinuenta, tot conſilijs condita tolli non debent, idem Napod. apud de Franch. deciſ.17. nu.10. & ſic caſus omiſſus remanet ſub tutela iuris Romani, etenim ſi eſſent correcta, pater maxima cum iactura filij locupletatur, cū ſuæ poteſtati ſubijciantur filius, & bona, quæ res inæſtimabilis eſt, l. filiusfamilias, § ſecundum vſt. ff. de legat. 1. l. arrogato, ff. de adopt. Inſtitut. de per arrogat. Verum alij Aduocati mordicus aduerſus me inſurrexerunt, & primò, quod Conſuetudinis intentio ſit, in illo latere vndè obuenerunt bona ſeruari, fauore agnationis, & domus, & ſic non poſſe adoptiuum agnatos excludere: Quibus ego reſpondi, hanc rationem generalem, expreſſam, vel perpetuam non eſſe: nam ſæpè videmus, bona paterna ad matrem, & è conuerſo tranſire, nec in familijs, & lateribus vnde obuenerunt, ſeruantur, teſte Vinc. de Franch. in deciſ.149. num.12. verſic. nec valet dicere, & in deciſ.156. num.5. Rurſus obijciebant, ius ſucceſſionis conſuetudinariæ eſſe valdè nouum, ſcilicet iure proximitatis cum diſtinctione bonorū, & quoad hanc diſtinctionem bonorum, & coniunctionē perſonarū, ex vno latere coniunctarū, diſcordare à iure communi, citant Napod. in citata Conſuet. nu.150. in fine, & ſic corrigere ius cōmune, & haud habere locum, niſi inter agnatos, & cognatos: ideò vti diuerſa ratio iuris ciuilis in ſucceſſione filij, ſcilicet patriæ poteſtatis à ratione iuris conſuetudinarij, ſcilicet diſtinctio bonorum, & coniunctio ſanguinis fatendum ſit adoptiuos non poſſe ſuccedere, ex eo, quod non ſunt de ſanguine patris arrogatoris, & ſic non agnati. Ad hæc & reſponſum dedi, quod Napod. ibid. n.125. tres numerat ordines ſuccedēdi, quorum primus eſt lineę deſcēdentis ſecundus lineę rectę aſcendētis: tertius verò lineæ collateralis; Cum igitur quis moritur admittitur priuſquam cæteras lineæ deſcendens; poſt autem ſi deficit hæc, & aſcendens collateralis remotior vocatur, & ſic dùm nōn videtur collateralis vocata, niſi deficiant aliæ, ſequitur, vt adoptiuus filius primam lineam repræſentans, excludat collateralem, vti remotiorem, nec ratio agnationis, vel ſanguinis eſt perpetua (vt dixi;) & ſic adoptiuus, vti verus agnatus, ff. de adopt. l. qui in adoptionem, & l. ſi is; vbi gloſ. Inſtit. de leg. agnat. ſucceſſ. §. per adoptionem, ff. de ſuis, & legit. hæred. l. 1. §. poſt, l. poſt conſanguineos, §. 2. ff. vndè cognati, l. 1. §. cognatione excludere debet omnes alios remotiores agnatos in linea collaterali exiſtētes, cum diſtinctione tamen bonorum, ſi adſunt alij in eodem gradu, vel alio ſucceſſibili, vt hoc ius municipale optat, nec eſt inconueniens alicui plures diuerſo iure ſuccedere, ff. de bonorum ſucceſſione, l. ſed cum patrono in principio. Prætereà quidā Feudiſta aiebat, obſtare quoq; ſucceſſioni adoptiui filij diſpoſitionem iuris feudorum, in cap. adoptiuus, ſi de feud. defunct. milit. vbi proſpicientē eandem rationem, quam Conſuetudinis mens inſpexit in ſuccedendo. Cui enixè reſpondi, Ius feudorum non oſtendiſſe canonicam, vel ciuilē rationem, ſed ipſam Conſuetudinem feudalem, quæ rigoroſa eſt, teſte Ludou. Rom. conſ.1. col.1. glo. in cap.1. verſ. ſecundum quoſdam, de natura ſucc. feud. videmus enim diſpoſitum, patrem non poſſe feudum filiæ ſuæ dare in dotem, nec pro anima ſua legare, §. donare, qualitèr olim pot. feud. alien. filias excludere à ſucceſſione parentū in prima rubr. §. filia verò, de natur. ſucceſſ. feud. nec parentes filijs ſuccedere, & hoc, quia feuda proceſſerunt à publico, ideſt patrimonio Regum ob defenſionem Reipublicæ, ſecundum Andr.

in

in 1. rubr. §. valuaſores, vndè eſt diuerſiſſima ratio iuris feudorum à iure cõſuetudinis, quo quidem deficiente, recurrendum eſt ad ius Romanum, cuius riuulus, fœtuſquè eſt, non autem ad conſuetudines feudales, rigoroſam rationem inſpicientes, & ità vſus eſt Napodanus Iureconſultus in commentatione illarum. Vlterius vnus eorum iactabat, quod cum lex diffiniat filium, quẽ iuſtæ nuptiæ demonſtrant, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris, l. filium eum diffinimus, & Conſuetudo dixit, Si quis, vel ſi qua ab inteſtato deceſſerit, filijs, ſeù liberis legitimis non extantibus, tunc proximiores ex parte patris ſuccedant in bonis omnibus defuncti, ergò voluit, his non extantibus proximiores in bonis omnibus vocare, quod eſt ſignum vniuerſale, omnium comprehenſiuum, & ſic excludere adoptiuos, qui ſunt legitimi tãtùm, vndè redditur vera expoſitio Napodani in verbo, legitimis ibi, ſubaudi, & naturalibus, ſic extrà qui filij ſint legitimi in rubro, & nigro, ff. de legit. hæred. Cuius facilis eſt reſponſio, nam text. ibi loquitur reſpectu naturalium tantum, nec adoptiuos excludit, ſiquidem Digeſtorum nigrum contrarium decernit, ibi, ſuos heredes accipere debemus filios, filias, ſiuè naturales, ſiuè adoptiuos, conſonat text. in l. ſi te parens, C. eod. nec rubrum extra, qui filij ſint legitimi obſtat: eſt enim canonicum ius, quod etſi voluiſſet, non poterat de adoptiuis verbum facere. Rurſus non deſtiterunt inſiſtere, quod Conſuetudines Neapolitanæ in tit. de muliere habẽte filios in textu, cum dixiſſent, Si qua moriẽs habeat filios, paulò poſt dixerunt, durante matrimonio, nec non donatum à marito tempore cõtracti matrimonij, ſic pariter in ſequenti Cõſuetudine, quo fit, vt cũ vna lex declaretur per aliã, Conſuetudo Si quis, vel ſi qua remanet declarata, nedùm ex mente comprehenſiua legis, ſed etiã ex ijſdem Cõſuetudinibus, eo magis quod Compilatores vſi ſunt verbis vſualibus in compilatione illarum, vt in proœmio, §. quarum ſerie, meritò dùm in Conſuetudine Si quis, vel ſi qua dixerunt, filijs legitimis non extantibus, intellexerunt ſecundum vulgarem vſum de legitimis, & naturalibus. Fateor quidem, has Conſuetudines intellexiſſe de filijs legitimis, & naturalibus inſimul, at non ita excluſiuè, vel correctiuè, nam ſequeretur abſurdum, ſcilicet iurium correctio in l. 1. §. 1. ff. ad Tertull. l. ſi qua illuſtris, l. fin. C. ad Orphic. nec vnquam matri naturali filius ſuccederet, qui quidem nedum ſuccedit, verum etiam rumpit teſtamentum matris, teſte Vinc. de Franhis in dec. 640. nu. 4. Poſt hæc citauerunt Molfeſ. ad eandem Conſuet. par. 4. q. 54. tom. 1. opinantem, talem adoptionem cenſeri factã in fraudem proximorum, ff. de bonis damnat. §. ex bonis, l. cum ratio, ibi ex bonis damnatorum portiones adoptiuis liberis, ſi non fraudis cauſa facta ſit adoptio, non minus quam naturalibus concedi æquum eſt. Reſpondi, cum fraus non præſumatur in dubio, ex eodem text. corruere opinionem Reuer. Molfeſ. nec non proximiores ipſi haud conqueri poſſunt, cum ius eorum non ſit in conſideratione, vtpotè incertum, & variabile, quo fit vt nemo ex eis lædatur, cum adoptio conficiatur ſi igitur non adeſt læſio, ſiquidem non poteſt cõſiderari fraus, vt in ſimili benè conſiderat Conſil. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 23. cent. 1. nu. 11. & ſeq. & antè num. 7. Deniq; idem Feudiſta voluit, vt ex beneficio Diui Pij tantummodò admittatur ad quartam medietatis bonorum, de qua poterat pater diſponere, vel de bonis per eũ quæſitis, tanquam onus perſonæ patris iniunctũ à lege. At ego etſi religioſiſſimè veneror ingeniũ huius eximij Feudiſtæ, attamen minimè potui eũ non carpere, ſiquidem aut ex mente Conſuetudinis prorſus adoptiuus excluditur, & ad nihilum debet admitti, ait enim text. (filijs legitimis non extantibus, tunc proximiores ſuccedant in bonis omnibus defuncti,) quod eſt ſignum vniuerſale omnium comprehenſiuum, aut verò non excluditur, & vocatur per ius commune ad totum aſſem, proximioribus prorſus excluſis, eſſe enim legitimum quoad quartam, & quoad reliquas partes non, eſt repugnantia, qualitas enim excluſiua eſt in perſona, an ſit talis, non in quantitate rei. Pauca hæc, vt amico morem gererem attuli, & in eius gratiam repetoq; cætera Peritiores ſuppleant. Partes ſe inuicem concurdauerunt. Franciſcus Lauritus V. I. D.

Ad comprobationem primæ quæſtionis, ſi liceat Clerico adoptare filium aliquem, adde Alexand. in l. Gallus, §. quid ſi is, qui filium, col. fin. ff. de lib. & poſth. eum citat Bertach. in ſuo repert. ver. Adoptio, ſub verſ. adoptare, & in hanc opinionẽ multis rationibus inclinat Carolus Rota in ſuo florilegio concluſ. iuris, in concluſ. 1. per totam in caſu per eum relato. Quo vero ad ſucceſſionẽ filiorum adoptitiorum, quando, & qualiter ſuccedere debeant, proſequitur Marta in ſumma legali de ſucceſſ. par. 1. q. 19. art. 1. & in 2. art. agit de ipſorum ſucceſſione in feudis, in præiudicium agnatorum, demum in art. 3. agit, ſi ijj adoptiui excludant ſubſtitutum non citatum, vbi erit videre, & conſiderata altercatione, vt ſupra relata, an filij adoptiui excludant proximiores agnatos, remota opinione eorum loquentium de clericis adoptantibus, ſi in fraudem id actum eſſet, quia in illis etſi fraus interceſſerit, quia non ſubiacent Conſuetudinibus Neapolitanis, & bene poterũt de eorum bonis diſponere, Napod. in proœmio Caroli, num. 293. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par. 2. tit. de perſonis, quæſt. 7. per tot non erit ſuper hoc immorandum, reſpectu vero aliorum laicorum Neapolitanorũ, & ſi poterit circa hoc fraus excogitari, adhuc ex coniecturis erit illa probanda, nihilominus loquendo per tramites iuris certum eſt, ipſos filios adoptiuos non eſſe verè filios, quia adoptio imitatur naturam, §. minorem, Inſt. de adopt. adhuc tamen adoptiui non comprehẽduntur in ſtatutis loquentibus de filijs, probat Noalis in tract. de tranſmiſſione, caſu 29. nu. 15. ſicq; in priuilegijs, & ſtatutis non veniunt filij adoptiui, Andr. Gayll. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 136. num. 16 hinc eſt, quod ſtatutum faciens mentionem de filio, non habebit locum in filio adoptiuo, probat ex multis Albert. Brun. in tract. quod ſtantibus maſculis, art. 12. n. 15. Io. Campeg. in eod. ſimili tract. quæſt. 1. nu. 174. tamen inferunt Doct. ſi adoptiuus excludat fœminam ſtantè ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ nõ ſuccedunt, & talem altercationem pro vtraq; parte examinant Georg. Natta in eodem tract. 3. q. principali, nu. 17. ad 26. Io. Campeg. eod. tract. à n. 173. ad 180. relinquentes eam indeciſam, & eſſe dubioſam, ex qua poterat oriri determinatio

Digitized by Google

huius dubij, iuxtà noſtras Conſuetudines, ſi proximiores excludatur ab eis, quinimmò aliqui DD. putarunt, adoptionẽ eſſe ſpeciem vnionis, Andr. Gayll. lib. 2. obſeru. 125. nu. 6. Sed verius in multis inter ſe differunt, vt proſequitur Iacob. Rirhk. in tract. de vnione prolium, cap. 9. & nouiſſimè Barthol. Muſcol. de ſucceſſ. conuent. membr. 3. de vnione proliũ, ver. adoptioni ſimilia n. 15. & ſeq. ex quibus perpenditur, quod nec adoptio, nec vnio ius ſanguinis, quod non eſt, re vera conſtituant, vt ibi Iacob. Richius, nu. 17. renſuit, ſapiunt .n. iſta duo fictionis normam, quo fit, vt licet adoptiuus ſuccedat patri ab inteſtato per iura relata ibi per Muſcol, nu. 34, & Peregrin. de fideicomm. art. 22. n. 93. & ſeq. tamen Muſcol. diuerſum eſſe exiſtimat à filijs vnitis, qui ſuccedunt ob contractum, vt ſubdit nu. 35. attamen quando ageretur ad excluſionem aliorũ, ne ſuccedãt, erit veritas attendenda non tamen fictio, & hic adoptiuus à liberorum numero excluditur, ex Tiraq. & Mant. perpendit idem Muſcol. in tract. de ſucceſſ. conuent. & anom. Claſ. 1. memb. 2. concluſ. 6. lit. F. ſubdens, verba ſtatuti propriè, & verè eſſe accipienda, adeo ꝙ ſtatutum de liberis loquens, nec de adoptiuis, aut vnitis intelligitur, Iacob. Rich. vbi ſup. nu. 31. ſubdens nu. 32 quod maſculi fœminis præferantur, non habet locum in adoptiuis, & vnitis, ipſi namq; liberorum appellatione non veniunt, nec dicuntur eſſe de liberis, vt tradit Linglois dec. 49. q. 3. & proptereà non excludunt proximiores, ex quo ipſi ſunt de familia, & Conſuetudines ſunt introductæ, vt bona conſeruentur in familia, Molfeſ. in conſuet. par. 1. cap. 6. num. 18. in quo erit cogitãdum formiter. Thoro.

Adulter de conſenſu viri cognoſcens eius vxorem, qua pœna puniatur, per M.C. non fuit contra eum proceſſum ad vlteriora, ſed vxor, & vir à Regno expulſi, ita D. Reg Sanfelic. dec. 266.

Adultera mulier de conſenſu viri cõmittens adulteriũ, qua pœna puniri debeat, per M.C. fuerunt ambo vir, & vxor de Regno expulſi, vt teſtatur D Reg. Sanfelic. in dec. 266.

Aduocatus Fiſci ſi prius fuerit Aduocatus alicuius partis, poterit pro Fiſco patrocinari, non tamen contra partem, vt fuit deciſum in R.C. inter Magiſtrũ Portulanum, & Caſalia Reſinæ, & Porticì, teſtatur Nouar. in pragm. 15. collect. 6. n. 37. de ſuſpit. offic.

Aduocatus, ſiuè Iudex in conſimili cauſa an poſſit eſſe Iudex, ſi ex hoc fuerit recuſatus, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. D. Reg. Sanfelic. dec. 78

Aduocatus Fiſcalis ſi fuerit inde effectus Iudex eiuſdem cauſæ, licèt regulariter votum proferre non poterit, ſecus tamen in ſimili, & ſi in eodem puncto, ſiuè iuris articulo cõſuluerit, vel ſcripſerit, vt fuit deciſum in perſonam D. Reg Fabij Capycij Galeoti, tunc Fiſci patroni in R.C.S. indè illius Præſidentis, ſic atteſtantis in reſponſ. 30. à n. 4. vbi n. 8. idem in perſonam Reg. Rouiti iunctis aulis deciſum fuiſſe aſſerit.

Aerarius an teneatur ſuo riſico, & periculo exigere introitus feudales, fuit alias prouiſum in cauſa Iacobi Caraccioli, cum Vniuerſitate Balbani, negatiuè, vt teſtatur Capibl. in pragm. 16. nu. 90. de baron. vbi aſſerit, quod ſi culpa Domini male contrahendo effecti eſſent inexigibiles, ſuæ culpæ imputandum, & indè determinatum per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Theani, cum Ill. Principe Hoſtiliani, eundem ſequitur Nouar. de grauam. vaſall. tom. 1. grauam. 169. in princ,

Aerarius an ſit perſona legitima ſtandi in iudicio pro Barone, vti reus conuentus, de hoc incidit tractari in M.C.V. in cauſa aliquotum particularium Terræ Apolloſæ, cum Aerario illius Baronis Franciſci Ferri, ſeù eius Affictatoris, dum ipſi particulares ſe obligauerant ſoluere certas pecuniarum quantitates, dicti Affictatores, & prætendentes, dictas obligationes eſſe inualidas opponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ, ac metus fecerunt citare Aerarium, ob abſentiam dicti Affictatoris, vndè contingit hæſitari, ſi iudicium erat validum, & videbatur dicendum, eſſe legitimam perſonam, poſtquam Aerarij dicuntur habere legitimam procurationem à lege exigendi, inquit Capibl. in pragm. 16. nu. 89. de baron. & ſubdit nu. 92. quod ipſi teneniur habere curam negotiorum Baronis, quorum officium eſt exigere introitus baronales, ac prouentus, & fructus feudi, vt ibi proſequitur, & in 2. part. de Baron. cap. 90. nu. 17. Ex aduerſo dici poterat, non aliter Aerarium eſſe perſonam legitimam ſtandi in iudicio, quia ipſi ab Vniuerſitate eliguntur, iuxtà iuris cõis diſpoſitionem, licet electio ipſa communitèr fit à Barone, vt ſubdit ibi Capibl. non tamen habent mãdatum formitèr ad comparendum in iudicio, neq; vt conueniantur. Hinc eſt, quod in fortiori caſu deciſum fuit per S.C. iudicium inſtitutum contra procuratorem conſtitutum ad exigendum, conuentum in iudicio nullum eſſe, vt retuli in 2. par. noſtri compendij, ver. procurator abſentis, & proptereà facta relatione in M.C.V. per peritiſſimũ Iudicem Iacobum Capycium Galeota nunc Præſidentem R. C. S. digniſſimũ de Menſe Ianuarij 1644 fuit dictũ, quod audito Barone prouidebitur, ſalua prouiſione facienda in quacunq; parte iudicij ſuper liberatione depoſiti, penès Lucinam Act. Magiſtrum.

Aerarij Vniuerſitatum deſtinati pro exactione introituum ipſorum, an poſſint ſe ingerere in exactione debitorum particularium, deciſum fuit per S.C. negatiuè, vt tradit Io. Maria Nouar. de grauam. vaſall. tom. 3. grauam. 40.

Aeſtimatio, ſiuè appretium rei ſtabilis in iudicio deductæ ſuper illius venditione, pro qua controuertitur, ſi vendi debeat, vel non inuito Domino, an fieri debeat ante ſententiam, vel poſteà, & cum de hoc contingiſſet dubitari ſuper inſtantia facta ad inſtantiam Ill. Principis Aſculi petentis, condemnari facere illos de Mandoli, ad venditionem cuiuſdam domus contiguæ ſuo Palatio pro illius ampliatione, pro ſeruitio ſtabuli, & conuenti renuebant vendere, fuit per M. C. ordinatum, vt procederetur ad illius æſtimationem, nullo compilato proceſſu ſuper dicta venditione, ad quam ipſi conuenti compelli non poterant, attenta diſpoſitione iuris communis in l. nec emere, C. de iure delib. De quo grauati appellauerunt ad S.C. & obtinuerunt, verbum fieri, ex quo per tale æſtimum, ſiuè appretium videbatur contracta venditio, cum æſtimatio ipſa faciat venditionem, ex traditis per Tiraq. de retract. conſang. glo. 14. num. 20. & 108. In tantum, quod æſtimatio fienda, ſecundum tempus venditionis erit, non petitionis, Borgn. dec. 27. n. 71. part. 1. & dec. 19. nu. 9. par. 4. Quanto magis in iudicijs, in

quibus

quibus quaſi contrahitur, §.1. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi cōtract. ori. & illud terminatur per ſententiam, Præſ. de Franch deciſ. 364. num. 7. & ipſa ſententia eſt terminus diſceptationis, idem deciſ. 346. num. 2. quo fit, vt cum fuerit determinatum, rem eſſe venditioni ſubiectam, & proindè cogendum eſſe venditorem ad vendendum, perficitur contractus iudicialiter, eo quia factum Iudicis eſt factũ partis, l. ſi ob cauſam, C. de euict. Franch. dec. 531. num 3. vnde poſtea ſubſequitur adiudicatio, quæ principaliter de per ſe non fit, ſed tantum in defectum venditionis non perfectæ, vt tradit Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. par. 3. gloſ. adiudicantur, num. 3. quæ ſiquidèm eſt quædam emptio, & venit euictio, vt ſubdit num. 8. & quia Iudex per adiudicationem poterit facere tuum, quod eſt meum, Hieronym. de Monte quæſt. 26. num. 31. & adiudicare eſt per Iudicem dare, id eſt dominium transferre, l. ſi quis putans, §. officio, ff. cōmod. cum alijs apud Annam alleg. 104. num. 1. vbi ſubdit n. 2. quod verbum, adiudicare, importat dominij translationem, vt verbum, aſſigno, verum quia vt firmiter dicatur facta adiudicatio, exigitur, vt præcedente appretio fiat, vt ibi Anna num. 4. firmat, & Muſcat. vbi ſuprà num. 20. vbi in præcedenti num. 11. cenſuit, quod adiudicatio ſit facienda, pro iuſta æſtimatione, ideò pernecesse erat fieri tunc appretium, ſiuè æſtimationem poſt latam ſententiam ante adiudicationẽ, ad hoc vt omnia rectè, & ritè procederent, conſequenter, vt appretium faciat emptionem, & venditionem, Anna vbi ſuprà nu. 4. vt ſimiliter adiudicatio facta ex cauſa iudicati, modo relata per Muſcat. ibi num. 45. pariter conſtituat emptionem, & venditionem, vt ſuprà dictum eſt, præſuppoſito, quod tale appretium, ſiuè æſtimatio ſit in alienatione neceſſaria, Reg. de Ponte conſ. 126. num. 25. vol. 2. Ex quibus colligitur, appretium, ſiuè æſtimationem fieri debere ſuo tempore, potiſſimum in cauſis vertentibus ſuper coactione venditionum poſt latam ſententiam, non autem ante illam, & cum peruerſo ordine proceſſum fuerat, admitti non debuerat, ideo facta relatione in S.C. per Iudicem meritiſſimum Io. Baptiſtam Muſceptulam die 28. Aprilis 1642. fuit deciſum huiuſmodi, remiſſa eſt, quæ prouideat, vt infra quatuor dies audiantur partes, penès Secretariũ in Banca Nucerini.

Aeſtimatio facienda ſeruata forma Conſuetudinis Neapolitanæ, fieri an debeat inſpecto tempore petitionis, vel potiùs executionis in materia retractus, fuit per totum S. C. deciſum, attendi tempus facti appretij pro executione ſententiæ latæ contra emptorem condemnatum ad relaxandum rem emptam iure congrui, non autem prout valebat tempore venditionis, petitionis, aut litis conteſtatæ in iudicio iuris congrui, D. Reg. Sanfelic. dec. 108.

Aeſtimatio feudi an debeatur hæredi inſtituto, ſi non poterit habere feudum, deciſum fuit per S.C. negatiuè vnctis Tribunalibus R. C. & S.C. in cauſa illorum de Suttano, & de Venatis, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. controuerſ. 28. nu 40.

Aeſtimatio meliorationum deducendarum ob pigtationem conceſſam poſſeſſori alienius prædij, ac eiuſdem retentionem, in qua multum Iudicis arbitrium verſatur, prout fuit impenſum facienda erit, vt deciſum tradit Conſil. Arias de Meſa variar. reſol. lib. 1. cap. 49. n. 28. & 29.

Affictatores, & Exactores introituum Baronis an teneãtur contribuere in oneribus ciuium; deciſũ fuit per S.C. in cauſa Terræ Lauri cum Marchione eius Domino 7. Aprilis 1568. ad relationem Reg. Conſil. Bermudez, quod Affictatores, & Exactores introituum Marchionis in omnibus oneribus prout alij ciues contribuant, in Banca Cioffi.

Affidare animalia an liceat Vniuerſitati in territorio baronali, pro quo ipſa ſoluit cenſum, ſeù certam partẽ fructuum, ſecatis tamẽ ſegetibus ex herbis ibi natis, abſq; hominis induſtria, deciſum fuit in fauorem Vniuerſitatis Centulæ in poſſeſſorio, vt inquit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 83. par. 2.

Affines an dicantur viri duarum ſororum conſobrinatum, ad hoc vt recuſatio locum habeat, deciſũ fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfelic. in dec. 254.

Agere an quis poterit pro eadem re iudicio reiuendicationis particulari, pluribus agentibus iudicio vniuerſali in eadem re, non tamen finito ipſo iudicio, vt contingit in cauſa illorum de Caraſa, dum agebatur de ſucceſſione, & poſſeſſione domorum, & viridarij in iudicio deductorum inter Ill. Principem Colubratij, & Scipionem Carafam, ſubintrauit D. Diomedes Caraſa ex propria perſona, vti hæres ſui patris, prætendẽs procedi facere, ad diſcuſſionem certarum nullitatũ propoſitarum alias aduerſus duas ſentẽtias conformes prolatas, per quas fuit excluſus a relaxatione dictorum bonorum, nec non admitti ad reiuendicationem dictorum bonorum, ſuper quo fuerat datus terminus in cauſa, diſcuſſis hinc inde rationibus per D. Reg. Hectorem Capyc. Latro in controuerſ. 7. demum ibi refert in fine, fuiſſe deciſum, eſſe procedendum ad expeditionẽ cauſæ.

Agnatus habet de iure prælationem in venditione feudi facta per dominum agnatum extraneo pro eodem pretio, ex allegatis nouiſſimè per D. Reg. Sanfelic. in deciſ. 100. 103. 105. & 111. Pyrr. Engleb. in Conſuet. Aurel. tit. de retrah. vendit. cap. 13. Io. Sayſon. in Conſuet. Turon. tit. 15. de retract. artic. 6. & 8. in feudis loquens, Ioannes Beſſianus in Conſuetud. Aluerniæ cap. 23. art. 8. conſanguin. §. 21. gloſ. vnica, numer. 1. Et propterea cum fuiſſet venditum Caſtrum Baſciani à Franciſco de Scotriatis Ludouico Caraſcio pro ducatis 14. mill. inſurrexit D. Camillus de Scortiatis petendo prælationem in eo, & fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum v3. Die 16. Martij 1638. Neap. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Magnificum V.I.D. Andream Marcheſium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod ſoluto pretio, ſeruata tamen forma contractus facti inter D. Franciſcum Scortiatum, & Ludouicum Caraſcum præfetatur D. Camillus in venditione Terræ Baſciani, hoc ſuum, &c. Andreas Marcheſius, Franciſcus Antonius de Mercatis Secret. in Banca Solatij.

Agnatus, qui obtinuit prælationem in feudo alicui extraneo vendito per eius agnatum pro certo pretio conuento, ſoluendo tamen partem in certo tempore, & partem ſtatim, & interim nil correſpondere, & eodem modo illud ſoluere teneatur.

Digitized by Google

tur, Incidit in venditione Caſtri Baſciani facta per Dominum Franciſcum de Scortiatis Ludouico Caraſcio pro ducatis 14. mille, de quibos conuentum fuit, ſolui ducatos mille in contanti, & reliquos duc. 13. mille infra biennium, abſquè intereſſe, comparente indè Camillo de Scortiatis germano venditoris, & petente prælationem in dicta venditione, quemadmodum ei fuit conceſſa per S.C. vt dictum eſt in præcedenti verbo, hæſitari contingit de ſolutione pretij conuenti, ſi eodem modo ſolui deberet, quo fuit conuentum cum primo emptore, articulum ipſum in terminis diſputat pro vtraquè parte Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo. 18. à n. 32. cum ſeq. demum concludit affirmatiuè. Quocirca fuit interpoſitum ſequens decretũ; videlicet. Die 28. menſis Aprilis 1638. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnif. V.I.D. Andream Marcheſium Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod ſolutis duc. mille conſignetur poſſeſſio oppoſitis non obſtantibus: Verum Ludouicus Caraſcus primus emptor correſpondeat pro tertijs duc. 13. mille reſidui pretij dictæ Terræ poſt biennium à die primæ emptionis pro eodem tempore, quo poſſedit dictam Terram, in beneficium venditoris, quo tempore elapſo correſpondere habeat venditori dictus Camillus, hoc ſuum, &c. Andreas Marcheſius, de Mercatis Secr. in Banca Solatij.

Agnatus licèt in vlteriori gradu inſucceſſibili, an admitti debeat ad ſucceſſionem feudi, excludendo nepotem ex filia primogenita, ſtante diſpenſatione Regali impetrata à prædefuncto acquirẽte, quamuis non regiſtrata intra biennium, ſed poſtea cum clauſula, citra præiudicium Fiſci, & partium, præſupponendo ipſe, vti comprehensũ in ea immitti in poſſeſſionem feudorum, de hoc prolixius agit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. à controu. 14. vſq; ad controu. 18. vbi in fine refert, per Coll. Conſ. iunctis Aulis S.C. fuiſſe deciſum, quod abſoluatur D. Vincentius de Montibus conuentus à petita immiſſione, ſaluis iuribus in petitorio, & ſic in beneficiũ agnati.

Agnati an admitti debeant ad ſucceſſionem officij, vigore fideicommiſſi conditi per primum acquiſitorem, & confirmati per vltimum morientem, excludentis filias fœminas, ſi per dictum vltimum morientem filias fœminas, eius filias vniuerſales hæredes inſtituerit cum certa ſubſtitutione, quæ cum oppoſuiſſent exceptiones perẽptorias carentiæ, & incompetentiæ actionis aduerſus agnatos, ſe in poſſeſſionẽ certæ partis dicti officij ponentes, dubium reſultauerat de vtriuſquè iurium validitate, ſuppoſito ex facto, quod cum Pyrrus de Bernaudo poſſideret quoddam officium, mandauit filias fœminas, excluſis maſculis admitti ad illud, cum igitur Io. Iacobus eius filius poſſideret certam partem dicti officij, relictis duabus eius filiabus hæredibus vniuerſalibus, ſubſtituendo illis eius matrem, & aliũ eius nepotem, verum quoad officium mandauit, ſeruari vinculum ſui patris, at cum ipſi ſubſtituti ſe ingeſſiſſent in poſſeſſionem dictæ partis officij, & petijſſent, manuteneri, & conſeruari in dicta poſſeſſione, aſſerentes, ad eos ſpectare vigore fideicommiſſi prædicti, & approbari per ipſum vltimũ morientẽ, producẽtes dicta fideicommiſſa excludentia fœminas, comparuerunt præfatæ filiæ fœminæ opponentes prædictas exceptiones, & ſucceſſiuè, fideicommiſſa non obſtare, quia inualida ex defectu teſtamenti, propterea S.C. iunctis Aulis decreuit, quod prædictæ filiæ immitterentur in poſſeſſionem dictæ partis officij, & datus terminus in cauſa, non obſtante inuaſione ipſorum agnatorum ſubſtitutorum, ex quo claro iure non veniebant ad ſucceſſionem, quemadmodum ipſæ filiæ, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in ſuo reſponſ. Fiſcali 12. à nu. 315. ad 318.

Agnati, & cognati certæ familiæ cuiuſcunquè gradus vocari, ac alij, qui dependent ex linea paterna, & materna, additis verbis de tali Terra, vtrum eorum nomine comprehendantur aliæ perſonæ, quæ origine deſcendunt ex dictis lineis, licet alibi orti ſint, & inibi domicilia habitationis, lares conſtituendo acquiſierint, deciſum fuit; omnes illos de familia Caſaleno, & Ferrarijs de Ciuitate Catanzarij, & Terrę Scillę nõ eſſe comprehenſos in legato facto per q. Vincentium Caſalenum in beneficium illorum de familia de Ferrarijs dependentium ex eius linea paterna, & materna de Terra S. Petri de Taberna Prouinciæ Calabriæ vltrà, & proindè decretum latum per eũdem Delegatum, quod M.C.V. procedat ad interpoſitionem decreti præambuli ad fauorem prædictorum de Caſaleno, & Ferrarijs, de Terra S. Petri debitæ exequutioni demandetur, vt tradit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. illuſtr. to. 2. controu. 17.

Alere debitorem in carceribus detentum tenetur creditor, quẽ ſi non aluerit, poterit debitor excarcerari, vt pluries deciſum retuli in 1. par. ver. carcerati Muſcat. in prax. S.C. lib. 2. par. 3. glo. detinebitur, nu. 99. ſi fortè excarcerato debitore ſuperuenerit commoditas nutriendi debitorem creditori, an ei licitum erit debitorem carcerare, & alimenta præſtare, deciſum fuit per M.C.V. affirmatiuè, vt retulit Io. Maria Nouar. in deciſ. 23. in fine.

Alimenta qualiter ſint diuidenda inter fratres, & ſorores, quanquam ipſa præſtanda ſint pro quãtitate patrimonij. Menoch. de arbit. Iud. caſu 169. n. 2. Canc. p. 1. c. 16. n. 23. Gratian. c. 562. n. 39. & 41. nõ tñ ex proprietate, ſed ex redditibus, idẽ Menoc. d. tract. caſu 183. nu. 26. & d. caſu 169. nu. 3. Ann. in ſing. 23. R. pol. var. reſol. cap. 9. nu. 15. Gratian. cap. 131. nu. 13. Conſil. de Anna conſil. 4. nu. 67. & 68. Surd. de aliment. tit. 4. q. 9. num. 1. Præſ. de Franch. deciſ. 567. n. 6. & alimentorum, vbi mentio fit, ad redditus annuos haberi ſolet reſpectus, Præſ. de Franch. deciſ. 489. nu. 25. & ſic iuxtà redituum quantitatem, non autem iuxtà patrimonij qualitatem, Barzius dec. 69. nu. 45. Roland. conſil. 64. nu. 18. vol. 2. Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 5. q. 6. num. 1. Cum igitur inſpecta iuris communis diſpoſitione frater teneatur ſorori alimẽta erogare, vt probat Barz. dec. 130. nu. 113. latius Franc. Hieron. de Leo deciſ. Valent. 74. per tot. Maurit. de Alexio in concordia fratrum c. 12. & cõſequenter illa iuxtà ſtatum, & qualitatẽ perſonæ aſſignanda, Ludou. Bellus conſ. 70. n. 3. Franc. Hieronym. de Leo deciſ. Valent. 85. num. 5. Scipio Gentil. in tract. de aliment. cap. 16. Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 349. nu. 2. Quorum taxatio Iudicis arbitrio relicta comperitur, vt idem

Ludou.

Digitized by Google

Ludou. vbi ſup. n. 4. ſubnectit, Eugen. cõſ. 57. n. 75. & ſeq Mã. ſel. cõſ. 315. n. 16. Ideircò diſſerendum erit, an omnes æqualitèr alimenta percipere debeant, vel inæqualitèr, habita differentia maſculinitatis, ità vt maſculi magis debeant alimenta percipere, quàm fœminæ, nam ſuppoſita huius Regni diſpoſitione maſculi ſemper præferuntur fœminis, ex Conſtit. In aliquibus, & tunc maſculi ex fœminis ſunt habendi pro maſculis, quando non concurrunt cum maſculis ex maſculis, Conſil. Anna conſil. 53. nu. 117. Ex aduerſo conſiderari poterat, non ità æqualiter procedendum eſſe in hac materia alimentorum, ſicuti in materia ſucceſſionum, in qua maſculi præferuntur ex lege Regni, nam alimentandi onus à facultate ſuccedendi non regulatur, Ruin. conſ. 64. nu. 10. vol. 5. & propterca ſuppoſito, ea nedùm iure naturæ deberi, ad text. in §. 1. Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil. Schiffer. practic. quæſt. lib. 2. q. 3. num. 136. Borgn. deciſ. 8. num. 48. & 49. par. 3. Sed pariter de iure communi, vt ſuprà dictum eſt, ad quod loquit Præſ. de Franch. deciſ. 559. num. 9. quod alimenta, quæ debentur de iure communi, debentur ex charitate ſanguinis à perſona perſonæ, ea verò, quæ debentur iure conſuetudinario, debentur à perſona ratione bonorum, & non ab re Imperator noſter in l. maximum vitium, C. de lib. præter. iuris naturalis diſpoſitionem intuendo, ne videretur naturæ accuſator mandauit, æqualiter maſculos cum fœminis admitti ad ſucceſſionem, & ſic attenta iuris communis diſpoſitione, multo magis in hac alimentorum materia erit obſeruandum, hinc optimè Surd. eod. tract. tit. 4. quæſt. 18 num. 68. concludit, alimenta multis coniunctim relicta, eſſe præſtanda æqualitèr, ſic parentibus conſultum eſt, æqualitatem inter filios ſeruari, Muta dec. 54. nu. 27. Nec propterea pater debet facere de filijs vnum filium, & alium priuignum, Præſ. de Franch. dec. 541. n. 13. ex quo pater tenetur æqualiter præſtare alimẽta filijs, Molfeſ. in Conſuetud. Neapol. par. 5. q. 6. n. 5. ſicq; æqualitatem inter filios ſeruare, quam Iudices fouere debent, Matta conſ. 22. num. 2. hanc æquitatem, vt aſſolet Sacrum Conſilium ſequendo priſcis temporibus hoc protulit decretum. Die 9. menſis Octobris 1514. Neap. In cauſa vertente inter Nobiles Mulieres Hippolytam, & Siciliam de Petino, cum Domino Marco Antonio de Petino, & fratribus ſuper petitione alimentorum. Facta relatione de prædictis in S. R. C. per Magnificum militem V. I. D. Dominum Antonium Palmerium Regium Conſiliarium, & Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod de bonis ſtabilibus, videlicet domibus, & Maſſaria dictorum fratrũ fiant quatuor partes de fructibus peruentis tempore motæ litis, & perueniendis, & dicti fructus pro duabus partibus aſſignentur dictis Hippolytæ, & Siciliæ ſororibus. ità tamen, quod quilibet dictorum fratrum, videlicet Dominicus, & Marcus Antonius teneantur ad dictos fructus pro dictis alimentis præſtandis dictis ſororibus, iuxtà diuiſionem dictorum bonorum factam per Appretiatores deputatos per S.R.C. ità, quod vnus non grauetur pluſquam alius in dictis alimentis, niſi vt ſuprà, citrà præiudicium cauſæ principalis, hoc ſuum, &c. Antonellus pro Moreta.

Alimenta an debeantur filio ſeorſum à patre habitanti, ad quos peruenit dos materna reſpectiuè ob mortem alterius filij, Napod. in Conſuet. de aliment. præſt. num 27. diſputat articulum, quando filij poſſunt petere ipſas dotes in caſu, quo nolunt, ſeù non poſſunt eſſe cum patre, vel pater nollet ipſos tenere, inferens ad aliam quæſtionẽ, cuius erit electio, demum in fine cõcludit, quod indiſtinctè ſit electio filij, quod ſi filius nolit, vel nõ poſſit eſſe cum patre, & ſic ſiuè ſtat per filium, ſiuè per patrem, & vlterius proſequendo querit, an reſtituta dote ipſo filio, poſſit ſuper alijs bonis paternis petere alimenta, reſpondit, quod aut ex fructibus bonorum dotalium, ſibi reſtitutorum haberet integram portionem, quam habiturus erat ante reſtitutionẽ, & tũc quod petit, integrè habet, aut non habet. & poterit petere ſupplementum alimentorum, & rationem aſſignat, ex quo videtur fundari, ſuper iure naturæ, vnde ſicut poteſt agi ad ſupplementum debitũ iure naturæ, ità poterit agi ad ſupplementum portionis alimentorum, aduertendo, quod reſpectus debet haberi ad fructus, non autem ad valorem bonorum, ſubdens nu. 28. quod illa Cõſuetudo non corrigit ius commune, ſed reſtringit, nam illud indiſtinctè loquitur, illa verò diſtinctè, v3. quod pater habebit vſumfructum, quando filij ſtant cum patre, ſecus autem quando nollent, ſeù non poſſent ſimul ſtare, de quo ſatis amplè per Cõſil. Paſcal. de vir. pat. pot. part. 2. cap. 4. num. 103. cum ſeqq. vbi num. 112. hanc quæſtionem in ſpecie ſectatur, quocirca in cauſa Troiani de Boctunis V. I. D. filij cum Fabio de Boctunis patre fuit interpoſitum ſequens decretum per S.C. videlicet, die 27. Octobris 1595. Decreto ipſius S. R. C. declaratum eſt, deberi Magnifico Troiano de Boctunis alimenta, iuxta liquidationem faciẽdam, in qua liquidatione habeatur ratio in beneficium dicti Troiani, etiam de vſufructu bonorum maternorũ ad patrẽ ſpectante, hoc ſuũ, &c Io. Thomas Salamanca. Annibal Cæſarius Secretarius. In Banca Aſcanij Longhi Magiſtri Actorum.

Alimenta præſtare an teneatur pater, vt præſupponebatur, naturalis filijs procreatis cum concubina ſub ſpe matrimonij contrahendi, vt inſtabat in M.C.V. Hieronyma de Antoniſſo condemnari, Marthiã Balſanum ad præſtandum alimenta Franciſco Antonio, & Iudictæ eorum filijs, quãuis de iure ſit comprobatum, quod filius naturalis, etiam iure ciuili alendus erit à patre, vt probat Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 9. num. 1. poſt Aſcan. Clement. de patria poteſt. effect. 11. num. 6. & amplius data probatione per teſtes, qualiter ipſa ſemper vixerat honoratè, imò ſub ſchemate matrimonij, & tunc verè filius propriè, & ſtrictè dicitur naturalis qui ex concubina natus eſt in ſchemate vxoris, Surd. vbi ſup. num. 9. & ad probationem filiationis admittuntur teſtes conſanguinei, & affines illius, qui aſſeritur filius alicuius, & mulieres, & impuberes, Maſc. de probat. concl. 797. num. 9. tanto fortiùs talis probatio filiationis procederet, quia à matre procedebat, & talis probatio ex parte matris vera eſt, quia ipſa eſt certa, Maſcar. d. tract. concl. 787. num. 7. Ex aduerſo replicabatur, ipſam ab alijs hominibus fuiſſe cognitam carnaliter, & ſuſcepiſſe filios, ob quod videbatur, non eſſe in probatis de vera filiatione: quoniam tunc diceretur meretrix,

quæ

quæ multorum libidini pateat, Maſcar. d.tract. concl.1067. num.10. ex quo reſultauerat incertitudo filiationis. Et contra teſtes nimium vigebant repulſæ vti conſanguinei ipſius,& non reddentes cauſam ſcientiæ,per ea,quę tradit Maſcar. d. concl. 797 num.10. & examinati in Curia Epiſcopali, abſq; illorum repetitione in Curia Sęculari, probat Reg.Sanfelic.dec.97. & ex ijs fuit per M. C. V. abſolutus conuentus, pender appellatio in S.C.in Banca Martini.

Alimenta relicta vxori ſub modo,ſi voluerit habitare cum eius filia in aliqua parte ſui feudi, an debeantur,ſi alibi extrà talem locum habitauerit, reſolutum fuit per S.C.iunctis aulis, deberi alimenta relicta eidem legatariæ,vt cenſuit D.Reg. Sanfelic. in deciſ. 203. ad quod videatur Franc. Zoanect.rerum quotid.lib... c.34.ità amplè concludens.

Alimenta an debeantur Monaco ad aliud Monaſterium translato à primo Monaſterio, vbi ſua bona remanſerunt ab ipſo ſeqneſtrata, fuit per Collat.Conſ. ſoluta certa quantitas ob eam cauſam,D.Reg.Sanfelic.dec.323.in fine.

Alimenta præſtita per fratrem ſorori in eius domo etiam poſt nubilem ætatem,in quam cauſã cedere debeãt, fuit deciſum per S.C.die 25.Nouẽbris 1625.alimenta percepta per D.Briandam in domo fratris, etiam poſt nubilem ætatem cedere in cauſam paragij, referente D. tunc Conſil. Scipione Rouito, & inde confirmatum in reclamatione,ſic atteſtante D.Reg.Fab.Capyc.Galeot. controu.iur.tom.1 controu.15

Alimenta præſtari an debeant, quando aduerſus actorem petentem alimenta obijceretur de ſcriptura publica, quamuis ex aduerſo replicaretur, ſcripturam non officere, deciſum fuit per S.C. negatiuè in cauſa D. Ferdinandi, & Hectoris Santomango,contra Annibalem Sãtomango,referente Reg. Conſil. Marco Antonio de Ponte, penès Carbonem, refert D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.controuer.iur.lib.1.controu.6.n.44.

Alimenta petita per aliquem, cui de iure non debentur, ſed ex quadam prætenſione,an lite pendente dari debeant, non aliter conceſſo termino ſuper petitione, vt in cauſa D. Tiberij Carafæ, olim viri Domnæ Iuliæ Vrſinæ, cui fuerat aſſignata præſtatio annua ducatorum decem mille, non per modum prouiſionis, ſed pro omni executione victoriæ, & ſententiæ in beneficium ipſius latæ in vniuerſum patrimonium, tam feudale,quam burgẽſaticum, tamquã legitimæ ſuccreditrici vltimo, & vero Principi ſtatus Biſiniani,vndè inſtitutione ab ea facta in perſonam dicti eius viri,qui non aliter in vniuerſum ius ſuccedere poterat, ſed tantum in partem allodialiũ, nedum dictam annuam præſtationem expoſtulauerat,ſed & alimenta interim lite pendente,nõ aliter termino conceſſo, contra quem legitimus ſucceſſor Dux Grauinæ inſtiterat, ab alimentis repelli,& interim dari terminum in cauſa, de quo per D. Reg.Fab Capyc.Galeot.cõtrou.iur.tom.1. controu.6.cum additione, vbi in calce refert deciſionem,inquiens, articuli verè deciſio dilata fuit vſq; ad diem 29.Maij 1613. qua die referente Præſid. Io. Aluyſio Mormile cũ interuentu Conſiliariorum Valdiuieſſo, & Salui adiunctorũ,fuit prouiſum, quod capiatur informatio de incumbentibus vtriq; parti ſuper petitis alimentis, &c.

pro nunc iuſſum fuit,dari Ill.Principi D.Tiberio millia ducatorum viginti, cum cautione de reſtituendo ad omnem ordinem R.C. pro quorum ſatisfactione vendantur tot bona pro concurrẽti quantitate, vt in proceſſu ſuper alimentis carta 71. vbi in fine refert,fuiſſe per Suam Maieſtatem ſuperſeſſam executionem talis decreti, & ità exequutum per Collaterale Conſilium.

Alimenta præſtare an teneatur vxor eius viro rebelli,deciſum fuit affirmatiuè, dum D. Iulia Carafa fuerit condemnata ad præſtationem alimẽtorum eius viro rebelli, vt refert D. Reg. Hect. Capyc.Latro conſult.7. num.240. vbi talem ſententiam eſſe nullam,vti latam contra tex.in Cõſtit.Regni Pœna carere, aſſerit,ibiq; And.& Affl. licet alij dicãt, ꝙ vxor tenetur alere maritum bãnitum, Surd.de aliment.tit.1.quæſt.3.num.4.Farin.de crim.læſæ Maieſtatis,quæſt.113.inſpect.9. num.283. vbi in ſpecie loquitur de vxore præbente alimenta viro,nedum bãnito, ſed rebelli, vt eũ teneatur alere etiam de ſuis bonis, in caſu confiſcationis bonorum viri, & alios refert, nil opitulante contraria opinione.

Alguzerij,ſeù Birruarij vulnerantes delinquentẽ,& reſiſtentem occidentes, qua pœna debeant puniri,refertur deciſio infrà in verbo Birruarij.

Alienatio feudi, ſuper quo fuerat inſtitutum fideicommiſsũ facta ad inſtantiam mulieris creditricis pro eius dotibus,ſi fuerit ſemel facta, an valeat, nil refragante fideicommiſſo, deciſum fuit, alienationem validam eſſe,nec ob id feudum eſſe fideicommiſſo ſubiectum, vt refert D.Reg.Hect Capyc.Latro conſult.52. in princ. & in fine, in cauſa Lauræ Carafæ.

Alternatiua poſita in ſubſtitutione an reſoluatur in coniunctiuam ad excluſionem ſubſtituti, refertur deciſio infra in verbo Subſtitutus.

Amita,ſiuè patruus vtrum admittatur ad ſucceſſionem in feudis, tam antiquis,quam nouis,tam de iure communi,quam Conſtitution. Regni, latè diſſerit D.Reg.Fab.Capyc.Galeot. in 3. reſponſo fiſcali,verũ quia aliter eſt per gratiam conceſſam à Retroregibus de anno 1507.1536.& 1586. vndè cõtingit difficultati,ſi cõprehẽdatur amita,ſiuè patruus,& de hoc latiſſimè proſequitur præfatus D.Reg.in 4. reſponſo fiſcali, demum ex rationibus deductis in 5.reſponſo fiſcali,in calce refert, fuiſſe pronũciatũ in beneficium Fiſci, quãuis ob æs alienũ cõtractũ ad trãſactionẽ deuentũ fuiſſe.

Animalia paſcolantia in alieno territorio capta,& carcerata ad inſtantiam Domini territorij,an ſicuti excarcerari non debeant,niſi ſoluta fida, ità pariter ſoluta diffida, cum fuiſſet prolata ſententia in fauorem Ill. Principis Achayæ aduerſus Vniuerſitatem Montis Mali, nè eorum animalia paſcere valerent in territorio nuncupato N. Et intimata ſententia prædicta, compertum fuit, animalia quædam paſcere in eodem loco, & ſic capta,& carcerata, fuit interpoſitum decretum pro executione dictæ ſententiæ, verum in caſu, quo veniret ſoluenda fida,ſoluta ſolita fida, vt cæteri vicini reſtitui faciat animalia,& cum fuiſſet appellatum ex parte ipſius Ill. Principis aſſerentis, quatenus pro fida id fuiſſet decretum, nõ tamen pro diffida ei competente,& de prædictis obtentum, verbum fieri in S.C. in quo Domini animalium ſe tuebantur, de hoc non extare prohibitionẽ expreſſam per bannorum promulgatio-

Digitized by Google

gationem, vt aſſolent Barones banna facere, vel edicta, ne animalia accedant in ſuis paſcuis, & pratis, ex Frecc. de ſubfeud. in 24 author. Natta. Brun. Roland. & Dec. probat Flamio. Monach. in addit. ad deciſ. 32. Minadoi, num. 19. quo caſu licèt ad damnum teneatur dominus, non tamen ad pœnam, & ſic deciſum inquit Anna ſing. 138. nouiſſimè D. Regens Hector Capyc. Latro conſult. 102. num. 7. lib. 2 & num. 11. & 12. Dicebatur ſecundo, talia animalia non aliter data opera fuiſſe reperta in paſculando, ſed obitèr, & per tranſitum viæ, quo caſu dominus non teneretur ad emendam damni, ex Alber. Boer. & Carpan. notat ibidem Monach. num. 24. alijs conſimilia exempla de hoc referentibus. Dicebatur vltimo, quatenus ad fidam teneri videatur dominus animalium captorum in dicto territorio, non tamē ad diffidam, ex deciſis per Afflict. deciſ. 290. ibiq; Vrſill. cum fidam, & diffidam teneantur ſoluere animalia paſcentia vltrà territorium de iure præſcriptum, Barbat. in tract. de diuiſ. fruct. p. 1. cap. 6. num. 89. Sed iis replicabatur ex parte ipſius Ill. Principis, non militare primam rationem, etenim ſi banna non fuiſſent ab eo promulgata, aderat ſententia prolata, per quam prohibitum fuerat vicinis animalia ibidem ingredi facere, occaſione paſculi. Neq; altera ratio obſtabat, quia allegabatur cauſa excuſationis, & de intentione eius nil conſtabat, cum præſumptio reſultauerat in fauorem Principis, dum animalia in eo loco reperta fuerant paſculando, quo caſu ſtabitur eius iuramento, Boer. in Conſuet. Biturig. tit. 10. §. 1. num. 1. Ad tertiam rationem replicabatur, eſſe omne iure certum, quod animal pro damno dato, ſi eius dominus ignoretur, capi, & detineri poteſt, ex Affl. in Conſt. Pacis cultum, & Coler. de proceſſ. exec. c. 2. p. 1. n. 98. probat Paul. Criſtin. in Cōſuet. Mechilin. tit. 3. art. 4. n. 2. Capyc. dec. 45. in princ. cū alijs apud Campag. in cap. Adhoc, n. 87. Caſſan. in Cōſuet. Burgu. rit. Des iuſtices, §. 6. n. 11. Boer. vbi ſup. col. 1. Borrell. de magiſtr. edict. lib. 4. cap. 6. num. 55. De damno dato non difficultabatur, quin dominus animalium ad emendam teneretur, Bonifac. in rit. de damno dato, num. 64. latius Borrell. de Magiſtrat. edict. lib. 4. capit. 6. num. 45. Auendan. de exequend. mandat. cap. 13. per tot. Sed dubium vertebatur in pœna ſoluenda, hoc eſt in diffida, nā diffidare animalia eſt ab vſu prohibere, Polyd. Ripa obſeru. 33. n. 4. & in hoc cenſuit Capyc. d. deciſ. 45. nu. 4. & 6. quod dicat animalia damnum dantia in terris meis poſſum retinere, donec ſciam dominum, cui debeo reſtituere, data cautione de ſoluendo damnum, iuxtà praxim vulgatam, fallit in fida, & diffida, nam non debeo reſtituere, niſi ſoluta diffida, & quamuis ibi referat, fuiſſe iudicatum, eſſe reſtituenda animalia cum cautione de ſoluenda diffida, hoc ideò fuit in illo caſu, quia Marchio non habebat intentionem fundatam de iure communi, quod in terris Acerrarum patronatis haberet fidam, prout prætendebatur eſſe terra illa, in qua boues capti fuerant; cœterum vbi intentio fundata eſſet, tam pro fida, quam diffida, nullatenus animalia erint reſtituenda, niſi ſoluta fida, & diffida, aſſequuti ſunt, Reg. Rouit. in prag. 1. nu. 4. de offic. baiul. Monach. ad Minad. vbi ſup. nu. 27. vbi allegat ad idem Maaill. Præſid. Mormil. & Capibl. & idem Capibl. in 2. tomo de Baron. c. 45. num. 7. & ſic indè deciſum per S.C. vt prius ſolui debeat damnum, & poſteà pœna, Anna in ſingul. 139. quem ſequitur Maſull. ad Capyc. loco citato, etenim pœna loco diffidæ eſt, ità Rendell. in tract. de paſcuis, tit. 1. cap. 17. verſ. & in l. 1. Qua de re domino territorij habenti intentionem fundatam, proculdubio competit ius fidæ, & diffidæ, prout in caſu præmiſſo, nedùm præſumebatur, ſed verificabatur, ſicq; damnum datum in defenſis punitur, habita ratione diffidæ, Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 45. num. 5. Atq; cum in decreto prædicto ſuperaddita fuiſſent alia verba, vz. præſtita cautione de ſoluendo quidquid fuerit iudicatum pro prætenſa diffida, & hoc citrà præiudicium iurium ambarum partium, Nepita in Conſuet. Catan. conſuet. 5. nu. 2. ex traditis per Camp. in cap. Ad tollendam, n. 11. poſt Capyc. deciſ. 6. Peracta indè relatione in S.C. per Reg. Conſil. Io. Franc. Santelic. die 15. Martij 1640. fuit dictum, benè prouiſum per cauſæ Commiſſarium. In Banca Zuozi pro Cantone.

Animalia damnum dātia in territorijs alienis qualiter, & quando pro illis eorum Domini teneātur ad pœnam, videantur deciſiones infrà, in ver. pœna.

Animalia in dotem data reſtituuntur poſt annum ſoluto matrimonio, vt fuit deciſum per Sacrum Conſilium in cauſa Ouidij de Donna, refert Nouar. in pragm. 1. collect. 2. n. 8. ne quid in loco publ.

Animalia deputata ad centimola, & tapperos nequeunt per Barones ad alium vſum deputari, vt fuit deciſū per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Theani, cum Ill. Principe Hoſtiliani illius domino, retulit Nouar. in pragm. 1. num. 8. de ſalario eorum, &c. collect. 2. & infrà in ver. vaſalli alia refertur deciſio.

Animalia alicuius paſcua ſumentes in territorijs, debent taxari vſq; ad numerum condecentem, ne alijs dominis animalium damnum inferant, ſed vt omnes cōmodè poſſint vti territorijs deſtinatis ad paſcēdum, ſic enim de iure probatum extitit, quod ordo temporis, & menſura ſeruari debeat, l. arbor, ff. com. diuid. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 46. num. 4. verſus finem, & propterea in cauſa Epiſcopi Acerrarum, cum Marchione Laynæ, & ciuibus, dum haberet ſexcentum oues, & capras poſt interpoſitionem decreti, quod ei liceret paſci facere ſuas oues, & alias Menſę Epiſcopalis, vt dicam infra in verb. Epiſcopus, fuit per aliud decretum eiuſdem S.C. confirmatum, & interpoſitum die 24. Octob. 1625. ad relationem Reg. Conſ. D. Franciſci Salgadi, huiuſmodi .ſ. benè prouiſum per idem S.C. ſub die 28. Febr. & proindè prouiſum eſt, quod pro obſeruantia conuentionis anni 1546. nullis ex notatis in ea ingrediatur cum animalibus in territoria arbuſtata, pro taxatione verò animalium, pro vſu reſeruato in dicto decreto S.C. infra quatuor dies capiatur informatio, & interim non excedat numerum ſexcentum capitum caprarum, & ouium Reuer. Epiſcopus, citrà præiudicium iurium ambarum partium, &c. penès Scacciauentum Actor. Magiſtr.

Animalia, quæ depaſci debent in territorijs etiam appatronatis, maximè vbi eſſet ſpecialis Regis conceſſio, aut lex permitteret, vel conſuetudo vigeret in conuicinio, & regione, vt teſtatur Marin. Frecc.

Frece de ſubfeud.lib.2.in 46.author.à nu.6. cum ſeq. prout eſt in Ciuitate Acerrarum, ac pariter procedat in territorijs, vbi adsũt iardena, ſegetes, arbuſta, & ſimilia, cum de hoc fuiſſet propoſitum grauamen ad inſtantiam ciuium Acerrarum cõtra dominum illius, fuit interpoſitum ſequens decretum ad relationem Regij tunc Conſil. Fonſecchæ, videlicet, Die 7. Septemb. 1545. Neap. Facto verbo de contentis in primo grauamine decreto S. C. quoad primum grauamen continens, quod animalia fidata per dictam Curiam non debeant paſculare in territorijs particularium, vt in dicto grauamine fuit prouiſum, quod fiant declarationes petitæ pro parte Ill. Marchioniſſæ, & interim dicta Ill. Marchioniſſa, & eius Curia lite pendente ſe abſtineant a fidando animalia, quod debeant paſculare in territorio dictorum particularium dictæ Ciuitatis Acerrarum, vbi ſunt Iardena arbuſtata, ſegetes, arbores fructiferæ, ſeù herbæ ad ſecandum pro ſęno faciendo, in quibus dicta animalia fidata intrare non valeãt, vt ex actis in Banca Scacciauenti Magiſtri Actorum.

Annui introitus dependentes ex functionibus Fiſcalibus Prouinciæ Terræ laboris, quorum exactio Neapol. fit, reputari an debeant vti bona intrà diſtrictum, vt ſint ſubiecti Conſuetudini Neapol. determinatũ fuit affirmatiuè, vt teſtatur Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. cap. 70. ſub nu. 33. in nouiſſima impreſſione.

Annui reditus, ſiuè terriæ pendente reſciſſione contractus an ſolui debeant, vel expectari exitus cauſæ principalis, in facto, de quo controuertebatur in S.R.C. in cauſa Annæ de Ayello, & Donati Mariæ Materdona coniugum, cum Ioanne Thoma Saraceno, hæſitari contingit, quod poſtquam d. Io. Thomas in anno 1590. de menſe Decembris vendidiſſet mediante inſtrumento, Alexandro Media annuum cenſum duc. 27. pro capitale duc. 300. comparuit in M.C. impugnãdo tale inſtrumentum, vt reſcinderetur ex duabus cauſis, primò, quia tempore celebrationis dicti cõtractus erat filiusfamilias in poteſtate aui, qui in alia cauſa comparuit pro reſciſſione inſtrumenti huiuſmodi facti, & obtinuit, vt infrà dicam. verb. contractus, ſecundò, quia erat partitarius, dum pro pretio certarum gemmarum ſe obligauerat contra formam Reg. prag. 1. de empt. & vend. & ampſius ſtante decreto interpoſito ad inſtantiam eius aui, mandãte omnibus Notarijs, & contrahentibus, quod cum ipſo nullus contrahere auderet, ſed prædictis replicabatur, non obſtare in contrarium adducta, reſpectu proceſſus annullationis inſtrumenti, alias facti, nec ei opitulari, quia erat res inter alios acta, ideò præiudicare nõ poterat, l. 1. C. res inter alios acta, vbi Doct. præſertim Tiraq. Ad ſecundum replicabatur, ex decreto apparere ipſum Io. Thomam non eſſe in poteſtate aui, quoniam illud fuerat interpoſitum ob cauſam tunc vertentem inter ipſum, & eius auum, indè præſupponebatur, non eſſe ſub eius poteſtate, propter quod per M.C.V. fuit interpoſitum decretum abſoluendo Lucretiam Mediam filiam dicti Alexandri, & quod dictus Io. Thomas ſolueret tertias maturatas, & correſponderet in futurum, à quo decreto cum fuiſſet appellatũ ad S. C. ex parte ipſius Io. Thomæ, qui ſemper continuauerat ſolutiones, interim ipſa Lucretia inſtiterat pro alijs ſonatis finitis, & ità prouiſum per cauſæ Commiſſarium, de quo obtinuit verbum fieri in S.C. vndè pro confirmatione decreti ipſius M.C. ac cauſæ Cõmiſſarij dicebatur, de iure receptum eſſe, & deciſum apud Præſ. de Franch. dec. 373. quod pendẽte reſciſſione inſtrumenti, illud debet exequi etiã ad inſtantiam actoris, ad quorum comprobationem faciunt tradita per Intrigl. ſingul. 115. lib. 1. Anton. de Amat. var. reſolut. lib. 1. reſol. 37. num. 25. Guzman de euiction. quæſt. 32. nu. 40. & ſeq. ex doctrina Innoc. in cap. cum in iure, de offic. deleg. ex tex. in l. fin. C. de ord. cogn. Bart. in l. ſi expreſſim, de appell. Et ideò facta relatione in S.C. per Reg. tunc Conſil. Scipionem Rouitũ die 6. Iunij 1613. fuit per S.C. dictum, benè prouiſum per Mag. cauſæ Commiſſ. ſub die 11. & 28. Martij præteriti, penès Secretarium, in Banca Licti. Sicq; agnoſcendo habere malam cauſam tranſegit, poſtea præfatus Io. Thomas in anno 1618. ſe obligando de nouo Ioſepho, Annæ, & Aureliæ de Ayello filijs, & hæredibus dictæ quõd. Lucretię, deindè in anno 1619. reuiuiſcendo cauſam intentatam petijt in S.C. nedum reſciſſionem primi inſtrumenti, ſed etiam tranſactionis, prætendendo feciſſe tranſactionem metu carceris euitandi, ac alia cumulando, & compilato iam proceſſu, quia fecerat depoſitum certatum annatarum, fuit ſuperſeſſum in expeditione cauſæ, interim conuentæ poſtmodum inſtabant pro ſolutione aliarum annatarum, vndè fuit per S C. dictum, Die 2. Maij 1624. quod procedatur ad expeditionem cauſæ principalis, quã procuret Io. Thomas infra menſem, alias prouidebitur ſuper executione decreti M. C. V. pro cuius defenſione replicabatur, non ſatisfeciſſe, quod lite pendente ſemper fuerint ſolutæ terriæ virtute dicti inſtrumenti, nam hoc benè verum eſt, quando lite pendente non conſtaret in prõptu de nullitate, & non erant factæ probationes, maximè quando exceptio nullitatis requireret altiorem indaginem, ideò non poterit impediri executio inſtrumenti, attamen poſtquam fuerit concluſum in cauſa, & detecta iura nullitatis, illius executio debet impediri, cum in promptu conſtet de nullitate, quemadmodum in proprijs terminis deciſum fuit per S. C. & ſecundum huiuſmodi practicam in cauſa Marchioniſſæ S. Erami, cum Marchione Lauelli, in actis copia præſentata, vbi lite pendente ſemper fuerant ſolutæ tertiæ, imò etiam poſt concluſum in cauſa, quia pars non oppoſuerat de nullitate, verũ cum in facto prædicto oppoſita fuiſſet talis exceptio nullitatis, per decretũ M.C. fuit prouiſum, quod expectetur exitus cauſæ principalis, & decretum fuit confirmatum per S.C. cauſa cognita adhibitis tribus alijs adiunctis, vt ex ſcripturis nouiter præſentatis apparebat, expoſtulabatur confirmatio ipſius decreti, nam citra dubium, quando exceptio nollitatis principaliter in promptu probari poteſt, nec requirit altiorem indaginem, tũc omnes Doct. admittunt, impediri executionem, & expectari exitum cauſæ principalis inſtrumẽti, arg. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & probatur in clem. 1. de re iudic. ità tenent Bart. & Caſtr. in l. ſi expreſſim, ff. de appell. facit tex. in l. 1. §. & parum refert, ff. quod vi, aut clam, Bart. in l. 1. §. condemnatum, ff. de procur. tenet Io. And. in addit.

addit.ad Specul.tit.de execut.ſent. §. vlt.16. Soc. in conſ.78. nu. 5. lib. 3. vbi ità reſpondet, Innoc. vbi ſup. ex Rota Rom. in dec.282.& ſic in terminis tradit Ant. Canar.de execut.inſt.quæſt.11.& quæſt. 51. & 52. num.90. & 91. etiam in materia Ritus M.C. quem allegat, Franc.Marc.dec.44. per totam,& tenet etiam in ſpecie Frecc.de præſent.inſtr.p.9.n.7. & 8.

Annus integer concedi an debeat electis ab Vniuerſitate, ſi ipſi impedimentum paſſi eſſent, itaut non potuiſſent exercere, ob quod maior pars anni effluxerat, accipiendo partem illius anni, quo exercere deberent, deciſum fuit per S.R.C. negatiuè, vt refert D. Reg. Tapia in ſuo iure Regni, par.7.tit.7.pragm.2.col.6. verſ.quanto autem tépore.

Antephatum peti an poſſit ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, deciſum refert Taſſon. relatus à Nouar. in rubr. pragm. de donat. propter nupt. collect.1.nu.18.affirmatiuè, vbi refert idem prius iudicatum fuiſſe per S.C. in cauſa Camillæ de Ligorio cum hæredibus Hectoris Campanilis. In Banca Vulturalis.

Antephatum mulieri debitum an conſequi poſſit ſuper bonis maternis ſui viri fideicommiſſo relictis; Hoc in facto euenit in cauſa Poliſenæ Comite vxoris relictæ quondam Ioan. Baptiſtæ Capani, quæ cum dediſſet in dotem duc. bis mil. & per ipſum virum conſtitutum antephatum ducatorum quingentum, diſſoluto indè matrimonio per mortem viri, comparuit in Curia Salernitana, & perijt aſſiſtentiam pro dicto antephato ſuper quodam iure, quod poſſidebatur per Matthæum Capanum, & Robertum, fratres, & hæredes prædicti Io: Baptiſtæ, cum fuerat in bonis eiuſdem Ioann. Baptiſtæ, vndè conuenti oppoſuerunt, non potuiſſe præſtari aſſiſtentiam pro dicto antephato ſuper dicto iure, ex quo illud poſſidebant, non vti hæredes d. Io Baptiſtæ, ſed vigore fideicommiſſi inſtitutiè Lucretia Capana matre dd. Ioannis Baptiſtę, Matthęi, & Roberti, & per conſequens obtinere non poterant, dum dicta mater non erat obligata ad antephatum nurus, & pro fundamento eorum intentionis produxerunt teſtamentum ipſius Lucretiæ, in quo legauerat ius prædictum ipſi Io. Baptiſtæ, & caſu, quo decederet ſine filijs, illud legauerat prędictis Matthæo, & Roberto, prohibendo alienationem illius ex quacunq; cauſa, & fundari videtur hæc exceptio ex deciſione Rotæ diuerſ. in dec.737.par.1. vbi refertur, quod diſpoſitio auth. res, quæ, C.commun.de leg. non procedit, quando ſunt bona, ex quibus filia dotari poſſit, & quibus nondum renunciauit, quod idem erit attendendum in antephato, ex eo, quia talia bona fideicommiſſo ſubiecta, nedùm obligari poſſunt pro conſtituenda dote, ac donatione propter nuptias, vt proſequitur Barbat. in pragm.1. de aſſiſt. glo.5.n.125.ſed etiam pro dote reſtituenda, vt ſubdit nu.126.Molſeſ.in Conſuet.Neapol. par.3.p.1. num.42.melius Franc.Hieron. de Leo deciſ. Valent.140.num.11.& ſeq. Viſcont.in ſuis concluſionibus, ver. bona ſubiecta. Et licèt tàm per Iudicem primarum, quam ſecundarum cauſarum illius Curiæ fuerit iudicatum in beneficium ipſius mulieris, attamen per Iudicem tertiarum cauſarum fuerũt abſoluti conuenti, quocirca deuoluta cauſa per viã appellationis in S.C. poterant in fauorẽ ipſius actricis aliqua conſiderari, & potiſſimum exiſtente concluſione communi, quemadmodum bona fideicommiſſo relicta alienari poſſint pro conſtitutione dotis, & illius reſtitutione, vt poſt Peregr.de fideic.art.41. & 41.latiſſime Fuſar.de ſubſt.q.531.& 532.Fõtan. de pact.nupt.clauſ.5.glo.1.par.2. idemq; ob cauſam donationis propter nuptias, ex multis probat Fuſar.d.tract.q.533.poſt Paudum in tract.de dotario par.3. q.14. nouiſſime Curell.in tract.de donat.contempl.matrim.tom.2. ſpecial.18. nu.1. & 4. Et hoc nedum in bonis paternis fideicommiſſo relictis, ſed etiam in bonis maternis, ſimiliter ſub fideicommiſſo ſubiectis, de quibus poterit dos conſtitui, vt proſequitur Peregr. de fideicommiſſ.art.42.nu.45.cum alijs apud Intrigl. dec.4.nu.15.quem ſequitur Fontanell. vbi ſuprà ſub nu.118.Cancer.var.reſol.lib.1.cap.9.nu.165. quod idem erit attendendum in dotatio, ſeu donatione propter nuptias, vel antephato, Curell. vbi ſup. Cancer.vbi ſup. n.164. Quamquam hoc procedere arbitrentur in ſubſidium, non exiſtẽtibus bonis paternis, vel alias liberis, cum d.auth. ſit ſubſidiaria, vt inquit ibi Intrigl.nu.24.Molſeſ. vbi ſuprà, Cancer.vbi ſuprà num.173. Et ſic facta relatione in Sacro Regio Conſilio die 4. Decembris 1589.per Regium Conſil. Petrum Paulum Theodorum fuit reuocata ſententia ipſius Iudicis tertiarum cauſarum, & confirmata ſententia Iudicum primarum, & ſecundarum cauſarum, in beneficiũ ipſius actricis prolata, imò per aliud decretum eiuſdem S.C. interpoſitum die 28. Ianuarij 1591.fuit prouiſum, ius prædictũ in actis deductum eſſe ſubiectum reſtitutioni antephati, & per aliud decretum ipſius S.C. latum die 13. Maij 1591 fuit prouiſum, quod exequeretur ſuper iure in iudicio deducto, ſaluis iuribus in cauſa reclamationis, vt patet ex actis in Banca Burrelli.

Antephatum an debeatur mulieri, ſi non fuerit dos promiſſa ſoluta, exiſtente clauſula illa in capitulis, fuit promiſſum ex alijs iuſtis cauſis, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. ad relationem Regij tũc Conſiliarij Vincentij de Franchis in cauſa Hippolytæ Ieſualdæ, vt refert Conſil. Marcell.Marcian.conſil.53.ſub nu. 5. verſ. quarta illa, ex doctrina Piſanell.ad Conſuetud. Quartam autem, incip: nota ex iſta gloſ.

Antephatũ an debeatur mulieri ſuper bonis obuẽtis viro ex fideicommiſſo, ſiuè ſubſtitutione procedente ex linea tranſuerſali, non obſtante prætenſione mulieris vltimo loco vocatæ vigore dictæ ſubſtitutionis, quemadmodùm ex facti ſerie percipiebatur, eo ſiquidem præſuppoſito facto, cum Patritius Lancella ſenior duas vxores habuiſſet, primam Berardinam Magliulo, ex qua Io.Thomam, & Portiam Lancellam procreauerat, ex dicto Ioanne Thoma marito Lucidę de Laurentijs orti ſunt Scipio, & Io.Simon Lancella; ex ſecunda vxore Patritij nuncupata Suſanna Scoppa orti ſunt Io. Andreas maritus Eliſabeth Iouene, ex quibus orti ſunt Patritius, & Lucretia Lancella, hoc præſuppoſito competitur, quòd dictus Scipio filius dicti Io.Thomæ cum prætenderet Religionem Carmelitanam ingredi, donationem ſuæ portionis fecerat in beneficium dicti Io. Simonis fratris, ac illius vſumfructũ donauerat eidem Lucidæ, ſub conditione, quod ta-

lis donatio non fuiſſet valida in caſu, quo non feciſſet profeſſionem, & eius mater nupta non fuiſſet, & lectum vidualem ſeruauerit, verum ſi reperiretur maritata, ſuccedere debuiſſet dictus Io. Simon, qui decedens ſine filijs legitimis, & naturalibus, eo caſu ſuccedere debuiſſent magis proximi agnati ipſius Scipionis maſculini ſexus, & in defectum ipſorum, eorum filij legitimi, & naturales, & in eorum defectum ſuccedere deberent filiæ fœminæ legitimæ, & naturales dicti quondam Patritij Lancellæ, & in eorum defectum eorum filij, & hæredes abſque alia prohibitione, nec clauſula prohibitionis, alienationis, &c. Facto inſuper caſu omnium vocatorum, quia ſucceſſiuè alijs prædefunctis ſuccedere debuerat Io. Andreas patruus ipſius donantis, ac filius ex ſecundo matrimonio ipſius Patritij, dum in poſſeſſione bonorum prædictorum perſiſteret, vxorem duxerat Eliſabetham Iuuenem, quæ ipſi in dotem dederat duc. 3000. pro quibus fuit conſtitutum ſolitum anteſatum, obligãdo omnia ſua bona præſentia, & futura, inter quæ aderãt dicta bona reſtitutioni ſubiecta, quo mortuo concurrentibus creditoribus ſuper bonis ipſius, præfata Eliſabetha non habens, vndè ſibi ſatiſfacere potuiſſet de ſuo antephato, inſtitit, ſibi illud aſſignari ſuper dictis bonis ſubiectis reſtitutioni, & per decretum Ill. Marchionis Belmontis Caroli de Tapia tunc Commiſſarij cauſæ, fuerint aſſignati duc. 750. in cõputum antephati prædicti, quod eſſe debuerat ducatorum mille reſpectũ quantitatis ducatorum trium mille, pro qua ſumma dum in poſſeſſione perſiſteret, inſurrexit Portia Lancella filia eiuſdem Patritij ſenioris, vtt vltima vocata ad ſubſtitutionẽ, non habita conſideratione ad renunciationem factam in beneficium fratrum de omnibus bonis in forma, inſtitit, condemnari dictam Eliſabetham ad relaxandum in eius beneficium dicta bona contenta in eadem diſpoſitione, & videbatur in hoc ſibi ius ſuffragari, poſtquam auth. res, quæ, & alia iura conſetentia, ſibi vendicare locum nõ videbãtur in fideicommiſſo tranſuerſali, vt eo caſu poſſent bona prohibita alienari ex cauſa dotis, vt ex multis probat Peregrin. de fideicommiſſ. art. 42. num. 49. & latiſſimè Fuſar. in tract. de ſubſtitut. quæſt. 531. num. 95. & ſeq. Et pro hac opinione adducebatur dec. de Franch 241. loquentis de fatre prohibito alienare viridarium, & in caſu alienationis, vt ſuccederet Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, indè ſubſecuta donatione ſororis comparuit Hoſpitale pro recuperatione viridarij vigore ſubſtitutionis prædictæ, quamuis caſus nõ fuiſſet deciſus, fuit tamen tranſactione finitus, ex quo intelligebatur, talem alienationem ob dictam cauſam non valuiſſe. Ex aduerſo autem excipiebat ipſa Eliſabetha reſpectu aſſumpti oppoſiti, non procedere diſpoſitionem dictæ auth. in fideicommiſſo tranſuerſali, ex quo non defuerunt alij Doct. contrarium aſſerere, nempè Menoch. & Rimin. quos citat ibi Peregrin n. 52. cũ alijs apud eundem Fuſar. vbi ſup. n. 96. Viſcõt. in ſuis concl. verbo bona ſubiecta, verſ. inſuper limita, Cancer. var. reſol. par. 1. c. 9. n. 164. quam ſiquidem opinionem etſi communiter non admittant Doct. moti ea ratione, quia dicta auth. procedit regulariter in fideicommiſſo aſcendentium in beneficium deſcendentium, vt ibi proſequitur Peregr. à numer. 51. cum ſeqq. & optimè Ferret. in Conſtit. Cathal. hac noſtra, in 3. tẽpore, declar. 6. num. 63. vbi in ſpecie extendit ad fratres, vt non teneantur dotare ex dictis bonis ſub fideicommiſſo relictis num. 64. ex Menoch. Peregrin. & Peguer. ad quos etiam ſpectat dotare filias, & ſic de ſingulis, non tamen in tranuerſalibus, prout ſunt fratres, qui non tenentur dotare ſorores de proprijs bonis, niſi in caſu paupertatis ſororis, ipſo diuite exiſtente, ex gloſ. in l. non omnis, C. de admin. tut. Theſaur. deciſ. 192. nu. 4. cum alijs apud Ripol. var. reſol. cap. 9. nu. 4. Ferrer. vbi ſup. num. 66. & in caſu relato per eundem Peregr. vbi ſup. num. 50. & 51. At in caſu præmiſſo de hoc non agebatur, ſed tantum de ſubſtituto vocato conſtituente donationem propter nuptias, ſiuè antephatum eius vxori, etiam ſuper bonis reſtitutioni relictis, quæ citra dubium in ijs caſibus bona ipſa alienari prohibita alienari poſſunt, vt proſequitur Peregr. in d. art. 42. in princ. & melius Fuſar. in eodem tract. quæſt. 533. Et proindè non obſtare videbatur deciſio de Franch. allegata, ex quo ibi relictum apparebat viridariũ fratri, cũ prohibitione de nõ alienando, & in caſu alienationis, vt ſuccederet Hoſpitale D. M. Annuntiatæ, in caſu præmiſſo nulla aderat prohibitio alienationis, ſed tantum vocatio proximioris gradatim in caſu deficientiæ, vndè reſultare cõperitur articulus ille, ſi tam pro dotatione, quam pro lucri conſecutione res ſubiecta reſtitutioni poſſit alienari in præiudicium ſubſtituti, & certum eſt, cum ipſa bona reſtitutioni ſubiecta alienari poſſint ex cauſa neceſſaria, vt tradunt communiter Doct. in d. auth. res, quæ, & lucrum ex forma ſtatuti debitum eſt magis neceſſarium, quàm ex pacto, inquit Rol. de lucro dot. quæſt. 59. n. 8. ſic antephatum in Regno iudicatur debitum neceſſarium, Molfeſ. ad Conſuet. Neap. part. 1. quæſt. 21. num. 4. per iura ibi citata, & ſic mulier ſuo antephato non eſt defraudanda, Præſ. de Franch. dec. 478. num. 3. vndè ſuccedit, quod ſicuti lucra dotalia, tam ex parte viri, quam ex parte vxoris ex pacto locum habent in rebus fideicommiſſarijs in dotem traditis, aut obligatis, in terminis d. auth. res, quæ, vt fundat Peregr. d. art. 42. num. 96. & 97. multò magis, quando per diſpoſitionem ſtatuti illud deberetur, nam idem eſſet, vt ibi Rol. aduertit, & ob id lucrum dotis eſt debitum neceſſarium, tamquã introductum à conſuetudine, teſtatur Pellic. in Conſuet. Auerſæ cap. 3. num. 434. & conſequenter poſſunt de illis diſponere contrahentes, tam pro conſtitutione dotis, quam donationis propter nuptias, etiam in præiudicium ſubſtitutorum, attento ſimplici fideicommiſſo, cuius vigore non cenſentur dotes conſtitui, & conſequenter conſimilia lucra præcapi, ità concludit Phanucc. de lucro dotis, gloſ. 10. numer. 60. & propterea ſicuti marito veniet lucrandum vigore prædicti ſtatuti ex bonis fideicommiſſi in præiudicium ſubſtitutorum, ità & vxori, vt ex Bald. Corn. & Crauet. probat ibidẽ ſub n. 66. Phanucc. in caſu pmiſſo, de quo expreſſim mẽtionẽ facit in terminis Rol. d. tract. q. 57. vbi quærit, an maritus, cui dos data fuit ſtante ſtatuto de lucro dotis, excludat ſubſtitutum, arguendo pro, & contra, demum concludit affirmatiuè num. 15. & ſeqq. per multas rationes ibi traditas, hæc dixi, vt veritas dignoſcatur, licet pẽdeat

Digitized by Google

deat deciſio, & ſi determinabitur, referam infra in verb. ſubſtitutus.

Antephatũ promiſſum non definita certa quantitate reſpectu dotis ingentis ſummæ fuit per S.C. taxatum in duc. 70. mille in cauſa Ill. Duciſſæ, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in controuerſ. iuris Ill. in collect. deciſ. 161. ad controuerſ. 64. & 65. fol. 573. n. 4. tom. 2.

Antephatum an debeatur vxori filij emancipati per eius patrem, qui interuenerat in quadam ſolutione partis dotis per eos receptæ, ſuperaddito etiam, qualiter pater indè ex quibuſdam verbis iactatorijs promiſerat dictæ mulieri omne, quod ei debebatur cum antephato, & id probatum per teſtes binos domeſticos, licet per M. C. fuiſſent abſoluti hæredes patris, tamen per S C. fuerunt condemnati, vt cẽſuit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 138 lib. 2.

Antephati ſoluti ſecundæ vxori defuncti feudatarij onus ad quem ex filiabus ipſius ſpectet, an ad primogẽitam, vel ad ſecundogenitã, de hoc contingit diſceptari in cauſa ſororum de Coppula, in qua fuit arbitratum, ſpectare ad dictas ſorores pro rata bonorum burgenſaticorum, & feudalium, & fuit confirmatu per S.C. vt retulit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 25. in fine.

Apoca ſubſcripta à minore, an non obſtante conſenſu curatoris habeat executionem paratam vigore Regiæ pragmaticæ, deciſum fuit tam per M.C. quàm per S.C. negatiuè, vt refert Nouar. in prag. 63. collect. 10. n. 15. de offic. proc Cæſ.

Apoca bancaria ſi fuerit facta in confidentiã an habeat executionem paratam vigore Regiæ pragmaticæ, & ſi extraordinariè de tali confidentia conſtitiſſet, in facto euenit, fuiſſe factam apocam ducatorum trecentum per Aloyſium Antonium Cuomo in beneficium D. Didaci Clerici, ſoluendorum in menſe Ianuarij præſentis anni 1641. & hoc in confidentiam ad preces eiuſdem D. Didaci, vt ſe potuiſſet tueri pro certo ſuo ſeruitio, illinc ad certos dies, antequam tempus ſolutionis eueniret, præfatus Aloyſius Antonius cõuenire fecit in Curia Epiſcopali Neap. prædictũ D. Didacum ad reſtituendum dictam apocam ſic factam, vt caſſaretur, & impartito termino fuit per certos teſtes verificatum, realiter fuiſſe factã in confidentiam, propter quod fuit per dictam Curiam iuſſum, vt illam exhiberet, ijs ſic ſtãtibus adueniente tempore ſolutionis, prædictus D. Didacus conuenire fecit eundem Aloyſium Antonium in M. C. V. pro recognitione apocæ prædictæ, & proindè ad ſoluendum quantitatem in ea cõtentam, licet aduerſus eam fuiſſet idem oppoſitum, fuiſſe factam in confidentiam, & proindè non eſſe moleſtandum, productis actis in dicta Curia agitatis, diſſidiari contingit, ſi tali exceptioni erat deferendum, poſtquam ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ 64. §. 6. de offic. procur. Cæſ. diſpoſitum apparet, apocas bancarias habere executionem paratam, taliter quod conuentus audiri non poterit, niſi eo conſtituto in vinculis, vel facto depoſito, & proindè lex quamuis dura ſit, erit obſeruanda. l. proſpexit, ff. qui, vel à quibus. Ex parte conuenti replicabatur, extare acta geſta in Curia Archiepiſcopali inter eaſdemmet partes de eodem iudicio, vndè ſuccedit regula illa, quod acta facta in vno iudicio inter eaſdemmet partes, proſunt etiam in alio iudicio, tam in prima inſtantia, quam in ſecunda, tam in iudicio poſſeſſorio, quam petitorio, Iaſ. in l. 2. C. de eden. Guido Papa deciſ. 136. Doct. inter com. opin. tit. de eden. num. 25. & regulare eſt, quod acta facta coràm vno Iudice, probant coram alio inter eaſdem perſonas, Mar. Anton. Macer. lib. 1. var. reſol. in reſol. 94. num. 8 Propterea licet facta eſſent in Curia Eccleſiaſtica, probarent in Curia Laicali, eo, quod acta facta coràm Iudice Laico, etiam coràm Iudice Eccleſiaſtico probant inter eaſdem perſonas, Maſcar. de probat. concluſ. 33. num. 24. & è cõtra, qua de re ad hoc vt talia acta facta inter eaſdem perſonas in aliquo iudicio, & teſtes ſint publicati, oportet vt reproducantur, alias nõ facerent fidem, Bart. in l. naturaliter, § nihil commune q. 2. ff. de acquir. poſſ. cum alijs apud Io. Crot. in tract. de teſtibus par. 7. num. 76. Et quamuis obiectum eſſet teſtibus ipſis examinatis in Curia Archiepiſcopali, non probare in Curia Sæculari abſq; repetitione ipſorum, nam reuelationes teſtium factæ metu cenſurarum non probant ſine citatione, & iuramento, & interrogatorijs, Duran. dec. 207. num. 17 dec. 212. nu. 15. dec. 241. num. 17. dec. 329. nu. 1. & deciſ. 338. poſtquam teſtis examinatus per vnum Iudicem in vna cauſa, ſi examinatur iterum per alium Iudicem in eadem cauſa inter eaſdem partes, debet intare, vt ex Bald. in l. fin. verſ. nunquid, C. de teſtib. Felin. in cap. præterea, de teſt. cogen. probat Monticell. in repert. de teſt. rub. repet. teſtium quomodo fiat, verſ. teſtis examinatus. Replicabatur ex aduerſo, eſſe reum promptum illus repeti facere impartito ſibi termino, non aliter facto depoſito, ex quo licet ipſi totaliter probare non videantur, ſaltim ad inſtructionem Iudicis pro veritatis indagatione aliqualem probationem conſtituebant, vt docet Carau. in ritu 235. nu. 12. Et propterea facta relatione in M.C.V. per Iudicem Donatum Coppulam, fuit deciſum, quod infra quatuor dies audirentur partes, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad S. C. & obtentum in eo verbum fieri, demum facto per eum verbo in eodem S.C. in aula Conſil. D. Franc. Sauij de menſe Septembris 1641. fuit confirmatum decretum eiuſdem M.C. penès Secretarium in Banca Franciſci Vulturalis Act.

Apoca Banco directa cum fide crediti ob cauſam expreſſam in apoca, cauſa non ſequuta, an poſſit repeti à tertio, cui fuit ceſſa exiſtente pecunia in Banco, refertur per D. Reg. Sanfelic. in deciſ. 157. duos ex quinque Delegatis cenſuiſſe, fore reſtituendam fidem crediti primo Domino, reliquos verò cenſuiſſe, non eſſe moleſtandum vltimum ceſſionarium, & poſſe retinere pecuniam.

Apoca cambij habet executionem paratam, Genua in tract. de ſcript. priu. lib. 3. q. 6. per totam, Seraf. dec. 530. nu. 7. dec. 562. num. 2. & potiſſimũ in Regno, vt probaui in voto 55. nu. 4. an habeat locum in tertia apoca facta ab aliquo, de quo incidit difficultas coràm Illuſtri D. Carolo Tapia delegato in cauſa Ludouici Rodulfi cum Franciſco Stecchutu creditore illorum de Scarlatino, cũ igitur dictus Rodulfus ſubſcripſiſſet tertiam apocam cambij, vti inſolidum debitor obligatus, contra quem creditor exequi intendebat vigore pragmaticæ, & videbatur affirmandum, ex quo per talem apocam ità factam reſultauerat confeſſio, vt dixi in voto 2.

num.2. & ob talem confeſſionem condemnari poterit, iuxtà vulgatam regulam, quod in confeſſum non ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando, ad tex in l. 1. ff. de confeſſ. etenim confeſſus pro iudicato habetur, vt probaui in conſil. quodam relato inter mea vota, num.6. poſt votum 84. Ex aduerſo replicari poterat, quod legis, vel hominis diſpoſitio verificatur in primo actu, Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, in prima limitatione, numer.2 Quo fit, vt literæ cambij vbi non habent effectum, ſemper durat prima obligatio, vt dixi in d. voto 55. nu.16. & ſicuti literæ cambij, quæ in beneficium eius, qui dedit pecuniam loquuntur, ad alios non ſe extendunt, vt ibidem probaui num.5. ità & contra alios, dixi voto 80. n.10. & propterea fuit datus terminus in cauſa de mēſe Decembris 1640. penès Simonem Barrilem Cancellarium.

Apoca Banci ex diſpoſitione Reg. pragm.64. §.2. de offic. procur. Cæſ. habet executionem paratam, & ita ſe habet, ac ſi eſſet inſtrumentum liquidatum, ſeù obligatio incuſata, vt ibi diſponitur, taliter quod debitor non aliter auditur, niſi facto depoſito, ſeù debitore in vinculis conſtituto, quid autem ſi euidenter appareret de falſitate apocæ; in qua licet ſubſcriptio eſſet facta manu principalis, realiter erat ſcripta manu alterius, non tamen de mente principalis, & realitate debiti, exemplo oſtenditur ex facto iam occurſo, dum Io. Baptiſta Campitelli V. I. D. quandam epiſtolā, ſeù literam, aut vulgo viglietū miſiſſet Io. Baptiſtæ Puderico, ex quo in calce dictæ ſcripturæ ſolent apponi verba ſubmiſſoria, hoc eſt *ſeruitore de V.S.* & indè ſubſequitur ſubſcriptio talis de rali, ſemper adeſt intermedium vacui, quia in confidentiam tranſmittuntur tales ſcripturæ pro negotijs occurrendis inter eos, compertum fuit, dicta verba *ſeruitor de V.S.* eſſe abraſa, remanente firma ſubſcriptionis in vacuo, vbi fuit confecta apoca Banci directa certo ſeruo eiuſdem Io. Baptiſtæ ducatorum decem mille, pro qua cum fuiſſet conuentus ipſe Io. Baptiſta Campitellus ſuper recognitione apocæ prædictæ, fuit dictum, vt caperetur informatio, & examinatis teſtibus noluerūt ſe ſubſcribere, ob quod fuit interpoſitū decretum, vt recognoſcerent, à quo decreto appellauit ipſe debitor ad S. C. aſſerendo, talem apocam fuiſſe factam de manu aliena, quæ licet fuiſſet ſubſcripta manu ipſius, apparebat facta in dorſo cuiuſdam villecti per eum tranſmiſſi ad dictum Pudericum, & apparebat de raſura dictorum verborum *ſeruitore de V. S.* vndè ex ijs principaliter reſultauerat euidens falſitas, nedum ex raſura dictorum verborum, & non eſt dubium, quod abraſio falſitatem arguat, vt latè proſequitur Farinac. de ſimulat. contract. & falſit. quæſt.153. per totam, etiam ſi eſſet modica, & vnius ſyllabæ, & paucarum literarum, vt ſubdit num.69. Quæ ſiquidem falſitatis exceptio nunquam intelligitur excluſa per ſtatutum excludēs omnes exceptiones, vt proſequitur Graſſ. de exceptiun. in except. 29. in princ. vbi alia conferentia tradit, quamobrem non prohibebatur cōuētus aduerſus apocam exceptionem falſitatis opponere. Verùm ei accedebat inuerisſimilitudo cōfectionis apocæ tripliciter, primo, reſpectu conditionis perſonæ ſcribentis, qui non habebat tātam facultatem diuitiarum, vt potuiſſet de tanta ſumma diſponere, licèt eſſet vir ſimplex, nō tamen diues, & qualitas perſonæ debitoris inſpicitur, licet ſolutio per alium expediri poſſit, Bart. in l. continuus, §. cum ita, num.2. ff. de verbor. obligat. vndè ſuccedit regula vulgaris, nemo dat quod non habet, quocirca, vel ipſa apoca proceſſerat ex quadam largitate, & hoc non erit præſumendum, quia nemo præſumitur iactare ſuum, l. cum de indebito, §. 1. ff. de probat. & dum non erat diues, præſumendum erat pauper eſſe, & ſucceſſiuè neceſſitati ſuppoſitus, quo caſu nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit, l. rē legatā, in fi. ff. de adim. legat. aut proceſſerat ex cauſa neceſſaria, quia facta fuerat apoca pro alijs tantis, vndè mutuum reſultauerat, & hæc cauſa neceſſaria vigere non poterat, quia talis creditor erat ſeruus, & tantam ſummā mutuare non poterat, quia eam non habebat. Secundò, inuerisſimilitudo arguebatur ex ſumma ducat. 10. mille quæ non poterat cadere in ſeruo, qui ſi illā haberet, non ſeruitijs alterius ſe præbuiſſet, cum eorum miniſteriū ſit ſeruitus perſonalis, Bart. in rubr. C. de vſuſr. nu.4. & ſerui dicuntur viles, & plerumq; ſunt indiſcreti, idem in §. inordinatum, nu.5. auth. de hæred. & falcid. nec ob id præſumi poterat, quod talis ſummam mutuari poterat. Tertiò, inſpicitur inuerisſimilitudo ob cauſā, q̄ cauſa cū non reperiatur expreſſa, cēſetur facta ex cauſa mutui, ità probat Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap.8. nu.12. & ſic dum dicebatur *per altri tanti*, intelligendum erat ex cauſa mutui, vt alias probaui, quia mutuum celebratur frequentèr, & aſſiduè, inquit Bald. in rubr. ff. ſi cert. petat. nu.2. attamen iſta cauſa inter eos conſiderari non poterat, tam reſpectu perſonarū, quam ſummæ prædictæ. Quo fit, vt cum ipſa inuerisſimilitudo nedum ſimulationem, ſeù colluſionem pariat, Muta deciſ. Sicil. 35. numer. 17. ſed etiam præſumptionem falſitatis habeat, & imaginem illius præſefert, inquit Farinac. d. tract. ead. q.153. nu.176 & ſubdit, ipſam maximè attendi ad probandam falſitatem, & cum fuiſſet per S.C. prouiſum, vt fieret relatio in S.C. in aula Conſil. Carauitæ, demum facta in ea relatione per Iudicem Taſſonum, S.C. mandauit, conſignari proceſſum Procuratori fiſcali M.C. vt criminaliter procederetur ſuper dicto negotio, nam Iudex non tātùm ex officio poterit hanc exceptionem falſitatis opponere, vt inquit ibi Graſſ. nu.3. ſed etiam mandate, vt ità procederetur, & ſic ſiluit negotium, nec amplius in eo proſequutum.

Apoca bancaria confecta ab vno ſocio, nedùm ſuo proprio nomine, ſed etiam nomine alterius ſocij ſcribere neſcientis in beneficium creditoris, ex cauſa mercaturæ, exiſtente poteſtate conceſſa per dictum conſocium ſcribere neſcientem, an contra ipſum exequutionem paratam habeat, vigore pragm.64. § 2. & 6. de offic. procur. Cæſ. Ex facti ſerie apparebat in quodam inſtrumento celebrato inter Anellum Caputum complimentariū, & Dominicū Cutiniello fuiſſe cōtractā quādā ſocietatē, & in particulari præfatū Dominicū, qui ſcribere neſciebat dediſſe poteſtatem eidem Anello, ſubſcribendo literas cambij Bancorum, & ſimilia nomine eius proprio cum contrahentibus, obligando ipſum pro eius rata, & cū præfatus Anellus tam ſuo nomine, quam dicti eius cōſocij apocam bancariam confeciſſet in beneficiū Michaelis Angeli Giliberti duc.551.1.3. pro libris

150.

150. ſerici, ſoluendorum infrà certum tempus iã elapſum, illinc ad certos menſes ſucceſſo fallimẽto ipſius Anelli præſatus creditor in iudicio cõuenire fecit præfatum Dominicum ad ſoluendũ dictam ſummã vigore dictę apocę firmatę manu ipſius Anelli, ac etiam nomine ipſius Dominici, ſcribere neſcientis, cum duobus teſtibus ſubſcriptia, & contra ipſum ſe oppoſuit dictus conuentus, præſupponendo, non potuiſſe ſecum procedi vigore dictæ apocæ, vigore dictæ pragmaticæ. ex qua percipitur in 2. §. *& aduerſo le poliſe di Banco, ò d'albaram firmati di mano del debitore riconeſciuto, & firmate da tre teſtimonij, non ſi poſſa allegare dal debitore eccettione alcuna*, niſi prius facto depoſito, *ò vero conſtituto il debitore in carcere, conforme à quello ſi oſſeruaquando vi è obliganza penès acta, &c.* deindè in §. 6. ſubdit, *che quelli, li quali s'erano conuenuti in vigore di poliſe dirette al Banco, fatta la recognitione di eſſe, ò verò ſono legitimamente prouate, non ſiano inteſi, eccetto fatto il depoſito in publico Banco, ò vero conſtituto il debitore in carcere, &c.* ex quibus verbis colligitur primò, vt apoca ſit ſcripta, vel ſaltim ſubſcripta manu debitoris; vt recognitio fieri poſſit, & indè eaequutioni demandari, iuxtà dictam pragmaticam, & certum erat, quod cum ipſe Dominicus ſcribere neſciebat, non poterat apocam ſubſcribere, & ſi fuerit ſubſcripta manu alterius, neq; recognitio fieri poterat, dùm igitur ſtatutum requitat ſuſcriptionem apocæ, oportet, vt interueniat ſubſcriptio, nam licèt ſubſcribens videatur propriè ſcribere; vt inquit Maſcard. de probat. concluſ. 1347. nu. 4. adeo quod, vt ſubdit nu. 5. ſubſcriptio idem operatur, quod ſcriptura propria, in tãtum, quod nil releuat, ſi tota apoca fuerit ſcripta, & abſquè ſubſcriptione, dummodo dicat, *di man propria*, vt voluit Polyd. Ripa obſeru. 190. vel ſcriptũ nomen, & cognomen ſcribentis, Rota Genuenſ. dec. 126. nu. 2. aut etiam ſubſcripta manu debitoris, vel ſi fuerit ſcripta manu alterius, & ſubſcripta manu propria debitoris, Statil. Pacif. de Salu. interd. inſp. 1. cap. 7. nu. 53. nam ſubſcriptio debitoris ſufficit ad probationem totius ſcripturæ aliena manu confectæ, Carpan. ad Conſtitut. Mediolan. cap. 45. nu. 32. ac ſi fuiſſet tota eius manu ſcripta, Muta in cap. 14. num. 3. tom. 4. Rota Gen. deciſ. 51. num. 2. deciſ. 186. num. 1. deciſ. 126. nu. 6. & dec. 163. nu. 2. hinc diſpoſitio loquens de ſcribente, locum habet in ſubſcribente, vt ibi Maſcard. nu. 6. firmat, & ſequitur num. 8. ad noſtrum propoſitum, quod ſi ſtatutum iubeat, dari eaequutionem contra ſcribentam, habebit locũ in ſubſcribente, nam ſcribere, & ſubſcribere idem ſunt, Rota Geu. dec. 210. nu. 2. ex Ang. Rebuff. de chirograf. nu. 53. ſequitur Barz. dec. 21. poſtquam talis ſubſcriptio intelligi debet de vera, & reali ſubſcriptione manus eiuſdẽ, & non alienæ, hinc eſt, quod licet ſignum Crucis habeat vim ſubſcriptionis, probant Perſius conſil. ciuil. 14. nu. 3. Moron. de treug. & pace, quæſt. 12. nu. 8. Ambroſ. in ſuo proceſſ. inform. lib. 2. cap. 6. num. 3. adhuc tamen ſi apoca fuerit facta ab aliquo ſcribere neſciente, non haberet locum diſpoſitio Reg. Pragmaticæ, vt contingit ventilari in M.C. in cauſa Marci Antonij Girardi, cum Donato Merolla, qui ei apocam fecerat ducatorum octo, directam Banco Montis Pietatis, eam ſignando ſigno Crucis propriæ manus cum teſtibus in Banca Nucerini, ſuper qua licèt fuiſſet ordinatum, vt caperetur informatio ſuper verificatione, & quod reus recognoſceret, non fuit vlterius proſequutum, quia talis ſubſcriptio non erat vera per nominis, & cognominis ſubſcriptionem, ſed per ſignum Crucis, quæ licèt in teſtimonijs ferendis locum habeat, non tamen in ſcripturis, vbi ſubſcriptio exigitur, vt ſuprà probaui. Quod idem erit attendendum, ſi apoca ſolo ſigillo fuiſſet ſubſcripta, quoniam licèt ſigillum habeat vim ſubſcriptionis, vt idem Maſcard. concl. 1308. num. 5. iſto caſu illam probaret, Statil. Pacif. d. cap. 7. num. 61. & idem operatur, quod recognitio ſcripturæ, Colet. de proceſſ. eaec. lib. 1. cap. 3. n. 96. & 102. Non tamen eſt vera ſubſcriptio, niſi fuerit ſigillum additum ſubſcriptioni veræ, vel vt aduertit ibi Maſcard. nu. 6. adeſſet ſigillum Communitatis, vt aduertit Statil. ibi, nu. 62. vel aliud contraſignum, ſeù zifra, aut *ſcontiglio*, vt fieri ſolet in ſubſcriptionibus, quoniam tunc verificaretur apocæ ſubſcriptio, & haberet eaecutionem paratam, vt alias deciſum retuli in 3. par. noſtri compendij, verb. recognitio, alias ſi ſolum ſignum, ſeù ſigillum ineſſet, præſumptionem faceret dumtaxat, nam ſcriptura cum ſigno Titij præſumitur ipſius Titij, Epiſcopus Riccius dec. 197. num. 1. par. 2. adhuc tamen tale ſignum recognoſci debet, ſi eſſet ſuum, vt optimè Rebuff. vbi ſuprà num. 58. & tunc facta recognitione condemnabitur, vt ſubdit num. 61. Sicq; ceſſante vera ſubſcriptione, ceſſabit recognitio, quia non habet, vbi figat pedes, quia cognoſcere ſcripturam eſt relegere, & recognoſcere, l. recognoſcere, ff. de fide inſt. Rebuff. ad Conſtit. Gall. tom. 1. tit. de chyrograph. & ſched. num. 24. vbi nu. 27. aſſerit, quod recognoſcere chyrographum, etiam debitum confiteri videtur. Nam talis recognitio chyrographi, & ſigilli eſt loco confeſſionis, ità Coler de proceſſ. exec. lib. 1. cap. 3. num. 59. item lib. 3. cap. 1. n. 93. 97. 98. & 99. & interpellationia ad recognoſcendum, aut denegandum chyrographum, non tamen id agitur, vt fiat condemnatio, quam, ne debiti probatio intercedat, Ant. Fab. in eius Cod. lib. 3. tit. 12. defin. 7. num. 1. tunc ſcriptura recognita probaret, Rebuff. ad Conſtit. Gall. tit. de chyrog. &c. nu. 25. non mirum ſi indè apoca probet obligationem, Duran. deciſ. Rom. 174. num. 2. vol. 1. Et ſic apoca recognita, & verificata haberet eaecutionem paratam, Carpan. ad Conſtit. Mediol. cap. 42. num. 78. Magon. deciſ. Lucenſ. 15. num. 19. latiſſimè Statil. Pacif. de Salu. interd. inſpect. 1. cap. 7. num. 45 conferunt ad hoc congeſta per Mateſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 79. per totum, vbi hanc materiam exarat, qualiter, & quando procedat, & rationem oſtendit Rebuff. vbi ſuprà n. 46. quare ſcriptura recognita habeat exequutionem paratam, reſpondit, quia confeſſus pro iudicato habetur, vbi alia addit. Ex aduerſo pro actore replicari poterat principalitèr, nedùm verſari inter mercatores, in quorum cauſis proceditur ſola facti veritate inſpecta, omiſſis apicibus iuris, Oſaſc. deciſ. 2. nu 2. hinc ſcripturæ mercatorum de conſuetudine habentur pro publicis inſtrumentis, Bonius de ſtat. præſc. gloſ. 14. nu. 6. Sed verius inter conſocios, quo caſu vnus poterit alterum, & alios obligare, quouis modò, etiam ſi in ſubſcriptionibus apodiaarum non

omnes

omnes ſe ſubſcripſerint, iuxtà concluſa, atq; deciſa nouiſſimè per D.Reg.Hector. Capyc. Latro conſult.105.lib.2.& propterà ſubſcriptio, in qua Titius vnum tantum ſocium habens, dicat ego,& ſocij, falſa non aliter præſumeretur, vt inquit Maſcard, vbi ſuprà, nu.30. Mura in Cap. Regni Siciliæ Regis Alphonſi 155. nu.6.tom.4.aſſerens, verificari etiam in vno ſocio, & tamen obligantur etiam cæteri ſocij, ſi ſocius contrahat ſuo, & ſociorum nomine, & contractus pertineat ad ſocietatis formam, corroborat Hector Felic.in tract. de ſociet. cap.30. num.7. vbi in præcedenti nu.2. cenſuit, obligari ſolum ſocium contrahentem ſuo nomine, ſed reſpectu aliorum obligatio eſſet per obliquum, vt ſubdit numer.4. & ſocius ſi literas cambij ſcribat ſub eius nomine,& conſocij, ex hoc oritur præſumptio, quod pecunia ſit communis, Rub.deciſ. Rom.224.nu.5.par.1. Sed quando ſocius facultatem haberet obligandi perſonas ſociorum, quoniam tunc etiam cenſeretur habere facultatem obligandi eorum bona, vt ex Bald.conſil.263.lib.5.& Surd.dec.224.nu.8. probat ibidem Felic. ſub nu.33. prout erat in caſu noſtro, vt ſuprà dictum eſt, & tunc benè procederet obligatio taliter contracta, exiſtente mãdato expreſſo contento in inſtrumento inter eos celebrato, vt potuiſſet apocas bancorum, ac literas cambij ſubſcribere, & nomine proprio ipſius conſocij, cuius publicæ poteſtatis vigore Anellus ſubſcripſerat apocam, vndè ſuccedit regula illa, omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartimur authoritas, l.2. §. . . . . . C. de vet. iur. enuncl. hinc etiam Notarij publicam repræſentãtes perſonã ſolent apocas ſubſcribere, nomine aliorum ſcribere neſcientium,& fidem faciunt, vt contra eos exequi poſſit ob publicum actum celebratum ab eis, ex quo ſcriptura Notarij habetur pro plenè recognita, ſecundum ſtilum Curiæ, quando teſtes deponerent ſe cognoſcere manum, vel ſcripturam, & perſonam ſcribentis, ex Rota diuerſ. deciſ.124.numer.2.part.2.Rota in antiquis dec.554. & deciſ.709.Veſtr. in ſua praxi Rom. cap.1. nu.8. lib.6. quos probat Nouar.in allegat. inſerta poſt deciſ.119. Dom. Riccij par.2. num.1. ſicuti etiam ſcriptura priuata facta in iudicio, vel à Notario in actis redacta, probat, Statil.d.inſp.1. cap.7.n.63. Solet enim vti apud vulgares, qui ſcribere difficile poſſunt, & faciunt ab alio manum portare ad ſubſcribendum, ex Luc.de Penn. in l. nulli, C.de numer. lib.11. notat Vrſill.deciſ.181. in fine, & tamen talis ſubſcriptio communitèr toleratur, & habet effectum, ità paritèr quando apoca eſſet ſcripta per tertium, & ſubſcripta per alium, quia contra ſcribentem etiam probaret, ex Felin. in cap.ſcripta, nu.6.& 7. de fid.inſtrum. probat Rota Gennæ deciſ.207. num.2. Eo quod ſcriptura priuata probaret, quando inter partes fuerit conuentum, quod ei plena fides habeatur, ex multis probat Statil.Pacif. d.tract.ead. inſpect.1.cap.1.nu.59.& ad hoc videtur conferre optima doctina Rebuffi loco citato, numer.37. dum querit, ſi chirographum manu tertij factum, probet, nullam habens ſubſcriptionem partium, vel teſtium, vbi negatiuè concludit ex cap.1.de fide inſtrum. ſed paulò poſt hæc verba protulit, tamẽ ſi appareat mandatum fuiſſe alicui, vt ſcriberet, illa ſcriptura obligat, ac ſi fuiſſet facta per mandantem, not.in l.diuus. §.ſenatus, ff. de falſ. non tamen creditur illi tertio, quòd ſcripſerit de mandato talis, Imol.conſ.91.in cauſa, col.1.quod eſt benè notandum, teſte Hippol.ſingul.471.ſepè. hæc ille, Anna ſingul.41.cum alijs citatis per Viſcont.in ſuis concluſ. verbo apoca, vbi limitat, niſi de mandato,& de commiſſione conſtaret, ex Gratian.deciſ.114 nu.58.& Maur.Burg.de laudimio par.3. inſpect.38. num.18. cum alijs ibi citatis, quanto magis quando conſtaret de mandato, vt erat in caſu noſtro, tunc ſcriptura meo mandato ſcripta, habebit exequutionem, ac ſi debitor ſcripſiſſet, l.Diuus Claudius, §.item, ibi videri .n. ipſius domini manu ſcripta, cuius voluntate ea ſcripta ſunt, ff de falſ. l.ſi ego, §.dotis.ff.de iur.dot. Abb. & Imol. in cap.cum inter, de re iud. col.4. nu.7. Iaſ.in l.ædita, n.7. C.de edend.qui in l. ſi ità ſtipulatus, §. Chriſogonus, col.3.ff.de verb.oblig. dixit facere ad ſtatutum, quo cauetur, quod quis non admittatur ad excipiendum contra propriã ſcripturam, in qua continetur promiſſio ſcripturæ, quod tale ſtatutum habebit locum, etiam ſi ſcriptura non ſit manu propria ſcripta, ſed alterius manu, de eius tamen mandato, & ſic hic habebit exequutionem, etiam ſcripta per alium, & recognita per eum, cuius mandato fuit ſcripta, ſi pars confiteatur ſuo mandato ſcripta, licet dicat poſteà ſoluiſſe, vel aliud alleget, tamen garnire tenebitur, ſaluis ſuis exceptionibus, hæc Rebuff.vbi ſup.nu.57. Fuit habitum pro vero, talem ſubſcriptionem valere, ſed quia alia in facto occurrerant, fuit per M.C.V. ad relationem Iudicis Io. Baptiſtæ Muſceptulæ deciſum, quod infrà biduum audiantur partes, de anno 1644. In banca Saccardi.

Apoca priuata receptionis debiti facta à creditore in beneficium creditoris, ſubſcripta eius manu, & teſtium, verificata indè depoſitionibus teſtiũ ſubſcriptorum, ſed ſingulari depoſitione eorum, an erit ſufficiens pro liberatione debitoris, vt exemplo iam occurſo clarificatur, etenim cum eſſet Petrus Antonius Minerius creditor Iacobi Antonij Stantioni pro introitibus dotium, receptionem intereſſe fecerat in beneficium dicti Petri Antonij, præuia apoca de recepto cũ ſubſcriptione teſtiũ, indè Maccarius, & Baldaſſar Maſſei creditores ipſius Petri Antonij inſtiterũt in M.C. vt faceret depoſitũ de eo, quod ipſe debebat dicto Petro Antonio, qui ſiquidẽ debitor ad euitandã vexationẽ allegauit ſatisfactionẽ, producendo dictã apocam priuatam, teſtium ſubſcriptionibus roboratam, inſtabat, non moleſtari, & conceſſo termino, examinari fecerat dictos teſtes, quorum vnus depoſuerat, vidiſſe dictum Petrum Antoniũ ſubſcripſiſſe dictam apocam per ipſum creditorẽ factã,& ſe ſubſcripſiſſe, alter verò depoſuerat, fuiſſe vocatum ab eo, vt ſe ſubſcriberet, quia fecerat apocam receptionis creditor,& ſe ſubſcripſiſſe, nec alitèr vidiſſe illum ſe ſubſcripſiſſe, vndè reſultauerat diſparitas depoſitionum ipſorum, & ob eorum ſingularitates fidem non facere, de qua materia prolixius agit Farinac.in tract. de teſtibus, quæſt.64.per totam, Maſcard.de probat. concl.347.nu.56. Cum igitur de iure ſit determinatum, quòd chyrographum ſubſcriptione duorum, vel trium teſtium munitum, & ab ipſis teſtibus poſtcà recognitum, plenam fidem faciat, l.nuda, ff. de donat. vbi Batt. cum alijs adductis per Rebuff. ad Conſtitut. Gall.in tractat.de chirogra-

rographſ.in præſat.num.29. vbi ex Alex. ibi relato rationem aſſignat, videlicet, quia teſtes in hoc caſu non poſſunt decipi, cum recognoſcāt ſua ſigna, & poſſunt rationem exprimere, quia viderūt eā a partibus ſcribi, & ſubſcribi, & ſic probabunt, quia in ijs ſubſcriptionibus facilè non erratur, quod etiam aſſequuti ſunt Aretin. & Socin. ibi citati, quinimmò ex hoc deſumitur, quod apoca propria manu ſcripta, & non ſubſcripta, cum teſtibus deponentibus, ſcribi vidiſſe probara erit, Maſcard.de probar.conel. 110.nu.7.& in hoc caſu etiam ſi ipſi oon fuiſſent ſubſcripti in apoca, probarent, dummodò interfuerint ſubſcriptioni debitoris, idem Maſcard.concl.110. num.9. & ex Imol.& Roman. inquit Affl. dec.181. nu.8. concludens, quod quando teſtes deponunt ſe fuiſſe præſentes, quando debitor ſcripſit illam apocam, tunc plenè probant, quia tunc benè deponunt, ſequitur Felin.in cap.2.col.5.de fide inſtr. Granut.larè theorem.15.at cum vnus ex dictis teſtibus confeſſus fuiſſet, ſe ſubſcripſiſſe, & vidiſſe debitorem paritèr apocam ſubſcripſiſſe, non tamen alter ità depoſuerat, ſed rantum, ipſum debitorem aſſeruiſſe ſe ſubſcripſiſſe, & indè ipſum ſubſcripſiſſe, videntur eſſe ſingulares, oam teſtes deponentes habere notam manum, & caracteres, ſi non fuerunt præſentes, nihil probarent, Rubeus dec. Rom.7.0.17. Ex aduerſo autem replicabatur, quamuis vera prædicta in ſe eſſent, adhuc tamen in caſu præmiſſo non militabant, dum agebatur de liberando debitorem, & propterea ſufficiens erat confeſſio ipſius debitoris aſſerentis, illam ſubſcripſiſſe, poſtquam confeſſio dicentis, ſe ſubſcripſiſſe in teſtium præſentia, parem vim habet, ſicut ſi teſtes vidiſſent eum ſubſcribere, ità ex Ludou.Rom.io l.admonendi, ff.de iur.iur. firmat Affl.dec.104. n.2. cum alijs per me citatis in 1.par. noſtri Compendij, ver. Apoca à tertio ſcripta, latè Genua de ſcript. priuara, lib.2. num 8. Facta relatione in M.C.V. per Iudicem Camillum Lanfranchum, fuit abſolutus conuētus, & dictum, quod oon moleſtetur, ità ex actis in Banca Vulturalis, penès Zacchariam Scribam.

Apocam præſentans Banco mutato nomine eius, cui dirigebatur in eius beneficium qua pœna puniri debeat, fuit per M.C.V. condemnatus per triennium ad exulandum, tradit D.Reg.Sanfel.dec.58.

Apotheca Eccleſiæ habens ianuam ad viam publicam propè Eccleſiam Hoſpitalis, vel Eccleſiæ deſeruiens, & omnibus in ea publicè verſantibus, dato quod habeat etiam aditum ad Atrium, vel ad Eccleſiā, an gaudeat priuilegio immunitatis, concluditur negatiuè per D.Reg.Sanſelic.deciſ. 240. ita alias deciſum referentem.

Appellare an liceat à denegata dilatione ob abſentiam allegatam rei citati, ſeù à breuitate dilationis, licet de ſtilo Præſidis S.C. non admittatur talis appellatio, nihilominus cum fuiſſet dubitatum in Collat.Conſil.de tali ſtilo, fuit confirmatum decretum M.C.non aliter admiſſa appellatione, tradit D.Reg.Sanfelic.in dec.33.

Appellari an poſſit à ſentētia ſuper declinatoria fori lata, ſi ſuper cauſa principali procedatur appellatione remota, deciſum fuit affirmatiuè ex rationibus deductis, ac temperamento allegato per D.Reg.Sanſel. dec.321.

Appellatio denegari an debeat reo confeſſo, in tortura, & extrà illam ratificata confeſſione, deciſum fuit per S.C. ad relationem M.C. affirmatiuè in cauſa Matthæi Rupuli, in Banca Sarni, teſtatur Io.Maria Nouat. dec. 16. ſub num.4. verſ. ſed vbi confeſſio.

Appellatio an detur à decreto interlocutorio Iudicis, oretenus prolato, non tantum quia contra ius litigatoris prolatum fuerat, quantum quia oretenus prolatum, vt contingit hæſitari io cauſa Franciſci Antonij, & Michaelis Angeli Ianuarij de Tomaſe rei conuenti ab hærede quond. Pauli Iuſtiniani, qui cum petijſſent depoſitionem principalis degentis in Vrbe Genuæ pro eorum ſubleuamine, ſe obtulit procurator deponere vigore ſuæ amplæ poteſtatis, verū quia agebatur de depoſitionibus concerneotibus crimioalitatem ob petitionem debiti, de quo partem perceperat, inſtabant conuenti pro depoſitione principalis, & non procuratoris, vndè fuit iuſſum per Reg.Cōſil. Petrum Antooium Carauita, vt præſentarentur tales poſitiones, quibus viſis oretenus iuſſit Scribæ cauſæ, vt reciperetur depoſitio ipſius procuratoris, quo peruento ad aures reorum, appellauerunt precibus porrectis Spect. Præſidi S.C. per quem iuſſum fuit, fieri verbū in eodem S.C. & non eſt dubium, quod attenta Regia decretatione interpoſita à Præſide S.C.de verbo faciēdo, quæ vicem gerit appellationis ab incidentibus, & interlocutorijs, vt inquit Reg.Rouit.in pragm.18.num.1.de offic.S.C.Nihilominus quia agebatur, ſi deferendum eſſet, vel ne dictæ appellationi ab incidenti, videbatur dicendum, ſētentiam interlocutoriam ferri poſſe ſine ſcriptis, vt refert Marant. in ſuo ſpecul. par.6. in 1.actu ſub num.12.Item quia etiam appellatio viua voce fieri poteſt, vt proſequitur Marant.eod.ſpecul. d.par.6. io 2. actu, num. 136. cum ſeqq. Io.Bapt. Schuuart. in proceſſu iudic. lib.3. cap.7, num.9. Oſaſc.dec.6. Adhuc tamen ſententia ſine ſcriptis oon eſt ſub Conſtitutione comprehenſa, vt inquit Rugioell.de appell.io tit.de appellat.§.1.ſub num.3. poſtquam ſententia lata ſine ſcriptis erit nulla, probat idem Ruginel.eodem tract. §. 11. gloſ.1. num.1. Scaccia in tract. de appellat. q.4. n.6. Hinc eſt, quod mandatum factum Papæ viua voce non habet vim ſententiæ, Affl. in Conſtit. De burgenſaticis ſub nu.3.ex Innoc. in cap. cum ex literis, de reſtit.in integ. Replicatur ad primum de decreto ioterlocutorio, vt fieri poſſit ſine ſcriptis, tamen debet poſtea in ſcriptis redigi, vt appareat ex actis, ex gloſ.in cap. quoniam contra verſ. interlocutiones, de probat. cum alijs ibi relatis a Marant. Pet. Gregor. in tract.de appellat. lib.6.cap.1.onm.6.& cum alijs adductis per Fauſtin.ad praxim Pancitol.par.3. §.ſciēdum autem, vbi firmat in ſcriptis fieri debere, maximè quando haberet vim diffinitiuæ, ſequitur Palma in ſua praxi par.1. gloſ.8. num.1. Oſaſc.vbi ſuprà, & pariter ad appellationem faciendam viua voce, vt indè in ſcriptis poſtea reddatur, vt ibidem per Marant.diſtinguentem habetur, ſi ſtatim, vel ex ioteruallo fuerit facta, vt ibi Schuuart.notat, latè Fauſtin. vbi ſuprà, vbi plures citat. Imò data aplatione viuæ vocis conceſſione, id tamen fieri debet, ſaluo iure latius appellandi in ſcriptis infrà dies decem, & ſic procederet, vt per Doct. in l.cum procurator, §.ſi dñs, ff.de noui oper.nunc. cum alijs apud eundem Ruginel. d.tract. in §.4. cap.1.

Digitized by Google

cap. 1. num. 17. Pet. Gregor. vbi ſup. num. 40. Scaccia vbi ſup. Fauſtin. ad Panciroſ. vbi ſup. latiſſimè Palma vbi ſup. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. par. 1. gloſ. demandantur, num. 43. & cum iam fuiſſet in ſcriptis appellatum in cauſa prædicta, & obtentum verbum fieri, quo pendente nil innouari poterat, peracta indè relatione in S.C. per Reg. Conſil. D. Franciſcum Sauium die 3. Nouẽbris 1640. cum ex actis non apparuiſſet poteſtas expreſſa deponendi ad ſic, & ſic reſpõdendum, vt docet Reg. Rouit. in pragm. 8. de ord. iudic. n. 20. & 21. & alias deciſum retuli per S.C. in 2. par. noſtri compendij, verb. depoſitio ſpecialis fol. 133. Ideò oretenus iuſſum fuit, vt produceretur particula mandati expreſsè huiuſmodi, ſed quia nõ aderant, ideò procurator nixus fuit, vt à principali depoſitio erueretur, qui in Vrbe Genuæ morabatur, & ità exequutũ, vt ex actis in Banca Scacciauenti, & in ſcriptis interpoſitum decretum pro executione iuſſus, vt ipſi conuenti adimplerent ex parte eorum, ad quæ tenebantur pro impenſarum erogatione, iuxta formam Reg. pragm. Nec prætermittendum erit id, quod in facto euenit proximis annis, ſi rectè recolor in anno 1634. in cauſa illorum de Zattara, prætendentium liquidari facere inſtrumentum contra Ill. Marchionem Montis Leonis, cum fuiſſet oretenus iuſſum Iudici Io. Arcamono, ne procederet ad talem liquidationem præuia interrogatione, vt moris eſt, fuit hoc non obſtante proceſſum ad interrogationem, nam talis iuſſus nil poterat releuare, neq; impediri liquidationem per exiſtentiam nouellæ pragmaticæ, & fuit confirmatum per Collaterale Conſilium, vt ipſemet D. Arcamonus mecum verba faciens de prædictis confirmauit, & fuit ità exequutum.

Appellatio interpoſita à decreto M.C. ad S.C. ſuper liquidatione crediti facta, dependentis ex ſententia aſſiſtentiæ, an impediat adiudicationem crediti, ex facto liquebat, qualiter cum fuiſſet lata ſententia aſſiſtentiæ in forma, & commiſſa liquidatione crediti cum intereſſe decurſo, facta inde liquidatione prædictorum fuit ex parte rei appellatum ad S.C. intereà actor inſtiterat, procedi ad adiudicationem, vt moris eſt, virtute dictæ ſententiæ, replicabatur ex parte rei, non potuiſſe procedi ad adiudicationem, ſtante appellatione, interpoſita, iuxtà vulgatum titulum ff. nil nouari appell. pend. & ijs conferre videntur adducta per Nos in conſimili caſu relato in 2. par. noſtri Compendij, ver. executio ſententiæ, fol. 201. vbi diſcuſſum patet, ſi appellatio interpoſita à decreto aſſiſtentiæ impediat executionem perſonalem, quinimmò ex multis rationibus ibi traditis apparet, bis fuiſſe deciſum per S.C. impediri exequutionem, nam etſi appellatio non admittatur in cauſa aſſiſtentiæ ex diſpoſitione pragm. 1. de appellat. attamen quoad perſonalem actionem ſecus erit, vtputà ſi fuerit pariter reus condemnatus ad ſoluendum, & ſic ad perſonalem actionem inſimul cum ipſa aſſiſtentia, quæ eſt realis, quo caſu ſuccedit vulgatũ axioma iuris, quod quando ſententia in parte eſſet appellabilis, ſi in totum reddatur appellabilis, ità exequutio nequeat fieri etiam pro parte à ſui natura non appellabili, de qua latius per Giurb. in deciſ. 101. vbi multos DD. cumulauit, & ità iudicatum retulit, & ſatis confert ad comprobationem prædictarum deciſionum noſtri S.C. quas etiam more ſuo doctiſſimè tuetur iuridicis fundamentis Barbatus in ſuo vtiliſſimo tractatu de aſſiſtentia in nouiſſima impreſſione, gloſ. 1. à n. 99. ad 116. vbi reſpondet oppoſitionibus Gaiti, qui aduerſus eius ſententiam improbè ſe oppoſuit, & pariter cõtra Nos, aſſerendo non reperiri bancam, vbi eſt proceſſus, quæ mihi cauſa ridicula viſa fuit, & ſine ratione impreſſa, & iudicio in ſuo appendice nu. 227. qui nu. 243 friuolam cauſam cõtra Nos expreſſit, qua motus fuit, ex qua redditur partialis admodũ. Nihilominus in caſu ſup. à relato cum fuiſſet domi prouiſum per Reg. Conſil. Thomam de Franchis, vt exequeretur ſententia quòad caput adiudicationis, & interpoſita appellatione ad S.C. demum facta in eo relatione per Reg. Conſil. D. Annibalem Mules fuit confirmatum decretum prædictum, penès Secretarium in Banca Iadoniſij, in cauſa Prudentiæ, & Alexandri de Martino cum Thoma Talamo de anno 1643. Et hoc iuridicè ex diuerſitate cauſarum diſiunctarum, & ſepararatum, vt cõſideiat vltra Barbatum ſupra relatum Giurba ibidem ſub n. 8.

Appellatio licet non detur à caſu alicuius pragm. de inferiori Iudice ad M.C. ſed benè à facto Iudicis malè procedentis, tamen cum Curia Salerni petijſſet a Regia Audientia remiſſionem cuiuſdam ciuis inquiſiti de aſportatione armorum prohibitorum, obtinuit prouiſiones à M.C. vt eadem R. Curia prouideret ſuper tali remiſſione, & ſi decreuerit, non eſſe remittendum, transmittat acta, & per dies nouem eadem Regia Audiẽtia replicauit, reũ eſſe inquiſitũ de tali aſportatione, nec vetebatur procedere, attenta Reg. pragm. mãdãte, procedi omni appellatione remota, vnde conquæſta fuit apud D. Proregem, qui mandauit M.C. vt relationem faceret in Collaterali Conſilio, a quo fuit prouiſum, vt non obſeruarentur prouiſiones ex ratione ſupra relata, ità D. Reg. Sanfelic. dec. 261.

Appellatio interpoſita per Baronem à decreto lato per M.C. pro vaſallo, diminuendo pœnam, vel abſoluendo à ſententia lata per Curiam Baronalem, an admittatur, deciſum fuit per S.C. negatiuè, D. Reg. Sanfel. in dec. 317. & in dec. 63. n. 38. vide infra in verb. Baro.

Appellatio interpoſita ab inferiore Iudice ad M.C. cum non fuiſſet proſequuta, ſed deſerta, ob quod fuerat prouiſum per M.C. vt ex eiſdem actis reuideretur, & inde prolata ſententia, ſi fuerit ab ea appellatum ad S.C. & petitus terminus ad non poſita ponendum, an erit concedendus, vel procedi ex eiſdem actis, fuit deciſum, eſſe procedendum ex eiſdem actis, nullo termino conceſſo, D. Reg. Sanfel. dec. 91.

Appellatio ſi non fuerit proſequuta, ità quod per longum tempus fatalia eſſent decurſa prætextu paupertatis, an proindè cauſa erit reuidenda ex eiſdem actis remedio reſtitutionis in integrum, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfelic. deciſ. 93.

Appellatio à ſententia poſſeſſorij immiſſionis in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum lata, & in eadem condemnatio conuentorum facta ad reſtituendum fructus, qui cum appellaſſent ad S.C. inſtabant, procedi in cauſa, & è contra actores pro executione ſententiæ, an erit admittẽda,

deci-

Digitized by Google

deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, tradit D.Reg. Sanfel.dec.94.

Appellatio ſi fuerit interpoſita à ſententia M.C.V. ad S. C. proſequi an poſſit ad dationem termini ad non poſita ponendum, &c. ſi copia actorum non fuerit præſentata intrà tempora à iure præfixa, ſed extrà tempus, & conſtituto appellante in mora per tria decreta mandantia, vt procuraret tranſmiſſionem actorum, alias M. C. V. procederet iuxtà vltimum decretum peremptorium, quamquam non per appellantem, ſed ex impedimento non potuerat proceſſus haberi, vt copia illius haberetur, quemadmodum contingit in cauſa D. Hieronymi Boſſij procuratoris Abbatiæ S. Antonij de Sarno, qui cum obtinuiſſet ſententiam in eius fauorem per d. M. C. V. contrà Aloyſium Noimadia, Vincentium, Antonium, Dominicum, & Paulum de Montuero, & ex parte ipſorũ appellatum ad S.C. dilatauerant præſentationem copiæ proceſſus, ob quod fuit coactus ipſe appellatus appellantes compellere per tria decreta, vt procurarent tranſmiſſionem actorum, alias M.C.V. procederet, vt in vltimo decreto aſſerebatur, præciſè, & peremptoriè decernendo, cumq; poſt hæc fuiſſet præſentata copia proceſſus in S.C. & fuiſſet facta apertura in forma, & indè datus terminus ad non poſita ponendum, &c. Conqueſtus fuit appellatus, grauando ſe de datione termini, obtinuit verbum fieri in S.C. quocirca dicebatur ex parte ipſius, eſſe certum, quod nedum appellans tenetur exhibere ſententiã Iudicis à quo, ex auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. tradit Alcib. Lucar. obſeru. academ. lib. 3. obſeru. 3. num. 1. ſed verius omnia acta primæ inſtantiæ, vt proſequitur Scaccia de appellat. quæſt. 20. nu. 7.8.& 9. idcircò Marant. in eius ſpecul. par. 6. rub. & quadoque appellatur, in 2. actu, num. 417. declarando actus pertinentes ad appellantem, inquit, quod hodie in Regno appellans debet omnia iſta expedire, ſcilicet præſentare appellationem, & proceſſum, & apoſtolos Iudici ad quem, & facere citare partem ad proſequendum, & habere reſponſum congruum à Iudice appellationis, & licentiatus recedere infrà 30. dies, ex And. ibi relato, alias appellatio remanet deſerta, ex Afflict. ibidem citato, ſequitur Muſcatel. in praxi S.C. lib. 2. par. 1. gl. proſequendum, n. 42. vbi n. 45. nũ omnia ipſa requiſita requiri dicit, ſed duo tãtum, & præſertim præſentatio proceſſus, ſiuè illius copia; at cum in praxi receptum ſit, fieri præcepta mandantia appellanti, vt procuret tranſmiſſionem actorum, & in vltimo decreto peremptorio decerni, alias eadem M.C.V. procedat, & ſic appellatio euaneſceret ob negligentiam appellantis, non ſatagentis copiam præſentare in termino, ſed quoties extrà terminum à iure præfixum illam præſentauerit, ſolet ex prænitentia S. C. decerni, quod reuideatur cauſa ex eiſdem actis, vt ex Marant. Afflict. & Carau. probat Muſcat. in d. praxi, eodem lib. 1. par. 1. gloſ. proſequendum, num. 95. nouiſſimè I. C. probatiſſimus Iul. Cæſ. Gallupp. in eius praxi S.C. par. 3. cap. 4. num. 31. & 36. Et ex hoc etiam grauabatur appellatus, quia ſaltim ſi deſerta non fuerat declarata, debebat proſequi ex eiſdem actis, & non dari terminus ad non poſita ponendum, vt aduertit ibi Muſcat. num. 106. Sed replicabatur ex parte appellantium, licet fuiſſet appellatum ſub die 11. Aprilis 1641. & copia proceſſus præſentata fuerat die 19. Iunij eiuſdem anni, & ſequenti die 20. facta fuiſſet apertura, ac die 23. datus terminus ad non poſita ponendum, & ſic lapſo tempore præfixo à iure Conſt. Regni Appellationum tempora, attamen hoc non proceſſerat culpa ipſorum appellantium, ex quo dùm proceſſus reperiebatur penès Iudicem Correctionum, non potuit illicò fieri copia, vt ex fide Scribæ cauſæ percipiebatur, quo fit, vt ſtante impedimento excuſari viderẽtur appellantes, ſi non præſentauerint copiam proceſſus in tempore, & proculdubio appellãtes ob impedimentum excuſarentur, vt proſequitur Scaccia de appellat. quæſt. 15. per totam, & iuxtà communem ſententiam Doct. tempus appellationis proſequendæ non currit, ſi pars fuerit dolo partis, vel culpa Iudicis impedita, Ruginell. in tract. de appellat. §. 10. gloſ. 2. n. 60. Quæ ſiquidèm impedimenta vel procedunt ex parte Iudicis, de quo per Affl. dec. 50. vel ex parte Actorum Magiſtrorum, vt ibidem Affl. dec. 79. & ibi Addentes fatẽtur, quos probat ibi Muſcat. num. 28. & ſuppoſita cautela illa Actuariorum, quando intimantur illis inhibitoriæ, iuxtà tradita per eundẽ Muſcat. vbi ſuprà n. 64. ſe offerentes obedire, & exemplare copiam, dummodò veniret venienda, ſcilicet pecunia, & pagina, & ex fide Scribæ cauſæ præſentata liquebat, fuiſſe per appellantes datam partem nummorum pro copia proceſſus, qui reperiebatur in poſſe Iudicis, videbatur, culpam illis non eſſe adſcribendam, quocirca ſi culpa Iudicis à quo, vel eius Actuarij non potuerit exemplari, vel indè exemplata præſentari in termino, ſed extrà terminum, non per hoc diceretur cauſa deſerta, vt quoque aduertit Muſcat. num. 59. & 60. & proindè benè proceſſerat datio termini ad non poſita ponendum, &c. Poſtquam illa reuiſio ex eiſdem actis procederet, vbi deſertionis cauſæ ſuſpitio vrgeret, vt ex Afflict. dec. 79. perpendit etiam Nicol. Carbon. in ſua pract. practicarum lib. 3. cap. 9. n. 114. Quãquã alij putent, appellantẽ impeditũ ad euitandũ deſertionẽ debere proteſtari, imò ſępiùs proteſtari, vt refert Scacc. eod. tract. q. 15. n. 181. Adhuc tamen ſufficiens eſſet, ſi in termino impedimentum probaret, nec erit neceſſe, vt antea de diligẽtia ſua proteſtetur, & ius ſuũ ſaluũ ſibi eſſe velle dicat, probat ex multis Daniel Moller. lib. 4. ſemeſt. cap. 3. ſub num. 4. aſſequitur Ruginell. vbi ſup. num. 61. Die 29. menſis Octubris 1641. Neap. facto de prædictis verbo in S. R. C. per Magnif. V.I.D. D. Thomam Carleual Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto S. R. C. prouiſum eſt non obſtantibus oppoſitis, benè prouiſum per Mag. cauſæ Commiſſarium, ſub die 23. Iulij præſentis anni 1641. hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, in Banca Mignotij.

Appellatio in parte, & partibus totam deuoluit cauſam, vbi vnicum, & indiuiduum eſſet capitulum, ità fuit deciſum per S. C. dixit Io. Baptiſta Hodiern. ad Surd. dec. 143. ſub n. 8. in nouiſſima impreſſione.

Appellatio interpoſita primò ab aliqua parte ad S.C. ex decreto lato per M.C. alicui Conſiliario, & altera ſupplicatio appellationis ex parte altera alteri Conſiliario, an poſſit relatio fieri, vbi primo loco fuerit cõmiſſa appellatio, de hoc cõtingit diſcuti in cauſa Horatij Maione cum Anacleto

Zito, cũ fuiſſet appellatũ à ſententia M.C.V. pro parte dicti Anacleti, & porrecta ſupplicatio Præſidi, fuit per eum commiſſa Conſiliario Carauita, cauſa verò appellationis interpoſita per dictum Horatium commiſſa Conſiliario Merlino, dicebatur ex parte dicti Anacleti, ibi debere referri cauſam, vbi prius fuerat relata per Iudicem ecrtum incidens, & ſic in aula, vbi reſidebat Conſil. Carauita, ex diſpoſitione pragm. 9. de appellat, vt conſuetum eſt ſeruari. Replicabatur ex aduerſo, cauſam ipſam eſſe referendam in aula Conſiliarij Merlini, & proindè non procedere diſpoſitionẽ dictæ pragmaticæ, quæ in ciuilibus non procedit, vt ibi notat Reg. Rouit. Et licet ibi fuiſſet facta alia relatio prætextu certi termini, quia fuerant præſentatæ certæ ſcripturę, quibus viſis nulla habita cauſæ cognitione S. C. remiſerat cauſã eidem M.C. & ſic dum non fuerat cognitum de incidenti, formaliter poterat alibi committi, nam diſcuſſione non facta iudicatum dicitur nequaquam, inquit Præſ. de Franch. dec. 501. num. 8. & ſic fuit iudicatum per D. Spect. Præſ. S.R.C. licet iuxtà deciſionem eiuſdem Domini de Franch. relatam per dictum D. Reg. Rouitũ, tamen pendet relatio in Collat. Conſil. facienda per D. meum Reg. Branciam, vt ex actis in Banca Carboni.

Appellatio interpoſita à M.C. ad S.C. ex ſententia lata in iudicio poſſeſſorio, an habeat effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, vel tantum deuolutiuum, ad hoc vt poſſit in ea procedi, cum fuiſſet prolata ſententia reintegrationis poſſeſſionis par M. C. V. in beneficium Olimpiæ Condeſtabili, ob quod fuerunt condemnati Fratres de Auxilio ad ſoluendum fructus perceptos liquidãdos, appellauerunt ad S. C. & hæſitari contingit, ſi debuerat procedi in ea, ex cauſa vt ſuprà; fuit deciſum per S. C. huiuſmodi. Die 10. Feb. 1626. Decreto S.C. prouiſum eſt, quod procedatur in cauſa appellationis in S.C. ad ea, quæ incumbũt, circumſcripta executione decreti M. C. petita. Cioffus Act. Magiſt. ità cenſuit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 88. par. 2.

Appellatio in cauſa delegata per Suam Excellentiã M. C. V. an detur ab eius decreto ad S. C. vel ad Delegantem, refertur deciſio infra in verbo terminus. & in verb. reclamatio, quod fuit in cauſa illorum de Caualerio.

Appretium, ſiue æſtimatio focularis, ſeù dominij, aut iuriſdictio focularioruum, ad quam rationem fieri debeat, vt benè omnia intelligantur, homines fumantes in loco, in quo habitant, foculos faciunt pro ijs, qui ſoluunt, & à Curia Regia deſcribuntur vt foculares, non vt ſubditi, neq; vt vaſalli, ius hoc Fiſcale eſt, & Regium, & numerãtur ſingulis annis, ſiuè habitent in Terris muratis, ſiuè in Caſalibus, & apertis Villis, vt exteri ſoluũt taxam pro foculari, hoc eſt carolenos vndecim pro foculari. Itali verò habentes domiciliũ ſingulis luſtris, qui ſoluunt dictos carolenos vndecim, & medietatem unerum extraordinariorum, vt tradit Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 10. num. 5. & 8. adeò quod foculare dicitur vna familia ſimul, Capibl. in pragm. 10. num. 36. de baron. Et in ijs nulla cadit æſtimatio, ſeù appretium, nam inquit Imperator in §. 10 pecudum Inſt. de rer. diuiſ. abſurdum enim videbatur, hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura gratia hominum comparauerit, & prius I.C. in l. in pecudum, ff. de vſur. l. vetus, ff. de vſufr. taliter, quod vaſallus nequit vſumfructum formalem in feudo conſtituere, vel vſum, vt ex Raynaud. perpendit Iul. Cæſ. Gluſian. in tract. de pretio, & æſtimat. lib. 2. cap. 9. in princ. nequè ęſtimationem recipit liberum corpus, ad tex. in l. ex hac ff. ſi quad. paup. feciſſ. dic. hinc corpus prætioſius eſt pecunia, Ameſc. in tract. de pot. in ſeipsũ, lib. 1. c. 16. n. 3. verſ. quarto omninò, per iura ibi relata. Ex aduerſo dici poterat, quod non tantum principaliter reſpectu hominis de per ſe, quantũ tamen reſpectu illius obligationis perſonalis, vel realis appretium procederet ratione dominij, ſeù iuriſdictionis, penès Barones exiſtentis, cum Baro habeat iuriſdictionem in vniuerſo, Reg. de Ponte conſil. 105. nu. 6. vol. 2. & ob id vaſalli ratione iuriſdictionis magis propriè ſubditi appellantur, D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſponſ. fiſcal. 23. nu. 161. Nam vaſalli, maximè burgenſes multa ſoluunt tributa, innumera ſubſtinent onera, & calamitates pro Regni regimine, defenſione, & conſeruatione, Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſ. §. in primo, n. 44. & fortius quando eſſent vaſalli feudi, qui differunt à burgenſibus, Capibl. in pragm. 10 de Baron. n. 66. Poſtquam ipſi nedùm operas obſequiales, & artificiales Dominis præſtare tenentur, vt idem Capibl. in pragm. 8. par. 2. num. 170. eod. tit. etiam ſi eſſent exempti à foro, vt ſubdit nu. 102. Sed etiam ad alia onera ad feuda pertinentia, & ſeruitia perſonalia, de quibus ſatis per Borrinium in ſua caualcata de ſeruitijs vaſallorum habetur per tot. Eapropter in contingentia facti fuit interpoſitũ ſequens decretum per R.C.S. Die 23. Menſis Ianuarij 1545. ſuper appretio fieri petito per Illuſt. Comitem Murconi, & D. Iſabellam eius filiam, viſis actis per Magnificum V.I.D. D. Franciſcum Reuerterium R.C. Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de eis facta relatione in Banca eiuſdem R. C. coram alijs Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per eandem R.C. communi voto, & conſenſu, dominium vaſallorum, iuriſdictio, & merum, & mixtum imperium Terræ Mureoni attenta qualitate Terræ, & titulo Comitatus, & conſideratis alijs appretietur dictum dominium vaſallorum in duc. 15. pro quolibet foculare, quod appretium viſo cedulario R.C. in quo dicta Terra reperitur taxata pro focularibus 555. aſcendit ad ſummam duc. 8325. ſalua tamen meliori deliberatione R.C. appretiandi ius reluendi introitus alienatos dictæ Terræ, ſi de iure competit dictum ius dictis Ill. Comiti, & Iſabellæ contra illos, qui dictos introitus poſſident, hoc ſuum, &c. Franciſcus Reuerterius, Conſenſu Nardus Antonius pro Not:

Appretium rei venditæ faciendum ex cauſa læſionis à quo tempore erit attendendum, & certum eſt, quando tractatur de venditione rei, & læſio vrgeret, erit attendendum tempus contractus, ità ex Alber. in l. & ſi fine, § quæſitum, in medio, ff. de minor Aym. conſil. 11. col. fin. perpendit Reg. de Ponte conſil. 54. nu. 18. & 21. vol. 1. latiſſimè Arius Pinell. in reper. l. 2. C. de reſcind. vend. p. 3. cap. 4. num. 15. & 16. Doct. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Abb. in cap. in aliquibus, nu. 2. de decim. Dec. conſil. 167. & 308. Crauett. conſil. 11. nu. 17. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 33. nu. 6. & ſecundum hanc ſententiam fuiſſe iudicatum in

Digitized by Google

in Senatu Luſitaniæ apud Gamma dec. 256. quos etiã nouiſſimè probat Ripoh.var.reſol.cap.11.nu. 405. Fuit ſuper hoc prolata ſequens ſententia per S.C. In Dei nomine. Amen. Pateat vniuerſis, quod Nos Philippus Dei Gratia Rex Caſtellæ, Aragonũ, vtriuſquè Siciliæ, &c. Viſa compatitione oblata pro parte Magnifici Aluari Molinæ ſub die 8. Iunij 1596. contra Magnificum Io. Baptiſtam Quintium, & fratres, Nel S.R.C. Viſis deniquè videndis, factaquè de ijs omnibus relatione Ill. noſtro Proregi huius Regni in Collaterali Conſilio. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus, nullitates propoſitas per Magnificum Aluarũ Molinã aduerſus venditionẽ ordine noſtri S.C. factam Caſtri in actis deductis non militare, & proindè Magnificum Io. Baptiſtam Quintium conuentum ab impetitione dicti Aluari reſpectu capitis nullitatum productarum eſſe abſoluendum, prout ipſum abſoluimus, & penitus liberamus, ſalua prouiſione facienda quòad caput læſionis per eundem Aluarum propoſitæ, pro cuius explicatione eſt committendum appretiũ Tabulario in partibus, non ſuſpecto, qui Caſtrum prædictum appretiet, habito reſpectu ad tempus venditionis ipſius, hanc, &c. vt patet ex actis in Banca Romani.

Appretium an requiratur poſtquã adiudicatio bonorum fiat creditori per Iudicem, vt dominium transferatur, fuit decisũ affirmatiuè, ſicq; S.C. ſequutum fuit opinionem illam, vt non cenſeatur translatum dominium per adiudicationem, niſi præuio appretio, D. Reg Sanfel. dec. 118.

Appretium nulliter factum per Expertos an reuideri debeat iterum, refertur deciſio infrà in vere reuiſio appretij.

Aquarum vſus immoderatus per Barones impoſitus in perniciem Vniuerſitatis debet moderari, quarè per S.C. in cauſa Marchionis Lauri cum Vniuerſitate determinauit, eſſe facienda foramina in receptaculo, ſeù conſeruatorio, cum tribus fiſtulis, quarum duo fluerent ad commodum Ciuium, & vna ad vtilitatem Baronis, Nouar. in in pragm. 12. collect. 12. n. 10. de Baron.

Arbiter poterit vti ſuſpectus recuſari ſuperueniente noua cauſa recuſationis, vt fuit per Collaterale Conſilium deciſum in cauſa Ill. Principis Satriani, cum D. Maria Rauaſcherta, & cauſam ad ſe aduocauit, & proceſſit in ea, excluſo Arbitro, vt refert Io. Maria Nouar. in praxi elect. & var. fori par. 2. ſect. 3. quæſt. 20. nu. 15. hoc idem probat Lancell. de attent. 2. par. cap. 15. quem ſequitur Carpan. ad Conſtit. Mediol. tom. 1. cap. 115. n. 187.

Arbiter, ſiuè Arbitrator recuſari an poſſit ex cauſa ſuperueniente ob grauamina illata, & ſi capita non fuiſſent propoſita, ſed incidenter recuſatio allegata ex cauſa dictorum grauaminum apparentium ex actis, vt contingit in perſonam Conſil. Palatij Arbitri in cauſa Ill. Principis Satriani, cum D. Maria Rauaſcheria, de quo agit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 39. vbi in fine inquit, menſe Auguſti 1614. Sua Excellentia, eiuſq; Supremum Collaterale Conſilium eau ſam ad ſe aduocauit, & in ea proceſſit, excluſo Arbitro, & in cõtrou. 40. n. 18. idem affirmat.

Arbitri electi per partes compromittentes, & præuia licentia Iudicis reſpectu pupillorum, an poſſint laudum liberè proferre, vel antequam laudũ proferant certiorare teneantur Iudicem licentiá impartientem, & videbatur dicendum, liberè abſquè alia certioratione eos poſſe laudum proferre, ità quod ſi nollent pronũciare Arbitri, poterint per Iudicem compelli, Borrell. de comprom. §. 2. glo. 4. num. 56. niſi fortè fuerit à Iudice inhibitũ ob aliquam cauſam, ſeù ſuſpitionem, attam. in compromiſſo agitato per D. Ioannam Gaetanam matrem, & tutricem filiorum q. D. Herculis Pignatelli, & D. Baldaſſarem Pignatellum, fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 21. Menſis Iunij 1638. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnificum V.I.D. D. Didacum de de Varela Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod præſens cauſa cõpromittatur, verum Arbitri ante laudi prolationem certiorent S.C. hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius penès Iadoniſium Magiſtrum Actorum.

Arbitri an cogi poſſint per Iudicem ordinarium ad promulgationem laudi, certum eſt de iure communi, poſſe cogi Arbitrum pronunciare, non tamen ad ſic pronunciandum, ad text. in l. qualem, vbi Bald. ff. de arbitr. notat Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 2. glo. gradum, nu 66 Borrell. de compromiſſ. §. 2. glo. 4. num. 56. Fontanell. dec. 1. nu. 15. vltrà D. Reg. de Ponte conſ. 44 nu. 1. vol. 2. vbi declarat, inter eos cogi non poſſe, ſed ſatis erit, vt ſint præſentes, cæterum ſi à Superiore id fuerit iuſſum, ſecus erit, & ità fuit iudicatum in cauſa Virgiliæ Pironto, cum D. Franciſco Iordano, nomine, vt in actis per Reg. Conſil. Andream Marcheſium in Banca Cantoni.

Arbitrium M.C.V. an ſit delegabile Proregi per ſtatutum reſ[illegible]uatum, deciſum fuit, poſſe delegari, D. Reg. Santelic. deciſ. 275. vbi [illegible], eſſe certiorandum D. Proregem ante exequutionem ſententiæ.

Arma prohibita reperta per familiam Curiæ propè vnum, vel plures, qua pœna puniri debeant, fuerunt habilitati in forma per M.C.V. D. Reg. Sanfelic. in dec. 256.

Arma prohibita aſportans an ſit puniendus, quamuis non ſit apprehenſus, deciſum fuit negatiuè, D. Reg. Sanſel. dec. 43.

Arma, ſeù inſignia alicuius familiæ nobilis aſſumere alicui ignobili habenti familia an liceat, aut prohiberi poſſit, ne vtatur, Ex facto occurſó euenit diſceptari in S.C. in cauſa illorum de Pinnono, qui non erant nobiles, neq; de familia illorũ de Pignono nobilium Neap. qui vtebantur inſignijs ipſorum, vt nobiles tractarentur, & deducta quærimonia in S.C. per dictos Nobiles de Pignono contra ipſos de Pinnono, qui aſſumpſerant cognomen, & arma dictæ familiæ, fuit per idem S.C. iudicatum, eis non licere arma deferre, nec cognomen prædictum, & proindè iuſſum, vt abſtinerent ſub certa pœna impoſita ad relationem Regij tunc Conſiliarij Vincentij de Franchis, in Banca olim Amatrudæ, ità atteſtante Ill. Epiſc. Riccio in collect. 4129. in fine, verſ. & ad hanc materiam, par. 9. nam hoc de iure prohibitum eſt alienis inſignibus vti, l. eos, §. qui ſe pro milite, ff. ad l. Corn. de falſ. refert Farin. de falſit. & ſimul. quæſt. 150. num. 80. vbi cenſuit, à pœna falſi eos non eſſe immunes, quoniam armorum, ſeù inſignium conformitas arguit identitatem

familiæ, probat Franc. de Pettis in conſil. 2. nu. 7. ex Bart. Alexand. Corn. Caſſan. & Anna patre, & Anna filio, ibidem relatis, & talia arma sũt ſigna, quibus vna familia ab altera diſcernitur, l. ſi in nomine, C. de teſtament, cum alijs congeſtis nouiſſimè per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 529. n. 43. lib. 2. Et ijs etiam adde, quod armis, & inſignijs alterius vti permiſſum eſt, modo alteri non præiudicetur, Franc. Marcus quæſt. 880. nu. 4. & nomen alterius familiæ non licet paſſim aſſumere, & facere inſignia, & arma illius, cum tendant ad honorem, & dignitatem familiæ, Pariſ. conſ. 19. num. 36 vol. 2, libuit petitionem præmiſſi caſus, vna cum ſententia hic inſerere, videlicet, S R. M. Exponitur humiliter pro parte Ill. Marchionis Orioli, Dominorum Ioannis Vincentij Pignoni, & Io. Aloyſij Pignoni, & dicitur qualiter ad ipſorum notitiam deuenit, quod infraſcripti de Baronia Cilenti in præiudicium ipſorum exponentium, & eorum familiæ, cum eſſent de cognomine, vulgo dicto Pennone, mutauerunt ipſis cognomen, & nominari ſe faciunt de cognomine Pignono, & quod peius aſsũpſerũt etiam arma, atq; inſignia eorum familiæ de Pignono, & deſeruerunt eorum arma, quibus prius vtebantur dicti de Pennone, & ſe iactauerunt, & iactant, eſſe de eadem familia, & quia ipſorum ſupplicantium intereſt, citatis ipſis, declarari facere, ipſos non fuiſſe, nec eſſe de cognomine de Pignono, & ipſis non licuiſſe, nec licere mutare eorum cognomen, & aſſumere eorum arma, in præiudiciũ ipſorũ ſupplicantiũ, & condemnari ad illa deſtruẽdũ ex eorũ domibus, & poſſeſſionibus, & gradatim illis de cætero non vtantur, & ſucceſſiuè declarari, prædictos non fuiſſe, nec eſſe de familia dictorum ſupplicantium. Supplicant ergo, M. V. dignetur committere alicui ex ſuis Regijs Conſiliarijs, qui ſuper ſupplicatis iuſtitiã faciat, iſto, & omni modo meliori vi Deus, Mag. Ludouicus Quadra Reg. Conſil. ſupplicata recognoſcat, partes audiat, prouideat, & in S. C. referat. De Curte Propræſidens. Prouiſa per Circumſpectum V. I. D. Dominum Ioannem Andream de Curte Reg. Conſil. & Propræſidentem. Neap. die 20. Februarij 1566. Capua, In Dei nomine. Amen. Viſa ſupplicatione M. noſtræ in noſtro S. C. oblata pro parte Ill. Marchionis Orioli, & Mag. Io. Vincentij, & Io. Aloyſij Pignoni, contra Io. Nicolaum Antonium, Io. Bernardinum, Aureliũ, & Pyrrum Pennone, alias Pignone, & litis conſortes, cuius tenor talis eſt. S. R. Maieſtati. Viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, prædictos Ioannem Nicolaum, Antonium, Io. Bernardinum, Aureliũ, & Pyrrum Pennone, alias Pignone, & litis conſortes non fuiſſe, nec eſſe de familia dicti Illuſtr. Marchionis Orioli, & Mag. Io. Aloyſij Pignoni Actorum, & non licuiſſe, nec licere vti inſignijs, & armis dictorum Ill. Marchionis, & litis conſortium, nec licere cognominari de cognomine Pignoni, &c. Vincentius de Franchis. Hanc eamdem, &c. Lecta lata die 11. Menſis Decembris 1566. Neap. Io Alphonſus de Capua, & recordor, annis præteritis audiuiſſe à Io. Antonio Sances familiari q. Io. Baptiſtæ Mollonis I. C. celeberrimi, indè meritiſſimi Reg. Conſil. ipſum feciſſe conuenire quendam ſenem eodem nomine, ac cognomine vocari, vt cognomen ſimile commutaret, vt differret, & per ipſum replicatum, ſtetiſſe, & ſtare in poſſeſſione appellari per idem nomen, & cognomen per prius, & non indigere alia nouatione, & non fuiſſe amplius loquutum.

Arrendatores, ſiuè Conductores Regiorum Arrendamentorum, ſeù vectigalium Regis non aliter debitas ſolutiones, aut integras Conſignatarijs, ſeù creditoribus Fiſci ab eo aſſignatis facientes, quodnam crimen incurrant, aut peculatus, vel de reſiduis, vel furti; ità quod pœnis debitis, vnicuique ipſorum correſpondentibus plecti debeant, prolixius pro vtraq; parte diſcutit D. Reg. Sanfelic. in dec. 295. vbi concludere videtur, in crimina prædicta incidiſſe, & pro eis pœna capitali eos afficiendos, quando Fiſcus eſſet in probatis.

Arrẽdatores alicuius Arrẽdamẽti an poſſint emere apodixas particulariũ perſonarũ, vt poſſint ſatiſfacere creditoribus arrẽdamẽti per eorũ ceſſiones, referuntur allegationes infrà verbo Conductores, & verb. Gubernatores, negatiuè concludẽtes. Vndè fuit interpoſitũ ſequẽs decretum, videlicet; In cauſa creditorum patrimonij Gabellæ Farinæ carolenorum trium cum dimidio pro quolibet tumulo, cum Gubernatoribus, & Caratarijs Arrendamenti Gabellæ prædictæ arrendatæ per Petrum Antonium de Neap. vt in actis, &c. Die 3. Menſis Martij 1643. Neapol. Facta relatione de omnibus S. E. in Collat. Conſil. per Ill. Ducem Beluederij Reg. Branciam Collat. Conſ. & Delegatum in Tribunali viſionis, & reuiſionis computorum huius Fidelisſimæ Ciuitatis, vt in actis, &c. Illuſtr. & Excell. Dominus Viceres, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, atq; mandat, ceſſiones factas per Aſſignatarios in beneficium Caratariórum dicti Arrendamenti farinæ non eſſe admittendas in eorum beneficium, niſi pro rata vnumquemq; ipſorum tangente in concurſu cum alijs creditoribus, reſpectu verò prætenſarum ſolutionum factarum per Gubernatores dicti Arrendamenti, & Caratarios Aſſignatarijs infra quatuor dies partes deducant omnia eis incumbentia, & pro nunc Arrendatores, & Caratarij prædicti faciant depoſitũ in publico Banco duc. 20. mil. infrà dies decem, ſalua prouiſione facienda in quacunq; parte iudicij reſpectu ſolutionis reſtantis quantitatis ex talei Arrendamenti prædicti, & nihilominus infra menſem præcisè, & peremptoriè dicti Arrendatores, & Caratarij procurent decretum Regij Collat. Conſil. ſuper concluſione prætenſi excomputi facti per Fideliſſimam Ciuitatem, aliàs prouidebitur vt iuris, hoc ſuum, &c. Tapia Reg. Brancia Reg. Zuſia Reg. Azcon Reg. Sanfel. Reg. Capyc. Latro ProRegens. Ioſeph Barrilius Regius à mandatis Scriba. De hoc articulo promulgata fuit nouella pragm. 73. de offic. Procur. Cæſ.

Articulus diuiduitatis feudi an remitti debeat ad R. C. S. deciſum fuit per S C. in cauſa Trolij Valignati affirmatiuè quoad petitorium, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controu. tom. 2. controu. 4. num. 49. vbi in calce refert, idem deciſum fuiſſe per Coll. Conſ. in cauſa Caſtri Andredochi pro illis de Sabellis, cum illis de Bandinis.

Articulus, an Caſtrum ſit feudale, vel burgenſaticũ remitti debet ad R. C. S. decidendus, vt fuit de-

ciſum per S.C. iunctis aulis in cauſa Eminentiſſ. Card. Aldobrandini, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. to. 1. controu. 8. in eius calce.

Articuli licèt ſint diuerſi, & ſeparati ex qualitate facti, vnius deciſio alterius definitionem non impedit, & ità fuit per R.C.S. deciſum in contingentia facti inter Ducem Buzani, cum Ciuitate Regij, vt oſtendit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 29. reſponſ. fiſcal. deciſ. 4. n. 13.

Artifex, qui fugam arripuit non reſtituta re ad exercitium ſuæ artis data, torqueri an debeat, & ſucceſſiuè puniri qua pœna debeat, vt accidit in perſonam cuiuſdam filatorarij ſerici, qui accepto ſerico à domino mercatore, fugam arripuit, fingendo feſelliſſe, & eſſe decoctum, vt mercator ſecū tranſigeret pro modica ſumma, & ſic peracto præuia mercatoris proteſtatione difficultati contingit, ſi erat torquendus, & deciſū fuit per M. C. affirmatiuè, & confirmatum per S.C. vt retulit D. Reg. Sanfelic. dec. 41. vbi conſimiles caſus adducens, dixit, eos punitos fuiſſe pœna triremium ad tempus.

Aſcendens cum ſcalis ligneis ad feneſtram Monaſterij furandi cauſa, per quam Monaſterium ingreſſus, Monacum vulnerauit, ibiq; detentus, & extractus præuia licentia Nuntij, qua pœna erit puniendus, deciſum fuit per M.C. vti delegatam eſſe plectendum pœna mortis, ità refert D. Reg. Sanfel. dec. 34.

Aſſecuratio pro dote, antephato, ac pro bonis concedi an debeat ſimpliciter, vel cū cautione de nō barattando, & exhibendo ad omnem ordinem M. C. fuit dictum, dari cautionem, prout ità ex praxi fuit diutius obſeruatū, & obſeruatur, D. Reg. Sanfel. dec. 319.

Aſſecuratio pro dote, & iuribus dotalibus an concedi debeat vxori, quoties ſcienter contraxerit matrimonium cum viro inope, qui etiam nedum dote abutatur, ſed etiam ſua propria ſubſtantia, fuit per S. R. C. die 26 Iunij 1624. aſſecurata D. Beatrix Vrſina Duciſſa Grauinæ ſuper Ciuitate Grauinæ, & eius introitibus pro omnibus quantitatibus perceptis ex bonis in dotem promiſſis & conuerſis in ſatisfactionem creditorum Ducis viri, vna cum intereſſe ad rationem ducatorum quatuor pro ſingulis centum à die ſolutionis dictarum dotium, iuxtà liquidationem faciendā per idem S. C. de hoc agit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. Ill. tom. 2. controuerſ. 64. & 65. & in calce dictarum controuerſiarum in recollect. deciſionum, in verſ. ad controuerſ. 64. & 65. num. 1. fol. 574. ſupradictam deciſionem poſuit.

Aſſecuratione conceſſa mulieri, vt ex fructibus dotis maritus partem conſequi valeat pro ſuis alimentis, & quota, in vrgenti caſu fuit liquidata in ducatis duobus mille, præſtandis poſt integrā exactionem fructuum faciendam per Duciſſam Grauinæ, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in calce controuerſiarum Ill. tom. 2. in calculo deciſionum prætermiſſarum n. 8. fol. 576.

Aſſecuratores nauis in caſu naufragij an teneantur pretium mercium ſoluere dominis illarum, ſi magiſter nauis vna cum nautis Inſulam appetiſſent ad petendum opem, & ſequenti die ad nauē redeuntes ad eam leuandam, eamq; remulcantes ad deſtinatum locum reduxerunt obſtante iactu mercium, licet per ſententiam Conſulatus fuiſſent condemnati, tamen per Collaterale Conſilium prouiſum fuit, quod procederetur in cauſa appellationis, ſuſpenſa exequutione ſententiæ Conſulatus, poſtmodum verò iudicatum, eos teneri tantum de varea, bagnamento, & getto, & non de naufragio, ſic atteſtante D. Reg. Sanfelic. in dec. 162.

Aſſenſus non operatur effectum ſuum à die expeditionis in Cancellaria Regis, ſed ſolum à die, quo in Regno executoriatur, vt fuit deciſum per S.C. iunctis aulis in cauſa Marchionis Burgētiæ cum Duce Martinæ, penès Amatrudā, refert Nouar. in pragm. 10. collect. 11. num. 3. de feud.

Aſſenſus Regis, non tamen Proregis exigitur in alienatione feudi facienda per exterum, vt fuit deciſum in cauſa creditorum Marchionis Mariliani Ianuenſis, referente Reg. Conſil. Fabio Riccardo, & per Collaterale Conſilium referente Reg. Cam. Sum. in ceſſione iurium per exterum facta ſufficere aſſenſum Proregis, vt fuit iudicatum per R. Cam. & Collat. Conſil. inter Fiſcū, & creditores Marchionis Padulæ, vt ibi ſubdit Nouar. nu. 2.

Aſſenſus Capituli conceſſus mulieribus Neapolitanis pro dote, antephato, & illius vſufructu procedit etiam, quod penès eūdem debitorem adeſſent bona burgenſatica, vt deciſum tradit Anna in Conſt. Conſtitutionem, nu. 40. licet alias cōtrarium deciſum fuiſſet per S.C. in cauſa D. Victoriæ Marra contra D. Franciſcū de Aquino in Banca Iubeni, retulit Nouar. in prag. 8. collect. 9. nu. 1. de feud.

Aſſenſus cenſetur conceſſus per verbum, fiat, enunciatum in ſupplicatione, eo magis ſi adeſſet facultas alienandi, aſſenſu Regio reſeruato, vt fuit deciſum in cauſa Marchionis Meſuracæ cum Octauiano Piſcicello, refert Nouar. in pragm. 6. collect. 10. in fine de feud.

Aſſenſus an operentur effectum ſuum à die expeditionis in Cancellaria, vel à die, quo executoriantur, fuit deciſum in S.C. iunctis aulis pro Marchione Burgentiæ cum Duce Martinæ apud Amatrudam à die, quo executoriantur, Nouar. in pragm. 10. collect. 11. n. 3. de feud.

Aſſenſus Regis ſuper hypoteca feudorum non regiſtrantur, nec clauſula regiſtrationis appoſita in tali aſſenſu vitiat, ſicq; ad relationem Reg. Cam. fuit per Collat. Conſil. prouiſum, hoc præceptum regiſtrationis non præſcribere ſibi vim in aſſenſibus conceſſis ſuper hypoteca feudorum, in cauſa creditorum Io. Baptiſtæ de Mari, refert Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controuerſ. 26 ſub n. 7. allegans deciſionem Reg. Rouit. incertam, quæ eſt 84.

Aſſenſus ſuper venditione facta ſub haſta an poſſit impetrari poſt mortem debitoris per hæredem, qui eſt dominus feudi, deciſum fuit per S.C. negatiuè apud Præſid. de Franch. dec. 620. & pro corroboratione iſtius deciſionis, cuius Aduocatus fuit D. Ferdinandus Brancia iam Regens meritiſſimus Reg. Canc. & Dux Beluederij meus obſequentiſſimus, qui dixit mihi, allegaſſe ſolemne conſil. Alex. 137. num. 13. vol. 6. non aliter citatum ab ipſo Domino Præſide, qui in terminis concludit, quod donatio non poteſt inſinuari, poſtquam cœpit ille defectus obijci, ex conſil. Angel. 181. & vltrà eos ſequuti ſunt Crauett. conſ. 357. nu. 22. Hypol. ſingul. 459. Tiraquell. de

re-

Digitized by Google

retract. lignag. §.8.n.26. verſ. ſed & videri poteſt.

Aſſenſus vigore Capituli Regis Catholici conceſſus mulieribus Neapolitanis pro earum dotibus, pro quibus intelliguntur obligata bona feudalia, an porrigatur ad matrimonia contracta prævijs capitulis matrimonialibus, tantum firmatis à partibus, dum Capitulum prædictum exquirat inſtrumentum dotale, ità quod mulier debeat connumerari inter creditores habẽtes aſſenſum in eorum concurſu, de hoc multa verba feci in 3. par. noſtri compendij in verbo aſſenſus conceſſus, nunc contingit ventilari in Sac. Conſ. in cauſa hæredum quondam Marchioniſſæ Orioli cũ Fabritio Pagano tutore filiorum, & hæredum quond. Iacobi Pagani, & vltrà ibi adducta melius explicando prætenſiones vtriuſque partis, dum tractaretur graduatio creditorum Marchionis Orioli D. Alexandri Pignoni, filij, & heredis Marchioniſſæ Orioli Conſtantiæ de Sangro prętendentis, ſe graduari pro dotibus maternis cum creditoribus habentibus aſſenſum, præſupponendo vigore dicti Capituli ſibi ipſi diſpoſita ſuffragari, dum ex aduerſo replicabatur, ex duobus eam repelli debere à dicta prætenſione. Primò, quia capitula ipſa matrimonialia non fuerunt ſtipulata, & ſic redacta in forma inſtrumenti dotalis, de quibus inſtrumentis fit mentio in dicto Capitulo, & tale inſtrumentum dotale aliud eſt, vt per Franch. dec. 367. num. 5. etenim cum talia capitula dicantur nudæ promiſſiones factæ, continent de per ſe perfectas conuentiones, Cutell. vt infrà ſpec. 13. num. 16. & conſequenter ſcripturæ priuatæ, vt nouiſſimè teſtatur Cutell. de donat. contempl. mat. tom. 2. tract. 2. diſcur. 1. ſpeciali 32. num. 1. & melius in terminis iſtis, quod talia capitula matrimonialia non ſunt publicum inſtrumentum, ſed minuta ſcriptura priuata, à contrahentibus ſobſcripta, Ant. Amat. var. reſol. in reſol 8. num. 15. ac indiget probatione externa, vt probationem faciat, Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 7. quæſt. 15. nu. 10. non videbatur, eam cõtineri inſtrumentorum appellatione, poſtquã inſtrumentorum appellatione non continetur ſcriptura priuata, Molign. de appellat. vtriuſque iur. extenſ. lit. I. num 590. quoniam talia capitula vt plurimum fiunt ad teſtationem eorum, quæ poſtmodum ſunt ſtipulatione cõtrahenda, & ſecundum æſtimationem communem non habentur pro contractu dotis, Cutell. d. tract. in ſpec. 12. num. 4. Dicebatur ſecundò, in eiſdem capitulis dotalibus non adeſſe ſpecialem, & expreſſam obligationem feudalium, poſtquam ex dictis capitulis matrimonialibus oritur tacita hypoteca, vt inquit Theſaur. lib. 3. quęſt. forenſ. quęſt. 72. n. 6. & feuda non aliter obligari poſſunt, niſi expreſsè obligentur, ex dictis per Annam in alleg. 18. & ſing. 477. quo fit, vt cum aſſenſus ſit ſtricti iuris, Lanar. conſ. 79. num. 20. conſ. 60. num. 122. Anna alleg. 36. num. 3. alleg. 41. num. 26. non extenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, Lanar. conſ. 36. num. 14. Franch. dec. 153. num. 23. nec de contractu ad contractum, Lanar. vbi ſuprà, & conſ. 18. num. 3. Theod. alleg. 46. n. 4. & 5. Franch. vbi ſup. ſicq; tale Capitulum non procederet, ſi nõ eſſent bona feudalia expreſſim obligata pro dote, ità punctualiter Reg. de Ponte in conſ. 75. nu. 34. vol. 2. nam aſſenſus efficit in bonis feudalibus, vt actus valeat, Lanar. conſ. 60. num. 141. & ità pluries deciſum per S. C. & requiritur in obligatione feudi pro dote, Lanar. conſ. 18. num. 2.

Replicabatur reſpectu primæ obiectionis, quod capitula ipſa data Notario ad cõſeruandum, publici inſtrumẽti vim habent, Cutell. d. tract. 10. 1. tit. 1. diſcurſ. 1. par. 8. num. 22. ex quo talia capitula matrimonialia fieri ſolent in matrimonijs cõhendis ſubſcripta contrahentium manu, quæ cõſeruanda Notario traduntur, Ant. Amat. vbi ſup. nu. 1. vbi nu. 15. ſubdit, quod contractus dicitur perfectus in capitulis matrimonialibus ſubſcriptis per cõtrahentes datis ad conſeruandum, quo fit vt ſemper maritus cogi poſſit ad faciendum inſtrumentum dotale, Ant. de Alex. in Conſuet. Dos, & quarta, incip. Cõſuetudo. Quoad ſecundũ dicebatur, non eſſe dubium, tale Capitulum conceſſum mulieribus Neapolitanis eſſe gratiam à Rege conceſſam ad inſtantiam huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neap. & ſic communiter appellatur gratia, cum inter gratias eidem Ciuitati conceſſas reperiatur inſertum inter Capitula Regis Catholici anni 1505. Cap. 21. & confirmatum per Cæſaream Maieſtatem in parlamento generali anno 1536. Cap. 14. de quibus meminit Reg. de Ponte in d. conſ. 75. num. 34. & aſſenſus cum ſit pariter gratia, Laoſt. conſ. 6. num. 10. & conſ. 17. num. 6. Anna alleg. 39. num. 7. Franch. dec. 693. num. 3. extenditur etiam ad æquipollens, idem Anna in alleg. 41. num 20. cumq; etiam aſſenſus Regis præcedere poſſit, & ſequi, Anna in alleg. 69. num. 62. Franch. dec. 620. num. 6. ſi tamen non eſſet aſſenſus conceſſus a Rege ſuper obligatione feudalium, & facta eſſent capitula matrimonialia ſolum, & indè inſtrumentum dotale, non eſt dubium, quin poſtea ſubſequnto aſſenſu omnia corroboraret, & extenderetur ad obligationem bonorum factam in capitulis ipſis, nam aſſenſus impetratus poſt contractum retrotrahitur, nullo dato intermedio alteri quęſito, Maur. iun. alleg. 8. n. 26. alleg. 29. n. 1. Quemadmodum in prǫlatione dotis cecinimus, ipſam habere prælationem à die initorum capitulorum, non autem à die celebrati inſtrumenti, quo caſu datur retrotractio à die obligationis, & ſic promiſſionis, nõ tamen ſolutionis, vt latiùs proſequitur Molfeſ. ad Conſuetud. Neap. par. 6. de iure dotium, quæſt. 2. num. 15. & ſeq. ità etiã erit aſſeuerandum, ſi præſtitus fuiſſet aſſenſus ante contractus confectionem, nam celebrato contractu conualidaretur ex præcedenti aſſenſu, poſtquam aſſenſus extenditur ad conſecutiua, & dependentia, fundat Maur. ſen. in alleg. 48. num. 1. ac etiam Maur. iun. alleg. 46. num. 1. & proculdubio inſtrumentum dotale eſt conſecutiuum capitulorum matrimonialium, ex traditis per Præſ. de Franch. dec. 366. quod eſt ſemper in facultate contrahentium celebrari poſt dicta capitula matrimonialia, ea propter ſi benè attenta diſpoſitione Iuris Conſuetudinarij, incip. Dos, & quarta, non poſſint dos, & quarta peti abſque inſtrumento dotali, adhuc tamen etiam ſine inſtrumẽto dotali peti poſſunt, vt aduertit ibi Addit. incip. Sentit, quod nedum, vel quod probetur receptio, aliter quam dictum inſtrumentum, vt ſubdit altera Apoſtilla incip. Nota, quod poteſt, vel per teſtes iuncto inſtrumẽto capitulorum, aut per apocam banci, vt ſubdũt ibidem Apoſtillæ Bucini, & Ant. de Alex. vltrà Molfeſ. vbi ſup. & hoc, ne indotata remaneat mulier,

Digitized by Google

iler,& ſua dote priuata ob defectum inſtrumenti dotalis, quod idem erit dicendum in aſſecuſu cõceſſo vigore dicti Capituli, quod an iuuet capitulis matrimonialibus non ſtipulato inſtrumento, Anna in reper. Conſtit. Conſtitut. Diuæ memoriæ, n.239. ſe remittit ad Minad. in 2. vol. allegat. q non credo adhuc impreſsũ, & allegare manuſcripta Doct. eſt inconueniens. Nihilominus in cauſa prædicta interpoſitũ fuit ſequens decretũ, vt. Die 9. Martij 1621. Neap. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Magn. V.I.D. Pomponium Saluum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium, &c. iunctis Magnificis Conſiliarijs duarum Aularum. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, D. Alexandrum Pignonum ex perſona q. D. Conſtantiæ de Sangro Marchioniſſæ Orioli debere graduari inter creditores Marchionis Orioli habẽtes aſſenſum à die 24. Aprelis 1586. capitulorum matrimonialium initorum, & nihilominus Scriba cauſæ referat diſtinctè quantitates debitas dictæ q. Conſtantiæ, & eidem ſolutas, & ex aſſicto retentas, ad finem prouidendi, hoc ſuum, &c. Pomponius Saluus, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, penès Ioſephum Lombardum pro de Ferrarijs Act. Magiſtr. & cum fuiſſet obtentus ordo, vt fieret relatio in Coll. Conſ. etiam per viam reſtitutionis in integrum. Die 14. Maij 1621. Facta relatione de prædictis per S.R.C. in Coll. Conſ. exiſtente relatore Magn. Reg. Conſil. D. Franciſco de Ocampo iunctis Magnificis Conſiliarijs duarum Aularum, decreto ipſius S. R. C. prouiſum eſt, nõ eſſe deferendum petitæ in integrum reſtitutioni, hoc ſuum, &c. D. Franciſcus de Ocampo, Franciſcus Antonius de Mercatis Secret. penès eundem Magiſtr. Act. in proceſſu Ill. q. Conſtantiæ de Sangro Marchioniſſæ Orioli, & pro ea D. Alexandro Pignono, cum illis de Pagano, & alijs.

Aſsẽſus Apoſtolicus promiſſus interponi infrà certum tempus ſuper conceſſione rei Eccleſiaſticæ in emphyteuſim conceſſæ; an præſumatur interpoſitus per curſum triginta, vel quadraginta annorum, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, & confirmatũ in reclamatione, ità retulit Horat. Montan. controu. forenſ. controu. 82.

Aſſenſus Regius non alitèr expeditus in formam priuilegij, ſed tantum per verbum, fiat, an ſtante impedimento litium ſuper prælatione, ac reuocatione feudi, expediri poſſit poſt lapſum biennij, refertur deciſio infrà in verbo terminus.

Aſſenſus Regius ſi non fuerit præſentatus, ac regiſtratus in quinternionibus R.C. infrà biennium iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ, ſed illinc ad certos menſes, vel annum cum Regia diſpenſatione clauſulæ, citrà præiudicium iurium Fiſci, & partium, an nullus reddatur, reſoluitur negatiuè per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 14. num. 44. & 45. vbi in calce adduxit deciſionem R.C. in fauorem Fiſci prolatã in contingentia facti ibi relati.

Aſſiſtentia præſtari an poſſit ſuper bonis per patrẽ creditori obligatis, prius per eum donatis eius filio, quamquam præſumeretur donatio ſimulatè inter eos habita, ex nota facti apparebat, de menſe Nouembris 1581. Carolum Monerium, Pyrrũ Ioannem Longum, Io. Baptiſtam Mandoctum, Scipionem Theotonicum, Hieronymum Catanzarum, ac Claudium Monitium in ſolidum vendidiſſe annuos duc. 98. pro capitale duc. 980. Iſabellę Poherio vxori Marcelli Poherij, inde in anno 1585. de Menſe Martij ipſe Marcellus confeſſus fuit prius recepiſſe in pluribus vicibus à dicto Carolo duc. 180. capitalis, pro quibus liberauit, tàm dictum Carolum, quàm alios, & ſic remanſerat capitale in duc. 800. poſtmodum in anno 1589. de Menſe Aprelis tàm dictus Marcellus, quam dicta Iſabella coniux mentionem fecerunt contractus anni 1585. & confeſſi ſunt receptionem ducatorum 198. ac aliorum ducatorum 269. tertiarum, & inſimul liberauerunt dictum Carolum cum reſeruatione iuris inſolidũ, & quod non intelligatur facta diuiſio, & ſic tres contractus facti conſpiciebantur, in primo ipſa Iſabella ſola interuenerat, in ſecundo eius vir ſolus, in tertio ambo, demum in anno 1611. dicta Iſabella intentauit iudicium aſſiſtentiæ in Curia Ciuitatis Tabernæ, & deuoluta cauſa ad M.C. poſtmodum ad S.C. cuius petitiones fuerant pro decurſis, & obtinuit inde in eodem S.C. expoſtulauerat tertias alias decurſas, & aſſiſtentiam, & per ſententiam S.C. dictum, bene iudicatum, etiã reſpectu aliarum tertiarum decurſarum poſt ſententiam, ad relationem Regij Conſil. Hectoris Capycij Latro, ad præſens cum comparuiſſet Põpeius Poherius filius, & hæres eiuſdem Iſabellæ, & petijſſet, reſciſſo contractu pro dicto capitale, ac tertijs decurſis, præſtari aſſiſtẽtiam ſuper certis bonis alias deductis, & nunc de nouo deducendis, & compilato proceſſu plura præcepta fuerunt facta, quod conuenti ſoluerent, alias prouidebitur ſuper reſciſſione, aliqui ex conuẽtis poſſeſſoribus, præſertim Octauius Maſelli oppoſuit, qualiter Octauius Monitius antequam obligaret ſe in dicto inſtrumento donauerat bona deſcripta in 12. rubrica eius filijs, & quando poſteà in anno 1581. ſe obligauerat in fauorem dicti de Poherio non poterat obligare dicta bona, quæ prius donauerat, quandoquidem de eſſentia obligationis bonorum exigitur, quod bona eo tempore ſint in dominio obligantis, vt per Affl. deciſ. 383. nu. 3. & deciſ. 37. num. 5. Reg. Rouit. in pragm. 1. de aſſiſtent. nu. 9. 13. 15. & 32. cum alijs apud Marcell. Calà de modo articul. § 1. glo. vnica, nu. 249. latè Barbat. in pragm. de aſſiſtent. glo. 11. nu. 7. & ſeq. Quocirca dum non erant in eius dominio, nequaquam obligari poterant, quia res aliena nõ poteſt obligari, Neguſ. de pignor. par. 2. membr. 4. nu. 52. & ſucceſſiuè ſi fuerint obligata, talis obligatio vti facta ſuper re aliena non ſubſiſteret, l. 1. §. 1. ff. de pignor. vbi gloſ. Neguſ. vbi ſuprà. Adeò quod aſſiſtentia præſtari minimè poterat, quando agenti iure aſſiſtendi neceſſe erit probare, nedùm poſſeſſionẽ in perſonam debitoris, verum etiam dominium, latè Barbat. d. glo. 11. num. 2. Sed ijs replicabatur ex aduerſo pro parte actoris dicentis, donationem ipſam fuiſſe ſimulatam inter patrem, & filium, vt de iure præſumitur regulariter, quãdo fraus ex donatione reſultat, ſi coniunctę perſonæ fieret, ex multis probaui in meo voto 23. nu. 60. Et nunquam filius aliquid habuit ex rebus donatis, poſtquàm in hoc exquiritur ſpecificè captura poſſeſſionis bonorum donatorum, alias in fraudem facta præſumeretur, vt per glo. in Conſuetud. Inſtrumenta donationum, ver. peruenirar. & ità deciſum retuli in meo voto 23. nu. 68. Imò

con-

Digitized by Google

conſpiciebatur, ipſummet Claudium, dum vixerat, ſemper poſſediſſe, prout verificatum apparebat in facto, & hæc eſt potiſſima cauſa, ex qua præſumitur ſimulatio contractus, quoties donãs reperitur in poſſeſſione rei donatæ, latiſſimè Farinac. de ſimulat. contract. quæſt. 162. par. 5. n. 228. cum ſeq. Inſuper quia talis donatio fuerat omnium bonorũ reſeruata diſpoſitione ad pias cauſas, vti reſtrictiua voluntatis, & cum eſſet paucæ quantitatis non operatur validitatem, ea deciſia per Præſ. de Franch. dec. 594. Et amplius Marcellus hoc idem opponere non poterat, quia erant bona Claudij. nam licet ea vendidiſſet Octauius, non dixit vti bona ei donata, ſed vti hæres Claudij, adeò quod ſi concurriſſent filij ipſius Claudij, & Poherij creditores ex cauſa onerosa, proculdubio ipſi de Poherio præfererentur, iuxtà deciſa per Reg. Rouit. dec. 48. Demum, quod ipſa donatio nunquam effectum habuit, ex pluribus demonſtratur. Primo, quia in anno 1587. Claudius contraxerat debita, & obligauit iſta bona donata, nulla facta mentione donationis, ſed vti bona ſua propria, & libera, Secundò, quia in anno 1589. dictus Claudius debitor donauerat eadem bona iterum eius filio, nulla facta mentione de prima donatione anni 1569. Tertiò in anno 1592. idem Claudius debitor donauerat omnia ſua bona, inter quæ comprehendebantur bona ipſa prætenſa donata abſq. mentione donationis præſentis, & eius filij acceptauerunt omnia cum onere ſoluendi omnia debita, Quarto producuntur Cataſtra, qualitèr dicta bona fuerunt in capite ipſius Claudij deſcripta, & nunquã in capite Octauij donatarij, Cataſtrũ .n. in argumento eſt, vt bona in illo deſcripta, illius ſint, cuius Cataſtrũ eſt, Maſcard. de prob. concl. 273. n. 8. vbi plura. Sicq; facta relatione in S.R.C. per Reg. Conſil. Hect. Capyc. Latro fuit præuia ſententia præſtita aſſiſtentia de anno 1637. In Banca Speræ, pro de Ferrarijs.

Aſſiſtentia petita pro debito ſuper feudo præſtanda erit in ſubſidium, ſicq; multoties fuit conceſſa ſuper fructibus illius, Nouat in pragm. 1. collect. 1. nu. 10. de aſſiſtent.

Aſſiſtentia petita per creditorem in bonis debitoris à tertio poſſeſſore poſſeſſis tàm pro capitale, quam pro tertijs decurſis, relicto iudicio reſciſſionis contractus contra hæredes debitoris, dum fuerat commiſſa graduatio creditorum, quod cõtractus ipſo iure reſciſſi videantur, an ſit concedenda, deciſum fuit per M.C. eſſe præſtandam, quoàd tertias tantum, ſalua prouiſione facienda quoàd capitale, auditis hæredibus debitoris compilato proceſſu in cauſa Ioannæ Faleſiæ tutricis hæredum Pompei Ghelmi, Nouat. in rubr. de aſſiſt. collect. 1. n. 18. quam prius retuli in 1. p. noſtri Compendij, ver. Aſſiſtentia.

Aſſiſtentia concedi an debeat ſuper cenſibus debitis debitori, videbatur dicendum, non fore præſtandam, ex eo, quia ex diſpoſitione prag. 1. de aſſiſt. patet concedi debere ſuper rebus immobilibus, vt latius retuli in 3. par. verb. aſſiſtentia, & cenſus inter immobilia reputatur, probat Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 7. num. 142. Inſuper quia cenſus ex ſui natura non eſt res mobilis, nec immobilis, ſed eſt ius incorporeum, Duard. in tract. de cenſ. in proœm. q. 10. nu. 6. vbi nu. 51. & ſeq. ſubdit, quod cenſus, & alia iura non ſunt verè bona immobilia, ſed tales annui cenſus cõſtituere vidẽtur tertiam ſpeciem, probat Intrigl. de cenſ. q. 31. nu. 3. & q. 95. nu. 3. Ex aduerſo replicabatur, eſſe certum, quod cenſus regularitèr imponi debent ſuper rebus immobilibus, ea diſpoſitione Bullarum deſuper promulgatarum, & d. pragm. Boccat. de cenſib. par. 1. nu. 4. 27. & 67. Petr. Gregor. in eod. tract. quæſt. 5. per tot. Cenc. de cenſib. tom. 1. par. 1. cap. 3. num. 7. & q. 1. art. 1. nu. 3. Molfeſ. in Conſuetud. Neapol. tit. de bonis, q. 12. num. 2. & in conſil. 11. nu. 12. & Intrigl. eod. tract. quæſt. 35. nu. 12. D. Reg. Hect. Capyc. Latro deciſ. 116. nu. 19. non poteſt conſiſtere ſine fundo, Duard. d. tract. tom. 2. §. 5. quæſt. 30. num. 2. & §. 6. quæſt. 15. nu. 15 & proindè cenſus dicitur ius reale, & tranſit cum re ad quemcunquè vadat, Duard. d. tract. in 1. tom. §. 5. q. 11. num. 2. & 3. & tom. 2. §. 1. quæſt. 1. nu. 13. & deciſ. 54. nu. 3. Cenc. d. tract. d. p. 1. cap. 2. q. 3. art. 1. & tale ius cenſus eſt inhærens, & affixum rei cenſui ſubiugatæ, proptereà extincta re, extinguitur cenſus, idẽ Duard. tom. 1. §. 5. quæſt. 1. ſub nu. 4. Nec mirum ſi cenſus inter immobilia connumeretur, Duard. dec. 459. à nu. 12. ad 22. poſt tract. de cenſ. tom 2. Intrigliol. eod. tract. quæſt. 31. num. 1. & 2. quæſt. 81. num. 3. & dict. quæſt. 95. num. 4. Duard. d. quæſt. 10. Bocc. d. tract. par. 3. num. 60. & cenſus annui ſequuntur naturam immobilium, Intrigl. d. quæſt. 31. nu. 7. & quæſt. 36. nu. 2. Idcircò in cauſa Thomæ Corteſij contra Io. Berardinum, Io. Dominicum Bactimellos, & Franciſcum Bactimellum hæredem q. Natalis Bactimelli. Mattheum Circolum, Michaelem Angelum, Lucam, & Dominicum Surrentinum, ac Miccum Liſtam cenſuarios ipſorũ de Bactimellis, fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, v3. Per S.C. fuit præſtita aſſiſtentia ſuper cenſibus per eos debitos, referẽte Reg. Conſ. Ambroſio de S. Iacobo Villalobos die 16. Maij 1611. penès Burrellum Mag. Actor.

Aſſiſtentia petita ſuper feudo obligato tam pro capitale, quam pro tertijs decurſis, an concedi debeat etiam pro intereſſe dependente ex tertijs decurſis cum authore laudato, vt euenit in facto, cum fuiſſet petita aſſiſtentia per Ill. Ferdinandũ Carafam Marchionem S. Lucidi pro ſumma ducatorum 5800. hoc eſt pro capitale duc. 4100. & pro alijs ducat. 1700. deſcendentibus ex tertijs decurſis olim cum Philippo Galcerato eius authore, & creditore, vndè videbatur dumtaxat pro dicto capitale concedendam, non autem pro intereſſe, ex ijs, quæ deduxi ſuprà in 2. par. noſtri Cõpendij, verbo aſſiſtentia præſtita, & tanto magis pro intereſſe dependente ex dictis tertijs, cum hoc intereſſe alterius intereſſe ſit penitus improbatum in hoc Regno, Reg. Rouit. in pragm. 3. de ceſſ. bon. nu. 22. & quarè non debeatur, rationem aſſignat Conſil. Theodor. in alleg. 40. nu. 52. non ab re ſi tale intereſſe alterius intereſſe regulariter non debeatur, Camill. de Medic. conſ. 86. nu. 14. Paul. Staib. conſ. 48. nu. 3. cum alijs per me relatis in 3. par. ver. intereſſe, ad quod inquit Reg. Rouit. deciſ. 9. num. 9. quod intereſſe alterius intereſſe, & vſuræ vſurarum non debeatur, & ſic deciſum in Conſil. Neap. tradit Hieron. de Leo deciſ. Valent. 13. nu. 6. & in alijs Senatibus. Ex aduerſo replicari potuiſſet, quod cum regularitèr ſententia aſſiſtentiæ tam pro capitale, quam pro intereſſe decurſo præſtetur, ex Præſid. de Franch.

decif.

Digitized by Google

deciſ.254.n.& 43. Reg. Rouit. dec. 43 aſſequitur nouiſſimè Barbat. ſuper pragm. de aſſiſtent. gloſ. 1. nu. 122. & ſeq. ità pariter pro intereſſe intereſſe, ex eo, quia annui introitus principaliter debentur, & non acceſſoriè, Præſ. de Franch. deciſ. 254. num. 9. Griuell. dec. Dolani 103. num. 10. D. Reg. Hect. Capyc. Latro dec. 61. num. 8. Ad quod prædictus Camill. de Medic. conſ. 86. num. 15. & cõſ. 155. n. 24. dixit, quod intereſſe tertiatũ debetur, quia tertiæ principaliter debentur, non acceſſoriè, quocirca intereſſe, & pœna acceſſoriè debentur, idem d. conſ. 86. num. 13. & 14 Reg. Galeot. controu. 21. n. 34. tom. 1. & nõ minus ſi intereſſe annuorum introituũ debeatur, Præſ. de Franch. d. deciſ. 254. n. 12, 13, & 15. Conſil. Theod. d. alleg. 40. num. 46. Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 199. n. 1. 2. 5. & 10. in vltima impreſſione, Reg. Rouit. dec. 9. num. 24. & conſequenter tale intereſſe intereſſe, ſcilicet tertiatum dari ſolet per S.C. Reg. Lanar. conſ. 79. num. 6. Conſil. Theod. d. alleg. 40. num. 49. vbi rationes aſſignat, & deciſionẽ adduxit n. 50. Quocirca in cauſa prædicta die 3. Octobris 1574. ad relationem D. Ioannis Andreæ de Curte Reg. Conſil. Propræſidis S. C. fuit prolata ſententia aſſiſtentiæ pro tota ſumma ducatorum 5800. ſaluo iure offerendi dicto Io. Franciſco, & alijs iuribus vtriuſque partis, &c. Et eo amplius, quia alias per idem S.C. dictus Marcello fuit declaratus creditor in pecunia pro dictis ducatis 4100. vt percepi ex votis manuſcriptis Regij tunc Conſiliarij Ferdinandi Quadra.

Aſſiſtentia [illegible] an debeat creditori ſuper bonis a[illegible]bitorem poſt contractum debitũ, &[illegible]ores prætenſum, alienationem fa[illegible] per debitorem, approbatam per cre[illegible]eceptionem certæ ſummæ ei ſolutæ [illegible]tem, cum fuiſſent dati in ſolutum [illegible]o Carafa, viro Beatricis Venere annui duc.[illegible] D. Victoriam d'Alemagna; & Camillum V[illegible]cre, præfatus creditor petijt, cõdemnari dotantes ad ſoluendum capitale cum tertijs reſciſſo contractu ex defectu annatarum non ſolutarum, & inter cætera ſuper certo territorio vendito poſt contractum matrimonium ab ipſis dotantibus Franciſco de Turri, qui replicauerat, non potuiſſe præſtari talem aſſiſtentiam de iure, ex quo per approbationem contractus alienationis factæ per dictum creditorem videbatur fuiſſe remiſſam eius hypotecam, ad tex. in l. 2. C. de remiſſ. pign. & l. ſi conſentit, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. late Neguſant. in tract. de pignor. par. 6. membr. 3. num. 12. cum ſeq. & ſi creditor conſentiens quolibet modo alienari pignus per debitorem, pignus liberatur, niſi ſalua cauſa pignoris conſentiret, Camill. de Medic. conſ. 138. nu. vbi refert ità iudicatum per S.C. in eo caſu, & hoc in facto oſtendebatur ex quadam epiſtola ſcripta ab ipſis dotantibus, vt ſoluerentur ducati centum eidem D. Pompeo ex pecunia ſoluenda à Franciſco Turri eius fratri ex pretio Terræ empturæ, aut ex alijs exactis, in cuius dorſo apparebat receptio eiuſdem D. Pompei in computum tertiarum ei debitatum, producebatur etiam remiſſio ducatorum 375. ſolutorum D. Cæſari de Alemagna, Epiſcopo Cauenſi à dicto Franciſco per medium Banci S. Iacobi pro complemento pretij dictæ Terræ emptæ per ipſum Franciſcum à dictis dotantibus, quos ſoluit Epiſcopus eidem D. Pompeo nomine dotantium. Sed ijs replicabat D. Pompeus, nullatenus militare poſſe, poſtquam prima partita ducatorum centum non ſoluta fuit ſimpliciter pro pretio Terræ venditæ, nec ordo factus à D. Victoria pro ſolutione ducatorum centum dirigebatur Franciſco emptori, ſed Clerico D. Camillo Turri, aſſerendo, quod aut ſolui fecerat à Franciſco ex pretio Terræ, quam vulgò emere, taliter quod tunc venditio facta non erat, nec aſſerebatur, quænam Terra vendi debuerat, & cuius capacitatis, vel vt ſolueret ex pecunia, quæ in ſui poſſe reperiebatur, vel ipſius D. Victoriæ, & quando D. Pompeus receperat dictas ſummas, neſciebat, nec ſcire potuiſſet, cuius erat pecunia, quæ ſoluebatur, quam receperat vti pecuniam ſuæ debitricis, & in ijs terminis quando recipiens pecuniam poteſt veriſimiliter habere aliam intentionem, quam approbationis contractus venditionis, vel poteſt alia cauſa ſubeſſe, quam approbationis, tunc non inducatur approbatio contractus venditionis, vt fundat diffuſè Boer. dec. 100. nu. 16. quod idem procedere videtur in alia partita ſoluta ab Epiſcopo nomine ipſius D. Victoriæ debitricis ipſius D. Pompei, cum Epiſcopus ſit diuerſa perſona, & ſolueret de propria pecunia, imò caſu, quo præfatus D. Pompeus exigiſſet expreſsè pecuniam petuentam ex pretio dictæ Terræ; nec etiam remiſiſſet hypotecam, quia exigerat, vt minus perderet, quod aſſumptum probat Præſ. de Franch. dec. 200. num. 21. ante eum Vrſil. deciſ. 249. vbi tradit nonnullas declarationes, & limitationes illæ regulæ, quod per receptionẽ pretij approbatur contractus, ſubdens hoc procedere 1. quando venditio eſſet facta ab eadem perſona, quæ recipit pretium. & quando certum eſt, pecuniam eſſe emptoris ſoluentis, & quando non ſubeſſet alia cauſa, pro qua poſſet recipi pecunia, niſi pro pretio rei venditæ, & etiam quando recipiens pecuniam ſciret, venditionem eſſe factam, & quod non ſufficit ſimplex ſcire, ſed requiritur, quod recipienti legatur ſcriptura venditionis, quæ omnia iuris fundamentis probare nititur, & in fortiori caſu refert ibi Camil. de Medic. in creditore conſentiente aſſignationi factæ alteri, ſaluis tamen eius iuribus, ex quo agebatur de actione ad recuperandam dotem, quæ eſt fauorabilis, concludit, in fauorem creditoris pronunciandum eſſe. Tandem ad relationem Iudicis M.C.V. Andreæ de Ianuario de mẽſe Februarij 1620. fuit per M. C. V. præſtita aſſiſtentia eidẽ D. Pompeo ſuper dicto territorio pro annatis decurſis liquidãdis, in qua liquidatione habeatur ratio de quantitatibus receptis per dictum D. Pompeum, ſolutis meliorationibus, ſalua prouiſione facienda reſpectu capitalis compilato proceſſu cum D. Victoria, & Camillo principalibus debitoribus, &c. A quo decreto fuit appellatum ad S.C. vbi pendet appellatio, penès de Martino.

Aſiſtentia an poſſit concedi creditori ſuper bonis ſui debitoris exercendo eius iura, & quamuis alias per Nos fuiſſent relatæ deciſiones, hinc inde factæ, diuerſimodè erunt tamen intelligendæ in eorum ſenſu, ne inuicem contrarientur, & vt tollatur occaſio malignandi ſocijs Zolij, quemadmodum quidam Doctor auſus eſt prætextu, quod nõ reperiret proceſſus deciſionũ aliquam more ſuo, & Nos, & alios mordere, ſed inanè:

cap. 1. num. 17. Pet. Gregor. vbi ſup. num. 40. Scaccia vbi ſup. Fauſtin. ad Pancirol. vbi ſup. latiſſimè Palma vbi ſup. Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. par. 1. gloſ. demandantur, num. 43. & cum iam fuiſſet in ſcriptis appellatum in cauſa prædicta, & obtentum verbum fieri, quo pendente nil innouari poterat, peracta indè relatione in S.C. per Reg. Conſil. D. Franciſcum Sauium die 3. Nouẽbris 1640. cum ex actis non apparuiſſet poteſtas expreſſa deponendi ad ſic, & ſic reſpõdendum, vt docet Reg. Rouit. in pragm. 8. de ord. iudic. n. 20. & 21. & alias deciſum retuli per S.C. in 2. par. noſtri compendij, verb. depoſitio ſpecialis fol. 133. Ideò oretenus iuſſum fuit, vt produceretur particula mandati expreſsè huiuſmodi, ſed quia nõ aderant, ideò procurator nixus fuit, vt à principali depoſitio erueretur, qui in Vrbe Genuæ morabatur, & ità exequutũ, vt ex actis in Banca Scacciauenti, & in ſcriptis interpoſitum decretum pro executione iuſſus, vt ipſi conuenti adimplerent ex parte eorum, ad quæ tenebantur pro impenſarum erogatione, iuxtà formam Reg. pragm. Nec prætermittendum erit id, quod in facto euenit proximis annis, ſi rectè recolor in anno 1634. in cauſa illorum de Zatiara, prætendentium liquidari facere inſtrumentum contra Ill. Marchionem Montis Leonis, cum fuiſſet oretenus iuſſum Iudici Io. Arcamono, ne procederet ad talem liquidationem præuia interrogatione, vt moris eſt, fuit hoc non obſtante proceſſum ad interrogationem, nam talis iuſſus nil poterat releuare, neq; impediri liquidationem per exiſtentiam nouellæ pragmaticæ, & fuit confirmatum per Collaterale Conſilium, vt ipſemet D. Arcamonus mecum verba faciens de prædictis confirmauit, & fuit ità exequutum.

Appellatio interpoſita à decreto M.C. ad S.C. ſuper liquidatione crediti facta, dependentis ex ſentẽtia aſſiſtentiæ, an impediat adiudicationem crediti, ex facto liquebat, qualiter cum fuiſſet lata ſententia aſſiſtentiæ in forma, & commiſſa liquidatione crediti cum intereſſe decurſo, facta inde liquidatione prædictorum fuit ex parte rei appellatum ad S.C. intereà actor inſtiterat, procedi ad adiudicationem, vt moris eſt, virtute dictæ ſententiæ, replicabatur ex parte rei, non potuiſſe procedi ad adiudicationem, ſtante appellatione interpoſita, iuxtà vulgatum titulum ff. nil nouari appell. pend. & ijs conferre videntur adducta per Nos in conſimili caſu relato in 2. par. noſtri Compendij, ver. executio ſententiæ, fol. 201. vbi diſcuſſum patet, ſi appellatio interpoſita à decreto aſſiſtentiæ impediat executionem perſonalem, quinimmò ex multis rationibus ibi traditis apparet, bis fuiſſe deciſum per S.C. impediri exequutionem, nam etſi appellatio non admittatur in cauſa aſſiſtentiæ ex diſpoſitione pragm. 1. de appellat. attamen quoad perſonalem actionem ſecus erit, vtputà ſi fuerit pariter reus condemnatus ad ſoluendum, & ſic ad perſonalem actionem inſimul cum ipſa aſſiſtentia, quæ eſt realis, quo caſu ſuccedit vulgatũ axioma iuris, quod quando ſententia in parte eſſet appellabilis, ſi in totum reddatur appellabilis, ità exequutio nequeat fieri etiam pro parte à ſui natura non appellabili, de qua latius per Giurb. in deciſ. 101. vbi multos DD. cumulauit, & ità iudicatum retulit, & ſatis confert ad comprobationem prædictarum deciſionum noſtri S.C. quas etiam more ſuo doctiſſimè tuetur iuridicis fundamentis Barbatus in ſuo vtiliſſimo tractatu de aſſiſtentia in nouiſſima impreſſione, gloſ. 1. à n. 99. ad 116. vbi reſpondet oppoſitionibus Gaiti, qui aduerſus eius ſententiam improbè ſe oppoſuit, & pariter cõtra Nos, aſſerendo non reperiri bancam, vbi eſt proceſſus, quæ mihi cauſa ridicula viſa fuit, & ſine ratione impreſſa, & iudicio in ſuo appendice nu. 227. qui nu. 243 ſtilolam cauſam cõtra Nos expreſſit, qua motus fuit, ex qua redditur partialis admodũ. Nihilominus in caſu ſupra relato cum fuiſſet domi prouiſum per Reg. Conſil. Thomam de Franchis, vt exequeretur ſententia quòad caput adiudicationis, & interpoſita appellatione ad S.C. demum facta in eo relatione per Reg. Conſil. D. Annibalem Moles fuit confirmatum decretum prædictum, penès Secretarium in Banca Iadoniſij, in cauſa Prudentiæ, & Alexandri de Martino cum Thoma Talamo de anno 1643. Et hoc iuridicè ex diuerſitate cauſarum diſiunctarum, & ſeparatarum, vt cõſiderat vltra Barbatum ſupra relatum Giurba ibidem ſub n. 8.

Appellatio licet non detur à caſu alicuius pragm. de inferiori Iudice ad M.C. ſed benè à facto Iudicis malè procedentis, tamen cum Curia Salerni petijſſet à Regia Audientia remiſſionem cuiuſdam ciuis inquiſiti de aſportatione armorum prohibitorum, obtinuit prouiſiones à M.C. vt eadem R. Curia prouideret ſuper tali remiſſione, & ſi decreuerit, non eſſe remittendum, tranſmittat acta, & per dies nouem eadem Regia Audiẽtia replicauit, reũ eſſ. inquiſitũ de tali aſportatione, nec vetebatur procedere, attenta Reg. pragm. mãdãte, procedi omni appellatione remota, vnde conqueſta ſuit apud D. Proregem, qui mandauit M.C. vt relationem faceret in Collaterali Conſilio, a quo fuit prouiſum, vt non obſeruarentur prouiſiones ex ratione ſupra relata, ità D. Reg. Sanfelic. dec. 261.

Appellatio interpoſita per Baronem à decreto lato per M.C. pro vaſallo, diminuendo pœnam, vel abſoluendo à ſententia lata per Curiam Baronalem, an admittatur, deciſum fuit per S.C. negatiuè, D. Reg. Sanfel. in dec. 317. & in dec. 63. n. 38. vide infra in verb. Baro.

Appellatio interpoſita ab inferiore Iudice ad M.C. cum non fuiſſet proſequuta, ſed deſerta, ob quod fuerat prouiſum per M.C. vt ex eiſdem actis reuideretur, & inde prolata ſententia, ſi fuerit ab ea appellatum ad S.C. & petitus terminus ad non poſita ponendum, an erit concedendus, vel procedi ex eiſdem actis, fuit deciſum, eſſe procedendum ex eiſdem actis, nullo termino conceſſo, D. Reg. Sanfel. dec. 91.

Appellatio ſi non fuerit proſequuta, ità quod per longum tempus fatalia eſſent decurſa prætextu paupertatis, an proindè cauſa erit reuidenda ex eiſdem actis remedio reſtitutionis in integrum, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfelic. deciſ. 93.

Appellatio à ſententia poſſeſſorij immiſſionis in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum lata, & in eadem condemnatio conuentorum facta ad reſtituendum fructus, qui cum appellaſſent ad S.C. inſtabant, procedi in cauſa, & è contra actores pro executione ſententiæ, an erit admittẽda,

deci-

deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, tradit D.Reg. Sanfel.dec.94.

Appellatio ſi fuerit interpoſita à ſententia M.C.V. ad S. C. proſequi an poſſit ad dationem termini ad non poſita ponendum, &c. ſi copia actorum non fuerit præſentata intrà tempora à iure præfixa, ſed extrà tempus, & conſtituto appellante in mora per tria decreta mandantia, vt procuraret tranſmiſſionem actorum, alias M. C. V. procederet iuxtà vltimum decretum peremptorium, quãquam non per appellantem, ſed ex impedimento non potuerat proceſſus haberi, vt copia illius haberetur, quemadmodum contingit in cauſa D. Hieronymi Boſſij procuratoris Abbatiæ S. Antonij de Sarno, qui cum obtinuiſſet ſententiam in eius fauorem per d. M. C. V. contrà Aloyſium Normadia, Vincentium, Antonium, Dominicum, & Paulum de Montuero, & ex parte ipſorũ appellatum ad S.C. dilatauerant præſentationem copiæ proceſſus, ob quod fuit coactus ipſe appellatus appellantes compellere per tria decreta, vt procurarent tranſmiſſionem actorum, alias M.C.V. procederet, vt in vltimo decreto aſſerebatur, præcisè, & peremptoriè decernendo, cumq; poſt hæc fuiſſet præſentata copia proceſſus in S.C. & fuiſſet facta apertura in forma, & indè datus terminus ad non poſita ponendum, &c. Conqueſtus fuit appellatur, grauando ſe de datione termini, obtinuit verbum fieri in S.C. quocirca dicebatur ex parte ipſius, eſſe certum, quod nedum appellans tenetur exhibere ſententiã Iudicis à quo, ex auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. tradit Alcib. Lucat. obſeru. academ. lib. 3. obſeru. 3. num. 1. ſed verius omnia acta primæ inſtantiæ, vt proſequitur Scaccia de appellat. quæſt. 20. nu. 7. 8. & 9. idcircò Marant. in eius ſpecul. par. 6. tub. & quadoque appellatur, in 2. actu, num. 417. declarando actus pertinentes ad appellantem, inquit, quod hodie in Regno appellans debet omnia iſta expedire, ſcilicet præſentare appellationem, & proceſſum, & apoſtolos Iudici ad quem, & facere citare partem ad proſequendum, & habere reſponſum congruum à Iudice appellationis, & licentiatus recedere infrà 30. dies, ex And. ibi relato, alias appellatio remanet deſerta, ex Afflict. ibidem citato, ſequitur Muſcatel. in praxi S.C. lib. 2. par. 1. gl. proſequendum, n. 42. vbi n. 45. nũ omnia ipſa requiſita requiri dicit, ſed duo tãtum, & præſertim præſentatio proceſſus, ſiue illius copia; at cum in praxi receptum ſit, fieri præcepta mandantia appellanti, vt procuret tranſmiſſionem actorum, & in vltimo decreto peremptorio decerni, alias eadem M.C.V. procedat, & ſic appellatio euaneſceret ob negligentiam appellantis, non ſatagentis copiam præſentare in termino, ſed quoties extrà terminum à iure præfixum illam præſentauerit, ſolet ex præeminentia S. C. decerni, quod reuideatur cauſa ex eiſdem actis, vt ex Marant. Afflict. & Carau. probat Muſcat. in d. praxi, eodem lib. 2. par. 1. gloſ. proſequendum, num. 95. nouiſſimè I. C. probatiſſimus Iul. Cæſ. Gallupp. in eius praxi S.C. par. 3. cap. 4. num. 31. & 36. Et ex hoc etiam grauabatur appellatus, quia ſaltim ſi deſerta non fuerat declarata, debebat proſequi ex eiſdem actis, & non dari terminus ad non poſita ponendum, vt aduertit ibi Muſcat. num. 106. Sed replicabatur ex parte appellantium, licet fuiſſet appellatum ſub die 11. Aprilis 1641. & copia proceſſus præſentata fuerat die 19. Iunij eiuſdem anni, & ſequenti die 20. facta fuiſſet apertura, ac die 23. datus terminus ad non poſita ponendum, & ſic lapſo tempore præfixo à iure Conſt. Regni Appellationum tempora, attamen hoc non proceſſerat culpa ipſorum appellantium, ex quo dùm proceſſus reperiebatur penès Iudicem Corcionum, non potuit illicò fieri copia, vt ex fide Scribæ cauſæ percipiebatur, quo fit, vt ſtante impedimento excuſari viderẽtur appellantes, ſi non præſentauerint copiam proceſſus in tempore, & proculdubio appellãtes ob impedimentum excuſarentur, vt proſequitur Scaccia de appellat. quæſt 15. per totam, & iuxtà communem ſententiam Doct. tempus appellationis proſequendæ non currit, ſi pars fuerit dolo partis, vel culpa Iudicis impedita, Ruginell. in tract. de appellat. §. 10. gloſ. 2. n. 60. Quæ ſiquidèm impedimenta vel procedunt ex parte Iudicis, de quo per Affl. dec. 50. vel ex parte Actorum Magiſtrorum, vt ibidem Affl. dec. 79. & ibi Addentes fatẽtur, quos probat ibi Muſcat. num. 28. & ſuppoſita cautela illa Actuariorum, quando intimantur illis inhibitoriæ, iuxtà tradita per eundẽ Muſcat. vbi ſuprà n. 64. ſe offerentes obedire, & exemplare copiam, dummodò venirent venieada, ſcilicet pecunia, & pagina, & ex fide Scribæ cauſæ præſentata liquebat, fuiſſe per appellantes datam partem nummorum pro copia proceſſus, qui reperiebatur in poſſe Iudicis, videbatur, culpam illis non eſſe adſcribendam, quocirca ſi culpa Iudicis à quo, vel eius Actuarij non potuerit exemplari, vel indè exemplata præſentari in termino, ſed extrà terminum, non per hoc diceretur cauſa deſerta, vt quoque aduertit Muſcat. num. 59. & 60. & proindè benè proceſſerat datio termini ad non poſita ponendum, &c. Poſtquam illa reuiſio ex eiſdem actis procederet, vbi deſertionis cauſæ ſuſpitio vrgeret, vt ex Afflict. dec. 79. perpendit etiam Nicol. Carbon. in ſua pract. practicarum lib. 3. cap. 9 n. 114. Quãquã alij putent, appellantẽ impeditũ ad euitandũ deſertionẽ debere proteſtari, imò ſępiùs proteſtari, vt refert Scacc. eod. tract. q. 15. n. 181. Adhuc tamen ſufficiens eſſet, ſi in termino impedimentum probaret, nec erit neceſſe, vt antea de diligẽtia ſua proteſtetur, & ius ſuũ ſaluũ ſibi eſſe velle dicat, probat ex multis Daniel Moller. lib. 4. ſemeſt. cap. 3. ſub num. 4. aſſequitur Ruginell. vbi ſup. num. 61. Die 29. menſis Octobris 1641. Neap. facto de prædictis verbo in S. R. C. per Magnif. V. I. D. D. Thomam Carleual Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto S. R. C. prouiſum eſt non obſtantibus oppoſitis, benè prouiſum per Mag. cauſæ Commiſſarium, ſub die 23. Iulij præſentis anni 1641. hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, in Banca Mignotij.

Appellatio in parte, & partibus totam deuoluit cauſam, vbi vnicum, & indiuiduum eſſet capitulum, ità fuit deciſum per S. C. dixit Io. Baptiſta Hodiern. ad Surd. dec. 143. ſub n. 8. in nouiſſima impreſſione.

Appellatio interpoſita primò ab aliqua parte ad S.C. ex decreto lato per M.C. alicui Conſiliario, & altera ſupplicatio appellationis ex parte altera alteri Conſiliario, an poſſit relatio fieri, vbi primo loco fuerit cõmiſſa appellatio, de hoc cõtingit diſcuti in cauſa Horatij Maione cum Anaclito

E Zito,

Digitized by Google

Zito,cū fuiſſet appellatū à ſententia M.C.V. pro parte dicti Anacleti,& porrecta ſupplicatio Præſidi,fuit per eum commiſſa Conſiliario Carauita, cauſa verò appellationis interpoſita per dictum Horatium commiſſa Conſiliario Merlino, dicebatur ex parte dicti Anacleti, ibi debere referri cauſam, vbi prius fuerat relata per Iudicem certum incidentis,& ſic in aula,vbi reſidebat Conſil. Carauita,ex diſpoſitione pragm.9.de appellat, vt conſuetum eſt ſeruari. Replicabatur ex aduerſo, cauſam ipſam eſſe referendam in aula Conſiliarij Merlini, & proindè non procedere diſpoſitionē dictæ pragmaticæ, quæ in ciuilibus non procedit,vt ibi notat Reg.Rouit. Et licet ibi fuiſſet facta alia relatio prætextu certi termini, quia fuerant præſentatæ certæ ſcripturę,quibus viſis nulla habita cauſæ cognitione S.C. remiſerat cauſā eidem M.C.& ſic dum non fuerat cognitum de incidenti,formaliter poterat alibi committi,nam diſcuſſione non facta iudicatum dicitur nequaquam, inquit Præſ.de Franch.dec.501.num.8.& ſic fuit iudicatum per D.Spect.Præſ.S.R.C. licet iuxtà deciſionem eiuſdem Domini de Franch.relatam per dictum D.Reg.Rouitū, tamen pendet relatio in Collat.Conſil. facienda per D. meum Reg.Branciam,vt ex actis in Banca Carbon.

Appellatio interpoſita à M.C. ad S.C.ex ſententia lata in iudicio poſſeſſorio, an habeat effectum ſuſpenſiuum,& deuolutiuum,vel tantum deuolutiuum, ad hoc vt poſſit in ea procedi, cum fuiſſet prolata ſententia reintegrationis poſſeſſionis per M.C.V. in beneficium Olimpiæ Conſtabili,ob quod fuerunt condemnati Fratres de Auxilio ad ſoluendum fructus perceptos liquidādos, appellauerunt ad S.C.& hæſitari contingit, ſi debuerat procedi in ea, ex cauſa vt ſuprà;fuit deciſum per S.C. huiuſmodi.Die 10. Feb. 1626. Decreto S.C. prouiſum eſt, quod procedatur in cauſa appellationis in S.C. ad ea,quæ incumbūt, circumſcripta executione decreti M.C. petita. Cioffus Act Magiſt. ità cenſuit D.Reg.Hect.Capyc.Latro conſult.88.par.2.

Appellatio in cauſa delegata per Suam Eccellentiā M.C.V. an detur ab eius decreto ad S.C. vel ad Delegantem, refertur deciſio infra in verbo terminus, & in verb.reclamatio, quod fuit in cauſa illorum de Caualerio.

Appretium, ſiue æſtimatio focularis,ſeù dominiū, aut iuriſdictio foculariorum, ad quam rationem fieri debeat, vt benè omnia intelligantur, homines fumantes in loco, in quo habitant,foculos faciunt pro ijs,qui ſoluunt, & à Curia Regia deſcribuntur vt foculares, non vt ſubditi, neq; vt vaſalli, ius hoc Fiſcale eſt, & Regium,& numerātur ſingulis annis,ſiuè habitent in Terris muratis,ſiuè in Caſalibus, & apertis Villis, vt exteri ſoluūt taxam pro foculari. hoc eſt carolenos vndecim pro foculari. Itali verò habentes domicilīū ſingulis luſtris, qui ſoluunt dictos carolenos vndecim, & medietatem onerum extraordinariorum, vt tradit Frecc.de ſubfeud.lib.2.quæſt. 10.num.5. & 8. adeò quod foculare dicitur vna familia ſimul, Capibl.in pragm.10. num.36.de baron. Et in ijs nulla cadit æſtimatio, ſeù appretium, nam inquit Imperator in §. in pecudum Inſt. de rer. diuiſ.abſurdum enim videbatur,hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura gratia hominum comparauerit, & prius I.C.in l.in pecudum,ff.de vſur.l.vetus,ff.de vſufr. taliter, quod vaſallus nequit vſumfructum formalem in feudo conſtituere,vel vſum,vt ex Raynaud.perpendit Iul.Cæſ.Giuſian.in tract.de pretio,& æſtimat.lib.2.cap.9.in princ.neque ęſtimationem recipit liberum corpus,ad tex.in l.ex hac ff.ſi quad.paup.feciſſ.dic. hinc corpus pretioſius eſt pecunia,Ameſc.in tract.de pot.in ſeipsū,lib.1. c.16.n.5. verſ. quarto omninò,per iura ibi relata; Ex aduerſo dici poterat, quod non tantum principaliter reſpectu hominis de per ſe,quantū tamen reſpectu illius obligationis perſonalis, vel realis appretium procederet ratione dominij,ſeù iuriſdictionis,penès Barones exiſtentis,cum Baro habeat iuriſdictionem in vniuerſo,Reg. de Ponte conſil.105.nu.6. vol.2. & ob id vaſalli ratione iuriſdictionis magis propriè ſubditi appellantur, D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſponſ. fiſcal.25. nu.161. Nam vaſalli, maximè burgenſes multa ſoluunt tributa, innumera ſubſtinent onera,& calamitates pro Regni regimine,defenſione,& conſeruatione, Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.de regal.impoſ.§.in primo,n.44.& fortius quando eſſent vaſalli feudi, qui differunt à burgenſibus,Capibl.in pragm.10 de Baron.n.66. Poſtquam ipſi nedùm operas obſequiales, & artificiales Dominis præſtare tenentur,vt idem Capibl.in pragm.8. par.2. num.170. eod.tit. etiam ſi eſſent exempti à foro,vt ſubdit nu.102. Sed etiam ad alia onera ad feuda pertinentia, & ſeruitia perſonalia,de quibus ſatis per Bortinium in ſua caualcata de ſeruitijs vaſallorum habetur per tot. Eapropter in contingentia facti fuit interpoſitū ſequens decretum per R.C.S. Die 23. Menſis Ianuarij 1545. ſuper appretio fieri petito per Illuſt. Comitem Murconi, & D.Iſabellam eius filiam, viſis actis per Magnificum V.I.D. D.Franciſcum Reuerterium R.C. Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, ac de eis facta relatione in Banca eiuſdem R. C. coram alijs Magnificis Dominis Præſidentibus, fuit per eandem R.C. communi voto, & conſenſu, dominium vaſallorum, iuriſdictio, & merum, & mixtum imperium Terræ Murconi attenta qualitate Terræ, & titulo Comitatus, & conſideratis alijs appretietur dictum dominium vaſallorum in duc.15. pro quolibet foculare, quod appretium viſo cedulario R.C. in quo dicta Terra reperitur taxata pro focularibus 555.aſcendit ad ſummam duc.8325.ſalua tamen meliori deliberatione R.C. appretiandi ius reluendi introitus alienatos dictæ Terræ, ſi de iure competit dictum ius dictis Ill.Comiti,& Iſabellæ contra illos,qui dictos introitus poſſident, hoc ſuum, &c. Franciſcus Reuerterius, Conſenſu Nardus Antonius pro Not.

Appretium rei venditæ faciendum ex cauſa læſionis a quo tempore erit attendendum, & certum eſt, quando tractatur de venditione rei, & læſio vrgeret,erit attendendum tempus contractus,ità ex Alber. in l. & ſi ſine, § quæſitum,in medio,ff. de minor Aym.conſil.11.col.fin.perpendit Reg. de Ponte conſil.54. nu.18. & 21. vol.1. latiſſimè Atius Pinell.in repet.l.2. C.de reſcind. vend.p.3. cap 4 num.15.& 16. Doct.in l.1. §.ſi hæres, ff.ad Trebell.Abb.in cap.in aliquibus,nu.2,de decim. Dec.conſil.167. & 308. Crauett.conſil.11.nu.17. Menoch.de præſumpt. lib.4. præſumpt.35. nu.6. & ſecundum hanc ſententiam fuiſſe iudicatum

in

in Senato Luſitaniæ apud Gamma dec. 256. quos etiá nouiſſimè probat Ripol. var. reſol. cap. 11. nu. 405. Fuit ſuper hoc prolata ſequens ſententia per S.C. In Dei nomine. Amen. Pateat vniuerſis, quod Nos Philippus Dei Gratia Rex Caſtellæ, Aragonũ, vtriuſquè Siciliæ, &c. Viſa compatitione oblata pro parte Magnifici Aluari Molinæ ſub die 8. Iunij 1596. contra Magnificum Io. Baptiſtam Quintium, & fratres, Nel S.R.C. Viſis deniquè videndis, factaquè de ijs omnibus relatione Ill. noſtro Proregi huius Regni in Collaterali Conſilio. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus, nullitates propoſitas per Magnificum Aluarũ Molinã aduerſus venditionẽ ordine noſtri S.C. factam Caſtri in actis deducti, non militare, & proindè Magnificum Io. Baptiſtam Quintium conuentum ab impetitione dicti Aluari reſpectu capitis nullitatum productarum eſſe abſoluendum, prout ipſum abſoluimus, & penitus liberamus, ſalua promiſione facienda quoad caput læſionis per eundem Aluarum propoſitæ, pro cuius explicatione eſt committendum appretiũ Tabulario in partibus, non ſuſpecto, qui Caſtrum prædictum appretiet, habito reſpectu ad tempus venditionis ipſius, hanc, &c. vt patet ex actis in Banca Romani.

Appretium an requiratur priuſquã adiudicatio bonorum fiat creditori per Iudicem, vt dominium transferatur, fuit deciſum affirmatiuè, ſicq; S.C. ſequutum fuit opinionem illam, vt non cenſeatur tranſlatum dominium per adiudicationem, niſi præuio appretio, D.Reg Sanfel. dec. 118.

Appretium nulliter factum per Expertos an reuideri debeat iterum, refertur deciſio ſaltẽ in vere reuiſio appretij.

Aquarum vſus immoderatus per Barones impoſitus in perniciem Vniuerſitatis debet moderari, quatè per S.C. in cauſa Marchionis Lauri cum Vniuerſitate determinauit, eſſe facienda formina in receptaculo, ſeù conſeruatorio, cum tribus fiſtulis, quarum duo fluerent ad commodum Ciuium, & vna ad vtilitatem Baronis, Nouar. in in pragm. 12. collect. 12. n. 10. de Baron.

Arbiter poterit vti ſuſpectus recuſari ſuperueniente noua cauſa recuſationis, vt fuit per Collaterale Conſilium deciſum in cauſa Ill. Principis Satriani, cum D. Maria Rauaſcheria, & cauſam ad ſe aduocauit, & proceſſit in ea, excluſo Arbitro, vt refert Io. Maria Nouar. in praxi elect. & var. fori par. 2. ſect. 3. quæſt. 20. nu. 15. hoc idem probat Lancell. de attent. 2. par. cap. 15. quem ſequitur Carpan. ad Conſtit. Mediol. tom. 1. cap. 115. n. 187.

Arbiter, ſiuè Arbitrator recuſari an poſſit ex cauſa ſuperueniente ob grauamina illata, & ſi capita non fuiſſent propoſita, ſed incidenter recuſatio allegata ex cauſa dictorum grauaminum apparentium ex actis, vt contingit in perſonam Conſil. Palatij Arbitri in cauſa Ill. Principis Satriani, cum D. Maria Rauaſcheria, de quo agit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 39. vbi in fine inquit, menſe Auguſti 1614. Sua Excellentia, eiuſq; Supremum Collaterale Conſilium cauſam ad ſe aduocauit, & in ea proceſſit, excluſo Arbitro, & in cõtrou. 40. n. 18. idem affirmat.

Arbitri electi per partes compromittentes, & præuia licentia Iudicis reſpectu pupillorum, an poſſint laudum liberè proferre, vel antequam laudũ proferant certiorare teneantur Iudicem licentiã impartientem, & videbatur dicendum, liberè abſquè alia certioratione eos poſſe laudum proferre, ità quod ſi nolint pronũciare Arbitri, poterint per Iudicem compelli. Borrell. de comprom. §. 2. glo. 4. num. 56. niſi fortè fuerit à Iudice inhibitũ ob aliquam cauſam, ſeù ſuſpitionem, attamen in compromiſſo agitato per D. Ioannam Gaetanam matrem, & tutricem filiorum q. D. Herculis Pignatelli, & D. Baldaſſarem Pignatellum, fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 21. Menſis Iulij 1638. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnificum V.I.D. D. Didacum de de Varela Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod præſens cauſa cõpromittatur, verum Arbitri ante laudi prolationem certiorent S.C. hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius penès Iadoniſium Magiſtrum Actorum.

Arbitri an cogi poſſint per Iudicem ordinarium ad promulgationem laudi, certum eſt de iure communi, poſſe cogi Arbitrum pronunciare, non tamen ad ſic pronunciandum, ad text. in l. qualem, vbi Bald. ff. de arbitr. notat Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 2. glo. gradum, nu 66 Borrell. de compromiſ. §. 2. glo. 4. num. 56. Fontanell. dec. 1. nu. 15. vltrà D. Reg. de Ponte conſ. 44 nu. 1. vol. 2. vbi declarat, inter eos cogi non poſſe, ſed ſatis erit, vt ſint præſentes, cæterum ſi à Superiore id fuerit iuſſum, ſecus erit, & ità fuit iudicatum in cauſa Virgiliæ Pironto, cum D. Franciſco Iordano, nomine, vt in actis per Reg. Conſil. Andream Marcheſium in Banca Cantoni.

Arbitrium M.C.V. an ſit delegabile Proregi per ſtaretum reſeruatum; deciſum fuit, poſſe delegari, D. Reg. Santelic. deciſ. 275. vbi addit, eſſe certiorandum D. Proregem ante exequutionem ſententiæ.

Arma prohibita reperta per familiam Curiæ propè vnum, vel plures, qua pœna puniri debeant, fuerunt habilitati in forma per M.C.V. D. Reg. Sanfelic. in dec. 256.

Arma prohibita aſportans an ſit puniendus, quamuis non ſit apprehenſus, deciſum fuit negatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 43.

Arma, ſeù inſignia alicuius familiæ nobilis aſſumere alicui ignobili habenti ſimilia an liceat, aut prohiberi poſſit, ne vtatur, Ex facto occurſó euenit diſceptari in S.C. in cauſa illorum de Pinnono, qui non erant nobiles, neq; de familia illorũ de Pignono nobilium Neap. qui vtebantur inſignijs ipſorum, vt nobiles tractarentur, & deducta quærimonia in S.C. per dictos Nobiles de Pignono contra ipſos de Pinnono, qui aſſumpſerant cognomen, & arma dictæ familiæ, fuit per idem S.C. iudicatum, eis non licere arma deferre, nec cognomen prædictum, & proindè iuſſum, vt abſtinerent ſub certa pœna impoſita ad relationem Regij tunc Conſiliarij Vincentij de Franchis, in Banca olim Amatrudæ, ità atteſtante Ill. Epiſc. Riccio in collect. 4129. in fine, verſ. & ad hanc materiam, par. 9. nam hoc de iure prohibitum eſt alienis inſignibus vti, l. eos, §. qui ſe pro milite, ff. ad l. Corn. de falſ. refert Farin. de falſit. & ſimul. quæſt. 150. num. 80. vbi cenſuit, à pœna falſi eos non eſſe immunes, quoniam armorum, ſeù inſignium conformitas arguit identitatem

familiæ, probat Franc. de Petris in conſil. 2. nu. 7. ex Bart. Alexand. Corn. Caſſan. & Anna patre, & Anna filio, ibidem relatis, & talia arma sũt ſigna, quibus vna familia ab altera diſcernitur, l. ſi in nomine, C. de teſtament, cum alijs congeſtis nouiſſimè per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 129. n. 43. lib. 2. Et ijs etiam adde, quod armis, & inſignijs alterius vti permiſſum eſt, modo alteri non præiudicetur, Franc. Marcus quæſt. 880. no. 4. & nomen alterius familiæ non licet paſſim aſſumere, & facere inſignia, & arma illius, cum tendant ad honorem, & dignitatem familiæ, Pariſ. conſ. 19. num. 36 vol. 2, libuit petitionem præmiſſi caſus, vna cum ſententia hic inſerere, videlicet, S R. M. Exponitur humiliter pro parte Ill. Marchionis Orioli, Dominorum Ioannis Vincentij Pignoni, & Io. Aloyſij Pigooni, & dicitur qualiter ad ipſorum notitiam deuenit, quod infraſcripti de Baronia Cilenti in præiudicium ipſorum exponentium, & eorum familiæ, cum eſſent de cognomine, vulgo dicto Pennone, mutauerunt ipſis cognomen, & nominari ſe faciunt de cognomine Pignono, & quod peius aſsũpſerũt etiam arma, atq; inſignia eorum familiæ de Pignooo, & deſeruerunt eorum arma, quibus prius vtebantur dicti de Pennone, & ſe iactauerunt, & iactant, eſſe de eadem familia, & quia ipſorum ſupplicantium intereſt, citatis ipſis, declarari facere, ipſos non fuiſſe, nec eſſe de cognomine de Pignono, & ipſis non licuiſſe, nec licere mutare eorum cognomen, & aſſumere eorum arma, in præiudiciũ ipſorũ ſupplicantiũ, & condemnari ad illa deſtruẽdũ ex eorũ domibus, & poſſeſſionibus, & gradatim illis de cætero non vtantur, & ſucceſſiuè declarari, prædictos non fuiſſe, nec eſſe de familia dictorum ſupplicantium. Supplicant ergo, M. V. dignetur committere alicui ex ſuis Regijs Conſiliarijs, qui ſuper ſupplicatis iuſtitiã faciat, iſto, & omni modo meliori vt Deus. Mag. Ludouicus Quadra Reg. Coоſil. ſupplicata recognoſcat, partes audiat, prouideat, & in S.C. referat. De Curte Propræſidens. Prouiſa per Circumſpectum V. I. D. Dominum Ioaonem Andream de Curte Reg. Conſil. & Propræſidentem. Neap. die 20. Februarij 1566. Capua. In Dei nomine. Amen. Viſa ſupplicatione M. noſtræ in noſtro S.C. oblata pro parte Ill. Marchionis Orioli, & Mag. Io. Vincentij, & Io. Aloyſij Pignoni, contra Io. Nicolaum Antonium, Io. Bernardinum, Aureliũ, & Pyrrum Pennone, alias Pignone, & litis cooſortes, cuius tenor talis eſt. S. R. Maieſtati. Viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, prædictos Ioanoem Nicolaum, Antonium, Io. Bernardinum, Aureliũ, & Pyrrum Pennone, alias Pignooe, & litis conſortes non fuiſſe, nec eſſe de familia dicti Illuſtr. Marchionis Orioli, & Mag. Io. Aloyſij Pignoni Actorum, & noo licuiſſe, nec licere vti inſignijs, & armis dictorum Ill. Marchionis, & litis conſortium, nec licere cognominari de cognomioe Pignoni, &c. Vincentius de Franchis. Hanc eamdem, &c. Lecta lata die 11. Meoſis Decembris 1566. Neap. Io Alphonſus de Capua, & recordor, annis præteritis audiuiſſe à Io. Antonio Sances familiari q. Io. Baptiſtæ M hor. I.C. celeberrimi, indè meritiſſimi Reg. Conſil. ipſum feciſſe conuenire quendam ipſum eodem nomine, ac cognomine vocari, vt cognomen ſimile commutaret, vt differret, & per ipſum replicatum, ſteriſſe, & ſtare in poſſeſſione appellari per idem nomen, & cognomen per prius, & non indigere alia nouatione, & non fuiſſe amplius loquutum.

Arrendatores, ſiuè Conductores Regiorum Arreodamentorum, ſeù vectigalium Regis non aliter debitas ſolutiones, aut integras Conſignatarijs, ſeù creditoribus Fiſci ab eo aſſignatis facientes, quodnam crimen incurraot, aut peculatus, vel de reſiduis, vel furti; ità quod pœnis debitis, vnicuique ipſorum correſpondentibus plecti debeant, prolixius pro vtraq; parte diſcutit D. Reg. Sanfelic. in dec. 295. vbi concludere videtur, in crimina prædicta incidiſſe, & pro eis pœna capitali eos afficiendos, quando Fiſcus eſſet in probatis.

Arrẽdatores alicuius Arrẽdamẽti an poſſint emere apodixas particulariũ perſonarũ, vt poſſint ſatiſfacere creditoribus arrẽdamẽti per eorũ ceſſiones, referuntur allegationes infrà verbo Conductores, & verb. Gubernatores, negatiuè concludẽtes. Vndè fuit interpoſitũ ſequẽs decretum, videlicèt In cauſa creditorum patrimonij Gabellæ Farinæ carolenorum trium cum dimidio pro quolibet tumulo, cum Gubernarotibus, & Caratarijs Arrendamenti Gabellæ prædictæ arrendatæ per Petrum Antonium de Neap. vt in actis, &c. Die 3. Menſis Martij 1643. Neapol. Facta relatione de omnibus S E. in Collat. Conſil. per Ill. Ducem Beluederij Reg. Branciam Collat. Conſ. & Delegatum in Tribunali viſionis, & reuiſionis computorum huius Fidelisſimæ Ciuitatis, vt in actis, &c. Illuſtr. & Excell. Dominus Viceres, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, atq; mandat, ceſſiones factas per Aſſignatarios in beneficium Caratariorum dicti Arrendamenti farinæ non eſſe admitteodas in eorum beneficium, niſi pro rata vnumquemq; ipſorum tangente in concurſu cum alijs creditoribus, reſpectu verò prætenſarum ſolutionum factarum per Gubernarores dicti Arrendamenti, & Caratarios Aſſignatarijs infra quatuor dies partes deducant omnia eis incumbentia, & pro nunc Arrendatores, & Caratarij prædicti faciant depoſitũ in publico Banco duc. 20. mil. infrà dies decem, ſalua prouiſione facienda in quacunq; parte iudicij reſpectu ſolutionis reſtantis quantitatis extalei Arrendameoti prædicti, & nihilominus infra menſem præcisè, & peremptoriè dicti Arrendatores, & Caratarij procurent decretum Regij Collat. Conſil. ſuper concluſione prætenſi excomputi facti per Fideliſſimam Ciuitatem, alias prouidebitur vt iuris, hoc ſuum, &c. Tapia Reg. Brancia Reg. Zufia Reg. Azcon Reg. Sanfel. Reg. Capyc. Latro ProRegens. Ioſeph Barrilius Regius à mandatis Scriba. De hoc articulo promulgata fuit nouella pragm. 73. de offic. Procur. Cæſ.

Articolus diuiduitatis feudi an remitti debeat ad R.C.S. deciſum fuit per S C. in cauſa Trolij Valignati affirmatiuè quoad petitorium, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controu. tom. 2. controu. 4. num. 49. vbi in calce refert, idem deciſum fuiſſe per Coll. Conſ. in cauſa Caſtri Andredochi pro illis de Sabellis, cum illis de Bandinis.

Articulus, an Caſtrum ſit feudale, vel burgenſaticũ remitti debet ad R.C.S. decidendus, vt fuit de-

cifum

Digitized by Google

ciſum per S.C. iunctis aulis in cauſa Eminentiſſ. Card. Aldobrandini, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. to. 1. controu. 8. in eius calce.

Articuli licèt ſint diuerſi, & ſeparati ea qualitate facti, vnius deciſio alterius definitionem non impedit, & ità fuit per R.C.S. deciſum in contingentia facti inter Ducem Buzani, cum Ciuitate Regij, vt oſtendit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 29. reſponſ. fiſcal. deciſ. 4. n. 13.

Artifex, qui fugam arripuit non reſtituta re ad exercitium ſuæ artis data, torqueri an debeat, & ſucceſſiuè puniri qua pœna debeat, vt accidit in perſonam cuiuſdam filatorarij ſerici, qui accepto ſerico à domino mercatore, fugam arripuit, fingendo feſelliſſe, & eſſe decoctum, vt mercator ſecũ tranſigeret pro modica ſumma, & ſic peracto præuia mercatoris proteſtatione difficultas contingit, ſi erat torquẽdus, & deciſũ fuit per M. C. affirmatiuè, & confirmatum per S.C. vt retulit D. Reg. Sanfelic. dec. 42. vbi conſimiles caſus adducens, dixit, eos punitos fuiſſe pœna triremium ad tempus.

Aſcendens cum ſcalis ligneis ad feneſtram Monaſterij furandi cauſa, per quam Monaſterium ingreſſus, Monacum vulnerauit, ibiq; detentus, & extractus præuia licentia Nuntij, qua pœna erit puniendus, deciſum fuit per M.C. vti delegatam eſſe plectendum pœna mortis, ità refert D. Reg. Sanfel. dec. 34.

Aſſecuratio pro dote, antephato, ac pro bonis concedi an debeat ſimplicitèr, vel cũ cautione de nõ barattando, & exhibendo ad omnem ordinem M. C. fuit dictum, dari cautionem, prout ità ex praxi fuit diutius obſeruatũ, & obſeruatur, D. Reg. Sanfel. dec. 319.

Aſſecuratio pro dote, & iuribus dotalibus an concedi debeat vxori, quoties ſcienter contraxerit matrimonium cum viro inope, qui etiam nedum dote abutatur, ſed etiam ſua propria ſubſtantia, fuit per S. R. C. die 26 Iunij 1624. aſſecurata D. Beatrix Vrſina Duciſſa Grauinæ ſuper Ciuitate Grauinæ, & eius introitibus pro omnibus quantitatibus perceptis ex bonis in dotem promiſſis & conuerſis in ſatisfactionem creditorum Ducis viri, vna cum intereſſe ad rationem ducatum quatuor pro ſingulis centum à die ſolutionis dictarum dotium, iuxtà liquidationem faciendã per idem S.C. de hoc agit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. Ill. tom. 2. controuerſ. 64. & 65. & in calce dictarum controuerſiarum in recollect. deciſionum, in verſ. ad controuerſ. 64. & 65. num. 1. fol. 574. ſupradictam deciſionem poſuit.

Aſſecuratione conceſſa mulieri, vt ex fructibus dotis maritus partem conſequi valeat pro ſuis alimentis, & quota, in vrgenti caſu fuit liquidata in ducatis duobus mille, præſtandis poſt integrã exactionem fructuum faciendam per Duciſſam Grauinæ, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in calce controuerſiarum Ill. tom. 2. in calculo deciſionum prætermiſſarum n. 8. fol. 576.

Aſſecuratores nauis in caſu naufragij an teneantur pretium mercium ſoluere dominis illarum, ſi magiſter nauis vna cum nautis Inſulam appetiſſent ad petendum opem, & ſequenti die ad nauẽ redeuntes ad eam leuandam, eamq; remulcantes ad deſtinatum locum reduxerunt obſtante iactu mercium, licet per ſententiam Conſulatus fuiſſent condemnati, tamen per Collaterale Conſilium prouiſum fuit, quod procederetur in cauſa appellationis, ſuſpenſa exequutione ſententiæ Conſulatus, poſtmodum verò iudicatum, eos teneri tantum de varea, bagnamento, & getto, & non de naufragio, ſic atteſtante D. Reg. Sanfelic. in dec. 562.

Aſſenſus non operatur effectum ſuum à die expeditionis in Cancellaria Regis, ſed ſolum a die, quo in Regno executoriatur, vt fuit deciſum per S.C. iunctis aulis in cauſa Marchionis Burgẽtiæ cum Duce Martinæ, penès Amatrudã, refert Nouar. in pragm. 10. collect. 11. num. 3. de feud.

Aſſenſus Regis, non tamen Proregis exigitur in alienatione feudi facienda per exterum, vt fuit deciſum in cauſa creditorum Marchionis Mariliani Ianuenſis, referente Reg. Conſil. Fabio Riccardo, & per Collaterale Conſilium referente Reg. Cam. Sum. in ceſſione iurium per exterum facta ſufficere aſſenſum Proregis, vt fuit iudicatum per R. Cam. & Collat. Conſil. inter Fiſcũ, & creditores Marchionis Paduiæ, vt ibi ſubdit Nouar. nu. 2.

Aſſenſus Capituli conceſſus mulieribus Neapolitanis pro dote, antephato, & illius vſufructu procedit etiam, quod penès eũdem debitorem adeſſent bona burgenſatica, vt deciſum tradit Anna in Conſt. Conſtitutionem, nu. 240. licet alias cõtrarium deciſum fuiſſet per S.C. in cauſa D. Victoriæ Marta contra D. Franciſcũ de Aquino in Banca Iubeni, retulit Nouar. in prag. 8. collect. 9. nu. 1. de feud.

Aſſenſus cenſetur conceſſus per verbum, fiat, enunciatum in ſupplicatione, eo magis ſi adeſſet facultas alienandi, aſſenſu Regio reſeruato, vt fuit deciſum in cauſa Marchionis Meſuracæ cum Octauiano Piſcicello, refert Nouar. in pragm. 6. collect. 10. in fine de feud.

Aſſenſus an operentur effectum ſuum à die expeditionis in Cancellaria, vel à die, quo executoriantur, fuit deciſum in S.C. iunctis aulis pro Marchione Burgentiæ cum Duce Martinæ apud Amatrudam a die, quo executoriantur, Nouar. in pragm. 10. collect. 15. n. 3. de feud.

Aſſenſus Regis ſuper hypoteca feudorum non regiſtrantur, nec clauſula regiſtrationis appoſita in tali aſſenſu vitiat, ſicq; ad relationem Reg. Cam. fuit per Collat. Conſil. prouiſum, hoc præceptum regiſtrationis non præſcribere ſibi vim in aſſenſibus conceſſis ſuper hypoteca feudorum, in cauſa creditorum Io Baptiſtæ de Mari, refert Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controuerſ. 26. ſub n. 7. allegans deciſionem Reg. Rouit. ineertam, quæ eſt 84.

Aſſenſus ſuper venditione facta ſub haſta an poſſit impetrari poſt mortem debitoris per hæredem, qui eſt dominus feudi, deciſum fuit per S.C. negatiuè apud Præſid. de Franch. dec. 620. & pro corroboratione iſtius deciſionis, cuius Aduocatus fuit D. Ferdinandus Brancia iam Regens meritiſſimus Reg. Canc. & Dux Beluederij meus obſequentiſſimus, qui dixit mihi, allegaſſe ſolemne conſil. Alex. 137. num. 13. vol. 6. non aliter citatum ab ipſo Domino Præſide, qui in terminis concludit, quod donatio non poteſt inſinuari, poſtquam cœpit ille defectus obijci, ex conſil. Angel. 181. & vltrà eos ſequuti ſunt Crauett. conſ. 327. nu. 22. Hypol. ſingul. 459. Tiraquell. de

re-

Digitized by Google

retract.lignag.§.8.n.26. verſ.ſed & videri poteſt, Aſſenſus vigore Capituli Regis Catholici conceſſus mulieribus Neapolitanis pro earum dotibus, pro quibus intelliguntur obligata bona feudalia, an porrigatur ad matrimonia contracta prævijs capitulis matrimonialibus, tantum firmatis à partibus, dum Capitulum prædictum exquirat inſtrumentum dotale, ità quod mulier debeat connumerari inter creditores habẽtes aſſenſum in eorum concurſu, de hoc multa verba feci in 3.par.noſtri compendij in verbo aſſenſus conceſſus, nunc contingit ventilari in Sac.Conſ. in cauſa hæredum quondam Marchioniſſæ Oriuli cũ Fabritio Pagano tutore filiorum, & hæredum quond. Iacobi Pagani, & vltrà ibi adducta melius explicando prætenſiones vtriuſque partis, dum tractaretur graduatio creditorum Marchionis Orioli D.Alexandri Pignonis, filij, & heredis Marchioniſſæ Oriuli Conſtantiæ de Sangro prætendentis, ſe graduari pro dotibus maternis cum creditoribus habentibus aſſenſum, præſupponendo vigore dicti Capituli ſibi ipſi diſpoſita ſuffragari, dum ex aduerſo replicabatur, ex duobus eam repelli debere à dicta prætenſione. Primò, quia capitula ipſa matrimonialia non fuerunt ſtipulata, & ſic redacta in formam inſtrumenti dotalis, de quibus inſtrumentis fit mentio in dicto Capitulo, & tale inſtrumentum dotale aliud eſt, vt per Franch.dec.367.num.5. ſiquidem cum talia capitula dicantur nudæ promiſſiones factæ, continent de per ſe perfectas conuentiones, Cutell. vt infrà ſpec. 13. num.16. & conſequenter ſcripturæ priuatæ, vt nouiſſimè teſtatur Cutell.de donat.contempl.mat.tom.2.tract.2.diſcur.1.ſpeciali 32.num.1. & melius in terminis iſtis, quod talia capitula matrimonialia non ſunt publicum inſtrumentum, ſed minuta ſcriptura priuata, à contrahentibus ſubſcripta, Ant.Amat.var.reſol.in reſol 8. num.18. ac indiget probatione externa, vt probationem faciat, Molfeſ.in Conſuet. Neap. par.7.quæſt.15.nu.10. non videbatur, eam cõtineri inſtrumentorum appellatione, poſtquã inſtrumentorum appellatione non continetur ſcriptura priuata, Molign.de appellat. vtriuſque iur.extenſ.lit.I.num 590. quoniam talia capitula vt plurimum fiunt ad teſtationem eorum, quæ poſtmodum ſunt ſtipulatione cõtrahenda, & ſecundum æſtimationem communem non habentur pro contractu dotis, Cutell.d.tract.in ſpec. 12.num.4. Dicebatur ſecundò, in eiſdem capitulis dotalibus non adeſſe ſpecialem, & expreſſam obligationem feudalium, poſtquam ex dictis capitulis matrimonialibus oritur tacita hypoteca, vt inquit Theſaur.lib.3.quæſt.forenſ.quæſt.72.n.6. & feuda non aliter obligari poſſunt, niſi expreſſè obligentur, ex dictis per Annam in alleg.118.& ſing.477. quo fit, vt cum aſſenſus ſit ſtricti iuris, Lanar.conſ.79.num.20.conſ.60. num.122. Anna alleg.36.num.3.alleg.41.num.26. non extenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, Lanar. conſ.36.num.14.Franch.dec.153.num.23. nec de contractu ad contractum, Lanar. vbi ſuprà, & conſ.18. num.3. Theod.alleg.46.n.4.& 5.Franch. vbi ſup. ſicq; tale Capitulum non procederet, ſi nõ eſſent bona feudalia expreſſim obligata pro dote, ita punctualiter Reg.de Ponte in conſ.75.nu. 34. vol.2. nam aſſenſus efficit in bonis feudalibus, vt actus valeat, Lanar.conſ.60.num.141.& ità pluries deciſum per S.C.& requiritur in obligatione feudi pro dote, Lanar.conſ.18.num.2. Replicabatur reſpectu primæ obiectionis, quod capitula ipſa data Notario ad cõſeruandum, publici inſtrumẽti vim habent, Cutell.d.tract.to.1. tit.1.diſcurſ.1.par.8.num. 22. ex quo talia capitula matrimonialia fieri ſolent in matrimonijs cõhendis ſubſcripta contrahentium manu, quæ cõſeruanda Notario traduntur, Ant.Amat. vbi ſup. nu.1. vbi nu.15. ſubdit, quod contractus dicitur perfectus in capitulis matrimonialibus ſubſcriptis per cõtrahentes datis ad conſeruandum, quo fit vt ſemper maritus cogi poſſit ad faciendum inſtrumentum dotale, Ant.de Alex.in Conſuet. Dos,& quarta, incip.Cõſuetudo. Quoad ſecundũ dicebatur, non eſſe dubium, tale Capitulum conceſſum mulieribus Neapolitanis eſſe gratiam à Rege conceſſam ad inſtantiam huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neap.& ſic communiter appellatur gratia, cum inter gratias eidem Ciuitati conceſſas reperiatur inſertum inter Capitula Regis Catholici anni 1505. Cap. 21. & confirmatum per Cæſaream Maieſtatem in parlamento generali anno 1536.Cap.14.de quibus meminit Reg.de Ponte in d. conſ.75. num.34. & aſſenſus cum ſit pariter gratia, Lanar.conſ.6.num.10. & conſ.17. num.6. Anna alleg.39. num.7. Franch.dec.693. num.3. extenditur etiam ad æquipollens, idem Anna in alleg.41. num 20. cumq; etiam aſſenſus Regis præcedere poſſit, & ſequi, Anna in alleg. 69.num.62. Franch.dec.620.num.6. ſi tamen non eſſet aſſenſus conceſſus a Rege ſuper obligatione feudalium, & facta eſſent capitula matrimonialia ſolum, & indè inſtrumentum dotale, non eſt dubium, quin poſtea ſubſequuto aſſenſu omnia corroboraret, & extenderetur ad obligationem bonorum factam in capitulis ipſis, nam aſſenſus impetratus poſt contractum retrotrahitur, nullo dato intermedio alteri quæſito, Maur.iun.alleg.8. n.26.alleg.29.n.1. Quemadmodum in prælatione dotis cernimus, ipſam habere prælationem à die initorum capitulorum, non autem à die celebrati inſtrumenti, quo caſu datur retrotractio à die obligationis, & ſic promiſſionis, nõ tamen ſolutionis, vt latiùs proſequitur Molfeſ.ad Conſuetud.Neap. par.6.de iure dotium, quæſt.2. num.15.& ſeq. ità etiã erit aſſeuerandum, ſi præſtitus fuiſſet aſſenſus ante contractus confectionem, nam celebrato contractu conualidaretur ex præcedenti aſſenſu, poſtquam aſſenſus extenditur ad conſecutiua, & dependentia, fundat Maur.ſen.in alleg.48.num.1. ac etiam Maur.iun. alleg.46.num.1.& proculdubio inſtrumentum dotale eſt conſecutiuum capitulorum matrimonialium, ex traditis per Præſ.de Franch.dec.366. quod eſt ſemper in facultate contrahentium celebrari poſt dicta capitula matrimonialia, ex propter. ſi benè attenta diſpoſitione Iuris Conſuetudinarij, incip.Dos,& quarta, non poſſint dos, & quarta peti abſque inſtrumento dotali, adhuc tamen etiam ſine inſtrumẽto dotali peti poſſunt, vt aduertit ibi Addit. incip.Sentit, quod nedum, vel quod probetur receptio, aliter quam dictum inſtrumentum, vt ſubdit altera Apoſtilla incip. Nota, quod poteſt, vel per teſtes iuncto inſtrumento capitulorum, aut per apocam banci, vt ſubdũt ibidem Apoſtillæ Bucini, & Ant. de Alex. vltrà Molfeſ. vbi ſup.& hoc, ne indotata remaneat mulier,

Digitized by Google

ller,& ſua dote priuata ob defectum inſtrumenti
dotalis, quod idem erit dicendum in aſſenſu cõ-
ceſſo vigore dicti Capituli, quod an iuuet capitu-
lis matrimonialibus non ſtipulato inſtrumento,
Anna in repet. Conſtit. Conſtitut. Diuæ memo-
riæ, n. 239. ſe remittit ad Minad. in 2. vol. allegat.
9. non credo adhuc impreſſũ, & allegare manu-
ſcripta Doct. eſt inconueniens. Nihilominus in
cauſa prædicta interpoſitũ fuit ſequens decretũ,
v3. Die 9. Martij 1621. Neap. Facto de prædictis
verbo in S.R.C. per Magn. V.I.D. Pomponium
Saluum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium,
&c. iunctis Magnificis Conſiliarijs duarum Au-
larum. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, D. Alexan-
drum Pignonum ex perſona q. D. Conſtantiæ de
Sangro Marchioniſſæ Orioli debere graduari in-
ter creditores Marchionis Orioli habẽtes aſſen-
ſum à die 24. Aprelis 1586. capitulorum matri-
monialium initorum, & nihilominus Scriba cau-
ſæ referat diſtinctè quantitates debitas dictæ q.
Conſtantiæ, & eidem ſolutas, & ex afficto reten-
tas, ad finem prouidendi, hoc ſuum, &c. Pompo-
nius Saluus, Franciſcus Antonius de Mercatis
Secretarius, penès Ioſephum Lombardum pro de
Ferrarijs Act. Magiſtr. & cum fuiſſet obtentus or-
do, vt fieret relatio in Coll. Conſ. etiam per viam
reſtitutionis in integrum. Die 14. Maij 1621.
Facta relatione de prædictis per S.R.C. in Coll.
Conſ. exiſtente relatore Magn. Reg. Conſil. D.
Franciſco de Ocampo iunctis Magnificis Conſi-
liarijs duarum Aularum, decreto ipſius S. R. C.
prouiſum eſt, nõ eſſe deferendum petitæ in inte-
grum reſtitutioni, hoc ſuum, &c. D. Franciſcus
de Ocampo, Franciſcus Antonius de Mercatis
Secret. penès eundem Magiſtr. Act. in proceſſu
Ill. q. Conſtantiæ de Sangro Marchioniſſæ Orio-
li, & pro ea D. Alexandro Pignono, cum illis de
Pagano, & alijs.

Aſſẽſus Apoſtolicus promiſſus interponi infrà cer-
tum tempus ſuper conceſſione rei Eccleſiaſticæ
in emphyteuſim conceſſæ, an præſumatur inter-
poſitus per curſum triginta, vel quadraginta an-
norum, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, & con-
firmatũ in reclamatione, ità retulit Horat. Mon-
tan. contron. forenſ. controu. 82.

Aſſenſus Regius non alitèr expeditus in formam
priuilegij, ſed tantum per verbum, fiat, an ſtante
impedimento litium ſuper prælatione, ac reuo-
catione feudi, expediri poſſit poſt lapſum biennij,
refertur deciſio infrà in verbo terminus.

Aſſenſus Regius ſi non fuerit præſentatus, ac regi-
ſtratus in quinternionibus R.C. infrà biennium
iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ, ſed illinc ad
certos menſes, vel annum cum Regia diſpenſa-
tione clauſulæ, citrà præiudicium iurium Fiſci,
& partium, an nullus reddatur, reſoluitur nega-
tiuè per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur.
tom. 1. controu. 14. num. 44. & 45. vbi in calce ad-
duxit deciſionem R.C. in fauorem Fiſci prolatã
in contingentia facti ibi relati.

Aſſiſtentia præſtari an poſſit ſuper bonis per patrẽ
creditori obligatis, prius per eum donatis eius fi-
lio, quamquam præſumeretur donatio ſimulatè
inter eos habita, ex nota facti apparebat, de men-
ſe Nouembris 1581. Carolum Monerium, Pyrrũ
Ioannem Longum, Io. Baptiſtam Mandoctum,
Scipionem Theotonicum, Hieronymum Catan-
zatum, ac Claudium Monitium in ſolidum ven-
didiſſe annuos duc. 98. pro capitale duc. 980. Iſa-
bellę Poherio vxori Marcelli Poherij, inde in an-
no 1585. de Menſe Martij ipſe Marcellus con-
feſſus fuit prius recepiſſe in pluribus vicibus à
dicto Carolo duc. 180. capitalis, pro quibus libe-
rauit, tàm dictum Carolum, quàm alios, & ſic re-
manſerat capitale in duc. 800. poſtmodum in an-
no 1589. de Menſe Aprelis tàm dictus Marcel-
lus, quam dicta Iſabella coniux mentionem fe-
cerunt contractus anni 1585. & confeſſi ſunt re-
ceptionem ducatorum 198. ac aliorum ducato-
rum 269. tertiarum, & inſimul liberauerunt di-
ctum Carolum cum reſeruatione iuris in ſolidũ,
& quod non intelligatur facta diuiſio, & ſic tres
contractus facti conſpiciebantur, in primo ipſa
Iſabella ſola interuenerat, in ſecundo eius vir
ſolus, in tertio ambo, demum in anno 1611. dicta
Iſabella intentauit iudicium aſſiſtentiæ in Curia
Ciuitatis Tabernæ, & deuoluta cauſa ad M.C.
poſtmodum ad S.C. cuius petitiones fuerant pro
decurſis, & obtinuit inde in eodem S.C. expoſtu-
lauerat tertias alias decurſas, & aſſiſtentiam, &
per ſententiam S.C. dictum, bene iudicatum, etiã
reſpectu aliarum tertiarum decurſarum poſt ſen-
tentiam, ad relationem Regij Conſil. Hectoris
Capycij Latro, ad præſens cum comparuiſſet Põ-
peius Poherius filius, & hæres eiuſdem Iſabellæ,
& petijſſet, reſciſſo contractu pro dicto capitale,
ac tertijs decurſis, præſtari aſſiſtẽtiam ſuper cer-
tis bonis alias deductis, & nunc de nouo dedu-
cendis, & compilato proceſſu plura præcepta
fuerunt facta, quod conuenti ſoluerent, alias
prouidebitur ſuper reſciſſione, aliqui ex conuẽ-
tis poſſeſſoribus, præſertim Octauius Maſelli op-
poſuit, qualiter Octauius Monitius antequam
obligaret ſe in dicto inſtrumento donauerat bo-
na deſcripta in 12. rubrica eius filijs, & quando
poſteà in anno 1581. ſe obligauerat in fauorem
dicti de Poherio non poterat obligare dicta bo-
na, quæ prius donauerat, quandoquidem de eſ-
ſentia obligationis bonorum exigitur, quod bo-
na eo tempore ſint in dominio obligantis, vt
per Affl. deciſ. 383. nu. 3. & deciſ. 37. num. 5. Reg.
Rouit. in pragm. 1. de aſſiſtent. nu. 9. 13. 15. & 32.
cum alijs apud Marcell. Calà de modo articul.
§ 2. glo. vnica, nu. 249. latè Barbat. in pragm. de
aſſiſtent. glo. 11. nu. 7. & ſeq. Quocirca dum non
erant in eius dominio, nequaquam obligari po-
terant, quia res aliena nõ poteſt obligari, Neguſ.
de pignor. par. 2. membr. 4. nu. 52. & ſucceſſiuè ſi
fuerint obligata, talis obligatio vti facta ſuper re
aliena non ſubſiſteret, l. 1. §. 1. ff. de pignor. vbi
gloſ. Neguſ. vbi ſuprà. Adeò quod aſſiſtentia
præſtari minimè poterat, quando agenti iure aſ-
ſiſtendi neceſſe erit probare, nedùm poſſeſſionẽ
in perſonam debitoris, verum etiam dominium,
latè Barbat. d. glo. 11. num. 2. Sed ijs replicaba-
tur ex aduerſo pro parte actoris dicentis, dona-
tionem ipſam fuiſſe ſimulatam inter patrem, &
filium, vt de iure præſumitur regulariter, quãdo
fraus ex donatione reſultat, ſi coniunctę perſonæ
fieret, ex multis probaui in meo voto 23. nu. 60.
Et nunquam filius aliquid habuit ex rebus do-
natis, poſtquàm in hoc exquiritur ſpecificè ca-
ptura poſſeſſionis bonorum donatorum, alias in
fraudem facta præſumeretur, vt per glo. in Con-
ſuetud. Inſtrumenta donationum, ver. peruenit.
& ità deciſum retuli in meo voto 23. nu. 68. Imò
con-

Digitized by Google

conſpiciebatur, ipſummet Claudium, dum vixerat, ſemper poſſediſſe, prout verificatum apparebat in facto, & hæc eſt potiſſima cauſa, ex qua præſumitur ſimulatio contractus, quoties donans reperitur in poſſeſſione rei donatæ, latiſſimè Farinac. de ſimulat. contract. quæſt. 162. par. 5. n. 228. cum ſeq. Inſuper quia talis donatio fuerat omnium bonorũ reſeruata diſpoſitione ad pias cauſas, vti reſtrictiua voluntatis, & cum eſſet paucæ quantitatis non operatur validitatem, ex deciſa per Præſ. de Franch. dec. 594. Et amplius Marcellus hoc idem opponere non poterat, quia erant bona Claudij, nam licet ea vendidiſſet Octauius, non dixit vti bona ei donata, ſed vti hæres Claudij, adeò quod ſi concurriſſent filij ipſius Claudij, & Poherij creditores ex cauſa oneroſa, procul dubio ipſi de Poherio præfererentur, iuxtà deciſa per Reg. Rouit. dec. 48. Demum, quod ipſa donatio nunquam effectum habuit, ex pluribus demonſtratur. Primo, quia in anno 1587. Claudius contraxerat debita, & obligauit iſta bona donata, nulla facta mentione donationis, ſed vti bona ſua propria, & libera, Secundò, quia in anno 1589. dictus Claudius debitor donauerat eadem bona iterum eius filio, nulla facta mentione de prima donatione anni 1569. Tertiò in anno 1592. idem Claudius debitor donauerat omnia ſua bona, inter quæ comprehendebantur bona ipſa prætenſa donata abſq; mentione donationis præſentis, & eius filij acceptauerunt omnia cum onere ſoluendi omnia debita, Quatro producuntur Cataſtra, qualitèr dicta bona fuerunt in capite ipſius Claudij deſcripta, & nonquã in capite Octauij donatarij, Cataſtrũ .n. io argumento eſt, vt bona in illo deſcripta, illius ſiot, cuius Cataſtrũ eſt, Maſcard. de prob. concl. 273. n. 8. vbi plura. Sicq; facta relatione in S.R.C. per Reg. Conſil. Hect. Capyc. Latro fuit prænia ſententia præſtita aſſiſtentia de anno 1637. In Banca Speræ, pro de Ferrarijs.

Aſſiſtentia petita pro debito ſuper feudo præſtanda erit in ſubſidium, ſicq; multoties fuit conceſſa ſuper fructibus illius, Nouar in pragm. 1. collect. 1. nu. 10. de aſſiſtent..

Aſſiſtentia petita per creditorem in bonis debitoris à tertio poſſeſſore poſſeſſis tàm pro capitale, quam pro tertijs decurſis, relicto iudicio reſciſſionis contractus contra hæredes debitoris, dum fuerat commiſſa graduatio creditorum, quod cõtractus ipſo iure reſciſſi videantur, an ſit concedenda, deciſum fuit per M.C. eſſe præſtandam, quòad tertias tantum, ſalua prouiſione facienda quòad capitale, auditis hæredibus debitoris compilato proceſſu in cauſa Ioannæ Faleſiæ tutricis hæredum Pompei Ghelmi, Nouar. in rubr. de aſſiſt. collect. 1. n. 18. quam prius retuli in 1. p. noſtri Compendij, ver. Aſſiſtentia.

Aſſiſtentia concedi an debeat ſuper cenſibus debitis debitori, videbatur dicendum, non fore præſtandam, ex eo, quia ex diſpoſitione prag. 1. de aſſiſt. patet concedi debere ſuper rebus immobilibus, vt latius retuli in 3. par. verb. aſſiſtentia, & cenſus inter immobilis reputatur, probat Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 7. num. 142. Inſuper quia cenſus ex ſui natura non eſt res mobilis, nec immobilis, ſed eſt ius incorporeum, Duard. in tract. de cenſ. in procem. q. 10. nu. 6. vbi nu. 51. & ſeq. ſubdit, quod cenſus, & alia iura non ſunt verè bona immobilia, ſed tales annui cenſus cõſtituere videtur tertiam ſpeciem, probat Intrigl. de cenſ. q. 31. nu. 3. & q. 95. nu. 3. Ex aduerſo replicabatur, eſſe certum, quod cenſus regularitèr imponi debent ſuper rebus immobilibus, ex diſpoſitione Bullarum deſuper promulgatarum, & d. pragm. Boccat. de cenſib. par. 1. nu. 4. 27. & 67. Petr. Gregor. in eod. tract. quæſt. 5. per tot. Cenc. de cenſib. tom. 1. par. 1. cap. 3. num. 7. & q. 1. art. 1. no. 3. Molfeſ. in Conſuetud. Neapol. tit. de bonis, q. 12. num. 2. & in conſil. 11. nu. 12. & Intrigl. eod. tract. quæſt. 35. nu. 12. D. Reg. Hect. Capyc. Latro deciſ. 116. nu. 19. non poteſt conſiſtere ſine fundo, Duard. d. tract. tom. 2. §. 5. quæſt. 30. num. 2. & §. 6. quæſt. 15. nu. 15 & proindè cenſus dicitur ius reale, & tranſit cum re ad quemcunquè vadat, Duard. d. tract. in 1. tom. §. 3. q. 11. num. 2. & 3. & tom. 2. §. 1. quæſt. 1. nu. 13. & deciſ. 54. nu. 3. Cenc. d. tract. d. p. 1. cap. 2. q. 3. art. 1. & tale ius cenſus eſt inhærens, & affixum rei cenſui ſubiugatæ, proptereà extincta re, extinguitur cenſus, idẽ Duard. tom. 2. §. 5. quæſt. 2. ſub nu. 4. Nec mirum ſi cenſus inter immobilia connumeretur, Duard. dec. 459. à nu. 12. ad 21. poſt tract. de cenſ. tom. 2. Intrigliol. eod. tract. quæſt. 31. num. 1. & 2. quæſt. 81. num. 3. & dict. quæſt. 95. num. 4. Duard. d. quæſt. 10. Bocc. d. tract. par. 3. num. 60. & cenſus annui ſequuntur naturam immobilium, Intrigl. d. quæſt. 31. nu. 7. & quæſt. 36. nu. 2. Idcircò in cauſa Thomæ Corteſij contra Io. Berardinum, Io. Dominicum Bactimellos, & Franciſcum Bactimellum hæredem q. Natalis Bactimelli. Matthæum Criſcolum, Michaelem Angelum, Lucam, & Dominicum Surrentinum, ac Miccum Liſtam cenſuarios ipſorũ de Bactimellis, fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, v3. Per S.C. fuit præſtita aſſiſtentia ſuper cenſibus per eos debitos, referẽte Reg. Conſ. Ambroſio de S. Iacobo Villalobos die 16. Maij 1611. penès Burrellum Mag. Actor.

Aſſiſtentia petita ſuper feudo obligato tam pro capitale, quam pro tertijs decurſis, an concedi debeat etiam pro intereſſe dependente ex tertijs decurſis cum authore laudato, vt euenit in facto, cum fuiſſet petita aſſiſtentia per Ill. Ferdinandũ Carafam Marchionem S. Lucidi pro ſumma ducatorum 5800. hoc eſt pro capitala duc. 4100. & pro alijs ducat. 1700. deſcendentibus ex tertijs decurſis olim cum Philippo Galerato eius authore, & creditore, vndè videbatur dumtaxat pro dicto capitale concedendam, non autem pro intereſſe, ex ijs, quæ deduxi ſuprà in 2. par. noſtri Cõpendij, verbo aſſiſtentia præſtita, & tanto magis pro intereſſe dependente ex dictis tertijs, cum hoc intereſſe alterius intereſſe ſit penitus improbatum in hoc Regno, Reg. Rouit. in pragm. 3. de ceſſ. bon. nu. 22. & quarè non debeatur, rationam aſſignat Conſil. Theodor. in alleg. 40. nu. 51. non ab re ſi tale intereſſe alterius intereſſe regolariter non debeatur, Camill. de Medic. conſ. 86. nu. 14. Paol. Staib. conſ. 48. no. 3. cum alijs per me relatis in 3. par. ver. intereſſe, ad quod loquit Reg. Rouit. deciſ. 9. num. 9. quod intereſſe alterius intereſſe, & vſuræ vſurarum non debeatur, & ſic deciſum in Conſil. Neap. tradit Hieron. de Leo deciſ. Valent. 13. nu. 6. & in alijs Senatibus. Ex aduerſo replicari potuiſſet, quod cum regularitèr ſententia aſſiſtentiæ tam pro capitale, quam pro intereſſe decurſo præſtetur, ex Præſid. de Franch. deciſ.

Digitized by Google

deciſ.254.& 43. Reg. Rouit. dec. 43 aſſequitur nouiſſimè Barbat. ſuper pragm. de aſſiſtent. gloſ. 1. nu. 124. & ſeq. ità pariter pro intereſſe intereſſe, ex eo, quia annui introitus principaliter debentur, & non acceſſoriè, Præſ. de Franch. deciſ. 254. num. 9. Griuell. dec. Dolent 103. num. 10. D. Reg. Hect. Capyc. Latro dec. 61. num. 8. Ad quod prædictus Camill. de Medic. conſ. 86. num. 15. & cóſ. 155. num. 2. dixit, quod intereſſe tertiarũ debetur, quia tertiæ principaliter debentur, non acceſſoriè, quocirca intereſſe, & pœna acceſſoriè debentur, idem d. conſ. 86. num. 13. & 14. Reg. Galeot. contron. 41. n. 34. tom. 1. & oĩ minim ſi intereſſe annuorum introitũ debeatur, Præſ. de Franch. d. deciſ. 254. n. 12. 13. & 15. Conſil. Theod. d. alleg. 40. num. 46. Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 199. n. 1. 2. 5. & 10. in vltima impreſſione, Reg. Rouit. dec. 9. num. 24. & conſequenter tale intereſſe intereſſe, ſcilicet tertiarum dari ſolet per S.C. Reg. Lanar. conſ. 79. num. 6. Conſil. Theod. d. alleg. 40. num. 49. vbi rationes aſſignat, & deciſionẽ adduxit n. 50. Quocirca in cauſa prædicta die 3. Octobris 1574. ad relationem D. Ioannis Andreæ de Curte Reg. Conſil. Proprædidis S.C. fuit prolata ſententia aſſiſtentiæ pro tota ſumma ducatorum 5800. ſaluo iure offerendi dicto Io. Franciſco, & alijs iuribus vtriuſque partis, &c. Et eo amplius, quia alias per idem S.C. dictus Marcello fuit declaratus creditor in pecunia pro dictis ducatis 4100. vt percepi ex votis manuſcriptis Regij tunc Conſiliarij Ferdinandi Quadra.

Aſſiſtentia præſtari an debeat creditori ſuper bonis alienatis per debitorem poſt contractum debitũ, & per poſſeſſores prætenſum, alienationem factam fuiſſe per debitorem, approbatam per creditorem per receptionem certæ ſummæ ei ſolutæ per emptorem, cum fuiſſent dati in ſolutum D. Pompeo Caraſa, viro Beatricis Venere annui duc. 630. per D. Victoriam d'Alemagna; & Camillum Venere, præfatus creditor petijt eódem nati dotantes ad ſoluendum capitale cum tertijs reſciſſo contractu ex defectu annatarum non ſolutarum, & inter cætera ſuper certo territorio vendito poſt contractum matrimonium ab ipſis dotantibus Franciſco de Turri, qui replicauerat, non potuiſſe præſtari talem aſſiſtentiam de iure, ex quo per approbationem contractus alienationis factæ per dictum creditorem videbatur fuiſſe remiſſam eius hypotecam, ad tex. in l. 1. C. de remiſſ. pign. & l. ſi conſentit, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu. late Negoſant. in tract. de pignor. par. 6. membr. 3. num. 12. cum ſeq. & ſi creditor conſentiens quolibet modo alienari pignus per debitorem, pignus liberatur, niſi ſalua cauſa pignoris conſentiret, Camill. de Medic. conſ. 138. nu. 1. vbi refert ità iudicatum per S.C. in eo caſu, & hoc in facto oſtendebatur ex quadam epiſtola ſcripta ab ipſis dotantibus, vt ſoluerentur ducati centum eidem D. Pompeo ex pecunia ſoluenda à Franciſco Turri eius fratri ex pretio Terræ empturæ, aut ex alijs exactis, in cuius dorſo apparebat receptio eiuſdem D. Pompei in computum tertiarum ei debitarum, producebatur etiam remiſſio ducatorum 375. ſolutorum D. Cæſari de Alemagna, Epiſcopo Cauenſi à dicto Franciſco per medium Banci S. Iacobi pro complemento pretij dictæ Terræ emptæ per ipſum Franciſcum à dictis dotantibus, quos ſoluit Epiſcopus eidem D. Pompeo nomine dotantium. Sed ijs replicabat D. Pompeus, nullatenus militare poſſe, poſtquam prima partita ducatorum centum non ſoluta fuit ſimpliciter pro pretio Terræ venditæ, nec ordo factus à D. Victoria pro ſolutione ducatorum centum dirigebatur Franciſco emptori, ſed Clerico D. Camillo Turri, aſſerendo, quod aut ſolui fecerat à Franciſco ex pretio Terræ, quam vult emere, taliter quod tunc venditio facta non erat, nec aſſerebatur, quænam Terra vendi debuerat, & cuius capacitatis, vel vt ſolueret ex pecunia, quæ in ſui poſſe reperiebatur, vel ipſius D. Victoriæ, & quando D. Pompeus receperat dictas ſummas, neſciebat, nec ſcire potuiſſet, cuius erat pecunia, quæ ſoluebatur, quam receperat vti pecuniam ſuæ debitricis, & in ijs terminis quando recipiens pecuniam poteſt veriſimiliter habere aliam intentionem, quam approbationis contractus venditionis, vel poteſt alia cauſa ſubeſſe, quam approbationis, tunc non inducatur approbatio contractus venditionis, vt fundat diffuſè Boer. dec. 100. nu. 16. quod idem procedere videtur in alia partita ſoluta ab Epiſcopo nomine ipſius D. Victoriæ debitricis ipſius D. Pompei, cum Epiſcopus ſit diuerſa perſona, & ſolueret de propria pecunia, imò caſu, quo præfatus D. Pompeus exigiſſet expreſsè pecuniam peruentam ex pretio dictæ Terræ, nec etiam remiſiſſet hypotecam, quia exigebat, vt minus perderet, quod aſſumptum probat Præſ. de Franch. dec. 200. num. 21. ante eum Vrſil. deciſ. 249. vbi tradit nonnullas declarationes, & limitationes illæ regulæ, quod per receptionẽ pretij approbatur contractus, ſubdens hoc procedere 1. quando venditio eſſet facta ab eadem perſona, quæ recipit pretium, & quando certum eſt, pecuniam eſſe emptoris ſoluentis, & quando non ſubeſſet alia cauſa, pro qua poſſet recipi pecunia, niſi pro pretio rei venditæ, & etiam quando recipiens pecuniam ſciret, venditionem eſſe factam, & quod non ſufficit ſimplex ſcire, ſed requiritur, quod recipienti legatur ſcriptura venditionis, quæ omnia iuris fundamentis probare nititur, & in fortiori caſu refert ibi Camil. de Medic. in creditore conſentiente aſſignationi factæ alteri, ſaluis tamen eius iuribus, ex quo agebatur de actione ad recuperandam dotem, quæ eſt fauorabilis, concludit, in fauorem creditoris pronunciandum eſſe. Tandem ad relationem Iudicis M.C.V. Andreæ de Ianuario de mẽſe Februarij 1620. fuit per M.C.V. præſtita aſſiſtentia eidẽ D. Pompeo ſuper dicto territorio pro annatis decurſis liquidãdis, in qua liquidatione habeatur ratio de quantitatibus receptis per dictum D. Pompeum, ſolutis meliorationibus, ſalua prouiſione facienda reſpectu capitalis compilato proceſſu cum D. Victoria, & Camillo principalibus debitoribus, &c. A quo decreto fuit appellatum ad S.C. vbi pendet appellatio, penès de Martino.

Aſſiſtentia an poſſit concedi creditori ſuper bonis ſui debitoris exercendo eius iura, & quamuis alias per Nos fuiſſent relatæ deciſiones, hinc indè factæ, diuerſimodè erint tamen intelligendæ in eorum ſenſu, ne inuicem contrarientur, & vt tollatur occaſio malignandi ſocijs Zoli, quemadmodum quidam Doctor auſus eſt prætextu, quod nõ reperiret proceſſus deciſionũ aliquam more ſuo, & Nos, & alios mordere, ſed inanè:

propterea erit aduertendum, quod aliud eſt aſſiſtentiam petere ſuper nominibus debitorum debitoris, & procedit deciſio relata in 3 par. verb aſſiſtentia, vel adiudicatio, & in verbo creditor agere ead. par. 3. Aliud eſt aſſiſtentiam petere ſuper bonis debitorum debitoris, & tūc ſecus eſſet, vt deciſum refert Reg. Sanfelic. dec. 116. & abſq; dubio creditor cum ſit procurator ſui debitoris, agere non prohibetur, & experiri nomine ſui debitoris, ex l. ſi pignori, ff. fam. erciſc. cum alijs apud Reg. Rouit. deciſ. 29. num. 4. vbi num. 10. id declarat procedere quòad quædam, quæ reſpiciunt conſeruationem rei hypotecatæ, ſed quando exerceret iura ſui debitoris ex propria perſona fundando acta iudicij in perſonam propriam, non autem in perſonam ſui debitoris, ſecus eſſet, nam poterit facere omnia, & quæcunq; acta ſibi melius viſa, prout quilibet litigator, vbi rationem reddit, & ex pluribus fundat in iure, & ita fuit decitum per S. C. in cauſa Lucretiæ Paganæ cum hæredibus quond. Io. Camilli Tironi in Banca Scaccianenti, præſuppoſito, quod cū ipſe Io. Camillus maritaſſet Corneliā Chirico cū Thoma Borrello, & eā dotaſſet, & pro reſta dotis ſe obligaſſet in duc. bis centum, pro eis annuis ducatis 16. in die 17. Decēbris 1603. & per aliud inſtrumentum vendidiſſet alios ducatos annuos ſeptem pro capitale duc. 80. Iacobo de Martino ſub die vlt. Ianuarij 1640. diſſoluto matrimonio prædicto per mortem dictæ Corneliæ, ſuperſtite ipſa Lucretia Pagana filia, eiuſque hærede ex quo d. Io. Camillus erat creditor Franciſci Seneſcalchi, & Anelli de Sarno in annuis ducatis 18. pro capitale ducatorum 200. mediante inſtrumento celebrato die 9. Martij 1599. cum pactis reſciſſorijs, præfati Lucretia, & Iacobus exercendo iura dicti quond. Ioann. Camilli Tironi eorū debitoris contra d. Franciſcum, & Hieronymum eius hæredem, eorum debitores petierunt reſciſſo contractu prædicto pro capitale, & tertijs præſtari aſſiſtentiam ſuper bonis d. Franciſci Seneſcalchi, & compilato proceſſu per ſententiam eiuſdem S. C. fuit reſciſſus contractus, & præſtita aſſiſtentia ſuper bonis in iudicio deductis, ac proceſſum ad liquidationem tertiarum, quibus liquidatis in ducatis 341. fuit facta adiudicatio, & ità fuit nouiſſimè iudicatum per R. C. contra Fiſcum, vt retuli in calce vltimę partis tertiæ partis noſtri Compendij. Et propterea non obſtat deciſio in cauſa D. Remundettæ Palaganæ per Me relata in 2. par. noſtri Compendij verbo tertius poſſeſſor malè à detractore intellecta, quoniā ibi agebatur ad ipſius D. Ramundettæ inſtantiā vti creditricis eius viri pro dotibus, & antephato aduerſus hæredes debitoris ſui viri ſuper feudo titulato, & circumſcripto, quod ei erat facienda ceſſio ab hæredibus viri, iuxtà deciſionem Præſ. de Franch. 31. Et dato, quod tali ceſſione nō indigebat, non ob id ſimpliciter feudum obligatum per debitorem ſuo creditori poterat intelligi obligatum creditori creditoris, nam ſi obligatio fuiſſet facta de burgenſaticis, & feudalibus, certum eſt, quod creditor primo ſuper allodialibus ſatisfit, Anna in alleg. 30. num. 19. etenim creditoris arbitrium, cui fuerunt hypotecata bona libera, & feudalia, cenſetur regulatum iuxtà formā iuris, Coſta Sicul. conſ. 89 n. 15. hoc eſt in defectū burgenſaticorum, vel eſſent obligata bona burgenſatica, & careret aſſenſu, tunc ſi non poteſt ſatisfieri ſuper burgenſaticis, poterit cogere debitorem ad vendendum feudum Reg. Rouit. conſ. 77. num. 4. tom. 2. vel ſi eſſet feudum ſpecialiter obligatum, ſi careret aſſenſu, nulli dubium erit, quin ſuper eo nulla obligatio valeret, ex l. Imperialem, de proh. feud. alien. per Feder. Sin autem aſſenſus interuenerit, & eo caſu dum aſſenſus fuerit præſtitus ſuper obligatione feudi facta in beneficium alicuius, non extenderetur ad beneficium creditoris debitoris, quia aſſenſus cum ſit ſtricti iuris, non extenditur de perſona ad perſonam, Reg. Laoar. in conſ. 36. nu. 14. Reg. de Ponte dec. 8. num. 11. & de poteſt. Proreg. tit. de aſſen. Reg. ſuper dote, in princ. num. 42. Bilotta in ſuis concluſ. feud. concluſ. 100. num. 1. neq; de contractu ad contractum, vt tradit ibi Reg. de Ponte d. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dote, Reg. Lanar. conſ. 79. nu. 20.

Aſſiſtentia præſtita ſuper re ſtabili immobili in emphytheuſim poſſeſſa per debitorem, ſed ob caducitatem deuoluta ad dominum directum, an teneat, ex facto deſumitur, qualiter per ſententiam S. C. fuit deuoluta quædam maxaria cum meliorationibus ad beneficium Io. Franc. Surgente, quam in emphyteuſim tenebat Adrianus della Torre ob cenſus non ſolutos, & alienationem factam ipſo Domino inaudito, in qua dum reperiretur in poſſeſſione Camilla Pignatella mater ipſius Io. Franciſci, ſuper qua, & in certa domo fuerat petita aſſiſtentia per Iſabellam della Torre, filiam ipſius Adriani prætextu malæ adminiſtrationis bonorum maternorum, eo quia tēpore fallimenti Banci Pōtiſcobi fuerunt deperditæ, nam cum fuiſſent promiſſi ducati 1500. dotales, ſoluendi à Biſſolis, & Vecchietti, infra certum tempus eidem Adriano pro dote materna, poſt eius obitum præfatus Adrianus præuio ordine M. C. obtinuit, vt ſoluerent dicti ducati 1500. iuxtà pactum capitulorum, & indè iuſſum, vt facerent depoſitum in dicto Banco, vt in emptionem conuerterentur, & pariter ordinatum, vt liberarentur eidem Adriano ſub cautione faciendi emptionem omni tempore valituram iuxtà dictam formam capitulorum, & inter has moras ſuccedente fallimento, petijt Iſabella, condemnari Bancum, & poſtmodum relicto tali iudicio, petijt dictam aſſiſtentiam, quæ cum fuiſſet præſtita, fuit ex parte poſſeditricis de nullitate dictum, ex quo lata fuerat contra caſum legis, nā dato, & non conceſſo, quod Adrianus culpabiliter adminiſtraſſet patrimonium ſuę filiæ, tamen eo diſſoluto matrimonio non erat amplius dos, nec proindè dicta filia habebat hypothecam ſuper bonis patris, ſecus ſi fraudulenter, & doloſè geſſiſſet, ſed non præſumitur in bonis, in quibus pater habet vſumfructum, & legitimus eſt adminiſtrator, ex l. cum oporter. §. non autem, vbi Bart. & cæteri, C. de bon. quæ lib. Neguſ. de pignor. in 4. membr. 2. par. num. 14. & ſic ſententia ipſa nulla reſultauerat. & contra caſum legis. Et à fortiori dicebatur, Adrianum ad nihilum teneri, cum ipſe fecerat totum poſſe pro recuperatione dictorum ducatorum 1500 & obtinuit liberationem depoſiti, ſed ex conditionibus appoſitis in depoſito vinculato, ac vinculo fideiuſſionis, quæ non fuerat promiſſa præſtari in dictis capitulis, ideò non potuit diſbrigati, nam etiam conſtā-

te

te matrimonio non tenebatur adimplere, & recipere dotes cum hoc vinculo, ſed culpa deponentis. Nec proinde obſtabat inſtrumentũ dotale, nã præſumebatur ſuſpectũ de falſo, & ſimulatẽ factũ de anno 1609. poſt mortẽ vxoris Adriani, & eo caſu quãdo conſtaret de fraude, etiã conſtãte matrimonio confeſſio receptionis dotiũ non præiudicat creditoribus, Afflict. dec. 402. in fin. poſtquam d. Adrianus eo tempore erat decoctus, & falſitas arguebatur ex eo, quod in eius libello faſſus erat, quod dictæ dotes fuerunt deperditæ in dicto banco, & quod in anno 1609. confeſſus fuerat recepiſſe illas, & contrarium apparebat; quapropter licet non fuiſſet per conuentam de nullitate dictum, tamẽ ſufficiens erit quod vnus ex reis dixerit, ad tex. in l. ſi. C. ſi vnus ex plur. quibus omnibus circumſcriptis non aliter potuerat talis inſtantia proferri, ex quo actrix carebat actione ſuper dicta Maxaria deuoluta directo Domino cum meliorationibus, nam ex pactis emphyteuticis, & hypoteca, quam habebat directus Dominus ſuper meliorationibus anterior erat ipſi actrici ex contractu celebrato in anno 1557. poſt quem longè ipſe Adrianus contraxerat matrimonium, ſicq; reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, l. lex vectigali, ff. de pign. Facta relatione in S. C. per Reg. tunc Conſil. Andream de Ianuario die 10. Decembris 1628. fuit deciſum, quod abſoluatur conuenta, in banca de Simeone.

Aſſiſtentia præſtari an debeat ſuper feudo obligato ad inſtantiam filiæ creditricis pro dotibus maternis accedẽte Regio aſſenſu conceſſo creditori pro ſe, & ſuis filijs, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, ſi talis filia, quamuis fuiſſet legitima, & naturalis ex corpore deſcendens, adhuc erat incapax, quia erat monaca profeſſa, de quo incidit altercatio in R. C. S. in cauſa ſororis Largiæ Deſtriſis, quæ petierat aſſiſtentiam ſuper feudo Colopatrij contra Fiſcum, & ei obijciebatur, quia erat monaca profeſſa, & ſucceſſiuè incapax feudi, quoniam de iure diſpoſitum eſt, quod Monaci, & cęteri Regulares repellũtur à ſucceſſione feudorum, probat Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in 4. effectu, nu. 17. poſt Federic. Schenc. de milit. vaſal. qui arm. bel. dep. nu. 1. Petr. de Greg. de conceſſ. feud. p. 4. q. 7. n. 64. nouiſſimè Camill. Larat. in theatro feud. par. 12. dilucid. 73. num. 2. & conſequenter Monaſterium, maximè ſi eſſet incapax, Zaſ. de feud. tit. qui feud. dat. poſſ. nu 64. ſecus ſi eſſet capax, oſtendit Cumia de ſucceſſ. feud. verſ. mortis, n. 14. Nihilominus per eandem Reg. Camer. in anno 1574. reſpectu hypothecæ fuit præſtita aſſiſtentia ad finem vendendi, cuius exemplum eſt præſentatum in S.C. in banca de Martino in proceſſu Stephani d'Oria cum Paulo, & Petro Mariſgalli fol. 129. & 133. ex quo non vt ſucceditrix egetat, ſed vti creditrix, vnde creditor vaſalli habet immiſſionem in commoditatibus ſui debitoris, non in ipſum feudũ, etiam ex ſecundo decreto, Larata d. Theatro feud. part. 10. dilucid. 65. num. 1. & quatenus haberet feudum obligatum mediante aſſenſu, eo caſu creditor defuncti in præiudicium filij in feudo hereditario mictitur in poſſeſſionem feudi ex primo decreto, ad hoc vt ex fructibus, & commoditate ſatisfiat, refert Reg. de Ponte conſil. 34. nu. 8. & 9 vbi nu. 10. inquit, ità iudicatum fuiſſe, qui in lect. 14. feud. nu. 43. inquit, quod creditores feudatarij actionem habent ſuper fructibus feudi, ſicque durante vita feudatarij immictentur in poſſeſſionẽ feudi, Bambac. in cap. in generali nu. 91. & 93. ſi de feud. defunct. mil.

Aſſiſtentia vna cum reſciſſione contractus contenti in inſtrumento celebrato inter debitorem, & creditorem ſuper annuis introitibus, ſingulis annis ſolui promiſſis pro certo capitale, concedi an debeat contra tertium poſſeſſorem, ſi contrauentum ſit in ſolutione annuorum introituum per certos annos, non exiſtente pacto reſciſſorio expreſſo in inſtrumẽto, videtur cõcedi nõ poſſe ex vulgato illo dicto, cum non cantat inſtrumentum, nec ego cantabo, Afll. in dec. 403. n. 5. Ex aduerſo dicebatur, pactũ iſtud reſciſſorium in Regno iſto Neapolitano in contractibus ſemper apponi, vt probaui in voto 60. nu. 16. vndè ſuccedit regula illa, quod quemadmodum clauſula ſolita apponi, cẽſeri debet ſemper appoſita, Bertazol. in tract. de clauſulis, clauſ. 4. gloſ. 34. ita pactum tale ſolitum apponi per Notarios, ſi fuerit omiſſum, cenſeri debet appoſitum, vt probaui tam in 2. quam in 3. part. noſtri Compendij verbo pactum reſciſſorium, & per alias rationes ibi adductas retuli per S.C. fuiſſe pluries deciſum contra reſciſſionem contractus, & pariter fuiſſe præſtitam aſſiſtentiam pro capitale, & tertijs decurſis, verum quia vltra rationes ibi adductas in occurrenti caſu vertente annis elapſis in M. C. V. ad inſtantiam Portiæ Turturæ cum illis de Angelella de S. Marcellino hæredibus debitoribus, ac N. de Roſa tertio poſſeſſore, ex quo ipſa Portia creditrix conſequĩ debebat aliquas annatas decurſas, & pętendebat, reſciſſo inde contractu, aſſiſtentiã ſibi præſtari in forma reſciſſo contractu ſuper re hypothecata, cum fuiſſet obiectum, non extare pactum reſciſſorium, nec proinde reſcindi potuiſſe contractum, neq; aſſiſtentiam præſtari, pro tuitione iurium ipſius creditricis eius Aduocatus allegabat tex. in l. ędiles la 2. §. non tamen autem, ff. de ædil. edict. cuius verba ſunt, non tantum autem ob morbum, vitiumvè redhibitio locum habebit in iumentis, verum etiam ſi contra dictum, promiſſumvè ſit, erit locus redhibitioni, exemplo mancipiorum, & licet dictum à promiſſo diſcernatur, vt inquit I. C. in l. ſciendum, §. dictum, ff. de ædil. edict. quoniam, vt ipſe inquit, dictum accipimus, quod verbotenus pronunciatum eſt, nudoq; ſermone finitur, hoc eſt ſine interrogatione, vt ibi gloſ. eod. verbo notat, promiſſum autem poteſt referri ad nudam promiſsionem, ſiue pollicitationẽ, vel ad ſponſionẽ, ideſt, ſubdit ibi gloſ. promiſſionem, ideſt pactum, quod vtroq; conſentiente fit, & ibi ad ſponſionem, ideſt ad ſtipulationem, quæ omnia conueniunt huic cõtractui, ſicuti in hac actione redhibitoria concurrunt, tam dictum, quam promiſſum, d. l. ſciendum, §. ſi. ibi, ſut ſi dictum, promiſſumvè quid eſt ex eo, ex quo dictum, promiſſumvè quid eſt, vbi gloſ. verb. promiſſumvè notat in fine, quando ſtipulatio interuenit, vt dictum, promiſſumvè pro eodem ponatur, & ad ſtipulationem refertur, quo fit, vt cum redhibitioni locus erit, redhibere nil aliud ſit, quàm facere, vt rurſus habeat venditor quod habuerit, & quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio, l. redhibere, ff. de ædil. edict. notat Caballin. de ædil. action. c. 2.

nu.1. & redhibitio omnia in priſtinum ſtatum reponit, nam ſimilis eſt reſtitutioni in integrum, Cepoll. in l. facta, ff. de ædil. edict. num. 1. & 2. Sic etiam erit attendendum in promittente ſoluere debitum in tribus vicibus, quod ſi defecerit in prima vice, totum debitum peti poſſit, ex multis probaui in voto 60. num. 9. & ſeq. Ita pariter concludendum erit in debito annuorum introituum ſimpliciter promiſſo in inſtrumento, nam ob deficientiam ſolutionis poterit capitale conſequi reſciſſo contractu ratione periurij, vt ex Reg. Ronit. Marzat. Baiz. & Valaſc. probat Cõſiliar. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 2. cap. 9. ſub num. 10. verſ. nihilominus, tanto magis exiſtente pacto expreſſo adiecto. Quocirca in cauſa prædicta ad relationem D. Franciſci de Cithara Iudicis M.C.V. fuit per eam deciſum, vt cõdemnentur hæredes debitoris ad ſolutionem capitalis, & intereſſe, reſciſſo contractu, & proinde aſſiſtentia præſtetur in forma. In Banca Pulloni.

Aſſiſtentia præſtita ſuper corpore in genere obligato, prætermiſſo corpore ſpeciali obligato, an ſubſiſtet, dato quod in inſtrumento non adeſſet clauſula, ità quod generalitas ſpecialitati non præiudicet, vel è contra, quæ ex generali ſtilo, ac conſuetudine Notariorum Neap. ſolita eſt apponi, contingit in facto iam occurſo, dum ad inſtantiam Iulij Rummi fuiſſet petita aſſiſtentia in M.C.V. ſuper quadam domo poſſeſſa per Io. Berardinum Lombardum, quæ fuerat in bonis, & de bonis q. Io. Berardini Gargani debitoris eiuſdem creditoris pro concurrenti ſumma duc. 100. vna cũ tertijs decurſis, & indè cõpilato proceſſu præſtita aſſiſtentia in forma pro dicta sũma ad relationẽ Iudicis Camilli Latiæ à quo decreto cũ fuiſſet de nullitate dictum per dictum Lombardũ tertium poſſeſſorum, & illis propoſitis numero quinque concernentibus iuſtitiam, quæ minimè obſtare poterant, vndè per eandem M.C. fuit dictum, non obſtare, de quo decreto fuit obtentum verbum fieri in S.C. & facta inde relatione in eo per eundem de anno 1633. & auditis pluries partibus, demum fuit per idem S.C. deciſum die 13. Octobr. eiuſdem anni, primam, ſecundam, tertiã, quartam, & quintam nullitatem non obſtare, verum reſpectu ſecundæ nullitatis tantum dictus Ioan. Berardinus procuraret expeditionem cauſæ circa bona in ſolutum data eidem Iulio infra mẽſes duos, alias ipſo termino elapſo M.C.V. ſuum exequatur decretum, ad relationem eiuſdem Iudicis in aula Conſil. Sanfelicij, à quo decreto cũ iterum pro parte eiuſdem Lombardi eſſet reclamatũ, & obtentum iterum verbũ fieri loco reclamationis, facto deniq; verbo per eundem Iudicẽ in prædicta aula, fuit dictum, declaratum eſt per idem S.C. bene fuiſſe prouiſum ſub die 13. Octobris 1633. Verum de alijs nullitatibus habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, & hoc ſub die 17. Nouembris, ex quo præfatos Berardinus alias nullitates propoſuit, inter quas aſſeruit, quod in inſtrumento crediti ipſius Iulij aderat obligatio ſpecialis ſuper certa re, hoc eſt ſuper certo fundo ſito in Podio Regali, & non aderat clauſula, dũmodo generalitas ſpecialitati non deroget, &c. meritò ſubſiſtere nõ poterat aſſiſtẽtia ſuper dicto corpore, ſub generalitate comprehenſo, & hoc videbatur iuri congruum, tum quia ipſe creditor ſpecialem habebat hypothecam certæ rei, ſuper qua poterat ſatisfieri, & ſuper ipſa prius experiri debuerat, ad tex. in l. 2. C. de pignor. vbi Doct. latiſſimè Statil. Pacif. de Saluiano interd. inſpect. 3. cap. 2. n. 69. Galter. in praxi Inſtrum. 3. par. rub 5. ſub nu. 5. Minſyng. centur. 6. obſeru. 70. num. 18. tum quoque ex defectu clauſulæ allegatæ, in inſtrumento non expreſſæ, cuius vigore id facere poterat, vt probat ibi Statil. Pacif. num. 88. iuxtà deciſa per S.C. apud Franch. deciſ. 5. Galter. vbi ſup. Sed replicabatur ex parte ipſius Iulij, hanc clauſulam eſſe de ſtilo Notariorum huius Regni, & potiſſimum huius Ciuitatis apponi in inſtrumentis, vt notum eſt omnibus in foro verſantibus, & cum illa ſit ſolita apponi, ſuccedit regula vulgata, quod clauſula ſolita apponi in inſtrumẽto, cenſeri debeat appoſita, Affl. dec. 265. n. 83. Manica de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 8. nu. 11. Ex quo Notarius præſumitur rogatus de clauſulis, quæ in ſimilibus contractibus adhiberi ſolent, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 43. num. 5. Bertazol. de clauſul. clauſ. 4. glo. 23. non enim imperitia Notariorum nocere debet contrahentibus, vt inquit Apoſtilla ad Affl. ibidem allegans Alex. conſil. 107. vol. 2. Andr. in Conſtit. Quiſquis, vltra alia ibi notata per Affl. & certum erat, quod inſtrumentum fuerat Neap. ſtipulatũ. Quapropter iterum facta relatione in S.C. per eundem Iudicem die 17. Nouembris 1633. fuit confirmatum decretum, vt ſuprà relatum, vt de nullitatibus habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, &c. In Banca Lucinæ ſub patrocinio Franciſci Rummi V.I.D.

Aſſiſtentia an poſſit obtineri ſuper bonis debitoris ſui debitoris, concluditur negatiuè ex rationibus adductis per D. Reg. Sanfelic. dec. 116.

Aſſiſtentia petita contra tertios poſſeſſores concedi an debeat non facta excuſſione principalis, refertur deciſio infrà in ver. Creditor.

Aſſiſtentia concedi an debeat contra tertios poſſeſſores vigore copiæ inſtrumenti non [illegible] redacti in formam publicam, ſeruata forma Conſtit. Regni: Inſtrumentorum robur, prout in contingentia facti euenit, dum fuiſſet per conuentos iure aſſiſtendi oppoſitum, non ſufficere ſolam ſcripturam copiæ, ſeù fidẽ inſtrumenti, ſed opus eſſe, vt inſtrumentum in formam publicam redigeretur, iuxtà d. Conſtit. hunc articulum nouiſſimè attingit Horat. Barbat. ſuper pragm. de aſſiſtentia glo. 4. nu. 8. & 9. in nouiſſima impreſſione, ipſumq; pro, & contra examinando, demũ concludit, ſufficere talem ſcripturam inſtrumenti, licet non redacti in formam publicam, iuxtà Conſtitut. Quocirca dum in anno 1576. Ouidius Cece, Octauius de Luis ſpatio Mazzucco, & Iulius Stuppaccio in ſolidum vendiderint pro capitale duc. 150. Cæſari Minutillo annuos ducatos quindecim, indè Bartholomæus Spinoſa V.I.D. vti ceſſionarius Caroli, & Vincentij Vallone hæredum dicti Cæſaris in anno 1626. petijt reſciſſionem dicti contractus, & præſtari aſſiſtẽtiã ſuper certis bonis, ex parte Petri Iacobi Stuppacci filij, & hæredis Iulij in ſolidum obligati, oppoſitum fuit, qualiter nulla haberi debuerat ratio inſtrumenti præſentati, nec fidem facere, ex quo inſtrumentum non erat ſeruata forma Conſtitution. Regni productum, eo maximè, quia ſtipulatum fuerat extrà Ciuitatem Neapol. cum debuerat ſubſcribi à Notario, Iudice, & teſtibus,

ſtibus,

Digitized by Google

ſtibus, nihilominus per Sac.Conſil.ad relatio- nem Regij tunc Conſiliarij Marcelli Marciani die 9. Maij 1629. fuit dictum, quod conuentus ſoluat tertias, alias prouidebitur ſuper petitis, à quo decreto cum fuiſſet dictum de nullitate, eo quia non fecerat depoſitum, ſeruata forma Regiæ pragmaticæ, per aliud decretum eiuſdem S.C. interpoſitum die 10. Maij 1632. fuit dictum, quod facto depoſito recipiãtur nullitates, indè ſub die 11. Ianuarij 1634. per idem S.C. fuit aliud decretum interpoſitum, quod ſoluat tertias, & tandem ad relationẽ eiuſdem Regij Cõſiliarij ſub die 13. Februarij 1634. fuit prolata ſententia, per quã reſciſſo contractu fuerunt condemnati hæredes debitoris ad dictum capitale, & intereſſe; & præſtita aſſiſtentia in forma ſuper bonis in iudicio deductis, vt ex actis in proceſſu Bartholomei Spinoſa V.I.D. cum Petro Iacobo Stoppaccio, Blaſio de Liſe, & alijs in banca Berardi Speræ Magiſtr. Act. idemq; articulus fuit deciſus in fauorem Abb. Horatij Saſſi contra Octauium Iordanum ad relationem Regij Conſiliarij Franciſci Antonii Muſcepulæ in banca Solarij, dum prætendebatur, de inſtrumento præſentato non debere haberi rationem, eo quia vltra dietam fuerat celebratum, nec aliter productum ſeruata forma Conſt. Regni Inſtrumentorum robur, & eo non obſtante fuit prolata ſententia aſſiſtentiæ in fauorem ipſius Abb. Horatii ſub patrocinio Berardini Saſſi V.I.D. qui ad hoc allegauerat deciſionem D. Præſidis de Franch. 77. in fine.

Aſſiſtentia præſtita ſuper parte feudi an executioni demandari debeat, ſtante oppoſitione indiuiduitatis feudi, de quo ſpectabat cognitio ad R.C.S. ex quo ex actis apparebat, feudum Caſæ Candidellæ ſemper fuiſſe diuiſum, non fuit aliter impedita executio, licet cauſa indiuiduitatis remiſſa ad R.C.S teſtatur D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.controu.tom.2.controu.4.n.49.

Aſſiſtentia obtenta à creditore ſuper feudo an impediri debeat prætextu qualitatis feudi oppoſitæ, nam dum eſſet obtenta aſſiſtentia ſuper feudo Caſę Cãdidellæ poſſeſſo per Dom. de Valignano, & fuiſſet ex parte Troili Valignani poſſeſſoris oppoſitum, feudum eſſe francum, & ideo nullum ius competere creditori, qui non habebat primogenitum obligatum, fuit decretum per S.C. die 7. Iunij 1615. quod procedatur ad ea, quę incũbunt pro executione decretorũ S.C. articulus vero denuo propoſitus per Troilum prætenſæ indiuiduatis feudi, remittatur ad R.C. verum ex hoc non impediatur executio prædicta, Sarrus Act. mag. ità D.Reg.Fab.Capyc.Galeot. controu. iur.tom.1.controu.24.n.26.

Aſsiſtentia peti an poſſit contra curatorem hæreditatis iacentis ſuper bonis obligatis per principalem debitorẽ, hoc cõtingit dubitari in M.C.V. dum Aurelia de Priſco petijſſet, condemnari curatorem hæreditatis iacentis quond. Hectoris Biſulchi ad ſoluendum ducatos 400. pro dote, & tertiam partem antephati, & præſtari pro ijs aſſiſtentiam ſuper certo territorio, quod poſſidebatur per Didacum Coda tertium poſſeſſorem, & videbatur, non aliter præſtari potuiſſe, ex quo hæreditas iacens non verè, ſed abuſiuè vicẽ perſonæ ſubſtinet, ex Bart. in l. vſusfruct. ff. de ſtipul. ſeru. cum alijs adductis per Palmam in ſuo diuerſ. iuris Regni, ſeù manis praxi par. 1. gloſ. 8. num. 1. vbi plura, & potiſsimum num 4. ex Angel. ibi relato inquit, quod fatui ſunt, qui faciunt proceſſum contra hæreditatem iacentem, quia funditus eſt nullus, cum hæreditas litigare non poſſit. Verùm quia remedium conſtitutum eſt, vt vt de curatore prouideatur tali hæreditati iacenti, cum quo iudicium procedit, ex Bald. in l. fin. C. ſi pend. appell. probat ibi Palma num. 5. vbi eius requiſita poſuit, & is ſolet conſtitui, vel ex officio, vel ad petitionẽ creditorũ, probat Ant. de Virgilio in tract. de legitim. perſon. in iudic. cõpar. cap. 11. num. 1. Et quia talis curator hæreditatis iacentis æquiparatur procuratori, & ea tãtum poteſt, quæ ſunt ei mandata, vt ſubdit ibi Ant. de Virgil. num. 8. ideo legitima reputabitur perſona, cum qua iudicium ſubſtineri poſſit, ſicq; facta relatione in M.C.V. die 14 Martij 1636. per Io. Baptiſtam Muſcepulam Iudicem illius, fuit condemnatus Didacus tertius poſſeſſor in contumaciam, & Petrus Antonius Guarinus curator dictæ hæreditatis ad ſoluendum ducatos 400. dotis, & ad alios ducatos 133. pro antephato, & reſciſſo contractu fuit præſtita aſſiſtentia in Banca Mareſchæ.

Aſſiſtẽtia cõcedi an debeat mulieri pro eius dotibus, & antephato ſuper feudo obligato etiam vigore gratiæ conceſſæ mulieribus Neapolitanis, non obſtante donatione facta contemplatione matrimonij viro pro ſe, filijs, & hæredibus naſcituris ex eo, dum prætenderetur per conuentum in eo ſuccedere vti filiũ, non vti hæredẽ, attentis verbis prædictis, fuit deciſum die 14. Feb. 1618. contra Marchionem Latertiæ, qui fuit condemnatus ad ſoluendum D. Violantæ de Capua quantitates petitas iuxtà liquidationem faciendam per S.C. & pro eiſdem quantitatibus fuit præſtita aſsiſtentia ſuper bonis in iudicio deductis, iunctis aulis in banca de Viuo pro Felice, vt tradit D.Reg.Capyc.Latro conſul.30.n.44. cætera vide infra in verb. filij.

Aſsiſtentia in forma præſtari an debeat ſorori pro eius dote promiſsa ab vno ex eius fratribus ſuper bonis communibus, mediante inſtrumento capitulorum, ſi poſtmodum factis computis inter ipſos fratres, tranſactione ſubſequuta, alter frater confeſſus eſſet, creditum ſororis ſteiſſe riſico fratris promittentis, ſicuti in facto euenit dum Sanctolus Iordanus promiſiſſet Io. Dominico de Ebulo pro dotibus ſuæ ſororis ducatos 300. Vincentię, tam proprio nomine, quam communi, & indiuiſo, pręuio inſtrumento capitulorum, cum conſtituto, & pręcario in forma, poſtmodum ſubſequuta tranſactione inter dictum Sanctolum, & Innocentium Iordano fratres, præfatus Innocẽtius factis computis aſſeruit, debitum dictorum ducatorum 300. ipſius Vincentię eſſe riſico Sanctoli, & facto caſu petitionis aſsiſtentiæ per ipsũ Ioannem Dominicum ſuper bonis communibus, inſtitutoq; iudicio etiam aduerſus hæredes ipſius Innocentij, obiiciebatur per eos exceptio confeſsionis prædictæ inter ipſos fratres conceptæ, ex qua reſultauerat, non poſſe procedi ad præſtationem aſsiſtentiæ, dum riſico alterius fratris promittentis conuentum fuerat ſpectare periculum, quod cedere debebat fratri dotanti ex clauſula ſolita relata per Coſtam in tract. clauſul. clauſ. 137. Inſuper quia bona, & pars alterius fratris non obligantur per contractum alterius

fratris

Digitized by Google

fratris, ad tex. in l. creditor, §. final. ff. qui pot. in pign. ibi quam vltra partem frater non conſentiente ſocio non potuit obligare, quem expendit Barbat ſuper prag de aſſiſtent. gloſ. 12. num. 188. nullo enim modo poteſt frater fratrem obligare, Barz. dec. 48. num. 4. iuxtà regulam generalem, quod quis regulariter alium obligare non poteſt, Bertaz. de clauſ. in clauſ. 4. gloſ. 1. num. 1. & clauſ. 38 gloſ. 4. ſub num. 1. Quapropter ſuppoſita generali regula iuris, nempè quod frater teneatur ſororem dotare, nedum inſpecta diſpoſitione iuris communis, vt proſequitur Fontan. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 3. per totam, Viuius opin. 340. Graſſ. inter commun. opin. tit. de priuil. fiſci, num. 4. Ripol. var. reſol. cap. 9. num. 1. Theſaur. dec. 192. num. 7. Barz. dec. 130. num. 17. Pancirol. conſ. 22. num. 3. Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 278. num. 172. ſed & huius Regni, vt probat Afflict. in Conſt. Fratribus, ſub nu. 1. Pellic. in Conſuet. Auer. cap. 3. num. 409. & hoc caſu frater dotando ſororem vigore dict. Conſt. non dicitur verè dotãs, Maxil. in Conſ. Bar. tit. de iure dot. §. dos à patre, num. 38. quia videtur dotare de bonis ſororis, Gugl. de ludo ſing. 150. imò quando eſſet inops ſoror, & ipſe diues, vt proſequitur Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 4. quęſt. 16. num. 17. Anna ſing. 224. Afflict. dict. Conſtit. Fratribus, Fontan. ibidem num. 11. Ripoll. vbi ſuprà num. 4. Pellic. in dict. Conſuet. Auerſæ in prælud. num. 260. Ferrer. ad Conſt. hac noſtra 3. temp. declar. 6. num. 66. Quocircà dum frater adſtringitur principaliter dotare ſororem exiſtentibus bonis paternis, & maternis de omnibus illis, ad tex. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Coſta de ratione ratæ q. 62. Mantic. de tac. & amb. lib. 12. tit. 19. ſub num. 40. quatenus reſpectu bonorum paternorum generaliter de omnibus teneretur ſororem dotare, tam emphyteuticis, quam allodialibus, Affl. in Conſt. In aliquibus, num. 56. ac etiam de maternis pro rata ipſorum, vt ibidem deduxit Coſta, poterat tamen quoad ſe præiudicare, non tamen eius fratri, q nõ interuenerat in promiſſione dotis, nã fratris factum non nocet alteri fratri, ex congeſtis per Coſtam in tract. de port. ratæ quæſt. 120. num. 5. & eo amplius, quia in tranſactione inter eos habita ſe proteſtauerat aſſerendo, riſicum debiti dotalis ſuæ ſororis ſpectare ad fratrem dotantem, & ſic nõ ad ſe, eo impenſius, nam quãdo frater dotauit ſororem de iure communi, vel communi patrimonio, præſumitur partem ſuam donaſſe, ex Bald. & Salyc. firmat Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 13. num. 20. quod non poteſt intelligi reſpectu alterius fratris, ex quo donatio non cadit in re aliena, imò neq; etiam reſpectu dotantis, ſi dotaret de bonis communibus cum ſorore, quoniam in diuiſione poterit repetere, vt ex Bald. & Io. Fab. notat Pellic. in Conſuet. Auerſę in prælud. num. 265. Nihilominus licet onus dotandi de iure ſpectet ad patrem, d. l. fin. C. de dot. promiſſ. Mantic. eod. tract. lib. 12. tit. 59. num. 2. vbi num. 12. rationem aſſignat. Tamen eo defuncto, quia tale onus dotandi tranſit ad hæredes, vt infrà extendit Mantic. eod. tract. lib. 12. tit. 58. num. 9. & filius ad dotandum præcipuè vt patris hæres ſororem dotat, vt inquit Ripoll. vbi ſup. in princ. propterea hæres patris cogi poterit ad dotandum eius filiam à ſtatuto excluſã à ſucceſſione, vt ibi Mantic. num. 5. 7. & 9. probat prout eſt in Regno excluſa ex Cõſt. In aliquibus, itẽque in Ciuitate Neap. ex particulari conſuetudine, quod etiam in feudalibus firmat procedere Pet. de Greg. in tract. de dote, & paragio q. 32. num. 3. Adeo quod nedum ſi vnus frater exiſteret, compelleretur ſororem, aut ſorores dotare, Affl. dec. 371. num. 3. imò ſatisdare de maritanda ſorore, Vrſill. deciſ. 108. num. 11. ſed etiam ſi plures fuiſſent fratres, & hæredes, quoniam ab omnibus dotari conſentaneum erit pro portionibus hæreditarijs, vt ex Corn. probat ibi Mantic. num. 10. cum alijs apud Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 1. num. 48. Hinc ad propoſitum tradit Mantic. d. lib. 12. tit. 19. num. 42. dum quærit, ſi vnus ex duobus fratribus, qui bona poſſidet communia, dotem dederit filiæ ſuæ de bonis communibus, altero fratre ſciente, & non contradicente, animo donandi intelligitur conſentire, l. ſi ſeruus, ff. de donat. int. vir. & vxor. Multò fortius procedere poſſet in caſu, vt ſuprà expreſſo, dum vnus frater ſororem dotauerit, tam proprio nomine, & ſic pro ſua rata, quam etiam nomine communi ob bonorum communionem, accedente conſenſu alterius, & ſi non animo donandi, ſed dotandi vtiq; ſubſiſteret dotatio, quamuis inter eos poſtea ſubſequuta tranſactione, & factis computis ſe proteſtauerit, debitum dotale ſororis ſtare riſico alterius, quoniam ipſi credito dotali præiudicare non poterat ex generali regula, res inter alios acta, &c. Eo amplius attenta obligatione bonorũ cõmunium contracta per dictum fratrẽ promittentem dotem, cum ipſi in ſolidum ſunt obligati ad dotandum filiam teſtatoris, ex Affl dec. 332. n. 2. vbi Vrſill. n. 6. Cornazan. dec. 35. n. 6. Molfeſ. in Conſ Neap. p. 6. q 9. n. 10. quos ſequitur. Fontan. vbi ſup. Quo fit, vt licet pars alterius fratris non poſſit obligari, nec contrahatur hypoteca ſuper ea, vt probat Horat. Barbat. d. prag. de aſſiſt. gloſ. 12. n. 188. adhuc tamen n. 108. ſubdit dicendo, quod ſi res cõmunis fuerit hypotecata, & poſtea fiat diuiſio inter poſſidẽtes eã communiter, per diuiſionem illam nõ tollitur hypoteca contracta ante diuiſionem in qualibet ex partibus pro indiuiſo, hoc modo, videlicet, quod ſi fuerit facta diuiſio inter duos, non diceretur obligata ea ſola pars, quæ obtingit obliganti, ſed vtriuſq; pars pro indiuiſo pro parte dimidia, ex text. in l. ſi conſentit, §. fin. ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſol. & in l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. cum alijs adductis per D. de Franch. dec. 77. vbi ſic iudicatum aſſerit, & ſubdit ibidem Barb. quod eſt notandum, quia multoties euenit in iudicijs iuris aſſiſtendi, in quibus agitur contra tertios poſſeſſores, & præcipuè contra fratres, qui diuiſerunt bona communia cum alijs fratribus, qui contraxerunt, & bona communia obligauerunt, quod ſatis notandum eſſe cenſui pro reſolutione huius articuli petitionis iuris aſſiſtendi ſuper dictis bonis obligatis per vnum ex fratribus, vt dictum eſt pro dotanda ſorore. Quẽadmodum cum effectu fuit aſſiſtentia petita conceſſa ſuper dictis bonis obligatis per S. R. C. ad relationem D. Regij Conſiliarij Iacobi de Franchis Marchionis Tauiani de anno 1617. vt ex proceſſu in Bãca de Felice, & pro eo de Simeone.

Aſſiſtentia ſi ſit cõceſſa in fauorem creditricis ſuper bonis in iudicio deductis, licet impediri non poſſit eius exequutio iuxtà diſpoſitionem Regiæ

giæ pragmaticæ de aſſiſtent. vt proſequitur Muſcat. in eius praxi S.C. lib. 2. par. 1. glo. 1. n. 139. & ſeq. Io. Franc. Papar. in eius praxi iudic. tit. de aſſiſtent. nu. 13. Lancell. de attent. 2. par. limit. 28. Conſil. Philipp. Paſchal. olim meus fideliſſimus amicus in tract. de viribus patr. poteſt. par. 1. cap. 8. num. 144. & ſeq. Niſi forte fuerit oppoſitum de nullitate ex eiſdem actis, vt dicitur in d. pragm. & tradit ibi Muſcat. nu. 165. latius Barbar. ſuper pragm. de aſſiſtentia, glo. 1. nu. 56. idem Papar. vbi ſup. nu. 14. idem Conſil. Paſchal. vbi ſup. n. 147. & propterea cum Menechella Baſile tam vti filia quon. Aureliæ Mancino, quam vti hæres pro due. 42. medietatis dotium dictæ ſuæ matris declarata mediante decreto præambuli cum conſenſu ſui fratris Berardini, ad quem hæreditas dictæ Aureliæ eorum matris ſpectabat, obtinuiſſet aſſiſtentiam pro dicta ſumma, vna cum expenſis, & intereſſe, fuit dictum de nullitate ex parte Hectoris Iaculare. Primo, quia dictus Berardinus, qui ſucceſſerat in tota hæreditate ſuæ matris nõ potuit eius ſororem admitti facere ad hæreditatem ſuæ matris in præiudicium creditorum. Secũdo, quia quãdo fuit facta promiſſio obligationis euictionis Territorij venditi, & in actis deducti per dictum Berardinum in ſolidum cum Cæſare eius patre, tempore, quo fuit venditum dictum Territorium, ipſe Berardinus erat minor, & in poteſtate patris, & pretium illius peruenerat ad patrem, ità quod nequiuerat Menechella venire ad petendũ aſſiſtentiam in iudicio, vti ceſſionaria ſui fratris. Tertio data inualiditate dictæ promiſſionis, & obligationis euictionis dictus Berardinus vti hæres eius matris non potuerat cedere eidẽ ſorori dictam ſummam de dotibus maternis, dũ etiam hæres erat ſui patris debitoris, non confecto inuentario, vnde actiones videbantur confuſæ, ſed ijs obiectionibus, & in facto, & in iure replicabatur, vt infrà in verbo Frater, ob quod fuit per M.C.V. de Menſe Maij 1643. ad relationem Aloyſij Corcioni Iudicis M.C. interpoſitum ſequens decretum. Per M. C. V. fuit præſtita aſſiſtentia pro ſumma, & quantitate in actis deducta ſuper Territorio in actis deducto, ad finem vendendi, & in pretio audiantur omnes, etiam pro meliorationibus, &c. vt ex actis in Banca Corcioni Magiſt. Act.

f. 39 col. 1. Aſſenſus expediri an poſſit ſuper donatione feudi exiſtente clauſula, ex nunc, pro tunc, ſequuta morte ſine liberis, & in præambula hora mortis, deciſum fuit tàm per R.C. quam per S.C. in cauſa D. Magdalenæ Caracciolæ cum Regio Fiſco in anno 1562. quod debeat expediri audito Reg. Fiſco, potiſſimum per R.C. cum voto conſultiuo, & deindè fuit expeditus per Ducem de Alcala, ità refert D. Reg. Sanſelic. in nouiſſima addit. ad deciſ. 192. in quodam reſponſo ibidem inſerto, fol. 35. ſub nu. 22. verſ. primum, quod verè, edito per Horatium Theodorum, & Io. Camillum Gallum.

f. 39. col. 1. Aſſenſus præſtari an debeat alienationi feudi faciẽdæ per donatarium habentem hæredes in feudalibus, non tñ per donantẽ, qui in donatione reſeruauerat ſibi vſumfructum, ità quod dubitabatur de dominio feudi, penès quem ipſorum reſidere videbatur, & vt rectè agnoſcatur difficultas articuli competitur, fuiſſe expoſitam venalem Terrã Montisfuſcoli ad inſtantiam creditorum Marchionis Vici, & in licitatione fuiſſe emptam per D. Federicum Tomacellum pro perſona nominanda, & facta per eum nominatione in perſonam D. Antonij de Loffredo, qui conſtituit procuratorem eundem D. Federicum pro adminiſtratione dictæ Terræ, necnon cum Regio aſſenſu promiſit, obligans etiam bona, & in ſpecie dictum feudum, quod ſemper ad ſui inſtãtiam dictus D. Federicus illud venderet, vel alienaret quouis modo, vt conſuetum eſt in ſimilibus, ità ſeruari, indè dictus D. Federicus ob affectionẽ, quã erga fratrem, eiuſquè filios proſequebatur deliberauit dictum feudum eiſdem donare, ſicq; ad actum ipſum omnes deuenerunt .ſ. dictus D. Federicus, prædictus Antonius, & Io. Iacobus Tomacellus frater vnico cõtextu ad vnicam conuentionem, ac ſub vnica verborum ſtipulatione perfectam dictus Antonius ceſſit dictam Terram eidem D. Federico, qui illico eam donauit prædicto Iacobo, eiuſq; filijs per donationem inter viuos irreuocabilem, ex nunc, pro tunc ſequuta morte, & in præambula hora mortis, cũ pacto, quod poſſit diſponere ipſe donans vſq; ad ſummam duc. 40. mille, ſicq; factis iam dictis contractibus noluit dictus D. Federicus ad talem ceſſionẽ, atq; donationem deuenire, niſi prius eſſet certus, quod ſuper dicto contractu continente prædictos duos actus expediretur aſſenſus, nedum per verbũ, fiat, ſed ẽt in forma Cancellariæ, & facta expeditione dicti aſſenſus per tres menſes ante dictos contractus, indè præfatus D. Federicus inſimul cum D. Pompeo Tomacello primogenito eiuſdem D. Io. Iacobi petierunt præſtari aſſensũ ſuper alienatione dictæ Terræ per eos facienda, & aduerſus talem prætenſionem ſe oppoſuit Regius Fiſcus aſſerendo, illum non poſſe præſtari ex quo D. Federicus, in cuius perſonã reſidet dominium dictæ Terræ nõ habebat hæredẽ in feudalibus, & ſi ipſi Tomacelli præſupponebant, dominiũ dictæ Terræ non eſſe in poſſe dicti D. Federici, ſed fuiſſe translatum in perſonam D. Io. Iacobi donatarij, & hæredum ipſius, vigore dictæ donationis confirmatæ Regio aſſenſu, & proindè per D. Pompeum, qui abſquè dubio habebat ſucceſſores in feudo poſſe procedi ad alienationem dictæ Terræ, cum conſenſu eiuſdem D. Federici, & ſuper ea debere præſtari aſſenſum. Replicabat Fiſcus, dictam donationem non valere ex defectu Regij aſſenſus, qui non poterat per Proregem præſtari, dum aderat reſeruatio vſusfructus, & ſucceſſiuè dominium eſſe D. Federici, qui non habet ſucceſſorem in feudo, ex quo frater vterinus non comprehenditur in gratia. Nihilominus aduerſus Fiſci prætenſiones in iure fuerunt multa in allegationibus deſuper in fauorem ipſorum de Tomacellis deducta, quæ inſeruntur à D. Reg. Sanſelic. in vltimis additionibus ad deciſ. 192. fol. 37. & ſeq. vbi in fine inquit, aduerſus præællegata, quæ ſequuntur allegauit Fiſcus, quibus nõ obſtantibus fuit in Collaterali Conſilio deciſum, eſſe præſtandum aſſenſum, vt ibi legitur, fol. 49.

Aſſiſtẽtia inſimul adiudicato nomine debitoris, ac tertij poſſeſſoris, concedi an debeat, non obſtante prætenſa nullitate vltimi contractus oppoſita prætextu minoris ætatis, ac etiam exceptione l. procula, ff. de probat. ac inſuper exceptione præſcriptionis, ex facto liquebat, qualitèr in anno 1597. die 20. Iulij Melchior Morales vendidit

annuos

annnos ducatos 28. pro capitale duc. 318. Iſabellæ Morales ſuper omnibus eius bonis vigore inſtrumenti cum pactis executiuis, & reſciſſorijs in forma, conſtituto, & præcario, poſtea die 15. Auguſti ſequentis dictus Melchior cum eiſdem denarijs dictę Iſabellę emit à Proculo, & Aſcanio de Iudice eandem ſummam annuorum ducatorum 28. pro eodem capitale duc. 318 ſuper omnibus eorum bonis, & ſignanter cenſus fuit creatus ſuper quadam maxaria modiorum duodecim ſita in diſtrictu Ciuitatis Puteolanæ, vbi dicitur Montanea fructuaria diuerſis fructibus, & vitata, & quod dicta emptio fuiſſet facta cum propria pecunia ipſius Iſabellæ, confeſſus fuit Melchior in pacto de retrouendendo, qui die 20. Auguſti 1607. fecit dictum cenſum dicto Proculo, & Aſcanio. Hoc igitur rus, vbi cenſus fuit creatus die 9. Maij 1617. Aſcanius præfatus conceſſit in emphyteuſim Nicolao Andreæ Palomba ſub annuo canone duc. 19. redimibile pro ducatis 237. indè præfatus Nicolaus Andreas vendidit dictum rus inſimul cum alijs quinque modijs Ioſepho, & alijs de Lucignano mediante instrumento celebrato die 28. Octobris 1621. quibus illud poſſidentibus, inſtitit in M.C. Anna Paraſcandola hæres ipſius Iſabellæ pro adiudicatione nominis debitoris ſui debitoris, deſt adiudicatis nominibus Aſcanij, & Proculi debitorum dicti Melchioris, debitoris Iſabellæ, & ſucceſſiuè Annæ prædictæ actricis, præſtari aſſiſtentiam ſuper dicto rure modiorũ duodecim, quod fuit in bonis, & de bonis illorum dello Iudice, & ad præſens poſſidebatur per dictos de Lucignano, & inſtructo proceſſu auditis partibus cum matura diſcuſsione cauſæ fuerunt condemnati conuenti die 13. Maij 1641. ad capitale, & tertias liquidandas, pro quibus quantitatibus adiudicato prius nomine debitoris, pręſtita fuit aſsiſtentia in forma ſuper bonis deductis in rubrica, deductis tamen meliorationibus liquidandis, ab iſta ſententia appellauit Anna ad S.C. pro confirmatione illius, & cum inſtitiſſet pro executione ſententiæ M.C. quoad caput adiudicationis cum cautione in caſu retractionis, fuit interpoſitum decretum per Reg. Conſil. de Aquino, quod exequatur quoad caput adiudicationis, & fuit confirmatum per S.C. poſtmodum pars ad impediẽdum præſentauit nullitates, & S.C. non fuit viſũ diſcutere, ſed mandauit, vt illis non obſtantibus procederetur in cauſa appellationis. Conuenti plura aſſerunt, & primò, qualiter inſtrumentum factum à Proculo, & Aſcanio de Iudice in beneficium ipſius Melchioris in anno 1597. cuius vigore fuit præſtita aſsiſtentia, erat nullum, quia Aſcanius eo tempore erat minor, & filiusfamilias ſub patria poteſtate, & proindè obſtabat titulus ff. cum eo, qui in aliena pot. Itẽ exceptio vana in facto, & in iure reddebatur, eſt in facto vana, nam pars non illam fundat, quod Aſcanius eo tempore erat minor, nec erat filiusfamilias. Hæc omnia vti fundamenta eius intentionis liquido adſtruere, & probare tenebatur aduerſarius, vt de minori ætate docent Bart. & Florian. in l. de ætate, ff. de minor. & docet Menoch. omnes caſus diſtinguens de præſumpr. lib. 2. præſumpt. 50. n. 21. verſ. primus itàque eſt caſus, cum vnuſquiſque teneatur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, etiam ſi ſit negatiua, nam negatiua, in qua fundamentum intentionis conſiſtit, probari debet, Innoc. in cap. ſuper iis, col. 3. de accuſat. Alex. in l. in illa, vbi de communi atteſtatur num. 9. ff. de verb. oblig. Maſcar. concluſ. 604 nu. 33. & concluſ. 135. num. 6. concluſ. 205. num. 6. & concluſ. 343. num. 10. & in puncto, de quo agimus, an quis ſit filiusfamilias, quod alleganti incumbit onus probandi, docet Dec. in l. ſi emancipati, in 5. not. verſ. & eodem modo intelligitur, C. de collat. adſunt duo iura clara in l. ſi vxorem, C. de collat. & contextus clarior in l. Titia 35. ff. ſol. mat. per quæ iura ità tenent Comenſ. & Rom. in l. hæres, ff. de acquir. hęr. Corn. conſ. 204. nu. 6. & conſ. 208. num. 4. in fine lib. 3. Sapia, Curt. & Dec. in d. l. emancipati, C. de collat. eo magis quia tractatur de imputando actu, & non adſunt requiſita in caſu noſtro, quæ recenſet Menoch. lib. 6. præſumpt. 55. nu. 7. & licet dicat cum conſenſu Proculi patris, hoc fuit ex abundanti cautela, quæ nocere non ſolet, l. teſtamentum, C. de teſtam. l. pen. C. de euict. Sed in caſſum laborat, nã talis exceptio competit ſoli filiofamilias, adeò quod non competit eius hæredi, vt eſt tex. clarus, & rotundus in l. ſed ſi ex parte, §. ſoli antè filio, ff. quod cum eo, qui in alien. pot. vbi id notant Bart. Bald. & omnes; ſic ergo hæc exceptio competit hæredi, qui in omnibus perſonam defuncti repræſentare ſolet, in quem prorſus omnes actiones, & exceptiones defuncti plenariæ tranſeunt, vulgata l. veteris, C. de contrah. & commitr. ſtip. & ſuffragari poteſt extraneo ſingulari ſucceſſori poſt 42. annos, Lucignani, qui talem exceptionem inuocant, hæredes non ſunt, ſed quarti poſſeſſores. Secundò opponunt præſcriptionẽ, ac præſumptionem ex l. procula reſultantem, fortaſſe patrocinio Sanctiſsimi Martyris Proculi Puteolorum (vbi hoc rus adeſt) tutelaris, ſed falluntur planè, nam lex procula non adaptatur ad factum, & S. Proculus non poteſt, niſi pro iuſtitia, & ſic pro nobis certare, & primo quoad impiſſimum refugium quoad expiſcationem anguillarum, quoad iniquiſsimum ſubſidium de præſcriptione loquor, talibus enim epitetis in iure exornatur, de primo apud Afflict. & Vrſill. dec. 15. 37. & 329. de ſecundo Plot. conſ. 59. nu. 3. de tertio Menoch. præſumpt. 57. num. 45. lib. 6. adeò quod dixit Vrſill. nunquam ex capite præſcriptionis ſe potuiſſe obtinere ſentẽtiã, & immobilis Rouit. dixit in cõſ. 1. vol. 1. eo ipſo, quod allegatur præſcriptio, oſtenditur malam fouere cauſam, ſic non attendi in Tribunalibus, in quibus ſola veritate facti inſpecta Ius dicitur, dicunt Guid. Papa dec. 483. Caſtill. dec. 194. & de S. C. idem Rouit. conſ. 40. volum. 2. ſed vtcunque ſit in hac cauſa non adeſt præſcriptio vnius horæ, etenim Anna Paraſcandola ſtat in iudicio hæres Iſabellæ Morales, vt ex inſtantia, & fide præambuli, itaque tanquam hæredi non obſtat, nec obſtare poteſt præſcriptio ex capite iuſtæ ignorantię, quę in hęrede pręſumitur, Vrſill. ad Affl. dec. 37. & dec. 329. Loff. conſ. 16. n. 15. & ſic poſt longam diſcuſsionem fuiſſe votatũ per omnes Dominos de Conſilio dicit Affl. d. dec. 37. & 329. Item alleganti præſcriptionem incumbit onus eam probandi, cum non præſumatur, niſi concludenter probetur, vt docet Philip. Franc. in cap. 1. in primo not. & ibi Gemin. de præſc. in 6. & Maſcard. de probar. concl. 1218. nu. 1. ſic etiam non

præ-

Digitized by Google

præſumuntur, niſi probentur qualitates neceſſariæ ad eam inducẽdam, veluti titulus, bona fides, poſſeſſio continua, & alia requiſita, vt habet tex. in cap. pia, de except. & tradit Balb. in l. Celſus nu. 145. verſ. 2. principaliter, ff. de vſucap. & in tract. de præſcript. in 3. p. in prin. & Maſcard. dict. concl. 1218 num. 6. & concl. 1219. per totam, iſtis de Lucignano deficit principale requiſitum, ſine quo in iure non datur præſcriptio, nempè poſſeſſio, nam ſine poſſeſſione præſcriptio non procedit, habet reg. iur. in 6. at quia iſti de Lucignano poſſident ex anno 1621. vt patet ex eorum confeſſione, & lis fuit conteſtata de anno 1638. remanet ergo præſcriptio decem, & ſeptem annorum, quæ eis pro nihilo ſuffragatur. Præterea præcariũ non præſcribitur per tertium poſſeſſorem in præiudiciũ creditoris, vt eſt dec. 139. Afflict. vbi Piſanell. dicit, nota vnam mirabilem cautelam, quod ſi opponitur præſcriptio, tu replicas de iuramento poſito in contractu, quod etiã pro indubitato habet Vrſil. ad d. deciſ. 139. num. 3. ideo ſtante tali iuramento in inſtrumento appoſito, fruſtra in caſu iſto præſcriptio opponitur. Magis, quod præſcriptio non cadit, vbi adeſt mala fides, poſſeſſor enim malę fidei nullo tempore præſcribit, cap. poſſeſſor, de regul. iur. in 6. vbi Dyn. nu. 4. & ſic Aſcanius de Iudice, qui iurauit, & ſe obligauit ſoluere Melchiori mediante inſtrumento, nunquam in vita ſua præſcribere potuit, ſtante eius mala fide, at hinc vixit vſq; ad annum 1619. & fortè plus vixit, ergo vſq; ad dictum annum non incępit curſus præſcriptionis, & ab anno 619. vſq. ad annum 1638. quo fuit lis conteſtata, vt ſupra eſt præſcriptio parui temporis, quæ in iure non attenditur. Poſtremo dico, quod non adeſt præſcriptio vnius horę, etenim exploratiſſimi iuris eſt, quod præſcriptio non currit contra hæreditatem iacentem, vt eſt deciſ. Puter 288. par. 3. nam nunquam currit præſcriptio, quando non eſt perſona, quæ præſcribat, Bald. conſil. 48. inter cætera, circa finem, verſ. alij dicunt, lib. 1. & ratio, quia non poteſt imputari negligentia contra hæreditatem iacentem, quæ curatorem non habet, vt latiſſime fundat Card. Tuſcus lit. P. concl. 531. cum clarum ſit, adinuentam eſſe in odium negligẽtium, vt eleganter ſignat Alciat. in l. quinq; pedum. C. fin. regun. at hæreditas Aſcanij de Iudice iacet, & eſt ei datus curator Doctor Didacus Alphaous, & ſicut non præſcribitur contra hæreditatem iacentem, ità nec hæreditas iacens præſcribere poteſt contra alium, idem Tuſcus lit. P. concl. 531. nu. 18. & ſic non adeſt præſcriptio penitus. Et pro coronide dicere poſſem, quod contra annuam præſtationem non datur præſcriptio, niſi centum annorum, vt eſt deciſio Synodalis Boerij 336. cumq; iſtæ annuæ pręſtationes ſingulis annis naſcantur, quot ſunt anni, tot præſcriptiones eſſe debent, vt per Boerium loco citato. Nec omittam, quod reſpectu præcedentis, & ſubſequentis nullitatis obſtat aduerſarijs exceptio rei iudicatæ, licet ex ſupra deductis, ſi ità iudicatum non eſſet, ſic iudicari debuiſſet, hę duę exceptiones, præſcriptionis, & l. procula fuerunt ab aduerſarijs oppoſitę, nedum ante ſententiam diffinitiuam, ſed pluries ante primum præceptum factũ in Aula die 24. Decembris 1640. per quod fuit iuſſum, quod conuenti ſoluerent tertias liquidandas, alias prouidebitur ſuper reſciſſione contractus, quod decretum quando eſt latum poſt exceptiones, quæ perimere poſſunt contractus ſubſtantiam, dicitur diffinitiuum, & ab eo admittitur appellatio, vt eſt nitida dec. S.C. 96. apud incorruptum Reg. Capycium Latro metum magiſtrum, huic decreto aduerſarij acquieuerũt, & certum eſt, quod debebant appellare, & nedum pertráſit in iudicatum, ſed fuit exequutum, nam fuit datus terminus ſuper liquidatione tertiarum, & compilato dicto termino, & datis beneficijs fuit commiſſus calculus, & facto calculo per plura decreta inſtantibus aduerſarijs pro reuiſione iuſſa, ac mandata reuiſio; demum fuit latum aliud decretum in aula M.C. per quod fuere dictæ tertiæ liquidatę in ducatis 909. iuxtà calculum, à quibus decretis nedum non fuit appellatum intra legitima tempora, ſed paſſi ſunt aduerſarij illa exequi. Tertia exceptio aduerſariorum eſt l. procula reiecta, vt ſupra, & iterum reijcienda, etenim reſpectu Aſcanij de Iudice, & Melchioris Morales, vbi adeſt ſanguinis coniũctio? nulla prorſus, niſi quod vterq; deſcendunt ab Adam, vbi eſt calculata ratio? nulla pœnitus, nullum negotium habuiſſe ad inuicem Aſcaniũ, & Melchiorem, apparet ex actis, deficiunt ergo duo ex principalioribus requiſitis, & præcipue illud calculationis rationum, quod, vt habetur in d. l. procula Fulg. Imol. & Alex. in pluribus conſilijs ex tribus principem locũ obtinet, adeò, quod nunquam diſpoſitio illius legis practicatur, niſi adſit illud requiſitum, non ſemel, ſed ſæpè ſæpiùs, vt Papinianus ait, calculatę, & diſpunctæ ſint rationes, ſufficiunt duo requiſita ex tribus, ſed ſemper cum altero debet eſſe illud calculationis rationum ſcilicet diuturnitas temporis, calculata ratio, & ſanguinis coniunctio, & nunquam ſolę ſufficiunt, vt omnibus relatis perexcellenter declarat, & explanat totam hanc materiam Criſtoph. Mart. Medic. deciſ. Rotæ Senenſ exam. 53. & ſeq. Menoch. de arbit. iudic. caſu 88. Eſcob. de ratio. in. cap. 37. num. 7. ergo penitus non eſt applicabilis ad cauſam, cum duo requiſita deſiderentur, & inter illa præcipuum calculationis rationum, reſpectu Melchioris, & Iſabellæ Morales deficit tertium requiſitum calculationis rationum vt ſupra, item Melchiori non fit iniuria, nam ipſe per inſtrumentum faſſus eſt quodammodo habere in hoc negotio nudum nomen, nam emptionem dixit factam de propria pecunia d. Iſabellæ, vt ſupra num. 2. & ideo eius hæredes non conqueruntur. Quarta exceptio eſt illa regula iuris, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, l. vendicantem, ff. de euict. & hoc, quia cum eſſet debitor hic Aſcanius de Iudice Doctoris Ludouici Cinco, d. Lodouicus exequi fecit vnam maxariã dicti Aſcanij, & de illa cępit poſſeſſionem de anno 1611. deindè hic Ludouicus ſub die 8. Martij 1619. finxit vendere dictam maxariam dictæ Annæ, aſſerens habere dictum cenſum annuorum duc. 19. debitum per Nicolaum Andream Palomba, eum ceſſit in ſatisfactionem pretij dictæ aſſertæ maxariæ, promiſitque ei euictionẽ, & deindè iſti de Lucignano, ad quos peruenit prima maxaria, de qua agimus, à Nicolao Andrea Palomba, vt ſuprà affrancauerunt dictos annuos ducat. 19. ſoluendo pretium Ludouico Cinco ceſſio-

Digitized by Google

ceſſionario Annæ Paraſcandolæ, vt ſic Anna pro dictis annuis ducatis 19. cum eorum capitale prima fronte de euictione teneri apparet iſtis poſſeſſoribus de Lucignano repræſentantibus ex perſona Nicolai Andreæ Palombæ Ludouicum Cinco, cui promiſit euictionem Anna, vt ſupra. Sed inſpecta re non in cortice verborum, ſed in ſubſtantia facti, Anna nec de euictione, nec de alio tenetur, ex quo illud inſtrumentum factum inter Annam, & Ludouicũ Cinco fuit nullum, & inualidum, & fraudulentum, Primò, quia fuit mera interceſſio in fraudem S. C. Velleiani, & Regiæ pragmaticæ eiuſdem tituli, & quia non fuit obſeruata forma diſpenſationis Collateralis Conſilij. Secundò, ex ſubreptione, & obreptione memorialis porrecti Suæ Excellentiæ pro obtinenda dicta diſpenſatione. Tertiò, quia dictum memoriale non fuit porrectum ab Anna, licet ſuo nomine datum ſit. Ad primum, credidit Ludouicus Cinco faciens Annam principalem eludere pragmaticam, & S. C. Velleianum, cum pragmatica, & S. C. non loquantur, quando mulier rem ſuam agit, & ipſa principaliter contrahit, l. nec intereſt cum ſimilibus, ff. ad S. C. Vell. ſed planè vana fuit cautela. Primò, ex illo indubitato, & claro iuris axiomate, quod nunquam contradictorem reperit, ſcilicet quod ſemper quod vxor cum marito in eodem inſtrumento contrahunt, ſiuè cum creditore mariti, ſiuè cum alio, vxor non obligatur, quia ſemper præſumitur ſeducta à marito, decepta, acceſita, & adhibita in fideiuſſorem, Azo in ſumma, C. ad S. C. Vell num. 2. verſ. item locũ habet. Specul. in tit. de oblig. & ſolut. §. 1. verſ. ſed quærit, & propriè verſ. ſin autem dubitetur, ante num. 10. Odoff. in auth. ſi qua mulier, num. 4. Bart. nu 3. Butrig. col. 2. Bal. col. 2. Nicol. de Mattar. col. 1. Salic. col. 1. Albet. num. 2. Creſc. dec. 3. de conſt. Theſaur. dec 222. num. 12. verſ. amplia ſecũdo, & dec. 223. n. 4. Conſ. de Georg. alleg. 32. poſt num 9. verſ. ſed quando inſimul, Gratian. diſcept. forenſ. cap 961. num 14. verſ. quæ procedunt de Franch. dec. 279. num. 9. Ant. Faber defin. 27. C. ad S. C. Vell. D. Merlin. controu. cap. 55. verſ. etiam, quid quid in cortice verborum dicatur, & hoc non ſolum procedit in muliere, quando efficit ſe principalem, ſed in quocunq; prohibito contrahere, Alex. conſ. 66. vol. 4. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap 45. num. 3. quocirca in dubio nunquam qui cum muliere contrahit, obtinere poteſt, ſi non probat, verè, & realiter mulierem principalem fuiſſe, & effectiuè negotium ſuum geſſiſſe, alioquin ſemper ſtat præſumptio, quod mulier interceſſit, & per conſequens eſt ipſo iure tuta exceptione Velleiani. At in caſu noſtro non indigemus hac præſumptione, quia ſumus in claris, quod Anna interceſſit, & quod Aſcanius de Iudice fuit principalis. Primò, quia vxor contrahit cum conſenſu viri præſentis. Secundò, quia maritus proprio nomine teneri vult de euictione inſimul cum muliere. Tertiò, quia ipſe maritus ſe obligat impetrari facere Regium aſſenſum ſuper dicto contractu. Quartò, quia promiſit idem maritus obligare facere Nicolaum Andream Palomba in beneficium dicti Ludouici. Quintò, quod ſi Nicolaus Andreas noluerit ſe obligare, ipſe maritus teneatur reficere omnia damna, & intereſſe. Sextò, clauſula Cardinalis, pro quibus omnibus obſeruandis, &c. eſt promiſſa ab eodem viro. Septimò, maritus eſt debitor, & Ludouicus Cinco eſt creditor, vxor prorſus nihil debet, vt patet ex eodem inſtrumento. Octauò, vt penitus omnis tollatur dubitatio, pretium, quod ſoluitur Ludouico Cinco venditori, licet aſſeratur eſſe mulieris, tamen non eſt ità, ſed mariti debitoris, quia illi annui ducati 18. debiti per Nicolaum Andream Palomba vigore cautelarum manu Not. Auguſtini Capacci non ſunt Annæ, prout aſſeritur in dicto inſtrumento, ſed ſunt Aſcanij ſui mariti, vt ex inſtrumento, quod eſt inſtrumentum manu dicti Not. quod ergo perſonatum facit Anna in hac ſcena? Certè non principalis, ſed fideiuſſoris, cum ſoluat debitum mariti cum pecunia mariti. Habemus ergò non ſolum præſumptionem, ſed euidentiam facti, claramque probationem, quod Aſcanius vir eſt principalis, & Anna vxor interceſſit. & fideiuſſit pro eo, cum Ludouicus Cinco non potens contrahere cum muliere, clarè intercedente contraxit mutatis verbis, & picto colore, vt cum principali, vt conſiderat Georg. d. alleg. 32. num. 7. Ex prædictis ergò clara reſultat iuris concluſio, quod nunquam nec Lucignani poſſeſſores, nec Ludouicus Cinco poterunt obtinere contra Annam, niſi manifeſtè probent, quod maxaria, quam finxit vendere Ludouicus dictæ Annæ, fuit realiter, & cum effectu habita, & poſſeſſa per Annam, nec ſpectat ad Annam probare, quod ipſam maxariam non habuit, ſufficit ei dicere, non habui, & eſt ipſo iure tuta, Ludouico, & Lucignanis incumbit probare, quod Anna habuit, & poſſedit maxariam ex dicta fictitia venditione, hoc dicit text. in auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. ibi, iubemus, hoc nullatenus valere, ſiuè ſemel, ſiuè multoties huiuſmodi aliquid pro eadem re fiat, ſed ità eſſe, ac ſi neque factum quidquam, neque ſcriptum eſſet, niſi manifeſtè probetur, quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſæ ſint, ità tenet Bart. num. 2. Bald. num. 9. Alberic. num. 3. Fulg. num. 8. Cuman. num. 6. Paul. num. 4. Rom. colum. 2. Salic. colum. 3. Ang. in princ. d. auth. ex Neothericis D. Merlin. allegat omnes Doct. c. 55. nu. 13. verſ. qua de re incumbebat, rogo reuideatur, & hoc eſt adeò verum, quod non ſolum eſt probandum, mulierem effectam locupletiorem, & verſionem in eius vtilitatem, ſed etiam ſpeciem locupletiorem, quomodo notabiliter deciſum per Rotam Romanam refert Gratian. diſcept. forenſ. cap. 576. num. 32. tom. 3. Neque dicat Ludouicus Cinco, habere pro ſe inſtrumentum emptionis maxariæ, nam vltrà quod ex inſtrumento non probatur traditio poſſeſſionis maxariæ, hoc decidit Bart. in d. auth. num. 3. verſ. quæro vtrum, vbi dicit, quod non ſufficit confeſſio mulieris de verſione in eius vtilitatem, niſi aliundè manifeſtè conſtet, nam ea facilitate, qua inducitur ad ſe obligandum, vel aliter contrahendum, eadem facilitate inducitur ad faciendum ſimiles confeſſiones. & Bart. ſequuntur omnes in dict. auth. per Theſaur. d. dec. 223. n. 4. verſ. ampliatur, Bolog. conſil. 45. Samaritana col. 2 D. Merlin. d. cap. 55. nu. 13. Imò Bald. dicit hæc verba in d. auth. antè num. 14. quod contrahens debet eſſe curioſus, vt effectualiter perueniat ad mulierem, alioquin

mulier

mulier ſemper eſt tuta, & hæc eſt vera theorica, nam axioma illud indubitabile eſt in iure, quod ſemper cõtrahens debet eſſe curioſus, vt cũ effectu, & realitèr conuertatur in rem eius, in quem res conuerti debet, quando habet actionẽ ex eo, quod res conuerſa eſt, & non aliter, docet Paul. de Caſtro in l. quod ſi ſeruus, §. in rem autem, n. 3. ff. de in rem verſo, ergò ſi nunquam mulier tenetur, niſi ſit verſum, & non dicitur verſum, niſi probetur manifeſtè verſum, quomodò poſſunt aduerſarij obtinere, ſi liquidiſſimè conſtat, non fuiſſe verſum, patet ex articulis Annæ, vbi dicit, quod nec per momentum habuit dictam maxariam vẽditam à Ludouico Cinco, & quod dicta vẽditio fuit chymera, & tamen viſis dictis articulis, quia habuerunt primum, & ſecundum beneficium, & terminum ad non poſita ponendum in cauſa appellationis, & iterum beneficia in eodem termino appellationis, & tamen cum dicti conuenti ſint Puteolani, & maſſaria prędicta ſit in dicta Ciuitate Puteolorum, probare nec per fumum potuere, quod ius prædictum nunquam habuit Anna, ergò non eſt verſum, ergò non valet contractus; tanto magis, quia cauſa eſt deciſa per decretum, ſiuè aſſenſum Regium interpoſitum per Collaterale Conſilium ſuper dicto contractu, nam dicit, liceat, dummodo dictum ius remaneat pro ſecuritate dotium dictæ mulieris, vbi ergò eſt tale ius? vbi ſecuritas dotium mulieris? quomodò remanſit, ſi nec per momentum habuit? ſi conuenti in iſta decretatione fundantur (alioquin impoſſibile eſſet ſtipulari cõtractum per Reg. Pragm. ad Velleian.) quomodò non probauerunt, tale ius remanſum fuiſſe pro ſecuritate dotium Annæ? cum Anna declarauerit cum iuramento, talem venditionem fuiſſe chymeram. Igitur cum forma dicti Regij aſſenſus non ſeruetur, corruit actus, & ſolum propter hoc benè iudicauit M.C. ſubreptio memorialis eſt clara, quia exponitur in eo, Annam habere dotem duc. 400. nec habet vnum obolum. Secundo, quia exponitur, annuos duc. 19. debitos per Nicolaum Andream Palomba eſſe Annæ, & ex inſtrumento conſtat, eſſe Aſcanij ſui viri. Tertio exponitur, quod ſunt dotales, & ex inſtrumẽto cõſtat contrariũ, ex quibus mendacijs gratia eſt nulla, tex. elegans in l. fin. C. de diuerſ. reſcrip. cũ clauſula, ſi preces veritate nitantur, intelligatur in vnoquoq; mandato, vel reſcripto, ẽt ſi non inſeratur, & ideò ſubreptio quantuncunq; modica vitiat gratiam, Grammat. dec. 66. n. 18. Azeued. l. 4. n. 2. & 3. tit. 26. lib. 8. nouæ compilat. & in proprijs terminis aſſenſus Regij docet Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 26. fol. 153. vbi dicit, quod ea, quæ narrantur Regi debent probari in cauſa, etiam ſi ſit cauſa impulſiua, quæ ſi vera nõ ſit, annullat gratiam, vt ibi per eum. Poſtremò ex doctrina eiuſdem Frecc. in quæſt. præced. habetur, quod hoc memoriale pro obtinendo dicto aſſenſu licet ſub nomine Annæ porrectum, tamen nihil prorſus de eo ſciuit Anna, nam inſtrumentum fuit celebratum die 8. Martij 1619. abſq. aſſenſu, & promiſſa impetratio ipſius ab Aſcanio marito infrà menſem, & poſteà die 22. eiuſdem menſis notat Notarius in margine contractus, quod fuit ei exhibitus aſſenſus, & quod peius per Ludouicum Cinco ex hoc facto tantum debet confirmari ſententia M.C, cum clarum ſit in iure, quod memoriale porrectum Principi, in quo petitur aſſenſus, vel aliquid ſimile non probat, ſupplicantem porrexiſſe, niſi conſtet aliundè, prout in S.C. fuiſſe deciſum teſtatur Frecc. de ſubfeud. libr. 2. q. 24. fol. 153. D. Theod. alleg. 60. nu. 6. Marcian. conſil. 1. num. 66. & conſil. 15. nu. 17. quapropter inoleuit ſtilus in Regia Cancellaria, quod ſi mulier eſt in Ciuitate, accedit Scriba à mandatis in eius domo ad explorandam voluntatem mulieris, ſi extra Ciuitatem, fit per Iudicẽ ordinarium loci, vel ſaltim memoriale ſubſcribitur ab ipſa muliere, & ſi ſcribere neſcit, fit ſubſcriptio per manum Notarij publici, & cum in caſu noſtro ipſemet Ludouicus exhibuit memoriale Notario, ipſum impetraſſe, ac obtinuiſſe prorſus inſcia Anna, fatendum eſt, & hoc ſolum motiuum ad cauſæ victoriam ſufficeret, cum refragante Reg. Pragm. fuit ſine aſſenſu initus contractus. Cæterum, quod aduerſarius opponit, exceptionem periurij ligat Reg. Pragm. quæ declarat, iuramẽta mulierum ſuper Velleiano non eſſe obligatoria, & dicunt Roui. & Nouar. in eadem Pragm. & Franch. deciſ. 237. in princ. & deciſ. 478. num. 2. Merlin. cap. 56. nu. 15. contro. forenſ. & mulier tuta exceptione S.C. Vell. non obligatur, etiam in foro conſcientiæ, Abb. in cap. quia pleriq; n. 27. de immun. Eccleſ. Intrigl. de caſib. conſcient. caſu 108. num. 18. Molfeſ. conſil 11. nu. 51. Graſſ. de except. except. 27. num. 45. Ex quibus ſententiam M.C.V. pro Anna latam maximam redolere iuſtitiam dignoſcitur, & ideò per ampliſſimos Senatores omni iure confirmandam fore ſperamus, ſalua, &c. Neap. Kalendis Nouembris 1642. Laus Deo, & omnibus Sanctis. Conſtantinus Caſatus. Die 13. Maij 1641. fuit interpoſitum prius ſequẽns decretum per M. C. V. Reſciſſis cõtractibus, & adiudicato nomine debitoris Aſcanij de Iudice præſtetur aſſiſtentia in forma pro capitale, tertijs, & intereſſe ſuper bonis in iudicio deductis liquidandis omnibus tempore exequutionis præſentis decreti, in qua liquidatione habeatur ratio meliorationum, &c. Verum ſi infra viginti dies ſoluerit tertias, ſuperſedeatur in executione pro capitale tantum. Donatus Coppula, Io. Baptiſta Muſcepiula, Philippus Antequera. Et cum fuiſſet appellatum ad S.C. & compilato proceſſu in gradu appellationis. Die Lunæ 13. Iulij 1643. fuit per ſententiam S.C. dictum, malè appellatum, & benè iudicatum per M.C.V. ad relationem benemeriti Regij Conſiliarij D. Thomæ de Aquino cauſæ Commiſſ. votauerunt D. Thomas Carleual, Alonſus Vargas Dux Cagnani, D. Ferdinandus Arias de Meſa, & Thomas de Aquino Commiſſarius. In banca Plinij Iuuenis. Et cum filij Saluatoris Lucignani capti ab hoſtibus petijſſent aduerſus dictam ſententiam in integrum reſtitutionem, & obtinuiſſent à Spectabili Præſide S.C. fieri verbum in Aula, ad finem videndi, an eſſet deferendum petitæ in integrum reſtitutioni. Die Lunæ 13. Nouembris 1643. fuit deciſum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, votauerunt D. Thomas Carleual, Ill. Dux Vargas, D. Arias de Meſa, D. Annibal Moles, D. Gaſpar Soto, & D. Thomas de Aquino Commiſſarius.

Aſſiſtentia petita per fratrem etiam vti ceſſionarium ſui fratris ſuper territorio iam vendito per dictum fratrem tempore minoris ætatis cum

Digitized by Google

promiſſione euictionis, inſimul cum eius patre, in cuius poſſe pretium peruenerat, attenta ceſſione facta per dictum fratrem, nedum vti hæredem matris, ſed etiam ſui patris, ob quod actiones confuſæ videntur, an proindè erit concedēda ſuper dictis Territorijs, hæc fuerunt allegata. Contracto matrimonio inter Aureliam Mancino, & Cæſarem Baſilem coniuges, cum dote ducatorum 84. cum alijs bonis mobilibus, cumquè eſſet factus caſus reſtitutionis dictarum dotium, ob mortem tam dictæ Aureliæ, quam dicti Cæſaris, ſuperſtitibus Berardino, & Menechella Baſile filijs legitimis, & naturalibus dictorum cōiugum, dicta Menechella tam vti filia dictæ q. Aureliæ, quam vti hæres pro ducatis 42. medietatis dotium dictæ ſuæ matris declarata mediāte decreto preambuli, cum conſenſu dicti ſui fratris Berardini, ad quem hæreditas prædicta q. Aureliæ eorum matris ſpectabat, vigore Conſtit. Regni In aliquibus, obtinuit aſſiſtentiam pro dictis duc. 42. vna cum expenſis, & intereſſe liquidandis, & iam per M.C. liquidatis in duc. 82. ſuper quodam Territorio, quod fuit in bonis, & de bonis ſupradicti Cæſaris debitoris pro dictis dotibus eorum matris, & cum fuerit à decreto aſſiſtētiæ dictum de nullitate in M.C. vbi fuit prouiſum, ſecundam nullitatem obſtare, & poſteà deciſum per S.C. per bina decreta non obſtare, & præſupponit pars aduerſa denuò in hoc iudicio appellationis proſequutæ in eadem cauſa diſcutere in eadem M.C. infraſcriptos tres articulos iam pluries diſcuſſos per viam dictæ nullitatis, tam in dicta M.C. quā in S.C. vbi pars per dicta bina decreta eiuſdem S.C. ſuccubuit, Primus articulus eſt, an Berardinus Baſilis, qui vigore Conſtitut. Regni In aliquibus ſuccedit in tota hæreditate eius matris Aureliæ poſſit in fraudē ſuorum creditorum Menechellam Baſilem ſororem ad dictam hæreditatem pro dictis duc. 42. admittere, Secundus, dato, & non conceſſo, quod non potuiſſet dictam Menechellam ſororem ad dictam hæreditatem admittere, an valeat promiſſio, & obligatio euictionis Territorij venditi, & in actis deducti, facta per dictum Berardinum in ſolidum cum Cæſare Baſile eius patre, tempore, quo fuit venditum dictum Territorium, & ipſe Berardinus erat minor, & in poteſtate, dum etiam totum pretium peruenit ad Cæſarem patrem, ita vt non poſſit venire dicta Menechella ad petendum aſſiſtentiam in iudicio, vti ceſſionaria Benedicti fratris. Tertius, dato dictam promiſſionem, & obligationem euictionis fuiſſe inualidam, an dictus Berardinus tanquam hæres dictæ quondam Aureliæ potuiſſet cedere dictæ Menechellæ ſorori dictos ducatos 41. de dotibus dictæ eorum matris, dum eſt etiam hæres q. Cæſaris Baſilis debitoris, non confecto inuentario, & ſic actiones videntur confuſæ. Et quoad primum attinet, licet vigore Conſtitutionis In aliquibus Berardinus Baſilis frater ad hæreditatē q. Aureliæ Mancinæ eius matris, quæ deceſſit ab inteſtato ſolus ſuccedere potuiſſet, excluſa Menechella Baſile ſorore, tamen quia vigore dictæ Conſtitut. ipſam Menechellam ſororem de paragio dotare tenetur, quod paragium, quando patrimonium eſſet tenue, vt hic, poteſt aſcendere vſq; ad virilem portionem, Maſtrill. dec. 107. in princip. propterea in ſatisfactionem portionis tangentis dictæ Menechellæ ſorori in bonis maternis, vigore dictæ Conſtitut. rectè potuit ipſe Berardinus frater ad dictam hæreditatem eius matris ipſam Menechellam ſororem ſimul admittere pro duc. 42. cum hac conditione, quod liceat dictæ Menechellæ ſorori ſe declarari facere hæredem dictæ q. Aureliæ eorum matris pro dicta ſumma, quia admittendo ad ſucceſſionem ſatisfecit dotationi, vt dictum eſt, ſed etiam abſolutè, & legitimo iure ipſe Berardinus id facere potuiſſet, etiam in fraudem ſuorum creditorum, quando adeſſent, quia dicta Conſtitutio introducta eſt in fauorē maſculorū, ſi velint excludere fœminas, vt in terminis ſimilis ſtatuti docuit Bald. in l. maximum vitium, num. 21. C. de lib. præt. ſequitur Iaſ. in §. item ſi quis, nu. 124. Inſtit. de action. Maiſil. ſingul. 561. & ita ex Gabriel. Fontanell. & Seraphin. tenet Hodiern. ad Surd. deciſ. 140. num. 11. quod confirmatur ex deciſ. D. Præſid. de Franch. 101. vbi refert deciſum in S. C. poſſe debitorem in fraudem ſuorum creditorum hæreditatem ſibi delatam renunciare, vt alteri acquiratur. Nec obſtat replicare primo, quod dictus Berardinus prius adiuit hæreditatem eius matris Aureliæ, dum repetitur in aſſertiua inſtrumenti initi inter ipſum Berardinum, & dictam Menechellam, quod dixit ſe eſſe hæredem dictæ q. Aureliæ eius matris. Reſpondetur enim, qn̄ dicta verba inducerent aditionem, ꝙ negatur, debere omninò intelligi pro medietate dictæ hæreditatis dictæ q. Aureliæ Mancinæ, & non pro tota, dum in alia medietate in eodem inſtrumento, quo dixit ſe hæredem, admiſit ſuam ſororem pro cohærede, & hoc clarè colligitur ex illis verbis, *Con che detta Menechella ſe faccia declarare herede di detta Aurelia ſua madre per detta ſumma de duc.* 42. & ſic verba ſequentia contractus attenduntur, & declarant præcedentia, l. ſi ſeruus plurium, §. fin. & l. qui filiabus, ff. de legat. 1. Bald. in l. multum intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi, D. Reg. Capyc. Latro deciſ. 6. num. 19. & nouiſſimè conſul. 70. n. 22. tom. 1 Nec ſecundò obſtat, quod ex illis verbis ceſſit, & donauit dictę Menechellæ ſorori, nam videtur prius Berardinum Baſilē acquiſiuiſſe hæreditatem eius matris, & poſteà ceſſiſſe, ideoquè dicta Menechella non venit ex perſona propria pro dicta ſumma vti hæres ſuæ matris, ſed vti ceſſionaria ſui fratris, prout arguēdo dicit D. Præſ. de Franch. in dec. 14. nu. 16. quia idem D. de Franch. reſoluendo motiuum prædictum à d. n. 16. vſq; ad nu. 25. refert deciſum contrarium, vt videri poteſt, dum quamuis, qui donat, vel cedit, videtur prius acquirere, & poſteà cedere, nihilominus cum ceſſio facta in eodem inſtrumento non ſit principaliter ordinata ad adeundum, & acquirendum, ſed potius ad renunciandum, & cedendum, illa acquiſitio momentanea non eſt in conſideratione, & habetur, ac ſi renunciaſſet iuri non incorporato, ità etiam ſolemniter ex Socin. Bald. Dec. & alijs refert Peguera in deciſ. 143. nu. 3. Gratian. deciſ. 17. nu. 27. qui inter alios allegat Phanuc. de lucro dotis, glo. 8. nu. 18. verſ. quæ concluſio, qui inquit, ità fuiſſe per Rotam reſolutum, ſolemnitatem videlicet requiſitam per Conſtit. Paulinæ in alienatione rei Eccleſiæ non eſſe neceſſariam in renunciatione, & ceſſione facta de iuribus hæreditatis, quamuis per eam videatur præſupponi illius

aditio

aditio, & acquiſitio ex verbis ceſſionis, ſic etiam reſpondit Rota in deciſ.67. par.2. lib.1. in nouiſſimis, Put. deciſ.519. par.1. vbi fuit canonizatum conſil. Socin.53. volum.4. Ideoque nec poteſt dici, ceſſionem, ſeù donationem prædictam eſſe factam in fraudem creditorum, vt in terminis optimè aduertit Fontanell. in tract. de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.9 par.5. num.125. & ſeq. Præterea Berardinus Baſilis vigore ſupradictæ Conſtit. Regni In aliquibus erat debitor dictæ Menechellæ ſorori pro paragio, vt dicit And. de Iſern. in dict. Conſtit. col.10. verſ. ſed ſi medietatem, vndè dum ipſe Berardinus, qui tenebatur ad dictum paragium donauit, ſeù ceſſit dictæ ſorori dictos ducatos 42. de dictis dotibus maternis, cenſetur, illos dediſſe in ſatisfactionem dicti paragij, ad quod inuitus tenebatur, & non ex mera liberalitate, quia vbi adeſt cauſa neceſſaria dandi, donatio in cauſam neceſſariam conuertitur, atq; præſumitur, l. quod autem, ff. de iure dot. igitur non poteſt dici, hoc eſſe factum à Berardino, vel in fraudem, vel vt à ſimpliciter concedente, & ſic pro prædicta ſumma Menechella nō dicitur venire in iudicio ad petēdū aſſiſtentiā ſuper bonis dicti Cæſaris debitoris vti ceſſionaria ſui fratris, ſed vti creditrix illius pro dicto paragio, pro quo ipſa Menechella præfertur omnibus creditoribus fratris, Vrſill. ad Afflict. dec.162. num.5. Nec valet replicare, quod Menechella fuit dotata à patre ipſius, & renunciauit bonis paternis, & maternis, quia dicta Menechella non aliter renūciauit, ſeù promiſit dictis bonis maternis renūciare, ſed dicta renūciatio fuit promiſſa à Nicolao Farina eius viro abſq; interuentu ipſius, vt legitur ex capitulis matrimonialibus, nec ipſa Menechella ratificaſſe cenſetur dictas renunciationes ſucceſſionū promiſſas à viro per ſubſequēs matrimoniū, quia requiritur ſciētia capitulorum ea lectura, vel declaratione contentorum in capitulis, vt optimè fundat D. Reg. Sanfelic. dec.128. tom.1. & amplius quando propriè ipſa renunciaſſet dictis bonis maternis, dicta renūciatio eſſet nulla, & inualida, & non obſtaret, quia nihil de dictis bonis maternis habuit, Dec. in cōſ. 379. num 14. Vrſill. ad Affl. in dec.161. num.6. & in dec. 179. num.4. etiam ſi fuiſſet renunciatio facta cum iuramento in ampliſſima forma, ità deciſum refert Gaſp. Theſaur. quæſt. forenſ. 64. lib.3. Nec huic concluſioni obſtat Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adu. vend. vbi diſponitur, quod iuramentum ſupplet defectum ætatis, quia dict. Auth. loquitur in pubere, vt legitur in eo text. non autem in impubere, vt in caſu noſtro, & licet Bart. in d. auth. contrarium opinionem teneat, tamen magis cōmunis opinio Doct. eſt, q. d. auth. non habet locum in impubere, Gloſ. in d. auth. Sacramenta, in verbo puberum, Couar. in cap. quamuis pactū, par.3. §.1. n.3. de pact. Alex. in l. qui iuraſſe, in princ. & ibi Paul. de Caſtr. & Sal. ff. de iure iur. Iaſ. in d. auth. Sacramenta, num.15. & ſeq. Alciat. in cap. cum contingat, num.19. de iure iur. & ità ſolemniter in publica diſputatione determinatum Bononiæ refert Angel. in d. auth. Honded. in conſ.42. num.20. vol.1. Maximè quando minor ex tali obligatione eſt enormiter læſus, vt hic, quia tunc nullo modo habet locum d. auth. Sacramenta, vt tradunt Marta in voto 25. num.17. Theſaur. in dec.66. num.2. &

quod dictus Berardinus ex ipſa obligatione euictionis ſit enormiter læſus, clarè patet, dum totum pretium dicti territorij verſum fuit in vtilitatem dicti Cæſaris patris, ad quem tantum prædictam euictionem promittere ſpectabat, poſtquam dictum territorium erat totum dicti Cæſaris patris, & non ipſius Berardini, & ſic promittendo, vel ſe obligando ad dictam euictionē dicitur fideiubere, ex quo vtilitas dictæ obligationis vadit ad patrem, & non ad ipſum, l. vir vxori, §. mulier, ff. ad S.C. Maced. l. ſed Iulianus, verſ. idem ait, ff. ad S.C. Vellean. Vrſill. ad Affl. in dec.311. nu.2. verſ. & dicitur, & ſtatim quod filiusfam. fideiubet, dicitur enormiter læſus, ex Soc. Sforz. Odd. Suid. & Pedroc. fundat D. Reg. Rouit. in d. pragm.1. num.60. ad S.C Maced. imò ex ſola læſione ſubſequuta inter dictas perſonas, in quibus cadit reuerentia, præſumitur dicta obligatio euictionis facta per metum, ſaltim reuerentialem, & de iure præſumptum, Menoch. in tract. de arb. iud. caſ.136. num.9. Minad. in Conſt. Regni In aliquibus, in 3. not. num.7. Anna in alleg.88. in fin. Theſaur. iun. quæſt. forenſ. 51. nu.28. D. de Franch. in dec.129. num.5. ex regula l.1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rerum actio non dat. D. Reg. Rouit. loc. cit. n.59. & quotieſcūque cum dicto metu reuerentiali cōcurrit, tūc metus reuerentialis ſufficit ad annullandum contractum factum per filiumfamilias abſque alia coniectura, etiam nullis probatis minis, aut verberibus, vt ex Dec. Aret. Curt. Ceph. Honded. Couar. Gamm. Tiraquell. & alijs fundat Reg. Rouit. vt ſuprà num.61. Ad tertium, & vltimum articulum breuiter dico, quod potuit Berardinus Baſilis cedere medietatem dictarum dotium quond. Aureliæ Mancinæ Menechellæ Baſili, non obſtante, quod per prius ipſe fuiſſet aſſertus hæres quondam Cæſaris Baſilis debitoris pro dictis dotibus abſque inuentario, probatur duobus modis. Primò, licet quando creditor ſuccedit debitori ſuo non confecto inuentario confunduntur, ſeù extinguuntur actiones ipſius crediti, tamen regula prædicta procedit in actionibus perſonalibus, Neguſant. in tract. de pignor. 1. membr.6. par. num.49. Gratus conſ.63. num.14. lib.1. Camill. de Medic. conſ.24. num.23. non autem in actionibus hypotecarijs, ità refert deciſum in S.C. D. Præſ. de Franch. dec.80. num.12. & 21. at in caſu noſtro ipſe Berardinus erat creditor pro dictis dotibus maternis ſuper bonis dicti Cæſaris debitoris in actione hypothecaria, igitur adeundo dictam hæreditatem Cæſaris nō confecto inuentario, non cenſetur confuſa, ſeù extincta actio prædicta repetendi dictam dotem. Secundò & meliùs, quia iam patet ex actis per confeſſionem partis aduerſæ, quod non remanſerunt bona, nec mobilia, nec ſtabilia in hæreditate dicti Cæſaris debitoris, vt ex quarto articulo ipſius partis aduerſæ clarè patet, & quando per confeſſionem partis aduerſæ conſtat, nil remanſiſſe in hæreditate, quod deſcribi poſſit, hæres non tenetur de proprio creditoribus hæreditarijs, nec vltrà vires hæreditarias, licet non fecerit inuentarium, vt aduertunt Gizzarel. dec.56. à num.5. Mangil. in tract. de euict. quæſt. 50. num.15. imò tunc excuſatur à confectione inuentarij, & cōſequenter nō ſūt extinctæ actiones ipſius creditoris, quia non eſt in dolo, Rimin.

iun.

Digitized by Google

iun. in conſ. 53. num. 1. & 11. Tuſcus in lit. L. concluſ. 347. num. 4. Mangil. loco citato n. 18. Baldaſ. de Angelis in addit. ad d. deciſ. Gizzarel. 56. nu. 2. maxime quia ſumus in Regno, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, quo caſu etiam non confecto inuentario ſi conſtat de facultate teſtatoris, adhuc hæres non tenetur de proprio, Præſ. Fulu. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. in cap. 1. de ſucceſſ. feudi, num. 38. & non ſolum excuſatur quando nihil in hæreditate defuncti remanſit, ſed etiam quando maior eſſet expenſa in conficiendo inuentario, quam vtilitas in bonis repertis, ita deciſum refert Gizzarell. in d. deciſ. 56. à num. 1. vſque ad num. 5. vel ſi vna res remanſiſſet in hæreditate, Mangil. loco citato num. 17. Ex ijs ſperatur per M. C. eſſe confirmandum ſupradictum decretum aſſiſtẽtiæ latum ad beneficium dictæ Menechellæ Baſilis, prout fuit confirmatum per bina decreta S. C. reijciendo nullitates partis aduerſæ, vbi omnes ſupradicti articuli diſcuſſi fuerãt, 3. Maij 1643. Nicolaus Coppula. De menſe Maij 1643. facta relatione per Iudic. Aloyſium Corcionũ in M. C. V. per eandem fuit præſtita aſſiſtentia pro ſumma, & quantitate in actis deducta ſuper territorio in iudicio deducto ad finem vendendi, & in pretio audiantur omnes etiam pro meliorationibus, In Banca Corcioni Mag. Act.

Aſſiſtentia concedi an debeat pro ſumma pecuniarum promiſſa, nedùm in dotem alicui marito, ſed etiam pro alijs bonis promiſſis, & traditis in augmentum dotis, quamuis litigioſis, & pretio bonorum mobilium, ſi pro ipſis expreſsè non fuerit promiſſa euictio in capitulis matrimonialibus, refertur deciſio infrà in verbo euictio.

Aſſiſtere licet Fiſco pro ſuo intereſſe futuro in cauſa vertente, & ità judicatum cenſuit D. Reg. Fabius Capyc. Galeot. in calce controuerſ. Illuſt. tom. 2. in deciſionibus prætermiſſis, ibi ad controu. 64. & 65. n. 6. fol. 573.

Aſſiſtere tantum an liceat tertio comparẽti in cauſa, tam ad coadiuuandum alterum ex colligatoribus, quam ad infringendum, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. iunctis aulis in cauſa filiorum quondam Comitis Saponariæ; facta relatione in Collaterali Conſilio, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iut. tom. 1. controuerſ. 43. in fine, vbi in calce eiuſdem controuerſiæ in caſu ibi relato per eum inquit, Die Iouis 9. Aprilis 1615. facto verbo in Supremo Conſilio Collaterali obtinui decretum, quod liceat D. Hieronymo Rauaſcherio aſſiſtere tantum, ſi voluerit, idẽ fuit deciſum in cauſa Duciſſæ S. Agathæ cum Ill. Principe Venuſij. In Banca de Mondellis.

Attentatum lite pendente coram vno Iudice an proſit coram alio Iudice, quamuis inferiore, exẽplo oſtenditur in cauſa vertente in S. C. inter creditores Ill. Ducis Montis alti cum Ill. Duce Moderno Montis alti, ac Principe釐Paternò, poſtquam cum fuiſſet interpoſitum decretum die 6. Octobris 1633. per Reg. tunc Conſil. Andream de Ianuario, quod procederetur ad diſcuſſionem graduationis, & interim citrà præiudicium iurium partium fiant banna pro affictu Ciuitatis Montis alti, & creditores procurẽt, & quod Aerarius faceret depoſitum in S. C. introituum Ciuitatis prędictæ, & tandem d. Ciuitas liberata Cornelio Spinola in affictũ, fuit per eũ factũ depoſitũ duc. 4150. & cum ageretur de expeditione prouiſionum pro conſignanda poſſeſſione, præfatus Ill. Princeps preces porrigendo Suæ Excellentiæ ſub prætextu, quod affictus iam erat finitus, & ipſe erat vetus Dominus Terræ prædictæ, vt ex fide R. C. ac aliquorum eius vaſallorum, aſſerebat, eſſe impeditum exercitij ſuæ iuriſdictionis, & affictus ſuorum introituum, & proptereà ad euitandum aliquod inconueniens ſupplicauit, mandari M. C. vt expediret prouiſiones, & obtinuit, quod M. C. ſuper ſupplicatis de iuſtitia prouideret, cuius vigore ordinatum fuit, viſa fide quinternionum R. C. & veris expoſitis, quod dictus annus ſit completus, & non adeſt ordo Superiorum in contrarium, non moleſtetur in exercitio iuriſdictionis, & introituum, & expediantur prouiſiones, & cum id compertum fuiſſet, non abſque fraude litis pendentiæ fuiſſe obtentum, dum in poſſe S. C. perſiſteret cauſa vẽditionis dictæ Ciuitatis, ex parte creditorum replicabatur, nullam eſſe rationem habendam de potentis, & vti attentata reuocari, quemadmodum de iure proditum eſt: ſiquidem attentatum lite pendente coram vno Iudice eſt adire alium, præſertim inferiorem, vt in puncto probant, & deciſum teſtantur Rot. Rom. apud Ludouiſ. dec. 272. Farinac. de iſ. poſth. par. 1. dec. 465. num. 3. quæ ante omnia reuocanda ſunt, & antequã pars audiatur, l. 1. & toto tit. ff. nil innou. appell. pend. cap. dilecti, de appell. cap. non ſolum, eod. tit. in 6. & Iudex niſi illa ſtatim reuocaret, iniuſtitiam faceret, prout eſt optima dec. Affl. 98. Lancellot. de attent. par. 3. cap. 27. tit. de Iudice, & per quem attentata reuocantur, ex num. 1. patet in d. cap. non ſolũ, vbi Summus Pontifex vtitur verbo debent, quod neceſſitatem importat, nec eſt pars audienda, donec plenè attentata purgauerit, cum habeant cauſam ſuſpenſiuam, vt per eundem Lãcell. priu. 14. nec in hoc intrat penitus arbitrium, vt vnanimi conſenſu Dominorum de Rota deciſum refert Farin. in alleg. dec. 465. num. 1. Ludouiſ. dec. 272. num. 1. ratio enim eſt manifeſta, nam attentatum eodem tempore, ius, partem, & Iudicem offendit, ad notata in cap. cordi, de appel. in 6. Philip. Franch. in cap. benè, num. 14. & 59. de appell. Natt. conſ. 568. num. 4. vnde licet propter notoriam iuſtitiam attentantis ceſſaret fortè partis intereſſe, non ceſſat tamen Iudicis contemptus, pro quo adnotanda ſunt aurea verba Ant. Fab. lib. 1. tit. 10. C. vt lite pend. defin. 1. ijs verbis: Nõ enim, inquit, ſolus collitigantis fauor elicit attentatorum reuocandorum neceſſitatem, ſed publica quoque vtilitas, & ſpreta Iudicis, ad quem rei cognitio ſpectabat auctoritatem, quam vendicari ſanè publicè intereſt, & eius maximè Iudicis, qui ſpretus eſt, vt iuriſdictionẽ ſuam tueatur. Deindè ſubdit, ob eam cauſam illud etiam receptum eſſe, & rectè, vt quoties attentatorum quæſtio vertitur, nihil inaudito Procuratore Generali Senatus ille decernat, vt publicæ vtilitatis, cuius ille maximè vindex eſt, cauſam attentatorum reuocatione contineri quis intelligatur, & demum ſub nu. 12. inquit, Procurator Generalis veluti oculus Senatus, & ad eũ pertinet proſpicere, ne quid malè, ac contra Senatus potiſſimum auctoritatem fiat, & proptereà Die 4. Iulij 1642. fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet, Facto verbo in S. R. C. per Mag. V. I. D. Didacum

cum Varela Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium iunctis Magnificis Conſiliarijs duarum Aularũ, cum tribus alijs adiunctis. Per S.R.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per cauſæ Commiſſarium die 6. Octobris 1633. ſalua prouiſione facienda partibus plenius auditis reſpectu depoſiti faciendi per Aerarium, verum ſi Ill. Dux Montis alti infra menſem præſtiterit cautionem conſulto S.C. de deponendo ſingulis annis in publico Banco ducatos quatuor mille, ſoluendos iuxta affictum factum Cornelio Spinolæ ſuperſedeatur in executione dicti decreti reſpectu affictus, & nihilominus procuret diſcuſſionem graduationis idem Ill. Dux infra menſes ſex, hoc ſuum, &c. penès Secretarium. In Banca de Felice, nunc Auitabilis.

Audientia teſtium in cauſa repulſæ aduerſus teſtes examinatos pro clericatu inquiſiri pro cauſa criminali, an erit concedenda, & quia agebatur de cauſa criminali, videbatur negandum, ex text. in auth. apud eloquentiſſimum, C. de fide inſtrum. ibi, nam in criminalibus teſtes apud Iudicem repręſentandi ſunt, & cum res exegerit, tormentis ſubijciendi, & in cap. teſtes, & cap. hortamur 3. q.9. cum alijs apud Imbrian. in tract. de repulſa conſider. 6. ſub nu. 21. Eo amplius, quia vertebatur cauſa repulſæ, & tanto magis audientia teſtium ad repulſam nullibi committitur, quia repulſa eſt odioſa, ità Carau. in ritu 146 num. 4. & præſertim quando eſſet cauſa ardua, quoniam eo caſu tam de iure communi, quam de iure Regni erit deneganda audientia in cauſa repulſæ, vt ex Afflict. in Conſtit. Animalia perpendit Imbrian. in d. tract. conſider. 1. num. 158. & cauſa ardua, ciuilis dicitur, vbi agitur de ſtatu perſonæ, probat Noguerol. allegat. 24. nu. 147. At cauſa clericatus ardua eſſe oſtẽditur, quia tractatur de ſtatu clericatus, qui in dubio nõ præſumitur, Graſſ. in prælud. tract. de effect. cler. nu. 190 & ſeq. quia laicus quilibet præſumitur in dubio, vt ſubdit num. 193 merito eum plenè, & perfectè probari debeat, adhoc vt clericus remittatur ſuo Iudici Eccleſiaſtico, vt pbat Carol. de Graſſ. in d. prælud. ſui tract. de effect. cler. nu. 515. & ſeq. adeo quod talis repulſa magis ad differendum, quam ad deferendum peti videtur, Carau. in ritu 73. num. 6. Ex aduerſo replicabatur, quod quamuis principale negotium inquiſitionis erat criminale, non tamen agebatur de audientia teſtium reſpectu ipſius cauſæ criminalis, ſed de alia cauſa, nempè clericatus, ac de illius probatione, vel improbatione, ita quod talis cauſa clericatus eſt merè ciuilis, & cognoſcitur à Iudice ſeculari, ad finem remittendi clericum, ex diſpoſitione Ritus 235. vbi Carau. cum alijs relatis à Conſil. Carleual in ſuo tract. de iudic. tom. 1. lib. 1. titul. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 2. ſub nu. 866. & in cauſis ciuilibus Afflict. in Conſt. In pecuniarijs n. 5. tradit, nullatenus concedendã eſſe talẽ audientiam in cauſis ciuilibus, niſi iuſta ſubeſſet cauſa, & potiſſimũ in cauſa repulſæ, quoniã talis cõmiſſio non permittitur, ità Afflict. in d. Conſtitut. In pecuniarijs, ſub num. 3. verſic. tertio quæro, vbi allegat Innoc. & obiurgatur à Caueuſ. relato ibi per Carau. in fine. Vtcumq; ſit, talem concluſionem limitat non procedere, quando committeretur Curialibus ipſius Curiæ, vt ibi Carau. ſub nu. 5. verſ. ſecundo limita, ſequitur Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 6. gloſ. terminus, nu. 5. prout ità deciſum per S.C. refert Reg. Tapia in annotat. ad d. ritum 146. quem citaui in 3. par. ver. audientia, & Curiales pariter dicuntur Officiales, vt idem Carauit. tradit in ritu 160. nu. 4. Quocirca in cauſa D. Didaci Sciabica cũ hæredibus q. Metelli de Ruggerio, facta relatione in M.C.V. per Iudicem Ioannem Cioffum dia 10. Martij 1643. fuit deciſum, quod accedat Dominus Commiſſarius in partibus, vel producat teſtes in Ciuitate, penès Meulam Scribam. In Banca de Serico.

Audiẽtia an denegari debeat hæredi aduerſus obligationem iucultatam contra defunctum, non facto prius depoſito, vel conſtituto in vinculis; deciſum fuit affirmatiuè ob rationes congeſtas à D. Reg Sanfelic. in dec. 515.

Augmentũ ſalarij conceſſum alicui Officiali aſcendenti ad maius officium, ſi ad priſtinum officium rediret, an debeatur, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in perſonam Reg. Conſil. Vincentij Corcioni, D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 2. reſp. Fiſcal. nu. 46.

Augmentum alicuius iuris, ſeù dirictus impoſitum à Prorege pro obſeruantia edictI priſtini, an ſpectet ad Baronem loci, qui habet iura regalia, & præſertim cognitionem ponderum, & menſurarum, prout contingit mandari per D. Proregem Artiſtis Doliorum commorantibus in Ciuitatè Caſtri Maris de Stabia, vt Dolia commẽſurarentur, augendo ius competens pro qualibet vegete vini reponendi, deciſum refert in fauorem Illuſt. Ducis Parmę D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. Illuſtr. tom. 2. controu. 54.

Augmentum temporis in liquidatione paragij, pro quo tempus mortis attenditur, ſpectat ad hæredem vniuerſalem, & ità deciſum ſub die 16 Martij 1637. in cauſa creditorum q. Nicolai Antonij Zuruli, referente D. Reg. Conſtantio, penès Solatiũ per S.C. refert Donat. Ant. de Marin. quotid. reſolut. cap. 246. ſub nu. 14. in nouiſſima impreſſione.

Augmentum pretij peruentũ ex ſubconductione Arrendamenti, ſeù Gabellæ facta ob defectum Arrendatoris, ſeù Gabellarij, qui non adimpleuerat ea, quæ tenebatur, vndè ad Fiſcum pertineat, vel ad ipſum Arrendatorem, ſeù Gabellarium contingere poſſit, vt ſepè ſepius contingit in Cõductoribus Arrendamentorum Reg. Curiæ, quibus ipſa Arrendamenta, ſeù Gabellæ remanſerãt, non implere ad quæ tenentur, hoc eſt fideiuſſiones idoneas promiſſas pręſtare, ob quod ipſa Regis Curia iterum procedit ad venditionem Arrẽdamentorum, ſeù Gabellarum in damnum ipſorum Conductorum, & quia ſolent maiori pretio multoties vendi, quã fuerant prius liberata, ideirco fuit hæſitatum, ſi tale augmentum lucri cedere debeat in beneficium Fiſci locantis, vel ipſorũ Arrendatorum, ſeù Cõductorum, & quamuis dicendum videbatur, cedere debere in beneficium Fiſci, ex text. notabili in l. ea lege, ff. locati, vbi caſus expreſsè notatur, pertinere ad locatorem lucrum, quando ampliori pecunia fuerit fundus locatus, nam pretium appoſitum in locatione nõ extenditur, vt ei noceat. Accedit etiam, quod ex Alex. poſt alios in l. ſi ex toto, ff. de leg 1. firmat Camill. de Medic. conſ. 51. nu. 52. quod ſicut augmentum rei venditæ accedens poſt emptionem facto venditoris, non ad emptorem, ſed ad vendito-

ditorem pertinet,ſic augmentum contingens facto Regis,ad ipſum ſpectabit,præterea quia augmentum Gabellæ ſi fiat rerum forenſium,quæ in Ciuitatem introducuntur,illud non comprehenditur ſub illa locatione, ſed ad locantem pertinet,ex Ang. Dec. Menoch.& Laſſarte probat Ioan. Anton. Mangil. in tract. de ſubhaſtat. quæſt. 139. num. 12. ante Boer. decif. 180. nu. 7. Dec. conſ. 4. Peregr. de iure fiſci,lib. 6. tit. 5. nu. 34. Ex aduerſo autem, quod augmentum gabellæ etiam proueniens facto Regis, vel venditoris, vel locatoris ipſius pedagij,pertinet ad emptorem, ſeu conductorem,ex Angel. in l. autem,vbi num. 2. ff. de pet. hær. probat Conſil. Anna conſ. 61. n. 20. vbi nu. 6. ex pluribus ibi relatis intelligit,procedere maximè quando gabella eſſet vendita ſimpliciter, vt conſiderat ibid. Boer. Inſuper Cabed. decif. Luſit. 113. nu. 1. part. 2. probat ex eodem Angelo ſupra relato,Bald.& Dec. in conſil. 4. quod tributorum, collectarum, ſeu gabellarum augmentum pertinet ad conductorem ipſarū,& quod augmētum ſit emptoris gabellæ,refert Caſtil. decif. 66. nu. 17. Sed iudicio meo ſatis conferre videtur doctrina Gutierrez de Gabellis quæſt. 155. num. 28. vbi hæc dicendo,quærit,cū ſubhaſtatio quādoq; non ſolum concernat fauorem Regis, ſed etiam moruſi, contingit enim nōnunquam pluris licitari,q̄ eſſet prius reditus addictus ei,qui fideiuſſores idoneos non præſtitit,& reſoluit in beneficiū conductoris,ſubdens,& iuxta hanc noſtram ſententiam, & iudicium accepi fuiſſe iam pronunciatum in Supremo Conſilio Rationalium,& ratio eſſe videtur manifeſta, poſtquam iſti conductores iam ex eorum oblationibus ſunt obligati, ex traditis per Mang. in tract. de ſubhaſt. q. 16. n. 2. Nec proinde poſſunt liberari tā facilitèr ab ipſa obligatione, niſi in caſibus à iure conceſſis,vt per Carrocc. de locat. & cond. par. 3. tit. de locat. vectig. q. 3. nu. 9. & 10. latè Mangil. eod. tract. quæſt. 139. Anton. Nig. in tract. de ſubhaſtat. cap. 7. §. 13. eapropter cum ipſi adſtringantur fideiuſſores idoneos dare, vt conſuetum eſt ſeruari in R.C. Si tamen non præſtiterint, iterum licitabūtur Arrendamenta, vt oſtendit Gutierr. d. tract. quæſt. 154. nu. 14. Et hoc in damnum ipſorum,ſi minus locarentur, vt conſiderat Larrea, vt infra, Sed ſi plus fortè locarentur,debet cedi in eorum beneficium,ex regula illa, qui ſentit commodū, debet ſentire incommodum, cap. qui ſentit, de reg. iur. & commodum eius eſſe debet, cuius eſt periculum, l. fin. §. ſed cum, C. de furt. cum alijs apud Barb. in princ. iur. lit. C. nu. 24 & augmentum ad eum ſpectat, ad quem ſpectat diminutio, Reg. Rouit. in pragm. 1. de iur. & exact. fiſcal. nu. 23. vbi rationem tradit, & non erit iuſtum, vt Fiſcus locupletior fiat cū alterius iactura, l. nā hoc, ff. de cond. indeb. ſicq; tale augmentum rei venditæ cedere debet lucro emptoris, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 566. nu. 7. nouiſſimè Io. Ant. Bellon. conſil. 76. nu. 11. Et ità fuit iudicatum per R.C.S. in Arrendamento iurium Protomedici, in banca Pepe Actuar. alia exempla referuntur verbo gabellæ. hinc etiam nouiſſimè, & in puncto allegauit Ioa. Baptiſta Larrea allegat. fiſcal. 33. dum quærit,ſi damnū, quod poteſt imminere Fiſco ex locatione ſecūda vectigalium propter defectū conductoris primi, verè ſuſtinere, & ſarcire debet Gabellarius, cuius periculo ſecūda locatio fit, vt illius augmentū percipere poſſit, & reſoluit in beneficium Fiſci contra dictū conductorem ex iſta ratione,& alijs ibi cumulatis.

Auia materna an teneatur ad exhibitionem eius neptis,& filiæ patri parenti,ſi per eam oppoſitum fuiſſet,dictum patrem concubinam in domo retinere,licet per M.C. fuiſſet affirmatiuè deciſum, tamen per S. C. fuit negatiuè reſolutum,ſic atteſtante D.Reg. Sanfelic. decif. 205.

Auus maternus tutor datus pupillo,licet poſtea ſe excuſauerit,an ea excuſatione nō obſtante poſſit ad tutelā admitti,nullo exiſtēte proximiore agnato,deciſum fuit, affirmatiuè in cauſa Iulij Mazagruni teſtatur D. Reg. Hect. Capyc. Latr. cōſul 51.

Auth. res,quæ,C. communia de leg. an procedat data indignitate vnius ex cōiugibus,quando vnus ex deſcendētibus vxorē duxerit indignā, de hoc altercati cōtigit in S.R.C. in cauſa Doralicis N. cū Rinaldo de Graſſijs, ꝑ cuius tutela ioter cætera cōſēta in allegationibus editis per perſpicaciſſimū I.C. Franciſcū Maria Pratū illius Aduocatū, hęc verba enunciantur. Quo vero ad ſecundū aſſumptū actricis inſtātis ſibi ſatisfieri etiā ſup bonis ſubiectis fideicōmiſſo, poſſeſſis per Rinaldū, pars non valens inficiare de anno 1577. fideicōmiſſum ſimplex,& abſolutum ordinatum fuiſſe per Rinaldum ſeniorem in fauorem deſcendentium ex eius familia,vocans expreſsè in caſu contrauentionis Sacrum Hoſpitale Annuntiatæ huius fideliſsimæ Ciuitatis, ad refugium euolauit Auth. res,quæ,qua cautum eſt,bona reſtitutioni ſubiecta poſſe alienari, tàm pro dote reſtituenda, quàm conſtituenda,ac etiam pro anteſatō. vt ex verbis d. Auth. ibi,permittitur, res prædictas in eam cauſam alienari, vel obligari pro modo honeſtatis perſonarum congruo, vbi Gloſ. in verbo obligatione inquit,ſecundū merita perſonarum, & facultates,idemq; diſponitur in corpore vnde deſumpta eſt d. Auth. in §. quamobrem ibi,honeſtè,& ſecundum perſonarum qualitatem,& merita, in Authent. de reſtitut. & ea,quæ parit in 11. Menſe,adducens pro ſe auctoritatem Præſ. de Franch. decif. 613. & Peregr. in tract. de fideicom. art. 42. n. 83. Ego vero licet vltro concedam, rem ità ſe habere circa diſpoſitionem ipſius Auth. attamen in aula coram Dominis meis dixi, Auth. prædictam non procedere in caſu præſenti, quia Ioa. Baptiſta non erat natus,neq; conceptus tempore ordinati fideicommiſsi,& ſic verior, & cōmunior Doct. ſententia eſt, non habere locum Auth. prædictam in non natis,& non conceptis tempore prohibitæ alienationis, quia onus non reſpiciebat ipſum teſtatorem,ſecundum Alex. in l. huiuſmodi, §. cum pater, ff. de leg. 1. Bal. in lectura antiqua relata à Corneo in d. Auth. & hanc dicit communem Pariſ. conſ. 52. nu. 33. volum. 2. & ſeruari in practica loquens in terminis reſtitutionis dotis,& alij plures addncti per D. de Ponte dec. 39. num. 43. & conſ. 45. in fin. volum. 1. qui ſimiliter de communi teſtatur, & quamuis opinio cōtraria fuit, Alciat. conſ. 640. Menoch. conſ. 132. Burſat. conſ. 180. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 6. in fin. verſ. ſed quid ſi habeat locum Auth. prædicta, Theſaur. decif. 192. qui ſic refert deciſum, Lndou. decif. Lucen. 28. nu. 96. & alij plures relati per Theſ. Matt. de ſucceſſ. leg. part. 4. quæſt. 21. art. 10. tom. 2 & nouiſſimè allegati per Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 6. num. 4. verſ. ceterum con-

contrariam tenuit opinionem, vt ſuprà etiam in filijs non natis, nec conceptis dict. auth. ſubſiſtat, attamen id verum autumant, dummodo eius qualitatis deſcendentes ſint, quod teſtator ipſe ſi viueret, illis dotem, ſeù donationem propter nuptias conſtituere teneretur, vel dotem iam receptam reſtituere teneretur, nempè ratione, quam præ cæteris adducit Molin. loco citato num. 5. quod quamuis teſtator ad id præcisè adſtrictus non eſſet, veriſimile tamen eſt, quod ſi eo tempore viueret, ijs neceſſitatibus ſubueniret, quam ſanè rationem deducit ex tex. in l. cum ſeruus, §. nam & ſi cuius, vbi quod ipſe, cuius facturus ſit, ab hæredibus ſuis fieri voluiſſe intelligitur, ff. de condit. & demonſt. tradit Molin. dict. n. 5. vbi allegat Caſtr. Socin. Curt. Iun. & Padil. Ceſſante igitur ratione prædicta veriſimilitudinis voluntatis teſtatoris, ac perſonarum honeſtate, remanet inconcuſſa prima opinio Bald. relati à Corn. in d. auth. num. 4. & 8. quod in omni caſu, in quo fideicommittens non tenetur ſe obligare pro dote, & antephato, non habet locum dict. auth. res, quæ, vti poſt Bald. & Corn. notat Sforz. Odd. de fideicomm. quæſt. 26. num. 105. quod autem caſus noſter verſatur citrà ſecundam opinionem, vt data validitate matrimonij actrix minimè eius conditionis, & qualitatis fuerit, vt fideicommittens veriſimiliter antephatum conſtituere voluiſſet, vel reſtituere dotem, manifeſtè deducitur, attenta perſona ipſius Io. Baptiſtæ V. I. D. de nobili genere orti ex Ciuitate Capuæ, q̄ vltrà quod in proceſſu eſt deductum omnibus innoteſcit, ac etiam ex conditione ipſius actricis probata, quod eam in concubinam per plures annos retinuit, & ante ipſum vitam liberam ducens ſui copiam faciebat, vt ex depoſitionibus teſtium erit videre ſuper ſecundo articulo, & præſertim ex depoſitione vnius teſtis ex aduerſo producti eam appellantis *la Bella Siciliana*, quod ſanè nomen potius Amaſijs, quam vxoribus congruit, & ex eo tam ſingulari, & egregio nomine facilè colligi poteſt quales habuerit mores, vt obſeruat Pariſ. conſ. 29. num. 15. lib. 3. Inſuper Fabritius de Graſſijs pater Ioannis Baptiſtæ adeò indignam eam reputauit, quæ vt eius filio in matrimonium coniungeretur, nunquam acquieuerit, niſi per Tribunal Nuntiaturæ matrimonium nullum declarari videret, ipſomet inſtante, prout ex ſententia in actis deducta de anno 1620. & cum nemo præſumatur melius conſilium capere pro filijs, quam pater, quorſum poterat induci Fabritius ad nullitatem matrimonij expetẽdam, cuius cõtẽplatione dos duc. 16825. fuit per actricem conſtituta, niſi ex ipſius actricis indignitate, & ex hoc tam rationabile dicto Iudex moueri debet, ſicuti à lege, quia lex eſt omne, quod in ratione conſiſtit, cap. conſuetudo, 1. diſt. Iſern. in prælud. feud. in fine, num. 46. Quo fit, vt luce meridiana clara appareat indignitas actricis, cui abſque dedecore iuxtà Ciuitatis mores Io. Baptiſta matrimonio copulari nequiuit, ſic enim indignitas ſecernitur ex ijs, quæ eruditè de more ad rem noſtram ſatis docet Sanchez de matrim. part. 1. lib. 14. diſput. 26. poſt Bart. in l. ſi rogatus, ff. de manum. vind. vbi expreſsè dicit, quod indignus conſideratur ex qualitate viri, & filiæ nubentis, & ſuorum natalium, & anteceſſorum, & adducit ſingularem tex. in l. 3. §. ſi emancipatus, ibi, ſi ignominioſam duxit vxorem, & dedecori ſit tam ipſi, quam patri, ff. de bon. poſſ. cõtra tab. & in terminis plura adducit Pariſ. conſ. 29. num. 16. lib. 3. quem conſuli, rogo, quia rem determinat, & in puncto auth. res quæ notat Iaſ. ibi poſt antiquiores, & Paul. de Caſtro num. 32. in 6. ampl. & nu. 33. in fine, & alij plures per Sanchez adducti loco mox citato num. 24. in 7. concluſ. ſubdens ex auctoritate Ang. in auth. quibus modis nat. effic. leg. & Bald. in l. nec filius, C. de nupt. meretricẽ eſſe perſonam indignã, ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. n. 85. & 103. Ex quibus omnibus, & vnoquoq; ipſorum facilè Dominis meis innoteſcit actricis indignitas, & quantum ab omni veriſimilitudine ſit alienum cogitare, fideicommittentem bona fideicommiſſo ſubiecta, ad hoc vt in familia conſeruentur, modo voluiſſe in familiæ dedecus, & ſui ipſius iniuriam pro dotis reſtitutione, vel conſtitutione antephati diſtrahere. Quod perbellè comprobatur ex doctrina Angel. in auth. quib. mod. nat. effic. leg. §. ſed & aliud, num. 4. vbi illum tex. ſingularem dicit, & notandum, quod licet habes concubinam, illam ſolemniter ducat in vxorẽ, tamen ſi ea mulier non erat matrimonio digna, quia forte meretrix erat, vel mulier viliſſimæ conditionis, & pater erat homo nobilis, & diues, filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium, quia cum illud matrimonium cum honeſtate contrahi non potuerit, non legitimat filios ante illud natos, & conceptos, & inſtituit Aduocatũ ad id obſeruãdũ, cuius meminit eminẽtiſſimæ ſcientiæ vir Præſ. noſter Vrſin. in tract. de ſucceſſ. feud. par. 1. quæſt. 4. art. 2. n. 53. per totum, vbi notat mentis veriſimilitudinem. Nec ſilentio prætereundum cenſui, diſpoſitionẽ Auth. res, quæ minus vigere in theſi propoſita, nam agitur de dote confeſſata, & ſuſpecta de ſimulatione, ſecundum Iaſ. in d. auth. in 9. limit. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuil. 13. & in puncto Pariſ. conſ. 52. num. 4. volum. 2. poſt Bart. Bald. Ang. & Alex. etiam ſi elapſa ſint tempora opponendi, nam alias fraudaretur fideicommiſſum, & Præſ. de Franch. dec. 613. per partem adductus apertis verbis inſinuat. ibi num. 8. auth. res, quæ non habere locum in dote confeſſata, quodque dict. auth. ſtrictè interpretanda ſit, quia per eam tres iuris regulæ ſubuertuntur, prima ſ. quod quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter, ſecunda diſponat teſtator & fiat lex, tertia nihil eſt tam pium, quam meritorium, voluntates exequi, id, quod & abſolutum eſt apud Claſſicos, & priuilegium tex. in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. non procedit in dote confeſſata, ſecundum gloſ. ibi, vndè Vaſaſc. conſult. 5. num. 15. tradit, confeſſionem emanatam inter perſonas ſuſpectas, fraudulentam præſumi, & conſult. 6. num. 1. aſſerit, ſi de fraude confeſſionis conſtiterit, etiam dote recepta cõiecturis, vel probationibus nunquã nocebit, allegat text. in auth. de æqual. dot. §. aliud in fin. & Affl. dec. 204. in fin. Quæ autẽ maior eſſe poterit ſuſpitio, dũ Io. Baptiſta confitetur recepiſſe duc. . . in tot mobilibus, & deindè promittitur reſtitutio tantum in ducatis bis mille, remittendo ducatos . . . hæc enim magna liberalitas repugnat naturæ mulierum auariſſimæ, Rota Florent. apud Magon. dec. 17. n. 7. Conuincitur fraus ex eo, quod facta enunciatione plurium

corporum ſtabilium, & nominum debitorum in dotem aſſignatorum per actricem, quæ vti fructus dotis cedere debent Ioanni Baptiſtæ eius viro, ad text. in l. fructus dotis, C. de iure dot. cum concord. ne quidem obolus apparet per Io. Baptiſtam exactus, & ad id fundandum, ponderauit Pariſ. dict. conſ. 51. in fine lib. 2. vltra quod idemmet Peregr. in loco citato per patrem, ſi benè cõſulatur, noſtram tuetur ſententiam, concurrente aliqua ſiniſtra cõiectura reſpectu perſonarum, ità vt pro fideicommiſſo ſit præſumendum, ac de facto conſultum vidiſſe profitetur eod. num. 83. in fine, & ſic potius pro noſtra opinione connumerandus eſt Peregr. quã contra nos. Tertium tandem aſſumptum de inualiditate matrimonij, licet non me fugiat, ad Eccleſiaſticum Iudicem eius deciſionem pertinere, quatenus quæſtio iuris tractanda eſſet, iuxtà tradita per Præſ. de Franch. deciſ. 36. attamen quatenus in facto aliquid animaduertendum ſit pro Cliẽtis iuſtitia, circa qualitatem contrahentium, æqui, bonique forent Domini mei, vt eam inſinuem, nam coram Iudice Seculari eſt licitum, ſecundum D. de Franch. dec. 36. poſt Bart. ibi adductum, fuit enim per Curiam Nunciaturæ matrimonium declaratum nullum viſa partium declaratione, quam ex ipſomet proceſſu in dicta Curia inſtructo obſeruauimus, ipſa enim actrix die 3. Maij 1619. in iudicio confeſſa fuit etiam viuente Fabritio N. ſuo viro ab ipſo Ioanne Baptiſta cognitam fuiſſe ſub fide ducendi eam in vxorem, obitu dicti eius viri ſequuto inſtando matrimonium declarari nullum, & inualidum, iuxtà petitionem Io. Baptiſtæ. & poſtmodum in eius articulis productis de menſe Aprilis eiuſdem anni veritatem hanc plenius exarauit, & in eodem proceſſu Nũtiaturæ poſt teſtium depoſitionem legitur fides Parochi per viam teſtimonialis, deponentis de toto facto certiorati ab ipſamet actrice in lecto iacente infirma, quæ mentiri non præſumebatur; imò aſſeruit, ſententias Curiæ Archiepiſcopalis pro validitate matrimonij proceſſiſſe, ex quo facti veritas ibi conſtare non potuit, prout hæc omnia in promptu ex ipſomet proceſſu Dominis demonſtrauimus, & quamuis deindè abſente, vel mortuo Io. Baptiſta poſt decem annorum curriculum actrix appellauerit, & ſententias in eius fauorem obtinuerit, ipſa ſibi conſcia ſit, quibus artibus aucupauerit, mihi ſufficit ex confeſſis per ipſam in iudicio prædicto, eius indignitatem demõſtrare, ad finẽ excludẽdi a prætẽſa reſtitutione dotium, & ſolutione antephati ſuper bonis reſtitutionis oneri ſubiectis in beneficium familiæ de Graffijs, ac deſcendentium ex ipſomet Rinaldo ſeniore, abſolutum, & ſimplex fideicommiſſum inſtituente, prout ampliſſimum Senatum determinaturũ fore in ſpecie dicimus, Vt tãdem Rinaldus ab indebita vexatione liberetur. hæc occurrunt in maxima temporis anguſtia exarata ſub Dominorum correctione, & cẽſura. Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 5. Nouembris 1639. Franciſcus Maria Pratus. Facta relatione in S. C. per Reg. Conſiliarium Scipionem Theodorum, fuit per S. C. condemnatus conuentus ad reſtituendum dotes, & antephatum, verum obſtare fideicommiſſum de menſe Nouembris anno 1640. In Banca Vincentij Borrelli pro Cioffo Magiſtro Act.

Auth. res, quæ, C. communia de legat. an procedat pro reſtitutione dotis receptæ à filio, ad idem, de quo fuit diſcuſſum in præcedenti verbo fuerunt hæc ſequẽtia addita pro coronide eorum, quæ in alijs allegationibus ponderauimus ad fundandam iuſtitiam Rinaldi de Graffijs nobilis de Ciuitate Capuæ aduerſus Doralicem N. prætendentem, ſibi ſatisfieri de nonnullis aſſertis mobilibus ex cauſa dotis aſſignatis V. I. D. Ioanni Baptiſtæ de Graffijs ſuper bonis in iudicio deductis, oneri fideicommiſſi ſuppoſitis per Rinaldum de Graffijs ſeniorem in anno 1577. in beneficium eius familiæ vocantẽ in caſu contrauentionis Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Fideliſſimæ Ciuitatis, innixum diſpoſitioni Auth. res, quæ, C. communia de legat. rogo Dominos meos dignẽtur ſuper infraſcriptis oculos pertrãſire In primis aſſerimus, diſpoſitionem dict. auth. res, quæ perperam ex aduerſo allegari in caſu, de quo agitur, ea etenim procedit pro dotandis filiabus, vel deſcendentibus fideicommittentis, non tantum ex præſumpta ipſius mente, quantum ex naturali debito erga filios, & deſcendentes, per text. in l. qui liberos, ff. de ritu nupr. & l. final. C. de dot. promiſſ. ſecus verò pro dote filij, pro qua iure cautum non reperitur, quod pater teneatur, ſed benè cogitur aſſignare donationem propter nuptias, ſecundum Bart. in l. ſi cum dotẽ 33. §. tranſgrediamur, num. 4. verſ. alij, ff. ſolut. matrim. ad quod probandum adducit tex. in l. fin. C. de dot. promiſſ. & pro ratione aduertit, ſatis inconueniens eſſe, vt ad vtrumq; pater teneretur, idq; procedere in ijs partibus, in quibus fiunt donationes propter nuptias (nec in Regno dubium circa hoc eſſe poterit) & progrediens vlterius ibidem, quid dicendum in partibus, in quibus non eſt hæc conſuetudo, an pater cogatur promittere dotem, diſtinguit, aut filius non accepit ſibi perſonam congruam, ſed vilem, quæ ſibi non congruit, & tunc pater non cogitur promittere, imò iſto tempore erat iuſta cauſa exhæredationis, ſed ſi filius acciperet honeſtam perſonam, tunc cogetur promittere dotem, ne matrimoniũ impediatur, maximè ſi pater conſentit matrimonio. Cũ igitur publicè pateat qualitas Doralicis ex deductis in actis, & et omnibus in hac Ciuitate innoteſcat, quomodò inhoneſtè vixerit, non poterit ſuper bonis ſubiectis fideicommiſſo ſatiſfieri. Idipsũ tenet Bald. in d. §. tranſgrediamur, n. 6. verſ. iuxtà hoc quæro, mouens quęſtionem, quãdo dos datur filio, vtrum pater teneatur ſe expreſſè obligare pro eo, & adducens Dyn. pro opinione affirmatiua, & And. de Piſ. pro negatiua, ſubdit, & hoc eſt verum, ſi filius accipit vxorem ſibi conuenientem, ſecus ſi patrem offenderit accipiendo indignam. Itidem Alex. in d. §. trangrediamur n. 6. Bart. doctrinam ſectatus, & in terminis indiuidualibus auth. res, quæ non teneri patrem pro dote recepta à filio in partibus, in quibus fit donatio propter nuptias, ſecus verò ſi non fieret donatio, dummodo filius accepiſſet honeſtam perſonam, tenet Soc. conſ. 75. n. 7. verſ. & ratio vſq; ad n. 8. circa med. vol. 1. vbi tradit concluſionem in caſu propoſito, quod bona paterna non ſunt obligata etiam in ſubſidium. Iiſq; conſentit Barboſ. in dict. §. tranſgrediamur, n. 33. ſectans doctrinam Bart. vt pater non teneatur pro dote filij, quando inhoneſtam vxorem accipit, ſubdẽs

amplius

amplius, duo requiri copulatiuè, ad hoc vt pater obligetur pro dote filij, quod .ſ. conſenſerit matrimonio filij, & quod ipſi dos tradatur, vel iuſſu eius, non enim ſolus conſenſus ſufficit, & in puncto tradit Milan. deciſ. 19. num. 22. Manent. deciſ. Mantuan. 52. nu. 12. & ità iudicatum in S.C. in causa Monaſterij Diui Gaudioſi cum Ioanna Carlino, refert Thor. in 1. par. Compend. in ver. prælatio, liquet ergo ex ſupradictis, nullum ius competere Dotalici, ſub correctione tamen, & cenſura Senatus ampliſſimi. Laus Deo, Beatæq; Virgini Mariæ. Neap. die 23. Nouembr. Franciſc. Maria Pratus. Fuit deciſum vt ſuprà in præcedenti verbo.

Auth. res, quæ, C. commun. de legat. qua cautum eſt, quod bona fideicommiſſo ſubiecta poſſint alienari ex causa dotis, & donationis propter nuptias, an ſibi locum vendicet in impenſis fieri conſuetis tempore nuptiarum, quæ omitti nequeūt abſq; pudoris macula, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. vt teſtatur D. Reg. Sanſelic. in dec. 199.

Auxiliator in rixa incidenter occurſa inter certos homines, ex qua homicidium ſucceſſerat an verè dicatur is, qui fuerit ab Actuario Curiæ miſſus ad ſedandam rixam, & indè conſtito de percuſſore, citra dolum, & culpam ipſius puniri debeat, licet per M.C.V. fuerat Sebaſtianus de Nardis condemnatus per quadriennium ad relegationem in inſulam declarandam per ſuam Excellentiam, deducta indè causa ad S.C. per viam appellationis, in quo facta relatione, & diſcuſſo plenius negotio fuit abſolutus, vt cenſuit Alex. Trentacinq. conſ. 35. vol. 2.

B

BAIVLATIO alicuius Terræ, ad Baronem dominum, vel ad ipſam Vniuerſitatē ſpectet, vt poſſit in baiulatione Officiales deputare, quinimò exiſtente tali cōtrouerſia inter Vniuerſitatem Neritoni, & illius Ducem, fuit per ſententiam S.C. deciſum, baiulationē Ciuitatis Neritoni ſpectauiſſe, & ſpectare ad Ill. Ducem, & propterea quod Vniuerſitas eum non moleſtet in exercitio iuriſdictionis baiulationis prædictæ, abſoluendo dictum Ducem ab impetitis per Vniuerſitatem, eidem reſeruando ius deputandi duos probos viros, præuia approbatione Ducis, quibus inſimul cum baiulis deputatis, & deputandis per ipſum liceat accedere pro cuſtodia Territorij dictæ Vniuerſitatis, verum non ſe intromittat in interceptione perſonarum, & animalium damna inferentiū, nec in exactione pœnarum concernentium iuriſdictionem dictæ baiulationis, vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 141. lib. 2.

Baiulus an veniat appellatione Officialium, deciſū fuit negatiuè per M.C.V. in causa Io. Caroli Villani Baiuli Terræ Aierolæ, teſtatur Nouat. in rubr. de Offic. & quæ iis prohib. collect. 1. n. 6.

Baiuli an, & quando poſſint pœnas damnorum illatorum per animalia exigere, & quando non, videantur deciſiones infrà in ver. pœna.

Banna emanare an liceat Baroni, ac eius Baiulo, vt nō inferantur damna in Territorijs decimalibus, & conſequenter pœnas à contrauenientibus exigere, & qualiter; de hoc ſolemne conſilium edidit Reg. Lanar. 98. quomodo Baro, & in quibus grauat vaſallos, aut alios, dum vult pœnam, aut fidem pro animalibus inuentis in proprio, aut alieno Territorio bannito, vel non bannito, & ſuper hoc fuit alias interpoſitum decretum per R.C.S. ſub die 18. Decembris 1575. ad relationē V.I.D. Fabritij Villani Præſidentis R.C. in causa ſpectabilis Comitis Vgenti, cum particularibus Terræ Tellini ſuper prætenſione emanandi banna, quod non inferantur damna in Territorijs decimalibus ſitis in Territorio Ciuitatis Vgenti, per quod fuit deciſum, quod detur terminus in causa, & interim donec aliter fuerit prouiſum per R.C. liceat prædicto ſpectabili Comiti, & cōſequenter eius Baiulo emanare banna, quod nō inferantur damna in Territorijs decimalibus, & ſimiliter liceat exigere pœnas à contrauenientibus, verum pœna ipſa non debeat excedere damnum, ſi damnum fuerit intra valorem auguſtalis, ſi verò damnum exceſſerit auguſtale, pœna ipſa non excedat auguſtale, verum de omnibus pœnis fiat quinternum liquidum, & clarum, & ipſe Spectabilis Comes procuret conſeruationē dicti quinterni, & ſi particulares Terrę Tellini voluerint copiam dicti quinterni, Baiulus teneatur illā dare, hoc ſuum, &c. quod ſiquidem decretum corroboratur ex adductis per eundem Reg. Lanar. vbi ſuprà, præſertim nu. 3. ex Andr. & Luca de Penn. ibi relatis, nempè quod Baro poſſit per bannum prohibere, & imponere pœnam, ne animalia ſumant paſcua in Territorio ſuo, & exigere eam vltrà quantitatem damni.

Banniti, ſiuè exulati à Regno cum pœnali obligatione de ſeruandis finibus, an banno contraueniſſe cenſeantur, ſi per mare nauigando aduerſa fortuna ad aliquē litū vetitū Regni acceſſerint, & puniri debeant, deciſum fuit per R.C.S. non incidiſſe in commiſſum, ſed in gradu reclamationis fuit reſolutum, benè iudicatum quoad bona, non tamen quoad perſonas Iudæorum, qui fuerunt abſoluti; vt refert Donat. Anton. de Marinis quotid. reſolut. cap. 303. in noua impreſſione.

Baro an poſſit imponere pœnam eius ſubditis, ne alibi vadant pro conſequutione iuſtitiæ, pro cōſeruatione ſuæ iuriſdictionis, deciſum fuit affirmatiuè in causa Vniuerſitatis Soloſræ cum eius Domino, ità Epiſcop. Ricc. collect. 2963. p. 7.

Baro habens cognitionem ſecundarum cauſarum tenetur conſtituere Iudicem, ſeù Auditorem in eadem Prouincia, vbi extat Terra eius, vt inquit poſt Camp. in cap grauamina, nu. 12. Capibl. in Pragm. 3. de Baron. nu. 140. alias 183. in nouis, de quo ſatis in 2. par. noſtri Compendij, ver. Baro, & ità fuit deciſum per S.C. in causa Vniuerſitatis Terræ Biccari cum Marcello Caracciolo eius domino, ad relationem Regij tunc Conſil. Galeotæ Fonſeca die 12. Iulij 1540. penès Iacobum Figliolam, decernendo, quod Baro debeat deputare aliquem probum virum in dicta Terra Biccari pro exercitio iuriſdictionis ſecundarum cauſarum, & Conſultorem in proximiori loco dictæ Prouinciæ partibus non ſuſpectum, vt iuſtitia, & veritas non pereat, alias ſi ſecus eſſet, vaſalli graua-

rentur, vt prolixius agit Nouar. de grauam. vaſal. tom. 1. grauam. 199.

Baro an teneatur ſoluere pagamenta, quæ occurrũt per viam pro aſportatione ſuorum bonorum, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Marcello Caracciolo die 22. Ianuarij 1543. ad relationem Reg. Conſil. Fõſecæ, .ſ. quod Baro prædictus teneatur ſoluere pagamenta, quæ occurrunt per viam ſolui Itinerantibus cum animalibus onuſtis, ſalmis, vel dare dictis Conductoribus literas patentes pro franchitia eorum, quæ ſoluuntur per dictos aſportãtes in paſſibus, ſcaphis, & alijs locis occurrentibus. In Banca Figliolæ.

Baro an prohibitus ſit emere, & vendere ſuis Ciuibus, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius domino die pen. Maij 1550. referente Reg. Conſil. Io. Andr. de Curte, .ſ. quod liceat emere, vel vẽdere Ciuibus liberè. In Banca Iubeni, ſequitur nouiſſimè Nouar. in pragm. 2. collect. 3. de Baron. n. 4.

Baro an præferri debeat in locatione animalium vaſallorũ, ſolitorũ locari, fuit deciſum per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Marcello Caracciolo, ad relationem Reg. Conſil. Fonſecæ die 10. Nouembris 1547. quod ſeruetur decretum alias latum in eodem proceſſu, fol. 35. Verum ſi dominus dictorum animalium conſueuerat ea locare alijs, quod pro eodem pretio poſſit locare, etiam pro ſeruitio Domini. In Banca Figliolæ.

Baro an præferri debeat in venditione rerũ ab eius vaſallis facta, deciſum fuit per S.C. in cauſa Marchionis Lauri cum Vniuerſitate die 10. Aprelis 1568. quod abſtineat, niſi à volentibus vendere eorum ordea, & pro pretio, prout inter ciues, quibus ipſe Marchio præferatur, quo verò ad pullos in grauamine contentos liceat vnicuiq; illos vẽdere ad ſui libitum abſq; prohibitione. In Banca Cioffi.

Baro an poſſit prohibere eius vaſallis eorum res vẽdere, niſi ſibi ipſi prius, deciſũ fuit p S.C. in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius domino die 10. Aprelis 1568. quod abſtineat, niſi à volentibus vendere, & pro pretio, pro quo inter Ciues fuerit conuentum, &c. & iterum in palea deciſum fuit, quod abſtineat, niſi à volentibus vendere, quibus ſoluatur prout inter Ciues, in Banca Cioffi. De hac deciſione meminit Capibl. de Baron. in pragmat. 1. n. 154. quem ſequutus eſt Rendell. de iur. proth. §. in primis, vet. ſub eodem ſeruitio, nu. 62. ibiq; probat. Baronem non poſſe mandare vaſallis, ne vendant alijs, quam ſibi. & præferri debeat, ex Ann. in ſing. 493. Nouar. in pragm. 2. collect. 5. n. 7. de Baron. & n. 12. aſſerens, ità deciſum in cauſa Ill. Principis Montis militũ cum Vniuerſitate.

Baro an teneatur ad emendam equi conducti à vaſallo, ſi pro eius ſeruitio in itinere obijt, fuit alias per S.C. in cauſa Terræ Biccari cum Marcello Caracciolo eius domino die 10. Nouemb. 1547. ad relationem Reg. Conſiliar. Fonſecæ ſuper 6. grauam. deciſum, quod ſi caſus acciderit arrobamenti, vel mortis alicuius animalis per viam, quod dictus Baro non teneatur ad eorum emendam, & ſimiliter dicti vaſalli non teneantur ad emendam victualium, quæ deferuntur, ſi fuerint diſrobati ſine eorum culpa, & defectu, in Banca Figliolæ, quod iure comprobatum eſt reſpectu equi conducti, ſi in itinere moriatur naturaliter, quod conductor nullatenus tenetur, etiam ſi ſuſcepiſſet periculum mortis naturalis in ſe, vt docet ex Bald. in addit. ad Specul. tit. de loc. col. 2. Bonacoſſ. in tract. equorum, q. 93. quod ſecus eſſet, ſi aliundè mors contigiſſet culpa interueniẽte aliqua vt per exẽpla oſtẽdit Caroc. in tract. de locat. & cond. p. 4. q. 6. n. 1. cum ſeq. fol. 173. à t. & locum habebit Conſtit. Regni Sic noſtra, vbi Andr. & amplius circa hoc Baro nullo iure videtur teneri, quando talia animalia ducerentur per eoſdem vaſallos pro eorum ſeruitio, ſecus ſi ab alijs ducerẽtur, tunc diſtinctio ſupradicta locum haberet.

Baro an poſſit cogere vaſallos ad ſibi inſeruiendum annuatim, vel menſatim, fuit deciſum negatiuè pro Vniuerſitate Orſoli cum eius Marchione, in banca Iubeni, Nouar. in pragm. 1. collect. 2. n. 10. de Salar. cor. &c.

Baro an poſſit cogere vaſallos pro ſeruitijs extra territorium, deciſum fuit affirmatiuè, ſcilicet quod tam intra, quam extra territoria valeat ſeruitia iniungere, ſoluto tamen pretio, prout inter Ciues intra territorium, extra ſecundum taxam pragmaticæ, vt fuit deciſum in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius Domino, in banca Cioffi, & iterum in cauſa Vniuerſitatis Theani cum Illuſtr. Principe Hoſtiliani eius dominu, refert Nouar. in pragmat. 1. collect. 2. num. 11. de Salar. cor. &c.

Baro an poſſit iniungere ſeruitia exteris venientibus in ſua terra pro negotiis, deciſum fuit per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione illius Domino, in banca Cioffi, Nouar. in pragm. 1. collect. 2. nu. 13. de Salar. cor. &c.

Baro an poſſit iniungere ſeruitia illi, qui illud ſeruitium alteri ciui locauit, deciſum fuit negatiuè, licet præferatur, quando monuiſſet per diem antea, hoc eſt præferri, ſi antea ipſe præuenerit per diem, nam facta conuentione diſcedere non licet in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione illius Domino, Nouar. in pragm. 1. collect. 2. nu. 14. de Salar. cor. &c.

Baru an poſſit cogere vaſallos vnius terrę ad eundũ ad aliam pro meſſibus, & glandibus legendis, & pro cæteris ſeruitijs feudi, deciſum fuit negatiuè in cauſa Vniuerſitatis S. Georgij, & Iacobi Caraccioli, Nouar. in pragm. 1. collect. 2. nu. 16. de Salar. cor. &c.

Baro, qui habet ius fidę, & diffidę in aliquo feudo alterius Baronis exiſtente in ſuo territorio, an poſſit dictum Baronem compelli facere, ne faciat clauſuras in dicto feudo, vel plantare arbores, ex quo prætendebatur, ius fidę. & diffidę ex hoc impediri, de hoc contingit altercari in S.C. in cauſa Donati Antonij de Loffredo, & poſtea Scipionis de Loffredo cum Goffredo Palagano, quoniam exiſtẽte ipſo Marco Antonio Barone Carouineæ in poſſeſſione fidandi, & diffidandi animalia in toto eius territorio, & ſignanter in feudis Sancti Viti, & S. Iacobi exiſtentibus in territorio prædicto, quorum Dominus vtilis erat prefatus Goffredus, qui in dictis feudis plantare fecerat certam quantitatem Oliuarum, faciendo quandam clauſuram pro ſeruitio animalium ſuorum ad feuda prædicta pertinentiũ, quã de facto ipſe Donatus Antonius deuaſtari fecerat, cõſeruãdo ſe in poſſeſſione ſui iuris, vnde deducta

Digitized by Google

ducta altercatione in S.R.C. dicebatur ex parte ipſius Marci Antonij, eſſe clarum de ſua poſſeſſione iuris fidandi, & diffidandi in dictis feudis exiſtentibus in ſuo territorio, poſtquam Baro vti primus Ciuis licet habeat ius paſcendi in nemoribus proprijs Vniuerſitatum, Capibl. de baronib. tom. 2. cap. 75. num. 6. tamen etiam in alienis habere ſolet ex conſuetudine, ſeu priuilegio Ciuitatis, nec tenetur ſoluere ius herbagij, Pręſ. de Franch. deciſ. 297. nu. 1. & propterea Domini eſt fidam habentis alios arcere ab ingreſſu, vel permittere, vt liberè paſcua ſumant, Reg. de Ponte conſ. 97. nu. 2. volum. 1. vt declarat Polyd. Ripa obſeru. 332. nec proinde paſcua redigi debent ad culturam in diſpendium eius, cui ius paſcendi debetur ſeruitutis lege, ex Hond. cōſ. 84. n. 6. & 31. vol. 2. Gayl. Coſta, & Piſtor. probat And. Knich. de iure territorij cap. 4. nu. 365. quamuis affidatio animalium non ſit propria conceſſio paſcuorum, aut fructuū, ſed vſus paſcuorum, idem Polyd. Ripa obſeru. 333. nu. 9. Et amplius ſi proprio Domino, ſeu Baroni non erit permiſſum reducere ad culturā bona ſua feudalia, quę ſemper tenuit pro paſcuis, & in eis Ciues habebant vſum, prout ex Cepol. & Hieron. de Monte probat Capibl. d. tom. 2. c. 75. nu 7. multo fortius alijs, quare iuſtiſſimè pro tuitione ſuæ poſſeſſionis reſiſtere permiſſum erat, ne innouaretur quid contra antiquā poſſeſſionem, & præiudiciale fieri eius iuribus, nam defendere ſe vnicuiq; licet, non ſolum perſonam, ſed etiam res, Bart. in l. 1. n. 27. C. vnde vi. Ex aduerſo ex parte Goffradi replicari poterat, nulli dubium eſſe, quin ipſe Dominus vtilis dictorum feudorum ſit, teſtatur Pręſes de Franch. dec. 103. & dum erat Dominus, habebat potiora iura in illis, io tantum quod cum eſſent duo Domini contendentes, cuius ſit fida, ſi vnus eorum poſſideret feudum, & alter prætenderet habere ius fidæ in eo, in hoc caſu concludendum eſſe arbitratur Patis de reintegr. feud. tit. de finibus feudi, pro Domino feudi eſſe iudicandum, maximè cum probetur, quod paſcuum, de quo eſt quęſtio ſit de pertinentijs Villæ iſtius Domini, & probata aliquali poſſeſſione eiuſdem paſcui, altera præſumitur iniuſta, niſi iuſta poſſeſſio probetur, cui coocordat Niger in cap. item prædicti contenti, nu. 15. quem probat Rendell. in tract. de paſcuis, &c. cap. 10. verſ. & quoties. Vltra quod cum ſit Dominus dictorum feudorum, & conſequenter herbę ſunt Dominorum territorij, Pręſ. de Franch. deciſ. 30. nu. 1. tunc quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mand. & propterea non erit denegatum Baroni in rebus domanialibus ſuis ad culturam reducere paſcua, vt proſequitur ibi Capibl. verſ. in contrarium dici poteſt, vbi alia ad ornatum tradit, quæ hic conferunt, nec aliter tranſcribo, & pariter Domino licitum erit Ceſinam agri ſui mutare, hoc eſt nouellare oleas, vites plantare, quamuis municipes ius ibi paſcendi habeant antea, ex Aym. Veron. & Couarr. notat Rendel. par. 4. cap. 1. verſ. ex quibus. Fuit ſuper hac altercatione prolata ſententia per S.C. huiuſmodi, videlicet In Dei nomine Amen. Pateat vniuerſis, &c. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati Cęſar. felic. record. oblata pro parte Magnifici quond. Donati Antonij de Loffredo, & ſucceſſiuè Magnifici Scipionis de Loffredo eius filij proſequētis litem agitatam per d. Magnif. quon. Donatum Antonium contra Magnif. Goffredum Palaganum, eiuſq; prædeceſſores, cuius tenor eſt videlicet: Sacr. Cæſ. Maieſt. viſis videndis. Dicimus, pronunciamus, decernimus, ſententiamus, & declaramus, prædictum Magnif. Goffredum Palaganum vt principalē, & egregium Hieronymum Certam eius Procuratorē vt procuratorem abſoluendos eſſe, & abſolui debere, prout ipſos pręſenti noſtra diffinitiua ſententia abſoluimus, & penitùs liberamus ab impetitione prædictorū Magnif. Donati Antonij, & Scipionis de Loffredo, propterea licuiſſe, & licere d. Magnif. Goffredo facere io territorijs Caſalium S. Viti, & S. Iacobi clauſuras pro vſu Bobum domitorum deſeruientium culturæ Territorij prædicti, ac etiam plantare in Territorijs prædictis oliueta, non obſtantibus prætenſis per dictum Magnif. Scipionem de Loffredo vtilem dominum Caſtri Carouinei, ac dominum, & poſſeſſorem fidæ in Territorijs prædictis S. Viti, & S. Iacobi, neutram partem in expenſis ex cauſa condemnando, &c. Io. Felix Scalaleo. In qua ſiquidem cauſa fuit proceſſum ad diuiſionem Territorij, vt infrà in verbo diuiſio.

Baro ſi confirmare non intendit Electos ab Vniuerſitate per maiora ſuffragia, quonam remedio ſuffragetur, & qualiter ei ſit occurrendum, nam licet Vniuerſitates habeant ius eligendi, tamen confirmatio facienda erit per Baronem, ex Reg. Rouit. in pragm. 2. de admin. Vniuerſit. num. 54. probat Capiblanc. in pragmat. 10. de Baronibus, num. 90. in noua compilatione, Regens Tapia in iure Regni par. 7. tit. 7. pragmat. 2. columm. 6. verſic. hæc ſunt, & facta tali electione per ciues, & per maiora ſuffragia, ex Præſ. de Franch. dec. 264. ibidem Capiblanc. num. 74. corroborat, adhuc quia Baro, quamuis ſit vnus ex ciuibus, tamen ius habet in opponendo Electo, non tamen eligendo, ex Anna allegat. 15. probat ibidem Capibl. Et proindè ſi fuerit facta electio Electorum per Vniuerſitatem per maiora ſuffragia, & Baro quāuis non oppugnauerit, adhuc dilatat confirmare Electos, procraſtinando ob aliquod ſuum intereſſe, ſolet Sacrum Conſilium ſuper his remediū huiuſmodi adhibere, ſicuti accidit in cauſa Vniuerſitatis Ceruinarię cum eius Domino Vincentio Scalaleone, videlicet. Die 3. Iulij 1617. Neap. Facto de prædictis verbo in Sacro Reg. Conſilio per Magnificum V.I.D. Didacum de Salinas Regium Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto Sacri Regij Conſilij prouiſum eſt, quod Illuſtr. Marchio Baro Terræ Ceruinariæ infrà quatuor dies confirmet ex Electis eiuſdem Terræ Ceruinariæ quatuor ex octo nominatis, ſiuè electos per Vniuerſitatem dictæ Terræ habētes maiora ſuffragia, videlicet, Cęſarem Lōgua, & Ioannem Iacobum Marocta ex quarterio, ſiuè parte Crucis ſuperioris, & Angelum, ſiuè Angelillum de Iorio, & Berardinum de Vito ex quarterio, ſiuè parte Crucis inferioris, alias dicto termino elapſo ſupradicti quatuor habentes maiora ſuffragia exerceant officium Electorum in dicta Terra, hoc ſuum, &c. Didacus Salinas, Franciſcus Antonius de Mercati Secretarius, penès Galterium, nunc de Licto.

Baro an, & quando poſſit exigere ius baiulationis fidæ, & diffidæ ab exteris exiſtentibus in ſuo feudo,

do,& ab ijs,qui veniunt ad habitandum,& præſuppoſito ante omnia, quod affidare eſt fidem alicui dare ſuper aliquo faciendo,vel non faciendo, Polyd.Ripa obſeru.;32.n.2. vbi n.3 dicit, è contra diffidare animalia eſt prohibere ab vſu, hinc fida,& diffida ſunt Baronum, vt tradit Capibl.in pragm.11.num.193.de Baron.in vlt,compilat.non ab re fida, & diffida deſignat ius dominij,& ſuperioritatis, Paul.Staib.conſ.10.n.19. eum in ſpecie tale ius fidæ, & diffidæ in eorum priuilegijs enuncietur, vt refert Capyc.in ſua inueſt. feudal.rubr. feud. clauſ. verſ.fidis, diffidis, adeò quod licito iure Baroni licitum erit ab exteris tale ius exigere propter ſua territoria propria, & quid in appatronatis, proſequitur Reg. Rouit.in pragm.1.de offic.baiuli,num.13.& ſeq. quod non eſt noſtrum de hoc differere, ſed tantum de exactione talis iuris ab exteris,ſuper quo fuit interpoſitum ſubſcriptū decretum à R.C.S. in cauſa Ioannis Cæſaris de Loffredo vtilis Domini Terræ Roccæ Bernaudæ ſuper exactione iuris baiulationis fidæ, & diffidæ Terræ prædictæ ab exteris habitantibus in dicta Terra, & ab ijs,qui veniunt ad habitandū in dicta Terra. Die 24. Octobris 1573. Viſis prouiſionibus R.C.expeditis ad inſtantiam particularium exterorum habitantium in dicta Terra,prætendentium non teneri ad dictam ſolutionem baiulationis fidæ, & diffidæ prædictę,ac reſponſionibus,& replicationibus ab illis factis pro parte dicti Magnifici Ioannis Cæſaris,& de eis facta relatione in R.C. per Magnificum Pyrrum Antonium Stinca,dictę Regiæ Cameræ Præſidentem,& cauſæ Commiſſarium, auditis in d. R. C.dicto Magnifico Io.Cæſare, & partibus prædictis, fuit per dictam R.C. prouiſum, & decretum,prout præſenti decreto decernitur,& prouidetur,quod detur,prout datur terminus iuris in dicta cauſa, & interim pendente lite liceat dicto Magnifico Ioanni Cæſari exigere dictum ius baiulationis fidæ, & diffidæ prædictæ ab ijs omnibus habitantibus in dicta Terra, qui ſunt numerati pro focularibus in alijs Terris, & pari modo exigere debeat dictum ius à ciuibus Ciuitatis Coſentiæ,& aliorum locorum,qui non repetiuntur numerati cum dicta Ciuitate, & locis prædictis, & in illis locis gaudent priuilegijs, & prærogatiuis dictorum locorum,& in dicta Terra Roccæ Bernaudæ non habitauerūt cum eorum familia per decennium, verum ſi non conſtiterit,quod gaudeāt in locis, in quibus ſunt originarij priuilegijs illorum locorum, vt ſupra,& non erunt numerati in illis locis, ſed habitauerunt per decennium in dicta Terra, vt ſuprà,non ſoluant dictum ius fidæ quo verò ad ciues originarios dictæ Terræ, qui ibi non ſunt numerati,ſi per decennium cum eorum familia habitauerint, & alibi non numerati non reperiantur, prouiſum eſt, quod pro dicto iure pro nunc nihil exigatur, verum ſi alibi numerati ſunt,à ciuibus originarijs prædictis dictū ius baiulationis fidæ,& diffidæ exigatur,vt ſuprà ſi non habitauerint per continuam habitationē in dicta Terra,& habitent,in quo caſu,ſcilicet ſi habitant in dicta Terra non ſoluant, & quoad exteros ad extrà Regnum, qui in dicta Terra veniunt ad habitandum, & pro maiori parte habitauerint,nihil pro dicto iure exigatur, quouſq; aliter per R.C.fuerit prouiſū,hoc ſuū,&c. Pyrrus Antonius Stinca, Io.Baptiſta Criſpus Magiſter Actorum. Conſenſu,Decius Rapatius,Euſemius de Petrillis,Io.Vincentius Coppula,ad ornatum huiuſmodi deciſionis notandum erit, quod immunitatis priuilegium non extenditur ad homines loci originarios,qui domicilium alio tranſtulerunt, nec in loco originis onera ſubſtinent, Natt.conſ.139.n.14.

Baro an teneatur ad ſoluendum collectas pro bonis burgenſaticis, quæ poſſidet in eius feudo, deciſum fuit affirmatiuè per Sac.Conſil. in cauſa Vniuerſitatis Cutronis cum eius Domino, ità Capibl.in pragm.12. nu.10.& 11. de Baron. aſſequitur Nouar.de grauamin.vaſal.tom.1.grauam. 127.n.2.

Baro an poſſit conſtituere Curiæ Coadiutorem in eius feudo,deciſum fuit affirmatiuè pro Vniuerſitate Petræ Paganæ cum eius Domino, teſtatur Capibl.in prag.8.par.1. num.242. de Baron. aſſequitur Nouar.de grauamin.vaſal.tom.1.grauam. 160.n.3.

Baro ſi haberet animalia propria, nequiret vti animalibus vaſallorum, prout ità per S. C. fuit pronunciatum, adeò quod dum poſtea Baro eius animalia vendidiſſet, non obſtante, quod eius vxor alia animalia haberet, fuit pariter idem iudicatum,ne ſcilicet animalibus ſubditorum vteretur, ità ex Borrell.de præſtant Regis Cathol. cap.19.num.98. tradit Nouar.de grauam. vaſall. tom.1.grauam.85.n.2.

Baro an poſſit eſſe Iudex in cauſa, in qua habet intereſſe, & alteri delegare,auocando ab Ordinario, concluditur negatiuè per D.Reg.Sanfelic. dec.144.

Baro habens ciuilem iuriſdictionem an præferatur in emptione criminalis iuriſdictionis, concluditur affirmatiuè per D.Regent. Sanfelic.dec.321, ſed deciſio patet in conſimili, & ita deciſum per Collat. Conſil.in cauſa Pauli Bozzuti cum Vniuerſitate Afragolæ,ſubdit ipſe Dom.Regens in addit.

Baro an habeat ius prohibendi exteris, ne eorum animalia paſcua ſumant,aquam auriant,& incidant lignamina abſque fida, licet ex aduerſo prætenderetur poſſeſſio prædictorum, aderat defectus probationis,fuit per S.C. deciſum, quod Baro manuteneatur in poſſeſſione prohibendi hominibus exteris,ne pernoctent, paſcant,& ligna incidant in ſuo territorio,non ſoluta fida, verùm quædam Vniuerſitas contigua manuteneatur in poſſeſſione vſus in eodem feudo, fluminis,fontis,& viæ publicæ, ità Dominus Reg. Sanſel.dec.8.

Baro an erit audiendus in cauſa remiſſionis petitæ per eius vaſallum ad Iudicem Eccleſiaſticum, vti Clericum in termino conceſſo ſuper remiſſione,poſt quā Baro poſſit inſtruere Fiſcum,coadiuuare teſtes, & ſcripturas producere,abſq; nominatione,& ordine iudicij, affirmatiuè fuit iudicatum per M.C.& S.C.teſtatur D.Reg.Sanfelic. deciſ.10.num.4.

Baro,ſeu eius Officialis an poſſit eſſe Iudex in cauſis liquidis, & notorijs vertentibus inter ipſum, & ſuos vaſallos,puta redditionis computorum, incuſationis obligationum, &c.deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, ità D. Reg. Sanſelic. deciſ.63. num.31.

Baro an poſſit appellare à ſententia M. C. diminuen-

Digitized by Google

nuente pœnam in cauſa ſui vaſalli, fuit relata deciſio ſupra verb. appellare.

Baro an ſit Iudex competens alterius Baronis delinquentis in ſuo territorio, deciſum fuit affirmatiuè, ita D. Reg. Sanfelic. deciſ. 65. ſed de veritate aliarum contrariarum deciſionum prolixius verba feci in 3. par. noſtri Compendij, in verbo Baro.

Baro loci delicti an præferatur Baroni originis, ſeù domicilij, quando Iudex originis, ſeù domicilij præuenit, & habet clauſulam cognoſcendi de delictis commiſſis extrà Territorium, licet deciſum fuiſſet pro Barone originis per M. C. attamen deuoluta cauſa ad S. C. fuit contrarium deciſum, remittendo cauſam Baroni delicti, & idem in alia cauſa deciſum teſtatur D. Reg. Sanfelic. dec. 68.

Baro an poſſit ſe extendere vltrà priuilegia ei conceſſa, deciſum fuit per S. C. negatiuè, & confirmatum in reclamatione, vt exemplo demonſtrat Io. Maria Nouar. de grauam. vaſall. to. 3. grauam. 43. in fine.

Baro an vti primus Ciuis Terræ gaudere debeat immunitatibus, quibus eius vaſalli gaudent extra eius Territorium, diſſeritur articulus à D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu. 67. vbi in calce dixit fuiſſe die 5. Decembris 1601. ad relationem Præſid. Petri Antonij Maſtrilli datum terminum in cauſa, & interim D. Dux Montisleonis ſoluat directus, facta annotatione, penès Franciſcum Datum.

Baro, qui nedum de iure, ſed etiam ex pacto inito cũ eius Terra habet ius in contractu venditionis factæ per Reg. Cur. in ſpecie præuia conuentione, communicando emptori omnia priuilegia, & immunitates eidem Terræ competentia, etiam extrà Territorium, an eis gaudere debeat, fuit per R C S. die 24. Septembris 1578. referente Dom. Santa Cruce, ex quo patet Marchionis Oriæ excluſus, deciſum, vt gauderet in proprio Territorio tantum, refert D. Regens Fab. Capyc. Galeot. controu iur. tom. 2. controu. 67. in calce.

Baro, qui in ſua baronia habet ius cognoſcendi de cauſis ciuilibus, & criminalibus in prima inſtantia, & in gradu etiam primarum, & ſecundarum appellationum, an poſſit de appellationibus ipſis cognoſcere in Caſali ſubinfeudato in cauſis criminalibus emptis per ſubfeudatarium à Regia Curia, de hoc agit in iure, allegando pro Dom. Ill. Principe Auellini D. Reg. Fab. Capyc. Galeot controuerſ. iur. tom. 1. controuerſ. 53. qui in controuerſ. 54. num. 14. inquit, ità alias deciſum per R. C. inter Cæſarem Gonſagham Sanſeuerini Regulum cũ Marcello de Rogerio ſubfeudatario Caſalium Aielli, & Aquæ de mela referente doctiſſ. Præſid. Dauid, poſteà itidem Regente, & R. C. Locumtenente.

Baro offerendo pro iuriſdictionis ſecundarum cauſarum venditione pro quolibet fumante ducat. octo, in qua licet Vniuerſitas obtuliſſet duc. ſex, an præferatur ſtante clauſula ſolita, pro hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore; concluditur affirmatiuè per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. in deciſ. ad controu. 53. in 3. art. nu. 41. vbi numer. 42. refert deciſionem factam per R. C. in Terra Pincerni, & fuerunt venditæ primæ, & ſecundæ cauſæ Nicolao Muſſo, qui non erat dominus dictæ Terræ, ſed Ciuis eiuſdem loci ad rationem ſex pro quolibet fumante, vt ibi refertur.

Baro emptor alicuius Caſalis an repelli debeat, ſi per illud fuerit petitum admitti ad domanium, dum illius extrema neceſſaria non fuerint probata, fuit per Reg. Cam. abſolutus Baro ex hoc à petito domanio in cauſa Caſalis Maladunei cum Mario Paladino, teſtatur D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. in deciſ. ad controu. 53. art. 3 ſub n. 59.

Baro poſſidens Terram cum cognitione primarum cauſarum ciuilium, & inde cognitionem aliam cauſarum criminalium obtinuerit, ſi etiam iuriſdictionem ſecundarum cauſarum emere intellexerit à Regia Curia facta oblatione in forma ducatorum quinque pro quolibet fumante, & alter dominus baroniæ in qua reſidebat Terra infeudata concurreret, aſſerendo, dictã cognitionem ſecundarum cauſarum ad ſe pertinere, & proindè manuteneri, an excludi poſſit, pro ipſo Barone offerente in iure allegauit Dom. Hect. Capyc. Latro in conſult. 48 vbi aſſerit, Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. pro altero in iure allegaſſe controu. iur. tom. 1. controu 63. & in fine refert fuiſſe deciſum per R. C. iuxtà allegata per eum, ac ordinatum, eſſe procedendum ad ſubhaſtationem prædictarum ſecundarum cauſarum criminalium, vt fuit exequutum, ſed quia iſte Baro competitor maiorem fecerat oblationem, fuit admiſſus.

Baro licet habeat priuilegium poſterius cognoſcẽdi cauſas de delictis commiſſis per ſuos vaſallos extrà territorium, an præferatur Baroni habenti iuriſdictionẽ ordinariam ex priuilegio anteriori, deciſum fuit per S. C. negatiuè in duabus cauſis relatis per D. Reg. Hect. Capyc. Latro cõſul. 66. nu. 26.

Baro ſi habeat priuilegium anterius ſimpliciter cognoſcendi etiam delinquentes in ſuo feudo, & alter Baro aliud priuilegium, licet poſterius cognoſcendi in eius ſubditos delinquentes etiam extrà Territorium, ſuccedente delicto commiſſo per eius vaſallum in Territorio Baronis habentis anterius priuilegiũ, an præferatur Baroni habenti poſterius priuilegium in remiſſione rei inquiſiti, deciſum fuit in fauorem Baronis habẽtis priuilegium anterius, vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 133. lib. 2. de qua etiam eadem deciſione memini in 1. par. ver. Vaſallus, ac etiam eandem reportat Epiſc. Ricc. collect. 4206. par 9. verſ. limita ſecundo.

Baro poſſidens ius exigendi pedagium in eius Terra an cogi poſſit ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis, diſtinguitur, quod aut eſt ius feudale, & tunc cogi poſſit, aut eſt de regalibus, prout ſunt vectigalia, quo caſu ſine titulo poſſideri nequeunt, & tunc ſecus, vt ex Reg. Moles deciſum tradit Epiſc. Ricc. collect. dec. 4012. in fin. p. 9.

Baro an poſſit diuidere exercitia ſuæ iuriſdictionis, creando duos Capitaneos in eadem Terra, vel vnum in Terra, alium in Caſalibus: in cauſa vaſallorum Plani cum Vniuerſitate Giſoni die 17. Martij 1565. referente Reg. Conſil. Iulio Girardo fuit datus terminus iuris, & interim prouiſum, quod Capitaneus dictorũ Caſalium Plani, & aliorum dictæ Terræ exerceat eius iuriſdictionem officij, etiã in dictis Caſalibus, & Capitaneus nouiter creatus lite pendente abſtineat

douec

donec alitèr, & indè in petitorio fuit declaratum, licere Domino Marchioni Piſcariæ in terris prædictis deſtinare duos Officiales pro adminiſtratione iuſtitiæ, referente Conſil. Vitello die 25. Iunij 1574. in Banca de Caio. In cauſa vero Vniuerſitatis Nuceriæ cum Duce fuit deciſum contrarium, vz. non licere d. Duci deputare duos Capitaneos, ſed vnũ tantum iuxta antiquum ſolitum, & proindè Vniuerſitatem prædictam abſoluendam eſſe, referente Conſil. Lanario die 14. Ianuarij 1581. in Banca Figliolæ. Inſuper cum Princeps Auellini creaſſet Officialem in terra S. Seuerini ſuper cognitione, & exercitio damnorum contradicente Vniuerſitate, fuit per R. C. S. die 15. Iunij 1611. ad relationem Præſidentis Salutij datus terminus in cauſa, & interim lite pendente iuriſdictio damnorum datorum exerceatur per Capitaneum d. terræ iuxta ſolitum, in Bãca Claudij de Maio, & tandem cum Dux Sueſſæ vtilis Dominus Baiulationis, & aliorum corporum Baronalium terræ Summæ, de nouo deputaſſet Iudicem appellationis à decretis in Curia Baiuli, à quibus pro præterito ſolitum fuit appellari ad Capitaneum lite pendente domi decretum fuit, quod manuteneatur d. Iudex in exercitio, & cognitione prædicta, de anno 1611. in Banca Bolini, ſed pendet relatio verbi faciendi in R. C. pro parte Vniuerſitatis, ità refert D. Epiſcopus Riccius collect. dec. 4194. par. 9.

Barones nequeunt cogere vaſallos ad ſibi locandũ vrbana, vel ruſtica prædia, vt fuit deciſum per S. C. in cauſa Terræ Lauri cum Marchione, penès Cioffum, refert Nouar. in pragm. 2. collect. 3. num. 5. & 6. de Baron. ſubdens idem iudicatum in cauſa Terræ Auigliani cum Barone eius, in Banca Figliolæ, iterum in cauſa Terræ Cobactæ cum eius Barone, penès de Felice.

Barones nequeunt prohibere, nè vaſalli extrahant victualia ab eorum domicilijs, vt vendant ob eorũ neceſſitates ſupplẽdas, vt deciſum fuit in cauſa Terræ Variæ cũ Barone, penès de Mondellis, iterum in cauſa Terræ Liberis cum Comite eius Domino, in Banca Sarni, iterum in cauſa Terræ Lauri cum Marchione, penès Cioffum, Nouar. in prag. 2. collect. 3. n. 13. de Baron.

Barones nequeunt interuenire in capturis informationum contra vaſallos, neq; in torturis, vt fuit deciſum contra Marchionẽ Lauri, in Banca Cioffi, Nouar. in pragm. 3. coll. 4. nu. 10. de Baron.

Barones nequeunt interuenire in electione noui regiminis earum Terrarum, vt fuit deciſum in cauſa Terræ Peſchi Pagani cum eius Domino, in Banca Scacciauenti, Nouar. in prag. 10. coll. 10. n. 6. de Baron.

Barones licet vtantur illis priuilegijs, quibus ciues vtuntur, tamen ſecus eſſet, ſi competerent ex cõceſſione Principis, maximè quæ tenderent in diminutionem iurium concedentis, vt fuit deciſum per R. C. S. Nouar. in coll. 12. ſuper prag. 12. de Baron. n. 19.

Barones nequeunt ſe intromittere in cauſis vaſallorum, decernendo, ſeù determinando, & ſimilia acta iudiciaria agendo, & ità deciſum per S. C. in fauorem Terræ Peſchi Pagani contra D. Hieronymum Ieſualdum eius Dominum, vt refert Amend. ad Franch. dec. 511. num. 8. quem ſequitur Nouar. in tract. de grauam. vaſall. tom. 1. grauam. 186. n. 3.

Barones, cæteriq; feudatarij an poſſint de nouo facere conceſſiones in territorio, ac nemoribus domanialibus feudi eorum Baroniæ, illorumq; faciem mutare, fuit per Sac. Conſil. deciſum affirmatiuè, præuijs tamen ſolemnitatibus a iure requiſitis, & iuxtà formam conuentionis habitæ inter Vniuerſitatem, & Baronẽ, teſtatur D. Reg. Sanſel. dec. 76.

Barones Eccleſiaſtici poſſidentes feuda in Regno debẽt Officiales laicos in eorũ terris deputare. & ita deciſũ per S. C. in cauſa Epiſcopi Monopolitani in terra Ciſternini, ad relationẽ Conſil. Fonſecę, iterum in cauſa Archiepiſcopi Tarentini Franciſci Columnæ cum Terra Griptaliarum, ad relationem Conſil. Freccię, refert Epiſcopus Riccius collect. deciſ. 3889. part. 9.

Beneficium primum, & ſecundum an concedi debeat Clerico pro bonis ſuis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit ordinatus, deciſum fuit affirmatiuè per Reg. Aud. Capitinatæ, & confirmatũ per M. C. in gradu appellationis, Io. Maria Nouar. dec. 87.

Beneficium primum ſi fuerit conceſſum, & poſtmodum renunciatum, an ſuperueniẽte probatione aduerſarij iterum peti poſſit, ex facto apparebat, Marchionem Polignani litem inſtituiſſe cum Sacro Monte Pietatis, & quia in termino nil probauerat, neq; ſcripturas produxerat, quamuis fuiſſet petitum primum beneficium per ipſum Sacrum Montem, illicò renunciauerat, poſtmodum compilato proceſſu præfatus Marchio præſentauit certas ſcripturas, vnde fuit petitus ab eodem Sacro Monte terminus ad impugnandum, & ita fuit conceſſus, poſtmodum petijt primum beneficium ſimpliciter, quod priùs fuerat conceſſum, quare dicebatur ex parte ipſius Marchionis, quod dum illud priùs conceſſum fuerat, & illi renũciatum, neutiquam concedi ampliùs debuerat, ex eo, quia regreſſus non datur renuncianti, probat Gallerat. in tract. de renunc. tom. 1. lib. 2. cap. 5. numer. 4. nec etiam tacitè, vt ſubdit n. 15. & huic replicabatur, paria eſſe non fuiſſe conceſſum beneficium, & eo vti non valuiſſe, ſicuti paria ſunt, non habere remedium, vel habere inane, l. nam ijs, ff. de dolo, & paria ſunt rem non habere, & habere inutilem, cap. inter corporalia, §. ſicut, de translat. Epiſc. gloſ. in l. fin. C. de plagiar. Dicebatur ſecundo, quod terminus ad impugnandum erat ſtricti iuris, ideo concedi nõ debuerat. Sed pariter huic replicabatur, qualiter terminus ad impugnandum ſucceſſerat loco repulſę, vt inquit Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. part. 7. gloſ. præſentatas, nu. 17. vnde quemadmodum in cauſa repulſę conceduntur beneficia, vt pariter teſtatur Vrſil. ad Afflict. dec. 351. nu. 3. & nouiſſimè Iul. Cęſar. Imbrian. in tract. de primo, & ſecundo beneficiu, ex quo repulſa ſpecies eſt defenſionis, Carau. in ritu 144. nu. 8. ità quoq; aſſeuerandum eſſet in cauſa termini prædicti. Et proindè facta relatione in Collat. Conſil. per Spectabilem Reg. Matthiam Caſanate, die 17. Decembris 1640. fuit deciſum, quod liceat eidem Sacro Monti examinare teſtes per totas præſentes ferias pro omni beneficio, in Banca de Auitabile penès . . . Actuarium aſſumptum.

Beneficium ſecundum petitum per aliquam Vniuerſitatem litigantem cum alia Vniuerſitate, an concedi debeat poſt introductionem cauſæ, de-

ciſum

ciſum fuit affirmatiuè per Collat. Conſ. D. Reg. Sanſelic. deciſ. 143.

Beneficium primum an erit concedendum minori ſucceſſori in lite, eius perempta inſtantia, & per inſufflationem ſpiritus vitæ reſtaurata, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. D. Regens Sanſelic. deciſ. 145.

Beneficium primum, vel ſecundum concedi an debeat mulieri actrici, ſi poſt obtentam ſententiam contra reum, ab ipſo fuiſſet dictum de nullitate, & per Iudicem deciſum, quod infra mẽſem partes producerent eorum iura, tam per ſcripturas, quã per teſtes, alias, &c. in quo termino fuerunt per reos examinati ſex teſtes, vnde coacta fuerat actrix beneficium petere, vt potuiſſet repulſare teſtes etiam in prima inſtantia, & pariter nouiter examinare, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 115. lib. 2.

Beneficia conceſſa in prima inſtantia ad requiſitionem vnius ex actoribus, an iterum concedi debeant ad inſtantiam rei appellantis in cauſa appellationis, Cum in cauſa vertente in M. C. V. ad inſtantiam hæredum q. Hectoris de Amato D. Laurentij, & Conſtantiæ de Amato cum Maria de Amato fuiſſent petita beneficia ad poſtulationem hæredum d. quondam Hectoris de Amato, & illa conceſſa, demum prolata ſententia per d. M. C. in eorum fauorem, appellauit præfata Maria ad S.C. in quo dum fuiſſet compilatus proceſſus, & intenderẽt ipſi de Amato procedere ad vlteriora. Inſtitit præfata Maria ſibi cõcedi primũ, ſeù ſecundum beneficium, vndè contingit dubitari, ſi concedi debuerant, & videbatur affirmandum, poſt quam in vna cauſa poſſunt quatuor beneficia concedi, hoc eſt, ad inſtantiã Actoris duo, & alia duo ad inſtantiam Rei, vt ex Afflict. probat Caran. in titu 71. nu. 3. Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. p. 6. gloſ. communis, n. 1. Imbrian. de primo, & ſecundo beneficio conſid. 9. nu. 77. & ſeq. Nec huic obijci poſſet, qualiter verſabatur in cauſa appellationis, ex quo eadem cauſa eſſe videtur, iuxtà deciſionem Præſ. de Franch. 520. Ex aduerſo aſſerunt Doct. quod ſi in prima cauſa fuerint conceſſa omnia beneficia, ſcilicet primũ, & ſecundum, neutiquam poterint concedi in ſecunda inſtãtia, iuxtà deciſiones S.C. apud Affl. dec. 35. & 114. quem ſequitur Muſcat. in eadem praxi lib. 1. par. 6. gloſ. in integrum, num. 19. ſequitur Imbrian. eod. tract. conſid. 8. num. 39. & ſeq. prout erat in facto prædicto, at cum fuiſſet per Commiſſarium prouiſum, quod procederetur ad ea, quæ incumbunt in cauſa appellationis, petitis beneficijs non obſtantibus ſub die 4. Iunij 1639. vti grauata præfata Maria ſupplicationem obtinuit verbi faciendi in S. C. indè facto verbo in eo per Reg. Conſil. D. Franciſcum Sauinm die 13. Iulij 1639. Per S. R. C. declaratum eſt, benè fuiſſe prouiſum per Mag. cauſæ Commiſſarium ſub die 4. menſis Iunij inſtantis anni, hoc ſuum, &c. penès de Mercatis Secretarium, in banca de Felice, nunc de Simeone.

Birruarij, ſeù Alguzerij vulnerantes, ac delinquentem reſiſtentem occidentes an puniendi ſint, & quid ſi in reſiſtendo, aut repellendo vim non vſi fuerint moderamine inculpatę tutelę, In cõtingẽti caſu fuit obſeruatũ in perſonã cuiuſdã Capitanei, qui fuit punitus pęna exilij, ex quo exclamauit proſequendo contumacem, dicendo, *ammazzate, ammazzate*, & familia eum occiderat, ita D. Reg. Sanſelic. deciſ. 257.

Blaſſemator licet popularis, & diues ſit, & honeſta perſona, ob q. non debet pęna populari, & infami affligi, attamen pro hoc delicto fuit punitus pęna perforationis linguæ, & condemnatus ad remigandum, refert D. Reg. Sanſelic. dec. 56. n. 29.

Blaſſemiæ hæreticalis quis erit Iudex competens, refertur deciſio in verb. Iudex.

Bona immobilia caſmate perempta ſi diu ſtetiſſent inædificata, an poſſint à vicino vendicari, offerente pretium Domino apparente, vel Fiſcus ea vendicare poſſit, vti vacantia, in facto contingit, cum certa domus propè domum q. Veſpeſiani de Amato caſmate periſſet, & per multum temporis ſpatium ità perſtitiſſet ob incertitudinem ſucceſſoris, quæ aliter reædificari non poterat, conquæſti fuerunt hæredes d. Veſpeſiani, & pro eis Aurelia Blanca eorum mater, & tutrix, porrigendo preces Excellentiſſimo Prorègi, vt potuiſſet in vacuo, ſeù ſolo domus ędificare, ad hoc nè eius domus caſmatis periculum incurreret, offerendo pretium illius Domino inſurgente, præuio appretio, & cum fuiſſet cauſa remiſſa M. C. V. capta informatione, & appretio ſubſequuto, præcedentibus bannis, vt intereſſe habentes comparere deberent, & videbatur hoc licito iure fieri potuiſſe, tum quia periculum imminebat, nè eius domus contigua corrueret, ad fortificationem illius ob contumaciam Domini licere ędificare, ex ijs, quæ deduxi in 3. part. verb. vicinus, tum etiam ob negligentiam Dñi domum reficere nolẽtis, quo caſu inquit text. in l. ad curatoris, ff. de dam. inf. ad curatoris Reipublicæ officium ſpectat, vt dirutæ domus à Dominis extruantur, & indè domum ſumptu publico extructam, ſi Dominus ad tẽpus pecuniam cum vſuris reſtituere noluerit, iure eam Reipublicæ diſtrahi, aut ſi Dominus non apparuiſſet, & tunc pro derelicta reputaretur, nam eo caſu ſtatim deſinit eſſe ipſius Domini, & efficeretur occupantis, ad text. in l. 1. ff. pro derel. §. hoc amplius, Inſt. de rer. diuiſ. vbi gloſ. in verbo deſinit, & ibi Doct. ſed vrbanius agendo actria ſe obtulerat pretium ſoluere Domino superueniente. Et ſic cum fuiſſet interpoſitum decretum per M. C. V. huiuſmodi in cauſa Aureliæ Blanchæ, dc. & ſuper, vt in actis die 12. Iulij 1621. Per M. C. V. facto verbo in Audientia cauſarum ciuilium prouiſum, & decretum eſt, viſis actis omnibus, quod prædicta Aurelia Blancha actrix nomine, vt in actis, immittatur in poſſeſſionẽ domus in actis deductæ; verùm ſe obliget de deponendo anno quolibet ducatos quindecim pro capitale ducatorum ducentum quinquaginta in beneficium perſonæ declarandæ, prout præſenti decreto diffinitino immittitur, hoc ſuum, &c. Cęſaranus, Piſcicellus, in banca de Vita. Intereà Andreas Macedonius domus in frontiſpitio exiſtentis Dominus reuelauit in Reg. Cam. eſſe dictum vacuum ſine Domino, & legitimo poſſeſſore, ob quod ad Fiſcum illud vti vacans pertinere ſuadebat, ad hoc vt illud ſibi breui manu venderet, & adhibita diligentia in perquirendo Dominum, ac manifeſtando rei veritatem; cum de iure ſit certum, quod bona vacantia ad Fiſcum pertineãt, ad tex. in cap. 1. quæ

Digitized by Google

ſint regal.l.1.§.diuus 2.& l.eum, qui, ff.de iure fiſci, l.vltim. C.de bon. vac.lib.10. Buccer.de regal.fiſci,cap.3.num.26.vbi num.ſeq.declarat.bona vacantia quæ nam dicantur, & reſpondit ea eſſe, quæ fuerant defuncti, qui nullum ex qualibet ſãguinis linea,vel iuris titulo legitimũ reliquit inteſtatus hæredẽ,vel bonorũ poſſeſſorem, ex l.4.C.de bon.vacãt lib.10. & hac ratione fretus Fiſcus fuit per R. C. S. die 20. Octob. 1621.ad relationem Præſidentis Matthiæ Caſanate deciſum, quod citrà præiudicium oblationis factæ per Andream Macedonium procedatur ad venditionem domus prętio appretio,& nõ liberetur pretium inconſulta Reg. Cam. penès Carbonum Act.

Bona nouiter quæſita ab aliquo, cui poſteà ſucceſſit eius frater, qui abſq; liberis decedit, & eius ſorores admiſſæ fuerunt ad hæreditatem, an in liquidatione portionis eis tangentis computari debeant; videbatur dicendum,eſſe antiqua, ex quo bona obuenta alicui ex agnatis,& cognatis quouis titulo lucratiuo ſubiacent Conſuetudini, latè Molfeſ.in Conſuet.Neap.par.2.quæſt.13.in princ.ſiuè onèroſo ex ſucceſſione, vt ſubdit n.4. & iterum in q.14.n.2. & nuuiſſimè Montan cõtrouerſ.iur.controuer.6.n.6. & 7.per tot. Ex aduerſo autem replicabatur,dum bona ſunt per aliquem quæſita ſua induſtria, & labore, dicuntur noua, Napodan.in Conſuetud.Si aliquis moriens n.16.Conſil.Theod.alleg.36.n.37. & conſequenter de illis diſponere poterit ad ſui libitum,refert Mulſeſ. in Conſuet. Neap. par.2. quæſt. 22. n.1. & ob id moriens, qui acquiſiuerit bona ab inteſtato, videtur vocaſſe proximiores, vt ſubdit ibi Molfeſ. & eo caſu reputarentur bona antiqua,quia perueniunt,& obueniunt ab agnatis,vt fuit dictum, cæterum autem,quãdo acquirens deceſſerit cum teſtamento, tunc enim dicerentur bona noua, & de illis diſpunere poterit pro ſuo arbitrio,vt in Conſuet. Si aliquis moriẽs, ideù in occurrẽti caſu illorum de Anna fuit interpoſitum decretum huiuſmodi, vidèlicet. Die 18.Februarij 1584.Neap.Facta relatione de prædictis in S.R.C. per Mag.V I.D. Io. Antonium Lanarium Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſ. iunctis Mag.Conſiliarijs duarum aularum. Decreto ipſius S.R C.prouiſum eſt,quod in liquidatione portionis bonorum q. Magn. Io. Berardini de Anna ad beneficium Magn. Iuliæ Annæ vigore Conſuetudinis non computentur bona quæſita de nuuo à quondam Magnifico Io. Baptiſta de Anna, ſtante teſtamento dicti Ioannis Baptiſtæ, hoc ſuum,&c. Ioannes Antonius Lanarius.Annibal Cæſarius Secretarius, penès Balſamum Mag.Act.

Bona Monaci tranſlati ad aliud Monaſterium an pariter tranſlata videantur ab ipſomet quæſita, & ſub diſtinctiona concluditur, quod ſi de licentia Superioris ad aliud Monaſterium fuerit ipſe tranſlatus, tunc erit vſufructuarius illorum vita durante,proprietate tamen ad primum Monaſterium ſpectante, quod ſecus erit ſi abſq; licentia Superioris egrederetur, D. R eg.Sanfel.dec.323.

Bona fideicommiſſo ſubiecta ſi fuerint per grauatum reſtituere alienata, an imputari debeant in liquidatione legitimę, deciſum fuit per S.Conſil. affirmatiuè in cauſa illorum de Montano, vt refert Horat.Montan.controuerſ.forenſ.controuerſ.41.

Buna acquiſita per vxorem ex turpi lucro an ſint mariti,in caſu occurrenti fuerunt reſtituta vxori per M.C V.refert D.Reg.Sanfel.dec.147.

Bona capta ab Infidelibus ſi indè fuerint recuperata,an Duminis eorum reſtitui debeant, Cum accidiſſet caſus in cauſa quorundam Græcorum, quorum nauigium à Turcis Piratis emptum, prætendebatur à quodam Neapolitano ſibi à Piratis erepto dominio, non amiſſo reſtitui; fuit per S.R.C,deciſum,quod Græcis liberè reſtituerẽtur,ad relationem D.Fabij Capycij Galeota, tũc Præſidentis R.C S.ac Regij Conſiliarii, vt ipſe teſtatur in Reſponſo Fiſcali 13. in fine, vbi de alio caſu conſimili refert deciſum fuiſſe in Supremo Conſilio Bellico Domini Regis.

Bona aſcendentis fideicommiſſo ſubiecta an computanda ſint in liquidatione paragii, deciſum fuit iunctis aulis per S,C. in cauſa Lucretiæ Cuomo in liquidatione virilis non eſſe computanda bona ſubiecta fideicommiſſo quondam Ioannis Franciſci aui, ex quo aderant bona libera, ſuper quibus poterat conſtitui paragium, ità D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.controuerſ.iur.tom.2. controuerſ.17 num.34. vbi num.36. ſubdit, S. C. determinaſſe,tunc fieri locum ſubſidio, quando nil penitus remaneret ex bonis liberis, ſecus vero cum ex iis tantum ſupereſt, quod paragium, quamuis modicum,conſtitui poſſit.

Bonatenentiam ſoluere an teneantur exteri poſſi- *f.73.*
dentes annuos introitus ſuper Vniuerſitatibus, *col.1.*
non obſtante pacto immunitatis, deciſum fuit per Collaterale Conſilium addito Tribunali R.C. die 22. Martij 1633. quod tam exteri huius Regni,quã Vniuerſitatũ ipſius,ſuper quibus poſſident annuos introitus ſoluãt ipſis Vniuerſitatibus bonatenentiam ad rationem ducat. duorum pro ſingulis centenis, ità vt ex annuis ducatis ſeptem,quos priùs ipſæ ſoluebant dictis creditoribus, annuos ducatos duos non obſtante prædicto immunitatis pacto retineant,ità refert ipſo patrocinante Nicol Antnn.Marotta in tract.de collecta.ſeù bonatenentia cap.21. num.6. de qua deciſione meminit D. Reg. Hect. Capyc. Latro dec.116.n.51.

Bona remanſa in hæreditate alicuius an libera cenſeantur ab oneribus impoſitis per teſtatorem in perſonam primi inſtituti,non obſtantibus ſubſtitutionibus huiuſmodi factis poſt inſtitutionem primi hæredis, ex quo teſtator inſtituit poſthumũ naſciturũ,ſeù poſthumã ex vxore in quinto ex hęreditate,ſi maſculus fuerit,& in ſexto ſi fuerit fœmina,& indè primo inſtituto ſubſtituit dictũ poſthumũ naſciturum quo moriente ſine filijs legitimis,& naturalibus quãdocunq; diſpoſuit, vt ſuccederent F.& C.nepotes ſub expreſſa conditione, ſi modo eo tempore F. haberet filios maſculos, alioquin ſuccederet C. ſolus, ſub eadem conditione,ſubiũgens,caſu,quo poſthumus naſceretur fœmina, hæreditas perueniret ad dictus F. & C. vt dicta poſthuma haberet tertium hæreditatis, & prohibita alienatione reſtricta ad certas perſonas continuando dictam orationem mandauit, non exiſtentibus maſculis ipſorum F & C. & deſcendentibus maſculis, vt fructus hæreditatis diſtribuerentur inter deſcendentes, tam maſculos, quam fœminas aliquorum de eius familia,

Digitized by Google

milia, vndè hæſitari contingit, vtrum defecta iam ſubſtitutione facta inſtituto de poſthumo, qui natus non fuit, nec non defecta ſimiliter ſubſtitutione, & vocatione F. & C. vocatorum moriente poſthomo, ſub expreſſa conditione, ſi modo filios maſculos haberent vtuo inſtituto ſine filiis prædeceſſerunt, poſſit fieri locus, vt hoc nõ obſtante vltimo loco ſubſtituti ad commodum diſtributionis fructũ hæreditatis vocati valeãt, vel potius tanquam ſubſtitutio ſucceſſiuè ſubordinata, & dependens à priori ſubſtitutione ſub conditione facta, illa defecta, ex toto expirauerit, vt poſt mortem inſtituti hæredis hæreditas libera remaneat à nexu, & onere diſtributionis, de hoc plenius agit Dom. Reg. Fabius Capycius Galeota controuer. ſiui. tom. 2. controuerſ. 24. 25. & 26. vbi in fin. refert, Die 19. Februarii 1625. referente Conſiliario Domino Franciſco Salgado fuiſſe deciſum, bona hæreditaria quondam Ioannis Ambroſii Rauaſcherii patris Ill. Hectoris Rauaſcherii Principis Satriani ſupplicantis remanſiſſe, & remanere libera in perſonã eiuſdem Ill. Principis abſq; alio onere, & grauamine, in banca de Felice.

Bona antiqua dependentia ex aliqua linea ſi perueniãt aliquo iure ad aliam lineam, an antiqua dicantur, vel noua, de hoc incidit altercari in S.C. in cauſa illorum de Sanges cum illis de Acampora, de qua fecit amplam deciſionẽ Præſ. de Franchis deciſ. 696. & pro vtriuſq; partis defenſione olim ſequentia fuerunt allegata, licèt diuerſimodè iudicatum, vt erit videre infra verbo proximiores, vndè pro veritatis dilucidatione duxi ſequentes allegationes ſuper articulo compactas, & mihi traditas per benemeritum I.C. Franciſcum Laurium iuniorem hic inſerere, quæ ſunt, videlicet. In præſenti cauſa Io. Dominici, & fratrum de Sanges cum illis de Acampora, hęredibus quondam Ioſephi de Acampora, in qua petitur medietas dotium maternarum, de quibus Ioſeph virtute Conſuetud. Neapol. non potuit, neq; voluit diſponere, ſed illam reliquit illis, ad quos de iure ſpectat. Ego qui iura Io. Antonij, & Ioa. Baptiſtæ Sanges fratrum tueor, duo de iure conſuetudinario aſſumo fundamenta. Primum, quod hæc medietas debita poſt mortẽ Ioſephi proximioribus ex parte matris, ſit ducatorum quincentum, habito reſpectu ad integras dotes quondam Victoriæ Sanges, quæ fuit ducatorum mille, non obſtante, quod præfatæ Victoriæ ſucceſſerint Ioſeph, & Hortentius, cui poſtmodum ſucceſſit Ioſeph, & hoc tendit contra illos de Acampora, qui prætendunt, medietatem medietatis eſſe attendendam. Alterum, quod in hac medietate integrarum dotium ſuccedant tam Io. Dominicus actor, tanquam auũculus ex vtroq; latere cõiunctus dicto Ioſepho, quã prædicti Io. Antonius, & Io. Baptiſta ſubintrantes, ſimilitèr auunculi coniuncti, tamen ex latere paterno tantum, à quo fuit profecta dos ducatorum mille, & hoc vltimum tendit contra Io. Dominicum prætendentem in tota medietate ſuccedere, tanquam coniunctum ex vtroq; latere. Quorum vt primum fundemus, animaduerto, Conſuetud. Neapol. decedenti refrenaſſe arbitrium diſponẽdi in vltima voluntate de medietate bonorum antiquorum in beneficium filiorum, ſi extant, vel proximiorum ex illo latere, à quo bona peruenirũt, intelligendo de proximioribus tranſuerſalibus, qui ità à lege ex tranſuerſo ſiuè latere vocantur, ſiuè ſint tranſuerſales ipſius defuncti, vt fratres, vel ſorores, & deſcendentes ex eis, ſiuè ſint tranſuerſales aſcendentium, vt patrui, amitæ, auunculi, & materteræ, ſiuè ſint tranſuerſales deſcendentium, & ſic tranſuerſales ſurſum, verſum, & deorſum, ex lateribus eſſe dicuntur, l. Iureconſultus, § parentes, ff. de gradibus, declarat Napodan. in Conſuetud. Si aliquis moriens, in verbo latere. Ad propoſitum dum poſt mortem Victoriæ Sanges ſucceſſerunt in dote Ioſeph, & Hortentius, quilibet pro medietate, & ſi poſteà deceſſit Hortentius, cui ſucceſſit Ioſeph, etiam in portione dotis prædictæ, hæc portio dotium maternarum non mutat naturam bonorum maternorum, ità quod materna erant in poſſe Ioſephi, prout erant in poſſe Hortentij, & hoc in indiuiduo tenuit Napod. in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in verbo materna, in gloſ. quæ incipit, ſubaudi, in illa quæſtione, quæ incipit, ſed pone Titius habuit duos filios ex prima vxore, & vnum ex ſecunda, poſt mortem patris, & matris moritur vnus ex primis vtrinq; coniunctis, cui ſuccedit frater vtrinq; coniunctus in bonis maternis, nam conſanguineus pro rata bonorum paternorum tantum concurrit, ex quo latere tantum cõiunctus eſt, deindè moritur alter frater, relicto iſto fratre conſanguineo, & in hæreditate iſtius defuncti reperiuntur bona etiam materna, in quibus non ſuccedit conſanguineus, cum non ſit coniunctus ex dicto latere eſt altercatio nunc inter proximiores ex parte matris defuncti, qui petunt dotes matris, quia obuenerunt huic vltimo, etiam pro parte fratris ſui, inſpecto initio, è conuerſo negat conſanguineus, petitionem debere admitti reſpectu medietatis, in qua ſucceſſit poſt mortem matris primus frater, qui deceſſit, cui iſte vltimus ſucceſſit, nam ſi erant materna in poſſe primi fratris, in poſſe vltimi erunt fraterna, & deſinunt eſſe materna, l. 1. §. veteres, ff. de acquiren. poſſeſſ. & ideò inſpecta cauſa proxima, quæ debet attendi in materia Conſuetudinis, & non remota, vt teſtatur Affl. deciſ. 127. vbi Viſill. concordantes adducit, hæc medietas dotium mutauit naturam, & originem, & ſic proximiores in hæreditate iſtius fratris vltimi non inueniunt, niſi medietatem dotium, in qua ipſe ſucceſſit poſt mortem matris ſub natura bonorum antiquorum, cum reliqua medietas, in qua iſte vltimus ſucceſſit fratri præmortuo, ſit obuenta ex ſucceſſione fratris, cui iſte vltimus ſucceſſit tãquam agnatus, & ſic mutata perſona, cenſetur mutata qualitas, & conditio rei. His non obſtantibus contrarium determinat Napod. in beneficium proximiorum ex parte matris, ſcilicet nullo modo eſſe ſublatam originem maternæ lineæ in iſta obuentione fraternæ portionis, ea ratione, quia frater fuit ſibi vtrinq; coniunctus, etiam ex linea materna, quæ non fuit ſublata, quæ ſufficit quantum ad bona, quæ prouenerunt à matre tantum, hinc Piſanell. in eadem Conſuetud. in addit. quæ incipit, nota, quod ſi mater ſuccedit filio, dicit, quod tunc mutatur qualitas, & origo rei, quando linea non continuatur, ſed in caſu noſtro non mutatur linea, immò continuatur, quia Hortentio ſuccedit Ioſeph frater vtrinquè coniunctus, quo caſu durat qualitas, & conditio

rei, vt amplectitur D. Præſes de Franch.deciſ.25. num.a. Quando enim linea non continuatur, & mutatur tunc qualitas rei, ponit exemplum Napodan.in dicto loco, verſic. ſed pone mater habet duos filios, moritur vnus, cui ſuccedit ipſa, vel alter frater, ex diſpoſitione Auth.defuncto, poſteà moritur hæc mater, cui ſuccedit filius, qui poſtmodum decedit ſine filijs, & proximiores ex parte patris volunt bona paterna, etiam incluſa portione, in qua mater ſucceſſit primo filio, fratri iſtius vltimi, proximiores ex parte matris petunt ipſos admitti ad bona materna incluſa dicta portione, dicit Napodan. quod proximiores ex parte matris debent obtinere, ea ratione, quia bona, quæ erant paterna in poſſe primi filij, qui deceſſit, & cui ſucceſſit mater, in ea portione, in qua mater ſucceſſit, mutatur qualitas, & origo rei, & non dicuntur amplius paterna, ſed materna, iſta ratione, quia non fit continuatio lineæ de filio in matrem, ſicuti fit de fratre io fratrem vtrinq; coniunctum, vt in præallegata deciſ.45. & hæc eſt ratio deciſ. Affl.427.in caſu per ipſum poſito. Vndè ex prædictis credo pleniſſimè fundatum primũ caput, eſſe attendendam medietatem reſpectu integrarum dotium ducat. mille, licet in addit. ſub nomine Stephani de Caiera ſola facti ſerie expreſſa in eadem Conſuetudine aliter ſentiatur, quæ quam à veritate diſtet, ex prædictis facilè dignoſci poteſt. Alterum, quod aſſumpſi fundare eſt, in iſta medietate integrarum dotium ducat. mille, quæ eſt ducatorum 500. ſuccedat tam Ioannes Dominicus, quàm Ioannes Antonius, & Ioannes Baptiſta auunculi omnes Ioſephi morientis pro rata, non obſtante, quod Ioannes Dominicus Victoriæ matris Ioſeph fuerit frater vtrinque coniunctus, & Ioannes Antonius, & Ioannes Baptiſta conſanguinei tantum, ex quo licet de iure communi deberet præferri vtrinq; coniunctus, auth.itaquè, C.commun.de ſucceſſ. attamen Conſuetudo Neapol. quia conſeruat bona proximioribus de linea, à qua obuenerunt, corrigit ius commune, & Napodan. in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua in præall. glo. in quæſt. quæ incipit, ſed pone quidam habens fratrem, dicit, quod ſi fratri decedêti ſuperſint alius frater vtrinq; coniunctus, alius conſanguineus, & alius vterinus, quod in ſucceſſione fiet diſtinctio bonorum, ſcilicet quoad bona paterna conſanguineus concorret cum vtrinq; coniunncto, & quoad materna ſimiliter vterinus, nulla habita ratione, quod frater vtrinq; coniunctus habeat duplex vinculum, & quod de iure communi excluderet omnes ex vno latere coniunctos, nam quilibet quantum ad proximitatem agnationis, & cognationis æqualiter eſt coniunctus defuncto, ſubdit rationem Napodan. quia iuxta communia conſideraueruni proximitatem, & vinculum fortioris coniunctionis. Sed Conſuetudo conſiderat, & requirit proximitatem, & vinculum lineæ paternæ, quæ æqualis eſt inter fratrem vtrinq; coniunctum, & conſanguineum, ſic etiam Napod. in eadem Conſuet. in verbo prærerquam, in fine, in quæſt. quæ incipit. pone ergo filius quidam, vbi dicit, quod etſi de iure communi pater ſuccedit filio vna cum alio filio defuncti fratre, vt in . u h. defuncto, C. ad Tertuil. loquendo de fratre vtrinq; coniuncto, quia ſi ex vno latere ſolus pater ſuccederet, q̃ nihilominus frater vterinus ad bona materna cõcurreret cum patre, tradit hoc etiam Minadoos deciſ.38.col.a. Pater enim de iure communi ſuccedit filio, & frater vterinus de iure hoc municipali, vt plura affert D. de Franch. dec.99. in huiuſmodi ſucceſſione fraterna, & Cæſar Vrſill. dec. 38. nu.6.& 7. Vndè poſtquam dos duc.1000. fuit profecta à Io. Mathæo Sanges communi patre, nõ video, qua nam ratione attento iure hoc municipali, iſti conſanguinei veniant excludendi per vtrinq; coniunctum, hinc Corn. conſil.336. incip. conſtat de iure communi, lib.1. loquens in materia ſtatuti excludentis auum maternum, propter exiſtentiam patrui, qood patruus conſanguineus tantum etiam excludet aoum maternum, & concurret cum vtrinquè coniunctis, quia in omnibus militat eadem ratio propinquitatis graduum in iſta materia ſucceſſionis; & Rom. conſil.411. loquens in ſtatuto excludente ſororem à ſucceſſione patris, dicit, quod in portione, à qua ſoror eſt excluſa, ſuccedit etiam frater conſanguineus ſimul cum vtrinq; coniuncto, ſequitur prædicta ſium. in tractat. de ſtat. qood ſtantibus maſculis fœminæ, &c. art.13.q.4.n.59. & ſeq. Ex quibus omnibus concludo, in materia Conſuet. Neap. medietatẽ de qua agimus debere conſiderari reſpectu duc.1000. dotis, in qna cum prouenirat à patre, eſſe admittendos omnes fratres paternæ lineæ coniunctos. Cætera ſuppleat Religio DD. Iudicantium, &c. Cæſar Caracciolus.

Vltimum reaſſumptum pro Ioanne Iacobo de Acampora.

CVm ſit non minus Reipublicæ pernicioſum, quam conſcientijs Iudicantium à communibus DD. opinionibus recedere, vt monent Sum. Ang. & Tabien. verbo opinio, §.1. & 4. p ſt Sylu. nupt. lib.5. & fuſius agit Anton. Maria Coratius tract. de elect. opin. lib.2. inſpect.a. num.4 vol 18 tract.f.235. à ret. vbi inoehit contra Zaſium, quòd tàm impensè contra communem obloquatur. & ſi exempla deficerent, typum harum allegationũ optimis, & conſcientiarijs Reg. Conſiliarijs propono, vt videant, quantis leuibus argumentis conetur pars, tot Patrum dicta communi ſententia, & tot Sacri Conſilij decreta euertere, ſed ad rem. Victoria Sanges habens dotem duc. mille obuentam ex linea Sanges, deceſſit ſuperſtitibus Hortentio, & Ioſepho de Acampora filijs legitimis, & naturalibus, qui pariter ſucceſſerunt Victoriæ matri, poſtea deceſſit Hortentius relicto hærede Ioſepho fratre vtrinq; coniuncto, Vltimo loco deceſſit Ioſeph condito teſtamento, qui reliquit medietatem totius dotis duc. mille dictæ Victoriæ matris, de qua liberè poterat diſponere dicto Ioanni Iacobo Acampora eius patruo, & quod alra medietas deueniat ad eos, à quos de iure ſpectat. Dicit patruus de Acampora, ex iure aperto, & liquido, abſq; controuerſia, & alia diſputatione eidem competere duc.750. vnà cum fructibus, ſeù intereſſe de ſumma dictorum duc. mille dotium, quæ fuerunt originaliter d. q. Victoriæ. Ad proximiores verò de Sanges reliquos duc.250 tantum, ex quo duc.500. & ſic medietas omniũ duc. mille ad eũdem ſpectat ex teſtamento Ioſephi, qui de dictis duc.500. poterat liberè diſponere in quemlibet alium extraneum, Alij duc.250. ad eundem patruũ ſpectant de iure

confue-

cõſuetudinario ex perſona propria de medietate portionis, quæ fuit Hortentij primo loco decedentis, quæ mutauit lineam, & tranſiuit de linea Sanges in lineam de Acãpora, nam penès Ioſephum vltimo morientem erant ducati mille dotium q. Victoriæ matris in duabus portionibus, hoc modo, in portione propria ducat. 500. in quibus ipſe Ioſeph immediatè ſucceſſit matri, & hæc non mutauit lineam Sanges. Ex portione q. Hortentij fratris reliqui duc. quincentum, in quibus Ioſeph immediatè ſucceſſit fratri, & mediatè, ſeù per originem remotam matri, & iſta portio q. Hortentij mutauit lineam, & de materna Sanges fuit effecta fraterna de Acampora, quia origo proxima immediata, non mediata, vel remota attenditur. In tantum quod Ioſeph in dictis duc. mille habebat duos ſucceſſores de iure conſuetudinario. In portione propria, in qua ipſe ſucceſſit matri proximiores de linea Sanges, in portione, quæ fuit Hortentij ex origine remota matris proximiores de linea Acamporæ, ex quo in tantum portio Hortētij mutauit lineam, quod Ioſeph non potuiſſet teſtando auferre medietatē huius portionis, & ſic duc. 250. proximioribus de Acampora, qui veniunt iure proprio conſuetudinario, non ex diſpoſitione Ioſephi, ob tranſitum de linea Sanges in lineam de Acampora, & quia pro patruo de Acampora eſt ius clarum, notorium, expeditum, & adeò incontrouerſum, vt dicere contrarium (ſi verum amamus) eſſet peccatum, & ponere os in Cœlum, & recedere ab omnibus, quæ Patres noſtri, & S.C. ſcripſerunt, & iudicauerunt, & adeò vt mirandum ſit, quomodò pars ſub tantis optimis Patribus, & doctiſſimo Præſide auſa ſit contrarium prætendere? vt omnis dubietas ſcrupoloſa tollatur facio ſubſcriptas concluſiones, Prima concluſio eſt, quia ſic in indiuiduo decidit Napod. ſecundum veram eius lecturam, abſq; cauillatione in Conſuet. Si quis, vel ſi qua nu. 140. Secunda, quod Napod. in loco prædicto ſic intellexerunt ſex DD. Addentes ad Conſuet. prædictam, magnę authoritatis, qui nullum habent contradictorem, & ſic fuit iudicatum per S.C. Tertia, quod de iure communi DD. cõmuniter concordant cum opinione Napod. in d. loco, & cũ dictis ſex Patribus, & deciſ. S.C. & ex conſequenti non eſt nouum inuenctum, quia ſic eſt de iure, & iſta opinio confirmatur rationibus, & tolluntur obiecta. Quarta, idem Napod. in d. Conſuet. nu. 242. verſ. ſed pone mater decidit diuerſam quæſtionem ab ea, quam tractauit nu. 240. ſed per eaſdemmet proprias rationes, quas poſuit d. n. 240. & quamuis factũ in aliquibus diſcordet, tamen rationes ſunt eędem, & vtrobiq; concordat, & in effectu nihil contradicit. Quinta, quod non reperitur Doctor, tàm de iure communi, quam conſuetudinario, qui in ſpecie dicat, vel cogitet contrarium, ex quo non poſſet, immò erubeſceret aliter dicere. Sexta, & vltima concluſio, quod Io. Angelus Piſanellus, & deciſio S.C. per eum relata ex libro Colutij Coppulæ f. 146. eſt iuxtà caſum Napodan. dict. num. 142. & non diſcordat ab opinione dicti Napodan. num. 240. & tantorum Patrum, & tot deciſionum Sacri Conſilij, immò concordat, vt ipſemet dicit, & licet pars quærat ſumere coniecturam à quibuſdã verbis obſcuris poſitis ibi per Piſanell. verus ſenſus illorum verborũ eſt in fauorem dicti patrui.

Ad primam quęrit Napod. d. nu. 240. quid ſi Titius, vel Caius habuit duos filios ex prima vxore, fortaſſe Hortentium, & Ioſephum, & ex ſecunda alterum Meuium, mortuis iam matre, & patre moritur poſtea Hortētius vnus ex primis vtrinq; coniunctis, ſuccedente ſibi in portione dotium maternarum Ioſepho alio fratre vtrinq; coniuncto tantum. Vltimo loco deceſſit Ioſeph ſuperſtite ſibi Meuio, fratre conſanguineo tantum, eiuſdemq; familię, & agnationis (vel patruo) non curo de hoc, quia idem eſt, & ſuperſtitibus alijs proximioribus de linea matris Ioſephi, qui proximiores ex linea matris petunt integras dotes aduerſus conſanguineum, non ſolum medietatem, & ſic propriam portionem ipſius Ioſephi, in qua immediatè ſuccedit matri, ſed aliam portionem, quæ fuit Horſentij primo loco decedentis. At conſanguineus non ſe defendebat reſpectu portionis Ioſephi vltimo loco decedentis, quia non erat dubium, ſed reſpectu portionis Hortentij primo loco mortui, & ſuper hoc erat quæſtio Napod. ſub d. nu. 240. ſol. 143. à primo verſu per treſdecim lineas vſq; ad verſ. frater autem conſanguineus allegat pro proximioribus maternis. In verſ. autem (frater conſanguineus) per vndecim lineas allegat in fauorem conſanguinei vſque ad verſic. reſpondeo ad contraria. At in verſ. reſpondeo ad contraria tranſeundo à perſonis litigantiũ ad propriam perſonam, eiuſdem Napod. aſſumendo partes conſanguinei ſubmouendo contraria facit duos caſus, & ponit auream diſtinctionem, & decidit pro conſanguineo, conſiderando duas origines, & acquiſitiones. Et primus caſus eſt acquiſitio propria ambobus fratribus immediatè facta per mortem matris, & in hoc principium, & origo acquiſitionis fuit mater, ſeù eius mors. Secundus caſus eſt ſecunda acquiſitio, quæ fuit per mortem fratris Hortentij, & portionis eiuſdem in beneficium Ioſephi fratris ſuperſtitis, & principium huius ſecundæ acquiſitionis fuit frater, ſeù eius mors. Non ergo in portione Hortentij ſiſtente penès Ioſephum vltimo loco morientem debemus inſpicere principium primæ acquiſitionis quæ fuit mater, quia non agimus de illa, ſed de hac ſecunda. Nam dum in Conſuet. dicitur (obuenerunt) ſimplicitèr, licet certum ſit à matre obueniſſe à principio ambobus fratribus vtrinq; tamen huic Ioſepho defuncto non obuenit à matre portio fratris Hortēij, ſed ab ipſo fratre, quia terminus, à quo obuenerunt eſt ipſe frater agnatus, ergo venit frater agnatus, & in hoc reſidet Napod. in verſ. ſed certè aliquibus videtur, refert opinionē quorundã, qui putabãt, allegata pro proximioribus matris primo loco eſſe magis vera. Et in verſ. ſed fortiùs eis obſtat per ſeptem lineas ante num. 241. confirmat ſuam diſtinctionem per nouam rationem, & refellit dictam opinionem aliquorum, ſeù quorundam. Et ex dictis Napod. effectiuè duo colliguntur. Primo, quod idē Napod. pro deciſione quęſtionis facit duos caſus, & cõſiderat duas origines, & acquiſitiones. Secundo, quod ad ſciendum, ex cuius linea bona obuenerunt non attenditur obuentio, ſeù origo remota, ſeù origo, & obuētio immediata, nec obeſt obiectum partis, quod immò Napod. in verſ. ſed aliquibus videtur verius, videatur concludere in fauorem proximiorum matris, ex quo dum-

gior.

Digitized by Google

gloſ. recitat plures opiniones, videtur reſidere in vltima, l. ſi idem cum eodem, in fin. vbi Iaſ. colligit de iur. omn. iud. cui reſpondebo duobus modis, Primo, quod Napod. non reſidet in illa opinione, ſed ipſam refellit in verſic. ſed fortiter obſtat eis, & ſic nouiſſimè remanet cum ſua deciſione, & diſtinctione, quam ſupra poſuerat in verſ. reſpondeo ad contraria. Secundo reſpondeo, quod etiam ſi dicta opinio eſſet vltima, non videtur approbari, nec remanere in ea, quãdo refertur. ſed alij dicunt, ſed quidam dicũt, ſed potiùs reprobari, Corn. in l. antiquitas, C. de teſtam. colligit Sylua nupt. lib. 5. ſub nu. 33. verſ. ſecundo fallit. Ad ſecundam Napod. in loco prædicto ſic ad literam expẽdentes intellexerunt Steph. de Caiet. primæ auctoritatis poſt Napod. in d. Conſuet. ſol. 111. & in ſecunda apoſtill. verſ. quarto idem Steph. ſol. 143. ſub d. nu. 240. ſequuntur Ant. de Ianuario, & Capyc. d. ſol. 111. & 143. in fin. qui tradunt, ſic fuiſſe deciſum in S. C. in cauſa filiorum Iacobi Puderici, idem ſequitur, & refert iudicatum Frecc. ſol. 144. lit. C. apud eũdem Actorum Magiſtrum de Ambroſijs, reſtituendo literam Frecc. in verbo patris, vt dicat fratris. Pro iſta parte eſt Apoſtilla Comit. de Peruſio, ſol. 144. quem celebrem, & egregium Doctorem appellat Piſanell. ſol. 145. in apoſtill. ideſt ad Conſuet item apoſtill. Affl. d. ſol. 145. ad finem, qui dicit, non aduerſari dicta Napod. num. 240. & 241. & ſub iſta diſtinctione Napod. quod non attendatur origo, & obuentio remota, ſed immediata, ad finem vt ſciatur, quæ linea ſuccedat, deciſum tradit idem Affl. deciſ. 127. Et vltra quod iſta opinio auctoritate Napod. & tantorum Patrum, ac tot deciſ. S.C. ſit fulcita, & canonizata, probatur euidenti ratione. Nam Conſ. Si quis, vel ſi qua non ſolum vtitur verbo obuenerunt, ſimpliciter, vt ſupra dixit Napod. ſed vocat proximiores ex parte matris, vel patris, nec vtitur verbis proximiores illius lineæ, vndè originalitèr bona deuenerunt, & ideo origo mediata, & proxima attenditur, vt dicitur infra. Ad tertiam, quia idem eſt, quod conſuetudo, vel ſtatutum vocet proximiores ex latere, vel linea patris, vel matris, vt dicit Napod. in Conſ. Sed ſi morienti, ſub n. 270. verſ. item lateris, vbi pro eodem ponit ex latere, & ex linea, nunc dicit Paul. de Caſtro in l. quod ſcitis, §. ſin autem, ſub n. 1. verſ. & debet poni caſus, & ſub num. 3. in fine, C. de bon. quæ lib. quod ſi lex, vel ſtatutum in quæſitis ex latere materno, vel paterno admittat proximiores illius lateris, debet inſpici perſona immediata, à qua defunctus habuit, nõ, mediata, vt ſciamus, ex cuius linea habuit, hęc ad literã sũt verba Pauli de Caſtro d. §. ſin autem in fine, vbi pro eodem ponitur latus, & linea, & ſic licet bona originaliter deueniſſent de matre in filium, ſi filio ſucceſſiſſet ſoror agnata, ea mortua agnati ſuccedunt, non cognati ex parte matris, quia ſorori obuenit immediatè à fratre agnato, & nõ curamus, quod mediatè obuenerunt à matre, & Paul. de Caſtr. ſequitur Io. Lup. in cap. per veſtras, in rub. §. 39. ſub num. 10. & iſta eſt communis opinio, ſecũdum quam dicit in ſimilibus iudicatum Boer. deciſ. 192. & ſic idem dicũt DD. de iure communi, quod Napod. Et pro hoc facit, quia in tantum eſt verum, attendi cauſam proximam, & immediatam, vt etiam ſi in deſcendendo continuetur linea de matre in filium, & poſteà de filio in nepotem, huic nepoti in bonis auiæ paternæ non ſuccedent proximiores ex linea auiæ, ſed agnati, quia verum eſt, huic nepoti deueniſſe à patre ſuo agnato immediatè, & hoc attenditur, & ſic procedit regula l. per procuratorem, quod mutatione perſonæ mutetur qualitas rei, vt in terminis dixit Comes de Peruſio f. 144. in Apoſtil. litera A. la 2. Et in ſimilibus per iſtam rationem decidit Afflict. deciſ. 127. vndè ſi quæratur, quomodo mutetur, vel continuetur linea per ſucceſſiones, diſtinguo, aut ſuccedens eſt eiuſdẽ agnationis, & ſanguinis, puta ſi à patre tranſeat in decem filios, & centũ nepotes eiuſdẽ familiæ deſcẽdentes, vel à fratre in fratrẽ, vel patruos agnatos, & tunc nunquam mutatur linea, quia omnes, & vltimus reperitur eiuſdem agnationis familiæ, & lineæ, & in ſucceſſione conſuetudinaria præfertur proximior eiuſdem lineæ vltimi morientis. Aut ſuccedens eſt diuerſæ agnationis, & familię, puta filius ſuccedit matri, fratri, vel ſoror vterina fratri, & de ſimilibus, & tunc per vnicam ſucceſſionem non mutatur linea, quia apud primos ſucceſſores remanebunt bona de linea matris, vel fratris. Sed ſi filio ſuccedat nepos, vel neptis, vel remotior, vel fratri, aut ſorori ſuccedant nepotes, vel alij remotiores agnati, tunc iſtis ſecũdis ſucceſſoribus deſcendentibus mutatur linea, vel potiùs ſuccedunt agnati eorum, quam proximiores matris, vel fratris vterini primo loco deſcendentium, quia cum attendatur cauſa proxima, & immediata, ſufficit quod filius, qui primo loco ſucceſſit, à quo immediatè bona deuenerunt in hunc ſecundum vltimo loco morientem, eſſet agnatus, & proximior iſtis agnatis vltimi morientis, quia cauſa proxima attenditur, Comes de Peruſio d. f. 144. Steph. de Caieta, Ant. Ian. Capyc. Frecc. Affl. deciſ. 127. & DD. in d. l. quod ſcitis. Sed hoc fallit in matre, & alijs aſcendentibus, in quibus ex prima vnica, & immediata ſucceſſione mutatur linea, Napod. in Conſuet. Si qua mulier, verbo ſuccedant, Piſanel. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua ſol. 145. in fin. & f. 146. & D de Franchis deciſ. 25. quia niſi mutaretur linea, & venirent agnati filij, iam ſuccederent matri agnati viri, qui ſunt affines, contra omnia iura Mundi, & Napodan. num. 238. Nec obeſt Zaſ. l. 1. §. veteres, colum. fin. de acquir. poſſ. quem alibi retulit Dom. Præſes de Franch. deciſ. 307. ſub num. 10. quod per ſucceſſionem hæredis origo, & titulus, ac qualitas hęreditaria non mutetur in æternum, & hæres hæredis primi teſtatoris eſt hæres, vulg. l. fin. C. de hæred. inſtit. Quia facillima eſt reſponſio, quod nil commune habeat titulus hæreditarius, quo hæres repræſentat defunctum, etiam poſt aditam hæreditatem cum qualitate inhærente bonis fauore lineæ alicuius ſanguinis, iſtis enim de linea debentur bona vigore Conſuet. eſto quod alter ſit hæres vniuerſalis defuncti, imò ſi inſtituantur hæredes, qui ſunt proximiores, ſed diuerſæ familiæ, licet in primis ſucceſſoribus non mutetur linea, niſi ſint aſcendentes, tamen in ſecundis ſucceſſoribus cum primis eiuſdem familiæ mutatur linea, vt in ſpecie ſic dicũt Comes de Peruſio, Steph. & illi dictæ magnæ auctoritatis ſuprà relati, qui non habent contradictorem, & probatur communis opinio DD. ex duabus dec. S.C.

&

Digitized by Google

& Paul.de Caſtro in d. l. quod ſcitis communiter recepto, vt Boer.dec.192 tradit enim Paulus, quod ad ſciendum, quomodo cōſideretur linea, ac dimetiatur, vt poſſit decidi, qui, & cuius lineæ ſuccedant defuncto, quod debeat inſpici perſona immediata, à qua defunctus habuit, ſcilicet vt veniant qui ſunt eiuſdem ſanguinis proximiores cum illa perſona immediata, à qua habuit defunctus, & non conſanguinei perſonæ mediatæ, & ideò ſi duo filij ſucceſſerunt matri, deindè primus filius moriatur, & ſuccedat vltimus, qui nouiſſimè moritur, omnes sūt hęredes, & repręsētāt primum defunctum, & tamen in bonis mutatur linea. Idem ſi titulus hęreditarius conſeruaret lineam, ergò in matre hærede ſuccedente filio nō mutaretur linea, cuius contrarium dicunt Napod. Piſanell. & Dom.de Franch.ſup.relati. Ergò ſi bona ambularent ſucceſſiuè per ſex hæredes alterius lineæ à primo, à quo originaliter deuenerunt, nunquam mutaretur linea, & eſſet error pudendus, & nil abſurdius, quia conturbaretur tota machina linearum, & ſucceſſionum ſecundum Conſuetudines tandiù ſeruatas, iux. gloſ. Napodan. & tot deciſ. Doct. & Sac. Conſil. Itemprobatur, quod iuxta diſtinctionem Napod. & Stephani de Caieta deciſum referunt Anton. de Ian. Capyc. & Frecc. viri Conſiliarij in cauſa filiorum Iacobi Puderici. Item ſic in ſpecie in ſimili deciſum refert Affl. dec. 127. nec Zaſius loquutus eſt, nec cogitauit ſuper qualitate bonorum reſpectu linearum, ſed tantum loquutus eſt, vt quamuis poſt aditionem bona ſint propria hæredis, adhuc dicatur poſſidere vt hæres, & quamuis Dom.de Franch. deciſ.87. num.6. ex d. l.quod ſciris. & l.de emancipatis tradat, quod hæres ſuccedens non propterea mutat naturam bonorum, quin dicantur bona materna, vel paterna, verum eſt in primo hærede, vt loquitur ipſe, & d. l. quod ſcitis, quam allegat, quia alias in perſona ſecundi hæredis diuerſæ familiæ à primo moriente, attenderetur origo proxima immediata, non remota, ex Paulo communiter recepto in d. l. quod ſcitis, & Napod. vbi ſuprà. Et nouiſſimè non obſtat, quod dum in perſonis filiorum, qui ſucceſſerunt matri remanent bona materna, cum mortuo primo ſuccedit vltimus frater in eiſdem bonis, quamuis ſit agnatus, & cognatus, videatur potius ſuccedere vt cognatus, ex quo bona peruenerunt à matre, & quamuis ſit etiam agnatus, in hac mixtura videtur pręualere qualitas cognationis, & linea videtur continuari de matre in cognatos ſuæ lineæ potiùs, quam per nouam lineam agnatorum. Et ideò Napod. in verſ. ſed fortiter obſtant eis, non videtur benè dicere, vel ſaltim non excludere, quin penès vltimum portio primi ſit etiam ex eadem linea matris continuata. Huic motiuo reſpondet idem Napod. quod in agnatione ineſt cognatio, l. inter agnatos, ff. vnd. leg. quem text. ad hoc inducit Napod. num.239. & ideò vnico generali iure vltimus frater videtur ſucceſſiſſe vt agnatus, & potiùs in hac mixtura actus tribuitur digniori, quamuis effectus fiuat à parte minus digna, vt in primis allegationibus dixi, afferendo ad hoc ſententiam Regalis Conſilij Regis Alphonſi Primi, cum interuentu Ipſius Regis. Item cum ſuprà dictum eſt, quod ſucceſſio, & linea incipiat à perſona immediata, à qua defunctus habuit, ſequitur, vt dum primus frater erat agnatus vltimi morientis, rectè dicimus, vltimum fratrem agnatum primi ſucceſſiſſe primo per vndè agnat. Ad quartam dico, quod Napod. num.242. licet ponat caſum contrarium per diuerſa media, tamen concordat cum diſtinctione, & rationibus poſitis per eundem ſuprà ſub num.240. & ſub eadem diſtinctione decidit, præſuppono, quod Napod. num.242. poſuit caſum contrarium in facto caſui præcedenti. Quærit igitur, pone mater vidua habet duos filios, moritur vnus ſuperſtite matre, & fratre hæredibus ſuis; ſecundo loco moritur mater ſuperſtite alio filio hærede ſuo, & vltimo loco moritur iſte ſecundus filius. Veniūt proximiores ex parte patris, & volunt ſuccedere non ſolùm in bonis proprijs huius ſecundi filij, & in portione, in qua ſucceſſit primo fratri, & in hoc benè dicunt (& non eſt quæſtio) ſed volunt ſuccedere in totum, etiam in medietate illius portionis, quæ originaliter, & remotè fuit primi, in qua ſucceſſit mater, qua mortua immediatè ex matre obuenit ſecundo filio, & decidit Napod. quod quamuis medietas illius portionis primi eſſet originaliter primo principio inſpecto ex linea paterna, tamen quia inſpecta origine proxima, & immediata deuenit in hunc ſecundum ex matre, ergò iſta origo proxima matris, non remota attenditur, & in ea ſuccedunt proximiores ex parte matris, & hoc videtur verius. Eadem ergò diſtinctio, quæ fuit facta ſub n.240. ad deciſionem illius primæ quæſtionis fit pro deciſione huius ſecundæ poſitæ num.242. quod autem non ſint iſta loca contraria, in ſpecie dicunt Affl. fol.145. ad fin. d.num.242. & Piſanell. in addit. quæ immediatè ſequitur ad dictum locum Affl. fol.146. & de hoc latiùs diſſeritur in 6. & vltim. quæſt. Ad quintam dico, quod in tantum eſt vera deciſ. Napod. lecta, diſcuſſa, expenſa, prout ſuprà in 1. quæſt. quod eam ſic, vt ſuprà relatum eſt, intelligant Steph.de Caieta, & tot famoſi DD. & de iure ſit communis, & ſecundum eam ſępiùs eſt iudicatum in S.C. adeò vt non reperiatur Regnicola, vel Addēs ſuper Conſuet. qui in ſpecie dicat, vel poſſit dicere contrarium, & elicere coniecturam ex verbis obſcuris Piſanelli non eſt habere Doctorem, qui contrarium in ſpecie dicat, miror quod pars prætendat ſine lege, ſine Doctore, non ſolum contra tot famoſos DD. Regnicolas, contra communes DD. ſententias, & ipſius S.C. decreta diſputare, ſed immo totam machinam ſucceſſionum, & linearum hactenus obſeruatam euertere. Ad ſextam, in qua tota ſpes, & fundamentum partis conſiſtere videtur, pro eiuſdem expeditione quęſtiſi dicta, & diſtinctiones Napod. nu.240. & 242 in omnibus ſe concordant, ex quo attenditur origo immediata, & proximitas eius, à quo defunctus habuit. Quid eſt, quod turbauerit Colutium Coppulam, & Piſanellum in addit. d. f.146. & poſt eos Dominum de Franch. deciſ.25. vt iſta loca velut pugnantia inter ſe referrent. Dicet pars, ideo, quia iſti DD. videntur intellexiſſe Napod. in d.num.240. quod linea continuabatur etiam de fratre in fratrem, & portio primi non deſinebat eſſe materna, ſecus in nu.242. vbi in caſu contrario ſtatim quod portio filij deuenit in matrem, mutatur linea filij, & ſubdit eadem pars, quod dum Piſanel. dicit iſta loca non eſſe contraria, ſic dixit, quia habuit pro vero, de fratre in fratrem continuari lineam maternam, & ſic procedere Napod. num.240 ſed

de

de filio in matrem obliquari, vt procedat n,242. eo magis, quia D.de Franch.d.deciſ.15. ſub nu.1. referendo Napod, d.num.240, etiam in caſu, quo vltimus frater ſucceſſit primo, præſupponit, lineā cōtinuari, & in effectu dicit pars, quod Piſanel.& Colutius videntur concludere, quod Napod.in verſ. ſed certè aliquibus corrigat omnia dicta in præcedentibus, & ſequentibus, & quod intellectus Stephani de Caieta, & tantorum Patrum ſit falſus, & ſententia S.C. malè interpoſita. Sed vt iſta vana obiectio, & aſſumptum toto Cœlo erroneum penitùs tollatur tria ſubdiſcutienda sūt, Primum, an in illa deciſ. quam referunt Piſanell, & Colutius Coppula, & Gaſpar de Leo ſit aliquid deciſum contra caſum noſtrum, Secundum, quid verè ſenſerit Piſaoell. in d. apoſtilla fol.146. ſub nu,242. vbi ſic obſcurè loquutus eſt. Tertium, quod ſi Piſanell. per argumeotum aliquid ſeotiret contra Napod.in d.n.240. ſic intellectum per Steph.de Caiet.& taotos Patres, qui oon habent contradictorem, ſecundum quorum intelligentiā fuit iudicatum in ſpecie per S.C. & ſecundum eorudem intelligentiam fuit in ſimili iudicatū per Affl. deciſ.127.& eum Stephano concordat etiam Paul.de Caſtr, d.l.quod ſcitis, in fine communiter receptus, vt per Boer, deciſ.192. vbi ſic refert iudicatum in illo Senatu, profecto Piſanell, ipſe explodendus, & exibilandus eſſet, quod non eſt dicendum. Ad primum Colutius, Leo, & Piſanell. referunt deciſum, quod ſi mater ſuccedit vni ex filijs, ſtatim mutatur linea, & ſi mortua matre ſoccedat vltimus filius, etiam io bonis, quæ fuerunt primi ſui fratris, decedente vltimo filio remanent bona ſub linea materna, non obſtante origine remota, quod fueruot primi filij, & fratris vltimi morientis, quia verum eſt, attendi originem immediatam, & proximitatem eius, à quo defunctus habuit, & ſic fuit approbata deciſ. Napod. d,nu.242. & noo eſt contra caſum noſtrum, ſed concordat, quia eadem ratio, & cōcordat etiam cum opinione Paul. de Caſtr. communitèr approbata, & cum d. deciſ. Affl.127. Ad ſecundum rogo Dom. meum Præſid. alioſquè doctiſſimos Iudices, vt atteotè hæc pauca conſiderent, ſi Piſanell.dixiſſet, quod in d.nu.240. de fratre io fratrem continuetur linea materna, profecto quieſcerē, ſed tam ipſe, quam D. de Franch. cautè dixerunt, de matre in filium lineam continuari d.n.240. nō ſic de filio in matrem d.n.242. In hoc ergo dioerſitas, & aliqualis contradictio circa primum caſum conſideratum per Napod. ſub d.num.240.verſ. acquiſitin propria ambobus fratribus facta, & tunc quæritur, cur tam variæ? Et beoè ambo reſpondent, qood in primo caſu de matre in filium continuatur linea, non ſic de filio in matrem, quia aſcendendo obliquatur, & niſi obliquaretur, & remaneret linea filij, ſuccederent ei conſaoguinei viri, & ſic affines, quo nihil abſurdius Napod, num.238. iſta ergo benè concordantur, & non ſunt pugnantia, vt Afflict. Piſanell. & D.de Fraoch. beoe dicunt. Et ſi Piſanell. ſenſiſſet etiam de fratre in fratrem cōtinuari lineam matris, taliter, quod penès vltimum morientem portio materna primi remaneat materna ſub linea matris, vtiq; dixiſſet, & animaduertiſſet in Napod. Stephan. de Caieta, & alios, vel etiam dixiſſet, primam ſeoteotiam S.C. hodiè non procedere, ſed nec poteraot ſentire, quia contrarium eſt de iure, & ſic tenent omnes, & Paul. de Caſtr. communiter receptus, & Affl. dec.127. Quid ergo ſentit Piſanell, dum in matre dicit cōſiderari perſonam tantum, poſteà miſcet perſonā fratris. Ibi cogita benè, quia etiam ex parte fratris dicitur linea collateralis, & ibi primo caſu in perſona fratris conſideratur perſona, & linea, vult dicere Piſanell. quod in matre ſuccedente filio conſideratur perſona tantum, quia mutatione ſolius perſonæ mutatur linea, & qualitas rei, ſed in fratre, qui format lineam collateralem conſideratur perſona, & linea, ideſt oon ſolum perſona, ſed tranſitus per eius lineam de fratre iu fratrem. Ex ſola enim perſona filij, qui ſuccedit matri non mutatur linea, quia non conſideratur perſona tantum, ſed quando filius, qui ſucceſſit matri habet fratrem, & per eius mortem tranſeunt bona materna in fratrem, per hunc tranſitum producitur noua linea collateralis, taliter quod in perſonam vltimi fratris decedentis portio primi reputatur fraterna, oon materna, & iſta intelligentia conſonat verbis Napod.& iuri, ergo firmiter tenenda, & non cauillanda, nec tergiuerſanda per argumenta ſubtilia, & logicalia, quæ, vt dicit noſter Iuriſcooſ. à Iudicibus ſpernenda ſunt, & reijcienda. Ad tertium breuitèr dico, dictum Napod.nu.240. in fratre deferente ad fratrem portiooem maternorū, quod decedente vltimo mutetur linea, eſt conforme deciſ. Paul.de Caſtr.& Io.Lupi communitèr receptæ, & ſecundum quam dicit deciſum Boer.deciſ.192. Item ſex Domini viri Conſiliatij tantæ authoritatis in ſpecie ſic intellexerunt. Item iuxta dictam opinionem Stephani de Caieta, & tantorum Patrum fuit in indiuiduo deciſū. Item alias in ſimili ſæpius, vt per Affl. deciſ.127. ſic credo proculdubio, optimos Conſiliarios iudicaturos, quibus in omnibus obſequenter me ſubmitto, &c. Franciſcus Lauritus. Decius Fauilla. Fraociſcus Riſtaldus. Scipio Conſtantius. Io.Hierooymus Zumpolus. Scipio Filomarinus. Scipio Rouitus. Iacobus Salutius. Franciſc.Ant. Coppula. Io. Domin. Imparatus. Ferdioandus Brancia. Doctiſſimè, & benè Collega noſter ex lege communi, vera, ac germana mente Napod. & deciſ. tantorum Patrum, & S.C. apertam cōis Clieotis detexit iuſtitiā, vt adiectione plenitudo non egeat. Tō, vt quæ exarata ſunt deguſtaſſe videor, cum ſuperioribus annis in cauſa ſimili cōſuliſsē. Addo ꝙ cū linea ſit ſuprà, infra, & ex latere Napod. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, n.237. vbi Piſanell. fol.141.& linea ex latere ſit, vel ſuperior, vt auunculus, patruus, matertera, & ſuperiores, vel inferior, vt ipſe frater, & ſoror, & deſcendentes ex eis, Bald. cooſ.321. ſtatuto cauetur, lib.1. tunc quia io linea produceoda proximitas immediata illius, à quo deuenerunt bona, attenditur, Bart.d. l. quod ſcitis, §. ſin autem, Iaſ.l.poſt dotem, n 108. eum ſeq. Hier.Gabr.conſ.136.n.6. cum ſeq. in 1.& in ſimili Neuiz.conſ.8.n.35. & Bart. cōiter receptus, & ſm̄ eum iudicatum tradit Theſ. dec.27. vbi aduocat Doctiſſ. Præſ. dec.59. ſequitur, vt cū Ioſeph ſucceſſerit in portione Hortentij fratris, mortuo Ioſepho in eius bonis reperitur portio immediatè quæſita ex Hortentio fratre, & ideò non attenditur, quod bona per originem remotam fuiſſent matris, quia cum verum ſit, Ioſepho ex fratre deueniſſe portionem illam, & non ex

matre

matre, ſequitur, vt mutata linea matris ex fraterna potios portio prędicta obuenerit in Hottentium. & hæc eſt pura, & abſoluta veritas. Io. Vincentius Caualerius.

Bonatenentes, & poſſidentes in aliqua Ciuitate, ſi contingerit fieri diuiſionem inter ciues illius, & Caſalenſes, qui bona in Ciuitate ipſa poſſident, an ibidem pro dictis bonis ſoluere teneantur oneta pro illis impoſita, videbatur, talia onera ſolui per eos deberi in loco eorum habitationis, & non alibi propter res immobiles, ex quo perſona ipſorom eſt magis digna, l. iuſtiſſimè, vbi glo. 3. ff. de ædil. edicto, & magis dignum trahit ad ſe minus dignom, l. quæ religioſis, ff. de rei vendic. Eo quia res ſunt ad perſonam acceſſoriè, abſurdum enim videbatur, hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura gratia hominum comparauerit, inquit Imperator in §. in pecudum, Inſtit. de rer. diuiſ. l. in pecudum, ff. de vſur. l. vetus, ff. de vſufr. Nihilominus quia onera ſequuntur rem, probat Campagn. in cap. Item ſtatuimus, quod poſſeſſiones, propterea ibi debet onus ſoloi, vbi res ſita eſt, exemplo oſtendit Reg. Rouit. in pragm. 5. de cenſib. ex Boccat. eod. tract. par. 2. q. 31. num. 49. quippiam de cingulo ementem cenſum annuum ſitum in Territorio Maceratenſi teneri ad onera in Ciuitate Maceratæ, in cuius Territorio ſita res eſt, ſuper qua reditus eſt conſtitutus, & præſertim in bonatenentibus, inquit Campag. in cap. In ſingulis, nu. 7. ibi ponderando verbum, tenères, inquit .ſ. in ipſa Terra vbi apprerium fit, nam etſi alibi ſunt bona, ſeù poſſideant, tamen ibi ſunt bona in apprecio deſcribenda, licet alibi habeant incolarum, per iura ibi relata, & n. 18. ex Luc. de Penn. inquit, notandum eſſe pro petitione, quā obtulit D. Falcus de Vigilijs in Reg. Conſilio, quod homines Caſalis Galaturæ conferant in collectis cum hominibus Caſtri Forchignani de bonis, quæ habent in dicto Caſtro Forchignani. Hinc ciues pro bonis ſitis in Territorio tenentur ſoluere collectas, non autem pro bonis exiſtentibus extra Territorium, ex Guid. Papa, Aegid. Thomat. Theſaur. Anna, & Reg. Salern. perpendit Nouar. de grauam. vaſall. tom. 1. grauam. 306. nu. 4. ſubdens nu. 5. quod tributa ſoloenda ſunt, & exigenda vbi res collocata, & ſita eſt, ex Phębo deciſ. 31. num. 1. nouiſſimè ad idem conſerunt congeſta per Nicol. Anton. Marotta in ſuo perutili tract. de collecta, ſeù bonatenentia, cap 9. per tot. Ideò in cauſa Terræ Pratæ cum Caſale Palearum fuit per R.C. interpoſitum ſequeos decretum. Die 10. menſis Nouembris 1591. Super differentia orta in R. C. S. inter Vniuerſitatē Terræ Pratæ, & ciues Caſalis Palearum ſeparati à Terra prædicta quoad functiones Fiſcales circa contributiones iuriom fiſcalium pro bonis ſtabilibus ſitis in Territorio Terræ prædictæ emptis poſt ſeparationem prædictam per ciues, & focularia dicti Caſalis à ciuibus, & focularibus dictæ Terræ, ſi dicti emptores teneantur cōtribuere in collectis cū Vniuerſitate prædicta pro bonis prædictis, vt cæteri ciues dictæ Terræ vt bonatenentes, & alias, vt in actis. Viſis actis per Excell. Militem V.I.D. D. Gomeſium de Ameſcua R.C.S. Præſidentē, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & de prædictis omnibus per ſuam dominationem facta relatione in dicta R.C. Ill. Regenti Ferdinando Fornario Locumtenenti dictæ R.C. & alijs exiſtentibus Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Camerā ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod terminus alias datus in præſenti cauſa currat ab hodie, & interim dicti ciues Caſalis Palearum ſoluant, & contribuant cum Vniuerſitate Terræ prædictæ pro bonis emptis poſt diuiſionem prædictam à dictis ciuibus eiuſdem Terræ, vti bonatenētes, prout præſēti decreto decernitur, & prouidetur, hoc ſuū, &c. Ameſcua, Conſ. de Raparijs, Io. Laurentius Quinque. Et iterum in cauſa Terræ Montisherculis cum Caſale Boneæ die 25. menſis Nouembris 1558. ſuper differentia Vniuerſitatis Terræ Montisherculis cum eius Caſale Boneæ circa contributionem iurium fiſcalium pro bonis ſtabilibus, & poſſeſſionibus ſitis in Territorio prædictæ Terræ emptis per ciues, & focularia dicti Caſalis à ciuibus, & focularibus eiuſdem Terræ, ſi dicti emptores teneātur contribuere in collectis pro eiſdem bonis, & poſſeſſionibus cum prædicto Caſale, in quo ſunt adſcripti, & aggregati pro focularibus cum Vniuerſitate prædictæ Terræ Montisherculis, cum dictum Caſale ſeparauerit ſe à prædicta Terra quoad ſolutionem iurium fiſcalium, & non ſit inter dictam Terram, & Caſale facta diuiſio Territorij, prout clarius in actis. Viſis literis ad inſtantiam vtriuſquè partis expeditis per R.C. & facta relatione in Banca, exiſtente Domino Locumtenente, & Magnificis Dominis Præſidentibus, per Magnificum D. Michaelem Ioannem Gomez eiuſdem Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, fuit per Cameram ipſam conſenſu prouiſum, & decretum, quod homines dicti Caſalis Boneæ emptores ab hominibus dictorum bonorum ſtabilium, & poſſeſſionum ſitorum, & ſitarum in Territorio prædictæ Terræ ſoluant, & contribuant lite pendente pro eiſdem bonis, & poſſeſſionibus cum illa Vniuerſitate, in qua ſunt, & fuerint accataſtrata tempore emptionum per eos factarum, & detur terminus iuris in cauſa ipſa, prout præſenti decreto datur eiſdem partibus ad probandum incumbentia, hoc ſuum, &c. Michael Ioannes Gomes, Conſ. Martinus Caſcalin. Pronotarote.

Brachium ſæculare concedi an debeat ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, per quam declaratum fuerit diuortium inter coniuges, vna cum reſtitutione dotis, & illius fructibus, & non eſt dubium, quin Iudex Eccleſiaſticus poterit implorare brachium ſæculare pro exequēda ſua ſentētia, & mandato, vt cenſuit Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. in 1. effect. num. 1016. & concedi debet adhibitis requiſitis traditis per Cancer. var. reſol. cap. 19. in 3. par. Sed dubitari contingit in S.C. in cauſa Barbaræ Spinulæ cum Marcello d'Oria, ſtante declaratione diuortij facta præuia ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, cuius vigore petitum fuit brachium ſæculare reſpectu reſtitutionis dotis, & illius fructuum concedi debuerat ſaltim quoad fructus, ex quo licet Iudex Eccleſiaſticus poſſit eſſe in cauſa dotis principaliter, quoniam ad Eccleſiam ſpectet defendere dotes, quia cauſa dotis dicitur pia, prout ex multis perpendit Carol. de Graſſ. d. effect. 1. num. 667. quod in praxi ſeruari non cernitur, adhuc tamen incidenter ſecundū aliquos, & in conſequentiam eſſe poteſt Iudex, vt ibi ex alijs probat Graſſ. exemplo oſtenditur in

materia diuortij, adulterij, ſeparationis matrimonij, & ſimiliũ, & cum alias contingiſſet in S.C. dubitari, an facta ſeparatione matrimonij quò ad thorũ ſit reſtituenda dos vxori, licet indeciſũ reliquerit Præſ. de Franch. dec. 244. Adhuc tamen in dec. 322. in affirmatiuam partem deciſum teſtatur cum alijs allegatis per Bulleum in Reſp. Iuris circa ſæuitiam mariti in vxorem, &c. q. 2. num. 51. ad quod & Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 11. num. 169. ex multis concludere videtur, Iudicem Eccleſiaſticum eſſe Iudicem competentem in cauſa reſtitutionis dotium, nam qui eſt Iudex principalis, eſt Iudex acceſſorij, & ita n. 172. deciſum refert citando aliam deciſionem Gabed. 125. par. 1. & dec. 124. quibus addo Fõtanell. de pactis nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 10. num. 55. & ſeq. & ſic deciſum retulit. Sed difficultas, quæ ex ijs oriebatur, erat reſpectu fructuum dotis, vt prætendebatur ex parte viri, nam & ſi competens erat reſpectu reſtitutionis dotis acceſſoriè, non tamen principaliter id procedere poterat reſpectu fructuum, qui erant acceſſorij ad dotem, Hieron. Gabriel. conſ. 145. ſub n. 6. vol. 2. Farin. dec. ciuil. 80. n. 2. vol. 2. Caualer. dec. 576. n. 1. optimè Gratian. cap. 857. n. 3. ideò non datur acceſſorium acceſſorij, vt cognitio acceſſorij inferatur ad acceſſorium acceſſorij, quoniam priuilegia non ſunt multiplicanda, Surd. dec. 255. n. 3. & dec. 223. n. 3. & ob id non erit iudicandum pro fructibus dotis, ſicuti de ſorte dotis principali, Ferrer. in Conſt. hac noſtra, 3. temp. declarat. 6. ſub num. 31. præterea quia fructus dotis non eſt dos, Bart. in l. ſi marito, §. ſi fundum, n. 15. ff. ſol. matrim. & propterea fructus dotales non ſic priuilegiati ſunt, ſicut ipſa dos, & ità deciſum dixit Fontanell. dict. tract. clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. n. 54. Inſuper quia fructus dotis ſoluto matrimonio tunc demum debentur, quando mulier fecit diligentias pro ea habenda, & non habeat, vndè ſe alat, Rota in nouiſſimis dec. 14. n. 12. Sed prædictis replicari contingit, quod aut dos erit reſtituenda ob diuortium factum, aut non, ſi enim non debet reſtitui, & eo caſu cum ſit ſublata omnis actio, quæ pro dote prætenditur, idem dicendum eſt de fructibus, qui tanquam acceſſorij ad dotem non debentur ſublato principali, cap. 2. de precar. Bal. Aym. Alex. & Soc. quos probat Gratian. cap. 881. num. 1. ita è conuerſo ſi dos in caſu præmiſſo erit reſtituenda, prout de iure ſtatutum eſt, vt dos ſit reſtituenda per maritum, ſtante ſententia ſeparationis thori, nec ſatis eſt, vt præſtentur alimenta vxori, Gratian. cap. 455. num. 5. & 8. ſimiliter ex cauſa ſæuitiæ dos venit reſtituenda, idem Gratian. cap. 738. n. 47. & tunc omninò fructus vna cum dote erunt reſtituendi, poſtquam mulier debet ali ex dote, Gratian. cap. 406. n. 21. & vxor eſt alenda ex fructibus dotis, quando Iudex mandat fieri ſeparationem thori, ſecus ſi fiat ob culpam, & adulterium, & ſæuitiam viri, quia tunc dos debet plenè reſtitui, etiam cum augmento, & nõ deſeruit pro oneribus matrimonij, nec pro alendis liberis, Idem dict. cap. 738. à num. 63. ad 67. cum alijs apud Bulleum vbi ſuprà, quibus etiam conuenit, quia regulariter in capitulis matrimonialibus promittunt viri reſtituere dotem in omnem caſum diſſolutionis matrimonij, & eo caſu obligatio pro dote cenſetur etiam pro fructibus dotalibus, & pro donatione propter nuptias, Idem cap. 53. num. 7. & ſucceſſiuè promiſſio ſoluendi dotem extenditur ad fructus tanquam acceſſorios ad dotem, Idem cap. 726. num. 21. quo fit, vt fructus dotis licitè percipi nõ poſſint ſoluto matrimonio, & ſi iuſtè percipi potuiſſent in anno, quo contingit diuortium, quaſi durauerit matrimonium pro aliqua parte anni, Idem cap. 242. num. 19. & cap. 244. num. 15. ſicq; cum tam dos, quam eius fructus petiti eſsẽt, quoniam fructus dotis petuntur eadem actione, qua petitur dos, Idem cap. 726. num. 22. poſt Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 49. num. 3. ſucceſſa indè cõdemnatione benè proceſſerat, & propterea non erat denegandum brachium pro executione illius. Idcircò facta relatione in S R.C. per Reg. Conſil. Alonſum Vargas Ducem Cagnani die 21. Ianuarij 1641. fuit deciſum, quod concedatur brachium pro omnibus, vt conſtat ex actis in banca Solatij Mag. Actorum, de qua deciſione teſtatur etiam Conſil. Carleual in tract. de iudicijs tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 17. n. 15. in fin. poſt hæc viſus.

Brachium concedi regulariter ſolet literis exequutorialibus cũ inſerta copia obligationis, an etiam concedi debeat literis exequutorialibus virtute obligationis Cameralis in alma Vrbe ſine tali inſertione, deciſum fuit affirmatiuè ob auctoritatem talis obligationis contra laicum, ità D. Reg. Sanfel. dec. 64. n. 10.

C

CAPANNAE, ſeù Tuguria, fieri an poſſint per exteros in locis vbi habent ius lignandi, herbarum vſum pro alimalibus, & ſimilia, ad finem ibi pernoctandi pro commodiori vſus exercitio, & videtur affirmandum, poſtquam ſimilia Tuguria ædificia dicuntur, quæ rei ruſticæ magis cuſtodiendę conueniunt, l. Tugurij, ff. de verb. ſign. vbi Gloſ. notat, ea propter dicuntur, quia tegimur, alias regamur, & licet Capanna propriè non dicatur domus, cum non cõſtet ex parietibus, & tectis, inquit Paris de reintegr. feud. in cap. pone, quod feudatarius, num. 3. fol. 94 ex quo fiũt gratia fructuum percipiendorum, vel cõmoditatum percipiendarum pro ſeruitio hominum, aut animalium, vt diſcutit ibi Paris, adhuc erigi, & conſtrui poſſunt, ex regula illa vulgata, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè erit concedendum, ad tex. in l. & quia, vbi gloſ. verbo futurum, ff. de arbit. Adeò, quod dictę Capannę gratia fructuum percipiendorum factæ modica impenſa tolli non debent, vt ibi probat Paris nu. 2. Nihilominus de iure comprobatum extitit, nemini licere in alieno fundo Tugurium facere, ad tex. in l. quemadmodum, §. ſi protect. ff. ad leg. Aquil. & l. qui vicem, §. qui ad ianuam, ff. quod vi, aut clam. notat Cępoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 16. de Tugurio in princ. vbi in fine tradit, quod ſepè quando in locis, vbi ſunt paſcua contenditur de poſſeſſione, vel quaſi, partes faciunt Tuguria, aut caſas, vt ſub eis ſtent pecorarij ſui, vel coloni, vel fęnum, quem ſectatur Campagn.

in

Digitized by Google

in cap. Item prædicti contenti, nu. 17. ſubdens, per tales Capannas, & Tuguria denotari poſſeſſiones, & ob id in cauſa Vniuerſitatis Procinæ cum Vniuerſitate S. Nicandri priſcis temporibus ſub regimine Alphonſi Secundi Regis Regni huius, fuit per eius Conſilium prolata ſententia, in qua hæc verba continentur, inter cętera, nàm illius principium traditur infra in verbo ligna. Et per hanc eandem noſtram diffinitiuam ſententiam pronunciamus, & declaramus, dictam Vniuerſitatem, & homines Procinæ non eſſe in poſſeſſione, ſeù quaſi pernoctandi, Caſellas faciendi, nec de die, nec de nocte glandandi, ſpicandiq; eorum animalia in dicto territorio, & conſequenter dictos Magnificos Ioa. Paulum, & Magnificam Corneliam eius vxorem circa prædicta abſoluimus, & liberamus ab impetitione dictæ Vniuerſitatis, & hominum ipſius Terræ Apiutinę, ſaluo iure vtriq; parti ſuper petitorio, quo vero ad intereſſe, & expenſas litis vtramq; partem abſoluimus, & liberamus, hanc noſtram diffinitiuam ſententiam taliter in his ſcriptis proferentes, &c. Iacobus de Baloco Coñſ. Actorum Magiſter manu propria.

Capitanei iuſtitiæ ſi delinquant in eorum officio in negotijs ſpectantibus ad R. C. S. à quo Tribunali puniri debeant, vel à Tribunali M. C. vel à Tribunali R. C. S. fuit declaratum per ſuam Maieſtatem, talem cognitionem ſpectare ad Tribunal R. C. S. teſtatur D. Reg. Sanfelic. dec. 250.

Capitulum aſſenſus conceſſum mulieribus Neapolitanis pro eorum dotibus, & antefato ſuper bonis feudalibus, an locum habeat in vſufructu dotis, fuit deciſum per R. C. S. affirmatiuè, ità ex Reg. Reuer. deciſ. 45. vol. 1. num. 7. probat Andr. Capan. in deciſionum collecta poſt tract. de Vita, & Militia, deciſ. 2.

Capitula matrimonialia ſi ſint ſubſcripta tantum, nō tamen ſtipolata abſq; expreſſione hypothecæ producta per mulierem in concurſu creditorum; an præferatur Fiſco, deciſum fuit affirmatiuè per Collat. Conſil. D. Reg. Sanfelic. deciſ. 99. ſub num. 25.

Carcerari an poſſit ſocer vigore literarum executorialium expeditarum vigore inſtrumenti liquidati, de quo ſatis verba feci in 3. par. Noſtri Compendij, in verbo inſtrumentorum liquidari an poſſit, licet ex errore Impreſſoris in verbo ſocer dictum fuit in verbo liquidatio inſtrumenti, vbi deduxi, quod quatenus liquidari debuiſſet, non tamē fuit conceſſa poteſtas carcerandi, fuit tamē reſeruata diſtrictio perſonalis per S. C. in certis cauſis ibi relatis, & nouiſſimè idem per M. C. V. fuit deciſum in cauſa Andreæ Panſæ cum Franciſco Antonio Caſtello, non poſſe carcerari ſocerū vigore inſtrumenti liquidati de anno 1643. ad relationem perſpicaciſſimi Iudicis Antonij Capiblanchi, in Banca de Albano.

Carceratus debitor vigore apocæ banchariæ, vt aduerſus illam recognitam, ſeù probatam audiri poſſit, ſufficit, quod ſit carceratus in loco domicilij, quamuis alibi ſit iudicium, & ità deciſum per Sacr. Conſil. refert D. Reg. Sanfelic. dec. 153.

Carcerato vno ex correis debendis exiſtente, an cęteri correi audiri debeant in eorum iuribus contra inſtrumentum, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. Nouar. in pragm. 63 collect. 10. num. 16. de Offic. Procur. Cęſar.

Carcerati debitores poſt datam indultus dilationem quadrimeſtris, licèt non publicati Neapoli, an gaudere debeant indultu, deciſum fuit pluries affirmatiuè per M. C. V. ita D. Reg. Sanfelic. deciſ. 186.

Carceres debent eſſe duo, vnum pro debitoribus, aliud pro reis inquiſitis, & ſic deciſum fuit per S. C. pro Vniuerſitate Caiuani contra Comitem Murconi, in banca Figliolæ, Nouar. in rubr. de Carcerat. collect. 1. num. 5.

Carceres M. C. V. effragens cum conſpiratione pœna mortis punietur ſed quid de attentata fractura, quamuis non euaſerit, fuit idem deciſum per M. C. V. contra certos de tentata fractura carcerlæ, quamuis non euaſerint, tradit D. Reg. Sanfel. dec. 47.

Carcerum conſtructio ad Barones ſpectat, & ſic deciſum per S. C. in fauorem Vniuerſitatis Malpignani contra Baronem, teſtatur Nouar. in rubr. de Carcerat. &c. collect. 1. num. 4.

Caſale alicuius Vniuerſitatis, quæ renunciauerat domanio iam obtento per Ciuitatem pro ſe, & Caſalibus, an poſſit inſtare vendi certo Domino, donando pretium domanij ſuæ Maieſtati; fuit iudicatum in cauſa Caſalis Palmæ Ciuitatis Seminariæ, quod antequam agatur de capienda poſſeſſione exploretur voluntas dicti Caſalis, ità refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. iur. tom. 1. in fin. in deciſ. ad controu. 5; artic. 1. num. 32.

Caſalia Ciuitatis an teneantur ad gabellarum ſolutiones Ciuitati, refertur deciſio infra verbo Gabella.

Caupona, ſeù Taberna an poſſit aperiri propè Eccleſiam, licet in domo propria, vel aliena, videtur affirmandum, ex quo quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mand. & ædificare quis poteſt in ſuo, etiam cum alieno incommodo, l. altius, C. de ſeruit. Cepoll. de ſeruit. cap. 12. adeò quod cum taberna dicatur locus, vbi victualia certa venduntur, propriè dicta à tabulis, quibus merces ſternuntur, quæ propriè dicitur domus, in qua panis, vinum, & carnes coctę venduntur, gloſ. in cap. 1. verſ. tabernariorum, de vita, & honeſt. Cler. Bertach. verb. taberna, qui in verbo artes inquit, eas eſſe artes viles, adhuc nemo eſt prohibitus exercere artē ſuā. Frāch. dec. 625. Ex aduerſo nulli dubiū eſt, quin Eccleſia dicatur ædificiū Dei, Rodulph. Cupers in cōment. ad cap. oportebat 79 diſt. verſ. eſtque, art. 2. nu. 17. fol. 30. cuius męnia duodecim haberet fundamēta in duodecim Apoſtolis, idem ibi verſ. Petrus, ſicut probatur nu. 23. & cum in ea Deo ſacrificia offeruntur, & ratione Sacramentorum dicitur Sancta, idem in verſ. modo capitur, num. 26. iuſtum non erit, vt ipſa perturbetur à ſordidis perſonis confluentibus in ipſis tabernis, ſicuti experientia comprobatum eſt, in ſimilibus locis conuenire comedentes, ementes vina, & aliqua inconuenientia patrari, vt latiùs apud Solam in Conſuet. Sabaud. tit. de Tabell. & Notar. §. ex cauſis, gloſ. vnic. nu. 2. & 3. fol. 226. quo fit, vt quemadmodum perturbantes diuina officia ab Eccleſia expellēdi erūt, vltrà alias pœnas de iure impoſitas, vt per Affl. in Cōſt. Multas leges, n. 15. Fortiùs vicini degentes propè Eccleſias mala patrantes in ſimilibus locis degentes, ex quibus multotiès rixæ, ſcandala, vociferationes oriuntur ob malos

mores frequentatorum illatum, nam licet tabernæ exerceri poſſint etiam in loco honeſto, benè procederet, niſi fierent cum incommodo alterius, & læderent honeſtatem, Paris de reintegr. feud. cap. miles habens, num. 28. Legitur enim in l. placet, C. de Sacroſ. Eccl. prima quippè illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, vt prædia vſibus cæleſtium ſecretorum dedicata ſordidorum munerum fece vexentur, Multò magis Eccleſia ipſa à fece ſordidarum actionum erit conſeruanda, poſtquam ſi à Deo ipſo Eccleſia eſt honorata, Cupers in verſ. ſequitur tex. num. 30, fol. 157. Ità multò fortiùs ab hominibus erit honoranda, nam ſemper Eccleſia in honore erit habenda, Epiſcop. Genuenſ. in tract. de Eccl. ſeù practic. Eccl. q. 613. n. 1. Imò etiam defendēda, potiſſimū ab iſtis malis conuicinis, nam dici ſolet, qui habet malum vicinum, habet malum matinum, Alberic. Oliua in ritu 22. Cur. Archiep. Neap. ſub n. 6. Intereſt enim, non habere malos vicinos, Paris de reintegr. feud. cap. miles habens, nu. 19, multa ad hoc refert Benedell. in rub. de iure prothom. nu. 19. poſt tract. Rendellæ, Hinc eſt, quod ſi contingerit Eccleſia ipſa profanari, non debet concedi in vſum hiſtrionum, vt deciſum tradit Epiſcopus Ricc. dec. Arch. Neap 255. par. 2. & Epiſcopus Iſern. in ſua praxi eiuſdem Curiæ cap. 52. ad quod allegant tex. in l. ſi qua in publicis, C. de ſpectac. & ſcen. lib. 10. vbi ſācitur, quod Hiſtriones debent expelli a locis honeſtis, & à locis, in quibus Imperatoris imago depicta eſt, quanto magis ab ipſa Eccleſia ſegregari debeant, ſicut etiam lupanaria procul ab Eccleſia diſtare debent, quoniam talia eſſe debent in locis ſecretis, vel extra Ciuitatem, Auend. de exeq. mand. par. 2. cap. 6. nu. 7. vltra Paridem vbi ſupra nu. 27. & tales perſonæ inhoneſtæ, ac meretrices expelli debent a conuicinio, vt idem Auend. loco citato, nu. 3. probat Afflict. in Conſtit. Quę paſſim, nu. 1. Reg. Sanfelic. deciſ. 127. nu. 7. quoniam Eccleſia eſt mater pudicitiæ, Grileuzor. conſ. 103. num. 82. & mater honeſtatis, Epiſcopus Iſern. in tract. de Eccl. ſeu pract. Eccleſ. quæſt. 302. num. 1. & ob id cum ipſa Eccleſia ſit domus orationis, Lęl. Zanch. de inſtitut. cler. cap. 32. nu 6. non patitur, vt vicini eorum exercitijs ſtrepitantibus moleſtent, à quibus erint arcēdi, ne diuina impediantur officia. Angelica Summa verbo locatio nu. 9. Ripa, & Parpal. quos probat Carrocc. in tract. de locato, & conducto par. 5. in tit. de Profeſſor. num. 32. & ità deciſum refert Reg. Sanfel. vbi ſupra. Et propterea cum Innocentius Mancuſius conduxiſſet à Gubernatoribus Regiæ Gabellæ ius aperiendi duodecim Tabernas, partim clauſas, & partim apertas in hac Ciuitate Neapol. & promiſiſſet penſionem ſoluere, ſiuè aperirentur, ſiuè non, & ipſe voluiſſet aperire Tabernam in foro veteri, propè Eccleſiam Reuerendorum Patrum Oratorij, ad inſtantiam ipſorum, & Complatearioſum prohibitum fuit, & inde interpoſitum decretū per R.C.S. die 17. Martij. 1604. tenoris ſequentis. Decreto Regiæ Cameræ prouiſum eſt quod in domo in actis deducta non liceat aperiri Taberna; poſtmodum vero præfatus Mancuſius ſuos greſſus direxit contra dictos Gubernatores, vt ipſum defenderent, cui cum fuiſſet oppoſita exceptio carentiæ actionis ob pactum ex iuris diſpoſitione, quia ei integrum erat in alia domo aperire, inſtantibus dictis Gubernatoribus, vt penitus eiuſdem Mancuſij os occluderetur, fuit per aliud decretum prolatum ad relationem Pręſidentis Camilli de Curte die 16. Iunij 1604. prouiſum per R. C. quod ei liceret in alio loco congruo in foro prædicto aperire Tabernam, vt patet ex actis tranſmiſſis ad Sacrum Cōſilium in cauſa Marchionis Polignani cum Innocentio Mancuſio, & Franciſco Feſtineſe, in Banca Sttinę pro de Felice. Sed an lania, ſeù macella animalium propè Eccleſiam erint conſtruenda, hoc accidit controuerti in cauſa Reuerendorum Clericorum Miniſtrantium Infirmis cum V. I. D. Honofrio de Palma, qui intendebat in quadam apotheca eius domus introducere laniam, & inſurgentibus ipſis Clericis, & contradicentibus, fieri non poſſe, & videbatur ius eis ſuffragari, nàm iſtę bucceriæ, & macella deberent eſſe extra Ciuitatem, vt dixit Affl. in Conſt. Salubritatem, n. 4. vbi ſubdit, hoc malè ſeruari Neapol. & Ripol. var. reſol. cap. 11. n. 119. deciſum refert, poſſe compelli dominum domus ad eam vēdendum, quam emit iuxta Monaſteriū, ſi is, qui emit eam tumore officij mechanici perturbet diuina officia, aut ad laborandum alibi. Nihilominus fuit contra eos iudicatum de anno 1641. ad relationem Reg. Matthiæ Caſanate per Collat. Conſil. & confirmatum decretum ipſius D. Regentis, per quod mandatum fuit, vt liceret eidem Honofrio aperire facere laniam in quadam apotheca ſuæ domus, vt patet ex actis pènes Scoizellum, & vt perpendi, quia hoc pertinebat ad graſſiam Ciuitatis, cuius intererat pro communi ciuium vtilitate, & cōmodo vbilibet illam exerceri, cum ſit conceſſum ei, qui habet mixtum imperium macella conſtruere vbilibet, ità Ripol. var. reſol. cap. 1. nu. 141. & hoc oſtendebatur in conſimili facto, nempè in Eccleſia Sanctę Marię Charitatis de Neap. vbi propè viam publicam ab vno latere adſunt laniæ publicæ pro communi vſu ciuium, ità etiā in propoſito facto apparebat via intermedia, in cuius pontono aderat apotheca aliquantulum diſtans ab Eccleſia, de qua deciſione Honofrij de Palma meminit D. Reg. Sanfelic. in addit. ad eius deciſ. 127. nu. 4. conferunt congeſta per Paridem vbi ſupra, & per Ripol. vbi ſupra, vbi ſpecificè notat, hoc ius ſpectare ad Capitula Clericorum pro ipſorum ſubſtentatione, non vt publicè vendantur carnes; & tamen talia macella intra clauſtra Eccleſiarum exercentur, vt experientia comprobatum eſt Neapol. in Haſpitalibus Diuæ Mariæ Annunciatæ, S. Iacobi Hiſpanorum, & aliorum locorum.

Cauſa continens ſummam ducatorum 150. dicitur eſſe infra dictam ſummam, & per M. C. exequi nō poterit, niſi cum intereſſe liquidando ſors principalis ipſam excederit, vt iudicauit M. C. in cauſa Natalis Falcone, Nouar. in Prag. 6. collect. 7. num. 3.

Cauſa reclamationis ex decreto M. C. V. an commicti debeat eidem Iudici, à quo fuit reclamatum, vel alteri Coniudici, licet in S. C. obſeruetur, alteri Conſiliario debere remitti, non tamen in dicta M. C. quando procederet ex delegatione, D. Reg Sanfelic. deciſ. 4 n. 16.

Cauſa remiſſionis petita per vaſallum Clericum ad Iudicem Eccleſiaſticum an ſpectet ad Baronem

nem, refertur deciſio infra in verbo remiſſionis cauſa.

Cauſa conſiſtens in mero iuris articulo an abſque termino ſit decidenda, deciſum fuit tàm per S.C. quàm per Collateralé Conſilium affirmatiuè, D.Reg.Sanfelic.deciſ.17.

Cauſa vertens in Curia Baronis eius vaſallorum an poſſit auocari à M.C. vel S.C. ob inimicitiam Baronis, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. in caſu relato per D.Reg.Sanfelic.deciſ.63. n.34.

Cauſa, quæ vertitur in S.C. incapacitatis forte hereditatis alicuius, ſiuè indignitatis inter partes, an in eodem S. C. proſequi debeat, ſi de eodem negotio penderet lis in R. C. S. pro intereſſe Fiſci, qui prætendebat ſuccedere in ea, deciſum fuit, quod procedatur in S. C. ad ea, quæ incumbunt in cauſa reclamationis prætenſę incapacitatis, verùm circa prætenſa contrà Regium Fiſcum adeant R.C.S. D.Reg.Sanfelic. deciſ.70.

Cauſa feudalis quamuis in R.C. erit agitanda, attamen ſi agatur de qualitate feudi dignoſcenda, etiam ſi ſit mutata, vel alterata qualitas innata, ſine Regis aſſẽſu, ſecus eſſet, quoniã in S.C. erit determinanda cum aſsiſtentia Fiſci patroni, & ita deciſum per Collaterale Conſilium in cauſa Ducis Vallis Regiæ, teſtatur D. Reg. Fab. Capyc. Galeot.cõtrou.iur. tom.1. contr.24.num.25. vbi in fine tradit idem poſtea deciſum per idem Collaterale Conſilium in cauſa Mutij Pinelli.

Cauſa feudalis remitti debet decidenda R. C. ex diſpoſitione Pragmaticarum, & potiſſimum ob eius qualitatem, an feudum ſit quaternatum, ſimpliciter, vel ſecundum quid, vt deciſum fuit in cauſa Tortiori inter Card. Aldobrandinum, & Ducem Andriæ, vel an ſit Francum, vel Longobardum, vt in cauſa Antedroci inter Marchionẽ Bandini, & Principes Sabellios, refert D.Reg. Fab.Capyc.Galeot. controu.iur. tom.2. contr.24. num.1.

Cauſa feudalis, vbi tractatur de mutatione naturæ feudi ſubiiciẽdi Maioratui, nõ obſtãte aſsẽſu aliàs obtento ab acquirente, an erit tractanda in S. C. deciſum fuit affirmatiuè in cauſa creditorum Marchionis Triuici, vt refert D.Reg.Fab.Capyc. Galeot. controu.iur.tom.1.contr.24.n.31.

Cauſa reclamationis an poſſit ad inſtantiam actoris committi pro confirmatione ſententię, ſi victus non reclamauerit, fuit deciſum, & practicarum affirmatiuè, Reg.Hect.Capyc.Latro conſult. 159. num.2.

Cauſæ interceptorum ob vectigal non ſolutum, vel fraudatum, an comprehendantur in abolitione generali, deciſum fuit per Collat. Conſ. congregata ẽt R.C.S. die 20. Octob.1571. cõprehendi reſpectu pęnę tantũ, quæ eſt commiſſa, non tamen reſpectu diríctuũ, qui Fiſco debebantur, & abolitionem ipſam procedere reſpectu eius ratæ intercepti, quæ Fiſco applicatur, non tamen ratæ, quæ Arrendatori applicatur, eo quia in generali indulgentia ſemper ius tertij reſeruatum eſt, ità ex Reg. Moles in deciſ. manuſcriptis deciſ. 25. probat Io. Maria Nouar. in Pragm. 2. de abolit. collect.3.n.70.

Cauſæ feudales, in quibus ratione proximę deuolutionis ex defectu ſucceſſorum extrà R. C. S. agitantur, remittuntur eidem R. C. vt deciſum fuit in cauſa creditorum Comitis Sanctę Seuerinę referente D.de Franchis, teſtatur D.Reg.Fab. Capyc.Galeot. controu.iur. tom.1. controu. 24. num 24.

Cautio de reſtituendo cui, quibus, & quando pręſtari ſolita per creditores, quibus pecunia liberatur, ſi præſtari non poſſit, pecunia liberata implicari debet in emptionem, vt loco fideiuſſionis remaneat, donec cautio ipſa præſtetur pro ſecuritate euictionis, idcircò in cauſa Laurę Mormilis, quæ poſt mortem ſui viri petierat dotes, & antephatum, per S.C. fuerunt eidem liberati ducati ſexdecim mille ex pretio obuento ex venditione certorum feudorum, quorum emptor inſtabat, præſtari cautionem ipſam de ſtilo S.C. ſolitam præſtari, eo amplius, quia in dicta ſumma extabat antephatum reſtituendum filijs poſt eius mortem, ideò per S.C. fuit prouiſum, vt præſtaret cautionem de reſtituendo in forma in beneficium emptoris pro euictione, ac etiam cautionem in beneficium filiorum pro antephato, verùm quia ipſa Laura non habebat fideiuſſorem, obtulit implicare in emptionem bonorum ſtabilium dictam ſummam, & per S.C. fuit prouiſũ, quod emptio ſtet loco fideiuſſionis præſtãdę, donec, & quouſque fuerit præſtita cautio in forma in beneficium emptoris, & pro antephato in beneficium filiorum, teſtatur Horat. Montanus controu.forenſ.controu 4.ſub n.8.

Cautio in materia præuentionis an ſit præſtanda per Clericum de ſoluendo debitum, & pœnam ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, refertur deciſio in verbo Clericus.

Celebrans Miſſas non inſignitus presbyteratus Ordine qua pœna puniri debeat, reſolutum fuit pœna vltimi ſupplicij, præuia degradatione Iudicis Eccleſiaſtici, ſeù traditione ad Iudicem ſecularem, teſtatur D.Reg. Sanſelic. dec.239. & Nos etiã in 3.p.noſtri Compendij ver.ſacrilegiũ.

Cenſus in dubio an præſumatur emphyteoticus, deciſum fuit negatiuè per S. C. dixit Horat. Mõt. controu.forenſ.contr.75.ſub n.20.

Cenſus an diminui debeat facta venditione rei ſtabilis ad corpus, ſi fuerit territorium repertum minus, quàm debeatur cenſus, deciſum per S C. affirmatiuè, vt refert Io. Baptiſta Hodierna in addit.ad deciſ. Surdi 64. num.1. in noua impreſſione.

Cedens an teneatur reſpondere poſitionibus in lite intentata per ceſſionarium, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in occurrenti caſu relato per D.Reg.Sanfelic.dec.169.

Cedens, qui ſibi reſeruauerat ius liquidãdi inſtrumentum contra debitorem ceſſum in beneficiũ ceſſionarij, licet cogi poſſit ad liquidandum, ſi fortè in actu liquidationis diſſentiret, aut aliquam ſcripturam idem contionem præſentauerit, an ob id liquidatio irritetur, vel ſufficiat eius præſentia, non obſtante contradictione eius liquidatio firma remanere debeat contrà debitorẽ, contrà quem hæc fuerunt allegata à ſubſcripto benemerito Aduocato perſpicaciſſimo, vz. Actio liquidationis inſtrumenti oritur ex crimine periurij, vt habetur per D.Præſid. de Franch. deciſ.162.n.6.verſ. pro parte facit, & notat Paul. Straban.conſ.30.num.17. & nouiſſimè D.Regens Galeota controu. Illuſtr. lib.1. contr.54. num.22. quæ criminis qualitas variationem non recipit propter mutationem pœnæ in pecuniariam. vt præcit. Auctores, & teſtatur etiam Taſſon.obſeru.

iuriſ.

Digitized by Google

iuriſdictional.obſeru.1.verſ.9.allegat.23.n.18. Et cùm periurij quærela ſolum ei competat, cui ſuit iuratum, vt probat Andr.in Conſtit. Regni Eos, tit.de periurio; ideò ipſe ſubdit, quòd nec eius hæredes poterunt illam exercere, nàm criminales accuſationes, etiam ex publicis iudicijs extinguuntur morte, C. ſi reus, vel accuſator mor. fuer.l.final. & proindè in hæredes non tranſeũt, Glo. C. de delict. defunct.l.1. in fin. gl.mag. niſi eſſet ſtipulatum pro ſe, & hæredibus, vt per S.C. iuncta M.C.V. fuiſſe conſulto deciſum refert Capyc.deciſ.75. & adeò præcisè ibi hoc perquiſitum, vt quòad tertias decurſas ante mortem teſtatoris, etiam ſtipulantis pro ſe, & hæredibus, fuit poſt votorum in primis paritatem, cum adiunctis concluſum, quòd hæredes non poſſint talem actionem in iudicio intendere, vt in finalibus verbis dictæ deciſionis cernitur. Hinc tali ſtipulatione fortè ſuppoſita cùm de ſtilo ſit, ſẽper quem ſtipulati pro ſe, & hæredibus, vt de iure præſumitur, ff.de probat. l. ſi pactus, in fine; propterea ſtatuerunt Rit.M.C.num. iuxtà computationem Carauitæ 178.& 181. quòd habeant hæredes facultatem liquidandi: perſona enim eorum eadem cum defuncto cenſetur, vt dicit tex. in auth.de iur.iur. à morient. præſtit. & ſcribunt Dec. conſ. 262. ac Iaſ. conſ. 217. Et quamuis in hac liquidationis materia hæres, & ceſſionarius paríficentur, per Bald. in l. per diuerſas, quæſt. 18. C. mandati, & in l.2.in fin.C. de except. rei iud. quem citat, & ſequitur Cauenſ.in rit.286.num.9. ſubdens, non obſtare, quòd non ſit præſtitum iuramentum de facie ad faciem ceſſionarij, & debitoris; prout requiri firmat Affl. in dicta Conſtit. Regn. Eos, qui ſcienter, nu.16.verſ.& puto, quem ſequitur Capan. in ſtat. Mediol. lib.1. cap.102. num.22. quia hoc non dicitur in rit. qui eſt 166. incip. item, quod ſi qui debitores, ſed ſolum ibi legitur, quod inſtrumenta, quæ præſentantur, contineant iuramenta, aut pęnas pecuniarias, quibus verbis attẽtis poterit adhuc firmari, quod etiam nullo adiecto iuramento poſſit ad eorum liquidationem procedi, dum Ritus loquutus fuit per dictionem, vel, nempè ſi in inſtrumentis contineantur pœnæ pœcuniariæ, vel iuramenta, quæ dictio eſt alternatiua, vt fundant Vulpell. de præpoſit. & aduerb. ſub dictione, vbi, verſic. vel pag. 527. col.1. & Barboſ. de diction. & clauſul. dict.360.num.3. Imò ne poſſit aliquis excitare, hãc dictionem fortè reſolui ibi in copulatiuam, prout interdum euenire dicit Menoch. conſ.187.n.18. & ſicut inſtrumenta, ſcilicèt, quæ liquidantur, debeant continere pœnam ſimul, & iuramentũ, ideò ad dilucidandum hoc, intelligi tantũ alternatiuè, ſubdit Ritus, vel alter eorundem. Nihilominus in praxi vbiq; in Regno ſeruatur, quòd nullatenus pro ſe poſſit ceſſionarius liquidare, vt teſtatur, & probat Carauit. in dicto titu 186.num.4. in fine. Quarè inoleuit cautela, vt cedens ſibi reſeruet in ceſſione ius liquidandi, & deindè ambo citare ſuper tenore inſtrumenti faciant, atque tempore liquidationis vterque aſſiſtat, vt retulerunt Scaglion. dicto rit.173.n.21. Viſill. ad Affl. deciſ.64.n.8. Viu.lib.2.commun. opin.826. Petra in addit. ad Capyc. deciſ. 75. & demum Galter. in pract. inſtrum. in 1.2. part. num.31. Hoc enim modo cedens aſſiſtit vindex iuramenti ſibi præſtiti, & ceſſionarius ſtat executor vtilis actionis, & ille, cum quo interrogatio poteſt de quantitate debita fieri, cùm ad illam non poſſit cedens reſpondere, ex eo, quia ſolutio ad ceſſionarium erat delegata, & ipſe ſcire poterit quãtitates exactas, & earum defectionis ſummam. Hæc autem cautela fuit practicata in ceſſione duc. mille inita a Vincentio Galano pro totidem per eum debitis Antonio Pulce, cedendo ei conſimilem ſummam, conuerſam in annuis introitibus cum Illuſt. Principe Noię, reſeruato ſibi iure liquidandi ad libitum præfati Antonij. Et cùm eſſet magna ex eis tertiarũ quantitas maturata, ceſſionarius requiſiuit plures cedentem, vt pactum iuratum circa liquidationem promiſſam exerceret, qui in pertinacia repugnandi diù ſiſtendo, fuit ei præcedente inſtantia ceſſionarij cum inhęrentia Fiſci pro intereſſe pœnæ mandatum per Magnificum Iudicem, vt pactionem adimpleat, aliàs compelleretur, quo non obtemperato, fuit deniq; in vinculis occluſus, qua propter in hoc ſtatu conſtitutus expedire fecit per Actuariũ, cõtumaciarũ de ſuo cõſenſu citationẽ ſuper tenore inſtrumẽti. Hac itaq; citatione tàm nomine cedentis, quam ceſſionarij in forma eſpedita, accuſatiſque debitis contumacijs, fuit cedens è carceribus cum Satellitio productus ad M.C. pro Tribunali ſedente, cui ſimul aderat ceſſionarius; & cum fuiſſet rita liquidatio proclamata, præfatus cedens reuerſus ad primam recuſationis perfidiam, protulit ſermonem, ſe nolle pęnitus liquidare. Ideirco Magnifici Iudices in caſus contingentia, quem omnes Actuarij M.C. fuiſſe nouũ prohibebant, valdè dubij ſtatuerunt, vt ſuperſederetur illa die actus liquidationis, donec fuiſſet, ſtudio præcedente, cum interuentu aliorum Iudicum, articulus reſolutus. Communicato igitur poſt quatuor dies ſimul eorum conſilio, atque auditis partibus fuit abſque decreto, ne præberetur occaſio in tàm rigoroſo iudicio appellandi, determinatum inter eos, vt adhuc cedente reluctãte procederetur ad complementum cęptæ liquidationis. Denuò ergò ea in Curia vociferata cum cedentis, ac ceſſionarij aſſiſtentia, cedens nihil à prima contradictione mutatus inſtabat, vt reciperetur quædam ſua compatitio, vbi erat in ſcriptis redacta talis ſua non æqua repugnantia; in quo etiam Iudices ambigui peruenerunt è ſolio in Aula, & iterum ſuper huius ſcripturæ receptione, partibus auditis, tandem decreuerunt, ea reiecta, vt remaneat debitor condemnatus, & pœna ponatur in libro, atque ità fuit exequutum, vt ex actis in Banca Seraſini. Modo, quod omnia in hoc iudicio per M.C. emanata ſint, ritè, rectèq; geſta: Ego, qui tanquã curator ad lites patrimonij Galani, & Mareſchæ intereſſe in exactione præfati crediti admodum habentis, patrocinium huius cauſæ geſſi, hic, omnibus reſolutis motiuis, ampliori ordine ad iuſtitiæ complementum, & nouitatis caſus remedium, cum fortè alias acciderit, adnotate curaui. Et primò, quoad ordinem expeditum contra cedentẽ de liquidatione omninò per eum agenda, aliàs quod cõpelleretur, & poſtea de eius retentione in vinculis, donec liquidatio explicata fuiſſet, dubium de eius iuſtitia faciebat regula ſatis vulgata, vt nemo inuitus agere compellatur, C.de viur. pupillarib. l.vlt. C.de pignor. l.creditor ad petitionem 29. Boer. dec.255. Aegid. Bel-

lem.

Digitized by Google

lem, concl. 728. Imò non poſſe quem compelli, nedum ciuiliter, verum etiam criminaliter, quod accuſet, eſt rubrica expreſſa cum ſuo nigro C. vt nemo inuitus agere, vel accuſare cogatur: rubrica enim poteſt etiam ſicut text. allegari, gloſ. 1. q. 1. cap. vt euidenter, & ibi text. Bald. ff. ſi cert. pet. l. 1. n. 2. & quod non cogatur accuſare, probarunt gloſ. C. de accuſat. in l. ſi quis homicidij, in verb. coges, & Clar. in pract. crimin. q. 15. Quapropter cum agere via Ritus ſit criminaliter accuſare, ratione periurij, & pęnæ, quæ applicatur Fiſco, vt liquet ex dictis per ſupradictos, & in ſpecie per Præſ. de Franch. in d. dec. 162. Ideò non erat cedens ad hanc actionẽ proponendã cogẽdus. Hoc dubium dupliciter euanuit, & primò circà ordinem, vt liquidaret, animaduerſum fuit, quod præcitata iura loquuntur, quando actionis vtilitas ad eum pertinebat, qui ad agendum arctabatur: quando verò ad alterius emolumentum tendit, leges mandant, quod poſſum teſtè agere, vt per me agas, ità in ciuilibus eſt text. ff. de action. empti, l. Iulianus 24. §. ſi venditor, & in criminalibus, ff. locati l. cum in plures 62. §. meſſem, ex quibus iuribus Bart. in d. l. Iulianus format regulam, quod qui habet actionem ad cõmodum alienum, agere cogitur, & ideò æquo iure ordo de liquidando proceſſit. Secundò circà retentionem in vinculis fuit reſpõſum etiã, nam hic cedens poſt capturam incępit liquidare, aſſẽſum præbẽdo, vt expediretur citatio in ſui nomine ſuper tenore inſtrumenti, vt in facti ſerie eſt narratum, & proindè quamuis vera eſſet indiſtinctè propoſitio, vt nemo inuitus cogatur agere, attamen limitaretur in hoc caſu; ità eſt tex. apertus in auth. qui ſemel, C quomodo, & quando Iud. vbi dicitur, quod qui ſemel actionem propoſuit, neceſſe habet vſq; ad finem litem exercere, & concordat C. de pact. l. poſtquam litis, quibus adſcribuntur Bart. in d. auth. qui ſemel, n. 6. Io. Andr. in cap. 1. de reſcriptis in 6. Affl. deciſ. 173. n. 5. Rebuff. in Conſtit. Reg. tom. 2. tract. de lit. dilat. art. 1. gloſ. 2. 4. & 6. & art. 2. & 3. ſicq; etiã intelligit tex. C. vt nemo inuitus gloſ. ibidem in verb. innitus, & idem affirmat Petr. Benint. dec. 75. idemq; procedere in cauſa criminali, prout ex dictis cenſetur iſta; nempè vt cogatur, dum iam quis cęperit accuſare, & proſequi iudiciũ, licet aliàs non compelleretur, tenet præcisè gloſ. C. de accuſat. d. l. ſi quis homicidij 11. in verb. cũ coges, & proindè erat omninò in vinculis pro huius iudicij proſequutione, ad quam cogebatur retinendus. Hoc reſoluto oriebatur ex eo alia obiectio, nam quamquam iura diſponant, vt poſſim agere, vt per me agas, attamen antidotum contra hoc litigij morbum compoſuerũt, ſcilicet vt talis conuentus liberetur cedendo actiones, quæ ei aduerſus debitorem competunt, ff. ſi cert. pet. l. quod debetur 51. gloſ. in d. l. Iulianus, §. penul. & ſequuntur Bart in d. §. meſſem, & Pur. lib. 1. dec. 10. n. 7. Quæ ratio adeò viſa fuit efficax in S. C. vt iuxtà eam in cauſa liquidationis inſtrumenti deciſum refert Franch. in deciſ. 353. Huic obiectioni reſponſio non defecit, & primò generaliter, quia habens plura remedia, vt ſunt in caſu noſtro remedium ceſſionis, & liquidationis, eſt adhuc iuris, vt cogatur eligere viam minus oneroſam, per quã inſpecta vtilitate vtriuſq; partis, negotium commodius expeditur, ſic voluit idem de Franch. dec. 41. n. 4. ſed quis in ambiguo verſabitur, viam liquidationis eſſe minus oneroſam, & maximæ vtilitatis ceſſionario, nihilq; damni cedenti? cum tale iudicium ſit exequutiuum, & poteſt quis liquidato inſtrumento capi de perſona, abſq; aliqua bonorum diſcuſſione, vt idem Præſ. de Franch. in citat. deciſ. contrarium decidente 353. ponderauit in princ. & ideò Iudices hac electione vti debere, cum non ſit partibus moleſta, voluit gl. ff. ſi quis caution. l. 1. in verb. oneroſa, per tex. in auth. de appellat. §. 1. col. 8. Hinc de facili impetratur illud, quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet, inquit Bart. ff. de euiction. l. in creditore, & quod Iudicantes viam teneantur eligere, quæ faciliores habet tramites, eſt tex. ff. locati l. cum in plures, §. veſtimenta, ita quod aduerſarius diſſentiens, ad illã per Iudicis officium compelli debet, Part. C. qui bonis ceder. poſſ. l. 3. & Aegid. Bellem. concl. 728. quæ rationes, & iura ſi non habuerunt validitatem in cauſa per Franch. relata in d. deciſ. 353. euenit potius ex facti contingentia, cum, vt ipſe ibi aſſerit, ageretur inter cognatos, inter quos fuerant cauſæ criminales, & erat maximus liuor, & quod creditor ageret via Ritus, procurabatur, vt potuiſſet debitor carcerari, qui prætendebat à creditore multas pecuniarum quantitates, & præſentabat in promptu ſcripturas, pro quibus quantitatibus, quando contra eum virtute ceſſionis ageretur, poterat reconuenire agentẽ, quod non admittebatur aduerſus liquidationem inſtrumẽti, quia eſt cauſa ſummaria, ob quæ omnia Iudex debebat arbitrari, ſufficere ceſſionem, & ſic deciſum fuit potius ex conuenientia, & de æquitate, quam S C. paſſim profitetur. Secundò hic fuit conſideratum, caſum deciſionis S. C. eſſe valdè à noſtro diuerſum, ibi enim agebat fideiuſſor cuiuſdam debitoris, vt creditor, cui illius nomine ſoluit, liquidaret aduerſus debitorem inſtrumẽtum, nec de tali inſtantia erat quicquam pactionatum inter fideiuſſorem, & creditorem, hic autem conuentione expreſſa cedens ſe obligauit, vt ad nutum ceſſionarij liquidationem expleret. Quapropter licet tex. in dict. l. quod debetur mandet, vt quis cedendo liberetur, tamen gloſ. ibidem in verbo, præſtationem, ſubdit, ſecus eſſe, ſi mihi tenearis, quia contraxiſti mecum, allegans plura iura, vt ff. ſi cert. pet. l. nam aduerſus 15. & ff. de negot. geſt. l. nam & Seruius 27. §. final. ac ff. de pignorat. act. l. petenti 27. ſequitur Alex. in addition. ad Bart. in dict. l. quod debetur, & Bald. ibidem ex lectura antiqua in nou. addition. per l. deſiderium, C. depoſiti. Conuentio enim proculdubio eſt ſeruanda, ff. de reg. iur. l. contractus, ff. de pact. l. 1. & capit. 1. eodem titul. Hinc Maceratenſ. variar. reſolut. 53. num. 6. ſcribit, quod pacta, & conuentiones dici ſolet, quod rumpunt leges, ff. de pact. l. prima, §. ſi conuenit, Cagnol. in C. de pact. inter empt. & vendit. l. 2. colum. 2. verſic. limitatur, ac in dict. leg contractus, ff. de reg. iur. & quod quando in actu ceſſionis ſe obligauerit ex pacto ad liquidandum, inſtante ceſſionario, non militet deciſio de Franchis, vt etiam inuitus cogatur eo caſu cedens liquidare, tenet in puncto Reg. Rouit. in rubr. de inſtrument. liquidat. num. 11. & antè eum Scaglion. ab eo citat. in d. rit. 163. num. 21. verſ. & vtrum poſſit.

Tertiò

Tertio, in noſtris terminis nõ eſt remedium ceſſionis practicabile, quia ius liquidandi reſeruatum ſibi à cedente, non poteſt in ceſſionatium transfundi, iuramentum enim, cuius cauſa, vt ſupra eſt fundatum, ad liquidationis actum deuenitur, cedi non poteſt, Bald. in conſ. 314. lib. 5. nam illud eſt ſtricti iuris, Abb. Sicul. in cap. clericus, de iur. iur. quem allegat Affl. in proprijs noſtris terminis lococitato Conſtit. Regni Eos, num. 16. quæ ceſſionis impoſſibilitas eſt tanti apud me ponderis, vt audeam affirmare, quod ſi fuiſſet in cauſa per Franch. ſcripta ponderata, forſitan etiã in ſuo caſu ad aliud decreti votum S. C. perueniret. Nam ſi ratio deciſionis fuit, quia ſufficit, vt actiones cedat qui agere tenetur, & inter eas eſt actio in Curia liquidandi, & hoc ius non poteſt cedi, remanet, vt obſtet ei exceptio cedendarum, & id, quod non poteſt cedi, ceſſante remedio inuento, debeat per cedentem exerceri, ex iuribus, quæ eum cogunt ad agendum. Conſtat igitur ex iſtis, ordinem expeditum contra ceſſionarium, & carcerationis moram fuiſſe optimo iure emanatam, ſed hac difficultatis mole deiecta, noua ambiguitas Iudicantium animos agitabat, nũ ſcilicet, ſicut rectè fuit cedens in vinculis detruſus, ſit pariter æquum, vt eo adhuc in pertinacia, exiſtente, & inuito poſſint ad effectum liquidationem magiſtrario actu perducere, cum ſua tantum abſentia, motiuum ambiguitatis erat, nam certi iuris eſt, quod quando quis tenetur ad factum, ſi illud adimplere nequit, ſuccedit in eius defectum obligatio ad intereſſe, ff. de verb. oblig. l. ſtipulationes non diuiduntur 72. & ff. de re iud. l. ſi quis ab alio, §. fin. cum alijs allegatis per gloſ. ibidem, & per Iaſ. Inſtit. de action. §. item ſi quis ſtipulante, num. 2. atque per Andræam Gayll. obſeru. 16. nu. 5. lib. 2. & Farinac. deciſ. 105. nu. 1. & 2. par. 2. tom. 3. Verum & huic motiuo fuit æquè ſatisfactum, continebat enim duas difficultates, vna ſcilicet, ſi cedens non obſeruans voluntariè id, quod promiſit, teneretur ad intereſſe, vel ad factum præcisè, altera ſi factum poſſit eo reluctante per Iudices legali facultate expleri. Quoad primum, quod teneatur hic promittens præcisè ad factum, liquet, quia regula, quæ ſe habet, quod in obligationibus facti ſuccedit debitum de intereſſe, plures recipit limitationes, & in quantum ad cauſam noſtram attinet, ſunt hæc. Primo, quãdo obligatio inducitur à lege, tunc enim præcisè ad factum compellitur, Bart. in d. l. ſtipulationes nõ diuiduntur, n. 34. per l. ſi cum exceptione, §. ſed & ſi quis, ff. de eo, quod met. cauſ. & Dec. conſ. 174. n. 4. & quod hæc obligatio agendi ſit à lege inducta, iam ſuprà fuit probatum ex regula, quod poſſum agere, vt agas, & tu agere de iure teneris, allegatis legibus, & eo fortius hæc limitatio vigebit in caſu noſtro, cum ſit hæc obligatio redacta in pactum conuentionale, quia dicit Bart. in citata l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 36. quod quando obligatio inducitur à conuentione ſubrogata in locum obligationis legalis, tunc ad factum debitor præcisè tenetur, per l. ſtipulatio, §. ſiuè autem, ff. de oper. nou. nunc. & comprobat Marc. Mant. ſingul. 188. Secundo, quia hic cedens nedum promiſit hoc liquidandi actionis exercitium ſuo ceſſionario, verum etiam Iudici, à quo expedire fecit citationem ſuper tenore inſtrumenti, vt eſt notatum; hinc Bald. ff. de procurat. l. ſed & hæ, §. præter, nu. 2. inquit, quod quando promiſſor falleret fidem Aduerſario, & Iudici, tunc tenetur ad factum præcisè, per l. filius 8. §. procuratorem, eod. tit. ſumus enim in iudicijs, in quibus ſemper ad factum præcisè quis obligatur, Bart. in d. l. ſed & hæ, §. præter, num. 3. cum ſtrictius in eis agatur, glo. punctualis in d. §. procuratorem, in verb. cogam, in fine. Nec ex quo cedens poſteà pęnituit, quicquam pœnitentia operabit, nam diſſenſus iudicium non vitiat. Iudicium autem etiam in inuitum redditur, ſunt verba text. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem 3. §. ſi Stichum, & ratio adducitur per Bald. in cit. l. ſed & hæ, §. præter, nu. 2. nempè, ne Prætoris authoritas eludatur. Tertiò, quia factum hoc liquidationis non poteſt per alium adimpleri, ex ſupra diſcuſſis, & ideò limitatur regula, videlicèt vt hoc caſu præcisè teneatur ad factum, glo. ff. de re iud. l. ſi quis ab alio 13. §. ſi quis promiſerit, in verb. òbligationibus, verſ. tertij diſtinguunt, argumento C. de cadue. toll. §. ne autem. Quartò hic locum ſibi non vendicabit regula de intereſſe, propter iuramentum adiectum huic obligationi de liquidando, quod præcise ad factum coarctat, glo. ff. de condit. ob cauſam l. ſi pecuniã. in ver. neceſſe, habetur ex Alex. ac Iaſ. in cit. l. ſtipulationes non diuiduntur, & l. ſi pecuniam, & probatur cap. fin. ne Prælati vices ſuas, comprobat hoc idem Iaſ. Inſtit. de action. §. ſi quis poſtulante, n. 12. & Reg. Conſil. Theodor. alleg. 93. n. 9. & ratio affertur per Bologn. in præfata l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 229. quia iuramentum debet adimpleri in forma ſpecifica, capit. ad noſtram, de iur. iurand. & propterea ſubdit, quod quando eſt appoſitum in contractu iuramentum, videtur appoſitũ cum illa clauſula, quod præcisè cogatur ſtipulatum facere, ex qua clauſulæ appoſitione tenebitur præcisè ſeruare promiſſum, per notat. ff. de donat. l. hæreditatem, & hoc omni remota prorſus exceptione, & vt vulgò dicitur, ſine remedio & ad vnguẽ, & diſtinctè, & ſine conditione id fiat, vt dicit Tiraq. C. de reuoc. donat. l. ſi vnquam, nu. 79. cui addo Ozaſch. dec. 92. & Papon. lib. 10. tit. 1. Quod eo maximè firmari poteſt, vbi iuramentum eſt adiectum in caſu poſſibili, vt omnes indiſtinctè concludunt, & ſignanter Aymon Crauett. conſ. 12. Roland conſ. 6. n. 32. vol. 1. Mattheſil. ſing. 54. & Io. Ant. Trig. ſingul. 18. Et tandem non militat in hac pactione ad factum obligatio ad intereſſe, cum factum promiſſum de leui poteſt expediri, hoc enim caſu præcisè cogitur ad eius obſeruantiam, Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de reb. Eccleſ. non alien. §. 1. in addit. quæ incipit, nam fuerunt ibi libelli, ſequitur Angel. & Cuman. in d. ſępius citata l. ſtipulationes non diuiduntur, & ratio per eundem Bolognet. ſubnectitur præfato loco, quia ſi de facili poteſt adimpleri, petente promiſſore, fieri videtur quædam perfidia, & malignitas ſi recuſetur, & quod ob facilitatẽ adimplementi teneatur præcisè, alias argueretur ex repugnantia dolus, affirmat D. Conſil. Theodor. in cit. alleg. 93. n. 8. & in hac cauſa maxima huius rei ſuſpitio aderat, nam cedentis recuſationem tuebatur procurator, ſiuè Aduocatus Ill. Principis debitoris, eratq; etiam dictus cedens inhabilis ad omne intereſſe perſoluendum, itaut ob ſui inopiam vxor agebat pro aſſecuratione dotium

in

Digitized by Google

in S.C. Imò omni æquitate erat indignus, cum de ingrato actu in hoc notabatur, nam ceſſio, quam ipſe fecit, fuit in ſui fauorem, quia dum eſſet debitor in duc. mille in pecunia numerata, illos ſoluit cum ceſſione conſimilis ſummæ, quæ erat in emptionem cum potentiore debitore, & ſic ſoluendo aliud pro alio, contra regulam ff. ſi cert. pet. l. 2. §. mutui datio. Hinc cenſuit Alex. ff. ſol. matr. l. ſi cum dotem §. ſi mulier, poſt n. 4. verſ. ſed ad hoc reſpondeo, ſemper ſubueniendum eſſe ceſſionario, quod comprobat Barboſ. ff. eod. tit. l. æſtimatis 51. poſt num. 11. verſ. ex quibus infertur, quos refert, & ſequitur D. Reg. Galeot. lib. 1. controu. illuſtr. controu. 32. nu. 27. & ſeq. Reſoluto igitur prima obiectionis capite, atquè ſundato, cedentem omninò pręcisè cogi ad factum, reliquum erat, vt ad ſecundum accomodaretur reſponſio, ſcilicet, num eo recuſante, atq; obſtinatè in pertinacia perſiſtente, potuiſſet ſuppleri per Iudices ſuæ voluntatis defectus, & quod rectè poſſit, probatur. Illud dicitur præcisè fieri, quod aliter eſſe non poteſt, & is dicitur præcisè cogi, quando omninò inuitus facit, quod nullo modo euitare poteſt, alioquin ſi metu intereſſe, vel carceris fieret, non diceretur abſolutè, & præcisè coactus, ſed cautatiuè potius, nempè vt intereſſe carcerum, vel quid ſimile euitet, vt ſcribit Marian. Soc. in præallegat. l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 434. & ſeq per cap. contra Chriſtianos, de hæreticis in 6. atq. in alijs per eorum gloſ. allegatis; idcircò dicit præfatus Socin. iun. impoſſibile eſſet, quem præcisè cogi. Nam ſi captis pignoribus, & mulcta indicta, vel in vinculis retento, non diceretur pręcisè compelli, ſed cauſatiuè, ſcilicet, vt pignora luat, vel pœnam euitet, non enim video, ſubdit ipſemet Auctor, ſi pertinaciter nolim, quomodo compelli poſſim, cum & verberari, & etiam interfici me pati poſſim; pro quo facit l. cum proponas iuncta gloſ. C. de hær. inſt. Inaniter modo ſtatutum eſſet per iura, quem pręcisè compelli ad factum, dum hoc impoſſibile iudicatur. Sed cum ad impoſſibile iura non adaptentur, cap. erit antem lex 4. diſtinct. propterea concludit Soc. ibid. n. 439. ad hoc vt pręcisè is faciat, qui ad illud tenetur per legis authoritatem, aliquo iuris remedio inducitur quòad effectum, & perindè habeexi, ac ſi ab illo obligato factum eſſet, non quidem quod ipſe recuſans poſſit cogi, vt propria manu faciat, ſed quia per remedium iuris tale factum induci poteſt, perinde haberi, ac ſi ipſe feciſſet, hinc factum Iudicis factum partis repręſentat, C. ſi in cauſam iudic. pig. cap. ſit l. 1. & C. de euict. l. ſi ob cauſam, cũ alijs per Gayll alleg. tit. de pignor. cap. 1. nu. 20. hoc enim remedio vſa fuit M. C. nàm cum ipſe cedens teneatur præcisè ad factũ, quod aliter non poterat voluntate cedentis expleri, decreuit, vt cenſeatur initum iuris authoritate, ac ſi ipſe recuſans feciſſet, prout in ſimili videmus, quod ſeruus à Domino inſtitutus, cogitur adire, hoc eſt, ſit hęres Domini, etiam quod de facto adire nollet, §. 1. ex quibus cauſis maiores, quia lex ſua auctoritate ſic diſponendo, deducit in eſſe illud, & vult eum perinde eſſe hæredem, ac ſi adiuiſſet, ſic etiam dici poteſt, patrem pręcisè cogi conſentire filio in l. fin. §. neceſſitate, C. de bon. quæ liber. cum lex poſſit habere eum pro conſentiente, etiam ſi contradicat, vt hos caſus, & ſimiles ſubnectit ad ſuæ ſententiæ firmitatem idem Socin. ibi. Ex qua theorica fortè deſumpta fuit praxis, vt dum alij ſunt renitentes conſenſũ prębere in aliquo actu, vel declarationem facere ad quę omnia præcisè erãt obligati, pręcipitur eis per Magiſtratus, vt conſenſum omninò pręſtent, aut declarent, alias habeatur iudiciaria auctoritate pro præſtito, ſiuè declarato, quod lex eis permictit, vt ſunt text. aperti C. de nupt. l. 1. & l. viduæ, C. qui admitti, l. bonorum, & C. de iur. delib. l. ſi infanti, quibus aliæ adduntur per Gizzarell. dec. 65. dicens n. 3. quod ſi iſte, qui debet conſentire potiùs patiatur ſe excoriari, quam cõſentire, interueniat Iudex, allegatis iuribus, adſtipulatur etiam Menoch. de arb. caſu 182. n. 11. & 72. Surd. conſ. 182. nu. 76. & ſeq. ac Bertazol. conſ. 5. nu. 15. lib. 1. & hoc eo fortius ſic ageretur de conſenſu præſtando per promictentem, vt hic, nam haberi indiſtinctè pro præſtito, firmat Ludouiſ. dec. 17. n. 9. Et quod qui conſenſum dare tenetur, ſi præſens requiſitus recuſet conſentire, ſi non poſſit actum recuſare, habeatur pro conſentiente, affirmant Camill. de Medic. conſ. 150. n. 43. atq. Reg. Galeota controu. Illuſtr. lib. 2. controu. 66. nu. 29. per text. expreſſum in l. ſi cum dotem 32. §. eo autem tempore, vbi glo. in verbo mutauerit, & Bart. num. 4. ff. ſolut. matrim. quod etiam dictum n. 30. ampliat, comprehendere adhuc Regem, qui in caſibus in quibus non poteſt denegare aſſenſum, ſi requiſitus recuſet, habetur pro conſentiente, Frecc. lib. 2. in limit. ad Conſtitut. nu. 78. limit. 25. Lanat. conſ. 60. Capyc. in repetit. cap. Imperialem catt. 22. Afflict. in cap feudum ea lege, ſi de feudo defuncti militis, cum alijs congeſtis per D. de Ponte conſ. 2. vol. 1. & de poteſt. proreg. de aſſenſ. ſuper dotibus, ſ. 1, nu. 4. Nec poſtremò fuit obſtaculi vltimum dicti cedentis ſubterfugium, quærentis in Curia pręſentare comparitionem, ex eo, quia continebat eandem recuſationem in ſcriptis redactam, quæ voce explicabat; & è conuerſo per nos dicebatur, eſſe illum pręcisè obligatũ, & hoc importare, vt ſine cauſæ cognitione, & omni exceptione remota condemnetur, Barbat. in l. cum acutiſsimi, nu. 170. & ſeq. Iaſ. in l. omnes populi, num. 60. ff. de iuſt. & iur. Natt. conſil. 282. num. 4. volum. 2. Berous conſil. 180. num. 7. & 8. vol. 3. quos refert, & ſequitur Carp. ad Stat. Mediol. lib. 1. cap. 100. nu. 101. allegabatur etiam per nos ipſe cedens periurus, dum contra pactum iuratum recuſabat, ob quod denegari debebat, & prorſus audientia, ff. de iur. iur. l. alias, cap. dilecti, vbi Dec. in tertio notabili, de except. Bald. in conſ. 118 col 2. lib. 4. Crauett. conſ. 7. nu. 12. Minad. deciſion. 2. num. 3. Borgn. Caualc. deciſ. 9. de Iudic. atq; alijs prætermiſsis Clar. in §. periurium, nu. 5. ſuæ prax. crim. cui cedenti periuro accedebat, quod aſsiſtere tantum ei permictebatur, cuius aſſiſtentiæ in iudicio natura non habebat vim de aliquo actu agendo. Immò etſi poſſet, & tamen emergat quoquo modo pręſumptio calumnię in eius perſona, quæ maxima in caſu noſtro elucebat, tunc nullo modo erit audiendus, vt in tertio comparente pro ſuo intereſſe, quod eſt fortius, probat ex longa DD. ſerie Reg. Rouit. in dec. 1. num. 34. omnibus igitur remotis obiectionibus, atq; rationibus, & iuribus pro ceſsionario diſcuſſis, reiecta inſtantia, tàm verbali, quam in ſcriptis dicti cedentis, fuit ex deductis rectè inita li-

quidatio, &c. Antonius Baſſus. Prædictis conſeit notabilis doctrina relata per Ripol.ver.reſol. cap. 11. num. 210. quòd ſi ſine iuſta cauſa it, qui conſentire tenetur, recuſat, talis conſenſus non requiritur amplius, quo caſu adiendus erit Iudex, qui examinare debet, ſi iuſtam, vel iniuſtã cauſam allegaret, nàm ſi iuſta cauſa interceſſerit, tunc eius conſenſus debet interuenire, ſecus tamen ſi fuerit iniuſta, nàm in caſu prædicto Iudex illum cogere poſſet ad conſentiendum, aut dare licentiam contrahendi citra talem conſenſum, ex Bart. Felin. & Tiraquell. ibi relatis.

Cedere an teneatur ſocius conſocio conducenti affictum alicuius iuriſdictionis Terræ, D. Reg. Sanfelic.in nouiſſ. addit.ad eius deciſ.322. ad finem deciſionis inquit, Adde ſub die 2.Martij anni 1643. per Collaterale Conſilium interuenientibus Ill. Marchione Belmontis, & Duce Beluederij Spect. Regentibus, & vna mecum Capyciolatro, fuit decretum, quòd Magnificus Franciſcus Griſonus teneatur cedere perſonæ declarandę per Capitulum S.Nicolai de Baro affictum iuriſdictionis criminalis.

Ceſſio bonorum ſi fuerit petita infrà annum, & ab ea fuerit excluſus debitor, an eo elapſo per alium libellum iterum peti poſſit, decretum fuit negatiuè in cauſa ceſſionis bonorum Ioſephi Barrinelli die 21. Septembris 1614. referente Reg. Conſil. Didaco Salinas in Banca de Ferraiijs, quia iam illa fraus fuit detecta, Nouar.in Prag.2. collect.2.n.6.de ceſſ.bon.

Ceſſio facta per creditorem alicui mutuanti pecuniam, abſque tamen pacto quòd ſoluatur creditori ceſſis iuribus in ſui beneficium, ſed poſt binos menſes pecunia depoſita in Banco mutuans inſtiterat ſibi ceſſionem fieri, & cum effectu facta, an valeat, deciſum fuit per S. C. talem ceſſionem non prodeſſe ceſſionario, vt refert Horat. Montan.controu.forenſ.contr.64.num.9. vide aliam deciſionem infra in ver.creditor.

Ceſſio facta à creditore ſoluta pecuniæ rata cohæredi, qui ſoluit creditori, an intelligatur acquiſita omnibus cohæredibus, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. in cauſa Angelæ Leporis cum Marcello Lepore in Banca de Felice, refert Horat.Montan.controuer.forenſ.controuerſ.60.ſub num.1.

Ceſſio bonorum facta cum ignominia an liberet totalitèr debitorem à debito, ita quòd ſi ad meliorem fortunam peruenerit non teneatur amplius ad ſolutionem debiti, deciſum fuit per S.C. omninò liberarum eſſe, nec amplius moleſtandũ, tradit D. Conſil. D. Ferd. Arias de Meſa controu. ſur.lib.2.cap.36.n.26.

Ceſſionarius rei ſuppoſitę pacto de retrouendendo an poſſit redimere rem venditam cum dicto pacto à cedente, & vti iuribus ſui principalis, Doct.in l.2.vbi Cagnol.num.43.& 44. C.de pact. inter empt.& vend.Dec.conſ.674.num.10.& ſeq. latè Rolan cõſ.18 n.2.vol 2. Franc.Marc.dec.405. num.6.p.1. Boer.Bar.b. Bal.Ioſeph Ludou. & Anchar.quus probat Borg., dec.16. p.2. ſub nu.27. verſ.niſi verba contr.ctus, communitèr concludunt, ei licere redimere rem vigore dicti pacti. Et ita fuit iudicatum per S. C. in cauſa Io. Thomæ Graſſi ceſſionarij Caroli Franchi cum hæredibus Roberti Marcheſij die 20 Martij 1607. ad relationem Reg.Conſil. Valdrueſſo in Banca de Mondellis, vt infrà in verbo retrouendere.

Ceſſionarius an teneatur ad ſolutionem debiti per eum non exacti à debitore certo prætextu euictionis ſubſequutæ iam promiſſę per cedentem, per quem fuerat præſtita cautio ordine Iudicis pro dicta euictione. Ex facti compendio apparebat, de anno 1624. Clericum Antonium de Baſilio aſſerentem conſequi debere ab Vniuerſitate Carpiniani ducatos 452. vti affictatorem introituum Abbatiæ dictæ Terræ ex cauſa annuorum duc. 133. debitorum ab ipſa Vniuerſitate eidem Abbatiæ, ac aliorum duc. 36. debitorum à Petro Antonio de Palma, ac ipſius ſocijs inſolidum, mediante inſtrumento ceſſionis ceſſiſſe dictas quantitates Abb. Ioſepho Paladino, qui in affictu prædicto ſucceſſerat, conſtituendo illum procuratorem in rem propriam ad exigendum, & exactum retinendum pro tot debitis ab ipſo Antonio, & in caſu renitentiæ compellere dictam Vniuerſitatem, ac eius particulares in omni Curia, & Foro, & vigore literarum executorialium exequi, carcerare, empatare, ſequeſtrare, & omnia, & ſingula neceſſaria facere pro conſecutione dictorum creditorum, & è conuerſo prædictus cedens promiſerat creditum verum, non exactum, nec alijs ceſſum, potius, & anterius, ſe obligando ad euictionem de iure, & de facto, ac aſſumere omnem litem ſupra ſe, cuius vigore Paladinus inſtitit in Curia dictæ Terræ, vt ſieret ſibi aſſignamentum pro dicta ſumma ceſſa, licèt per dictã Vniuerſitatẽ replicatũ fuiſſet, nullatenus fieri debere exiſtente alia cauſa prætenſionis maioris ſummæ ab ipſo cedente, & proindè fieri compenſationem, vndè per eandem Curiam fuit prouiſum, quòd reſpectu dictæ ſummæ non fiat ſolutio, niſi prius fuerit cautio præſtita per dictum Paladinum de reſtituendo in caſu retractationis, aliàs termino elapſo, & aſſignatione non facta prouidebitur, quod exequatur ſaluis iuribus, ſi quæ competunt dictæ Vniuerſitati pro dicta quantitate contrà cedentem melius inſtructo proceſſu, ad quod replicauerat ceſſionarius, nõ teneri ad cautionem præſtandam, requirendo cedentem pro tali effectu, quo intimato ſtatim comparuit, & promptè obtulit adimplere id, quod ad eum ſpectabat reſpectu prætenſionis dictæ Vniuerſitatis quòad cautionem, non impedito aſſignamento debiti ſuo ceſſionario, vndè aliud fuit ſubſequutum decretũ, quòd infrà quatuor dies ipſe cedens diſbrigare deberet ceſſionarium ab onere ſatiſdandi, & intimata dicta Vniuerſitate produxit cedulam quãdam, ex qua apparebat, dictũ cedentem eſſe debitorem ſolum in ducatis ſeptem, ea propter ad euitandum euitanda dictus Antonius acceprando, ſi, & in quantum dictum partitum, quos obtulit ſoluere inſtando pro dicto aſſignamento faciendo dicto ceſſionario, abſque cautione, & ſubſequutum fuit aliud decretum dictæ Curiæ, quòd præſtita cautione per cedentem de ſoluendo dictæ Vniuerſitati quidquid fuerit iudicatum, ipſa faceret aſſignamentum ſuper Gabellis ad beneficium ipſius Paladini pro ſumma ceſſa, deductis tantum dictis ducatis ſeptem contentis in cedula, cuius vigore cedens fideiuſſionem præſtitit, ob quod præfatus Paladinus acceptando decretum, confeſſus fuit fuiſſe impletum ex pacte cedentis prætenſioni oppoſitę per dictam Vniuerſi-

uerſitatem, inſtando pro aſsignamento, & licèt differentia remanſiſset inter dictum Antonium, & Vniuerſitatem circa d. prætenſionem, pro qua erat præſtita fideiuſsio, adhuc ipſa Curia ſemper intellexit ſua decreta executioni demandare pro dicto aſsignamento, quod Paladinus confeſſus fuit fuiſſe factum, ſed ex cauſa multorum impedimentorum contentorum in dicto aſsignamento non fuerat ſubſequuta ſolutio reſpectu quātitatis ceſſę ab ipſo Antonio, & paritèt ipſa Vniuerſitas declarauerat, facta fuiſſe aſsignamenta, ex quibus creditores poterant ſatisfieri, & quòd dictus ceſſionarius ſuas diligentias facere deberet, ad quod replicabat Antonius, ſi cum veritate fuerat factum aſſignamentum Paladino eius ceſſionario, ipſe dabit liſtā Rationaliū pro prętēſione Vniuerſitatis, adeò quod nil cōmune habebat aſſignamentū faciendum cum diſcuſſione prætenſionis Vniuerſitatis, pro qua fuerat data fideiuſſio, indè cum ipſe Paladinus prætendens contra ipſum cedentem dictam ſummam ceſſam non aliter recuperaſſe, cui replicando dixerat Antonius, obſtare exceptionem rei iudicatæ, & per eandem Curiam prouiſum, ſtare in deciſis in ſuis decretis, & proindè ceſſionarius prorurer aſſignamentū, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad Regiam Audientiam ex parte dicti Paladini, fuit per eam prouiſum, quod ſtantibus legitimis impedimentis Antonius ſeruata forma pacti in inſtrumento contenti, ſoluere deberet eidē Paladino ducatos 488. à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad M. C. V. inſtatum fuit per ipſum Antonium pro executione decretorum Curiæ Carpiniani, nulla ratione habita de decreto lato per dictam Reg. Audiētiam, qua de re pro eius deſenſione ſequentia in iure fuerunt allegata. Certum eſt enim, nullum accidiſſe caſum euictionis, vel quod creditum ceſſum non eſſet verum; ſed tantummodò per Vniuerſitatem debitricem prætendiſſe compenſari pro alia cauſa contra ipſum cedentem, pro qua Vniuerſitatis prætenſione cum libentiſſimè ipſe cedens ſuſcipiendo onus litis prædictæ, quidquid per Iudicem fuit ordinatū, adimpleuiſſet, præſtando fideiuſſoriam cautionem, per quā iam remanet conſultū dictę Vniuerſitati pro dicta eius prętenſione, cum adhuc decretum, & cautio prædicta præſtita ſubſiſtant, & vigeant omni futuro tempore contra ipſum cedentem, neceſſariū eſt dicendum, adimpleuiſſe èx parte ſua dictum cedentem, quidquid ex contractu prædicto teneri prætendit ceſſionarius, etiam ex lite mota per Vniuerſitatem pro dicta pretenſione, taliter quod ipſo iure, ipſoq; facto obſtat cōtra ceſſionarium, & ipsā Vniuerſitatē litis finitæ, & rei iudicatę exceptio reſpectu dictæ prætēſæ cōpenſationis. Obligatus enim de iure, & de facto teneri intelligitur de moleſtia iudiciali, non autem extraiudiciali, prout in proprijs terminis ait Mangil. de euict. quæſt. 19. num. 9. imò etiam ſi promiſerit ſe velle teneri, quomodocunque res euincatur, non .n. is tenetur de euictione de facto, quia non venit de natura actus, idem tex. in l. fin. C. de act. emp. idem Mangil. d. quæſt. 19. n. 19. Quod fuiſſe adimpletum per dictum cedentem fatetur ipſemet ceſſionarius, & ſic nulla maior probatio, quā proprij oris confeſſio, l. cum te, C. de probat. Barboſ. in Opuſc. Princ. Iuris lit. C. nu. 40. Vnde ſublata dicta prætenſione compenſationis, vt ſupra oppoſitæ per dictam Vniuerſitatem, remanet contractus dictæ ceſſionis ſimpliciter in puris terminis, quo in caſu eum nil probando ceſſionarius agat contra dictum cedentem, ſolum dicendo, non exigiſſe nomen ceſſum, dictus cedens repellere poteſt ceſſionarium, excipiendo, tu debitas diligentias fieri non feciſti pro illius recuperatione, & ſic fruſtrà petis ex contractu, quem tu ipſe non impleuiſti, l. cum proponas, C. de pact. cum agens ex contractu, vt impleatur, primo debet oſtendere ſe impleuiſſe ex parte ſua, Socin. in caſu ſimili in conſ. 273. Surd. deciſ. 202. in fine, vbi enim contractus eſt vltrò, citroq; obligatorius, niſi quis impleat pro parte ſua, agere non poteſt, Mangil. d. tract. quæſt. 98. n. x. tantò magis, quod quando eſt ceſſum nomen publicum, prout in caſu noſtro, etiam quod ſit difficilis exactionis, periculum eſt ceſſionarij, Menoch. conſ. 778. n. 15. idem Mangil. quæſt. 79. n. 18. Nec illi ſuffragatur, inſtitiſſe contra Vniuerſitatem recuſantem, prout conſtat ex actis, quia non per hoc adhibuiſſe dicitur oportuna remedia, neceſſariaſq; diligentias in exequendo, carcerando, & ſequeſtrando, cū non ſufficiat diligentia vſq; ad ſententiam condemnatoriam, ſeu mandatum, prout in caſu noſtro, niſi etiam pronuncietur ſuper excuſſione neceſſariò facienda, ea ratione, quoniam ceſſionarius conſtitutus dicitur procurator in rem propriam, debet proindè conſummare mandatum ſuſceptum, idem Mangil. q. 78. n. 1. vſq; ad 5. cum non dicatur factum, ſi aliquid ſupereſt faciendum, gloſ. in cap. 1. de ſacram. non iter. & paria ſunt non facere, & factum ad finem non producere, l. ſi pro parte, §. verſam, ff. de in rem ver. & qui non vtitur remedijs oportunis ad habendam rem, dicitur per eum ſtare, quin rem habeat, ità in caſu ſimili Soc. d. conſ. 273. verbo confirmatur, vbi etiam ſubdit, quod arguitur negligentia eo ipſo, quod quis habuit poteſtatem agendi, & carcerandi, & non fecit, allegat gloſ. notab. verſ. negligenter in cap. ſi clericus, de præb. in 6. Crauett. conſ. 132. nu. 4. & propter negligentiam quis priuatur iure ſuo, & conſtituitur in dolo, l. dolus, ff. mand. idem Crauett. loco citato, & Mangil. d. q. 78. n. 5. cum dolus ſit nolle exequi quod quis exequi poteſt, vndè tenetur, d. l. dolus, ait idem Soc. citato conſ. 273. verſ. prætereà, inſuper negligentia vnius in adimplendo conditionem, non debet alteri nocere, l. non debet, de reg. iur. Benint. dec. 37. n. 30. & proindè periculum, vel deterioratio nominis debitoris ceſſi, quando præceſſit culpa, ſeù negligētia ceſſionarij, vt quia vſus non fuit diligentia in agendo contra debitorem, damnum contingens imputatur eidem ceſſionario, Mangil. poſt alios q. 80. n. 15. & 16. Conuincitur etiam culpa ipſius ceſſionarij, & negligentia ex ſuamet confeſſione, nempè quod fuit factum aſſignamentū, ſed ob cauſam multorum impedimentorum in aſſignamentis non fuit ſequuta ſolutio, quæ impedimenta per ipſum ceſſionarium non declarātur, quæ, & qualia ſint, & cuius occaſione, quo in caſu cum importet conditionem implendam ex lui parte, ceſſionē ſibi factā nū ſufficit allegare, ſed illam probare; impedimentum enim conſiſtit in facto, quod niſi probetur, non præſumitur, ad tex. in l. quæcunq; §. interdum, ff. de publ. in rem

act. cum illud probandum ſit, ſuper quo actor ſe fundat, l. actor, C. de probat. & ſimulat. & in terminis impedimenti, quod probari debeat per eum, qui illud allegat, ſequitur Dec. in cap. ſi pro debilitate, de offic. del, taliter quod non excuſatur propter impedimentum, niſi fuerit de eo proteſtatus, l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori, & meliùs gloſ. ff. de oper. nou. nunt. tanto magis proteſtatio eſt neceſſaria, quãdo quis agit, vt ex impedimento aliquid ſibi acquiratur, Craſett. conſ. 151. in ſpecie n. 53. allegat Gozad. conſ. 66 eo fortiùs, quod cedens in contractu non promiſit nomen ceſſum facilis exactionis, ſed verum, & non exactum, iuxta notata per eundem Mangil. dict. q. 80. n. 15. Conuincitur etiam ceſſionarius ex replicatione eiuſdemmet Vniuerſitatis, quod ipſe facere debeat debitas diligentias in exigendo aſsignamentum ſibi factum, Conuincitur & inſuper ex ſilentio, & mora cõtracta pro exactione prædicta ab anno 1625 in quo fuit latum decretum, quod præſtetur fideiuſsio, prout fuit præſtita pro dictę Vniuerſitatis prætenſione vſq; ad annum 1636. in quo per dictum ceſsionariũ fuit porrecta ſupplicatio pro ſpiritu vitæ inſufflatione, non poterat quippè in damnum ipſius cedẽtis, cum in ſimili caſu reprehendat morã ceſsionarij, Soc. in d. conſ. 273. & damnum eſſet exorbitans maius pro intereſſe tot annorum ex mora, & ſilentio ipſius ceſsionarij decurſorum, quod pro eodemmet capitale contra omnium Doct. opinionem, vt ſuprà relatorum, & licet aſſeratur, quod Vniuerſitas ſit impotens, & adeſſet aliquis ordo Superiorum ſuſpenſiuus ex cauſa ſolutionis priùs fiſcalium faciendæ, vltrà quod ex maxima generali, ac exemplari deuotione ciuiũ erga venerabilem Eccleſiam dictæ Abbatiæ ſemper fuit continuata annualis ſolutio, tanquam priuilegiata, & priuilegiatiſſima. Tamen dato, & non conceſſo, prout pars prætendit, non per hoc dicitur euictum, idem Mangil. q. 80. n. 13. & quatenus dictum periculum ſuperuenerit, ſeù deterioratio nominis ceſſi, cum ob moram, & culpam ipſius ceſſionarij ſuperueniſſe, fuerit demonſtratum, ſpectat ad ipſummet, nõ autem ad cedentẽ, ex rationibus, & auctoritatibus ſuprà adductis, faciunt etiam notata per Mangil. q. 178. n. 1. vſq; ad 6. Augetur & inſuper ex dolo præſumpto propter ceſſionem per dictum ceſſionarium factam eius fratri in anno 1637. ad finem, nulla facta mentione de eo, quod actum erat cum primo ceſſionario, ſeparatis actis ageret via executiua, contra cedentem, & non aſſequuto dicto eorum fine, ſiuè intentu fuit facta retroceſsio eidẽmet primo ceſsionario, per cuius procuratorem fuit dilatatum iudicium, prout pluries apparet fuiſſe proteſtatum pro parte ipſius cedentis. Nec obſtan: verba in ceſsione contenta, videlicet ſine impedimento, cum verba iſta non applicentur ad exactionem, ſed in caſu euictionis promittit cedens ſine impedimento ſoluere ceſsionario quantitatem, forſitan euictam, & cum, vt ſuprà fuit fundatum ex facto, & ex iuris diſpoſitione nullum conſtare euictionis caſum, nec iuſtam impedimenti ex parte cedentis cauſam, ſed manifeſtam negligentiam, moram, & culpam ipſius ceſſionarij, iure meritò, ac iuſtiſsime fuit declaratũ per Curiam Terræ Carpiniani, ſtare in deciſis in decretis, vt ſuprà relatis, & proindè ordinatum, quod ceſsionarius ſeruata forma dictorum decretorum procuret aſsignamentum, prout ſic per ipſam M. C. confirmari petitum fuit, reuocato in omnibus decreto Reg. Aud. Marcus Antonius Angeiſanus. Facta relatione in M. C. V. die 3. Iulij 1642. per ſolertiſsimum virum, & benemeritũ Iudicem Ioannem Arcamonum Neapoliſanorum patritium, legalis noſtræ philoſophiæ I. C. peritiſsimum, fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, videlicet. Per M. C. V. fuit deciſum, benè appellatum, & malè iudicatum per Reg. Audientiam Hydruntinam, & proindè Cler. Antonius de Baſile abſoluatur ab impetitis per Abb. Ioſephum Paladinum ex cauſis in banca diſcuſsis, hoc ſuum, &c. Io. Arcamonus, in banca Conſtantini Act. eiuſdem M. C. His adde quod tradit Thom. Doccius in conſ. 45. n. 3. ex Bald. in l. fin. C. de act. empt. quod ſi fuerit promiſſa defenſio emptori per venditorem, illum defendere de iure, & de facto, quod licet dicta verba de facto habeãt multiplicem intellectum in dubio, tamen nõ comprehendunt manum armatã, ſed ſunt intelligenda ſecundum naturam contractus emptionis.

Ceſſionarius conſtitutus ſub verbis illis, quod poſſit omnia facere, quæ ipſe principalis ad exigendum, an poſſit inceſſare obligationes penès acta, fuit iudicatum affirmatiue, vt retulit D. Reg. Sãfel. dec. 181. n. 10.

Ceſſionarius ex perſona cedẽtis exequutionem petere an poſsit vigore pacti exequtiui. deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Marchionis Vallis cum Duce S. Agathæ, refert D. Reg. Sanfel. dec. 312. n. 4.

Ceſsionarius actionis agens contra tertios poſſeſſores an debeat pro rata ſibi diminuere, quando reperitur etiã ipſe inter poſſeſſores, Capyc. dec. 51. n. 8. refert, fuiſſe affirmatiuè deciſum ex doctrina Specul. in tit. de ceſſ. act. §. 1. verſ. ſed pone habeo, aſſequitur Nicol. Ant. Marotta in tract. de collecta, ſeù bonatenentia, cap. 13. n. 7. ſed Marcellus Doctula in annot. ad ipſam deciſionem inquit, audiui, quod de anno 1542. die 22. Decembris in S. C. referente doctiſsimo Mario Saſſo Regio Conſiliario, & patre Lucij Saſsi, nunc Religioſiſſimi Cardinalis, fuiſſe deciſum contra Speculatorem in cauſa vertente inter Tiberium de Buechis contra Hectorem de Leomonti Reg. Conſil. quia in hoc caſu erant plures poſſeſſores, contra quos poterat eſſe conſultum ſoluenti, & omnes erant ſoluendo, hęc ille.

Citari an poſsit verbaliter reus criminis, confugiẽs ad Eccleſiam intus eam, fuit obſeruatum affirmatiuè in cauſa prouocantis ad duellum, refert D. Reg. Sanfel. dec. 141.

Citatio ſuper expeditione cauſæ ſi ſit facta corã aliquo Iudice, coram quo citatus fuit contumax reputatus, an ſuccedente alio Iudice poſsit procedi ad expeditionem cauſæ, vel iterum citatio alia coram ſucceſſore inſtituenda, de iure comprobatum eſt, ad hoc vt poſsit legitimè cauſa expediri, noua requiritur citatio, alias actus eſſet nullus, per tex. in l. eum quẽ, ff. de iudicijs, Minad. dec. 48. vbi Flamin. Monac. in addit. n. 1. Præſ. de Franch. dec. 457. n. 3. ad quod plures allegat Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. par. 7 gloſ. ſententiam, n. 13. in fine, & ità fuit iudicatũ per S. C. ad relationẽ Reg. Conſ. Horatij Marcheſij in anno 1591. in cauſa Ambro-

ſij de

ſij de Iulianis cum Pompeo Barone fol. 49. a t. in Banca Burrelli, & iterum fuit conceſſa reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam S. C. ob hanc cauſam in cauſa Lauiniæ Seniti contrà D. Fedecricum Seniti, penès Galterium.

Citatio an vitietur ex eo, quod in relatione Nuntij dicatur, citaſſe domi, non adiecta clauſula ſolitę habitationis, deciſum fuit negatiuè, & ſic nullitas propoſita reiecta, ità D. Reg. Sanfelic. deciſ. 115. n. 8.

Citatio facta ſine verbo, peremptoriè, an dicatur nulla, iudicatum fuit affirmatiuè, & ſic nulla fuit citatio declarata, Regens Sanfelic. deciſ. 235.

Citatio an erit neceſſariò facienda Vniuerſitati, quando ageretur de venditione Caſalium ob imminentes neceſſitates belli, fuit decretũ alias latum per Collater. Conſil. relatum per D. Reg. Sanfelic. in deciſ. 301. num. 5. vbi in nouiſſima addit, inquit, Adde quamuis generale hoc decretum ſit latum virtute reſcripti S. C. M. adhuc quando agitur de venditione, eſſe citandam Vniuerſitatem: quia per alienationem multum lęderetur, cenſuit R. C. cum Collat. Conſil. ſub die 21. Feb. 1643.

Citatiò notificata vxori, quæ in odium forte habere præſumitur virum, an ſit nulla, & inualida, iſtã quæſtionem in facto contingentem attingit doctiſſimè more ſolito D. Franciſcus Merlinus Regius Conſiliarius diſertiſſimus controuerſ. forẽſ. cap. 41. vbi in fine refert, ex hoc fuiſſe per M. C. nullam declaratam ſententiam ſoriudicationis latam contra Io. Baptiſtam Verde, & proindè eſſe es integro audiendum, ſuper quo reperi apoſtillam Io. Franciſci Spatacinta ſic dicentem, hic articulus pro reo fuit deciſus patrocinante Doctore Frãciſco Sparacinta, ad relationẽ D. Annibalis Moles, & etiam nouiſſimè iudicatum in cauſa Franciſci Patente imputati de homicidiõ in perſonam ſocros, referente Roſſino patrocinante eodem, Scriba Coppula, Actuario Pariſeta, hæc ille.

Citatus an poſſit renunciare ſupplicationi cum Regia decretatione, quod comparente perſonalitèr, & præſtita cautione M. C. verbum faciat in S. C. deciſum fuit negatiuè in cauſa Didaci de Zonica cum Franciſco de Alſeiio, refert D. Reg. Sanfel. deciſ. 214.

Citatus pro extractione pecuniæ ad partes Infidelium, & frumenti extra Regnum, ac pro emptione liberantiarum contra formam Regię Pragmaticæ, & indè contumax effectus, an puniri debeat pęna pecuniaria, abſque alia citatione, licet concludatur affirmatiuè, ea quo comparuit, attamen in conſimili caſu ità deciſum fuiſſe refert D. Reg. Sanfelic. dec. 71.

Ciuilitas originis nunquam amittitur, etiam ſi ciuis alibi ſe contuliſſet ad habitandum relicta propria patria, & ità in contingenti caſu relato per D. Reg. Sanfelic. deciſ. 74. n. 6. deciſum fuit in cauſa Comitis Cęlani cum Vincentio Cirillo.

Ciuis conceptus in Ciuitate ſi citra fraudem alibi naſcatur, erit Ciuis Ciuitatis conceptionis declarandus, vt alias deciſum retuli in 3. p. noſtri cõpendij ver. Ciuis Neapolitanus, & fuit nouiſſimè deciſũ per R. C. S. in cauſa D. Marghanitæ de Ruggerio die 3. Decembris 1642. ad relationem D. Gregorij de Ganauerto in Banca Auriliæ.

Ciuis Neapolitanus ex diſpoſitione Regiæ Prag. 1. de immun. Neap. efficitur ducendo vxorem Neapolitanam, domumque emendo, ſiuè ædificando, & vti oriundus reputabitur, quæ ſiquidem diſpoſitio non eſt noui iuris inductiua, ſed confirmat ius commune, idem ſtatuẽs in l. aſſumptio, §. filius, ff. ad municip. & l. libertus §. patris, eo. tit. vt ex iis probat Reg. Rouit. ibi num. 5. an etiã procedat, ſi vxorem Neapolitanam oriundam duxerit, vnde Ciuis is propriè eſſe dicitur, qui in Ciuitate ortus eſt, ex tex. in l. 1. in princ. ff. ad municip. l. ciues C. de incol. lib. 10. notat Caſau. in titu 301. num. 16. Botta conſ. 18. num. 24. & cùm verba ſtatuti ſint propriè, & ſtrictè intelligenda, Doct. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure, cũ alijs allegatis per Aldeian. Maſcar. in ſuis cõmun. cõcl. ſtatut. concluſ. 4. num. 1. vbi n. 7. ad rem probat, quòd ſtatutum loquens de ciue, vel ſubdito, non habet locum in illo, qui eſt ciuis, vel ſubditus ſecundum quid, ex Burſat. ibi relato. Quinimmò dicendum videtur, non eſſe locum ſtatuto, quoniam eius ea priuilegio nõ eſt propriè ciuis, probat Franc. Salern. conſil. 1. n. 19. ſed gloſ. in d. l. 1. quam ibi ſectatur Caſau. explicando nomen ciuis, ſubdit, ſiuè ipſe ortus ſit ibi, ſiuè eius pater, ex d. l. aſſumptio, § filius, hinc Napod. in Conſuet. Si eſt quæſtio, n. 3. & 4. in quo caſu ſtet. dict. col. inquit, item quia ciuem facit, altera de quatuor cauſis, ſcilicèt origo, manumiſſio, allectio, & adoptio, ſequitur idem Rebuff. in l. ciues, n. 4. C. de incol. lib. 10. Surd. deciſ. 329. n. 3. adeò quod cum nomen ciuilitatis ſit nomen iuris, idem Surd. dec. 350. n. 26. & ſic nomen ciuile, Salern. conſ. 1. n. 21. propriè. n. loquẽdo appellatione ciuis venit ciuis originarius, Surd. dec. 329. n. 9. vltrà Alex. ad Bart. in l. 1. ff. ad municip. in ver. idem eſt dicere, in fine col. 4. & in l. ſi maritus §. legis Iuliæ, de adult. vet. reſp. verſ. & dixit Bal. col. 1. Mollign. in tract. de appellat. vtriuſque iur. extenſ. num. 117. Botta conſ. 18. n. 24. & 27. & ideò ciuis factus per priuilegium, ſeu conuentionem cenſetur verè ciuis, ac ſi eſſet ciuis per originem, & eodem modo debet tractari, Mandell. conſ. 141. nu. 8. Et propterea in cauſa Pauli Spinulæ cum Regio Fiſco ad relationem Præſidentis Scipionis Pappacodæ die 6. menſis Maij 1639. tam ipſe, quã eius filij Dominicus, & Marcus fuerunt declarati ciues Neapolitani, hoc eſt ipſe Paulus, quia vxorem Neapolitanam originariam duxerat, & domum habebat Neapoli, & prædicti eius filij, vti orti, donec pater vixerat, vt ex actis penès Io. Thomam Rocchum, & iterum in cauſa Io. Leonardi Roppoli cum Regio Fiſco ad relationem Io. Iacobi Mercurij die 12. Iunij 1641. declaratũ eſt, D. Io. Leonardum eſſe ciuem Neapolitanum vigore Regiæ Pragmaticæ tanquam habentem domum propriam in dicta Ciuitate, & vxorem originariam Neapolitanam, nomine Beatricem Conte, filiam Io. Mariæ Conte Ciuis Neap. penès acta Conſtantini.

Ciuis Neapolitanus an dicatur exterus famulus habitans Neapoli ad conſequendum priuilegiũ fori Neapolitani, videtur reſolutio reſultare ex facti ſerie in eius beneficium, conſcripta à Nicolao Coppula Neapolitano Iuuene perſpicaciſſimo, ac I. C. ſatis benemerito, præſupponebatur in facto, qualiter Carolus Albanenſis inſtitit in M. C. condemnari hæredes Philippi Nouelli ad rela-

Digitized by Google

relaxandum certum Territorium, quod d. Philippus emerat à Franciſco Albaneſe prætextu fideicommiſſi facti à Decio Albaneſe, & intimatis dictis hæredibus, ac poſſeſſoribus eiuſdem Territorij: ipſi comparuerunt in eadem M,C, & petierunt, cauſam remitti ad Curiam Terræ Auellæ, ex parte ipſius Caroli replicabatur, nullatenus remitti debere dictam cauſam eidem Curiæ, ſtãte quòd ipſe Carolus habitabat Neap. & ſic tanquam habitator gaudet beneficio fori, ex diſpoſitione Ritus M. C. 301. vbi Carau. & ſi realitèr ipſe habitabat, dato termino in cauſa ſuper remiſſione, fuerunt examinati multi teſtes deponẽtes, quòd dictus Carolus per multos annos habitauerat Neap, exercendo ſuum miniſterium aſportationis rhedæ, quod corroborabatur etiam ex depoſitionibus teſtium, ex aduerſo productorum ſuper tertio articulo. Eapropter replicabatur obiectionibus ex aduerſo adductis, & primo nõ obſtare, quod Carolus bona poſſidebat in eadem Terra Auellæ, & pro eis ſoluebat impoſitiones dictæ Terræ, ex quo tales impoſitiones ſoluuntur pro bonis, quæ ipſe Carolus poſsidebat in dicta Terra, quæ erant in affictum conceſſa diuerſis perſonis, neq; obſtabat dicere, quod vt potiri potuiſſet dicto priuilegio Neapolitanis conceſſo, erat neceſſe, quod dictus Carolus habitaret Neap, per decem annos, ex quo vt poſsit gaudere priuilegio fori tantum, ſufficit ſola habitatio, non tamen gaudere alijs priuilegijs Neapol. etenim ſufficit habitaſſe per aliquod ſpatium temporis, & ad præſens habitaſſe, vt optimè diſtinguit Carau. in d. rit. n. 37. Et quamuis aſſerat, quod Neap. dictus Carolus nõ habet domum pro habitatione, ſed ſtat pro dicto exercitio, nihilominus etiam famuli exteri, qui manent in hac Ciuitate gaudent priuilegio fori, qui trahunt, & non trahuntur, vt deciſum refert Grammat. in dec. 82. In contrarium tamen adducebatur deciſio relata per Hodiernam in addit. ad Surdum dec. 329. n. 3. de qua in noſtro Compendio par. 3. verb. remiſſio cauſæ præambuli. Quapropter facta relatione in M.C.V. per Iudicem benemeritum Aloyſium Corcionũ die . . Maij 1643. fuit per M.C.V. deciſũ, quod procedatur in M.C.V. remiſsione petita nõ obſtante, penès Pulſonum Act. Magiſtr. & interpoſita appellatione ad S. C. præuia decretatione verbi faciendi, demum facta relatione per eundẽ Iudicem die 1. menſis Iulij eiuſdem anni in aula Conſiliarij D. Franciſci Sauij, fuit confirmatum decretum eiuſdem M. C. remittendo eidem cauſam ſimpliciter, penès Secretarium, ſub tutela eiuſdem Nicolai Coppulæ Aduocati Neapolitani benemeriti. Ego autem pro confirmatione eiuſdem deciſionis conſiderabam ante omnia, differentiã eſſe inter habitantem, & habitatorem, conſtitutam à Carauit. vbi ſuprà n. 32. quoniam habitator dicitur ille, qui nõ habet domicilium, ſed habitans habet domicilium per iura ibi allegata, & n. 27. eandem differentiam aſſequitur Horat. Carpan. ad Conſtit. Mediol. cap. 375. n. 97. tom. 2. Vndè reſultare comperitur, hunc famulum eſſe habitatorem, quo fit, vt habitatorum appellatione veniant etiam famuli ſtãtes cum aliquo, ideò ſtatutum loquens de habitatoribus, illos comprehendit, ex Bart. in conſ. 42. vol. 1. quem refert Bonacoſſa de famulis quæſt. 237. probat Mollignat. in tract. de appellat. vtriuſque iur. extenſ. n. 519. & idem Bonacoſſ. q. 176. ad quod etiam addo Carpan. ad Cõſt. Mediol. cap. 1. n. 16. dicentẽ, quod famulus quoq; exterus dicitur habitare, vbi permanet, ex Gram. dec. 82. n. 4. & dicitur habitare habitationem, vbi Dominus habet, ex Gram. dec. 87. n. 4. Caroc. de locato par. 1. tit. de famulis, n. 43. Nec officit, quod cum Capitulum Regni redactum in d. rit. 301. loquatur de habitante, & ſic de habente larem, ſeù domicilium cum familia, non tamen de habitatore, qui non habet larem, ſeù domicilium, neq; familiam, inter quam connumerantur famuli, vt dictum eſt, ex quo verbum, habitare, eſt generale, ſiue in ſuo, ſiuè in cõducto, vel gratis cõceſſo, l. 1. § pen. ff. de his, q deiec. vel effund. l. etiã, ff. de verb. ſign. Alber. in verb. habitatione. §. . . Inſtit. de iniur. Honded. conſ. 4. n. 28. vol. 2. vbi n. 30. ſubdit, dupliciter accipi verbum, habitare, hoc eſt ſtrictè pro cohabitatione in loco, in quo maritus cum vxore, & familia, ac bonis, & ſuppellectilibus ſuis permanet animo ibi perpetuò habitandi, & in cõſ. 3. n. 10. & 39. cũ ſeq. largè autẽ dicitur habitare abſq; familia, & vxore, & alijs, vt ſuprà relatis, vndè ex hoc infertur ad conſtituendam ciuilitatem ob talem habitationem, ex quo ciuilitas non eſt actus naturalis, ſed ciuilis, Maxill. ad Cõſuet. Bari, tit. de immun. noſtræ Ciuitatis, §. quicunq; n. 13. & ſi ciuis efficiatur quis ex ſola habitatione, & animo cum delatione bonorum, vt ibi ipſe Maxill. n. 4. probat. latè Marta voto 186. n. 2. ſubdens, ob participationem onerum, & honorum, exigitur tamen habitatio longæua, ſcilicet annorum octo, vel decem, iuxtà communem Doct. opinionem, vt ex multis probat Muta dec. 81. n. 10. Verùm quia vt plurimum aliqui habitant pro certo tempore in aliquo loco abſq; requiſitis, vt ſuprà relatis ex cauſa forte litium, vel exercendi artem, vel ſtudij, aut ſimilium & tunc quæſtionis erit, quod licet etiam habitare dicatur is, qui per aliquod tempus ſtetit, & poſtea receſsit, vt tradit ibi Muta n. 15. aduertendum erit ad congruentiam temporis habitationis, nam ſi momentaneè habitaret, non diceretur habitare, ità Fanut. de momento temporis capit. 31. n. 29. & hæc momentanea habitatio non conſideratur, Paul. Bellon. de poteſtate eorum, quæ in contin. fiunt, lib. 2. cap. 96. n. 3. Si nunquã habitat, And. Gayl. de pignorat. cap. 1. ſub n. 6. & conſequenter ciuis non dicitur qui non durat ciuis, Maxill. vbi ſup. n. 38. Sin autem pro maiori parte anni habitaret, & ex cauſa manẽdi ibi habitaret, vtiq; habitare diceretur, vt inquit Bart. in l. cum delanionis, §. Sabinus, ff de fun. inſtr. inſtrum. legato, Et quamuis habitatio non dicatur ſtatio, in qua quis artem exercet, vt inquit Honded. d. conſil. 3. n. 42. Adhuc tamen Catani. vbi ſuprà n. 30. inquit ex Arch. & Io. And. quod etiam in materia priuilegiatiua ille dicitur habitans, qui in loco eſt ad tempus, dummodò non ſtet in loco ad momentum temporis, vel paucis diebus, & quod habitans dicatur etiam is, qui domicilium non habet, firmat Bart. conſ. 42. n. 3. vbi de famulo, qui ſtat ad ſeruitia dicit, quod dicitur habitare, quia non momento temporis hoſpitatur, ſiuè tantiſper, iuxtà verba dict. l. 1. §. hoc autem, verſ. habitare. ibi tantiſper, & idem ſatis pulchrè Napod. in vlt. Conſuet. Neap. verſ. habitatoribus, n. 10. & Afflict. in Conſt. Quiſquis 3. not. n. 6. per

ſex.

tex.in l. eſt differentia, ff. in quibus cauſ. pign. vel hypot. tac. contraha. hæc ille, ad quod etiam Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 10. num. 42. & 43. ſubdit ex alijs, quòd habitare etiam dicuntur illi, qui in aliquo loco morantur, comedunt, & bibunt, etiam ſine domicilio, ante eum Honded. conſil. 4. ſub voto, col. 13. verſ. nec minus obſtare, ſed hæc omnia declarationem recipiunt, nàm ſi loquamur ad conſtituendum quem ciuem, vt gaudere poſſit priuilegijs, & immunitatibus ciuium, exquiruntur requiſita ſupra relata; ceterũ verò ad conſequutionem fori quælibet habitatio ex quauis cauſa ſufficeret, dũmodo non ſit momentanea, vt aduertit ibi Carau. num. 34. ac inſuper, quia hoc priuilegium conceſſum eſt loco, non autem perſonis, vt differit Fontan. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 2. num. 77. Non obſtat deciſio in contrarium allegata, quia aliter factum ſe habebat, & alia occurrerant, quæ in facto iſto ceſſabant, vt ibi erit videre. Thoro.

Ciuis allectus ab Electis Ciuitatis an ſit exemptus à tertia parte introituum debitorum exteris ſuper arrendamentis, exiſtente ſtatuto contra exteros lato, vt tertia pars introituum ipſorum occaſione belli Regiæ Curiæ ſolueretur, refert D. Reg. Fab. Galeot. controu. iur. tom. 1. contr. 13. in fine, vbi inquit. Itẽ addo ad materiã, quod dũ ob ingentes belli neceſſitates fuerit iuſſum retineri tertiam partem introituum debitorum exteris ſuper arrendamentis, & introitibus fiſcalibus Regni, à quo cum prætendiſſet Marchio Mutconi Nobilis Florentinus ſe exemptum tãquam ciuem adſcitum à Dominis Electis, ſiuè Decurionibus Neapolitanis, die 17. Decembris 1633. R.C. referente D. Caſanate conceſſit terminum iuris in cauſa, & interim iuſſit, non eſſe ſuſpendendam retentionem tertij à dicto Marchione. Actuarius Alexander Conſtãtinus, quod decretum audio reclamãte Ciuitate fuiſſe ſuſpẽſum, & cõtrarium prouiſum in Supremo Conſilio Collaterali referente D. Regente Enriquez, ſub prætextu, quòd allectio prædicta fuiſſet confirmata per Excell. D. Protegem, Scriba mandati Marc. Anton. de Ligorio, ſed pro iuſtitia decreti R.C. ego inueni inter capita inſtructionum data in generalibus numerationibus Regni de annis 1545. & 1595. cap. 57. fuiſſe prouiſum, nullam habendã eſſe rationẽ de prædictis aggregationibus factis, & faciendis per Dominos Electos Neapolitanos, & ita ſemper fuiſſe obſeruatum in præcedentibus numerationibus.

Ciuis Neapolitanus effectus per ductionem in vxorem Neapolitanã conceptã Neap. licet extra Neapolim ortam, an verè ciuis dicatur, vt potuiſſet gaudere priuilegijs, ac immunitatibus Neapolitanorum, Franciſcus Aurelianus V.I.D. Auerſanus cum præteritis annis in vxorem duxiſſet D. Margharitã de Rugerio cõceptam in Ciuitate Neapolitana, licet extra Neapol. natam, occaſione, quia eius pater fuerat deſtinatus Officialis in certo loco, vbi contingit naſci, & deinde per decretum R.C.S. declarata Neapolitana, vt alias deciſum in ſimilibus retuli in 1. parte noſtri cõpendij verbo conceptus, fuit pariter D. Franciſcus declaratus per eandem R.C.S. Neapolitanus, vt potuiſſet gaudere immunitatibus Neapolitanorum, contra tale decretum ſe oppoſuit Ciuitas Auerſana, aſſerendo ipſum ex hoc non potuiſſe fieri, ac declarari ciuem Neapolitanum, ex quo licet eius vxor fuerat declarata Neapolitana, quia concepta erat Neapoli, ſuccedit regula illa notata in l. qui in vtero, ff. de ſtatu hom. qui in vtero ſunt in toto penè iure ciuili intelliguntur in rerum natura, vbi gloſ. notab. hoc dicit, propter id, quod tractatur de eorum cõmodis, ſicque cum fuiſſet priuilegium perſonæ conceſſum, nõ extenditur ad aliam perſonam, Marta conſil. 88. num. 7. & ſic ad virum, vt poſſit dici Neapolitanus, ex hoc cùm talis ciuilitas cohæreat perſonæ, quia eſt perſonalis, l. aſſumptio, ff. ad municip. ſicut è contra communicantur priuilegia vxori propter virum, l. Princeps, ff. de leg. vbi Doct. de quo ſatis apud Tiraq. de leg. cõnub. l. vlt. gloſ. 2. à num. 53. cum ſeq. vbi per exempla oſtendit, quod pariter priuilegio fori conceſſo viro potitur eius vxor, Præſ. de Franch. dec. 363. num. 1. & 2. Tiraq. de legib. cõnubial. l. 1. num. 28. & d. gloſ. 2. n. 54. Surd. deciſ. 330. n. 9. & per totam, Andr. Gayl. de pace publica lib. 1. obſeru. 6. n. 23. Et hoc ob dignitatem viri, quæ & ſi nõ ſit principalis eius dignitas vxoris ob virum, eſt tamen in conſequentiam, ex Bal. in l. auguſtæ, & l. quod Principi, ff. de leg. notat ibidem Tiraq. d. gloſ. 2. n. 59. Sed replicabatur, idem militare reſpectu vxoris in beneficium viri, nàm priuilegium conceſſum vxori, videtur etiam conceſſum marito, Cabed. deciſ. 14. num. 1. p. 1. ex quo vxor non tantum eſt ſocia diuinæ, & humanæ domus, gloſ. 1. in l. hæres, ff. de nego. geſt. ſed etiã vna caro, ob quod vnum corpus, & vna anima cẽſetur vxor, & maritus, Maſcard. de probat. concluſ. 1428. n. 3. & Tiraq. de leg. cõnub. l. 9. n. 12. & reputantur vna perſona, Surd. deciſ. 330. n. 20. Inſuper potentiſſima adeſt domicilij contracti coniectura, dum vltra habitationem quis ducat vxorem in eo loco, ex Alc. Burſ. Menoc. Carp. & Rota diuerſ. probat Ciarli. controu. forenſ. cap. 83. n. 11. Ideò facta relatione in R.C.S. per D. Præſidentem D. Gregorium de Ganauerro die 23. Februarij 1640. fuit deciſũ, quòd exequatur decretum ipſius R.C. latum in beneficiũ ipſius Franciſci, quod fuerat ſuſpẽſum ex oppoſitionibus d. Ciuitatis in Banca Aurilia.

Ciuis Neapolitanus habitãs in aliquo loco Regni, an cogi poſſit ad exercẽdum ibi officia. Hoc incidit in cauſa Marci Antonij Gattulæ Ciuis Neapolitani cum Ciuitate Gaetæ, quæ pluries ipſum moleſtauerat, vt officia ibi exercuiſſet, quæ tamen tenuerat exercere, vti ciuis Neapolitanus, & pro altercationis diremptione conſiderabatur, quod verè ciues dicuntur illi, qui naſcuntur in Ciuitate, & in ea habitant, Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 3. num. 17. vt in ciue Neapolitano præſertim probat Carau. in ritu 301. n. 16. attamen adhuc etiam ciuis dici poterit qui in aliquo loco habitat, & præcipuè per multum tempus, vt ibidem probat Carau. n. 27. cum ſeq. Gratus reſp. 53. n. 57. vol. 1. hinc originarius ciuis transferendo domicilium in alieno loco deſinit eſſe ciuis propriæ Ciuitatis ſuæ, & incola illius loci efficitur, in quo domicilium tranſtulit, Boita conſil. 18. n. 100. & ſeq. mutatur. n. ciuilitas originalis, ſi alibi cõſtituatur domiciliũ, Marta conſ. 1. n. 44. quinimmò data iſta ciuilitate acquiſita per inhabitationem, ſubſequitur ob id renunciaſſe ſuæ propriæ ciuilitati originariæ, cum deſinat ibi habitare, ſed alibi, Gloſ. in l. adoptionem, C. de adopt. cũ

alijs

Digitized by Google

aliis relatis per Brun. à Sole in propoſit. iur. compen. ver.ciuis ciuitatem, il primo. Et conſequenter quemadmodum ciues cogūtur ad exercēdum officia Vniuerſitatis, l.ſi quis magiſtratus ff.de muner.& honor.cum alijs adductis per Auguſtin.Caput.de Regim. Reip. c.6. n. 12. Ita pariter præfatus ciuis adſtringi poterat ad exercēdū talia officia vbi inhabilitabat, ex quo officia, & honores propter publicam vtilitatem in inuitum conferuntur, tradit Cagnol. in l, inuito, ſub n.3.ff. de reg. iur. Licet ex aduerſo replicari potuiſſet, non omnino eſſe concludendum, quod per longeuam inhabitationem verè potuiſſet dici ciuis, quia hoc ſua haber requiſita, vt declarat Pariſ. in conſ.34.n.90.vol.3.meliùs Bruno, à Sole d.comp. propoſ.iur.verb.ciuis vt quis dicatur, Neq; ob id præſumendum erit, ciuem originarium deſerentem Ciuitatem amittere eius priuilegia,& ciuem eſſe deferere, quemadmodum ex pluribus ſundat Menoch.de præſump.lib.6.præſ.30.n.32.ſubdens illi renunciari non poſſe, quamuis commoda illius amittere videatur; qua de re ciuis originarius ſi in loco originis non habitat, onera non ſubit, nec ibi bona retinet, ſed alibi retinet domicilium ſpontè, nihil conſequitur, nec oneris, nec honoris, neq; vtitur beneficio ſtatutorum, latiſſimè Honded.conſ.5.per tot,vol.1. vbi plura, Giouag.conſil.90.n.24.lib.1. Quocirca per Collaterale Conſil. fuit prouiſum, quod ipſe Marcus Antonius non compellatur ad exercendum ibi officia vti ciuis Neapolitanus, verùm ſi vti ciuis Caetanus vellet exercere, vt poſſit omnia & quæcunq; officia, ad quæ à dicta Ciuitate Caetana electus fuerit, exercere.

Ciues an poſſint compelli ad cuſtodiendos carceratos; deciſū fuit per S.C. negatiuè in cauſa Vniuerſitatis Attipaldæ cū Domitio Caracciolo eius Domino Principe Auellini, ad relationem Ioan. Andreæ de Curte, penès Angriſanum, die 28. Iulij 1569.refert Baldaſſ.de Angelis in addi. ad prax. Foller.rubr.notatos capiat de perſona, n.47.in fi.

Ciues allecti an potiantur vſu paſcēdi, lignandi,&c. q ciuibus in territorio Baronis domaniali ex diſpoſitione iuris cōpetit, & feudo naturaliter inſitus dicitur, fuit per S. C. datus terminus,& animalia intercepta reſtitui mandatum cum cautione, ita D.Reg Sanfel.dec.75.

Ciues aggregati alicui Terræ an gaudeant immunitate paſſuum, qua fruuntur ciues originarij eiuſdem Terræ, deciſum fuit per R.C.S.negatiuè in cauſa particularium Terræ Baroli, vt loquit D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.controuerſ.iur.tom.2. controuerſ.67.ſub n.25.verſ.nouiſsimè parum.

Clauſula prohibitionis Trebellianicæ, & Falcidiæ potiſsimum in teſtamento condito in fauorem filiorum primi gradus ſi fuerit omiſſa, an ſuppleri poſsit, quaſi ex coniecturis inducta videatur, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, ità cenſuit D. Conſil. D.Ferdinandus Arias de Meſa var.reſol. lib.2.cap. 33.n.21.

Clericatus an probetur per præſentationem Bullæ beneficij abſq; Bullis ordinum; fuit reſolutum negatiuè, D.Reg.Sanfel.dec.269.in princ.verſ.ſecundo an poſſit.

Clericus beneficiatus non incidens cum habitu,& tonſura an poſſit puniri à Iudice laico abſq; ſententia declaratoria; deciſum fuit affirmatiuè, vt teſtatur D.Reg.Sanfel.in dec.220.in cauſa Didaci Ramires, de qua deciſ. meminit Donat.Anton. de Marin.quotid.reſol.c.56. ſub n.5.

Clericus tenetur proſequi iudicium in foro teſtatoris vbicunque cum ipſo defuncto, vbi ſit lis conteſtata, vt fuit deciſum per S.C.in cauſa Marci Antonij,& fratrum de Ferratio cum Ioanne Stātione, ad relationem Regij Conſiliarij Marcelli Marciani, in Banca Scacciauenti, Nouar.in rubr.de inſtan,cauſæ non reſt.collect.1.n.7.

Clericus an gaudeat indulgentia Principis conceſſa eius ſubditis pro eorum delictis, licet Foller.relatus à Ioanne Grande de bello exulum in prædicamento de quantitate, quæſt.3. num.9. negatiuè reſoluat, adhuc limitat, quando pœna applicaretur Curiæ ſeculari, Maſtril.verò in tract.de indultu cap.3.num.13.& ſeq. articulum pro vtraque parte examinat, ſed nu.19 ſub diſtinctione concludit, quod aut clericus eſt inquiſitus in Curia ſeculari pro delicto, pro quo eſt competens,& tūc includeretur, ſin autem pro alio crimine, erit ſubdiſtinguendum, quod aut veniret remittendus eius Iudici, & tunc non includeretur, aliàs ſecus eſſet. Ideo in cauſa Abbatis Dominici Guadagni inquiſiti de homicidio commiſſo in perſonam cuiuſdam, & eius filij, prætextu quod ei feciſſet notificari quandam ſcripturam, fuit gratiam conſecutus ab Excellentiſſimo Comite Montis Regij, non obſtantibus replicationibus Fiſci, & fuit executoriata per Collaterale Conſilium, vt ex actis in Banca Ioelis apud Scribam Tagliaferro.

Clericus coniugatus citatus ſuper tenore inſtrumēti via Ritus an poſſit forum declinare, concluditur negatiuè per D. Regentem Sanfelic. dec.230. à n.5.ad fin.

Clericus an poſſit declinare forum in cauſa dilationis quinquennalis petitæ per maiorem partem creditorū, deciſum fuit negatiuè, D.Reg.Sanfel. dec.305.

Clericus immiſſus in poſſeſſionem virtute præambuli an conueniendus erit coràm Iudice Eccleſiaſtico, etiam ſi de nullitate præambuli dicatur; deciſum fuit per Magnam Curiam, decretū præambuli non afficere actricem, & proindè adeat Iudicem Eccleſiaſticum, D.Regens Sanfelic.deciſ. 210. ſubdens, fuiſſe confirmatum per Sacrum Conſilium.

Clericus prætēdens aliquid in confectione inuentarij, debet comparere coràm Iudice laico, qui eſt Iudex competens in cauſa inuentarij,& ità iudicatum per M.C.V,& confirmatum per S.C.refert D.Regens Sanfelic.dec.210. à n.6.ad fin.

Clericus primæ tonſuræ, ſeù minorum ordinum ſi alteri Eccleſiæ deſeruiat, quàm deſignatæ, vel nō deſignatæ in Bullis, an gaudeat priuilegio fori, deciſum fuit affirmatiuè per Collaterale Conſil. D.Reg.Sanſel.dec.247.

Clericus, cui fuit pecunia liberata à Iudice laico ſub cautione, an conueniri debeat coràm eodem Iudice in caſu reſtitutionis, vide infra in verb. pecunia.

Clericus dicens de nullitate coràm Iudice ſæculari tenetur facere depoſitum pœnæ, & ſi ſuccubuerit, illa Fiſco liberatur, vt fuit deciſum per Collaterale Conſilium in caſu relato à D. Reg.Sāfel.in addit.ad eius 2. deciſ.ſub n.16.

Clericus in præuentione intentata in Magna Curia contra instrumentum, an teneatur præſtare

can-

Digitized by Google

cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam, & ſi prius indeciſa relicta fuerit hæc altercatio apud Minad. dec. 4. aliter fuit deciſum per Collaterale Conſilium, vt teneatur illam præſtare, attentis verbis pragmat. vt refert D. Reg. Sanſel. in addit. ad eius deciſ. 2. col. 2. verſ. ex quibus fuit dubitatum.

Clericus in Regno prohibetur patrocinari, excepto tamen in cauſis proprijs, vel propinquorum, aut miſerabilium perſonarum, ſi tamen obtinuerit licẽtiam à Summo Pontifice, & ea indigeret Regio exequatur, quod fuit conceſſum ſub conditione illa, quando ab Excellẽtia ſua obtinuerit licẽtiam, & diſpẽſationẽ aduocandi in Regijs Tribunalibus, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Pragmaticis huius Regni, & non aliter, quid ſeruandũ; fuit deciſum per S. C. quod adeat Collaterale Cõſilium pro explicatione Regij exequatur ſuper diſpenſatione, & licentia patrocinandi in Regijs Tribunalibus, & interim ſuperſedeatur in diſcuſſione nullitatum, ita D. Regens Sanſelic. dec. 12.

Clericus coniugatus, qui ſe enormibus immiſcuerit delictis, ſi non probauerit inceſſum in habitu, & tonſura, ſed per certas vices, an gaudere poterit priuilegio fori, dum per Fiſcum probatum fuerat, ipſum habere vxorem, & inceſſiſſe in habitu laicali, non fuit aliter deciſus articulus ob mortem rei ſubſequutam, licet contra eum concludi videatur per D. Reg. Sanſel. dec. 13.

Clericus coniugatus ducendo vxorem vnicam, & virginem, ac dimittendo habitum, licet illum reaſſumere poſſit, & gaudere priuilegio fori, non tamen procederet, ſi per plures annos habitum dimiſerit, & negotijs ſecularibus ſe immiſcuerit, quoniam tunc non gaudebit priuilegio fori, & ita iudicatum per Magnam Curiam, ac S. C. teſtatur D. Reg. Sanſelic. dec. 14. vbi num. 12. aſſerit idem iudicatum contra clericum in minoribus, qui dimiſſo habitu latitauerat pro delictis.

Clericus beneficiatus ſi matrimonium inualidum contraxerit, an ipſo iure priuatus cẽſeatur, vt nõ ſit opus declaratoria ſententia ad hoc vt procedi potuiſſet in cauſa ſuæ inquiſitionis per Iudicem laicum ob graue delictum, licet primò fuiſſet per Iudicem delegatum iudicatum contra clericum, & indè confirmatum decretum per Collaterale Conſilium, tamen in reclamatione fuit remiſſus articulus amiſſionis beneficij ob tale matrimonium inualidum ad Iudicem Eccleſiaſticum, D. Reg. Sanſel. dec. 15.

Clericus an teneatur deponere in criminalibus ſuper delicto in genere, fuit concluſum, & deciſum per M. C. V. affirmatiuè, vt retuli in 3. par. noſtri Compendij verb. Monaci, ſeù Clerici, potiſſimũ ex doctrina Ferd. Gargiarei ibi relati, quibus addo Perſium in conſil. crimin. 48. & nouiſsimè etiam fuit practicatum in quadam informatione capta de furto, in banca Tartaliæ ad inſtantiã D. Alexandri Cinco, & fuit conceſſa licentia cuidam clerico per Reuer. D. Alexandrum Ruſſum, tunc Vicarium Capitularem Neap. vt valeret deponere, viſis allegatis in dicto verbo monaci.

Clericus, qui tutelam, vel aliam adminiſtrationem à Iudice laico habuit, an poſsit coram eodem Iudice laico compelli ad rationem reddendam, deciſum fuit per S. C. iunctis aulis negatiuè, & fuit

clericus remiſſus ad ſuum Iudicem ex hoc, de qua deciſione mentionem feci in 2. par. noſtri Compendij verb. remiſſio cauſæ computorum, vt memor eſt etiam D. Reg. Hect. Capyc. Latro in cõſult. 103. n. 17. lib. 2. contrariam ſectans opinionem ex multis ibi relatis.

Clerici examinati coram Iudice laico in criminalibus, & in ciuilibus cauſis ſine Superioris licentia, an faciant probationem validam, obſeruatur in M. C. quod depoſitiones talium, ſi velint deponere, nõ reprobari, nec inualidari defectu auctoritatis Superioris, & ſic probarent, D. Reg. Sanſel. dec. 262.

Clerici an teneantur ad ſolutionem collectarum, diſtinguũt Doct. quod aut eſt onus reale, certũ, perpetuum, & inuariabile, & tunc omnes vnanimiter concludunt, eos teneri ſoluere, ſin autem eſſet onus variabile, quod perſonis pro rebus imponitur, ex quo perſonas reſpicit, tunc eos non teneri, quam diſtinctionem multi amplexi ſunt Doct. & Senatus iuxtà hãc diſtinctionem, & fuit deciſum per R. C. in cauſa inter Vniuerſitatem Turturellæ, & Venerabile Monaſterium S. Laurentij de Padula apud D. Reg. Reuert. deciſ. 37. tom. 1. de quo teſtatur Nicol. Anton. Marotta in ſuo vtili tract. de collectis, ſeù bonatenentia, cap. 1. à n. 1. ad 3.

Cognitio delictorũ Officialiũ ex diſpoſitione Ritus ſpectat ad M. C. V. an autem pertinere videatur ad Baronem habentem priuilegium cum clauſula, quod poſſit cognoſcere de omnibus, de quibus ſola M. C. cognoſcit, deciſum fuit affirmatiuè, ità D. Reg. Sanſel. dec. 66.

Cohæredes compoſſeſſores rei communis an in licitatione vnius partis ad inſtantiam creditoris, dum ageretur de diuiſione, præferantur extraneo, etiam poſt perfectam venditionem, deciſum fuit affirmatiuè, & ſic iuſſum, reſtitui poſſeſſionem fratribus, ſtante depoſito per eos facto, D. Reg. Sanſel. dec. 307. & in dec. 110.

Collatio bonorum relaxatorum à patre filio emancipato an erit admittenda, vel non cum alijs fratribus in poteſtate conſtitutis, poſt tamen mortem patris, Per ea, quæ in facto occurrunt detegitur, qualiter Io. Laurentius Panſa cum eſſet Magiſter Actorum in criminalibus M. C. V. nequiuerat vigore Regiæ pragmaticæ arrendamẽta Regia conducere, neq; mercaturas facere, nihilominus intendens arrendamentum olei, & ſaponis conducere pro duabus caratis ſub gubernio Cap. Sances de Strada Marchionis Criſpani, illas deſcribi fecit in faciem Iacobi Antonij Panſæ V. I. D. eius filij emancipati, particulariter ad illum actum, & cum lucrum ex dicto affictu ſuperueniſſet, fuit celebratum quodam albaranũ inter eos, pacto adiecto, quod de dicto lucro peruẽto ipſe Io. Iacobus percipiſſet ducatos quatuor mille, & id, quod pluris erat, ipſe Io. Antonius donauerat eidem Io. Laurentio eius patri, qui in extremo ſuæ vitæ diſpoſuerat, quod dictum lucrum fuiſſet commune cum alijs filijs eius, & fratribus dicti Io. Iacobi, exorta indè inter filios prædictos controuerſia in ſucceſſione bonorum hæreditariorum, excipiebat ipſe Io. Iacobus, non teneri ad collationem bonorũ ſibi à patre relaxatorũ, nã facta fuerat relaxatio eidem tanquam filio emancipato, ex eo, quia donatio facta à patre filijs emancipatis valet, ſecus tamen

ſi facta fuerit filijs in poteſtate, probat Valaſc. in praxi partit.& collat.cap.21.num.14.& iterum cap.25.n 23,ex tex.in l.ſinè emancipatis, C.de donat. Anton. Gomes ad leges Tauri l. 17.n.5. Conſil,Paſcal.de vir,patr.poteſt.par.1,cap.4.n.31. & qui remittit donat, inquit Anna in Conſtit. Conſtitutionem diu.mem.n.181. ſic etiam qui relaxat alicui aliquid, vt in caſu iſto pater,dum pater permiſerat, dictam ſummam à filio percipi; eapropter cum talis relaxatio, ſeù donatio ſimpliciter ſic facta fuerat, inſpecta diſpoſitione iuris antiqui conferri non poterat, ex traditis per Hieron.à Laurent.in repet.l.ſi emancipati, C.de collat. n.67. 76. & 240. aſſequitur Vaſquez de ſucceſſ.tom.3.lib.3. §.15. n.25.Ex aduerſo autem videtur iſthæc controuerſia decidi ex tex.in l.ea demum, C. de collat. quem ad propoſitum ponderat gloſ. in l.1. §.is quoq; verſ.fraude,ff.de collat. bonor, cuius verba ſunt; ea demum ab emancipatis fratribus,ijs,qui remanſerunt in poteſtate conferri conſueuerunt, quæ in bonis eorum fuerunt eo tempore, quo pater fati munus impleuit, exceptis ijs,videlicet,quæ ab ipſis alijs debentur, vbi gloſ.in verbo,debentur,id notat, dicendo, cum omnia vndecunq; quæſita in vita patris conferat,vt in hac lege, quam aſſequuntur ibidem Doct. Barry de ſucceſſ.tom.2,lib.14. tit.quæ bona conferant,n.9 Fortificatur hæc opinio ex pluribus, & primo citra dubium, quia collatio locum habet in bonis illius, de cuius hæreditate agitur, inquit Hieron.à Laurent.vbi ſup.n.20.& quæ habentur ab eo,de cuius ſucceſſione agitur, Barry de ſucceſſ,to.2. lib.14.tit.quæ bona conferantur,n.2. & à quo donatio proceſſit,Theſaur. dec.46.n.9. iure merito ad hæreditatem paternam omnes filij ſuccedunt, & admitti debent,de iure proditum eſt,& inter eos collatio fit, quia vniuerſali iure ſuccedunt, Hieron.à Laurent. vbi ſup.n.184.nam inter hæredes ipſa locum habet, Surd.conſ.143.n.41.& hoc æqualiter diuidentes bona hæreditaria, l.maximum vitium,C.de liberis præter.nõ mirum ſi talis collatio introducta ſit ad æqualitatem ſeruandam inter fratres, l.illud, C.de collat. Bart.& cæteri d.l. ſi emancipati,quos probat Vaſquez vbi ſup.n.11. Polyd.Ripa in obſeru.232.n.5. Torniol.in conſ. 69.n.54.Mangil.de imputat.quæſt.30.n.25.Surd. cõſ.219.n.12.& cõſ 143.n.7.Valaſc.in praxi partit.& collat.cap.12. n.16. ſic pariter inuenta referuntur propter iniuriam, quam faciebat emancipatus ſuo, idem Hieronym, à Laurent. vbi ſup. n.57.Secundò,quia etiam ſi inter liberos quiſque exiſteret emancipatus, & vellet ſuccedere cum alijs eius fratribus, adhuc ipſe conferre tenetur ea,quæ quæſiuit patri.ſi in poteſtate manſiſſet,vt inquit Salyc.in d.l ea demum,ſub n.3.verſ iuxtà prædicta quæro,aſſerens, ità hodie fuiſſe innouatum ex l.fin. C.eod tit. Et propterea nil erit curandum de ſimplici donatione facta à patre filio emancipato, ſuccedere volenti, qui pariter illam conferre adſtringitur,vt poſt Vaſquez vbi ſup. & pariter Hieron.à Laurent.locis citatis,corroborat Ant. Faber in eius Codice,tit. de collat. definit.4. Barry d. lib.14. tit. ex quibus titulis profectitia conferantur,n.3.Etenim donatio ipſa facta à patre filio reddit ad proprium fontem,inquit Anna in repet.rub.de vaſall. decrep.ætat. n.362. & ſucceſſiuè venire in hæreditatem paternam, ad quã omnes filij admittuntur, & amplius quando emancipatio non eſſet valida, vt demonſtrabatur in præſenti themate, poſtquam emancipatio facta apparebat ad illum actum tantũ, & de iure probatum extitit, quod emancipatio facta ad vnũ actũ,non valet,ſed debet eſſe generalis, ſicut probat Conſil.Paſcal. de vir.pat.poteſt.pat.1.cap.6.n.128. Tertiò conſiderabatur diſpoſitio paterna,dum voluerat, quod tale lucrum peruentum ex tali adminiſtratione fuiſſet commune inter ſuos filios, & propterea licet collatio ipſa antiquitus in ſucceſsionibus ab inteſtato militauerat, poſtmodum ex nouo iure introductum fuit, etiam procedere in caſu teſtamenti, vt dicunt Vaſquez vt ſuprà relatus num.19. & 50. Anton. Faber eadem defin.4.nouiſsimè Barry de ſucceſ. tom.2. lib.14. tit.quo titulo, & iure deſcend.ſucced.oport.vt collationi locus ſit,& meliùs in tit. qui conferre deb,& quibus,n.5. vbi plures allegat, Mangil, de imputat, quæſt.14.n.29 poſt Valaſc.d.praxi partit.& collat,cap.14.n.14.& cap.12. n.29.Quartò,quia ex teſtamẽto non eliciebatur, fuiſſe prohibitam à teſtatore hanc collationem, ſuppoſito,quod collatio fundata eſt in præſumpta voluntate teſtatoris, quæ ceſſat, vbi de cõtraria eiuſdem voluntate apparet, Torniol.d.conſ. 69.n.58.& ob id ceſſat,vbi expreſsè prohibita eſt, Hieronym, de Laurent. vbi ſup.n.188. & 383. Valaſc.d.cap.14.n.16. & 23.ſubdens,non ſufficere ex coniecturis probari contrarium, ad quod optimè Linglois dec.28. q.6.ſub n.3. vbi cenſuit, quod collatio donatorum prohiberi poteſt per patrem, modo non fiat in præiudicium legitimæ aliorum liberorum,adeo quod ſi pater illam non prohibuit, videtur illam permittere, Surd.conſ. 361.n.36. vbi n.33. dixit, quod collatio non fit contra voluntatem patris, vbi etiam ad propoſitum ſubdit num.28. quod collationi non eſt locus, quando conſtat de voluntate donantis, quod donatio ſit præcipua, & non conferatur, nec locum habebit, vbi quid datum fuit hac cõditione,quod non conferatur, Mangil.d.q.14. n.52.vbi n.53.ſubdit,collationi non eſſe locum, quando ex coniecturis conſtat de voluntate teſtatoris,& propterea cum non fuerit in præſenti caſu prohibita,vtiq; cenſetur permiſſa, eo quia collatio fit, vel non fit ex teſtatoris voluntate, Surd.conſ.192.n.8. & 22. Demum id præcipuum erit aduertendum ad talem emancipationem factam, quia tunc ceſſaret collatio, quando ſine fraude facta fuerit, ad tex.in l.1.§.is quoq; ff.de collat.bon. vbi gloſ. in verbo, fraude, ad quod Salic. d. l.ea demum n.2, inquit,quæro, quid ſi fuerint per emãcipatum quæſita in vita patris, ſed ante eius mortem in bonis filij eſſe dixerit, dic dolo malo, & ſunt conferenda, vt ff.de coll.bon. l.1.§.pen. aut abſq; dolo, & tunc non veniunt cõferenda,vt quia euicta,vt ff.de euict.l. pater filiæ, oſtendebatur dolus,& fraus,ex eo cũ fuerat verificatum, dictum teſtatorem omnia geſſiſſe ſub nomine eius filij, qui nullatenus ſe gerebat in adminiſtratione arrendamenti, ad ſimilitudinem eius,qui donat,vendit,aut cedit, & remanet in poſſeſſione rei, nam tunc ſimulatio argueretur, Farinac.de ſimulat. q.162.n.228.& ſeq. Quocirca facta relatione in S. R. C. per Regium tunc Conſ. Felicem de Iannario Marchionem S. Maximi cum interuentu Spect.Præſidis

tunc

rione Marci Antonii de Pōte Marchionis S. Angeli, fuit per S.C. præuia ſententia lata deciſum, dictam ſummā ducatorum quatuor mille relaxatorum in beneficium ipſius Io. Iacobi eſſe conferendam in collationem in diuiſione facienda inter dictos hæredes, vt ex actis in Banca Cioffi Mag. Actor. penès Dominicum Sia Scribam.

Collectæ exigi an poſſint ab Vniuerſitatibus pro introitibus, quos poſſidēt particulares ſuper Gabellis, & alijs rebus ipſarum Vniuerſitatum, abſq; ſpeciali pacto, quòd pro illis non teneantur contribuere in collectis prædictis, nām cum ſit verum, quod annui redditus, ſeù cenſus ſubiaceant oneri reali *(della bona tenentia)* & proindè debēt poni in appretio, cum in eo apponantur omnia iura, quæ quis habet cenſuum ratione, vt probat Reg. Rouit. in Pragm. 5. de cenſib. num. 15. & conſequenter ſuper illis imponi collecta, nimirū quia annui introitus perpetui iudicantur immobiles, Præſ. de Franch. in dec. 362. num. 7. immò potius inter immobilia, quam inter mobilia cōnumerantur, Griuel. deciſ. Dolani 53. num. 3. & 9. vbi n. 1. cenſuit, quòd tales annui redditus verè, & propriè non poſſunt dici quid mobile, & per conſequens dum fuerint tales collectę impoſitę ſuper prædictis, erunt exigendę ab Vniuerſitatibus, vt proſequitur Alex. Trentacinq. conſ. 3. lib. 1. Idcircò fuit per R. C. S. decretum latum die 7. Iulij 1567. facto in ea verbo per V. I. D. Dominum Berardinum de Sācta Cruce Præſidētem eiuſdem R.C. quod detur terminus in cauſa, & interim Vniuerſitates huius Regni poſſint exigere collectas à particularibus ſuper introitibus, quos poſſident ſuper Gabellis, donec aliter, data cautione per dictas Vniuerſitates de reſtituendo exigendum in caſu retractationis præſentis decreti, Conſ. Palumbus pro Notatore, Io. Baptiſta Criſpus Mag. Actorum.

Colonus, qui in affictum acceperat prædium ſub certa mercede infra certum tempus, ſi contingerit, illud vendi ſub haſta ad inſtantiam creditorum debitoris, & cādela accenſa fuerit alicui liberatum, an emptor cogi poterit ad præſiſtendum in affictu, deciſum fuit per S.C. negatiuè in cauſa Antonij Lucinę cum Thoma Anello Graſſo V. I. D. penès Carbonum, vt refert Donatus Antonius de Marinis quotid. reſolut. cap. 259. ſub n. 22. in poſtrema editione.

Coloni, affictatores, ſeu cōductores bonorū Eccleſiarū, ac Eccleſiaſticarū perſonarū, à quibus ſunt immunes, & non, docet Carolus de Graſſ. de effect. Cleric. in 3. effectu, à nom. 50. ad 77. vbi plura deduxit poſt Ferrect. de Gabellis num. 544. & nouiſſimè Ciarlin. controu. forenſ. cap. 22. per totū, præſertim n. 62. vbi agit, quando ſunt exempti, & quando non, & poſt eum Sperell. deciſ. fori Eccleſ. 41. per totam, ſed operæpretio duxi aliqua notatu digna recēſere, quæ in actu practico eueniunt, & euenire poſſunt, attenta praxi huius Regni, & primò, an teneantur ſoluere bonatenētiam, quæ eſt impoſita rebus poſſeſſis in aliquo loco, & de hoc cum priſcis temporibus accidiſſet prouideri per R. C. S. ad inſtantiam Reuerendi Antonij Letterese, Abbatis, & Beneficiati S. Petri Aierolæ, qui ob affictum certorum territoriorum factum diuerſis perſonis, à quibus Vniuerſitas prætendebat bonatenentiā exigere, vnde fuit tunc prouiſum per eandem Reg. Cam. die 15. Octobris 1589. non aliter ipſos eſſe moleſtandos pro dicta bonatenentia dictorum territoriorum Eccleſiæ, & iuſſum, exequuta reſtitui, ex actis in Banca Dauidis Capocefali Mag. Actorum. Secundo fuit dubitatum, ſi ipſi teneantur ad ſolutionem gabellarum, & datiorum pro fructibus territoriorum Eccleſiæ in affictum cōceſſorum, ad quod Carol. de Graſſ. loco citato n. 56. ſub diſtinctione inquit, quòd aut ſpectant ad Dominum locantem, aut verò ad ipſos colonos, quoniam tunc ſoluere compellerentur, vt ibi ex multis probat, vel ſi eſſent ſeparati à ſolo, quia non amplius dicerentur res Clericorum, ſed ipſorum, qui ſunt laici, & nouiſſimè latius proſequitur ibidem Ciarlin. n. 15. cum ſeq. Fontanell. deciſ. Cathal. 266. n. 12. Reg. Sāfelic. dec. 1. n. 7. & 9. vbi etiam de colonis Monacorū loquitur, vt non ſint immunes à collectis, Sperell. vbi ſup. num. 38. cum alijs apud Paul. Squillant. de priuil. Cleric. cap. 8. n. 20. & ſeq. & in hoc fuit prouiſum per R.C. quod ſi affictus ſolueretur in pecunia, & tunc tenerentur ad ſolutionem gabellarum pro fructibus, alias ſecus, vt contingit in cauſa Hieronymi Lopez, & ſociorum affictatorum introituum Terræ Francauillæ, quòad bona in affictū conceſſa per Reu. D. Matthæum, & Ioannem del Prete Notario Cæſari Mirta, & Almonti Capiblanco de anno 1587. die 6. Iulij penęs Io. de Fiorio Act. Mag. in partium 60. fol. 75. & in cauſa Magnifici Lucchetini de Lorcheſinis, Hieronymi, & Vincentij Cenami affictatorum Abbatiæ S. Leonardi della Matina cum Vniuerſitate, Gabellotis, & Datiarijs Ciuitatis Manfredoniæ, de, & ſuper immunitate dictarū gabellarū, & datiorum ipſius Ciuitatis pro victualibus, & fructibus peruenientibus ex Territorijs dictæ Abbatiæ, & alijs, vt in actis, &c. die 10. Octobris 1554. Neap. Referente Domino Marcello Pignono fuit prouiſum, dictos Magnificos Affictatores dictæ Abbatiæ S. Leonardi pro fructibus peruentis, & perueniendis ex territorijs dictæ Abbatiæ manutenēdos eſſe, & manuteneri debere, & conſeruari in poſſeſſione, ſeù quaſi immunitatis gabellarum, & datiorum d. Ciuitatis Māfredoniæ, prout præſenti decreto manuteneri, & conſeruari mandamus. hoc ſuum, &c. Tertiò, an a contributione fiſcalium, & induſtria ipſorum, circa hoc fuit interpoſitum ſequens decretum per R.C. in cauſa Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Capuani cum Vniuerſitate, & hominibus Terſerij, Verſani, & Caſtrilcardi ſuper immunitate collectarum, qua gaudere prætendit pro territorio, dicto delli Scarpati, & alijs, vt in actis, die 27. Iunij 1543. Neap. Viſis actis per Magnif. V.I.D. Dominum Franciſcum Reuerterium Pręſidentem R.C. & cauſæ Cōmiſſarium, ac eo referente in Banca, fuit conſenſu prouiſum, & decretum, quòd omnes illi cōceſſionarij territorij delli Scarpati in proceſſu deducti, quod territorium eſt Eccleſiæ Archiepiſcopalis Capuanæ, non cōtribuant in functionibus fiſcalibus, prout deberent contribuere, ſi dictum territorium eſſet in pertinentiis Ciuitatis Theani, & aliorum Caſtrorum, & Caſalium in proceſſu deductorum, & non eſſet dictæ Eccleſiæ, ſed pro induſtria, quam faciunt in dicto territorio cōtribuant, prout contribuunt cæteri ciues illius Ciuitatis, vel loci, in quo ſunt aggregati foculares, deducto ta-

men cenſu, vel reditu, vel tetratica, non ponantur, nec computentur cum dicta induſtria, ſed ab ea penitus excomputentur, hoc ſuum, &c.

Commiſſarij, ſeù Exequutores, Nuntij, ac Porterij an præcipere poſſint debitoribus in diem, vt adueniente die facerent depoſitum vigore ſimplicium literarum exequutorialium contra illorum debitores; deciſum fuit negatiuè, & ſic abſolutus conuentus, D. Reg. Sanfel. dec. 310.

Comparatio apocæ Banco directæ qualiter ſit facienda; concluditur fieri debere cum apocis repertis penes Argentarios publicos, ipſis approbatis per ſolutionem ſubſequutam, D. Regens Sanfel. dec. 156.

Compenſare an teneatur creditor fructus per eum perceptos à re ſibi adiudicata cum meliorationibus, ſeù cum quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus, deciſio patet in ver. creditor.

Compenſari an poſſit pecunia ſoluta ex ſocietate ab aliquo ſocio in partem ſui debiti cum alio debito ſocietatis, inſtante conſocio ignaro de ſolutione, relata fuit deciſio infra ver. creditor.

Compenſatio oppoſita per aliquem creditorem alicuius patris, cuius filio fuerat factum legatum ſoluendum eidem, prætextu quod illud patri acquirebatur, an iure ſubſiſtet, & admitti debeat; à facti nota percipiebatur, Victoriam Rapicanam legaſſe Ioſepho de Paſtena minori filio Bartholomęi de Paſtena annuos duc. 15. vſque quo erit inſignitus ordine ſacro; nam poſtea mandauit, ſolui capitale duc. 300. cuius legati vigore Lucas de Paſtena curator ipſius Ioſephi litem inſtituit aduerſus Bartholomęum Rapicanum hæredem dictę Victorię per intermediam perſonam Aſcanij Rapicani ad ſoluendum tàm præteritos, quàm futuros ducatos ann. 15. Et cùm ita fuiſſet per Magnam Curiam Vicariæ determinatum, introducta cauſa appellationis ad Sacr. Conſil. in cuius progreſſu præfatus conuentus oppoſuit compenſationem, prætendendo, quod cum ipſe reperiretur creditor dicti Bartholomęi patris dicti Ioſephi, cui de iure acquirebatur legatum factum eius filio quoàd vſumfructum, ex l. cum oportet, vbi Scribentes, C. de bon. quæ lib. latiſſimè Caſtill. quotidian. controuer. tom. 1. de vſufr. cap. 3. per tot. ex traditis in terminis per Morot. reſp. 18. à n. 7. ad fin. Quod ampliatur procedere etiam in bonis filijſfamil. clerici, vt probare conatur Mendez de Caſtro in repet. d. l. cùm oportet par. 4. ſub n. 161. verſ. primum exemplum, ſicut vſusfructus bonorũ aduentitiorũ, qui dùm filius eſt in poteſtate patris, ad patrem omninò pertinet, filio in ſacris conſtituto, Ioſeph Vela diſſer. 1. n. 67. Farin. deciſion. poſthu. 547. & conſequenter locus erit compenſationi; Ex aduerſo replicabatur ex parte legatarij, quod dùm legatum ſpecificè factũ fuerat filio ſoluendi dictam quantitatem, nominando eũ per nomen proprium, cenſebatur vſusfructus patri tacitè denegatus, ita Surd. conſ. 143. n. 21. & conſ. 116. à n. 11. ad 64. Gabriel. conſil. 118. n. 11. Becc. conſil. 96. n. 6. ex Molin. Menchiac. & Aluar. probat Caſtill. vbi ſupra, n. 55. nam eò ipſo, quod alicui aliquid legatur, vt ipſi ſoluatur, cenſetur vſusfructus patri prohibitus, ita ex Bar. in l. ſi vſusfructus, §. ſi ita, ff. quando dies leg. ced. & Gabriel. d. conſil. 118. n. 12. Becc. conſil. 97. n. 13. Soci. conſil. 116. n. 55. probat Bardell. conſ. 2. n. 39. & 40. vol. 1. Morot. ampliſſimè reſp. 18. à n. 1. ad 6. & nos in 3. par. ſect. 2. ver. pater an teneatur, conferunt prædictis tradita per Farin. vbi ſupra n. 8. Non enim compenſatio fit de debito ad legatũ, vt ex Villalob. notat Farin. in repert. iudic. q. 36. n. 26. neq; ipſa ex perſona alterius, vt ibi Fari. n. 5. & deciſ. 634. n. 9. vol. 1. & amplius, quia dictus Ioſeph erat clericus, licet in minoribus, & eo caſu reſpectu clericatus diſpoſitum eſt de iure, nullum vſumfructum acquiri patri ex bonis clericorum, potiſſimum reſpectu illorum acquiſitorum poſt clericatum, vt longè proſequitur ibidem Mendez de Caſtro poſt Molin. de iure primog. lib. 1. cap. 19. n. 15. vbi in ſeq. n. 26. probat, idem procedere in clerico primæ tonſuræ, prout erat caſus, de quo agebatur, cum alijs allegatis per Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 62. n. 12. & 13. & cap. 345. n. 5. Et tandem relata cauſa in S. C. per Regentem Hectorem Capycium Latro die 10. Iulij 1640. fuit confirmata ſententia ipſius M. C. V. & dictum, benè iudicatum, & malè appellatum, in banca Iuuenia.

Compenſatio alicuius ſummæ oppoſita per reum conuentum contra creditorem, in cuius fauorẽ prolata fuerat ſententia aſsiſtentiæ, excipientem de exceptione cedendarum quoàd alias partitas, & ſummas pecuniarum, admitti an debeat, ex facto liquebat, Illuſtr. Ferdinandum Caraſam Marchionem S. Lucidi obtinuiſſe aſſiſtentiam ſuper Ciuitate Vici Equenſis poſſeſſa per Ioannem Franciſcum Caraſam eius fratrem pro diuerſis pecuniarum quãtitatibus ſolutis creditoribus eorum patris, à quibus obtinuerat ceſsiones in forma, quocircà dum fuiſſet ex parte ipſius Ioannis Franciſci oppoſita exceptio compenſationis pro ſumma ducatorum 5389. qui peruenerant in poſſe dicti creditoris de bonis paternis, oppoſuerat exceptionem cedendarum, vt ſententia ipſa ſuum ſortiretur effectum, & citrà dubium talis exceptio compenſationis, etiam poſt ſententiam opponi poſſe non dubitatur, Bart. in l. ex cauſa, n. 1. C. de compenſ. latè Carrocc. de except. in except. 87. n. 1. vbi n. 2. ampliat dicendo ẽt contra rem iudicatam, & iam oppoſita per ipſum poſſeſſorem operatur, vt ipſo iure compenſatio fieri poſſit; nam eatenus compenſatio ipſo iure fit, quatenus ab homine fuerit oppoſita, inquit Bar. in q. 10. n. 14. & admiſſa per Iudicem, tunc diceretur ſpecies ſolutionis, Pyrr. Maur. Aret. in tract. de ſolution. c. 8. § 5. n. 10. Poſtquam licet ipſo iure fiat, tamen debet opponi, Carroc. d. tract. except. 132. n. 10. & cũ fuiſſet oppoſita, ſuum ſortiri deberet effectum, tunc ipſa oppoſita per debitorem, compenſatio fit ipſo iure, etiam creditore inuito, Pyrr. Maur. Aret. in d. tract. de ſolut. c. 2. §. 5. n. 11. Nec proindè exceptio cedendarum ei opitulari poterat; quæ & ſi poſt ſententiam opponi poſſit, latè Maur. Aret. de fideiuſſ. ſect. 6. c. 5. n. 84. & pariter contra omnes, tamen non poterat ſuum effectum ſortiri quoàd dictam partitam per ipſum receptam, ſed benè pro alijs ſolutis creditoribus, à quibus ceſſiones receperat. Ideò facto verbo in S. C. die 10. menſis Iulij 1565. per Magn. & Circumſpectum V. I. D. Io. Andream de Curte Reg. Conſil. & cauſæ Cõmiſſarium, ac Proprȩſidem S. C. Decreto ipſius S. R. C. prouiſum eſt, quod Ill. Marchio prædictus teneatur, & debeat in quantitatibus ſibi debitis, & pro quibus fuit ſibi præſtita aſſiſtentia

ſuper

Digitized by Google

ſuper Ciuitate Vici excomputare, & compenſare d.ducatos 5389. qui peruenerant in eius poſſe de pretio bonorum feudalium hæreditariorum Ill.quondam Federici Carafæ eius patris, ac etiã fructus, ſiuè intereſſe eorundem à die obitus paterni hucvſq; iuxta liquidationem de ijs faciendam per S. C. &c. penès Annibalem Cęſarium Secretarium, vt percepi ex votis manuſcriptis quondam Regij Conſiliarij Ludouici Quadriæ.

Compenſatio admitti an debeat de fructibus perceptis à fratre ex medietate alterius fratris, de qua diſponere poterat, cum medietate ei debita, de qua diſponere non poterat, refertur deciſio infra in ver. debita.

Compenſatio dicitur oppoſita eo ipſo, quod opponitur factum, ex quo reſultat compenſatio, ideò cum fuiſſet in caſu occurſo oppoſitum de meliorationibus aduerſus petentem relaxationem domus cum fructibus, fuit per S.C. pro vero habitum, fuiſſe oppoſitam compenſationem, refert Io.Baptiſta Hodierna in addit. ad Surd.dec.117. n.21. in noua impreſſione.

Compenſatio admitti an debeat creditori Reg.Cur. licet ex varijs cauſis, & titulis cum eius debito procedente ex emptione cauſarum ſecundarum, iuxtà numerum fumantium, licet per Excell. Protegem fuiſſet mandatum R.C. vt ſe informaret, & referret cum voto, peracta relatione ab ipſa, ex qua percipiebatur, admittendam eſſe compenſationem, non obſtante generali prohibitione de non admittendis in cauſa fiſcali ex diuerſa ſtatione compenſationibus, & tandem per eandem Excell. in Collat. Conſil. ſub die 22. Auguſti 1616. fuit prouiſum, quod R.C. ſuam exequatur conſultationem, cuius vigore R. C. die 29. Iulij 1617. decreuit, quod factis debitis notamentis ſolutionis pretij dictarum iuriſdictionum, quæ pro Fiſci, & partium cautela in computis Miniſtrorum in actis fieri, & alibi paſſim mandari ſolet per Præſidentes R.C. expediantur prouiſiones pro conſignanda poſſeſſione per Excell. D. Ducem Oſſunæ Proregi ſub die 14. Martij 1618. fuit facta venditio dicti Marchioni in feudum pro ſe, eiuſq; hæredibus, & ſucceſſoribus ex eius corpore legitimè deſcendentibus pro omnibus cauſis, & delictis commiſſis, & committendis in dicta Terra, einſque Caſalibus, & diſtrictu per vaſſallos habitantes, & habitaturos, ità cenſuit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. in dec. ad controuerſ. 53. in 3. articulo, n.61. ad 63. vbi in ſeq. n.64. & 65. rationem reddit, quare fuit admiſſa compenſatio prædicta, vbi erit videre.

Compenſatio an admitti debeat inter eoſdem creditorem, & debitorem in materia apocæ bancariæ, non aliter prius facto depoſito ex alijs ſummis inter eos debitis inuicem; ex facto oſtendebatur, quod cum Reuer. D. Antonius Palumbus eſſet creditor vigore apocæ bancariæ pro alijs tantis, vt vulgò dicitur Fabij Ingreſciæ, & ipſemet creditor pariter reperiretur debitor eidem ſuo debitori in cõſimili cauſa vigore cuiuſdam mandati ipſi girati pro alijs tantis, ob quod conuenire feciſſet vigore pragmaticæ dictum ſuum debitorem ad ſoluendum petitam quantitatem deſcriptam in apoca, iam pro recognita habita, dum ſperabat literas exequutoriales, ſe oppoſuit cõuentus, allegando compenſationem, dicens, ego ſum tuus creditor in alia maiori ſumma vigore dicti mandati ſibi ab alio girati contra eundem debitorem, & propterea dicebat, ſolue, & ſoluam, aut compenſas cum tuo debito, & diſceptato negotio in M.C.V. fuit per eam ad relationem D. Thomæ Carauitæ illius Iudice datus terminus, tam in cauſa conuentionis, quam reconuentionis de anno 1644. vt ex actis in bãca Conſtantini, propter quod grauatus præfatus actor appellauit ad S. C. & obtinuit, in eo verbũ fieri, poſtquam ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ 63. §. 2. de offic. Procur. Cæſ. de qua etiam meminit D. Regens Hector Capyc. Latro in dec. 121. n. 14. & ſeq. de conſimili apoca bancaria loquens *per altri tanti*, vt non poſſit audiri debitor, niſi facto depoſito, vel in vinculis cõſtitutus, lex enim quamuis dura ſit, erit adhuc ſeruanda, l. proſpexit, ff. qui, vel à quibus, cum alijs notatis per Barboſ. in ſuo Opuſc. Princ. Iuris lit. L n. 23. Dicebatur etiam, quod licet ipſe reperiretur debitor vigore alterius mandati girati ſuo debitori, non tamen erat liquidum debitum, & ſi fuiſſet apoca bancaria girata, quoniam non haberet executionem paratam, vt alias probaui, & deciſum retuli in 3. par. verbo apoca, ſicuti apoca bancaria, cuius vigore ipſe creditor egerat contra ipſum, quæ nedum de iure habet executionẽ paratam, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 454. ſed etiã de iure Regni vigore pragmaticæ prædictæ, de qua etiam loquitur Mauſon. de cauſ. execut. q. 5. per tot. cum alijs à nobis relatis in voto 2. n. 18. Vndè conſpicitur, non aliter admitti poſſe compenſationem, attenta vulgata regula illa, quod de liquido ad illiquidum compenſatio admitti nõ debet, l. vlt. C. de cõpenſat. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. n. 68. Borgnin. dec. 35. n. 14. p. 1. Magon deciſ. Lucenſ. 1. n. 33. Surd. deciſ. 184. n. 6. Iacob. Gall. conſ. 119. n. 5. & 7. Amat. deciſ. Ancon. 24. n. 50. Mandell. conſil. 575. n. 13. Statil. Pacif. deciſ. 90. n. 9. & non mirum ſi compenſatio admitti non poſſit aduerſus actionem, quæ paratam habet executionem, idem Mantic. eodem tract. lib. 19. tit. 5. n. 12. Neq; in cauſis executiuis, Ripol. variar. reſol. cap. vltim. n. 146. quamuis autem cõpenſare ſit ſoluere, l. ſi debitor, ff. qui potior. in pign. l. inter tutores, ff. de adminiſtr. tutor. Mant. d. tract. lib. 10. tit. 10. n. 6. Magnn. deciſ. Floren. 94. n. 15. Surd. dec. 191. n. 1. compenſatio eſt ſolutio, Mandell. conſil. 704. n. 2. Intrigliol. conſil. 8. n. 11. Regens Roui. conſil. 71. n. 10. vol. 2. idem Mandel. conſil. 501. n. 8. Graſſ. de exception. in excep. 16. n. 9. & compenſatio ſit realis ſatisfactio, Cancer. variar. reſol. par. 2. c. 3. n. 65. Non tamen verè, ſed fictè ſoluere diceretur, Cancer. variar. reſol. par. 2. cap. 3. n. 59 Ripol. vbi ſupra, idem Surd. dec. 161. n. 12. dec. 186. n. 3. & dec. 191. n. 5. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 105. n. 5. & cap. 356. n. 14. & Honded. conſil. 41. n. 11. vol. 2. Graſſ. vbi ſupra n. 12. latè D. Regens Hector Capyc. Latro dec. 25. n. 30. & 31. licet habeat vim ſolutionis. Graſſ. ibi n. 13. & habetur loco ſolutionis, Graſſ. vbi ſupra n. 10. Præterea licet compenſatio ſit debiti, & crediti inter ſe contributio, inquit Monac. deciſ. Lucenſ. 66. n. 22. Engen. conſ. 16. n. 12. vol. 7. Amat. dec. Ancon. 24. n. 44. cum alijs infra eod. verb. compenſatio, Ramon. conſ. 36. n. 28. & conſ. 50. n. 47. adhuc tamen exigitur, vt ſit de eadem quantitate, quoniam compenſatio inter diuerſa tempore, & quan-

qnantitate non admittitur, idem Monac. vbi ſup.n.15. & dicam intrà eod. verb. compenſatio, neq; ro alieno debito cadit, Magon.dec. Florent. 44.n.9. Iacob. Gall,conſ,72.n.4.imò nec compẽſatio fit crediti vnius cum debito alterius, Ripa obſeru.199. o.8.Iacob.Gall. d.con.72.n.14.& cõpenſari non poteſt quod alicui debetur contra alium, Anna alleg.80. num.1. neq; compenſatio admittitur,& opponi debet contra vnum de eo, quod ab alio conſequi debet, Reg, de Ponte conſ.95. n.12.lib.2. Inſuper quia ea diſpoſitione allegatæ pragmaticæ debitor conuentus vigore apocæ debet facere depoſitum, vt audiatur, aut ſe cõſtituat carceratum,& licet per ſtatutum repellens omnes exceptiones noo videatur reiecta compenſatio, vt probat Surd.d.deciſ.91.num.10. & 11, Nihilominus depoſitum onn venit in cõpenſationem, ita ex Bat. Bal. Abb. Barbat. L.ſ, Purpur, Caſtr. Naita, Curt. & Rol, probat Surd. deciſ.a17.num.8. & in depoſito nullatenus admittitur compenſatio,Gratian. diſcepiat.forenſ. cap.a73.num.14.& latè cap.728. Graſſ. vbi ſupra n.70,Carroc.de depoſito p. 1.rub. quando vend. in act. dep.n.8. nec proinde ſatisfactum eſſe videtur noſtro ſtatuto requirenti depoſitum fieri, quod eſt, quaodo aliquid alicui datur ad cuſtodiendum, l.1.ff. depoſ. Caroc. in tract.de depoſ. p.1.q.1,n.1.vbi o.9. inquit deponere verbum, & cuſtodire depoſitum eſt, ſed hoc cum numeratione pecuniæ.& ſic erit ſatisfactum ſtatuto,prout in ſimili in liquidatione inſtrumenti diſpoſitũ eſt in ritu 169. vbi Carau.n.4.notat, & ſic facta relatione per eundem Iudicem in S.R.C. fuit remittendo eidem M.C.cauſam deciſum,vt prouideret, quòd facto prius depoſito audiatur, vt ex actis in Bãca prædicta;nec obſtat,quod opponi poſſit compenſatio contra inſtrumentum in forma Cameræ Apoſtolicæ, quia in hoc erat magna controuerſia inter Doct. & quatenus admitteretur, quãdo ratio æquitatis ſuaderet,quod eſt relictum Iudicis arbitrio, Eugen. conſil.53. num. 39.& ſeq. lib.a.aſſequitur Gratian. diſcept. for.cap.129. num.19. & quando id procederet,in qoibus caſibus oſtendit idem Grat.cap.728.n.12. cum ſeq. oeque demum ſe tueri poterat ceſſione debiti ſibi ab altero facta contra ſuum creditorẽ, eo quia compenſatio conceditur debitori,eidẽq; creditori,Pręſ.de Franch.dec.53.n.1.Reg Rouit. conſ.60.n.2.tom.1.& conſ.71.n.9.lib.2.& ſic non alijs perſonis repræſentatis, vndè infertur, quod ceſſionarius verè repræſentat perſonam cedẽtis, Franc.Coſta conſil.35.n.16. Graſſ. de excep. in prælud. n.185. adhuc quia ipſe debitor de per ſe repręſentat perſooam ſuam, & vti ceſſionarius repręſentat perſonam cedentis,videtur duas perſonas repręſentare, quo fit vt compenſatio, & retentio non concedatur contra eum, qui repręſentat duas perſonas, ita probat Gratian.diſcept. forenſ.cap.948. num.a. qua de re ſi benè compẽſatio oppooi poſſit ceſſionario de eo, quod cedẽs debebat, Intrigl,conſil 8.n.10. latè Gratian. diſc. forenſ.cap.356.à n.9.ad 34. Graſſ. vbi ſupra n.37. & compenſatio fit aduerſus ceſſionarium tertiũ, Papon.lib.12.tit.6. arreſto 5. & conſequenter ex debito ſibi ceſſo opponere exceptionem compẽſationis contra ſuum creditorem, vt ex multis probat idem Graſſ.d.excep.16.n.39.nam ceſſionarius non impedit compenſationem, idem Papon, lib.12.tit.6.arreſt.1.id tamen procederet, quando ceſſio reſpiceret rem ceſſam, vt probat ibidem Graſſ.n.37.ſicque etiam qualiter contrà ceſſionarium competunt omnes exceptiones, quæ competunt contra cedentem, l.exceptiones, ff.de except. cum alijs adductis per Statil. Pacif.de Salui. interd.inſp.3.c.2. n.913.tamen num.ſeq.intelligit eſſe intelligendum de exceptione, quæ rem ipsã reſpicit, & ſic non alia, data diuerſitate temporis,& quantitatis, vt ſupra dictum eſt,& amplius, quia compenſatio non fit,niſi de debito,& credito,quod eſt inter eaſdem partes, Regens Rouit. conſ.72. num.9. vol.2.vt ibi per exempla demonſtrat, ad quod Hoded. conſ. 39. num.64. vol.2. inquit, quòd creditor,qui erat etiam debitor debitoris ſui ſoluens ſuum debitum, non prohibetur petere ſuum creditum, nec ex hoc præſumitur ſatisfactus, & ſubdit num.65. id intelligendũ eſſe, ſi debitum,& creditum oriantur ex diuerſis cauſis,ſecus ſi ex eadem.

Compenſatio tacita an reſultare videatur inter virum, & vxorem inuicem pro credito,& debito contracto, licet diuerſimodè, hoc eſt, ex bonis amotis per vxorem contra dotem,& antefatum, quemadmodum ea facti ſerie cõperiebatur, ſuppoſito quod cum D. Fęlia Salinas intenderet ſe in Monaſterium conferre, & in receſſu à domo eius viri nonnulla bona mobilia ſerica, & gemmas, aliaſque res aureas,& argenteas, ac ſupellectilia ſecum ducendo,ibidem ſe collocaſſet, de quo conquęſtus dictus eius vir ſupplicationem porrexerat in S.C. conueniendo d. eius vxorem ad reſtitutionem dictorum bonorum aſcendentium ad magnam quantitatẽ,& ſic ſeruatis ſeruandis compilato proceſſu, demum facto verbo in S.C. de prædictis per Reg. Conſil. Marcellum Marcianum die 8.Iunij 1632.fuit interpoſitum ſequens decretum, ſcilicèt, decreto S.C.prouiſum eſt,quòd D.Fęlia Salinas exhibeat bona petita,ſi extant,vel ipſorum pretium, iuxta tamẽ liquidationẽ faciendã per S.C. hoc ſuũ,&c. Marcellus Marcianus, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius,penès Iacobum Figliolam, deinde fuit decretum interpoſitum die 15. Febr. 1634.facto verbo in S.R.C.per Mag.V.I.D.Marcellum Marcianum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium,decreto S.R.C. prouiſum eſt, quòd pretium gemmarum, & aliorum mobilium in actis deductorum liquidatum eſt, deductis deducẽdis in ducatis nouẽ mille,hoc ſuũ,&c.Marcellus Marcianus, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, ſucceſſo obitu Secretarii Ioan. Lezcani eius viri,tutores filiorum ipſius inſtiterunt, quod ipſa D. Fęlix extractaret de domo viri, ex quo ei nec dos, nec antephatum, nec aliud ei competebat, cum iam apparebat ſatisfacta de dictis bonis amotis, & conſequenter penſionarii domus ipſius D. Fęlicis ſoluere deberent ipſis, & licèt fuiſſet oppoſitum ex parte ipſius D.Fęlicis de retentione proprii fundi dotalis pro dote,& antephato ſuperlucrato, adeò quod cum fuiſſet prouiſum per Præſidem S.C. quod de prædictis fieret verbum in S.C.& interim ipſa D.Fęlia non amoueatur à propria domo dotali, vnde hæſitari videbatur,ſi locus erat ſaltim tacitæ compenſationi, & ſuppoſito ſecundario de iure, quod compenſatio eſt vnius debiti ad aliud creditum facta contributio, Bart. in l. ex cauſa,n. 3.

C.de

C.de compenſat.poſt eum Tiadar.de compenſat. in princ. Sebaſt.Medic.in ſimil tract. de compẽſ. p.1.q.1.n.1. Leopol.Hackelm.diſp.iur.p.9.tit.de compenſat.theſi 1.Hieron. Trentl. ſelect. diſp.in diſput. 25. theſi 7. Item quia compenſatio licet non habeat locum vbi adeſt diuerſitas perſonarũ, vt inquit Bardell.conſ.79.n.21.lib.1.& conſ.166. n.1.vol.2.ſed tantũ inter creditores,& debitores veros, & inreuocabiles,idem Bardell. conſil.70. n.3.lib.1. nam proprium eſt creditoris, & debitoris compenſare,& non ſoluere, Magon. deciſ. Lucenſ.25. num.10. & compenſatio conceditur debitori,eidemque creditori, Præſ. de Franch. deciſion. 53 .num. 1. Cartar. deciſio. 62. num.9. adhuc tamen,quia filij ipſius repræſentabãt perſonam patris,l.fin.C.de impub.& aliis ſubſtit. & quia filius etiam vti hæres, patris perſonam repræſentans, iuxta vulgatum illud,filius,ergo hæres dici ſolet, probat Aſcan. Clem. de pat. poteſt. effect. 16. n.2. inde heres repræſentat perſonam defuncti, Surd.dec.341.n.9. & eadem perſona dicitur cum defuncto, Idem deciſ.310.n.2. inſuper quia vulgata regula iuris dictat, quod compenſatio tunc admitti debet, quando fieret de liquido ad liquidum, Gratian. cap.638. n.5. Botta conſil. 53.n.22. & conſ.4. num.10. Gratus conſ. 53.n.71. vol.1. & propterea qa ex capitulis matrimonialibus apparebat liquidatio dotis, & antephat ipſius D. Fœlicis, & per ſupradictum decretum S.C. liquidatum pretium dictorum bonorum, in promptu apparebat liquidatio vtriuſque, vnde quemadmodũ debitum dicitur liquidum,quando de eo apparet publicũ inſtrumentum,Batz.deciſ. Bon.40. num.9. & deciſ. 54. num. 10. ita pariter liquidum eſt, quando per ſententiam apparet liquidatum, idem Barz. deciſ.28.num.7.Leopol.Hackelm.diſput.iur. p.9. tit.de compenſat.theſi 20. demum quatenus dubitaretur, ſi compenſatio admitti debeat aduerſus dotem, & iura dotalia, de quo per eundem Sebaſt.Medic.d.tract.p.1. q.17. num.1. & proſequitur Linglois in deciſ.13.q.6.num.26.ſubdens, non eſſe locum compenſationi in cauſa dotis repetendę, ſeù ob malos mores vxoris, ſeù ob res donatas,vel amotas, ſeù propter communes alẽdos liberos, ſeù propter impenſas voluptuarias, ſeù vtiles, ex l.vnica, §.taceat, C. de re vxor. act. Treutler. vbi ſupra. Adhuc tamen, quia ſicuti in dotis actione non prohibetur compenſatio, Bar. in l.ſi filiusfamil.num.1. ff.ſolut. matr. ita etiam compenſatio fit in dote, quando quantitas debetur vtrique, Bar. in l. ſi conſtante,§.ſi vxor, n.1. ff ſolut.matr.& quod ſit liquidum,Barbat.de aſſiſtentia, gloſ.12. num. 42. & ita concludunt DD. in dote eſſe admittendam compenſationem, Maſtrill.deciſ 189.num.6.Caſtil.dec.61.n.7. Præſ.de Franch. deciſ. 642. num. 2. Difficultas tamen remanſerat in eo, de quo dubitatur de iure,ſi compenſatio admitti debuerat aduerſus dotem pro rebus ab vxore amotis,de quo per Doct.in l. neq; ſcriptutas, C.de compenſat.vbi Gloſ dubitare videtur, eo quia compenſatio non admittitur ob res amotas, vt ibi Salic. num.3. probat ex l. vnica,§.ſed nec ob res, C.de rei vxor.act.vbi Bart. in antiqua lectur. num. 4. rationem aſſignat, quia ibi dos conſiſtebat in pecunia, ſed illud, quod amotum fuerat conſiſtebat in numero,pondere, & menſura. Nihilominus ibidem Doct. præſertim Bald.num.1.rationem aſſignat,dicens,multo magis, quaſi mulier eſſet debitrix ex alia cauſa, quaſi dicat delictũ fortius, & rigoroſius adſtrinxit,quam contractus. Sed Bart. ibidem aliam rationem aſſignat, quia res amotę iam erant conſumptæ,ideo compenſationi locus erat, ſed melius ibidem Salic.ſub num.4. ad noſtrum propoſitum, ſtante illorum conſumptione, inquit ſol. vt ſequitur in gloſ.quod hic vtrumque continebat in pecunia, vel deuentum erat ad æſtimationem propter rerum conſumptionem,&c. prout in præmiſſo caſu proceſſum fuerat per S.C. ad illorum liquidationem,vt ſupra dictum eſt, quo enim caſu comprobatum eſt in iure, vt pretium ſuccedat loco rei,ad tex.in l.Labeo,§.1.ff.de verb. ſignif. l.ſi rem,& pretium, ff.de pet.hæred.eo magis, quando eſſemus in vniuerſalibus, vt declarat Petrus de Bellapertica in ſuis quæſtionibus,quæſt.433.Duard.deciſ. 423.nu.1. poſt tract. de cenſibus tom.2. & quod æſtimari poteſt compenſationem recipit, ita Sebaſt. Medic. d. tract. par.1.quæſt.20.num.2. ſicque optimè fit compẽſatio ipſo iure, quando pecunia inuicem debetur,Hieron. de Leo in ſuo reſponſo poſt dec.173. num.228. & demum, quando hinc indè verſatur debitum purum,liquidum, & exigibile,Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt.18. ſub num. 10. & cum fuiſſet prouiſum per eundem cauſæ Commiſſarium domi die 1. menſis Martij 1635. quòd citra præiudicium ambarum partium reciperentur oblationes pro affictu domus,ad finem prouidendi, nec non,quod affigantur cartellæ pro locatione dictæ domus, & penſionatij ipſarum faciant depoſitũ quantitatũ debitatũ per eos, & debendarũ, alias exequatur, & per aliud decretum latum die 13.eiuſdem, quòd ipſa D. Fœlix conſignet claues domus, vbi habitat tutoribus filiorum d. quondam Secretarij, ad finem vt poſſit procedi ad venditionem bonorum mobilium exiſtentium in domo prædicta,&c. facto de prædictis verbo in S.R.C.die 24.Martij 1635. per eundem cauſæ Commiſſarium fuit interpoſitum ſequens decretum,videlicet, Viſis ſupplicationibus oblatis pro parte D Fœlicis Salinas, &c. Per S. R. C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per Magnificum cauſæ Cõmiſſarium ſub diebus primo, & decimotertio inſtantis menſis, hoc ſuum,&c.Marcellus Marcianus,Franciſcus Antonius de Mercatis Secret. in Banca Iacobi Figliolæ Mag.Actorum.

Compenſatio admitti an debeat ad inſtantiam ceſſionarij alicuius creditoris debitoris hæredis alterius,& pariter hæredis creditoris,quemadmodum exemplo oſtenditur ex facto iam vertente in S.C.in cauſa Montis Diuæ Annunciatæ Ciuitatis Cauæ hæredis quondam Flaminij Vitalis, qui cum ſe obligaſſet Iuliæ de Iulijs vxori dicti Flaminij pro eius dotibus ſoluere annuos ducatos ſeptuaginta, & præfata Iulia conſequi debebat ab ipſo Monte ducatos quatuorcentum pro tertijs decurſis,eos ceſſit Alphonſo Bonello, & quia præfatus Mons ſimiliter erat hæres quond. Ioannis Antonij Iordani, qui conſequi debebat ab ipſo Bonello ducatos tercentum,vti ceſſionario dictæ Iuliæ, & præfatus Mons debitor ipſius Iuliæ pro cauſa ſupradicta vti hæres dicti quondam Flaminij, & creditor ipſius Iordani,obtinuerat ſententiam aſſiſtentiæ in bonis ipſius Bo-

nelli

nelli, qui oppoſuit compenſationem, hęſitari contingit, ſi rité, & rectè opponi potuiſſet, vt puta, quia ſi quis eſſet creditor vti hæres Titij, & debitor vti hæres Caij, & vti creditor egiſſet contra Meuium creditorem ceſſionarium aduerſus hæreditatem Caij ex perſona dicti Titij, ex quo ſunt duæ hæreditates poſſeſſę per eundem actorem, poſſit ſibi locum vendicare compenſatio, & dicebatur, poſſe compenſationem ipſam opponi ex deciſis per Afflict. in dec. 192. vbi apparet ex diſpoſitione l. 1. C. de compenſat. quod licet Officialis duarum ſtationum non poſſit cōpenſare debitum vnius ſtationis cum credito alterius, donec ipſe adminiſtrauerit durante adminiſtratione penes eum, adhuc co defuncto eius hæredibus petentibus, quod fiat compenſatio, debet fieri, & ſic limitant Doct. d. l. 1. & ſic licet contra Fiſcum compenſatio ipſa diuerſarum rationum opponi non poſſit, latè Mandell. conſ. 211. n. 3. & 27. Magon. dec. Lucenſ. 1. n. 2. tamen ibi ſubdit, in priuatis ſecus eſſe. Præterea ſi benè ex parte dicti Montis dicebatur, tunc eſſe admittendam talem compenſationem de perſona ad perſonam, ità quod cum ipſe Mons ſit eadem perſona creditricis, ac debitricis, attamen quia eſt perſona repræſentata, & ſucceſſiuè vbi eſſet diuerſitas perſonarum non deberet admitti, Bardell. conſ. 79. n. 21. lib. 1. & cōſ. 166. n. 11. vol. 2. ſed tantum inter creditores, & debitores veros, & irreuocabiles, idem Bardell. conſ. 70. n. 3. lib. 1. cū ſit proprium debitoris, & creditoris compenſare, & non ſoluere, Magon. deciſ. Lucenſ. 25. n. 20. ità quod ipſa compenſatio in hoc caſu admitti non debuerat, nihilominus quia hæres repręſentat perſonam defuncti, Surd. dec. 310. n. 2. & ceſſionarius perſonam cedentis, Monac. deciſ. Lucenſ. 37. n. 27. & dec. Bon. 19. n. 1. & 3. cōpenſationi erit locus, vt ex multis probat Leopol. Hackelm. diſputat. iuris p. 9. tit. de compenſat. theſi 6. quemadmodum in terminis noſtris ità deciſum tradit Cartar. dec. Gen. 62. de compēſatione oppoſita per ceſſionariū de eo, quod ipſe ceſſionarius debebat ex perſona propria, vt ibi diſcutit per rationes ibi relatas. Ex parte dicti Montis replicari poterit, ex pluribus non eſſe faciendam talem compenſationem, & primò reſpectu ſummarum inuicem contrariarum, nam etſi compēſatio fieri ſolet pro concurrenti quātitate, Muta dec. Sicil. 84. n. 37. Leopol. Hackelm. vbi ſup. theſi 16. non tamen admitteretur, quando eſſet diuerſa in tempore, & quantitate, Monac. dec. Lucen. 66. n. 16. & 19. Honded. conſ. 50. volum. 2. n. 37. Sicq; cum ipſe Mons reperiatur debitor pro ſumma ducatorum 400. & ipſe creditor pro ſumma ducatorum 300. non poterat fieri compenſatio, ex quo non erat certificatum creditum ducatorum 400. ideò admitti non debuerat ob incertitudinem, Gratian. cap. 490. n. 22. Secundò, quia compenſatio fit ipſo iure, quando ex eadem cauſa eſſet debitum, & creditum, ad tex. in l. Meuius, §. 1. vbi Bald. ff. famil. erciſc. notat Palma in ſua praxi par. 1. gloſ. 13. n. 16. ſecus tamen quando eſſet diuerſa cauſa, Bardell. conſ. 166. n. 11. vol. 2. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tom. 2. tit. de bonis, q. 23. n. 5. quia ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minor. ſicq; compenſatio non datur crediti vnius cum credito tertij, Sebaſt. Medic. dec. Ancon. 53. n. 1. Surd. conſ. 69. n. 12. & ipſa non fit crediti vnius cum debito alterius, Polyd. Ripa obſeru. 199. n. 8. Marta de ſucceſſ. p. 4. q. 18. art. 5. n. 25. & Molfeſ. in Conſuetud. Neap. tom. 2. p. 2. tit. de bonis, q. 13. n. 5. & compenſari non poteſt quod alicui debetur contra alium, Anna alleg. 80. n. 1. ſed cum eo, quod ipſe creditor debet, ita Surd. conſ. 327. n. 39. Tertiò, quia compēſatio non admittitur de vno corpore ad aliud, vt notat ibidem Magon. dicta deciſ. 1. num. 33. potiſſimum quando non eadem res donatur, vel legatur; Botta conſ. 13. num. 13. & ſic de vna hæreditate ad aliam ex diuerſitate defunctorum teſtantium, & creditorum, ac debitorum, poſtquam compenſatio non habet locum vbi adeſt diuerſitas perſonarum, Bardell. dicto conſ. 79. num. 18. volum. 1. & dicto conſil. 166. num. 11. & ſic quando alia eſt perſona creditoris, alia legatarij, Marta vbi ſupra num. 13. quia compenſatio non opponitur de debito, quod diuerſo nomine debetur, probat Anton. de Amat. variat. reſol. tom. 1. reſol. 17. num. 1. & ſic nec è contra, quando aliquis repręſentaret duas perſonas, Gratia. diſcep. foren. c. 948. n. 2. Quartò, quia compenſatio non cadit in alieno debito, idem Magon. deciſ. Floren. 44. num. 9. Caſtill. dec. 109. num. 79. Anton. de Amat. variar. reſol. tom. 1. reſol. 17. num. 4. Iacob. Gallus conſil. 48. nu. 14. ſuppoſito, quod cum ipſe Bortellus eſſet debitor ipſius Montis ob hæreditatem dicti Iordani, erat tamen debitor dictæ Iuliæ pro eius dote conſequenda ab hæreditate dicti Flaminij, prout ex dicti facti ſerie comperiebatur. Quanquam prædictis replicari poterit, quòad primum reſpectu quantitatis, quia exiſtētibus quantitatibus hinc indè debitis, non erit in conſideratione, ſi vna eſſet maior altera, & ſūmæ nō eſſent æquales, afferit Pet. Vueſembec. in conſ. 27. num. 21. nam compenſatio etiam pro parte debiti oppoſita admitti debet, Intrigliol. conſil. 8. n. 6. ſicuti etiam pro toto, idem Carol. de Graſſ. eod. tract. de excep. in excep. 16. num. 79. admittitur tamen compenſatio, ſi debitum eſſet æquale credito, de quo ſi non conſtat, eſt offerendum reſiduum, Gratian. diſcep. forenſ. cap. 515. num. 45. aut quando ſumus in pecunia eiuſdem quantitatis liquida, & non adeſt iuramētum, licet etiam eſſet diſpar quantitas, Gratian. cap. 749. num. 6. nam talis compenſatio admitteretur etiam de quantitatibus diuerſis, Surd. conſil. 119. num. 17. Marta in ſumma de ſucceſſion. par. 4. q. 18. art. 6. num. 21. Quinimmò Iudex vſque ad concurrentem quātitatem admittere eam poſſet, & ad ſummam, quæ excederet condemnare debitorem, d. l. Meuius, vbi Bal. quē ſequitur ibi Palma. Neq; altera obiectio militat, q̃ compenſatio fieri debeat ex eadem cauſa, quia circa hoc declarationem refert ibidem Palma, qualiter procedat, vltra Hierony. Treutl. ſelectarum diſput. iur. in diſp. 25. theſi 8. vbi ex multis probat, compenſari poſſe inuicem res fungibiles, hoc eſt quantitatem ad quantitatem, & ſi materiæ eiuſdem, ſiuè debitum ſit naturale, & ciuile ſimul, ſiuè naturale tantummodo putè debeatur, & liquidum ſit. Nec poſtremò ex vno corpore cum altero, quia ad hoc conferunt reſolutiones traditæ ab eodem Amato vbi ſupra num. 7. & demum Quartò non obſtat obiectio, nam ibidem Anton. de Amat. illam declarat nu. 2. 3. & 5. qualiter procedat. Sed conſiderando thema huiuſmodi facti, duo principaliter cōſiderari viden-

Digitized by Google

videntur; quorum primum eſt, dum Mona eſſet creditor hæreditatis dicti Iordani, qui conueniri fecerat ipſum Bartellum iure aſſiſtendi, qui compenſationem oppoſuerat aduerſus Montem vti ceſſionarium dictæ Iuliæ, & in hoc caſu licet videantur eſſe diuerſæ perſonæ repræſentantes eorum principales; tamen quemadmodum opponi poterit contra ceſſionarium de eo, quod cedens debebat, vt probat Intrigliol. conſil. 8. nu. 10. Cancer. variar. reſol. par. 2. cap. 6. num. 81. ad 84. Matilian. deciſ. 31. num. 3. Ità è contra non erit prohibitũ debitori conuenti poſſe creditori agẽti opponere compẽſationem debiti alieni, ſi tamen habet iura ceſſa contra debitorem agẽtem, l. eius C. de compenſ. cum alijs adductis à d. Anton. de Amato vbi ſuprà num. 6. & ſic ceſſionarius poterit opponere exceptionem compenſationis ex debito ſibi ceſſo contra ſuũ creditorem agentem, ex multis probat Carolus de Graſſ. de excep. in excep. 16. nu. 39. Aliud erat difficultatis dubium, in quo credo, quod tota vis cauſæ conſiſtebat, quia dum fuerat præſtita aſſiſtentia ad inſtantiam eiuſdem Montis vti hæredis dicti Flaminij contra dictum Bartellum debitorem, licet ceſſionarium eiuſdem Iuliæ creditricis, in qua fuerunt reſeruata iura in illius executione eodem reo, vndè compenſatio videbatur reijci ex eo, quia debitum erat liquidatum vigore nedũ iſtrumẽti, ſed etiam aſſiſtentiæ, quæ paratam habet executionem in Regno, latè Muſcatell. in praxi S. C. lib. 2. par. 1. gloſ. ſententia, num. 137. cum ſequen. Quãuis ipſa opponi poſſit poſt ſententiã in cauſa executionis, Cancer. dicta par. 2. cap. 13. num. 22. Gratian. cap. 660. num. 29. Sed quia debitum ceſſum, licet vigore inſtrumenti ceſſionis dependẽtis ab alio inſtrumento promiſſionis dotis, & pro ea intereſſe eidem Iuliæ non erat liquidum, tum reſpectu ſummæ prætenſæ, tum quoque quia indigebat tela iudiciaria audito ipſo Monte. Idcircò opponi non poterat, quia compenſatio debiti litigioſi non admittitur, cum liquidatio verſetur circa debiti ſubſtantiam, non autem circa quantitatem, Bardell. conſil. 70. num. 3. volum. 1. quo caſu ſuccedit regula vulgata, quod de liquidò ad illiquidum non fit compenſatio, Mandell. conſil. 575. num. 25. Zanger. de excep. par. 3. cap. 41. num. 94. Nec compenſatio opponitur de debito liquidando contra liquidatum, Gratian. cap. 1. n. 11. & cap. 734. n. 14. adeò quod cõpenſatio non admittitur de credito executiuo vigore ſententiæ cum debito non executiuo, vt ibi Amat. n. 8. quanquam autem dicant Doct. idem eſſe in debito de proximo liquidando, Anton. de Amato vbi ſuprà n. 10. Intrigl. d. conſ. 8. num. 3. Anna alleg. 80. num. 4. Gratian. cap. 224. num. 46. & 47. Surd. conſ. 296. n. 4. Et ſic admitti videtur compenſatio poſt ſententiam, & rem iudicatam, ſi tamen erat liquidum, Gratian. d. cap. 515. n. 48. & quando liquidum cenſetur, præſertim ex inſtrumento, docet ibidem Leopol. Halkhel. theſi 20. huiuſmodi exceptionem paratam reus habet, & debitum liquidum ſit, vel de proximo liquidandũ, l. 2. C. de compenſat. cum alijs apud Linglois dec. 13. q. 6. ſub n. 20. verſ. vt vbicunque, vbi verſus fin. ex Bart. in l. vlt. n. 5. de compenſat. dicit hoc caſu expectandum, donec debitum liquidetur, ea ratione, quia reus confeſſione ſua actorem à probatione ſua releuauit, ex Cepol. caut. 83.

vndè ſubdit dicẽdo, ſed hodie ſolẽt Iudices authoritate tale debitum adiudicare per modũ prouiſionis, quod æquitati cõſẽtaneũ eſt, ex ratione ibi adducta. Et proptereà facta relatione in S. R. C. die 9. Maij 1644. per meritiſſimum Reg. Conſil. Aloyſium Gamboa I. C. præſtantiſſimum, ac meum Dominum obſequentiſſimum, fuit deciſum, non eſſe locum compenſationi, ſaluis iuribus competentibus hæredibus ipſius quondam Alphonſi contra dictos Gubernatores dicti Montis, ponès Secretarium, in Banca Speræ Magiſt. Act.

Compenſatio an admitti debeat pro legato facto cum medietate bonorum antiquorum pertinentium ad agnatos vigore Conſuetudinis Neapolitanæ, & in hoc erit ante omnia aduertendum ad dictam medietatem debitam, vt ſuprà, ſi erit debitum voluntarium, vel neceſſarium, nam ſi iure legati ipſa medietas debetur, vt opinatur Apoſtilla ad Conſuet. Si aliquis, incip. vide ſuprà fol. 171. Proculdubio erit debitum voluntarium, & in hoc caſu quando debitum eſſet voluntarium compenſatio non admitteretur, probat Ramon. conſ. 30. n. 12. Gratian cap. 134 nu. 19. etiam quando relictum eſſet ex legis diſpoſitione neceſſarium & tale debitum voluntarium ex contractu, vt inquit Berous conſ. 46. n. 20. vol. 2. Sed ſi aliorum Doct. opinio communis intueatur, quod talis medietas nec ex teſtamento, neq; ab inteſtato debetur, ſed ex prouidentia dictæ Conſuetudinis Neapolitanæ, certum erit, quod eum vigore ipſius debeatur ex neceſſitate, vt refert Scipio Bucin. in annot. ad Conſuet. Et ſi teſtator, incip. circa hanc Conſuet. fol. 173. & iterum in alia Apoſtill. incip. an talem medietatem, fol. 181. eundem aſſequitur Molfeſ. ad Conſuet. Neap. p. 4. q. 65. n. 4. vbi allegat ad hoc Napod. in eadem Conſuet. Et ſi teſtator, n. 24. & lariſſimè ex pluribus alijs idem corroborat præfatus Molfeſ. d. p. 4. q. 61. à n. 1. ad 14. & ſic non iure hæreditario, vt aliqui dixerunt apud Præſ. de Franch. dec. 535. n. 1. Vndè videtur eſſe debitum neceſſarium, & circa hoc Doct. inſurgunt referendo illam altercationem, ſi fuerit factum legatum à teſtatore alicui, cui aliquid de iure debetur, ſi animo compenſandi factum cenſeatur, & indè compenſatio admittenda ſit, de qua per Aym. conſ. 131. n. 14. & in conſ. 149. Viſill. ad Afflict. dec. 44. quos citat Præſ. de Franch. in addit. ad Proœmium Napod. incip. vide deciſ. fol. 9. aſſerentes, eſſe locum compenſationi, de quo ſatis apud Marram in eius ſumma legali p. 4. q. 18. art. 6. per totum, vbi plures caſus recollexit ad hoc, latius Molfeſ. ad dict. Conſuet. p. 6. q. 11. nu. 4. & 18. Mandell. conſ. 17. num. 6. & per totum, Hondell. conſ. 50. vol. 2. Anchar. lib. 1. q. 41. n. 10. ſemper enim præſumitur animus compenſandi cum debito neceſſario, Honded. conſ. 63. n. 99. vol. 1. Morot. conſ. 31. Gratian. cap. 448. n. 14. Syluan. conſ. 49. n. 18. Prætereà legatũ cõpenſatur cũ quarta ex ſtatuto debita, vt proſequitur Hier. Gabr. conſ. 16. nu. 31. vol. 1. Sed quia in terminis hanc eandem quæſtionem examinauit præfatus Scipio Bucinus in d. Apoſtill. ad Conſuet. Si teſtator, incip. circà hanc Conſuet. verſ. ſed nota, quia vidi dubitatum in facto, vbi articulum diſputat, ſi legatum agnato factum imputetur in medietate, & ipſum pro vtraq; parte diſcutit, vbi negatiuam partem aſſequitur, ea ratione, quia talis medietas debetur à poſſeſſore

bonorum, ſiuè ſit hæres, ſiuè non, ideò pro reſolutione reliquit cogitandum, eundem citat Moleſ. in Conſuet Neap. p. 2. tit. de bonis, q. 13. n. 8. licet contra ipſum teneat, locum eſſe compenſationi, ſed Lęlius Caputus in ſua repetit. ad Conſuetud. Neapol. in Conſuet. Si moriatur. p. 2 §. 11. à n. 45. diſputat articulum pro vtraq; parte, & demum ſuo diſtinctione concludit n. 48. quod aut legatum conſiſtit in bonis antiquis, in quibus teſtator pro illis non habet ius, nec poteſtatem diſponendi, licet vni ex coniunctis fiat legatum bonorum antiquorum ſpeciale, tunc pro medietate erit legatarij ſimpliciter, & alia medietas inter omnes erit diuidenda, ex rationibus ibi aſſignatis, quando verò vt ſubdit n. 49. relictum fuerit ſub nomine petitionis Conſuetudinis, tunc procederent in contrarium adducta, non eſſe locum compenſationi, ex quo videtur adimplere voluntatem Conſuetudinis diſponentis in beneficiũ agnatorum. Tandem per S. R. C. deciſum fuit, cõpenſationi locum eſſe pro legato facto cum medietate ſpectante ad agnatos vigore Conſuetudinis Neapolitanæ in cauſa Franciſci Moliſſi cum Sacro Hoſpitale Pacis huius Ciuitatis, in banca Bernardi Speræ Mag. Act.

Compenſatio admitti an debeat pro capitale cum tertijs decurſis inter diuerſas perſonas prætendentes, illam fieri debere, & ſi alienum eſſet debitum, licet prętendatur, nomen debitoris ex anteriori hypotheca eſſe obligatum, & quid ſi pro eadem cauſa, vel ex diuerſis cauſis, interueniente etiam euictione ſubſequuta prætextu alterius creditoris inſtantis pro conſecutione ſui crediti, ex ſequentibus in iure allegatis facti ſeries nedum, ſed etiam rationes iuris connumerantur, dum in cauſa hæredum D. Octauij de Aquino cum hæredibus Aſcanij Cuomo id contingiſſet in S. C. ventilari iunctis aulis, videlicet. Vendita in anno 1595. per D. Fabium Capycium Galeota Terra Cariſij D. Octauio de Aquino pro ducatis 20. mille, ac ſolutis in partem pretij duc. 6588. creditoribus quondam Io. Franciſci Cuomo prioris Domini dictæ Terræ, cui D. Fabius ſucceſſerat per intermediam perſonam Laudoniæ Cuomo eius auiæ paternæ cum ceſſione iurium ad beneficium Aquini emptoris, & promiſſis D. Fabio venditori ann. duc. 912. pro interuſurio reſtantis pretij, inſtitit Aſcanius Cuomo cõtra Aquinũ emptorẽ pro venditione Terræ prædictæ, ex quo erat declaratus creditor ipſius D. Fabii hæredis Io. Franciſci Cuomo in ducatis 22. mill. & licet Aquinus Terram prędictam retinere contenderet pro quantitatibus ſolutis anterioribus creditoribus, decreto tamen S. C. fuit terra vendita, & empta per eundem Aſcanium pro ducatis 22. mille, præſtita tamen cautione per ipſum de ſoluendo Aquino quantitates omnes ſolutas creditoribus anterioribus. Compilato igitur proceſſu per Aquinum pro recuperatione quantitatum ſolutarum creditoribus anterioribus, obtinuit tantum pro ſumma ducat. . . . . & cum fuiſſet oppoſitum per hæredes Aſcanii Cuomo, debere Aquinum cum quantitatibus prædictis compenſare tertias, quas D. Fabius debebat pro reſtanti pretio dictę terræ, & ſtante mandato ad inſtantiam Iuliæ Piſcicellæ alterius creditricis. Excepit Aquinus, ipſum non teneri ad compenſandum has tertias cum dicta ſumma, pro qua ex ceſſionibus prædictis obtinuit contra hæredes Aſcanii Cuomo; quia vltrà ſummam prædictam ipſe Aſcanius ſtante dicta euictione paſſa debebat conſequi à prædicto D. Fabio venditore alios ducatos 5000. in circa pro complemento dictorum ducatorum 6588. ſolutorum tempore emptionis, & debebat conſequi ab eodem D. Fabio etiam intereſſe dictæ euictionis, & cum dictis quantitatibus; quas conſequi debebat ab ipſo D. Fabio cõpenſauit has tertias, quas eidem d. Fabio debebat, ideoq. non teneri ad aliam compenſationem prætenſam per hæredes d. Aſcanii Cuomo, ad quam ſtantibus prædictis nullatenus cogi poterat, vt ex infra dicendis luce clarius patebit. Et primò, quia hæredes de Aquino pro quantitatibus ſolutis anterioribus creditoribus ſunt liquidi creditores d. Aſcanii vigore obligationis, & fideiuſſionis per eum pręſtitæ penes acta S. C. & prædicti hæredes de Aquino nunquam fuerunt debitores dicti Aſcanii, ideòq. perperam obiicitur compenſatio, quæ inter debitorem, & creditorem mutuo inter ſe debentes tantum admittitur, l. 2. ff. de compẽſat. cum ſit debiti, & crediti inter ſe contributio, l. 1. ff. eo. Nec vnum facit partis obiectio, quod Aquinus erat debitor D. Fabii pro tertiis reſtantis pretii Terræ Cariſii, & cum D. Fabius ſit debitor Aſcanii ex perſona ſui debitoris, compenſationem opponere valet, ſatis enim diluitur oppoſitio, dum parti deficit factum, quod ſibi aſſumit, & ſi adeſſet de iure, non proficeret, deficit enim factum, quia nullum exhibet creditum contra D. Fabium, nec nomine proprio, nec hæreditario, cum hęres ſit Laudoniæ Cuomo auiæ per intermediam perſonam Ioannis Franciſci Galeotæ patris cum beneficio legis, & inuentarii, quinimmò ſuper bonis hæreditariis ex iuribus maternis, & aliis creditis, anterioribus actionibus potiatur, nec ſi eſſet creditor D. Fabii in actione perſonali ad hanc compenſationem obtinendam ſibi prodeſſet, cum creditor compenſare non cogatur quod alteri, quam debitori ſuo debet, etiam ſi ille alius conſentiret, l. ſi in rem 28. § 1. ff. de compẽſ. l. eius, C. eo. Et in terminis, quod non obiiciatur compenſatio de debito alterius, etiam ſi ille alter eſſet debitor obiicientis compenſationem; determinauit Anton. Fab. ad 4. lib. Cod. tit. de compenſat. defin. 160. quem referens ſequitur Caſtill. quotid. controuerſ. lib. 4. par. 1. cap. 40. n. 118. Secundò, interim gratis admiſſo, de debito alterius compenſationem obiici poſſe, nihilominus nec admittenda eſſet compenſatio hæc, pro qua iſti de Cuomo inſtant, quia ipſi de Aquino ſunt etiam creditores eiuſdem D. Fabii, & hypothecarii cum aſſecoſu pro euictione paſſa eiuſdem Terræ Cariſii per D. Fabium venditæ, vigore cuius hypothecæ obligata habent bona dicti D. Fabii, & nomina debitorum ipſius, l. ſi nomen, C. quæ res pign. obl. poſſ. l. grege, §. cum pignori, ff. de pignor. & ſic eorum, & proprium nomen in illis quantitatibus, in quibus ſunt debitores D. Fabio, vt poſt Soc. in conſ. 180. col. pen. lib. 2. & Corn. conſ. 61. in 3. vol. validè probat Neguſan. de pignor. 3. membro 2. p. n. 22. quem probant Capyc. deciſ. 88. Franch. dec. 53. in fine ex doctrina Bart. in l. cum ex pluribus, in fine, ff. de ſolut. & cæteri per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 224. num. 64. ideoque ſuper dicto eorummet proprio nomi-

Digitized by Google

nomine tanquam ipſis hypothecato præferendi eſſent cuiq; alteri creditori in actione perſonali ipſius D. Fabij, Leos cum ſimil. C. qui pot. in pign. & nedum debitor, idemque creditor habens nomen ipſiuſmet obligatum ſuper eo præfertur cæteris creditoribus, perſonalem tantum habentibus, ſed ſi eſſet creditor ex pluribus cauſis, haberet electionē cōpenſandi in cauſā, quā vellet, Bar. in d. l. cū ex pluribus, in fine, de ſolut. & reliqui p Gratian. loco citato. Quibus non adnerſantur dicta per D. de Franch. d. dec. 53. quod exiſtente alio creditore in medio, debitor, idemq; creditor compenſationem obiicere non valet, quia apertè loquitur de alio creditore exiſtente in medio habente anteriori hypotheca nomen illud, de quo agitur obligatum, quod longè abeſt à caſu noſtro, vbi iſti de Cuomo nedum non anteriori, ſed nec equidem hypotheca aliqua ſuper dicto nomine potiuntur. Tertiò, interim conceſſo, & non admiſſo, ipſos de Cuomo habere hoc nomen debitoris, de quo agitur, anteriori hypotheca obligatum, nec etiam impediri potuerat compenſatio inter ipſos de Aquino, & dictum D. Fabium, quia & ſi vera ſit maxima, quod debitor, idemque creditor compenſare nequit, exiſtente alio creditore hypothecario anteriori in medio, illa tamen limitatur, quotieſcunque compenſatio ipſo iure inducta fuiſſet, vel compenſationis obiectio facta eſſet, antequam iſte alius creditor ſe opponeret, quia tunc compenſatio perfecta, & conſummata amplius reuiuiſcit, l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ. quę & ſi loquatur in ſolutione, idem tamen eſt in compenſatione, quæ pro ſolutione habetur, l. ſi conſtat, C. de compenſ. l. 4. ff. qui pot. in pign. l. dediſſe, ff. de verb. ſignific. quod vtrumque intercesſit in caſu noſtro. Nā erat prius oppoſita compēſatio virtualiter inter Aquinos, & D. Fabiū, vt colligitur ex inſtātijs, exceptionibus, & replicationibus hinc indè productis, & factis in iudicio euictionis prius inter eos moto, cū opponenti ſufficiat proponere factū, taliter quod reſultet exceptio, licet exceptio ſpecificè non opponatur, Bart. in l. 1. num. 10. & in l. 2. ff. de except. & in l. 4. §. hoc autē, ff. de damno infect. Affl. deciſ. 354. num. 10. Lanſ. Balb. deciſ. 276. cum quod tacitè ineſt, pro expreſſo habeatur, etiam in libellis, Bar. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet. Innoc. in cap. ſuper literis, de reſc. Affl. dec. 3. Erat etiam facta compenſatio ipſo iure, abſque hominis oppoſitione, quia creditum ipſorum de Aquino contra D. Fabium pariebat vſuras, ſiuè intereſſe, ſiquidem D. Fabius ſtante euictione ſequuta dictæ Terræ tenebatur ad reſtitutionem partis pretij ſoluti, vna cum intereſſe damni emergentis, cum pro ea ſoluenda ipſi de Aquino tot annuos introitus vendiderat, & quotieſcunque vtraque quantitas hinc inde debita, ſiuè ab altera tantum parte, producit intereſſe, ne vſurę currant, compenſatio fit ipſo iure, licet regulariter non fieret abſque hominis oppoſitione, d. l. ſi cōſtat, & ibi Gloſ. & reliqui, C. de compenſat. Cioc. conſ. 95. num. 25. Rol. conſ. 87. num. 76. lib. 1. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. de compenſat. num. 24. Barboſ. in l. diuortio, §. ob donationes, num. 35. ff. ſol. mat. Honded. conſil. 38. lib. 2. cum multis congeſtis à Tiraq. in 1. retract. §. 3. gloſ. 3. num. 9. Coibul. in tract. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob non ſol. can. limit. 5. Seraf. deiuramento priuil. 74. ſiuè agatur de intereſſe lucri ceſſantis, ſiuè damni emergētis, ſiuè intereſſe iure actionis, ſiuè officio Iudicis, vel ex quauis alia cauſa debiti. Caſtill. dicto cap. 40. num. 113. Iaſ. in §. in bonæ fidei, n. 32. Inſt. de action. cum alijs per Modernos Gallos de vſuris, q. 43. n. 326. Medic. de compenſat. par. 1. quæſt. 50. ſiuè vtrūq; debitum ſit vſuratium, ſiuè ab altera parte tantū, ſiuè vſuræ æqualiſſimæ, ſiuè inęquales, Lupus de vſur. ad l. 2. C. de pact. inter empto. & vendit. cōment. 2. §. 4. num. 115. vbi alios affert. Quartò eſt aduertendum, quòd Aquini erant debitores, & creditores D. Fabij ex vna, & eadem cauſa, & ex eodem contractu, quo caſu fit compenſatio, abſque hominis oppoſitione, Bal. in l. Meuius, §. arbiter, in 2. lect. ff. fam. erciſc. vbi quod quando ex vna, & eadem cauſa procedit debitum, hinc inde fit compenſatio ſine aliqua obiectione cōpenſationis, & eſt potius quidam calculus, quam compenſatio, ſin autem ex diuerſis, & pluribus cauſis oportet obijcere compenſationem, & idē Bal. dicebat in l. ſi negotia 12. in fine, ff. de neg. geſt. quod fortior eſt compenſatio vnius cauſę ad ſeipſam, quam ad aliam, cui annuit Alber. in l. procurator ad exhibendū §. 1. ff. rem rat. hab. vbi quod vera compenſatio eſt cōtributio vnius debiti ad aliud, hæc autem eſt expulſio vnius debiti ad ſeipſum, & competit potius exceptio doli. Quintò, quia licèt Aquini eſſent debitores in aliquo reſiduo pro interuſurio reſtantis pretij Terræ Cariſij; nihilominus ſequuta euictione, nedum ex eodem contractu emptionis ipſis competebat actio ad recuperationem quantitatis ſolutæ in partem pretij, l. Iulianus, §. offerri, in fine, ff. de act. emp. ac ad omne intereſſe euictionis, l. venditor cum concord. ff. de except. ſed etiam ex eodem contractu competebat eis exceptio rei cohærens, & intrinſeca, ne amplius tenerentur ad ſolutionem illius, quod debebant pro reſtanti pretio, ſed illud retinerent, vt minus intereſſe paſſi viderentur, l. ſi ex prædijs, C. de euict. l. ſi pendēte, ff. de action. emp. & ibi Gloſ. Bal. & Salic. dicentes, venditorem agentem ad pretium, vbi res non eſt tradita, vel tradita, & non libera, & eo magis euicta, repelli exceptione doli; vndè cū hodie ipſi de Cuomo ex perſona D. Fabij eorum aſſerti debitoris prætēdunt ab ipſis de Aquino id, quod Aquini debebāt pro intereſſe reſtantis pretij dictæ Terræ, excipiunt Aquini, eos ob euictionem paſſam ad id non teneri, cum retineant, vt minus intereſſe paſſi videantur, quod ius excipiendi cum ſit intrinſecum, & rei cohærens, quia deſcendit ex vno, & eodemmet contractu; quemadmodum obſtaret D. Fabio venditori agenti, ita & ciuilibet ex perſona ipſius D. Fabij venienti, Bart. in l. ſi tertias, §. ſi quis prius, in fine, ff. de aqua pluu. arc. Gloſ. in l. apud Celſum, §. ſi cum legitimam, verbo hæreditatem, in fine, ibique Bart. ff. de dolo malo, metuſvè except. Et in terminis, quod exceptio euictionis paſſę noceat nedum venditori, ſed cuilibet alteri, ex ipſius perſona venienti, deciditur in l. fin. ff. de excep. rei vend. & non trad. Nec obſtat tandem vis, ſiuè conatus aduerſarij, quem facit in mandato ad inſtantiam Iuliæ Piſcicellæ conctedictricis, quia ſi compenſatio eſt prius facta, aut ipſo iure inducta, vel fieri non oportebat, cum ex eadem cauſa potius fit calculatio, quam com-

N 2 pen-

penſatio, vel dicti de Aquino ſtante euictione paſſa non tenebantur aliquid ſoluere, in omni caſu ex prædictis mandatum aſſertum nil omnino operari potuit. Nec præterea ex abundanti omittimus, mandatum fuiſſe extinctum per ſolutionem eidem Iuliç factam, l. ſi pecunia, §. fin. ff. vt in poſſ. leg. vbi Bart. & reliqui, l. conſentaneum, C. quomodo, & quando Iud. vbi Caſt. & Alex. Pariſ. conſ. 107. num. 134. lib. 3. quod quando ſequeſtrum fit, ad finem vt quis ſoluat, per ſolutionem reſoluitur, nec requiritur Iudicis licentia. Nec mandatum factum ad inſtantiam vnius alteri prodeſt, ſiquidem tex. in l. cũ vnus, & l. fin. C. de bon. auct. Iud. poſſ. procedũt in immiſſione ex primo, vel ſecundo decreto, non autem in mandato, ſicut etiam nec fideiuſſio præſtita ad inſtantiam vnius creditoris de reſtituendo iuuat alteri, vt ex pluribus deciſum probat Maſtrill. dec. 126. ex quibus omnibus denegãda eſt petita cõpenſatio ipſis de Cuomo, & procedẽdũ eſt cõtra eos ad exactionem omnium quantitatum ſolutarum creditoribus anterioribus, ad quas ſe obligauerunt cum fideiuſſione penès acta S. C. prout prouideri ſperatur; cętera ſuppleant eminentiſſimi Iudices. Facta relatione in S. R. C. die 30. Octobris 1621. iunctia Dominis duarũ aularũ per Reg. Conſiliar. Mattheũ Patiuno, fuit determinatum, non eſſe locum compenſationi, in Banca de Viuio pro Felice.

Componere nequeunt Barones delicta indiſtinctè clauſis oculis, ſed eis permiſſum ſit in illis caſibus, vbi condemnatio militaret, non autem vbi abſolutio ſuccederet, & ita fuit per S. C. iudicatum in cauſa Terræ Burgentiæ cum eius Domino, Nouar. in Pragm 6. collect. 7. num. 13. de Baron.

Componi an poſſit delictum, vbi eſt pœna arbitraria, & non ſtatuta certa lege, abſque partis remiſſione, reſeruando ius parti, concluditur affirmatiuè, & in caſu vigente deciſum fuit, vt ad vlteriora procederetur ad inſtantiam intereſſe prætendentium pro eorum intereſſe, refert D. Reg. Sanfelic. deciſ. 53 à n. 40. ad finem.

Cõpromictere an poſſint Iudices, & cogere partes in ipſum, quamuis Iudex poſſit de per ſe partes ad compromictendum hortari, non tamen iubere, Gloſ. 1. in l. furti, §. qui iuſſu, ff. de his, qui not. infam. & tunc valebit, quando eſſet competens, Auiles in cap. Prætorum, cap. 9. Gloſ. compromiſſos, num. 3. attamen ipſe Iudex nequit compellere partes, vt in ipſum compromittãt, niſi ipſę velint, Gloſ. 1. in cap. literas, circa medium, de præſumpt. niſi quando viderit, quod via iudicij, vel ſententiæ non poteſt ſedari, Auiles in cap. prætorum, cap. a. gloſ. partialidad nu. 24. quod tamen non procedit in S. C. cum poſſit cogere partes ad ſibi compromittendum cauſas fortè intricatas, & dubioſas inter partes conſanguinitate coniunctas, prout refertur ab Affl. in calce dec. 13. & idem Affl. in deciſ. 149. in fine, ibi, quod etiam S. C. habuit hanc poteſtatem compellendi partes ad compromiſſum, prius monendo, & requirendo, quod compromittatur, ſi S. C. videbitur, &c. & ſic cauſę aliquando compromittuntur in Sacrum Conſilium tanquam in Arbitratorem, Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. p. 7. Gloſ. condemnando, num 49. prout fuit iudicatum in cauſa Don Camilli Columnæ cum Illuſtr. Duce Zagarolę eius Germano, ad relationem Regij tunc Conſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris die 16. Aprilis 1625. & fuit deciſum, quod cauſa compromittatur de iure, & de facto in idem S. C. & in ſpectabilem Præſidem, in Commiſſarium cauſæ, in Conſiliarios de Petio, & Paſcalem, & interim ſoluantur d. D. Camillo in cauſam declarãdam tertiatim duc. 1800. penès Secretarium in Banca Figliolæ. Verum quia nulla expeditione facta ob abſentiã Præſidis, & tranſitum Commiſſarij ad aliam aulam ob obitum Conſil. Paſcalis; interea inſtante Baronagio Regni, ex ordine Suæ Excellentiæ fuit talis facultas ſublata à S. C. determinandi cauſas, vti Arbitro, & iuſſum, vt decidi deberet S. C. vti Iudex; cuius reſcripti intuitu non potuit procedi ad expeditionem, & ſic cum fuiſſet inſtatum procedi iudicialitèr, demum facta relatione in eodẽ S. C. fuit prouiſum, vt procederetur in S. C. iudicialitèr, oppoſitis non obſtantibus.

Compromicti an debeat cauſa inter filiam naturalẽ fratris cũ eius ſorore, ſeruata forma pragmaticæ, deciſum fuit per S. C. negatiuè in cauſa Iſabellæ Abbate cum Diana Abbate, refert Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 322. n. 5. in noua impreſſione.

Compromiſſum inſpecta diſpoſitione iuris communis peti debet inſtante parte coram Iudice ordinario, quando vigore ſtatuti fieri determinatum eſſet, vt tradit Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 115. n. 266. & hoc peti debet à die litis conteſtatæ, nam de iure dicitur verti quæſtio, & conſequenter faciendum eſt compromiſſum, ità ex Angel. conſ. 195. n. 2. Cuman. conſ. 17. n. 2. firmat Carpan. eo. loco n. 116. Poſt verò litis conteſtationem, vel ſi datus eſſet terminus ad probãdum, præcluſa eſt via compromiſſo, vt inquit Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eor. quæ fiunt in contin. lib. 2. cap. 128. n. a. vbi id limitat, dicendo. Verum ſi ſtatim poſt datum terminum excipiatur de compromiſſo, creditum eſt à nonnullis, illi locum eſſe, ex Vrſill. & Burrell. ibi relatis, prout ità in contingentia facti retuli deciſum in prima parte noſtri Compend. verb. compromiſſum an peti poſſit, verum ſi fuerit proceſſum ad citationem teſtium, vel articulorum pręſentationem, ſecus eſſet, ex Capyc. dec. 48. n. 4. & ſic ad actum ſubſequentem poſt termini dationem ſubſequutum, in quo fuerit petitum compromiſſum, vt contingit in cauſa Lęlij Biſulchi cum hæredibus Aureliæ de Priſco, & ſucceſſiuè cum Scipione Biſulcho eius hærede, qui petierat cõpromiſſum poſt dationem termini in actu ſubſequẽti, dum fuerat interlocutum, quod idem Examinator electus præuia buſſula in termino remiſſionis valeret examinare teſtes in cauſa principali, imò poſt citationem teſtium, fuit interpoſitum decretum auditis partibus, quod procederetur in S. C. petito compromiſſo non obſtante, dum fuiſſet appellatum, & obtentum verbum fieri. Facta relatione in eodem S. C. per Reg. Conſil. Hectorem Capycium Latro die 3. Martij 1640. Per S. R. C. declaratum fuit, benè prouiſum per Mag. cauſæ Commiſſarium ſub die 24. Ianuarij proximi præteriti, penès Secretarium, in Banca Iacobi Figliolæ.

Compromiſſum petitum per fratrem conuentum vti hæredem patris à ſorore creditrice vigore publici inſtrumenti, ac vti legataria eius matris, an concedi debeat, non obſtante exceptione diſcuſ-

ſionis

ſionis inuentarij per eundem fratrem oppoſita; percipiebatur ex facto, quod cum fuiſſet conuētus Sebaſtianus Scalſus vti hæres ſui patris ab Antonia Scalſa eius ſorore ſuper certis eius prætenſionibus ſuper hæreditate paterna, nedum ipſe conuentus aduerſus petita oppoſuerat exceptionem inuentarij, ſed etiam cauſam compromitti, ſeruata forma Regiæ pragmaticæ 1. de arbit. ſed replicatum fuit tam ex parte ipſius Antoniæ, quam D. Innocentij de Roſa eius filij non poſſe tractari de compromiſſo, poſtquam ipſa Antonia nedum erat creditrix vigore inſtrumenti publici, ſed etiam vigore teſtamenti materni, in quo apparebat factum legatum ipſi Antoniæ, & cum in dicta pragmatica ſint exceptuatæ cauſæ, vbi extant inſtrumenta, & teſtamenta, ideò compromitti non potuerat, prout cum fuiſſet domi prouiſum per cauſæ Commiſſarium eſſe procedendum ad vlteriora, petito compromiſſo non obſtante, fuit poſtmodum confirmatum per S.C. die 1. Martij 1636. ad relationem Regij Conſil. Thomæ de Franchis, & iterum in cauſa reclamationis die 24. Maij 1636. in banca Solatij, penès Secr.

Compromiſſum factum per tutorem de re pupilli abſq; decreto Iudicis an iure ſubſiſtet, fuit per S. C. negatiuè deciſum in cauſa Antoniæ Fauæ cum Troiano de Parre, vt refert Nouar. in prag. 1. collect. 2. n. 3. de arb. quam deciſionem prius poſui in prima parte noſtri Compendij, verbo compromiſſum.

Compromiſſum in cauſa alimentorum an erit concedendum, deciſum fuit negatiuè per S. Conſ. in cauſa Ioannis Franciſci de Franchis cum Liuia Ambroſina, refert Nouar. in pragmat. 1. collect. 2. numer. 4. de arb. quam prius retulit Molfeſ. relatus per me in par. 1. Comp. verbo compromiſſum.

Compromiſſum peti an poſſit illico conceſſo termino, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. in cauſa D. Sancij Baſtidæ, refert Nouar. in prag. 1. coll. 2. num. 26. de arb. quam retuli prius in d. p. 1. eod. verbo.

Compromiſſum peti non poteſt, vbi adſunt inſtrumenta publica, & liquida, iuxtà pragm. 1. de arb. quod procedit reſpectu principalis, & non tertij, vt fuit deciſum per M. C. in cauſa illorum de Pandolfo, refert Nouar. in prag. 1. coll. 2. n. 20. de arb.

Cōpromiſſum inter cōiunctos ſeruata forma Reg. prag. cōcedi an debeat, vbi agitur vigore inſtrumenti liquidi, nō tñ executiuè, ſed ordinariè, aut coloratè, potiſſimū ſi ageretur de quęſtione iuris dubia; vel de dote, & ipſius intereſſe, aut de quantitate paragij ſuper feudo, pro quo in iure allegauit D. Reg. Fabius Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. controuerſ. 63. vbi in calce inquit, die ſabathi 5. Nouembris 1611. referente D. Conſil. Georgio, D. Didaco Lopez, & D. Aloyſio Xaraua fuit confirmatum primum decretum ex tempore, & feſtinanter latum, his non allegatis, quod procedatur in S.C. petito compromiſſo non obſtante, & moti fuerunt, vt accepi, quia capitula matrimonialia, de quorum ſenſu, & validitate agebatur, fuerunt confirmata mediante decreto S. C. & ſic inconueniens viſum fuit permittere, vt Arbitri reuiderent prouiſa per S.C. & etiam quia inſtrumentum de per ſe erat liquidum, licet par oppoſitionem partis redderetur illiquidum, hæc ille.

Compromiſſum & ſi in cauſis feudalibus non admittatur, an quoties ageretur de quantitate, & qualitate vitæ, & militiæ admitti debeat, nil refragante fortè teſtamento anteceſſorum condito pro legato portionis debitæ, de hoc incidit altercati in S. C. in cauſa Illuſtr. Ducis Balneariæ, ac Principis S. Antami cum D. Paulo Ruffo fratre ſecundogenito, vndè pro defenſione ipſius Illuſtr. Ducis hæc fuerunt allegata per Peritiſſimum I. C. Ioannem Antonium Pariſium, videlicet: Petijt D. Paulus Ruffus ſecundogenitus Ducis Balneariæ à Duce, & Principe S. Antami primogenito fratre in bonis paternis, ſaltim legitimam, in feudalibus autem vitam, & militiam, & portionem ſibi per Ducissam matrē in teſtamento relictam, volens Dux paterno affectu agere, iuſtis ex cauſis compromiſſum petijt; recuſat D. Paulus, primò, quia & ſi Pragmatica Odia litiū cogat, vt conſanguineus, vel affinis altera parte petente compromittat, excipit tamen cauſam feudalem, quod extenditur ad vitam, & militiam, Afflict. dec. 43. Minado. deciſ. 3. Excipit ſecundò cauſam inſtrumentalem, & dum adſunt duo teſtamenta, maternum nempè, & paternum, non eſt locus compromiſſo ex Prudentum interpretatione, qua fuit exceptio ampliata etiam quoad teſtamentum, & ſic de inſtrumento fuerit loquuta Capyc. dec. 48. Addit & tertiò, diſpoſitionem mentionati ſtatuti ceſſare etiam in iuris articulo, ex quo omnia in iure ſunt clara. Verùm re benè perpenſa ex infraſcriptis breuiter notatis, omni iure compromiſſo locum eſſe oſtenditur ex verbis, & mente eiuſdem ſtatuti, ex generali regula ipſius, quæ omnes cauſas inter conſanguineos, & affines compromittendas mandauit, id, quod decem cauſis ampliauit Maran. in ſpecul. par. 6. ver. aliquando petitur compromiſſum, & totidem limitauit. Ex quo non eſt odioſa, ſed fauorabilis, poſt Bal. in l. qui ſe patris, C. vnde liber. Socin. ſenior conſil. 4. viſis actis, volum. 1. dum in litium odium tendit, l. fin. ff. famil. erciſcun. l. congruentius, C. de patria poteſta. Bortell. de compromiſſ. §. 1. gloſ. 1. num. 18. & per hoc dubitatur, ſi debet, nec ne compromitti, pronunciari debet, quod ſic, Caſtr. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. Afflict. deciſion. 170. num. 2. Excipiuntur inſtrumenta, ſententiæ, & obligationes liquidæ, & cauſæ feudales, quotieſcunque tamen inſtrumenta ſunt liquida, & ſententia in rem iudicatam tranſierit. Verùm ſi aliqua exceptione, vel nullitatis actu, vel reſciſſionis ipſius, vel aliqua probabili dubitatione vulnerantur, ceſſat ſtatuti exceptio, & tunc ſuper eo cadit compromiſſum, ita in terminis Socinus ſenior conſil. 4. & conſil. 266. num. 3. & 4. lib. 2. Dec. conſil. 474. num. 3. & pluribus citatis ſequitur Merlin. deciſion. Lucenſ. 29. num. 2. vbi ſic pluries per Rotam deciſum teſtatur maxima cum ratione, & ſi inſtrumentum rem liquidam, ac notoriam efficiat, Bar. in l. 1. num. 8. ff. de nou. oper. nunc. & hac ratione non ſit locus cōpromiſſo, procedit tamen quando aduerſus illud nulla proponitur exceptio, Cacheran. deciſ. 129. num. 7. & de per ſe ſtat ſine adminiculo alterius probationis, Bal. in l. final. C. de falſ. cauſ. adiect. lega. Quod procedit etiam in legatis, & teſtamēto, quibus in caſibus & ſi via exequutiua procedi

poſ-

poſſit abſque termino,& per viam præcepti, glo. communiter recepta in §. illud, authen. de hæred.& falcid.Craſſ.in §.legatum,quæſtion. 77. de ſucceſſion.Ludouic.deciſion.Peruſin.23.nec non ſi legatum,ſeù teſtamentum aliqualem habet difficultatem, ceſſat via executiua,& compromiſſo datur locus,& ſic in prima, & ſecunda inſtantia decìſum dixit Magon. deciſion. Lucenſ. 119. Ex quo regulatur compromiſſum à tranſactione,& ſicuti in re clara nõ cadit tranſactio,ſic in cõpromiſſo,l.1.ff.de tranſaction. l. in ſumma, & l.elegantet,ff.de condi.& demonſtr.l.ſub prætextu,C. de tranſact. Surd. decſ.185. num.9.& hac ratione ſi ſumus in ſententia, quæ in rem iudicatam non tranſierit, quo caſu facit de albo nigrum, l. ingenuum,ff.de ſtatu homin. adhuc cauſa compromittitur per dubium euentum, alias primo caſu expreſſa requiritur ſententiæ renunciatio, Surd.loco cit.num.12. & ſeq. & eadem ratione quando articulus iuris apertis libris eſt clarus, quo caſu tunc clarus dicitur, ceſſat compromiſſum. Verùm ſi eſt dubius etiam probabiliter,ſecus, Marant. loco cit.num.29. Bottell. pluribus citatis ſumma deciſion,titul.de compromiſſ.num. 106.& ſequen.Ex quo dubium iuris æquiparatur dubio facti, Ludouic. deciſion. Lucenſ.16. num. 7.& 8.poſt Baldum.in l.ancillæ,C.de furt. idem Ludouic. deciſion.47.num.11.& per hoc attento teſtamento liquido, & quod nihil remanebat agendum, niſi tantum teſtatoris mors erat probanda. Non mirum ſi per Sacrum Conſilium fuit deciſum,non eſſe locum compromiſſo, & ſic fuit intellecta per DD. & Maxill. ſuper Conſuet. Bari,verb.marito,num.22.præcitata deciſ.Capyc. quod ſecus eſt in caſu, de quo agimus,nam & ſi Duciſſa mater inſtituerit eius filios,inter quos eſt D.Paulus, mandauit tamen, quod Dux pater portionem,quã voluerit,daret, quæ matris inſtitutio eſt de iure valida, & non incidit in prohibitionem legis illa inſtitutio 33. & l. captatorias 72.ff de hæt. inſtit. quibus prohibetur,vltimam voluntatem ex alieno arbitrio pendere non poſſe, nam procedit, quando teſtator perſonam declarandam per Titium, & quam voluerit inſtitui, ſecus autem quando vltima voluntas non reſpicit ſubſtantialia inſtitutionis, ſed tantum qualitates,declarata hæredis perſona, poſt Cyn. in l.captatorias Bart. in d.l. illa, ſequitur Faber in Cod.Fab. de hæred.inſt. defin.12. & dum hodie Dux pater declarauit eius teſtamento, prædicto D.Paulo nihil deberi ſuper bonis paternis, vel maternis, ex quo fuit integrè ſatisfactus ex bonis, & fructibus perceptis per ipſum D. Paulum ex eius ſtatu Cablariæ, & dictus D.Paulus non petijt executionem teſtamenti,ſed illud impugnat, ſumus extra caſum dec. Capyc.& in tam largo patrimonio vtriuſque,matris, & patris vltrà iuris articulum intricatum, non clarum, & apertum,vt voluerunt Doct.ad finem excludendi compromiſſum, multa veniunt in facto diſcutienda circa quantitatem bonorum allodialium, & feudalium, & circa onera deducenda,& portiones faciendas inter maſculos, & fœminas numero vndecim, & ſi renunciationes factæ per fœminas monacatas cedunt totaliter in beneficium primogeniti hæredis, vel totius patrimonii. Quod autem dicta paterna diſpoſitio iuris habeat fomentum,non eſt dubitandum, poterat enim pater in portionem, & legitimam compũtare omnes quantitates receptas per filium ipſo viuente,idem Fab. loco citato deciſ.8. Quo verò ad vitam, & militiam eſt benè verum, quod non compromittitur, vti res feudalis,verum quando agitur de quantitate,& qualitate bonorũ,proculdubio cõpromittitur, poſt And.in Conſt. Comitibus ſic deciſum dicit Affli.dec.43.& 138. Vtſill. ibi,Anna conſ.75. num.2. Anna pater in Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, n. 284. Camer. in cap.Imperialem, fol.13.lit.D. & ſi contrariam opinionem tenuerit Martial. vt refert Minad. dec.3.cuius opinionẽ amplecti videatur Bottell. in ſumma deciſion. titul. de compromiſſ. num. 126. refert tamen idem Minado. Andr. opinionem ſemper fuiſſe ſequutam, & obſeruatam. Vndè concludimus, omni iure eſſe locum regulæ, vt compromittatur, & articulus iſte ſi debet compromitti, nec ne, notabiliter docuit Bar. in l. ſi quis in conſcribendo 1. lect. numer. 5. verſ, quod eſt vtile,C.de pact.quem ſequitur ibi Fulgoſ. vbi dicit ſic obtinuiſſe,Caſtr.& cæteri citati per Bottell. d.ſumma tit. de compromiſſ. nu. 108.cætera verò ſuppleant peritiſſimi Domini, Die 29.Auguſti 1643.Io.Antonius Pariſius.Facta relatione in S. R.C. die 9.Septembris 1643. per D.Don Flaminium de Conſtanno Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium,fuit deciſum,non eſſe locum petito compromiſſo ex cauſis in S.C. diſcuſſis,& indè iterum facta relatione per eundem in eodem Sacr. Conſil. iunctis aulis die 20. Nouembris 1643. fuit iudicatum, benè prouiſum per idem Sacr. Conſil. ſub die 9. Septembris 1643.penès Secretarium, in banca Spetæ Magiſt. Actorum.

Conceſſio annuæ præſtationis à Rege alicui facta propter ſeruitia an extinguatur per ingreſſum Religionis,ità quod ſi de ea fuerit facta donatio, renũciatio, aut ceſſio,ipſe donatarius,renunciatarius, ſeù ceſſionarius cenſeatur excluſus, hanc altercationem poſuit Donat. Anton. de Mariuis quotid.reſolut.cap.166. vbi adduxit deciſionem R.C. in cauſa illorum de Azia, ſed vltra ibi adducta cenſerem prima facie, illam eſſe extinctam per ingreſſum Religionis, poſtquã Monacus eſt mortuus Mundo, cap. volo, c.non dicatis 12.q.1. c.placuit 16.q.1.cum alijs apud Martam in ſumma de ſucceſſ p.4.q.4. art.3. n.1. & 4. nam ingreſſus Religionis dicitur mors ciuilis, quæ naturali æquiparatur, Gratian. cap.975. num. 54. Marta vbi ſupra num. 3. ideſt ciuiliter intelligendum ſit, & per conſequens cum mors ciuilis naturali æquiparetur, probat Theſaur.iun.lib.3.quæſt.foreuſ. q.36.num.2.& q.40.n.2.& retulit in d. q.36. num.7.Senatum in caſu ibi relato ſequutum fuiſſe hanc opinionem, vt per ingreſſum Religionis factus ſit caſus ſubſtitutionis,non expectata morte naturali, & ſi contrarium ex multis probet Fuſar.de ſubſt.quæſt.430. n.1. attamen in ſequentibus numeris dictam cõſultationem plurifariam declarat in multis caſibus ibi relatis,non eſſe expectandam mortem naturalem, præterea onus præſtandi annuatim aliquid alicui licet trãſeat ad hæredem reſpectu promittentis, non tamen reſpectu illius,cui facta ſit promiſſio, cum deſinat eo mortuo,nec ad eius hæredem pertrãſit, ex iuribus deductis per Iacob. Venet. in tract. de annua præſtat. p.2. q.30. ad quod optimè Petrus

Gar-

Garzia de Toleto deciſ.41.tradit quærendo, an conceſſio facta à Principe de ducatis centū ſuper functionibus fiſcalibus alicuius Comitatus cēſeatur fauorabilis, adeo quod in dubio trāſeat ad hæredes, & concludit negatiuè, ex Loff. in cap. 1. ver. cæteri vero, quis dic. Dux, Bart. & Alex. in l. quia tale, ff. ſolut. matr. ex aduerſo poterant plura conſiderari, & primò ſi conſideretur, quòd talis conceſſionarius eius vita durante cēſeri debeat vſufructuarius, iuxtà conſiderata per eundem Don. Anton. de Marin. vbi ſupra, & vltra eum, quia penſionarius æquiparatur vſufructuario, Reg. Valenzuel. conſ. 58. num. 23. vol. 1. Farinac. deciſ. poſth. 530. num. 2. tom. 2. & tunc cum ſit certum, quod penſio cenſeatur vſusfructus extractus à proprietate beneficij, vt ibi nu. 22. dixit Valenza & ſubſequitur, quod penſio omnis extinguitur morte penſionarij, vt ſubdit num. 24. ſic etiam in vſufructuario, ex Gutier. canonic. quæſt. lib. 2. cap. 1. num. 98. & 99. probat Caſtill. tom. 3. quotid. controu. cap. 12. ſub num. 9. & tom. 1. c. 64. etiam per ingreſſum Religionis, vt tradit Ioann. Stephan. Durant. quæſt. 11. in princ. quemadmodum etiam annui reditus ad vitam ſunt ſimiles vſufructui, ita quod illos emens dicatur vſumfructum emiſſe, latè Gratian. diſcept. forenſ. c. 756. num. 5. & morte extinguuntur, ſed per ingreſſum Religionis adhibita diſtinctione Religionis capacis, vel incapacis oſtendit ibi Caſtill. num. 9. quia morte extinguitur vſusfructus, Camil. de Medic. conſil. 126. num. 6. ex §. finitur, pariterque annui reditus ex cauſa alimentorum relicti, per mortem alimentarij extinguuntur, Surd. de alim. quæſt. 17. num. 1. & ſeq. ſub tit. 4 eundem ſequitur Molfeſ. ad Conſuetud. Neap. p. 5. q. 9. num. 22. Cabed. dec. ſ. Luſit. 145. num. 2. p. 1. etenim alimēta nutriſola morte naturali dumtaxat, non vero ciuili, vt bonorum, deportatione, damnatione in metallum, & capitis diminutione probat Caſtill. quotid. controu. lib. 3. cap. 12. num. . ibique n. 7. ſubiungit quærendo, ſi alimenta alicui debita finiantur eo ingreſſu, & profeſſo, vbi diſtinguit inter Religionem capacem, & incapacem, finiri ea exiſtente incapace, alias ſecus, & ita etiam concludit Marta dicta ſumma p. 4. q. 18. art. 7. nu. 37. & ſeq. in legato alimentorum ſi debeatur ingreſſo; hinc inferunt Doct. ad illam quæſtionem caſus fideicommiſſi. ſi factū ſit per ingreſſum Religionis, quam ibidem attingit de Marinis adducēs decitionem factam in cauſa illorum de Gaetanis, eſſe expectandam mortem naturalem. Et in hac altercatione Doct. videntur inuicem contrariari, poſtquam aliqui dixerunt, eam eſſe intelligendam opinionem reſpectu Religionis capacis ſucceſſionis ob perſonam Monaci, de qua vltra Gratian. cap. 102. num. 7. & cap 815. n. 19. & Mareſc. variar. reſolut. lib. 3. cap. 21. num. 79. latè per Fuſar. de ſubſtitut. q. 355. Ludou. Bell. conſ. 39. num. 4. & excluderet ſubſtitutum, ex traditis per eundem Fuſar. eo tract. q. 429. prout ita in contingentia facti deciſum tradit Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſa. num. 36. & in hanc opinionē inclinat Ripol. var. reſol. cap. 13. n. 373. eo maximè, quia ab homine mentio mortis fit, ideo de naturali erit intelligendum. Cęterum autem ſi eſſet Religio incapax, non procederet opinio ipſa, ſed non expectata morte naturali deficeret fideicommiſſum, ſiue ſubſtitutio, vt in caſu deciſionis relatę à Theſaur. vbi ſupra, aſſequitur Fuſar. conſ. 88. num. 5. Ludou. Bell. vbi ſupra num. 6. Ripol. vbi ſup. Gratian. d. cap. 102. num. 9. Mareſc. vbi ſup. n. 23. & propterea ſi mortis appellatione propriè intelligendum erit de naturali, & non ciuili, vt dixi, & probat Fuſar. d. tract. q. 450. n. 17. & conſil. 88. n. 7. Reg. Valenz. conſ. 135. num 123. volum. 2. Caſtill. d. cap. 12. n. 17. Ciuilin. controu. 88. num. 8. vbi plura ad hoc, attamen tunc æquiparatio admitteretur, quādo militaret eadem ratio, vt ibi Fuſar. aduertit num. 18. vel quando eundem pareret effectum, ſubnectit Fuſar. dicta quæſt. 430. num. 14. & dicto conſil. 88. num. 3. Conſil. Anna conſil. 14. num 8. & 9. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 71. n. 3. & dicto lib. 1. c. 21. nu. 83. Caſtill. ibi num. 25 aut quando expreſſum reperitur in iure, Ludou. Bell. conſil. 40. num. 4. Cenc. deciſ. 176. n. 10. Quo fit, vt mortui inſtar haberi Religionem ingreſſus debeat, ſecundum fictionem, vt inquit Reg de Ponte conſ. 16. num. 24. vol. 1. & ſic caſus Monacatus, quando dicatur poſitus per teſtatorem taxatiuè, ſeù demonſtratiuè, ita vt poſſit comprehendere etiam mortem naturalem, non ſimplicem profeſſionem, Gratian. probat cap. 481. a num. 44. ad 47. vbi plura, alias ſecus eſſet. Quæ ſiquidem omnia licitè applicari poſſunt præmiſſo caſui, ſed cum inſpexerim hanc conceſſionem factam à Rege certo militi, qui Religionem Capuccinorum ingreſſus fuerat, quæ etſi incapax ſit, & id ſpecificè attingit Mareſc. vbi ſup. num. 26. Caſtill. vbi ſup. n. 23. & reſpectu ipſius illius renūciatio remunerationis cadere non poterat, nec pariter reſpectu conceſſionarij, ſeù ceſſionarii ipſius Monaci, & regula illa reſoluto iure datoris reſoluitur ius accepto is, ad tex. in l. lex vectigali, ff. de pignor. adeò, quod mortuus ciuiliter æquiparatur mortuo naturaliter quoad acquiſitionē, & retētionē, Camill. de Medic. conſ. 71. n. 8. Niſi dicamus aliter in caſu noſtro, & aliter in caſu fideicommiſſi, ſeù ſubſtitutionis, ex illa notabili diſtinctione, quoniam in caſu, de quo agitur nō aliter de morte fit mētio, ſed de vita, quod ſecus eſt in caſu fideicōmiſſi, ſeù ſubſtitutionis, nō mirū ſi cū hac diſtinctione mortis erit procedendum, poſtquam mentio mortis non idem operatur, quod conditio, ſi ſuperuixerit, ſi expreſſa fuiſſet, cū in illa conſtat de mente donantis clara, velle ſcilicet vt ſubſtitutus ſuperuiuat, quod ſecus eſſet vbi mentio mortis fieret, quia reſpiceret executionem, ità pulchrè Bellus conſ. 20. num. 12. hinc eſt, quod diſpoſitio prohibita filijs in vita patris, cenſetur permiſſa poſt mortem, & è contra, Gratian. cap. 539. num. 18. & 19. & conſequenter limitatur concluſio, vt ſupra relata, non eſſe ſcilicet expectandam mortem naturalem; quando ingrediens ante profeſſionem bona fideicommiſſo ſubiecta, vel donauerit, vel vendiderit; quandiù enim viuet Religioſus tenebit donatio, vel venditio, ita Bal in conſ. 28 c. lib. 1. & Peregr. de iure Fiſci, tit. de deport. n. 21. & de fideicom. art. 28. num. 63. vbi ita in facto obtinuiſſe refert, quod probat Bellus dicto conſ. 39. num. 7. ideo poſſidēs bona ſic alienata, vel ceſſa ab ingrediente, durāte vita Monaci poſſidebit, ex traditis per Grat. dicto cap. 102. num. 10. & deciſum refert Cabed. deciſ. 96. p. 1. quod renunciatio maioratus facta per filiam monialem eius ſorori, valet vita eiuſ-

dem

dem monialis durante, poſt cuius mortem ad fratrem renunciantem deuenire debuiſſet, & allegatur ibi Caſtill.n. 123. ex quibus colligitur, eſſe neceſſariā mortē naturalem, placuit hinc inſerere verba ſententię ipſius R.C. quę in mei poſſe peruenit cū alio caſu ſimili, Die 12. Ianuar 1575. Neap. In cauſa Illuſtr. Marchionis Latertiæ cum Magn. Regio Fiſco, Fabritio, & Fabio de Aczia, ac Magnifico Io. Franciſco Battiſe, intereſſe prætendente, ſuper mercede conceſſa per Suam Maieſtatem, Magnifico Cæſari de Aczia duc. 400. annuorum eius vita durante, nunc profeſſo in Religione Capucinorum, & dict. Illuſtr. Marchioni prætendenti integrè ad ſe ſpectare vigore præſentæ diſpoſitionis factæ per dictum Cæſarem ante profeſſionem. Viſis actis per Magnific. V. I. D. Dominum Franciſcum Antonium de Dauid Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, de quibus facta relatione in dicta Regia Camera coram alijs Magnificis Dominis Præſidentibus ipſius; fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, dictos annuos duc. 400. vt ſupra conceſſos debere continuare tam pro præterito, quàm in futurum vſque ad mortem naturalem dicti Magnifici Cæſaris, nunc Fratris Antonij, in beneficium dictorum Illuſtr. Marchionis, & Magnificorū Fabij, & Fabritij fratrum pro rata vnicuique, ſaluis iuribus, ſi quæ competunt Magnifico Ioanni Frāciſco Battiſt, hoc ſuū, &c. Franciſcus Antonius Dauid, Io. Baptiſta Criſpus Magiſter Actorum, Conſenſu Decius Raparus Secr. Aliud decretum, Die 24. Iulij 1583. in cauſa Magnifici Ioa. Pinerij cum Regio Fiſco ſuper petita ſolutione duc. 50. quos Magnific. D. Garſias Pinerius vnus ex filijs quondam Domini Sereniſſimi Pinerij ad præſens Monaci in Monaſterio Ordinis S. Auguſtini de Zalauera in Hiſpania nominati F. Petrus, tenebat eius vita durante per conceſſionem Suæ Catholicæ Maieſtatis ſuper introitibus Regiæ Gabellæ Croci, ſtante donatione facta per dictum Monaſterium dicto Magnifico D. Ioanni Patruo dicti D. Garſiæ ad præſens Fr. Petri omnium bonorum, & iurium eidem F. Petro competentium tàm ante dictum monacatum, quàm poſt, & ſignanter dictorum annuorum duc. 50. ad vitam ſuper Croco, & alijs, prout in actis continetur, &c. Viſis actis, & ſcripturis per Excell. Militem D. Marthos de Goroſtiola V. I. D. Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaq; per eum de omnibus relatione in dicta Regia Camera Illuſtr. Domino Locumtenenti, & alijs Excellentib. Dominis Præſidentibus ipſius, audito Regio Fiſco, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, quod ſtante donatione facta per dictum Monaſterium prædicto Magnifico Domino Ioanni cum conſenſu P. Prouincialis, ſeu Generalis dicti Ordinis, ac Sedis Apoſtolicæ, & ſtante quod Monaſterium poteſt poſſidere in cōmuni, & ſtante etiam, quod gratia non eſt extincta per ingreſſum Religionis per dictum Dominum Garſiam prædicti ann. duc. 50. quos dictus F. Petrus in ſæculo nominatus D. Garſia Pinerius tenebat ex conceſſione vita durante ſuper Gabella Croci, ſoluantur dicto Magnifico D. Ioanni, prout præſenti decreto ſolui mandatur, & proindè expediantur debitæ prouiſiones pro ſolutione prædicta tam pro præterito, quàm in futurum, producta tamen fide vitæ dicti F. Petri in forma, hoc ſuum, &c. Marthos de Goroſtiola. Scipio Solimena pro Magiſtro Actorum. Conſenſu de Curtis pro Secr. Prædictis addenda ſunt quæ probando tradit Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in 4. effect. præſertim numer. 80. quod Monaſterium durāte vita Monaci poteſt ſuccedere in feudo, pro quo præſtatur ſeruitium, quod honeſtè præſtari poteſt per Religioſum, & ſequitur numer. 155. quod Monaſterium poteſt retinere feudum durante vita Monaci, quando debetur ſeruitium reale, & num. 319. vſque ad numer. 322. ſubdit, quod Monaſterium, in quo fuit ingreſſus feudatarius ſuccedit in feudo, ſaltim durante eius vita, quæ ſiquidem rationes conſcrit ad ornatum harum deciſionum, quanquam in Regno hoc non procedat, vt deciſum refert Afflict. deciſ. 320. cum alijs relatis in prima parte verbo Monaſterium, vbi retoli deciſionem factam in perſonam Clerici Regularis, qui habebat officium conceſſum in eius perſonam, & obtinuit ex gratia, vt illud vendere potuiſſet, de quo etiam meminit Ill. Epiſc. Riccius collect. 1725. vet. ſ. poſſidebat, ſed in terminis allegatarū deciſionum R. C. ſatisfacit deciſ. 4. Cabedi p. 2. vbi loquitur de donatione facta à Rege alicui ad vitam, vel ſimpliciter, vt ſit extincta per obitum donatarij, niſi fuerit petita prius illius confirmatio, vbi per multas rationes ibi traditas de iure probat hanc opinionem.

Conceſſio feudi ruſtici facta à Barone alicui eius vaſallo, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, an deficiat, vt poſſit per lineam finitam præoccupari à Barone, exiſtente filio filiæ ipſius ceſſionatij, prætendente illud ad ſe ſpectare, nec aliter lineam fuiſſe finitam, refertur deciſio infra in verb. feudūm conceſſum.

Conceſſio officij alicuius facta per Regem alicui ſubdito pro ſeipſo, & ſuis hæredibus maſculis, an eo mortuo porrigatur ad eius nepotem, hoc contingit in officio Magn. Portulani huius Ciuitatis conceſſo per Regem Ferdinandum Primum Petro Mocciæ, quo defuncto ſuccedere prætendebat Petrus Moccia iunior, & filius Mocciæ de Moccia filij prædefuncti ipſius Petri, dum prætenderetur ex parte Fiſci, eſſe perſonale, & non aliter tranſmitti ad alios, fuit per Collaterale Conſilium iudicatum contra Fiſcum in fauorem ipſius Petri, quo defuncto ſine filijs inſurrexit Iacobus Moccia eius frater prætendens admitti ad ſucceſſionem dicti officij, & ità iudicatum per R.C.S. vt ex Reg. Reuerterio probat D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſponſ. fiſcali 12. n. 416.

Conceſſio facta alicui de Caſtro, territorio, vel tenimento vniuerſaliter cum pertinentijs ſuis, & integro ſtatu, an etiā territoria cōprehenſa infra limites cōtineat, deciſū fuit per R. C. die 9. Ianuarij 1603. cum adiunctis de Sacr. Conſil. omnia territoria comprehenſa infra limites ipſius relata in conceſſione prædicta poſſeſſa per Ducem Boiani, fuiſſe, & eſſe feudalia prætet peruenta in poſſe Ducis alio titulo, vt refert D. Regens Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. controu. 8. in calce.

Conceſſio Dohanæ, quæ in ſe aliam continebat Doha-

Dohanellę minoris, an ipſã comprehendat, ita vt in redditibus prouenientis ex officio Mag. Act. Dohanæ menepecudum Apuleæ comprehendantur etiã redditus einſdẽ officij Dohanæ minoris, ſubordinatæ, & annexæ cũ capite Dohanæ magnæ, deciſum fuit per Collat. Conſil. affirmatiuè, vt teſtatur D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 23.

Conceſſio feudi deuoluti, vel deuoluendi ſi ſit facta à Rege alicui ſuo Miniſtro cum titulo Marchionis pretij duc. 4000. ſi fortè non reperiatur aliud feudum deuolutum, & conceſſionarius inſtaret ſibi aſſignari quodam Caſale alicuius Ciuitatis, adhuc non ſeparatum à Ciuitate, ſed annexum illi, an erit concedendum, pro hac conceſſione plura potiſſimum reſultabant dubia. Primò, an Caſale prædictum ſeparari potuerat à Ciuitate ipſa contradicente, & allegante, plurimum ſua intereſſe, & ab ea minime ſeparari potuiſſe, neq; aliter eſſe Caſale formatum, ſed partem indiuiſam ipſius Ciuitatis cum vnione plurium fumantium. Secundò ob oppoſitionem huiuſmodi ciuis allegantis, Caſale eſſe ſuum, ipſumq; ab antiquiſſimo tempore fuiſſe poſſeſſum per ſuos anteceſſores in allodium, licet abſq; iuriſdictione, quæ fuerat ſemper adminiſtrata per Gubernatores dictæ Ciuitatis, cum ex prædictis conſtet, non eſſe de ſubſtantia feudi, quod ſit iuriſdictione munitum. Tertiò ex conſimili exemplo alias contingente, nam vendita iuriſdictione criminali Terræ Tramutulæ Monacis S. Benedicti, qui habebant ciuilem, fuit per Collaterale Conſilium reuocata venditio, quamuis roborata conſultatione R. C. quæ mota fuerat ob euidentem vtilitatem, tam Fiſci, quam Vniuerſitatis. Quartò, quatenus eſſet ſeparandum dictum Caſale quoad iuriſdictionem, reſeruando iura competentia Ciuitati, & concedenda tali conceſſionario iuriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum, facta numeratione incolarum, ſeu fumantium pro certo pretio oblato pro quolibet, quo pacto eſſet facienda diuiſio dicti territorij, & regulanda taxatio pretij, & limitum, ſiue confinium appoſitio, infra quos poſſit iuriſdictio exerceri, cum nulla prius adeſſet diuiſio, nec erectio in Caſale fumantiũ. Quintò, vtrũ cõceſſio tituli Marchionalis facta dicto conceſſionario ſuper feudo deuoluto, deuoluendo, vel emendo per Regiam Curiam pro exequenda gratia potuerit fundari, vel niti ſuper ſola, ac ſimplici iuriſdictione, quam habebat Regia Curia ſuper territorio erigendo in Caſale, ſiuè Caſtrum, & ſi conſimiles titulorum conceſſiones fuerint alias ſuper ſola iuriſdictionis conceſſione abſq; vtilis dominij ipſius Caſtri translatione fundatæ. Per R. C. S. his non obſtantibus præuia conſultatione iuſſum fuit, exequi per Collat. Conſilium ad relationem Domini Regentis Didaci Bernardi Zufiæ eſſe per ſuam Maieſtatem concedendum dictum Caſale eidem conceſſionario cum iuriſdictione ciuili, & criminali in primis, & ſecundis cauſis in forma fieri ſolita, vt refert D. Regens Fabius Capycius Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. in deciſ. ad controuerſ. 53. artic. 5. à nu. 1. ad 5.

Conceſſio iuris Portulaniæ, ponderum, & menſurarum facta à Rege alicui an probetur ex poſſeſſione centenaria, imò immemorabili, ex clauſula illa, aliiſq; iuribus, iuriſdictionibus, rationibus omnibus, & pertinentiis omnibus, & quibuſcũque, cum iuribus focularioruni, & ſalis, imò ex venditione feudi cum expreſſione dictorum iurium alteri facta, ac inſuper ex poſſeſſione priuilegii conceſſionis feudi prædicti, deciſum fuit per R. C. S. affirmatiuè, vt per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 2.

Conceſſio alicuius feudi à Rege facta ſimpliciter, non expreſſo iure Francorum, aut Longobardorum, in dubio tamen, quo iure facta cenſeri debeat, hoc contingit diſcuti in feudo Andredochi, in qua cauſa in iure allegauit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 1. 2. & 3. nullam affereos deciſionem, ſed D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 3. eundem articulum exarãdo, in calce retulit, deciſum fuiſſe per R. C. facta relatione in Coll. Conſ. quod viuatur de iure Francorum.

Concluſio in cauſa fieri an debeat elapſo termino præfixo, non obſtante exceptione incompetentiæ iudicis oppoſita, dum prætendebatur, cauſam intentatam in Coll. Conſ. non potuiſſe ibi determinari, ſed remitti ad S. C. iuxtà pragmaticas, refertur deciſio infra in verbo exceptio incompetentiæ.

Concluſio in cauſa fieri an debeat poſt dationem termini, & interpoſitionem decreti, quod terminus curreret, quem præſupponebatur non fuiſſe intimatum parti, & propterea currere nequiuerat, & ſucceſſiuè neq; fieri concluſionem, dum ex fide Examinatoris electi apparebat, fuiſſe electum præuia termini notificatione, de quo in proceſſu non conſtabat, quocirca dum fuiſſet prouiſum domi per cauſæ Commiſſarium, quod viſa fide facta per Sebaſtianum Scalſum examinatorem S. C. oppoſitis non obſtantibus fiat cõcluſio, & habitum fuit pro concluſo, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ex parte Lucretiæ Antoniæ Maſturcio in cauſa, quam habebat cum Monaſterio Ieſus Mariæ Ord. Prædic. huius Ciuitatis Neap. & obtentum verbum fieri in S. C. demum fuit interpoſitum ſequens decretũ, videlicet, Die 14. Iulii 1640. Neap. Facto verbo de prædictis in S. R. C. per Magn. V. I. D. D. Franciſcum Antonium Muſceptulam Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Per S. R. C. declaratum eſt, benè prouiſum fuiſſe per Magn. cauſę Commiſſ. ſub die 14. Maii 1640. hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secr. in banca Iadoniſii.

Condemnatus ad triremes, indè aufugiens ad Eccleſiam an gaudeat immunitate, deciſum fuit pluries negatiuè, & fuit extractus de licentia Ordinarii, tradit D. Reg. Sanfel. dec. 271.

Condemnatus præuia ſententia ad foriudicandum an poſſit condemnari ad intereſſe partis, deciſum fuit per M. C. delinquentem quamuis conuictum non poſſe condemnari ad intereſſe, quia ratione contumaciæ fuit foriudicatus, D. Reg. Sanfel. dec. 89. n. 7.

Condemnatus ad Regias triremes loco depoſiti an poſtea in expeditione cauſæ ei imponi poſſit pœna mortis naturalis pro delicto, fuerunt infraſcripta allegata in iure pro Mattheo Buccella cum Regio Fiſco per ſubſcriptum D. Aduocatum ſolertiſſimum, videlicet. Mattheus Buccella, qui detinebatur carceratus in M. C. V. pro nonnullis

O deli-

Digitized by Google

delictis patratis, vt prætenditur in Ciuitate Campaneæ, pendente expeditione fuit in Regia Viſitatione tranſmiſſus ad Regias triremes loco depoſiti, in quibus actu inſeruit, agitur hodie de ipſius cauſæ expeditione, & ex parte Regij Fiſci fuit inſtatum pro morte, quæritur quid iuris? & omiſſis ijs, quæ in facto deducta fuerunt, ad ipſum articulum deueniendo, videtur inſtantiam Regij Fiſci ratione fundari, nam tranſmiſſus fuit dictus inquiſitus loco depoſiti ad Regias triremes, & ſucceſſiuè loco carceris, & non pœnæ, carcer enim ante ſententiam videtur non poſſe computari in pœnam, vt dicit Bart. in l. aut damnum, §. quiſquis, ff. de pœnis. Sed contraria ſententia mihi videtur de iure verior, dictum Matthæum minime poſſe pœna ordinaria puniri, cum iam cœpit luere pœnam, quo caſu minoratur pœna, dixit tex. in l. omnes, vbi Bart. Bald. & communiter Doct. C. de pœnis. Quod fundatur primo, nam tempore, quo quis ſtat in Regijs triremibus loco depoſiti excomputatur pœna, qua dignus poſtea talis reus inuentus fuerit in expeditione cauſæ: ita vt ſi per decennium ſteterit in illis, & tantundem mereatur, à pœna liber remanet, vt dicit D. Reg. de Ponte in tit. de regal. impoſit. n. 51. ergo hæc condemnatio ad Regias triremes eſt mera pœna, alias non computaretur, ex doctrina Bar. in d. §. quiſquis. Secundò probatur, nam carcer datur ad cuſtodiam, non autē ad pœnam, ad tex. l. 1. in § interea, C. de cuſt. reor. vbi Imperator ponit, cuius qualitatis carcer eſſe debeat, & ſubdit ibidem, quod in carcere cruciatus, ſiuè pœna eſſe non debet, quem tex. explicat Aloyſ. de Leo in l. 2. C. de exhib. reis: quoties igitur adeſt pœna, & cruciatus trāſcendit naturam, & qualitatem carceris, & deſinit habere nomen carceris ſed merè pœnæ, & propterea dicit (licet ad aliud propoſitum) idem D. de Ponte in tit. de prouiſ. fier. ſol. §. 5. n. 16. cum ſeqq. & propriè n. 20. quē ſequitur Capibl. de Baron. prag. 19. in princ. ꝙ duplex eſt carceris cuſtodia, ſ. pœnæ, & pœnitētiæ. Quis enim dicet, quod inſeruire in Regijs triremibus non ſit pœna? immò atrocior omnibus alijs corporalibus, vti mortis proximior, vt ex tex. in l. capitalium, in prin. ff. de pœn. deducit Cabal. caſu 8. nu. 48. qui ibidem nu. 62. dicit, quod tanta eſt pœna atrox, quòd Iudices in quantum poſſint ab ea ſe abſtineant; ſi ergo eſt pœna, immò atrocior, quomodo poteſt dici carcer, cuius natura eſt, vt in eo deſit pœna, vt dicit tex. in d. l. 1. §. interea, C. de cuſt. reor. ibi vt & cruciatio deſit, & permaneat ſub fida cuſtodia, vbi Bal. dicit, quod carcer non debet eſſe tormentoſus. Tertio dato, quod eſſe carcer, diceretur carcer pœnæ, & non ſimpliciter cuſtodiæ, vt dicit de Ponte ſupra citato loco, & vti talis minueret pœnā, de iure enim etiam ſimplex carcer, cum ſecundū experientiam ſit mala manſio, & conſiderant Doct. præcipuè de Ponte, & Capibl. locis ſupra citatis, quando fuit per aliquod ſpatium temporis, minuit pœnam, vt dicit tex. in d. l. omnes. ibi, ſit ſatis immenſorum cruciatuum, ſemel luiſſe ſupplicia, ne hi, qui diù priuati ſunt auræ communis hauſtu, & lucis aſpectu, non intra breue ſpatium catenarum ponderibus prægrauati, etiam exilij pœnam ſubſtinere iterum compellentur: qui tex. licet loquatur de carcere, quod minuat pœnam ex illis, attamen Tiraq. relatus, & ſequutus per Præſ. de Franch. dicta dec. 316. & per Caball. caſu 142. num. 3. tenet, quod carcer non ſolum pœnam exilij minuat, verùm etiam quamlibet aliam pœnam imponendam, & ſic etiam de maiori, quam exilij, ſi igitur de iure ſimplex carcer, ex eo ſolo, quod ſit mala manſio, etiam ante ſententiam minuit, non ſolum pœnam exilij, verum quamlibet corporalem, quanto fortius in caſu noſtro, in quo non tractatur de carceribus ſimplicibus, ſed de tranſmiſſione ad Regias triremes, quæ ſunt ad meram pœnam omni alia corporali atrociorem, & grauiorem, & ſucceſſiuè concludendum, quod ſicut ſimplex carcer minuit pœnam exilij, imò quamlibet aliam maiorem, ſic & carcer triremium (ſi carcer dici poteſt) minuat pœnam mortis naturalis, cum non ſit addenda afflictio afflictis, nec pœna pœnæ, ad tex. in d. l. omnes, vbi gloſ. in verbo luiſſe allegat concordantes, & ita cenſeo, ſaluo ſemper ſaniori iudicio rectius iudicantis, cui me ſubmitto, &c. Io. Franciſcus Spatacinta. Facta relatione per D. Iudicem Thomam Lockerium in M. C. V. die 27. Octobris 1642. deciſum fuit in fauorem ipſius Matthæi inquiſiti, vt ea actis in banca Sportelli.

Conditio in teſtamento adiecta, quod Monaſteriū non ſuccedat, ſi filius effectus ſit monacus, an valeat, videatur deciſio ſub ſequenti verbo conditio.

Conditio in teſtamento adiecta, quod Monaſterium non ſuccedat, ſi filius effectus ſit monacus an extendatur ad alium filium, cum teſtator loquutus fuerat de certo filio, qui poſtea ſimiliter Monaſterium ingreſſus fuit, & profeſſionē emiſit, cōcluditur negatiuè in vtroq; caſu per D. Reg. Sanfel. dec. 193.

Conditio, quod in caſu, quo Monaſterium ingrediatur priuetur Monacus re donata, an extendatur, ita vt tranſeat ad Monaſterium, concluditur in beneficium Monaſterij per D. Reg. Sanfel. dec. 194.

Conditio adiecta per aliquam Monialem retinendi bona patrimonia, an iure ſubſiſtet, ſub illa diſtinctione concluditur, quod aut conditio adijciatur, vt profeſſus velit retinere bonorum vſum, inuito Prælato, & tunc quia pugnat ſubſtantiæ Religionis, non valet, aut enim cōditio ponatur a vt profeſſus velit retinere bonorum vſum ad nutum Prælati, quia non aduerſatur voto paupertatis, ſecus eſſet, & de hac accipiendus erit tex. in cap. vlt. qui cler. vel vouen. & hanc interpretationem ſequutū eſt S. C. iunctis aulis die 13. Apr. 1643. ad relationem Domini Conſil. Andreæ Prouenzalis in cauſa ſororis Mariæ Magdalenæ cum Spectabili Comite Picerni, teſtatur D. Conſil. D. Ferdinandus Arias de Meſa lib. 3. var. reſol. cap. 36. n. 17.

Conditio adiecta fideicommiſſo, vel inſtitutioni hæredis, aut legato, vt nomen, & familia teſtatoris deferātur, an iure ſubſiſtat, poſtquam communiter Doct. aſſeuerant, eam valere, vt infra apparebit, de hoc incidit controuerti in M. C. V. in confectione preambuli ad inſtantiam Bettæ Spinulæ hæredis Ianectini Spaccamiglio, qui in ſuo teſtamento hæredem inſtituerat ipſam Bettam ſub conditione, quod ſi reperiretur maritata, eius vir deberet nuncupari eodem nomine, & cognomine, ſi verò non eſſet maritata, ſimiliter

Digitized by Google

militer eius vir dictam conditionem adimplere deberet, videbatur dicendum, non poſſe ſubſiſtere, & primò, quia regulariter nomina, & cognomina videntur eſſe quodammodo naturaliter impoſita à Genitoribus, & prædeceſſoribus, ſunt enim nomina adinuencta ad recognoſcendum perſonas, atq; res, l. ad recognoſcendos, C. de ingen. & manumiſſ. Franc. Marc. q. 211. nu. 3. q. 446. n. 4. & q. 880. n. 3. hinc quæ perſonæ inhęrēt, perſonam non egrediuntur, Idem dec. 404. nu. 1. & eo amplius, quia naturalia ſunt immutabilia, §. ſed naturalia, Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. quæ licet ad beneplacitum imponantur, Bart. in rubr. ff. ſol. matrimon. n. 2. & l. Imperatores. §. item, n. 1. ff. ad municip. Euerard. loco ab ethimol. nu. 6. adhuc impoſita tenent, quia non videtur cōueniēs, nomen, & cognomen mutari poſſe adimplendo ipſam conditionem, cum mutatio non præſumatur, Maſcat. de probation. concluſ. 1345. n. 7. & 1083. n. 1. & potiſſimū eorū, quę iuri naturali inſūt, & talia ſūt, vt ſubdit n. 2. Tertio, quia abſonū videtur, vt vna, eadem perſona duplici nomine, ac cognomine nuncupetur, quia nominum pluralitas non præſumitur, Maſcat. de probat. concluſ. 1179. n. 24. Quo fit, vt ſi talis conditio deferendi nomen, & inſignia familiæ diuerſis hæreditatibus ſit appoſita, non poteſt fieri armorū immixtio, nec nominis familiarū, Fuſar. conſ. 175. n. 2. 17. & 18. Nihilominus Doct. communiter aſſeuerant, talem cōditionem ſubſiſtere, & huius opinionis eſt anteſignanus Guido Papa dec. 251. quem ſequitur Theſaur. dec. 270. n. 1. & 2. & nouiſſimè idem Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 447. vbi alios Doct. recollexit, poſt eum Aluarad. de coniect. mente defuncti lib. 2. cap. 2. n. 21. quam quidem opinionem exactiſſimè poſt Tiraq. de iure primog. & de nobilitate probauit Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 14. Peregrin. de fideicommiſſ. t. t. 11. nu. 121. Barry de ſucceſſ. tom. 2. lib. 17. tit. de condit. nomen, & inſignis, ſiuè arma ferendi, nouiſſimè Barbat. de fideic. maior. & primog. perſon. par. 1. cap. 6. n. 63. & ſeq. Sicq; ſtante iſta cōmuni Doct. aſſeueratione, non videtur obſtare primum obiectum de nominibus, & cognominibus impoſitis, quaſi naturali iure, ex quo dum à iure probatum ſit, id fieri potuiſſe, & grauari nempe ſub tali conditione deferendi arma, & nomen teſtatoris, rectè fieri poſſe per iura allegata ab eodem Molina vbi ſupra n. 3. adeò quod ipſa nominis alterius aſſumptio fieri poterit dupliciter, vt refert Marzar. conſ. 36. n. 2. Primò totaliter, relinquendo nomen antiquum, & nomen teſtatoris aſſumendo, quod fieri poteſt ex cauſa rationabili, ad tex. in l. 1. C. de mutat. nom. Secūdò per noui nominis adiectionem, ſeù adiunctionem, abſq; eo, quod antiquum nomen penitus derelinquatur, ſubdens ex Gughel. de Bened. quod ità in dies obſeruatur, & pluries vidiſſe fieri in pluribus magnis domibus, quod eſt valdè ęquum. Neq; aliud obſtaculum militare poterat circa mutationem nominis, poſtquam id nō ſit dolosè, neq; in fraudem, quo caſu prohibitum eſt, vt inquiunt Doct. in d. l. 1. & aduertit ibidem Marzar. latè Farinac. de ſimulat. & falſit. q. 150. à n. 138. ad 145. Quocircà rectè admittitur mutatio nominis, & cognominis, citrà tamen dolum, & fraudem, Bar. in 1. Conſt. Digeſtorum, §. nos verò, n. 2. Bertach. in ſuo repert. verb. mutatio nominis, Nauar. conſil. 5. ſub tit. de falſis, Franciſc. Marc. quæſtion. 880. numer. 3. & quæſt. 211. numer. 3. Et ponitur exemplum in Summo Pontifice, qui poſt aſſumptionem ſupremæ dignitatis adeptæ nouum nomen aſſumit, vt refert Gloſ. in proœmio Sexti, verſic. Bonifacius, de qua meminit ibidem Marzar. & Gughel. Durant. alias Specul. in Conſtitution. Gregorij Decimi, in proœm. verbo Gregorius, vbi rationes reddit, & ſic etiam practicatur inter Monachos, & Monachas Religioſas profitentes in Monaſterijs pro obſeruantia earum regularum, & hoc per mutationem ſtatus, qui inducit aliam perſonam, Bart. in l. iuriſgentium. §. ſi ante aditam, numer. 1. ff. de pactis. Nam hoc adeò fit, quia talis conditio deferendi nomen, & inſignia fit onus, vt inquit Fuſar. in conſil. 175. numer. 3 idcirco erit adimplendum iuxtà teſtatoris voluntatem, alias careret relicto, & teneretur ad reſtitutionem fructuum exactorum, ſi fortè mutata voluntate grauatus non perſeuerauerit adimplere voluntatem defuncti, vt copiosè proſequitor Fuſar. dict. quæſt. 447. exceptis tamen caſibus ibi relatis, alias adductis à Theſauro vbi ſuprà, & Barry eodem loco, ſicque tale onus perpetuum fideicommiſſum inducit, Bardell. qui alios congerit conſil. 191. numar. 49. & 50. volum. 2. Neque demum vltimum attenditur obiectum, quia tale procederet data incompatibilitate, vt aduertit ibidem Molina num. 27. ſecus tamen quando eſſent compatibilia, & ſic ibi numer. pręcedenti oſtendit exemplo de duabus hæreditatibus relictis ſub tali conditione deferendi arma, & nomina, vt poſſint inſimul mixta fieri, niſi expreſsè prohibitum eſſet à teſtatore, ne cum alijs immiſceantur, quod etiam nouiſſimè reaſſumpſit Ripol. variar. reſolution. capit. vltim. numer. 301. cum ſeq. vbi ſubdit ſub numer. 303. vidiſſe plures militares perſonas duplici nomine cognominari, & arma cum mixtione deferri, & facilè contingit, quem duo nomina, vel cognomina habere, inquit Rebuff. de nomination. quæſtion. 14. ſub numer. 40. Quapropter in prænarrato facto cum Ill. Princeps Ieracij vir eiuſdem Bettæ in publico teſtimonio confeſſus eſſet, velle ferre nomen, & cognomen dicti teſtatoris, fuit interpoſitum decretum præambuli in beneficium eiuſdem Bettæ per Magnam Curiam Vic. de anno 1632. tamen ſunt tranſlata acta in Sacr. Conſil. in banca de Martino, nūc Bortelli, penès Schenam Scribam.

Conductor non poteſt petere niſi intereſſe vbi cōſtaret de aliquo impedimento, & interim non poteſt retardari penſionis ſolutio, & tunc ſufficit cautio præſtita, vt fuit deciſum per S. C. in cauſa Eminentiſſimi Card. Ieſualdi cum Marcello Cabanilia, refert Nouar. in Prag. 1. collect. 2. n. 28. de loc. & cond.

Conductor vectigalium, cui tradita eſt poſſeſſio, an præferatur ſecundo plus offerenti, deciſum fuit affirmatiuè per Reg. Cam. Sum. refert Nouar. in Pragmat. 71. collect. 11. num. 4. de offic. procur. Cęſ.

Conductor nouus alicuius domus mediante publico inſtrumento an teneatur denunciare inquilino veteri, vt exſtractet per tres menſes ante tēpus, reſolutum fuit negatiuè, & deciſum in eius

ſauorem, teſtatur D. Reg. Sanſelic. deciſ. 9. & deciſ. 300.

Conductor prior prædiorum Eccleſiæ finita locatione præferri an debeat nouo conductori, deciſum fuit negatiuè per S. C. vt refert D. Reg. Sanſelic dec. 109.

Conductor malè ſe verſans in re conducta an poſſit expelli pendente tempore locationis, ad hoc extat tex. in l. æde, C. loc. vbi id expreſsè dicitur, ibi, aut tu malè in re locata verſata es, vbi DD. Quocirca dũ D. Franciſcus Antonius Durãte locaſſet certum pomarium Petro Angelo Ferraro pro certa mercede inter eos conuenta, & præfatus conductor fecerat quandam magnam foueã ibi, ex qua multitudinem rapilli cauerat, & vendiderat cũ magno damno arborũ, & demolitione pilaſtri. pro quo fuit conuentus in M. C. ex quo malè verſatus erat in dicta re locata, inſtitit locator, vt exſtactaret, ẽt pendẽte tẽpore affictus, ſicque ſeruatis ſeruandis fuit per M. C. V. interpoſitum ſequens decretum, videlicet, Die 23. Febr. 1635. Neap. facto verbo per Mag. Cur. Vicariæ in plena Banca cauſarum ciuilium ipſius M. C. prouiſum, & decretum eſt, ſupradictum Petrum Angelum Ferrarum conuentum condẽnandum eſſe, & condemnari debere, prout præſenti diffinitiuo decreto condemnatur, & condemnati mandatur ad exſtactandum, & relaxandum iardenum in actis deductum, & ad ſoluendum pretium liquidandum rapilli, in qua liquidatione habeatur ratio de prætenſis augmentis, & meliorationibus per conuentum, rationibus, & cauſis, vt in actis in Banca diſcuſſis, hoc ſuum, &c, Corcionus, Muſcepiula, patet in Banca Saleſij.

Conductor alicuius feudi an poſſit illud nominare in cameram reſeruatam, deciſum fuit per R. C. affirmatiuè, vt loquit Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. c. 341. n. 12. in noua impreſſione.

Conductores, vide ver. Gabelloti.

Confeſſio ſocij criminis conualidata in tormentis, reuocata poſtmodum pro exoneratione conſcientiæ, an faciat indicium, fuit reus liberatus in forma, contra quem confeſſio facta fuerat, D. Reg Sanfelic, dec. 238.

Confeſſio facta per minorem delinquentem abſq; curatore an valeat, & ſi in hoc caſu detur reſtitutio in integrum, tamen quando à Iudice datur procurator minori, valeret, & eo magis, quando fuerit datus Aduocatus pauperum, prout in caſu vrgente accidit controuerti contra adultum cõmittentem aſſaſſinium, nam non fuit impedita executio ſententiæ ea hoc, vt teſtatur D. Regens Sanfelic. dec. 57. n. 6. & 7.

Confeſſio facta in inſtrumento ceſſionis inter debitorem, & vnum ex creditoribus recepiſſe duc. 80. & pro complemento duc. 800. per medium Banci pro pretio iuris venditi, ſeù ceſſi, an operetur, vt poſteriores creditores excludantur. Hoc accidit controuerti in Magna Curia Vic. in cauſa creditorum poſteriorum Iacobi Anſaloni debitoris cedentis in beneficium Mutij Villani creditoris, & ceſſionarij, ex quo apparebat per realem confeſſionẽ pro dicta ſumma duc. 800. complementum tantùm duc. 60. per medium Banci; dicebant ipſi creditores non eſſe veram ſolutionem, ſed fictitiam per apocam, vulgò nũcupatam, *paſſatora*, ob quod non apparebat, pecuniam depoſitam in Banco fuiſſe, vt ſolitum eſt deſcribi in libro introitus Caſcerij, vt probatum retuli in 2. par. ver. inſtrumentum contractus, in prin. & ſi talis apoca facta ad complementum per debitorem præſumat faciat ſolutionem integram, iux. deciſ. Carac. 6. Coſta in conſil. 69. num. 3. adhuc tamen admittit probationem in contrarium, vt refert Anton. de Amat. variar. reſol. tom. 2. reſol. 97. n. 12. & 13. Quocirca ſi attendatur diſpoſitio l. ab Anaſtaſio, C. mand. certum eſt, quod pro illa parte, quam realiter ſoluerit, erit tutus ceſſione, non tamen pro reliqua, pro qua non conſtat de numeratione, vt ibi percipitur, vt nihil ampliùs accipiat, quo ipſe vero contractu re ipſa perſoluit, vbi gloſ. & DD, Alpha. collect. 391. Episcop. Rice. collectan. 643. adeò quod in tantùm l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio procedunt, quatenus ſubeſt certitudo pretij ea parte ceſſionarij, quod etiam oportet ſolutum eſſe, vel aliter ſatisfactum cedẽti, vt ceſſio poſſit exerceri, ita Federic. Scorus conſil. 28. num. 61. tom. 2. & ſubdit numer. 74. talia iura procedere in actionibus perſonalibus, ac nominibus debitorum, non autem in rerum vendicationibus. Eapropter licet cedula bancaria vim habeat ſolutionis factę cum pecunia numerata, Cenc. de cenſib. par. 2. cap. 1. q. 1. ar. 7. numer. 13. & deciſion. 103. numer. 7. deciſion. 104. num. 1. deciſion. 131. num. 2. deciſion. 132. num. 1. deciſion. 190. numer. 2. deciſion, 291. numer. 1. tom. 1. dec. 126. nu. 7. tom. 2. Maur. Aretin. in tract. de ſolution. cap. 2. § 8. numer. 1. attamen ibi ſubdit numer. 2. quod apoca bancaria pro vera, reali, & effectuali ſolutione habetur, cum pecunia numeretur; quæ & ſi probetur ex verbis inſtrumenti, idem Cenc. deciſion. 118. numer. 6. tom. 1. deciſion. 38, numer. 3. tom. 2. ex verbo illo, numerauit, quod actum hominis, & realem numerationem ſignificat, idem Cenc. dicto tract. par. 2. cap. 1. q. 1. ar. 8. num. 4. ſubdit tamen numer. 5. intelligi de numeratione facta tempore contractus, & reali eabutſatione, ſi pecunia realiter interuenerit, & partes pro numerata habebunt, Idem deciſion. 113. n. 4. & 5. tom. 2. Hinc inferunt DD. ad illam altercationem, an inſtrumentum continens ſolam confeſſionem ſit omnino integrum, adeò quod creditor eius vigore præferatur habenti veram numerationem, de qua apud Hieronymum de Lauren. diſceptatur in deciſion. Auenionen. 153. vbi refert, quòd creditor poſterior, de cuius numeratione conſtat, præfertur primo, qui ſolam confeſſionem habet, idem aſſequuti ſunt Borgnin. deciſion. 27. numer. 26. par. 2. Tutius in alleg. 11. num. 18. Andreol. controuerſ. forenſ. controuerſ. 31. numer. 1. cum alijs apud Velam diſſert. 21. num. 12. & Feliciau. de cenſib. tom. 1. cap. 5. numer. 23. quo fit, vt licet numeratio pecuniæ non aliter probetur ex verbis partis, quod habuit, & recepit, ſed tantùm confeſsio, vt inquit Mantica de tacit. & ambig. lib. 18. tit. 6. numer. 7. & 10. adhuc tamen ipſemet à numer. 4. ad 8. ex multis probat, vt Notarius præcipuè aſſerat coram teſtibus, creditorem habuiſſe, & recepiſſe in eorum præſentia, ſubdens num. 17. quod Notarius non debet ſcribere pecuniam fuiſſe præſentem, niſi viderit marſupium apertũ, & teſtes viderint eam numerari, quamuis poterit ſcribere, tantam pecuniam eſſe in marſupio, vel ſacculo, vt contrahentes aſſerunt, Surd. latè deciſion.

ſion.284. quantò magis id procedere debet in apocis Banci, adeo quod ſi in inſtrumento venditionis annuorum introituũ aſſeratur ſolutio capitalis pretij per medium alicuius Banci, in quo facta diligentia non reperiatur illa partita deſcripta, hoc videtur ſufficere ad probandum negatiuam, quod re vera pretium non fuerit ſolutum, ita ex Muta deciſion.67.numer.15.cum ſeq.allegante Petr. de Gregor. de cenſib.quæſt.9. num.5. cum ſeq. probat Conſiliar. Paſcal. de viribus patr. poteſta.par.1.cap.8.ſub numer 85. Sed fortè ſi reperiretur deſcripta, non tamen appareret de numeratione pecuniæ, licet in ſe videatur habere præſumptionem, vt præcedat numeratio prius penès Tabularium, hoc eſt Caſcerium, cui incũbit onus accipiendi pecunias per particulares, illas depoſitando in Tabula, ſeù Bancho, vt punctualiter tradit Anton. de Amat. variar. reſolut. tom.1. reſolut. 20. num.7. Attamen ex quo tales Tabulæ, ſeù Banci ſunt depoſitarij, licet irreguiares, in quibus pecuniarum dominium transfertur, inquit Regens de Pont.conſil.70 num.5. vol. 2. nam dominium transfertur pecunia numerata, non tamen ex conuentione partium, & abſque actuali numeratione, non aliter dominium translatum videtur, vt in puncto tradit D.Regens Rouit. deciſion.35.numer.7. & hoc contingere poſſet, quando fieret apoca *per altri tanti*, quia tunc illa confeſsio fit ob ſpem futuræ numerationis, vt in caſu D. Regen.Hect. Capyc.Latro deciſion.112.num.17. vel quia non fuerit numeratio deſcripta in libro Caxerij, quo caſu diceretur apoca paſſatora, vt vulgo nuncupatur, & tunc numeratio non aliter probaretur efficaciter; Idcircò confeſſio de capitale recepto in contractu bullari non ſufficit per apodixam ad tabulam, ſed conſtare debet de numeratione effectuali, Maſtrill. in add.ad eundẽ Pet. de Greg. de cenſ. quæſt.5. nu.180. nouiſſimè Coſta Sicul. conſil.51.num.1. prout in ſimili caſu cedulæ factæ ad complementum totius ſummæ factis diligentijs in libris mercatorũ, inter quos lis inſtituta erat, vnde veritas reſultauerat, obſeruatũ fuiſſe refert Oct.Caracciol.ibidem, fuit tamẽ per M.C. ad relationem Iudicis Vollari dicta partita duc. 80. admiſſa, & inter creditores diuiſa, reliqua vero in beneficium poſteriorum remiſſa, conſequenda à debitore, penès Vulturalem.

Confeſſus homicidium reus cum qualitate, quando poſſit ordinaria pœna puniri, reiecta qualitate ipſa, in caſu occurrenti cuiuſdam famuli, qui rem haberet cum famula, quam ſollicitauerat cõcurrebant aliqua indicia contra qualitatem allegatam; ideò per M.C. ſtantibus præſumptionibus, & indicijs fuit condemnatus ad vltimum ſupplicium mortis, & confirmatum in reclamatione, D.Reg.Sanfelic.dec.228.

Confeſſus ſponte quando mitius puniri debeat, quando agitur de delicto, pro quo extant aliqua leuia indicia, quæ non ſufficiunt ad torturam, fuit reus punitus ad remigandum vita durante, quod ſecus eſſet, quando eſſet delictum graue, vtputa furti cum ſacrilegio, & ſcalatione Eccleſiæ, in quo repoſitum erat Sanctiſſimum Sacramentum, tunc pœna ordinaria locum haberet, & ita iudicatum per M.C. teſtatur D.Reg.Sanfelic. dec.234.

Confeſſus ter in tortura, & in repetitione totidem negans an veniat puniendus pœna extraordinaria, deciſum fuit affirmatiuè, ita D.Reg. Sanfelic.in dec.252.

Cõſenſus tacitus, vel expreſſus an requiratur illius, de cuius hæreditate agitur per renunciationem pacti de non ſuccedendo, deciſum fuit per M.C. debere eſſe expreſſũ in cauſa Margharitæ Faſcinellæ cum Aurelio eius fratre, Ioa. Maria Nouar. dec.100. ſub n.7.

Conſenſus præſtandus ab emptore intra certum tempus, ſi intendebat perfectionare venditionem ſine certo iure faciendi aliquid in re, an elapſo termino, & non facta declaratione, vt ordinatum fuerat, procedi debuerat ad alia dubia vertentia in lite, fuit deciſum per R. C. conſenſum cum reſeruatione iuris pro obtinendo ſcaro, ſeù sbarcaturo in cauſa reclamationis factæ per Ducẽ Buzzani cũ Ciuitate Rhegij, & cum generali reſeruatione iurium, non fuiſſe legitimè præſtitum, & proinde ſtante lapſu termini, & non facta declaratione pura, & ſimpliciter, prout facienda erat, procedendum eſſe ad deciſionem articuli prælationis petitæ per Ciuitatem, ità D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.in reſp.fiſcal. 29.dec.3.n.21.

Conſenſus duorum in ſolidum requiſitus in aliquo actu celebrando, an ſufficiat vnius ipſorum pro actus perfectione, eo maxime exiſtente abſentia illius, qui non poterat conſentire, ex facto deſumpto apparebat, fuiſſe contractum matrimonium inter certas perſonas, & fuerunt in dotem dati ducati quatuor centum, vt in emptionem conuerterentur pro dotis ſecuritate, & adiecto pacto, quòd in caſu reemptionis faciendæ, fieri debeat accedente conſenſu matris puellæ, ac eius fratris inſolidũ, ſuccedẽte depoſito facto dictorũ ducatorum quatuor centum per debitorem, quos in emptionem tenebat, dùm tractarent de conuertendo illos in emptionem, fuit conuentum inter Franciſcum Pauſettam Generum cum ſua Socru, vt reſtituerentur ducati biſcentum certis creditoribus habentibus hypothecam ſuper certa domo, quibus dimiſſis ipſe ſuccederet, & reliquos impendi in fabricam dictæ domus pro ſecuritate dotis, & tali conuentioni dicta Socrus ſuum conſenſum præſtiterat, ſed quia frater puellæ, qui conſentire etiam debuerat, nõ erat præſens, ſed abſens, degens in Ciuitate Romana, & conſentire non poterat, idcircò dicebatur ex parte ipſius Franciſci, ſolum conſenſum matris eſſe ſufficientem, ex clauſula illa, inſolidũ, quẽadmodũ in praxi vſu receptum eſt, committi cauſas in partibus per M. C. V. Officialibus Regni diuerſis Officialibus inſolidum, & ſic, vnus ipſorum poterat commiſſa exercere, & ſi ponderetur ipſa dictio, inſolidum, quæ importat integritatem, nulla admiſſa detractione, ex tex.in l.1. & in auth.hoc itaque, C.de duob.reis, notat Grat. de diction.in dict.99.in prin. & Barboſ. in tract. clauſul.in clauſ.33.in princ.vbi citat Martam, & Mat.Anton. & ſubdit num.4. quod attribuit totum vnicuique, l.3.C.de fideiuſſ.§. ſi plures, Inſt. eod.& alia iura conferentia deduxit, tales enim dictiones, inſolidum, integrum, & totũ, diminutionẽ, & deductionẽ reſpiciũt, Maur. Aret.in tra. de fideiuſſ.ſect.6.ca.3.n.36. ſic dictio, inſolidum, in inueſtitura exponitur pro quolibet eorum, Anchar. quæſt. famil. lib. 3. quæſt. 13. num.3. inſu-

Digitized by Google

inſuper exiſtente ſtatuto mandante, celebrati cõtractum cum cõſenſu alicuius perſunæ, aut duorum propinquorum, erit intelligendum, ſi ipſi eſſent præſentes, cęterum ſi eſſent abſentes in longinquis partibus, mulier contrahere non prohiberur, ex Bart. in l. ſi cum dotem, §. ſi eo tempore, ff. ſolut. matr. Bal. in l. in conuentione, num. 30. C. de nupt. & in l. tranſactionem, C. de tranſact. in fine, cum alijs relatis per Alderao. Maſcard. in ſuis commun. cõcluſ. ad ſtatut. interpret. concl. 5. num. 108. & 109. & idem ſequitur Ripol. vari reſol. cap. 11. num. 208. ex altera parte abſentis replicabat vnus ex Dominis Iudicibus, quod cum agebatur de intereſſe abſẽtis, neceſſe erat, vt eius conſenſus interueniret, poterat enim hæc noua emptio colluſiuè pertractari inter Generum, & Socrum, quæ inter coniunctos facillimè percipi poterit, quocirca conſenſus quando requiritur ad integrandam perſonam, Iudex poterit ſupplere; ſecus ſi ratione præiudicij, Honded. conſ. 32. num. 105. lib. 1. de hoc etiam loquitur Picus ad Statutum Vrbis, Gloſ. 15. per totam, vbi aſſerit, in hoc eſſe neceſſarium decretum Iudicis, vt ibi num. 4. & ſic cum fuiſſet prouiſum per M. C. ad relationẽ Iudicis Torres de anno 1644. & menſe Martij, vt prædictus Franciſcus procuraret conſenſum d. fratris, vt ex actis in Banca Cacciutoli, & iterum replicatum fuiſſet, illum eſſe abſentem, & in dicta Rumana Vrbe degentẽ, dato termino, & peracta probatione fuit iterum iudicatum, M. C. ſtare in deciſis, nihilominus dicebatur, nullum intereſſe inferri potuiſſe ex hoc, dũ facienda erat emptio in beneficium aliorum creditorũ, in quorũ locum ipſe ſuccedebat, & pro reliquis implicari in fabricam domus, ex quibus reſultabat tota reemptio dicti capitalis, nam quoties conſenſus alicuius in aliquo actu requiritur, ille, cuius conſenſus exigitur antequã illum præſtet, debet præuidere, an illa contractus ſit vtilis illi, in cuius fauorem conſenſus deſideratur, Cancer. var. reſol. p. 2. cap. 1. num. 49. ſed ſtante vtilitate euidenti, tunc conſenſus alicuius à lege requiſitus, vt eum obliget, quando contractus fuerit ei vtilis, non requiritur, & valeret obligatio, l. nouare, & l. qui bonis, ff. de acquir. hæred. cum alijs apud Gammam dec. 257. nu. 3. & ſic quando cõſenſus alicuius requiritur ad actũ, Iudex compellere poteſt ad conſentiendum, vel ſupplere conſenſum, niſi habeat iuſtam cauſam contradicendi, Picus dec. Rom. 24. num. 15. & 16. multo magis ſupplere poterit, quando ille actus eſſet in abſentis vtilitatem, immò quando conſenſus, vel auctoritas alicuius vbi requiritur ad certum actum ſolemnizandum, tunc & ſi non poſſit interuenire per nuntium, epiſtolam, vel procurationem, vt inquit Manent. dec. 65. n. 34. tamen, vt ibi ſubdit num. 35. ſecus eſſet, quando eſſet abſens, vel impeditus, ſubdens quod tutoris abſentis defectum ſupplet Iudex.

Conſeruatoria mulierum an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, nempè ſi aliquis captus fuerit intus ea, remitti debeat, deciſum fuit negatiuè, accedẽte etiam conſenſu Ordinarij, teſtatur D. Reg. Sanfelic. dec. 219. de quo caſu idem retuli in 3. p. noſtri compendij, verbo immunitate.

Conſeruatoria conceſſa parte non citata ſunt nullius roboris, & valoris, neque tertio præiudicabunt, & ſic deciſum per S. C. in cauſa nonnullorum de Floccaro, ad relationem Reg. Conſil. Veſpuli, & iterum in cauſa Thomæ Paraſcandoli, & Reuer. D. Thomæ de Ianuario, Nouar. in Prag. 1. collect. 2. n. 10. de conſeruat.

Conſiliarij ſtatus tam titulo decorati, quàm priuati dum ſedent in Collaterali Conſilio, præcedũt Regẽtes, ſecus in alijs actibus, vt multis auctoritatibus concluditur per D. Reg. Sanfel. dec. 223. vbi num. 10. retulit, D. Regentem Rouitum præceſſiſſe D. Alonsũ de Cardines Conſiliarium ſtatus in quadam iuncta extra Collaterale Conſilium, tam in ſedendo, quàm in votando.

Conſiliarij Regij licet ſint Iudices competentes in cauſis ciuilibus, non tamen in cauſis criminalibus, niſi in gradu appellationis, ſed quoties criminalitas dependeret ex eiſdem cauſis ciuilibus, benè poterunt ſic incidentèr procedere, & ita in facto occurſo deciſum patet per idem S. C. relato per D. Reg. Sanfelic. dec. 67.

Conſuetudines Neapolitanæ loquentes de vſo cõmunis parietis, an comprehendãt bona Eccleſiarum, alias fuit deciſum negatiuè, ſed in caſu adducto per D. Reg. Sanfelic. dec. 188. fuit contrarium ex facto reſolutum.

Contractus factus per filiumfamilias abſente patre, an ſuperueniente conſenſu patris conualidetur, deciſum fuit per M. C. negatiuè in cauſa Io. Angeli Baccarij cum Carolo Baccario, in bãca de Anaſtaſio, tradit poſt Reg. Rouit. Nouar. in Prag. 1. collect. 1. n. 6. de S. C. Maced.

Contractus factus per filiumfam. mercatorem an iure ſubſiſtet, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Annibalis de Leone cum Luca de Fęlice patre Michaelis de Fęlice, penès Sarrum, vt poſt Reg. Rouit. in Pragm. 1. de S. C. Maced. Nouar. ibidem collect. 1. n. 11.

Contractus factus per vxorem in beneficium viri carcerati, ac capti ſub ſaluaguardia pro illius excarceratione, citra tamen Regium aſſenſum, cõcurrente metu reuerentiali, ac minis præcedentibus, an iure ſubſiſtet, cum obtinuiſſet ſaluaguardiam à M. C. per biennium Franciſcus Anatrella pro debito ducatorum centum, vigore inſtrumenti ceſſo ab Angelica Migliaccio RR. Patribus S. Demetrij, fuit ab eis vigore literarum executorialium carceratus, & ad hoc vt excarceraretur, dictus Franciſcus procurauit, vt eius vxor Aloyſia Veſpula ſe obligaſſet pro tali cauſa, ſicut poſtea contingit ſe obligare pro ſuis dotibus in beneficium dd. Patrum, & indè fuit excarceratus eius vir; inde conqueſta fuit in M. C. petendo abſolui ab obſeruatione dicti contractus ex pluribus, ſtante inualiditate ipſius, & primò, quia dum eius vir habebat dilationem biennalem, ne moleſtaretur pro tali debito, fuit carceratus de facto, quod fieri non poterat, poſtquam debebat illico excarcerari, quemadmodum captus ſub ſecuritate debet ad priſtinam libertatem reponi, ex adductis per Præſ. de Franc. dec. 258. num. 1. Et propterea cũ ſic nulliter fuerat carceratus, obligatio inde ſubſequens nulla reputari debuerat, vti dependens ex nullo actu priſtino, iuxta deciſa in ſimili adducta per Reg. Rouit. in Prag. 1. n. 27. de S. C. Maced. Secundò; quia metu carceris proceſſerat, & ſic nedum reſpectu viri erat inualida, ad tex. in l. quod in carcerẽ, ff. quod met. cauſa, ſed etiam reſpectu ipſius vxoris in conſequentiam, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis

palis

Digitized by Google

palis, l. cum principalis, ff. de reg. iur. vbi Cagnol. notat, quod reſciſſio principali videtur reſciſſum acceſſorium, Cancer. variar. reſolut. par. 1. cap. 13. numer. 121. Tertiò, quia vxor tuuatur ſuo beneficio pro excarcerando viro, cuius obligatio eſt ipſo iure nulla, Præſ. de Franch. dec. 578. num. 11. hinc cauti creditores ſolent impetrare Regium aſſenſum pro tali cauſa, vt obligatio vxoris valeat, qui cum deficiat in caſu propoſito, meritò inualida reputabatur. Demum, quia vxor debet reuerentiam marito, vt dixit Mongoll. in tract. de iis, quæ vi, & met. cauſa fiūt, cap. 4. numer. 3. reſultauerat metus reuerentialis, cuius cauſa geſta, licet non obligent in foro conſcientiæ, Plotus de in litem iur. §. 3. num. 19. in foro autem fori ſecus videtur, niſi alia concurrerent requiſita, hoc eſt læſio, & ſic metus reuerentialis concurrente maxima læſione ſufficit ad reſcindendum contractum, quia alias ſola præſentia viri non ſufficeret, Gramm. dec. 103. num. 30. Præſ. de Franch. dec. 119. numer. 5. læſio ſiquidem concurrebat, quia iſta mulier nil perceperat ex tali cōtractu, dum pecunia prius viro mutuata fuerat, iuxtà allegat. 32. Conſil. de Georgio in princ. præterea licet metus reuerentialis ad reſcindendum contractum non ſufficiat, niſi præcedant verbera, vel minæ, & probentur, idem Plot. dict. loco citato numer. 14. cum aliis allegatis per Gamm. deciſ. Luſit. 262. numer. 1. vbi ità iudicatum cenſuit, tamen in facto iſto pariter probatum extiterat de minis, & iniuriis à viro factis vxori, & de eius mala natura, ttę dediti. Et ob id facta relatione in M. C. V. die 4. Martii 1641. per Iudicem D. Thomam Carauitam fuit decretum, quod ipſa Aluyſia non moleſtetur, donec aliter fuerit prouiſum, vt in banca Franciſci Vulturalis Mag. Act.

Contractus factus præuio iuramento per filiumfamilias iurantem, ſe viuere ſeorſum a patre, an iure ſubſiſtat, non obſtante exceptione Macedoniani oppoſita per eum, neq; abſolutione à iuramento ſubreptitiè obtenta, tacita veritate, dum enunciauerat, fuiſſe duo inſtrumenta celebrata, & in eis præſtita iuramenta, & tamen vnicum inſtrumentum erat confectum, in quo fuerunt appoſita plura iuramenta, & talis abſolutio obtēta fuerat poſt citationē ſuper tenore inſtrumenti, ac poſt lapſum termini ad ſoluendum, & poſt incurſum periurii, deciſum fuit per Curiam Aquilanam, & indè confirmatum per Iudicem ſecundarum cauſarum, poſtmodum per Mag. Cur. Vic. contra ipſum filiumfamilias, vt teſtatur Alexander Trentacinqu. conſil. 19. tom. 2.

Contractus celebratus per aliquem exiſtentem ſub poteſtate aui, an reſcindi debeat, quemadmodum ſi fuiſſet factus à filiofamilias, & conſequēter incluſus in Regia pragmatica de S. C. Maced. Hoc contigit pertractari in cauſa Io. Thomæ Saracini exiſtentis ſub poteſtate aui paterni Io. Camilli Saraceni, qui cum feciſſet inſtrumentum, ſiue obligationem in anno 1591. die 28. Martii in beneficium Gregorii Orilicii venditionis nempè annuorum duc. . . . pro capitali duc. 500 cuius vigore dum conuenire feciſſet præfatum Io. Thomam, comparuit prædictus Ioannes Camillus, aſſerendo ipſum Ioannem Thomam eſſe in ſua poteſtate poſitum, & proindè non potuiſſe contractum talem facere, & cum iam perfectus fuiſſet, inſtabat, illum annullari vigore diſpoſitionis dictæ pragmaticæ, & videbatur, hoc minimè admitti poſſe; quoniam ſi intuatur verbum, filiusfamilias, qui ex iis duobus præcipuè verbis concipitur, vt conſiderat Io. Baptiſta Barbob. in tract. de filiisfam. q. 1. n. 2. ſubdens, filius à philos dictus, idest amor, ex Bald. in l. maximum vitium, n. 6. C. de lib. præt. & à patre procedere videtur, hinc dicitur filius caro patris augmentata, vel portio corporis paterni, l. cum ſcimus, in fine, C. de agric. & cenſ. lib. 11. cum aliis ibi n. 8. adductis, ſubdit aliud verbum, familias, hoc eſt de agnatione, ſiue caſata, n. 21. quo fit, vt licet ipſe de caſata, ſeù agnatione ſit, non tamen verè ab auo procedit, ſed à patre, & propterea comprehendi non videtur in diſpoſitione dictæ pragmaticæ; ex quo auus, & auia nō continētur appellatione patris, ſeù matris, ad tex. in l. lege Iulia, §. hoc capite, ff de rit. nupt. nec proindè patris appellatione continetur auus, l. patri, ff. ad l. Iul. de adult. cum aliis apud Mollign. de appellat. vtriuſque iuris extenſ. n. 859. notat etiam Carau. in d. pragm. 1. §. 13. n. 23. hinc eſt, quod in prohibitione facta filiis de non alienando, non continentur nepotes, gloſ. in §. nos igitur, auth. de reſtit. fideicomm. cum aliis apud eundem Mollign. vbi ſup. n. 432. quinimmò ex iis videtur dicendum, nepotem non eſſe in poteſtate aui, & conſequenter potuiſſe contrahere, ſtante patris obitu. Ex aduerſo dici poterat, quantum pertinere videatur ad beneficium Senatuſconſulti Macedoniani, filiorum appellatione contineri nepotes, quia eſt diſpoſitio fauorabilis, ideò ſi prohibeatur mutuum filiofamil. habet locum, ne fiant nepoti, etiam ſi iuſſu patris creditum ſit per ſuperexiſtentiam aui, cuius vigore ipſe filius in ea cauſa eſſe dicitur, vt pecuniam mutuo inuito patre accipere non poſſit, ex l. filium, ff ad Macedon. Mollign. vbi ſup. n. 426. vbi in fine ſubdit, quando auus viuit, & ipſe, & pater eius ſunt in poteſtate aui, adeo quod Carau. vbi ſup. dum quærit, ſi filius habens patrem, & auum viueret ſeorſum à patre, ſimul tamen cum auo, ſi poterit contrahere, & ſub diſtinctione dicit, quod ſi nepos eſſet emancipatus reſpectu aui, & proculdubio poterit contrahere, cæterum autem ſi non fuerit emancipatus, ſed in poteſtate aui perſiſteret, vtiq; contrahere non poſſet, quamuis ſeorſum à patre habitauerit, §. admonendi, Inſt. quibus mod. ius pat. pot. ſol. ex quibus concluditur, nepotem eſſe in poteſtate aui. Et ſic tam per M. C. quam per S. C. præuia ſententia fuit talis contractus declaratus nullus, & inualidus, vt patent exempla de hoc præſētata in proceſſu agitato per Donatum Mariam Materdona, & Annam de Ayello contra dictum Ioann. Thomam Saracenum, in banca Litti.

Contractus reſciſſus per Iudicem ob ſolutionem tertiarum non factam, ſi poſt reſciſſionem creditor aliquas tertias præteritas recepiſſet, an recōualeſcat, vel ſit reſpuendus, vti reſciſſus, de hoc plenius verba feci in voto 47. vbi deciſiones etiam inuicem contrarias adduxi, & propterea in caſu iam vertente in cauſa Ill. Ioſephi Longhi Marchionis S. Iuliani cum Ill. Principe Montis Sarchii, cum fuiſſet prolata ſententia reſciſſionis contractus inter eos initi ob ſolutionem

ter-

tertiarum non factam, quanquam poſt dictam ſententiam ipſe Marchio receperiſſet certam quãtitatem pecuniarum à dicto Ill. Principe in computum tertiarum decurſarum ante ſententiam, & quandam paucam quantitatem tertiarum poſt dictam ſententiam per medium banci, cum reſeruatione iurium ipſius debitoris, qui prætendebat, ratificationem contractus ex hoc factam fuiſſe, cuius contrarium aſſerebat creditor ex deductis in dicto meo voto. Nihilominus facta relatione in S. R. C. per ſolertiſſimum Dominum Scipionem Salituium Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſ. die 22. menſis Maij 1643. fuit deciſum, quod ſententia alias lata ſub die 9. debitæ executioni demandetur, penès Secret. in banca Iadoniſij Mag. Act.

Contractus celebratus per filiumfamilias ſe obligantem in beneficium patris, ipſo patre ſe auctorante, an valeat, ita quod gaudere non poſſit beneficio Senatuſconſulti Macedoniani, deciſum fuit per Sacrum Conſilium, contractum eſſe validum, vt refert D. Regens Sanfel. dec. 190.

Contractus celebratus cum prodigo ſtante prohibitione facta Notarijs, & Actuarijs recipiendi eius obligationes præuijs publicis præconizationibus, ac alio decreto interdictionis adminiſtrationis, & dato curatore, ſed non præconizatum per Ciuitatem, an valeat, vt in facto accidit de prodigo, qui fecerat apocam banco de mutuo alicui, ex quo decretum primum prohibitionis factæ Notarijs non fuerat factum cum cauſæ cognitione, & aliud decretum non aliter publicatum, prout de iure, fuit per S C. condemnatus ad quantitatem petitam abſq; intereſſe, ità D. Reg. Sanfel. dec. 148.

Contractus celebratus de facie ad faciem cum procuratore, & cũ promiſſione ratificationis principalis. ſi illa non fuerit ſubſequuta, an illico reſoluatur, contingit in cauſa Comitiſſæ Potentię, quę cũ conduxiſſet dictam Ciuitatem per nouennium à Comite filio, & patre Marchionis, quam per prius matrimonij contemplatione eidem filio renunciauerat, ſeù refutauerat, reſeruatis ſibi annuis ducatis tribus mille durante vita ipſius, & in dicta locatione perſtitiſſet per ſeptennium, ad conuentionem nouam deuenerunt de recedendo ab affictu, prout ipſa Comitiſſa retroceſſerat per eius procuratorem, retrocedendo eius filio, qui infra ſex menſes ſe obligarет de facie ad faciem cum eius matre contractum ipſum ratificare, alias quod nulla cenſeretur retroceſſio, ſed quod eidem Comitiſſæ liceret auctoritate propria abſq; actu iudiciario continuare affictum per integrum nouennium, elapſo ſemeſtre non aliter facta ratificatione deceſſit filius, ob quod Comitiſſa inſtitit cõtinuare dictum affictum, cui licet fuerit obiectum, ſibi obſtare ordinem, & iuſtitiam, reſpectu ordinis, quia tractabatur de re magni valoris, indigebat termino, in iuſtitia offerebatur, ratificationem pupilli nomine facere. Tandem fuit per S. C. deciſum, licere Comitiſſæ affictum continuare pro integro nouennio, vt refert Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 302. in noua impreſſione.

Contractus venditionis feudi oretenùs factæ, & ſoluto pretio venditori, an iure ſubſiſtat, vt cogi poſſit venditor ad ſtipulationem ipſius, nil obſtante reuocatione alienationis factæ; iuxtà Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, adhuc aſſenſu non impetrato, fuit per S. C. datus terminus in cauſa, non oblato mandato, & ideò venditor ſtipulatus fuit cautelas venditionis cum emptore, refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 11.

Contractus celebratus per filiũfam. abſq; conſenſu, & præſentia patris, an valeat, ex quo tam ante contractum, quam poſtea vixerat cum vxore, & familia ſeorſum à patre, non obſtante gratia conceſſa Ciuitati Neap. vt contractus ipſi ſtipulati valeant coram patre, vel quod de emancipatione conſtaret, fuit deciſum in beneficium Lucij Capycij ad relationem Reg. Conſil. D. Flaminij de Conſtantio facta relatione per S. C. in Collat. die 6. Februarij 1624. & fuit condemnatus Ill. Marchio ad ſoluendum tertias decurſas, refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 16. & nos de eadem deciſione meminimus in 3. part. eod. verb. contractus, & infra eo. verb. obligatio, & verb. filiusfam.

Contractus venditionis feudi celebratus per venditorē ignarum, & prodigum reputatum cũ emptore callido, & verſuto, doloſè, & cum fraude geſtus, ex præſumptis actionibus fraudulentis, cum magna, & enormiſſima lęſione probata, an reſcindi debeat, fuit deciſum per S. C. affirmatiuè in caſu relato per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 35.

Cõtractus vſurarius, vulgò nuncupatus *dar le robbe à partito*, iuxtà diſpoſitionem prag. an valeat, vtputà cum fuiſſet facta venditio alicui quorundam ſupellectilium cum quadam parua quãtitate auri laborati pro certo pretio, quod ſoluere promiſerat infra certum tempus, quo elapſo emptor venditionem fecerat annuorum ducatorum, pro quo credito ipſe creditor poſt multos annos, tam pro ſorte principali, quam pro annatis decurſis, & intereſſe ipſarum ſatisfieri prætendiſſet ſuper bonis ſtabilibus, quæ per tertium poſſeſſorem poſſidebantur, & dum per eum oppoſitum fuiſſet de inualiditate contractus vti vſurarii, fuit per Sacrum Conſilium iudicatum, eſſe vſurarium, vt refert Dominus Regens Hect. Capyc. Latro conſult. 70. vbi ex multis rationibus probat, talem ſententiam comprobandam fore, vbi retulit tranſactione finitam fuiſſe.

Contractus celebratus per mulierem maritatam accedente auctoritate viri iunctim cum interuentu eius filij, & alterius conſanguinei, præcedente Regia diſpenſatione venditionis annuorum introituum pro certo capitale, obligando bona extradotalia, an iure ſubſiſtat ob exceptiones Velleiani, & Macedoniani, ac metus reuerentialis, & compulſiui; ſi compertum fuerit, capitale acceptum fuiſſe pro viri ſubleuatione, ne carceraretur, & quamuis ex allegatis exceptionibus dicẽdum videbatur, nullo iure ſubſiſtere potuiſſe talem contractum, vt infra dicetur, & primò reſpectu exceptionis Senatuſconſulti Velleiani in beneficium mulierum promulgati nullatenus teneri ad obligationem, ſeù interceſſionem contractam per eas in beneficium aliorum, vt diſpoſitum patet in titulis, tàm Digeſtorum, quam Codicis ad S. C. Velleian. de quo ſatis vltra

ibi

ibi DD. ſcripſerunt Zanger. in tract. de excep. c. 11. ſub par. 3. de excep. Velleian. S. C. Hieronym. Treutl. ſelect. diſput. lib. 1. tit. de S. C. Velleian. in diſp. 25. theſi 1. & 2. Carroc. de excep. contra ſent. except. 87. n. 20. & ſeq. Carol. de Graſſ. in tract. de exception. in except. 27. & in terminis, quod vxor pro viro intercedens iuuetur Velleiano, & renunciatio non teneat, probat D. Reg. de Ponte conſ. 28. n. 20. vol. 1. nam omnes mulieres iuuantur Velleiano, Præſ. de Franch. dec. 623. n. 8. taliter quod interceſſio pro mariro vxoris eſt ipſo iure nulla, etiam ſi confiteatur, pecuniam in propriam commoditatē cōuerſam eſſe, niſi id verè probetur, Iacob. Gall. conſ. 68. num. 44. nouiſſimè Auend. in tract. de metu lib. 2. capit. 6. num. 84. & ſeq. Reſpectu autem exceptionis Macedoniani competentis filiusſamil. ſunt pariter tituli diſpoſiti in iure de S. C. Macedon. non permittentes eorum obligationes in aliorum beneficium, etiam patris, de quo ſatis per eundem Zanger. eod. tract. d. par. 3. cap. 12. Cartocc. vbi ſup. n. 10. ad 20. Carol. de Graſſ. vbi ſup. & pariter beneficium tituli quod cum eo, de quo per Præſ. de Franch. dec. 181. & 164. Quantum autem ad exceptionem metus reuerentialis, quę poteſt vt riſque obſtare, de qua ſatis apud eundem Carol. de Graſſis eod. tract. in except. 11. per totam, & quando præſumatur talis metus reuerentialis in vxore, docet Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. n. 11. & iuncto cum læſione cauſam præbet reſciſſioni contractus, idem Præſ. de Franch. dec. 119. n. 5. poſt Annam in allegat. 88. n. 6. qui in allegat. 114. n. 2. probat, quod metus reuerentialis præcedentibus minis ſufficit ad reſciſſionem, imò metus reuerentialis abſq; minis concurrente læſione inducit nullitatem contractus, nouiſſimè probat Andreol. controuerſ. forenſ. controuerſ. 3. n. 10. & præter eum copioſè proſequitur d. Anton Gabrer. de Auend. eodem tract. lib. 1. cap. 14. per totum. Nihilominus per ea, quæ in facto, & in iure probata ſunt reddebatur contractus vndiq; validus. Ex facti ſerie apparebat de anno 1612. die 12. Maij Eliſabettā Scialla cum auctoritate Iulij Cæſaris Buonnicini eius viri, iuſimul cum Franciſco eius filio, ac Capitaneo Franciſco Antonio Buonuicino vendidiſſe Io. Leonardo Ripa annuos ducatos 230. pro capitale ducatorum 3000. mediante publico inſtrumento; & obligaſſe eius bona extrà dotes, & paraphernalia, recipiendo capitale prædictum, præcedente aſſenſu Excellen. Proregis per verbum, liceat quoad bona extrà dotes, inde mortuo creditore Beatrix Venata mater, & tutrix filiorum, & hæredum ipſius Io. Leonardi dum conſequi deberet pro tertijs decurſis ducatos 1890. vſq; ad menſem Decembris 1626. comparuit coram Aduocato Fiſcali Audientiæ Hydruntinæ Iudice delegato, petendo, illam condemnari ad dictam ſummam, conuenta oppoſuit prædictas exceptiones Velleiani, & Macedoniani, atq; nullitatem contractus, ex quo dictus Franciſcus erat filiusſamilias, & minor, producendo fidem natiuitatis, & abſolutionem à iuramento, & cum fuiſſet ordinatum, quod exequeretur contra ipſam pro tertijs decurſis. Appellauerunt ad S. C. dicēdo de nullitate, et licet fuiſſet dictū, nullitates non obſtare, fuit tamen in reclamatione datus terminus, in quo fuerunt examinati plures teſtes ad inſtantiam ipſius Eliſabettę de metu compulſiuo aſſerentes, ac de minis, & alijs grauaminibus factis ante obligationem, quæ ſufficientia erant pro reſciſſione contractus, vt dictum eſt, quando eſſent probata, cæterum autem metum ex ſola reuerentia ceſſantibus minis nōn præſumi, firmat Maſcar. concl. 1055. n. 22. & 23. Et propterea contra dictos teſtes replicabatur, eos eſſe ſeruos, quemadmodum latiſſimè proſequitur Farin. de teſtibus quæſt. 55. à n. 165. & ſeq. & deponebant per eundem præmeditatum ſermonem, vt quoq; probat Maſcar. de probat. concluſ. 1374. n. 6. & ſeq. & inſuper examinati ab Examinatore allegato ſuſpecto, vt quoq; conſiderat Io. Iacobus de Lautent. in eius tract. de Iudice ſuſpecto cap. 6. ſub n. 6. Dicebatur, in facto etiam apparere poſt dictam obligationem ipſam Eliſabettam feciſſe ad beneficium Io. Leonardi Ripæ contractum ob violentiam ſui viri, & ſequenti die 13. Martij 1612 ipſam Eliſabettam dediſſe dicto ſuo viro dictos ducat. 3000. & procurauit ab eo venditionem ducatorum 270. annuorum, quos receperat præſentialiter, ad hoc ne compelleretur ſoluere eidem Leonardo Ripæ, & indè quærebat id, quod ſoluebat dictus eius vir, eodem die 13. Martij in affictum dederat quandam maxariam, vbi dicitur Buciuoria pro annuis ducatis 270. quam poſſedit ſemper ipſa Eliſabetta, & quod ſit verum, ſub die 8. Aprilis 1617. Eliſabetta ad cambium receperat à Io. Baptiſta Spinula Barone S. Petri in Galatina ducatos 500. & in fideiuſſorem dederat Io. Franciſcum eius filium, & Marcum Antonium Buonuicino, & ſub die 11. Maij 1630. Io. Franciſcus, tam nomine proprio, quam pro parte Eliſabettæ eius matris, pro qua promiſerat de rato in ſatisfactionem dictorum ducatorum 500. quos debebat Eliſabetta, dedit maxariam eidem Spinulæ, & Eliſabetta ratificauit venditionem, & dum apparebat affictus factus a dicto Iulio Cæſare eidem Eliſabettæ, quæ vendiderat, media præſumuntur, probatis extremis, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 66. num. 2. Sicq; præſumitur, quod ab anno 1612. vſque ad annum 1630. dicta Eliſabetta poſſediſſet, & indè vēdidiſſet, ex quo poſſeſſio continuata certi, & limitati temporis requirit extrema, videlicet initium, & finem illius temporis, Maſcard. d. tract. concluſ. 170. n. 20. quæ ſiquidem poſſeſſio tam per teſtes, vt inquit Maſcard. eo. tract. concl. 870. n. 13. quam per affictus plenius probatur, idē Maſcar. d. tract. concl. 1181. & per perceptionem fructuum, latiùs Maſcar. de probation. concluſ. 1183. & ideo non intrat diſcuſſio Velleiani, dum in eius poſſe venit ęquiualens obligationis, quod fecit ex pecunia, quam mutauit ſuo viro; imò quia hoc ſtabile erat maioris valoris, & ipſa vendidit pro ducatis 4600. ſic quando mulier effectiuè non eſt læſa, Velleianum ceſſat, idem D. Reg. de Ponte dict. conſ. 28. num. 3. & 11. Item quia in anno 1615. dum conficeretur cataſtrum Miſanei, Eliſabetta procurauit deductionem huius crediti Leonardi Ripæ pro ducatis 2687. t. 12. adeo quod altj ducati 312. 3. 7. ÷ ad complementum ducatorum 3000. debebant exonerari à cataſtro Brunduſij, & in cataſtro, quod factum fuit indè ſequenti anno 1627. de menſe Maij procurauit eandem deductionem, ex quibus cernitur, ipſam

P poſt

poſt prætenſas violentias ipſius Iulii Cæſaris recognouiſſe debitum vti proprium tempore, quo non erat in metu, & violentia, imò poſt mortē ſui viri. Præterea pecunia ipſius Leonardi Ripę deſeruierat pro repatriatione ipſius viri, quia errabat, & à Curia perſequebatur, & ſequeſtrauerat officiū, & multi Cōmiſſarii Regiæ Cameręcū perſequebātur, idcirco obnoxia erat tollere hāc vexationē imminētis carcerationis, ſuppoſito, quod mulier pro neceſſitatibus filiorum, parentum, & mariti fideiubens, dicitur pro ſe ipſa fideiubere, & proprium debitum agnoſcere, ad quod erit arctata fideiubere, nec proindè beneficio prædicto iuuari poterit, ità ex pluribus firmat Pyrr.Maur.Aretin. in tract. de fideiuſſor. par.2. cap.3. num.73. & ſeq eo maximè pro liberando marito à carceribus, & ſimilibus cauſis relatis ibidem num.8:4 & ſeq. quod idem erit aſſeuerandum ad euitandum carcerationem comminatam, ſicuti quando eſſet carceratus, iuxtà deciſion. Conſil. Gizarell.4. & controuerſ. 14. D. Reg.Fabii Capyc. Galeoti, de quibus meminit Neguerol.allegat.54. n.26. Et amplius, quia Eliſabetta erat diues, & in dotem dederat duc.25. mille, & extra dotes alios ducatos 25.mille habebat, quid mirum ſi in venditione receperat dictos ducatos 3000. vt ſuccurreret viro, mulier n. quæ in rem ſuam ſe obligat, non poteſt ſe tueri S.C. Velleiano, Anton.Hering. io tract. de fideiuſſ. cap. 7. num. 412. immò vxor ſe obligans principaliter, & marito fideiubente non gaudebit tali beneficio, probat Andr. Gayll. vt infrà n.8. Nec officere poterat prætenſa violentia probata per ſeruos, dùm ipſa Eliſabetta erat perſona virilis, nec timebat aliquem, neque credi poterat, fuiſſe violentiam paſſam, dùm eius vir erat perſona quieta, placabilis, & bonæ qualitatis. Vltimò ipſa Eliſabetta poſt obitum viri ſoluerat poſt hæc tertias, ſeù illarum partem eidem Ioan. Leonardo Ripę, mediante perſona ſui Procuratoris, ex qua enim ſolutione, & receptione facta virtute contractus inducitur ratificatio, Anchatan.lib.1. quæſt.38. nu.4. & mulier maior 25. annis pro extraneo, ſeù marito ſoluens, beneficio Velleiani non iuuatur, Andr. Gayl.lib.2. obſeru. 90.n.7. Hæc in facto, ſed in iure corroborabatur, dū ipſa Eliſabetta quatenus interceſſiſſet pro viro, & aliquid, ſiuè magni, ſiuè parui valoris recepiſſet, non iuuaretur beneficio Velleiani, ex tex. in l.antiquę iuriſdictionis teria 23. C. ad Vellei. S.C. & ita poſt longam diſcuſſionem deciſum refert Gamma deciſ. Luſit.121. Zanget.vbi ſup. n.133. Sicque facta relatione in S.R.C. die 7. Februarij 1640. per Reg.Conſil D.Franciſcum Sauium iunctis aulis fuit deciſum, contractum eſſe validum, & proindè Eliſabetta Sciſlla infra decem dies ſoluat tertias decurſas, ſaluis iuribus prædictæ Eliſabettæ, ſi quæ competūt pro ſuis iuribus dotalibus contrà quos decet, & ſalua prouiſione facienda reſpectu obligationis filij, in Banca de Martino pro Burrello.

Contractus celebratus per mulierem accipientem pecuniam ſub annuo reditu inſimul cum eius viro, vndè præſumitur ad virum perueniſſe, ex qua partim ſoluta fuit per eā creditori eius viri, ſciēte ipſo contrahente creditore, an iure ſubſiſtat, vt eius heredes teneantur, attenta nullitate contractus eliſa per exceptionem Velleiani S.C. Doctor Fabius Supinus vti curator hæreditatis iacentis quondam Hieronymi Bucca de menſe Martij 1640. petijt in S. C. condemnari Corradū, & alios de Capyce hæredes quondam Ioannæ Capyciæ ad ſoluendum ducatos 864. debitos ex cauſa annuorum ducatorum ſexaginta, ad rationem ducatorum viginti pro quolibet centenario, pro capitali ducatorum 300. olim per dictam Dominam Ioannam venditorum Hieronymo Bucca ad vitam Iulij Cęſaris Bucca, vna cum in ſolidum obligatione Horatij Ogedæ eius viri, præcedente etiam Regio aſſenſu, & pro dictis ducatis 864. aſſiſtentiam præſtari ſuper bonis remanſis in hæreditate dictæ quōdam Ioannæ, &c. Produxit fidem inſtrumenti venditionis factæ per dictam Dominam Ioannam, nec non partitas Banci ſolutionis dictorum ducatorum 300. eidem Dominæ factæ, ex quibus prætendit, contra dictos hæredes eius intentionem fundatam habere, ex traditis per tex. in l. ſi mulier tanquam 11. ff. ad Vell. & in l. ſi fęnebris pecunia, C. eod. Sed longè fallitur actor, ex quo contractus ipſe eſt de iure nullus, & ſub quæſito colore celebratus, & per conſequens ipſa mulier, eiuſque hæredes ad nihilum tenentur. Nam quotieſcunq; mulier inſimul cum viro ſe obligat, ex indubitata iuris præſumptione totā pecuniā ad virū perueniſſe præſumitur, & ipſa mera interceditrix dicitur, vnde ſequitur nullitas dicti contractus, vulgaris iuribus in Authentica ſi qua mulier, C. ad Velleian. l. vir vxori, l. 1. & toto tit. ff. ad Velleian. Afflict. deciſ. 209. num. 4. & ibi Vrſill. num. 1. D.Reg.Rouitus Pragm. 1. ad Vellei. num. 10. niſi expreſsè ex aduerſo probetur, pecuniam in propriam ipſius mulieris vtilitatem conuerſam fuiſſe, per notata in dicta Authent. ſi qua mulier, & in l. vir vxori, ff. eod. per D.Reg. de Ponte de poteſtate Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. in rubr. n. 25. quæ quidem iuris præſumptio habet locum etiā quando mulier in eodem contractu fatetur ſe principalem, & pecuniam verſam in ſui beneficium, vt per DD. communiter in dicta Auth. ſi qua mulier, & præſertim per Bart. n.3. Bal. n.9. Caſtr. n.4. Burrigar. & Alber. n. 2. Specul. de ſolut. §.1. verſ. ſed pone vir, & vxor, nu.9. Abb. conſ. 44. in præſenti, num. 1. lib. 1. Bologn. conſ. 45. Samaritana col. 2. Alex ad Bart. in l. ſi mulier, ff. ad Vell. Gayllus obſeruat. 89. Gratian. diſceptat. forenſ. diſcept. 861. num. 14 Menoch. præſumpt. 22. num. 2. lib. . . Boer. deciſ. 23. nu. 7. Theſ. dec. 22a, num. 14. & deciſ. 213. num. 2. & 4. Hæc autem iuris præſumptio facto corroboratur. Nam in proceſſu fuit deductum per partitas publici Banci, prædictos ducatos 300. dictæ Dominæ Ioannæ per dictum Hieronymum Bucca ſolutos, breui manu fuiſſe giratos dicto Horatio viro, eiuſque creditoribus, & ſic apparet, illos ceſſiſſe in vtilitatem dicti eius viri, & per conſequens ipſa ſeù eius hæredes ad nihilum tenentur, ex ſententia citatę Authent. ſi qua mulier, C. ad Vellei & per DD. ibidem. Item per dictas partitas Banci fuit deductum in continenti, de dicta pecunia ſoluta dictæ Ioannæ per dictum Hieronymum creditorem fuiſſe ſolutos ipſimet Hieronymo ducatos 60. in computum alterius ſummæ, quam conſequi debebat à dicto Horatio eius viro. Vnde ex his non ſolum probatur ſcientia, & dolus dicti creditoris, dictam Ioannā

viri

Digitized by Google

viri obligationem in ſe ſuſcepiſſe: immò ipſum participem fraudis fuiſſe, & per conſequens dictæ Ioannæ obligationem fuiſſe ſub colore quæſitam. Igitur contractus nullus, & petitio vana, dicta Auth. ſi qua mulier, C. ad Vell. l. quamuis 8. §. ſi cum eſſem, l. immò tunc 12. l. Seia 28. §. fin. l. quidam, ff. ad Vell. D. Reg. Rouit. dicta Prag. 1. ad Velleian. Scaglionus ibidem n. 5. Franch. dec. 279. num. 8. Ioſeph Ludou. dec. 18. Cyn. Angel. Salicet. & communiter DD. locis præcitatis. Quotieſcunque enim concurrit ſcientia creditoris in contractu mulieris, pecuniam ceſſuram in beneficium extranei, qui reperitur cum muliere obligatus in eodem contractu, ſufficit, vt mulier Velleiano iuuetur, l. 1. C. ad Vell. Paul. de Caſtr. in d. l. Seia, §. 1. ff. ad Vell. Theſaur. dec. 222. num. 14. & 223. num. 2. & 4. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 209. n. 3. in fine. Quando vero mulier principalitèr ſe obligat, & vir ſimul cum ea (prout in caſu noſtro) tunc non requiritur probatio ſcientiæ creditoris, pecuniam ceſſuram in beneficium viri, quia id lex præſumit, dicta Authent. ſi qua mulier, C. ad Vell. & DD. ibidem. Cuius Authent. diſpoſitio (ſic etiam firmata, & ampliata per Reg. Pragm. ad S. C. Vellei.) cum ſit deſumpta ex iure nouiſſimo Authenticorum, inuiolabiliter ſeruãda eſt, nõ obſtante quacunque lege in contrarium apparente in corpore ff. & C. cum omnes ſint correctæ per hanc Authenticã, vt per Bar. & DD. dicto loco, ciuſque exceptio non ſolum competit mulieribus, ſed etiam eius hæredibus, & ſic dictis de Capyce, l. hæredes quoque, C. ad Vell. l. hæ actiones, ff. eod. His firmatis non obſtat tex. in l. ſi mulier tanquam, ff. ad Vell. & in l. ſi fœnebris pecunia, C. eod. nàm procedunt, quando pecunia ſoli mulieri fuit tradita, & nõ reperitur alius cum ea obligatus, vt ex verbis apertiſſimis dictorum iurium probatur, & per Azon. in d. l. ſi fœnebris pecunia, C. eod. & per Caſtr. d. l. Seia, n. 1. & ibi communiter Scribentes. Proindè ſtante tam clara & exuberanti iuſtitia omnino dicti hæredes veniunt, vt ſupplicatur abſoluendi, cætera, &c. Franciſcus Lauritus V. I. D. die 15. Iunij 1641. Per S. C. ad relationem Reg. Conſ. Carleual fuerunt abſoluti conuenti, in Banca de Simeone pro Fœlice Act. Mag.

Contributio an erit facienda inter hæredem in burgenſaticis, & hæredem in feudalibus pro ſolutione onerum hæreditatis, ſi ex coniecturis appareret, teſtatorem noluiſſe grauare hæredem in feudalibus onere contributionis ex tacita eius mente; Primò, quia hæres in feudalibus fuerat inſtitutus in certis feudis, & ſic ex tali reſtrictione non poterat fieri extenſio ad generalitatem. Secundò, quia aderant deſcripta certa legata. Tertiò, ob onus magnum impoſitum dicto hæredi occaſione feudorum; deciſum fuit, hæredem vniuerſalem in burgenſaticis, & particularem in feudis teneri ad contribuendum in ſolutione onerum hæreditariorum, ac etiam legatorum teſtatoris, pro rata tamen bonorum hæreditariorum, præter particularia onera, & legata vnicuiq; ipſorum per eundem teſtatorem iniuncta, & per vnumquenque ipſorum ſoluenda, ita refert in cauſa illorum de Vaaz D. Reg. Fab. Capyc. Galeo. controu. iur. tom. 2. controu. 22. à n. 1. ad 35.

Contumacia purgari an poſſit per quemlibet amicum rei, etiam eo abſente, fuit affirmatiuè reſolutum per Collaterale Conſil. vt refert Io. Maria Nouar. in prag. 12. de Actuar. n. 5.

Contumaci ſi ob aliquod delictum contingerit fieri mandatum, ſiue præceptum, vel à Iudice, vel ab Actuario, aut Scriba, ne diſcedat ex domo, vel vt cõpareat, ſi cõtrauenerit, an erit ipſe condemnandus ad pœnam ſpreti mandati, cum comparere non potuerat abſque ſecuritate, fuerunt in facto ſubſcriptæ allegationes cõpactæ, videlicet. Octauius Capycius Bozzantus cõtumax M. C. V. ex cauſa vulneris illati in perſonam N. dũ alias rixaretur cum N. fuit ei per Scribam fiſcalem dictæ Mag. Cur. factum mãdatum, vt domum rediret, eamq; loco carceris teneret ſub pœna duc. 4000. qui non aliter obtemperans mandato prædicto, poſt multos dies captus, & exiſtens nunc in fortijs dictæ Magnæ Curiæ prætendit Reg. Fiſcus dictam mandati mulctã ab eo exigere tanquam mandati ſpretore. Nos qui iura dicti Octauij tuemur, nullatenus ad dictam mulctam eum teneri dicimus, ex quo mandatum fuit nullum, eiusq; nullitatem duplici ex capite ex infra dicendis demonſtrabimus. Primo ex defectu iuriſdictionis tanquam factum ab eo, qui nullam iuriſdictionem habet. Secundo, vti factum ei, qui ad illius obſeruantiam non tenebatur. Quoad primum, licet Dominus Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſion. fieri ſolitis num. 20. & ſeq. 24 & 34 aſſerat, mandata prædicta pro bono pacis, & qualitate cauſæ inſpecta poſſe a Iudice fieri, & contra ſpretores exequi. Scribæ autem hoc permiſſum eſſe nõ inuenimus, quia nullam iuriſdictionem habet, Bar. in l. Imperium, num. 12. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Velaſc. in d. l. n. 221. eod. tit. Vlpian. in l. aliud fraus 131. §. item mulcta, ff. de verbor. ſignific. Farinac. q. 18. n. 46. & n. 48. dicit, quod nec Fiſcus mulctare poteſt, Bonacoſſ. commun. opinion. par. 1. pagin. 117. Lauren. Kirchou. commu. opinion. cent. 5. lib. 2. opinion. 37. Menoch. de arbitrar. iudic. q. 74. n. 9. qui de communi teſtatur, Benedict. Plot. conſil. crimin. 3. n. 2. vol. 2. & facta ſi inueniuntur, non tenent, Iacob. de Beluiſ. in pract. crimin. tit. de inquiſ. n. 30. Nec vim facit, quod Fiſcus prætendit, mandatum prædictum fuiſſe factum, & eſſe ſolitum fieri de ordine Magnæ Curiæ, & conſequẽter validum eſſe, nam de tali commiſſione debet conſtare in ſcriptis, Iaſ. in l. cũ proponas, & l. 1. n. 7. & ſeq. C. de pact. Bal. in cap. cum parati, n. 4. 12. & 17. i. ſect. C. de appell. & in l. prohibitum, C. de iure fiſc. lib. 10. Aſſli. in Conſt. Edict. n. 7. qui licet in d. Conſt. videatur ſibi ipſi contrarius, dicendo, poſſe Iudicem ſolo verbo Scribæ imponere, vt mandatum faciat; hoc tamen non habet locum dixit contra perſonas priuilegiatas, vt in caſu noſtro. Nam ex particulari priuilegio conceſſo Ciuitati Neap. & Ciuibus ipſius non poteſt contra dictos Ciues, & habitantes in ea procedi ad citandum, vel carcerandum abſq; ordine, & commiſſione in ſcriptis, vt expreſſe legitur in cap. 21. incip. *Item che nulla Comeſtabile*, inter Capitula, & Priuilegia Neap. fol. 17. & in cap. 15. incip. *In vn' altro Capitolo ſi diſpone, &c.* fol. 154. in dictis Capitulis, per quæ etiam diſponitur, vt aduerſus cõtrauenientes poſſit impune reſiſti, & contra eos procedi. Cùm igitur tale mandatum ſit factum a perſona iuriſdictionem non habẽte, vt eſt Scriba, abſq; commiſſione, & mãdato Iudicis in ſcri-

ptis,& perſonæ expreſsè priuilegiatę, vt eſt dictus Octauius Citus, & Patritius Neap. clariſſimè ſequitur, mandatum ipſum fuiſſe nullum,& inualidum,& pro nuda citatione haben, Bal.in l.2.§.ius alimentorum,n.3.ff. vbi pupill, Innoc.in cap.tua, de cohab.cleric.& mulier. Paris de Puteo in tract. de ſindic.ver.præceptum,verſ.quia ſæpè,antè n.9. Quoad ſecundum indubitati iuris eſt, contumacem mulctare prohibitum eſſe, quia venire non præſumitur, non quia Iudicem contemnat, ſed quia ſeipſum non contemnit, recuſans in diſcrimine venire, Natta conſil.554.vol.3, & non poteſt fieri ei præceptum de domo non exeundo, vt commodiùs capi poſſit. Bertazol.conſil.437.n.24. vol. 2. Vndè ad eum excuſandum ſufficit quęlibet etiam læuiſſima cauſa l.ſatisq. pœna, vbi glo. ff.de in ius vocand. gloſ.magna in l.1.§.fi.vbi Bar. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp, Farinac. q. 18. n.40.& quando Iudex in pœnam alicuius delicti mandat alicui, ne de domo recedat, nõ poteſt cõdemnare, niſi ad pœnam delicti, Iaſ.in l.quod iuſſit, num. 19.ff.de re iud.& conſil.416. n.10. Neq; imputato de delicto poteſt præcipere, vt comparere debeat ſub pœna, quia præceptum non debet eſſe initium inquiſitionis,& quia mulcta nõ poteſt imponi, Brun, conſ. 87. num.46. Bertazol. conſ. 354.415.416.& ſequenti, vol. 2. Baiard. ad Clar.§.fin.quæſt.31.n.14. vſque ad 30. Ex his infertur, quod dum dictus Octauius erat contumax M.C.V. iuſtam cauſam habuit non parendi mandato, & ſic mandati ſpretor dici non debet, Paul. de Caſtro in l.1. §. 15, num. 4. ff. ſi quis ius dicent, non obtemp. Farinac. quęſt. 11 n.51. Brun. conſ.87. num.40. & conſequenter ad mulctam non tenetur, ex quo mulcta prædicta imponitur, & exigitur contra contemptores Iudicis iuſtam cauſam non habentes, Boſſ. in prax. crimin. de mulctis, n.6. Bened. Plot. cõſ.3. n.16. immò omnia acta contra ipſum facta ſunt nulla, & inualida, Bar. in l.ſeruum quoque, §.publicè, num.7.ff.de Procur. Brun. dicto conſ.87. num.42.& ſequenti, Farin. dicta quæſt. 11, n.50. ante n.76, & n.60.& q.34.n.56. Vant. de nullit. ex defectu iuriſdict.& vnde, ac quibus modis, num.161. quod adeo verum eſt, vt iuſtam cauſam habeat non parendi mandato, non ſolum contumax, & citatus, ſed etiam ille, qui quomodolibet eſt de aliquo crimine denunciatus, Farinac. dicta q.34.n.54 & ſequenti. Hinc inoleuit praxis, & forma citandi pro noua cauſa reos, ſub pęna ordine Iudicis, cum aſſecuratione primi delicti, & ita de conſuetudine ſeruari dicit Foller. in pract. crim. verbo, vel eos verbaliter, ante n. 31. verſ. nec eo caſu teneri comparere, niſi data ſecuritate, & n. 32. Boſſ. in tit. de citatione n.33. & tit. de banni nullitate. n.9. Farin. dicta quæſt. 11. n.58. qui multos adducit, Affl. deciſ. 289. n.24. quod cum hic ſeruatum non videatur, ſequitur, &c. Comprobantur iam dicta deciſionibus eiuſdem M.C.V. vt in cauſa Ianuarij Barteſij contumacis dictæ M.C. cui dum pro alia cauſa fuiſſet factum mandatum à Scriba ſub pœna ducatorum duorum mille, vt ne recederet de domo, mandato non paruit,& ob id fuit mandatum prædictũ incuſatum, & adſcriptum in libro Inferni, poſtea captus per M. C. V. facto verbo ad relationem Domini Iudicis Chaues ſub die 11. Martij 1641. fuit dictum, non eſſe moleſtandum pro mandato, & pro alijs inquiſitionibus exulet per biennium in Banca Tartaglię, Viola Scriba. Idem practicatum vidimus in cauſa D. Franciſci de Loffredo Ducis Lauoniæ, &c. vbi ſimiliter fuit dictum, nõ eſſe pro mandato moleſtandum, ex quo non fuit aſſecuratus, dum erat delinquens, ad relationem Domini Iudicis Lotterij ſub die 22. Ianuarij 1641. in Banca Panſerę, Rallus Scriba, Et ex his ſperatur, omninò iudicandum fore ad fauorem Octauij Capycij Boazuti. Franciſcus Lauritus V.I.D. die 3. Nouembris 1641. Facto verbo in M. C. per Iudicem D. Ioannem Burgos, fuit decretatum, quod dictus Octauius non moleſtetur pro mandato, ſed exulet per quinquennium pro alijs inquiſitionibus, in Banca Mauri, penès Sanctorũ Scribam. Pro corroboratione præfatarum deciſionum aduertendum erit, qualiter in non contumace probatum extitit, quòd ſi fuerit citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere, vt probat Andr. Gayl. de pace publica, lib. 2. cap. 11. num.7. & lib. 1, pract. obſeru. in obſeru. 52. n.2. Minſyng. ſingul. obſeru. cent. 2 obſeru. 73. & propterea citato non tutè accedenti ad locum iudicij conceditur ſecuritas veniendi, ac etiam recedendi, vt proſequitur And Gayl. d. obſeru. 52. n.5.&6. Minſyng. cent. 1. obſeru. 81. Harthman. in Miſcellan. cap. 1. obſeru. 22. quod non tantum in cauſis ciuilibus, quã etiam in criminalibus procedere, probat Daniel Moller. lib. 2. ſemeſtrium, cap. 1. de quo ſatis verba feci in 3. part. verbo ſaluusconductus, multo fortius erit aſſeuerandum procedere in contumace, cui præceptum fortè fuerit factum à Scriba cauſæ, potiſſimum, vel vt compareat, vel detineat domum loco carceris, ità vt pœna, ſeu mulcta exigi non poſſit. Primò reſpectu ipſius Scribę imponentis tale præceptum, ex quo ſunt miniſtri Iudicis, prout eſt Commiſſarius, qui eſt miniſter committentis, vt docet Andr. Gayl. dicto lib. 1. obſeru. 100. n. 11. vbi n. 13. probat, ipſum non poſſe bannum irrogare, l. nulli, C. de ſent. & inter l. omn. Iud. Bal. in l. 2. C. quomodo, & quando Iud. Felin. in cap. 1. n. 16. de offic. deleg. neque mulctam imponere, ex Felin. in c. præterea, num. 2. & ſeq. & in cap. de cauſis num.9. de offic. deleg. ac etiam quod citationes atteſtandorum, quas Notarii, ſiuè Apparitores hodie faciunt, nihil valeat ſine notione, vel iuſſu Iudicis, quia talia requirunt Iudicis præceptum, probat Iacob. de Beluiſ. in ſua praxi crim. Rub. de inquiſit.& inform. n.30. ideò contumax non eſt, qui non paret præcepto illius, qui non poterat præcipere, Bertazol. conſ. crim. 347. n. 11. volum. 2, cum illud in ſcriptis fieri debeat, vt idem Bertazol. notat in conſ. 415. num. 1. vol. 2. Secundò, ex parte ipſius contumacis, quia cum ipſa contumacia ſit delictum, Cataus in ritu 65. num.4. And. Gayl. in tract. de arreſtis, cap. 10. n. 14. Giurba conſ. 3. ſub n. 5. quia prouenit ex contemptu nolens obedire præcepto Superiorum, vt prolixius probat Giurba in conſ. 32. n. 23.& ſeq. & dum non comparuit, ita etiam & perſeuerauerit in delicto, ex quo perſeuerãtia in delicto, illud augere dicitur, Affl. in Cõſt. In pecuniariis, n. 34. ita & cõtumacia creſcit,& ea creſcente creſcit pęna. And. Gayl. d. lib. 1, obſer. 13. ſub n.16. Caſſan. in Conſuet. Burgun. tit. des iuſtices, §. 5. verſ. eos il renchet, num.7. vbi in §.6. ver. ius ques à ſept ſeis n. 8. inquit, quod contumacię cauſa duplicatur pœna

pœna, quo fit vt contumax poterit iterum in contumaciā incidere, ſicuti bannitus iterum poterit banniri, & excommunicatus iterum excommunicari. vt ex Carauit. probaui in d. verbo ſaluuſconductus, ſicque contumaciæ multiplicatæ continent quandam quaſi litis conteſtationē, Poly Rip. ſingul. obſer. in obſer. 279. n. 6. ſed verius, quia ſi contumax condemnatus vellet comparere ad ſe purgandum, non audiretur, niſi carceri ſe conſignet, vt ex Boer, dec. 64. probat Polyd. Ripa in obſeru. 280. num. 4. & 5. Pugnat. in pragm. 4. de teſtibus, n. 56. fortiùs eſſet, ſi ei aliud fuerit mandatum, ſiuè præceptum iniunctum, & tunc quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. & conſequenter ſeipſum prodere, ideò afflictio afflicto non debet adiungi, ſiue afferri, l. diuus, ff de offic. Preſid. Barboſ. in pr. nc. iuris lit. A. num. 72. vbi alia iura citat; & propterea contumax non dicitur qui non comparet, dubitans probabiliter de carceratione, ita vt debeat mulctari, Bertazo. conſil. criminal. 416. numer. 9. volum. 2. ſicq; ſperni poterit præceptum, maximè ſi parendo ſubditus caperetur, & carceraretur, Bertazol. conſil. 417. numer. 22. vol. 2. & potiſſimum quando fieret mandatum, ne exeat de domo, cum ibi poſſit capi, non valebit, Bertazol. d. conſil. crimin 417. num. 24. ex quo tale præceptum non debet eſſe initium inquiſitionis, vt detineatur reus, Idem conſil. 354. num. 1, & in ſumma mulcta contumaci ſine noua citatione irrogari non poteſt, cap. 1. de iudic. Hirtham. lib. 1. pract. forenſ. tit. de in ius voc. dec. 21. optimè Grat. diſcep. foren. c. 638. n. 16. idem aſſequitur. Thoro.

Conuenticula an delictum operetur, ſi non ad malum tenderet, ſed ad celebrationē alicuius actus liciti, deciſum fuit, hoc caſu non eſſe delictum per Collat. Conſilium, D. Reg. Sanfel. dec. 135. n. 21. & 22.

Conuentio ex tranſactione, non tamen aſſenſu roborata, orta inter duas Vniuerſitates paſculandi cauſa animalia per quam apparebat, poſſe vnam ipſarum paſcua ſumere in territorio alterius, vſq; ad certum locum, neq; ad incidendum arbores, an ſubſtineri poſſit, data indè prohibitione Vniuerſitatis habentis dicta territoria. Primò ex poteſtate à iure data Domino faciendi edicta, nè ſubditi cum animalibus paſcua ſumant in territorio. Secundò, quia dictum territorium erat ipſius proprium, & ex eo fidam, & diffidam exigebat. Tertiò, data tali prohibendi poteſtate ſub pœna, quæ conceditur, dūmodò nō tollatur vſus ciuium, nec erat ſufficiens ambobus, iuxtà tenorem decreti Collateralis Conſilij alias lati, per quod prohibebatur Vniuerſitati Caſtrimaris de Vulturno, vt non potuiſſet accedere cum animalibus ad paſcua ſumenda in nemore Ciuitatis Capuæ, niſi vſq; ad certum locum, & ſi ex aduerſo prætenſum fuiſſet, ab antiquiſſimo tempore habere ius paſcendi, & lignandi, licet non probatum, niſi à die tranſactionis, deciſum fuit per S. C. eſſe obſeruandam conuentionem, quæ per tot annos fuerat obſeruata, ſic teſtatur D. Regens Hect. Capyc. Latro conſult. 102. lib. 2.

Copia capitulorum matrimonialium facta ab eodem Notario an probet, non exhibito originali, videatur deciſio infra in verbo exemplum.

Copia Reſcripti Regij præſentata in iudicio, ſi non conſtet de eius originalc, an fidem faciat, quemadmodum in cauſa D. Franciſci Aquauiuæ cum Illuſtr. Sedili Nidi ſuper aggregatione eius nobilitatis accidit controuerti, dum fuiſſet præſentata quædam copia literæ ſuæ Maieſtatis ſuper materia aggregationis nobilium, facta collatione cum originali per Secretarium, & cum fuiſſet inſtatum pro originalis exhibitione, & facta diligentia in Regeſtris literarum ſuæ Maieſtatis, exiſtentibus in Regia Cancellaria, nuntiquam fuit reperta, propter quod hæſitari contingit, an fidem faceret, & quod ei nulla fides adhibēda erit, probatur tamen iure canonico in cap. ſuper cod. de crim. fal, & cap. 1. de fideiuſſ. vbi gloſ. ampliat in verbo exemplaria, dicendo, quod ſi Papa mandaret, quod procedatur ſecundum tenorem primarum literarum, & non conſtaret, nec etiam poterit procedi, niſi prius habeatur cognitio primarum literarum, quam etiam de iure ciuili, ad tex. in l. ſancimus, C. de diuer. reſc. adeò quod cum non reperiatur originale facta diligentia, non præſumeretur vera talis copia, vt per Mandoſ. in Reg. Cancell. 27. quæſt. 12. n. 4. & 6. in 2. par. vbi Gomeſ. & alij, Bart. in l. fin. C. de reb cred. Soc. conſ. 159. in præſenti exceptione autem, n. 16. vol. 2. Cahad. dec. 5. ſuper Reg. Cancell. Dec. conſ. 424. col. fin. & poſt eos Oldr. de reſcript. prælud. 7. n. 16. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 7. n. 16 vbi n. 32 & 43. ſubdit, quod ſi reperiretur dictum reſcriptū, & nō inueniretur locus ſolitus, præſumēda erit falſitas, & debet tale reſcriptum regiſtrari in locis ſolitis, vbi aliæ literæ Regiæ reperiuntur regiſtratæ, idem Menoch. ibi n. 16. & ſequitur, quod ſi fuerit reſcriptum repertum in loco non ſolito, argueret falſitatem. Nec propterea obſtabit, quia fuerat confirmatum, nam qui confirmat nil de nouo dat, cap. 1. de confir. vtil. vel inut. & aſſertio facta in confirmatione nihil operatur, maximè in præiudicium tertij, cap. 1. de feud. ſine culp. non amitt. & in cap. quæ in Eccleſiarū, de conſt. & tanto magis ſi in confirmatione non adſit clauſula, ex certa ſcientia, vel quia ad inſtantiam partis fuerit facta confirmatio, Reg. Tap. dec. 10. n. 6. & n. 18. Genua de verbis enūciat. lib. 2. q. 4. n. 45. eo magis quando tractatur de honore, & nobilitate, Bal. in l. 1. n. 2. verſ. ſed tu dic, C. de prec. Imp. offer. Quæ omnia corroborantur ex aliis medijs, dum enim non apparet relatum, referens non attenditur, Burſat. conſ. 130. n. 4. Rol. conſ. 8. n. 21. vol. 3. Gargiar. patroc. 13. n. 9. Riminal. iun. conſ. 382. n. 93. Turret. conſ 29. nu. 25. & 26. quos probat Mura deciſ. Sicil. 43. ſub n. 27. hinc eſt, quod exemplum nullam fidem facit, ſi non exhibeatur originale, ex multis probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 859. n. 1. 18. & 32. prothocollo ſtandum erit, non autem copiæ ſcripturæ, Reg. de Ponte conſ. 1. n. 32. vol. 2. Et ob id inſtrumentum falſum præſumitur, dum originale non reperitur, §. fin Auth. de tabellion. Bald. in l. Caſſius, verſ. item eſt, ff. de Senat. Natta conſ. 632. n. 19. Couar. pract. quæſt. cap. 19. n. 3. verſ. quarto erit, Maſcar. de probation. lib. 2. verbo exemplar, Menoch. de arb. iudic. caſ. 187. n. 31. & de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 735. q. 86. quos refert Gratian. diſcept. forenſ. cap. 187. num. 21. vbi n. ſeq. ex Bal. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. dicit,

cum

Digitized by Google

eum enim deficiat exemplar, deficit exemplatum, & latiſſimè Farinac. de falſit. & ſimul, q. 153. par. 8. n. 135. & ſeq. & proindè vbi falſi ſuſpitio eſt, nō ſtatur exēplo, niſi exhibeatur originale, Pancirol. conſ. 165. n. 10. & cum ita fuiſſet prouiſum domi per Reg. Conſil. Didacum Varella, vt procederetur ad expeditionem cauſæ, oppoſitis non obſtātibus, vt ex actis in banca Borrelli, nunc de Litto, Interpoſita appellatione ex parte ipſius Illuſtr. Sedilis, & obtentum verbum fieri in S. C. demum quia alia difficultas ex hoc reſultauerat, poſtquā in litera ſuæ Maieſtatis poſtea transmiſſa aſſerebatur, confirmare capitulum prædictum, de quo controuertebatur, vndè videbatur dicendum, ſufficere talem confirmationem, & ſi originale non reperiatur, poſtquam relatum dicitur conſtare ex tenore referentis, cap. cum Bertoldus, verſ. ex tenore ſententiæ, vbi Abb. de re iudic. Regens de Ponte conſ. 2. num. 34. vol. 1. & potiſſimum in Principe, cuius aſſertioni, & diſpoſitioni ſtandum erit, ex Dec. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. cul. fin. in fin. notat Ruyz dec. Lituaniæ 2. nu. 21. Farinac. in fragm. ſui repert. iudic. verbo referenti. ſed conſiderata ipſa confirmatione percipitur aliter procedere, nam confirmatio eſt iuris quæſiti cōſeruatio, Reg. de Ponte conſ. 27. n. 77. vol. 1. cuius natura eſt adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illum extendere, & pendet à confirmato, tanquam ſubſtantiali, Idem conſ. 57. n. 66. & 67. eo. vol. ex quo confirmatio nil noui tribuit, vt ſubdit num. 79. & eatenus ipſa admitti debeat, quatenus de confirmato conſtaret, etenim ipſa confirmatio non datur, non exiſtente confirmabile, Idem conſ. 5. n. 50. vol. 2. cæterum autem ſi non reperiatur, non eſſet efficax, & confirmatio non operaretur, niſi reperiar confirmabile, Idem d. conſ. 57. n. 64. & 65. & conſ. 55. n. 11. & ſi non habet confirmabile, nil operatur, Idem conſ. 150. n. 3. vol. 2. & tandem quod copia ex regeſtro ſufficiat, quando originale eſſet deperditum, probat Idem in conſ. 97. n. 5. vol. 2. Pendet relatio facienda.

Correus obligatus in primo contractu an teneatur ad tertias decurſas ex ſecundo contractu, deciſum fuit per S.C. negatiuè in cauſa Matthæi Comite contra Io. Vincentium de Tulo Marchionem Genſani, penès Ciuitellam, refert Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. cap. 76. n. 12. in nona impreſſione, vbi ſub n. 15. poſuit formam huius decreti.

Creditrix, cui per ſententiam fuit nomen debitoris adiudicatum vnacum hærede creditoris, in cuius faciem fuit iuratum inſtrumentum, an poſſit interrogare debitorem ſuper tenore inſtrumenti, iuxtà Ritum M.C.V. deciſum fuit per M.C. in cauſa Cæſaris de Bononia filij, & hæredis quondam Achillis de Bononia, & Beatricis de Summa adiudicatariæ, quæ citauit ſuper tenore inſtrumēti Scipionem Gomes, vndè decreuit eadem M.C. eſſe procedendum ad interrogationē, D. Reg. Sanfel. dec. 213. à n. 1. ad 6.

Creditor, qui ſpe futuræ numerationis caſſauerat inſtrumentum, & quietationem fecerat, ſi tamen realiter non fuerit facta ſolutio, an habeat regreſſum contra debitorem, De hoc incidit controuerti in Sac. Conſil. cum eſſet Marcus Antonius Iouinus creditor ex reſta dotis ſuæ vxoris in duc. 70. Iacobi Antonij Pellegrini, ad hoc vt ſuum conſequeretur creditum, fieri procurauit mandatum Camillo Soprano V. I. D. debitori ipſius Iacobi Antonij, & cum ipſe Camillus apocam bancariam ducatorum . . . feciſſet Ioanni Ambroſio Cannauale, & Siciliæ Grimaldæ coniugibus, & tutoribus filiorum ipſius Iacobi Antonij cum certis conditionibus, præfati tutores eandem apocam girauerunt præfato Marco Antonio in ſatisfactionem dicti ſui crediti, cum conditione, vt caſſare deberet inſtrumentum, & quietationem in forma faceret, prout cum effectu fuit executum, at cum pecunia perſiſteret in Bancis Sancti Iacobi, & Populi ſequeſtrata ad inſtantiam eiuſdem Marci Antonij virtute dictæ apocæ; comparente indè Franciſco Soprano ceſſionario Io. Berardini, & aliorum de Ottaiano creditorum anteriorum eiuſdem Camilli, inſtitit pro liberatione depoſiti, quam obtinuit, & dictus Marcus Antonius remanſit excluſus, vndè pro ſuorum iurium tuitione comparuit in S.C. hęc omnia enarrando, & aſſeruit, vt iura ſua priſtina firma remanſiſſet agendi contra tales hæredes pro dicto ſuo credito. Quemadmodum poſtea præuia comparitione eos cōdemnari expoſtulauerat, & licet pro parte ipſorū hæredum replicaretur, per caſſationem dicti inſtrumenti, & quietationem eſſe abſolutos, quoniam præſumitur ſolutio facta huiuſmodi, ſicq; ſolutio nedùm per quietationem probatur, Maſcard. de prob. concl. 1324. n. 6. Farinac. deciſion. poſth. 571. in fi. tom. 2. Sed etiam per cancellationem, ſiuè caſſationem inſtrumenti, quæ liberationem præſumit, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 141. n. 20. & debiti ſolutio facta præſumitur, ſi inſtrumētum reperitur deletum, etiam apud extraneū, Maſcar. d. tract. concl. 477. n. 9. & ſatisfacere ſignificat quocunque modo obligationes ſoluere, Cauenſ. in titu 189. num 6. adeo q̈ oſtendens inſtrumentum debiti ſui cancellatum, præſumitur ſoluiſſe, idem Menoch d. tract. lib. 2. præſumpt. 34. n. 8. Nihilominus ex aduerſo pro parte creditoris dicebatur, quod creditori donec non fuerit integraliter ſatisfactum, nuoquam ius pignoris dici poterit extinctum, nec diſtractum, ità probat Muſcar. in praxi S.C. lib. 2. par. 3. gloſ. ſeruata, n. 27. & conſequenter nec diceretur liberatus, dum realiter de ſatisfactione non conſtaret, nam ſolutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, l. Papinianus, ff. mand. cum alijs apud eundem Menoch. d. lib. 3. præſumpt. 143. n. 2. & ijs conueniunt rationes vtriuſque partis congeſtæ in conſimili caſu per Nos adducto in 2. par. noſtri Compendij, verbo inſtrumentum iam caſſatum, vt patet deciſum, poſſe agi ordinariè, non obſtante caſſatione facta ſub ſpe ſolutionis contentæ in apoca bancaria, quæ ſiquidem ſolutio non potuit ſuum ſortiri effectum ob fidem crediti deperditam, quocirca in præſenti caſu cum domi prouiſum fuiſſet die 10. Iulij 1634. per Reg. tunc Conſiliarium Andream de Ianuario, quod ipſi tutores condemnentur ad ſoluendum petitos ducatos ſeptuaginta eidem Marco Antonio, poſtmodum eodem referente fuit confirmatum decretum per S.C. huiuſmodi die 13. Nouembris 1634. Neap. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Ill. V.I.D. Andream de Ianuario Ducem Cantalupi Reg. Conſil. & cau-

ſæ

ſe Commiſsarium. Per S.C. declaratum eſt, benè fuiſse prouiſum per Ill. cauſæ Commiſsarium ſub diebus decimo, & decimoquarto Iulij 1634. hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercaſis Secret. in banca Martini, conſerunt prædictis alia examinata, & in iure allegata in caſu ſimili, dum agebatur de liquidatione inſtrumenti in 2. par. noſtri Compendij, verb. inſtrumentum iam caſsatum.

Creditor in re pignorata ſibi pes debitorem an præferatus cæteris creditoribus, quamuis anterioribus eiuſdem debitoris, videtur dicendum, eos eſſe præferendos, ex quo certum eſt, quod cum pignus ſit alteri obligatum, non poterit alteri obligari, ad tex. in l. ſi probaueris, vbi Doct. C. ſi aliena res pign. data ſit, & ad hoc conuenit quod tradit Neguſant. de pignor. in 1. membro 6. par. n. 16. vbi ampliando conclusionem ibi firmatam, ſi licitum eſſet creditori, etiam lite pendente mota per alium contra debitorem ſuper re pignorata ipſam vendare, & licet ibi ex Bald. concludat affirmatiuè, nihilominus eam ampliationem dixit non eſſe veram, quia res litigioſa nec alienari, nec obligari poteſt, ex Bart. & Iaſ. ibi relatis, & ſuccedit regula ipſa vulgata, qui prior eſt in tempore, prior eſt in iure, ad tex. in l. qui prior, ff. qui pot. in pign. hab. de qua latiſsimè per Neguſant. de pignor. 2. membro 5 par. per totum, Andreol. controuerſ. 31. n. 3. Ignat. del Villar in Silua reſpon. lib. 1. reſp. 10. n. 5. Ex aduerſo in caſu occurſo de quodam Mercatore, qui nonnulla bona mobilia, & ſerica pignori dederat Veſpeſiano Macedonio, qui ei certam pecuniarum quantitatem mutuauerat, ſucceſſo [illegible]mento dicti Mercatoris, inſurrexerunt creditores illius prætendentes bona ipſa mobilia, & ſerica vendicare, & ſibi ipſis ex illis ſatisfieri pro ipſo mutuante, qui in poſſeſſionem dictorum bonorum exiſtebat, dicebatur primo, ei ſatisfaciendum eſſe, poſtquam certum eſt in iure, ius creditori in pignore duplex eſſe, primum rem tenere, eique incumbere licere, donec ei pecunia debebitur, alterum diſtrahere illam, vt inquit Hugo Donel. in tract. de pignor. rub. de iure credit. in pignore, &c. & quantum ad primum pertinere videatur, primò conferre cernitur vulgata regula, quod poſſidentis melior eſt conditio, l. ſi debitor, ff. de pignor. cum alijs citatis per Barboſ. in Opuſc. Principia vtriuſque iuris lit. P. n. 31. at talis creditoris poſſeſſio pignoris eſt naturalis, atq; ciuilis, ob quod nedum præferri debet, ſed eã retinere poteſt, vt tradit Franciſcus Balduin. in tract. de pignor. cap. 15. in princ. & ideo retentione ius meum poſſum conſeruare, ſi res, pro qua, vel in qua ius habeo, peruenit ad me ſub ſpe reſtituendi, Bar. in l. ſi ſeruus, n. 1. ff. de legat. 1. quod adeò verum eſt, quod creditor, cui plures res fuerunt pignoratæ, omnes retinere poterit, donec totum debitum, & ſic reſiduum fuerit ſolutum, ex Firmian. notat Mollign. in tract. de retent. n. 137. cum alijs relatis per Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. obl. & ret. in tit. de retent. n. 57. quo fit, vt ſi debitor pecuniam, quam à creditore accepit, cum pignus penès eum depoſuit, ſoluerit, aut alio modo ſatisfecerit, & ita pignus luere, aut redimere velit, tenebitur tunc creditor pignus ipſi reſtituere, ſi pecunia in continenti, vel ſatisfactio offeratur, ad tex. in l. debitor, §. ſoluta, ff. de pignor. act. notat Rodriq. de concur. credit. par. 2. art. 5. n. 14. vbi pariter cenſuit, quod ſi creditor, apud quem pignus extat, reſtitutionem eius debitori facere recuſet q extraiudicialiter ſe offert velle ſolutionem facere, ſi talis oblatio fiet, accedente pecuniæ ſatisfactione, & depoſitione, reſtituere pignus creditor compelleretur pignoratitia actione, ex Meier. de pignor. & hypot. lib. 2. tit. 21. cum talis oblatio, conſignatio, & depoſitio vim ſolutionis habere videatur, ad tex. in l. in obligatione, C. de ſolut. & fortius ſi iudicialiter facta fuerit oblatio, quæ parit actionem pignoratitiam directam contra creditorem ad repetendum pignus, l. ſi rem alienam, §. fin. ff. de pign. act. cum alijs apud Carroec. in tract. de oblat. par. 1. tit. de oblat. iudic. n. 3. cęterum autem ſi non eſſet deuentum ad talem oblationem, creditor peruenit ad aliud requiſitum, hoc eſt ad venditionem pignoris, cui conceſſum eſt de iure illud vendere. Donell. eod. tract. tit. de diſtract. pign. col. 4. latiſſimè Neguſant. in tract. de pignor. in 1. mẽbro 6. par. per totum, vbi plura, Franc. Balduin. eo. tract. cap. 18. Qua de re ex ijs competitur, hũc creditorem pignoris ex allegatis eſſe alijs præferendum in rebus ipſi pignoratis, & ita iudicatum per Reg. tunc Conſil. D. Didacum Lopez ſub tutela Io. Franciſci Vitaliani mei conſobrini I.C. Neapolitani ſummi practici. Ex quibus inferebam ad difficultatem nouiter exortam, de qua interrogatus ſic reſpõdi, dum enim nõnulli ciues bona argentea, & aurea pignori dant Montibus, ſeù Bancis ſub promiſsione ſoluendi certum quid pro intereſſe, & cũ eſſet cõpertũ, bona prædicta eſſe aliorum, vel alijs obligata, an propterea Banca ipſa præferri debeant alijs creditoribus, & ſi talis cõtractus pignoratitius dici potuiſſet, certum erit ex allegatis, eſſe præferenda cæteris creditoribus, nec aliter bona reſtituenda, niſi ſoluta prius pecunia mutuata, dum bona in eorum poſſe reperiuntur, ſemper enim pro poſſeſſore, etiam in dubio erit iudicandum, Alex. Trentac. conſil. 40. numer. 40. lib. 2. & talis contractus mutui erit cenſendus, dum res ſub lucro, & vſuris depoſita ſit, quam depoſitum, quonam caſu depoſitor non haberet priuilegium, nec ſeparatur ab alijs chyrographarijs, oſtendit Rodriq. d. tract. par. 1. art. 6. num. 52. ex eo, quia de natura depoſiti eſt, vt res depoſita pręferatur omnibus alijs creditis, cum ſit depoſitum priuilegiatum inter omnes contractus, dummodò pro depoſito non præſtentur vſuræ, ad tex. in l. ſi hominem, vbi gloſ. fin. & Caſt. ff. depoſ. notat Mozzius de contract. in tit. de depoſito, rub. de natur. depoſ. num. 22. & ſequitur Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 11. num. 37. bene verum eſt, quod ipſi loquuntur in eo, qui dedit pecuniam in depoſitum, & vſuras percepit, at in caſu, de quo loquimur, agitur de conſignatione rerum ſub pignore, recipiendo pecuniam, pro qua promittit certum quid ſoluere, & licet hoc fieri non poſſit, cum ſit ſpecies vſuræ, vt diſcutit Gomeſ. var. reſol. tom. 2. cap. 5. verſ. quarto infero, quod nõ eſt improbatum Montibus Pietatis hoc agere, & eis licitum erit intereſſe percipere ob cauſas relatas ab eodem Roderic. in dict. tract. de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 8. num. 116. & ità communiter practicatur Neap. accedente quoq;

quoq; Collateralis Conſilij decreto, quinimmò dum mutuant aliquas pecuniarum quantitates indigentibus pro pignorum cauſa, cum promiſſione intereſſe, nullo iure videtur, Montes excludi à creditoribus indigentium res ipſas pignori dantium cũ dicta promiſſione, imò audiui à fide dignis Gubernatoribus Montium ipſorum, aliquos habere decretum Collateralis Conſilij, quod ſi non comparuerint creditores indigentium prædictorum infra certos menſes, nullatenus audiri poſſint amplius in eorum iuribus, & cum hoc contingiſſet diſcuti in Banco Sancti Eligij, dum certam ſummam magnam mutuaſſet cuidam Magnato ſuper nonnullis argenteis vaſis, & voluiſſet procedere ad illorum venditionẽ, fuit quodammodò obiectum, non potuiſſe procedi ad venditionem vrgentibus aliquibus creditoribus prætendentibus ſatisfieri ſuper illis, vti aoterioribus, ſed benè præuio ordine Excellent. Proregis iuſſum fuit, procedi ad talem venditionem, & benè, quia res erat ſpecialitèr obligata mutuanti, non mirũ præferri debere ſatis conſentaneum erit, porrò mutuans ad rem conſeruandam acquirit tantum prælationis priuilegium in ea re, non autem in alijs mutuatis bonis, Anton. de Amat. variar. reſolut. tom. 1. reſol. 3. num. 72. & num. 73. ſubdit, quod mutuans ſub vſuris, vel ſi pro mutuo conſtitutus ſit cenſus ſuper re refecta, vel empta, ex mutuo acquirit priuilegium prælationis omnibus alijs creditoribus, & melius in rebus inuectis, & conductis in domo, vt locator præferatur omnibus creditoribus, refert Ripol. variar. reſol. cap. 12. num. 8. ſed verius putant Doct. relati à Gratian. cap 68. num. 4 & iterum cap. 713. num. 3. quando res reponerentur cauſa cuſtodiæ, & hoc multum confert prædictis, quia pignus non datur ad vtendum, ſed benè pro ſecuritate, vndè illud conſeruari condecens erit,

Creditor emphyteotę, qui ſententiam in ſui fauorẽ reportauerat ob canones nõ ſolutos, ob quod in commiſſum res cum meliorationibus inciderat, & ſic declaratum cum conditione, quòd ſi debitor infra duos menſes cenſus ſoluerit ſuperſedeatur in executione ſententiæ, an obſtantibus exceptionibus contra ſententiam oppoſitis pendente earum diſcuſſione admitti debeat ad fructuum perceptionem dependentium ex re conceſſa, & videbatur negandum, poſtquam dùm agebatur de validitate ſententiæ, eius executio ſtat in ſuſpenſo, & donec non fuerit determinatum, nullatenus executio concedenda erat, eo quia ſententia executioni oon mandatur, niſi valida ſit, Præſ. de Franch. deciſ. 86. n. 5. & dec. 400. num. 5. præterea quia aderant melioramenta facta in quodam vacuo conceſſo ab Aurelio Furiecti Michaeli Angelo Octone in anno 1589. pro annuo canone ducatorum 138. t. 1. t. quæ erãt magni valoris, ex quibus percipiebantur annui ducati quingentum, quo ſit vt ſententia non erit exequenda, quando conſtaret de melioramentis, & illa vel ſunt liquida, vel parata eſſet pars illa in continenti liquidari, Lancell. de atteot. 3. p. cap. 24. quæſt. 30. num. 2. inſuper quãdo ſeotentia euideoter apparet iniuſta, & nulla, nõ meretur executionem, idem Lancell. dicto tract. cap. 12. limit. 6. num. 11. iniuſtitia apparebat ex multis in facto, primo dum fuerat oppoſita exceptio dilatoria, vndè debuerat conſtare, qualiter actores erant hęredes Aurelii, poſt latam ſententiam præſentauerunt pręambolum, ſecundò, quia fuerat oppoſita exceptio feriarum, & fuerat proceſſum ad dationem termini, & electionem Examinatoris, tertiò cum fuiſſet oppoſitum pro declaratione circa vſum, non aliter facta fuerat à procuratore coostituto in actis, ſed ab alio, qui ſe aſſerebat procuratorem illorum, quarto dum fuiſſet oppoſitum pro declaratione formiter facienda, & interim actores exhiberent libros, ex quibus poterant clarificari partitę, & quantitates ceoſuum, non fuit interlocutum, quintò, quia fuerat cauſa expedita cum quodam paruulo proceſſu, omiſſo alio magno eiuſdem rei, ſextò, intimata dicta ſententia procuratori, ille inſtiterat, intimari principalibus, & non fuit obſeruatum, ſeptimò cum fuiſſet inſtatum pro declaratione quantitatum exactarum per eos, nullatenus facta fuit; ſed proceſſũ ad capturã poſſeſſionis infra tempus dictorum duorum menſium, & licet fuiſſet reclamatum ab ea, & obtentum verbum fieri, & eo facto iuſſum, procedi ad executionem ſententiæ, & pro executione prouiſũ, vt cõſignaretur poſſeſſio, fuit ab hoc decreto iterum reclamatum, & ad vberiorem cumulum rationum eorum deducebatur pro reſtitutione poſſeſſionis captę primo, quia ſententia prolata fuerat abſque defenſore, ſecuodo, quia terminus duorum menſium nõdum currere incępit, nec aliter declaratio petita perfecta, tertiò, quia per exiſtentiam verbi faciendi in S. C. ex decreto S. C. quod ſententia executiooi demandari nõ pote[illegible]quiuerat reuocari, neque poterat Iudex executionem dare alteri reuocatoriæ, quartò, quia fuit decretũ, quod conſignetur poſſeſſio, & conſignatio poſſeſſionis proceſſerat abſque monitione, & citatione, quintò, quia ſine mandato de parendo exequi non poterat, vt eſt conſuetum in S. C. ſeruari; ſextò, quia talis ſententia deuolutionis erat ſundata in certis decretis, per quæ fuerat ordinatum, quod conuenti procurarent reuiſionem relationis factæ, vbi apparebant debitores, & talis relatio non fuit reperta; demũ quia domus erãt valoris ducatorum decem mille, & deuolutę fuerunt pro ducatis 1169. tantum, de quibus exigerant à pẽſionarijs nõnullas quãtitates, ex aduerſo replicabatur, ſententias proferri parum prodeſſe, niſi etiam debitæ executioni demandentur, Lancell. dicto tract. par. 2. c. 17. n. 20. ideò ſententia fruſtratoria reddi oon debet, Frãch. dec. 228. n. 4. neque eluſoria, Idem dec. 209. n. 4. eo amplius, quia erat ſenteotia S. C. quæ mãdari debuerat exequutioni, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ 5. de offic. S. C. ſaltim quòad fructus, cum in ea fuerat tempus duorum menſium conceſſum, ſicque in ſententia, in qua venit condemnatio fructuum ſolet concipi perẽptorium, inquit Franc. dec. 664. n. 13. quo elapſo executioni maodari debet, & cum fuiſſet prouiſum domi per cauſæ Commiſſarium, quod procederetur ad ea, quæ incumbunt, & interim citra præiudicium iurium ambarum partium liceat hæredibus quon. Baronis Furiecti exigere penſiones à penſionariis domorum, de quibus fuit capta poſſeſſio cum obligatione penès acta, de illos excomputando, vel in computum cenſuum decurſorum, retinendo, prout per S. C. fuerit

ordi-

ordinatum, ſeù prouiſum, &c. fuit tale decretũ confirmatum per S.C. die 5. Iulij 1624. ad relationem Regij Conſiliarij Iacobi de Franchis, & pariter prouiſum, quod ipſi de Furietto declarẽt quantitates receptas, nec alienent domos in iudicio deductas inconſulto S.C. & interpoſita reclamatione ab eiſdem de Furietto, tandem fuit ad relationem Regii Conſil. Io. Baptiſtæ Melioris confirmatum decretum, & amplius ordinatum, quod accederent Domini Conſiliarii de Aula ſuper faciem loci, vt patet ex actis in Banca de Martino, conferunt conſimilia adducta per Franc. dec. 373. quod pendẽte reſciſſione inſtrumenti, illud debeat exequi, etiam ad inſtantiam Actoris, eundem ſequuti ſunt Intrigl. ſing. 115. lib. 1. Anton. de Amat. var. reſolut. lib. 1. reſol. 37. n. 25.

Creditor, qui diù ſtetit in poſſeſſione exigendi ſuũ creditum ab aliqua Terra, ſeù feudo, cuius Dominus illam, vel illud alteri alienauerit cum dicto onere, an non obſtante dicta venditione compellere poſſet venditorem poſſeſſorem ad ſibi ſoluẽdum dictum ſuum creditum, hoc incidit controuerſ. in Sacro Conſilio in cauſa Victoriæ de Loffredo, quæ diù ſteterat in poſſeſſione exigendi ann. duc. 300. ab introitibus Baronalibus feudalibus Griptæ Minardæ, cùm poſtea dicta Terra fuiſſet vendita per Ducem Saraceni Duci Caſtellioni cum onere ſoluendi dictum creditum, & ipſa Actrix pro decurſis tertijs, ſeù annatis repeteretur creditriain duc. 704. 3. 5. inſtiterat exequi cõtra poſſeſſorem, qui ſe tuebatur, illam Terram vendidiſſe cum tali onere, & videbatur iura ſibi ſuffragari, cum vendidiſſet terram cum tali onere, & ab emptore illud poterat exigere, eo quia accollans ſibi certa onera, ſoluere tenetur, licet pro alijs non, latè Muta deciſion. Sicil. 47. n. 6. & ſeq. & accollatio facta de aliquo onere, dicitur pars pretij, & ille, qui ſibi accollauit onus, non poteſt diffugere ſolutionem, Caſtill. dec. 40. n. 9. ſequitur Ant. de Amat. vari. reſol. tom. 2. reſol 61. n. 10. qui in 1. tom. reſol. 21. n. 4 inquit, quod accollans, obligãs, vel ſe accollans quid ſoluere, de iure ſuper re ſoluere tenetur; quemadmodum creditor accollans ſibi aliquod onus, non videtur ſibi præiudicaſſe, niſi in eo, idem Muta deciſ. 54. n. 13. Ex aduerſo replicabatur, quod debitor non poteſt liberari à ſolutione crediti abſq; voluntate creditoris, Præſ. de Franch. in deciſ. 273. num. 2. & quemadmodum debitor non tenetur mutare creditorem, idem Franc. deciſ. 615. n. 5. ita è contra creditor ad hoc non compellitur, l. debitorem, C. de pact. nouiſſimè Conſil. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 19. n 8. Larrea dec. Granat. 16. n. 30. conueniunt etiam his diſcuſſa per Surdum dec. 187. ſi debitor iuſſus alicui ſoluere, vt non ſit liberatus, ſi ſolum promiſerit, vbi n. 7. cum ſeq. probat, quod debitor iuſſus ſoluere meo creditori, ſi non ſoluat, ſed promiſerit, non liberatur, ſed remanet mihi obligatus, & ego pariter non liberor à meo creditore, vbi Hodierna in ſuis additionibus plura congeſſit, ex quo non verè delegatio diceretur, vbi fieret delegatio per debitorem ſub conditione, vt alicui ſoluat, niſi cõcurrant requiſita delegationis, iuxta concluſa per eundem Surd. dec. 13. ibique Hodiern. & propterea accollãs nunqũ via executiua tenetur creditoribus accollatis, niſi expreſsè ſoluere promiſerit, & ſe obligauerit creditoribus præſentibus, vel abſentibus cum ſtipulatione Notarij, idem Amatus d. tom. 1. reſol. 45. n. 6. Et cum fuiſſet per plura decreta iuſſum, vt ipſe Dux Saraceni ſolueret dictos ducatos 704. 3. 5. fuit ex ſui parte reclamatum, & facta relatione in S.C. fuerunt confirmata ad relationem Regii Conſil. Io. Baptiſtæ Melioris de anno 1626. in banca Cioffi.

Creditor ex cauſa alimentorum alicui præſtitorum præferri an debeat aliis creditoribus, S.C. iudicauit in cauſa Ioſephi Rotundi debitoris, in cuius bonis prætulit alios creditores Alexandro de Rentio creditori ex cauſa alimentorum datorum Scipioni Rotundo, cuius hæres erat prædictus Ioſeph, die 12. Iulii 1627. vt teſtatur D. Thomas Carleual de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſputat. 30. n. 21.

Creditor ſi non poteſt ſatisfieri totaliter ſuper bonis liberis, an in ſubſidium ſatisfieri debeat ſuper bonis vinculatis, videatur deciſio infra in verbo dotes.

Creditor ad rem emendam an præferatur mulieri habenti iura anteriora, ad quod aduerſari videtur tex. in §. iis conſequens, auth. de æqualit. dot. vbi expreſsè cauetur, neutiquam eſſe præferendum creditorem ipſum mulieri habenti anteriora iura pro ſuis dotibus cum aliis nouiſſimè adductis, & allegatis per Criſtoph. Mart. Medic. in ſuis deciſ. Senen. in exam. 18. num. 23. & ſeq. vbi plures allegat Doct. hanc opinionem ſectantes cum rationibus ab eiſdem conſideratis. Ex aduerſo Bart. in l. interdum, ff. qui pot. in pign. probat, ipſum creditorem præferendum eſſe mulieri anteriora iura habenti, per tex. in l. licet, C. qui pot. in pign. hab. Cepol. caut. 16. Neguſant. de pignor. 2. membro 5. par. n. 16. cum ſeq. cum aliis apud Criſtoph. Mart. vbi ſupra n. 27. vſque ad 30. vbi rationes pro hac opinione deduxit, & contrariis reſpondet, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 670. n. 3. vbi alios citat, Roder. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 20. n. 6. Et propterea non obſtat tex. in d. §. iis conſequens, quoniã loquitur de hypothecis tacitis, vt oſtenditur in illis verbis, nonullas hypothecas ex priuilegiis à legibus conceſſis, & ipſum etiam tex. ponderat, & declarat idem Martius vbi ſup. n. 43. idcirco non mirum ſi in eo tex. tacita hypotheca creditoris ad rem emendam non præferatur anteriori dotis, adeo quod cum lex ipſa generaliter loquatur in l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. vbi Imperator priuilegium dotis mulieribus conceſſit aduerſus creditores, ſubſequitur tex. in l. quo iure, dicendo in hæc verba, quo iure vtitur aduerſus eos, qui perſonali priuilegio muniontur, veluti quorum pecunia res emptæ ſunt, ſiue refectæ, de quo latius per Ignat. del Villar in lib. 2. eius Siluæ Reſponſ. in reſp. 16. cap. 1. à n. 9. cum ſeq. Iacob. Collantes de re frument. lib. 1. cap. 15. nu. 1. Anton. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſol. 3. num. 20. & 21. vbi expreſſim loquitur num. 24. de eo, qui pecuniam dederat ad rem emendam, ſi præferri debeat aliis creditoribus anterioribus, latè Hieronym. de Leo dec. Valent. 175. tom. 2. Gratian. cap. 616. num. 17. & cap. 670. num. 1. & 11. per totum, erit tamen generaliter intelligenda, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. cum aliis apud Barboſ. in eius Opuſcul. Princip. iur. lit. L. num. 29. Cæterum autem quo-

Digitized by Google

ties expreſſa hypotheca interceſſerit in beneficium emptoris, ſeù creditoris ad rem emendam, nulli dubium erit, quin præferri deberet, ex tex. in d. l. licet, ibi tamen eum, cuius pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori eſſet obligatum, ſtatim conuenit omnibus anteferri iuris auctoritate declaratur, & ideò cum tex. generaliter loquatur, reſtringi minimè poſſe manifeſtum erit, & clarior redditur ex auth. quo iure, C. eod. tit. præſertim ſi nominatim de pignore ſibi in re empta quærendo actum ſit, ad quod plures Doct. nouiſſimè adduxit Conſil. D. Ferdinandus Arias de Meſa variar. reſolution. lib. 1. cap. 14. nu. 32. Gratian. d. cap. 670. per totum. Et cum ità deciſum fuiſſet per S. C. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Pompei Salernitani in cauſa Antonij Vendici cum Franciſco Antonio Fontana Mag. Act. S. C. iterum poſtea contingiſſet hæſitari in cauſa Io. Dominici Raffæ conuenti à fratribus de Ramires, filijs, & hæredibus quondam Aloyſij pro dote Corneliæ Polizzæ, qui per viam reconuentionis petijt aſſiſtētiam ſuper bonis poſſeſſis per eoſdem Actores de Ramires pro ducatis quatuor mille, & pro eis annuis ducatis 340. & pro ſuæ intentionis fundamento deduxit, qualiter in anno 1604. ipſe Io. Dominicus emerat à quondam Aloyſio Ramires, Octauio Polizzi, & Annibale Bernaudo dictos annuos ducatos 340. pro dicto capitale ducatorum 4000. ſuper omnibus eorum bonis, cum pacto expreſſo, quod dicti ducati 4000. conuerti deberent in emptionem ſtabilium, & cum expreſſa mentione, illos perueniſſe à dicto Io. Dominico, & ei ſpecialiter obligatos pro euictione, qui quidem ducati 4000. fuerunt conuerſi in emptionem vnius culturæ Principis Roccellæ cum expreſſa mentione, eſſe pecuniam illorum de Raffa, & ſpeciali obligatione, & indè poſt dictam emptionem factam, & captam poſſeſſionem per certum ſpatium temporis fuit poſſeſſa ſolum à dicto Octauio, & poſt in dotem data eidem Aloyſio pro matrimonio contracto inter dictam Corneliam, & dictum Aloyſium, qui dum vixerat, illam poſſiderat, & ad præſens poſſidebatur ab eius filijs, qua de re per ſententiam S. C. fuit abſolutus præfatus Io. Dominicus à dicta conuentione, & pro reconuentione dictum, præſtetur aſſiſtentia ſuper bonis in actis deductis ad relationem Regij Conſiliarij Alonſi Vargas, vt ex actis in Banca de Felice.

Creditor, qui alicui pecuniam dederat, mediante instrumento ſoluendam ſuis creditoribus, an præferatur in ea adhuc extante, in ſubſidium, non exiſtente dicto creditore, cui pecuniam data fuit, non ſoluendo, ſeù decocto effecto, imò ſi facta fuerit graduatio eius creditorum, ex traditis per Reg. Hect. Capyc. Latro in dec. 24. ſub no. 26. verſ. & tandem, vbi refert, in eiuſdem creditoris beneficium fuiſſe liberatum depoſitum, & idem nouiſſimè fuiſſe deciſum per S. C. die 13. menſis Martij 1643. ad relationem Regij Conſiliarij Scipionis Salituri mei Domini obſeruandiſſimi, ac I. C. præſtantiſſimi in aula Regij Conſil. D. Thomæ Carleual, penès Secretarium, in banca Iadoniſij, ſub patrocinio egregij viri, ac ſolertiſſimi I. C. Neap. Io. Franciſci Marottæ, ad quod facit ſolemne reſponſum 16. Ignatij del Vallar in lib. 2. cap. 3. per totum, vbi exactè loquitur de mercatore fallito, cui per alium mercatorem fuerunt bona mercantilia vendita, in quibus prætendebat præferri alijs creditoribus anterioribus, dum illa extabant, in cuius beneficium concludit.

Creditor poſterior an actionem habeat contra poſſeſſorem tertium bonorum debitoris, & præſertim ſuper fructibus ipſorum, ſi illos ſoluerit anterioribus creditoribus, retentis alijs pro ſuo credito, adeò quod inuicem compenſari videantur intereſſe cum fructibus, vt diſceptari refertur tam in M. C. V. quam in S. C. in cauſa Medeæ Caſanoua cum Nicolao Sforza, & Ventora dello Maſtro coniugibus pro conſecutione eius crediti debiti per Io. Dominicum dello Maſtro ſuper domo in dotem data dictis coniugibus, pro quo obtinuerat ſententiam, à qua cum fuiſſet appellatum ad S. C. ex parte ipſorum coniugum ſequentia fuerunt in iure adducta. Quod fructus percepti per Nicolaum Sforziam, & Venturam dello Maſtro eius vxorem ex domo, & furno prædicto Nicolao inſolutum datis pro dotibus dictæ Venturæ à Ioanne Dominico dello Maſtro eiuſdem Venturæ patre, ſint proprij ipſorum coniugum, non autem ſuper eis aliqua actio competat Medeæ Caſanouæ creditrici dicti quondam Io. Dominici primi Domini dictæ domus, & furni, niſi tantummodò, vt dicti coniuges cum dictis fructibus compenſent intereſſe quantitatum ſolutarum creditoribus anterioribus, & intereſſe prædictum petere non poſſint, & hoc quia ſententia id ordinauit, nam alias nec teneretur compenſare fructus cum intereſſe breuibus concluditur, nam licet in actione rei vendicationis etiam pro fructibus competat actio Domino vendicanti, ſaltem à die litis conteſtatæ, l. ſi fundus, §. in venditione, ff. de pign. quæ loquitur in Domino vendicante rem ſuam per ipſum pignoratam, & l. certum, C. de rei vend. in quo tex. dicitur, quod per litis conteſtationem in rei vendicatione omnes poſſeſſores efficiuntur malæ fidei, & ideo ad fructus tenentur, Noguerol. alleg. 29. n. 125. Tamen cum ſimus in creditore pro credito ſuo hypothecam exercente, nullam actionem ad fructus habet, ſi res ei obligata, non penès debitorem, aut hæredem eius, ſed penès tertium poſſeſſorem reperiatur, ità diſtinguit tex. in l. Paulus, §. ſi mancipia, ff. de pignor. gloſ. in l. 1. §. cum prædium, lo primo, ff. de pignor. vbi tantummodò excipit fructus ſatos pro debitore, quaſi ſint pars ſoli, & ibi etiam Salyc. qui in fine per tex. in d. §. ſi mancipia dubitat, vt nec in fructibus ſatis, & per tertium poſſeſſorem collectis competat creditori actio hypothecaria, quod tamen ad caſum noſtrum non pertinet, Neguſant. de pignor. par. 2. membro 2. à num. 25. ad 27. quem ſequitur Dominus de Franch. dec. 112. num. 13. imò ex tex. in d. §. cum prædium clarè colligitur, quod vt habeat actionem hypothecariam creditor ſuper fructibus, duo neceſſaria interuenire debent, primum, quod ſpecialiter etiam ſint obligati fructus, & quod extent; nam ſi ſunt conſumpti, tali caſu nec competit actio creditori, vt in ſpecie docet ibi I. C. quod etiam iudicarunt infraſcripti Doct. dum de neceſſitate requirunt, quod res fuerit debitoris tempore obligationis, vt ex multis probat Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 2.

cap.1.n.18. & 19, & quod debitor perceperit pẽſiones domus locatę, Idẽ Statil. Paciſ. dec. 133. n. 7. aut per perceptionem fructuum, Menoc. de retin. poſſ. remed. 3. n. 178. vel ſaltim ſeminauerit fructus, qui cum ſint ipſorum dominorum pro penſionibus affecti, & hypothecati, vt refert Collarites de re frumen. lib. 1. cap. 14. n. 1. & lib. 3. c. 2. n. 5. & cap. 4. n. 1. multo magis creditoribus, quãdo eſſent obligati per ſtipulationem. de quibus prolixius agit Mantica de tacit. & ambig. conuẽt. lib. 14. tit. 30. à n. 35. cum ſeq. alioquin nulla cõpetit actio creditori, gloſ. in l. potior, §. ſi de futura, ff qui pot. in pign. hab. vt etiam Bart. & Salic. Surd. dec. 97. vbi reſoluit omnia contraria, cum alijs apud Conſil. Carleual in tract. de iudicijs, tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 30. ſub num. 29. & adeò hoc eſt verum, vt etiamſi alienetur res litigioſa, committitur vitium litigii in ipſa re, ſed nõ in fructibus à re litigioſa naſcentibus, vt pulchrè docet Affl. in Conſt. Regni, incip. Eorum fraudibus, in 18. limit. ſub n. 9. aſſerens, fuiſſe reprehenſum Iudicem, qui iudicaverat contrariũ. Nec litis conteſtatio poteſt operari malam fidem in poſſeſſore, dum petitur aſſiſtentia, immò confirmet eum in bona fide, nàm actor concludit, quòd res fuerit in bonis eius, à quo cauſã habet poſſeſſor, vt in caſu noſtro, quòd fuerit in bonis, & dominio Io. Dominici dello Maſtro, & ſic quod licitè poſſideat Nicolaus Sforzia, qui à dicto Io. Dominico domos prædictas inſolutum habuit, poteſt enim debitor alienare rem obligatam, & transferre dominium in eum, in quem alienat, Bal. in l. Celſus, ff. de vſucap. Alex. in l. interdum, §. fin. ff. de acquir. poſſ. Neguſ. qui teſtatur de communi, & vera opinione de pignor. par. 6. memb. 1. n. 35. per duas columnas diſcurrendo, etiam quando adeſſet conſtitutum, & precarium in beneficium creditoris, & proinde nunquam fuit prolata ſententia, vt præſtetur aſſiſtentia ſuper re, & ſuper fructibus, quia res eſt obligata, non autẽ ſunt obligati fructus, Cancer. variat. reſolut. tom. 3. cap. 2. n. 217. allegat tex. in l. 1. §. cum prædium, & l. Paulus. §. 1. vbi Doct. ff. de pignor. & ſi creditum principale ex fructibus extenuare cogeretur, fructus, ſeù eorum æſtimationem ſolueret poſſeſſor, quia compenſare ſoluere eſt, l. ſi debitor, ff. qui pot. in pign. hab. & propterea in ſententia interpoſita in Collaterali Conſilio ad relationem S. C. cuius verba tranſcripſit D. Præſ. de Franch. in ſpecie dicitur, quod cum intereſſe non cum principale compẽſentur fructus, ibi de cuius pretio ſatisfiat poſſeſſor de omnibus quantitatibus per eum, & eius authores, ſolutis creditoribus anterioribus, ac intereſſe, ſeù tertiis quantitatum prædictarum, in quo excomputentur fructus, & ſic cum intereſſe, non cum quantitatibus, quia non dixiſſet quo, ſed quibus, in numero plurali. Quod etiam alia notabili ratione ſuadetur, creditor enim licet poſſit pecuniam extantem à creditore poſteriore auocare, dum extat, non tamen auocare vſuras illius pecunię à creditore poſteriore, quia quædam extraordinatio iure auocatur pecunia ab eo, cui debetur, ita tex. in l. denique, §. fin. cum l. ſeq. ff. de iure Fiſci, & in l. pecuniam, C. de priuil. Fiſci, vbi optima gloſ. & ita etiam Alb. & alij Scribentes aduertunt, ita igitur in caſu noſtro, quia de fructibus, & vſuris ferè idem iudicium eſt, l. vſurę vicem fructuum, ff. de vſur. & ſic quemadmodum à tertio poſſeſſore non poteſt creditor anterior auocare vſuras pecuniæ ad eum peruentę, ita nec fructus, & quod diximus de auocatione. fuit etiam deciſum in hac eadem aula ad relationem eiuſdem Domini cauſæ Commiſſarij vigilantiſſimi, & eminentiſſimi in cauſa D. Victoriæ Pudericæ cum creditoribus Marchionis Montisfalcionis. Et illa phantaſia, quod dum poſſeſſor ſoluit creditoribus anterioribus eſt. ac ſi melioraſſet rem, & poſſeſſor meliorans rem tenetur de fructibus, etiam ſi ab initio eſſet dominus, & non creditor, nam vltra, quòd meliorationes proficere, non obeſſe poſsũt poſſeſſori, l. cęterum, ff. de rei vend. in dicta deciſ. 456. relata per Præſ. de Franc. poſſeſſor emerat rem, poſtea ſoluerat creditoribus anterioribus, vt in caſu noſtro, & fuit ſententiatum per S. C. & Collaterale Conſilium, quòd liceret poſſeſſori retinere rem, tàm pro capitale, quàm pro intereſſe, compenſatis fructibus cum intereſſe, nõ cum capitale, vndè hæc ſuperaddere inutile, & ſuperfluum eſſet, cum clare ex his, & alijs, quæ ſupplebunt Domini Iudicantes cõſtet, nullo modo deberi fructus actrici, & ſic in compenſationem non venire, niſi quatenus poſſeſſor vellet deducere intereſſe quantitatum per eum ſolutarum. Tandem ad relationem Regij Conſil. Io. Franc. Safelicij die 13. Martii 1617. fuit per S. C. deciſum, quod ſententia lata per M. C. V. in beneficium Medeæ Caſanouæ ſuper domo in actis deductę debitę executioni demãdetur ad finem illam ſubhaſtandi, & liberandi præuio decreto eiuſdem S. C. de cuius pretio ſatisfiat prius Nicolao Sforzæ, & Venturæ dello Maſtro eius creditrici de omnibus quantitatibus per ipſos ſolutos Modeſto della Monaca cum intereſſe, ſeù tertiis quantitatum prædictarum, in quibus quantitatibus excõputentur fructus percepti per dictum Nicolaum, & Venturam, & ſatisfiat eiſdem de meliorationibus per eos forſitan factis in domo prædicta, & ſuper eo, quod remanebit de pretio domus prædictæ ſolutis, ſeù ſatisfactis prænarratis quantitatibus liquidandis, ſatisfiat prædictæ Medeæ pro quantitatibus per eam potitis, & in ſententia prædicta contentis, vna cum damnis, expenſis, & intereſſe ſimiliter liquidandis, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Burrelli, nunc de Litto. poſt hæc inſurrexerunt deciſiones Reg. Sanfelic. qui in dec. 119. tom. 1. de hac eadem cauſa memor aſſeruit die 26. Oct. 1622. eodem referente, fuiſſe per S. C. deciſum, quod fructus percepti per Nicolaum Sforzam, & Venturam dello Maſtro excomputentur cum intereſſe, vt infrà in ver. fructus.

Creditor hypothecarius ſi exequi fecit ſupèr vna re, an poſſit variando exequi facere ſuper alia re, non expectato, ſi conſultum ſit creditori, vel ne, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. V. in cauſa Virgilii Paulicicllo cum hæredibus Arſenii de Spirito V. I. D. teſtatur nouiſſimè Horat. Perſius in conſil. ciuil. 9. incip. Contingit caſus.

Creditor an teneatur oſtendere inſtrumentum, illudq; ędere ad inſtantiam debitoris, ſi diù ſteterit in poſſeſſione exigendi cenſum, ſiue canonem, & ſimilia, nam de iure cautum eſt, quod debitor tenetur facere cartam de credito, & creditor debitori

bitori de ſolutione, aut quietantia, & eius expenſis, Borgn. deciſ. Fiutz. 13. n. 19. par. 2. Hartham. Oltiam. in prax. forenſ. lib. 2. tit. 26. obſer. 31. Roin. conſil. 215. n. 8. vol. 1. Capel. Tholoſan. deciſ. 303. vbi Apoſtill. Immò debitor poteſt cogi ad faciendum inſtrumentum de debito, idem Borgn. dicta deciſion. 13. n. 29. Surd. conſil. 114. n. 4. & conſil. 208. n. 2 etiam cum guarentigia, Gratian. diſcep. foren. cap. 24. n. 9. & cum clauſulis ſolitis, Idem cap. 722. à n. 22. ad 28. & quoties verſaretur inter eundem creditorem, & debitorem, qui inuicem contraxerant, præſumitor ſcientia inſtrumenti celebrati. Eapropter ſi per aliquos annos ſolutio non fuerit facta à debitore, & tunc præſumeretur, quod debitor ſoluerit, quando per moltos annos creditor diſtuliſſet exactionem, Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 135. n. 3. Sicuti & creditor quilibet præſumitur diligens in exigendo, & percipiendo ſuos introitus, Muta deciſion. 74. n. 12. neq; præſumitur cõtemnere exactionem ſui crediti, nec ſuum iactare, Cartoc. deciſion. 43. n. 13. nec proindè opus erit oſtenſione inſtrumenti celebrati ex ſcientia eorum præſumpta; ſed quoties verſaretur inter hæredes, & ſucceſſores eorum, ex quo ignorantia præſumeretur, l. verius, vbi gl. ff. de probat. l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & tunc ſi fuerit inſtatum per debitorem, inſtrumentum exhiberi, citra dubium creditor exhibere compelleretur, l. 1. §. edenda, ff. de eden. Cepol. conſ. ciuil. 37. n. 10. vol. 2. quemadmodum creditor, ſiue dominus compellere poteſt emphyteutã, ſeu vaſallum ad exhibẽdũ inſtrumẽtum inueſtituræ, Peregr. dec. 51. n. 20. ſed exiſtente exactione percipiendi cenſum, liuellũ, penſionem, & canonẽ, etiam qood non probetur eorum conſtitutio, per lapſum decennii ſolutione continuata præſcriberetur tale ius, ex l. licibus, vbi Bald. C. de agricol. & ceoſ. lib. 11. Parif. conſil. 13. n. 14. vol. 4. Natta conſil. 3. n. 5. vol. 1. qoos probat Pyrr. Mau. Aretin. in tract. de ſolution. cap. 31. n. 1. & per tot. vbi plura & ſolutio diuturna, vniformis, & continuata demonſtrat, quomodo ſolui debeat, Muta deciſion. 34. n. 13. vbi ſubdit, quod ſolutio facta ſubiugatario per quadraginta annos, operatur, vt cogi poſſit in futurum ſoluere, ad quod ſubnectit Linglois deciſion. 11. q. 7. n. 7. quod ſimiles ſolutiones factæ longo tempore, ſcilicet per decem aonos inter præſentes, & viginti inter abſentes, tantæ ſunt auctoritatis, vt præſumptione iuris debitum probent, & cõſequẽter neceſſitatem importent ſoluendi in futurum, ex l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. & ſi talis ſolutio facta per 30. annos, & vltra probet cauſam ſoluendi, eſt tamen præſumptiua, Cenc. de cenſ. p. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 9. n. 33. & ſolutio cenſus facta per decem annos inducit præſumptionem, cenſum fuiſſe legitimè impoſitum, Idem par. 1. c. 4. n. 33. Nibilominus tales ſolutiones diuturnæ proſunt ad obtinendum in poſſeſſorio, Peregr. in dec. Paduæ 53. nu. 6. In caſu autem, de quo agebatur in M. C. V. aderat hæres creditoris noncupatus Aodreas Aſcolenſis, qui conueniri fecerat hæredem debitoris ad ſoluendum cenſus decurſos ei debitos, & contra eum inſtiterat pro exhibitione inſtrumenti, vndè pro parte creditoris replicabatur, habere ignorantiam inſtrumenti, & ei ſolùm ſufficere enunciationem debitoria in alio inſtrumento dictum cenſum debere. & licet debeat creditor liquidare ſuum creditum aliter, quam per aſſertionem, Gratian. cap. 688. n. 17. Atq; attenta longæua exactione illius, dicebatur, quod ſolutio continua cenſus mortui facta per poſſeſſores rei cenſitæ, probat cenſum, vt optimè probat Hieronym. de Leo deciſion. Valentiæ 19. n. 13 ſicq; ſolutio facta ſubiugatario per quadraginta annos operatur, vt cogi poſſet in futurum ſoluere, Muta deciſion. Sicil. 34. n. 13. vbi alia adduxit, ex quo debitor, qui diù ſoluit, non eſt præſumendum, quod ſi eſſet creditor, ſoluiſſet, idem Muta dec. 74. num. 35. Et quamuis per M. C. V. ad relationem Iudicis Camilli Larathæ fuiſſet contra creditorem pronunciatum, & liberatus conuentus, interpoſita appellatione ad S. C. eodem referente, fuit tamen remiſſa cauſa eidem M. C. vt prouideret, quod debitor ſolueret, vt in banca Albani.

Creditor contra debitorem ſui debitoris pro conſecutione ſui crediti poterit de ſuis iuribus experiri, ex quo creditor habet actionẽ contra debitorem debitoris, Grat. diſcep. forenſ. cap. 704. n. 49. hoc eſt agendo, vt infra, & pariter agere contra nomen debitoris ſui debitoris, illudq; exactum retinere. Maur. Sen. alleg. 34. num. 2. & 3. eo maximè quando eſſet creditor vigore Inſtrumenti guarentigiati, quod non ſolum eſt probatio, vt inquit Maſcard. de probation. concluſ. 907. ſed verius probatio probata, nulla indigens probatione, Idem in concl. 1247. n. 3. Muta dec. Sicil. 6. n. 21. & habet vim ſententiæ, ac rei iudicatæ, Idem in concl. 391. n. 4. nõ mirum ſi paratam executionem habeat, Carau. in ritu 166. n. 10. & debitor ipſe pro condemnato habetur, Cenc. de de cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 3. num. 18. Farin. dec. ciuil. 760. n. 2. par. 2 in tantum, quod citatus ſuper tenore inſtrumenti, ſi non comparuerit, interponitur decretũ, quod fuit reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam, Carau. in ritu 29. num. 4. & dictum, quod exequatur realiter, & perſonaliter, vt ſubiunxit Galter. in praxi inſtrumen. 3. par. principali, rub. 3. ſub num. 11. & ſic non condemnatur debitor vigore inſtrumenti, niſi fortè ageretur via ordinaria, adeo quod cum eius vigore creditor habet omnia bona obligata debitoris, Magon. deciſ. Lucenſ. 16. n. 13. ſed an bona debitoris ſui debitoris, exiſtente regula generali, quod debitor debitoris mei non eſt meus debitor, vt probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 507. numer. 8. cum aliis relatis per Nos in tertia parte verbo creditor agere, & debitoris mei debitoris bona nõ ſint mihi obligata, licet habeã obligata bona debitoris mei, Manent. dec. 54. no. 13. & conſequenter inſtrumenta, ac nomina debitorum non veniant in expreſſa generali hypotheca, neq; in tacita, probat Statil. Pacific. de Salu. interd. inſpect. 3. cap. 5. num. 41. & 42. Nihilominus quia in contrarium ſe habet communis concluſio DD. nempè quod nomina debitorum veniant in obligatione generali bonorum, prout ex multis comprobat Statil. eod. tract. in d. inſpect. 3. cap. 2. num. 195. & ſeq. & ſucceſſiuè creditor ipſe nedum aduerſus eius debitorem habere cernitur actionem, Farinac. dec. ciuil. 205. num. 3. par. 1. ſed etiam contra debitorem debitoris, quemadmodum prolixius agit Gratian. diſcep. forenſ. cap. 704. num. 49. hoc eſt vtili actione, Mandell. in conſ. 300. nu. 6.

&

Digitized by Google

& contra nomen debitoris, Farin. dec. ciuil. 681. n. 9. tom. 1. ob quod non eſt prohibitū, vt debitor debitoris conueniri poſſit eodem modo, quo creditor poterat illum conuenire, probat Noguerol. alleg. 35. num. 16. Borgn. dec. 14. num. 39. & 50. par. 4. & ſic vtiliter agere, Monac. dec. Florent. 22. ſub nu. 27. Hieron. de Leo dec. 163. n. 8. tom. 2. & ad hoc vt contra talem debitorem debitoris agere poſſit, tria exiguntur requiſita. Primò, quod debitor debitoris fateatur debitum. Secundò, quod principalis debitor fuerit condemnatus. Tertiò, quod ſit excuſſus, & non fuerit repertus ſoluendo, l. 1. s. & 3. C. quando Fiſc. vel priu. Rom. conſ. 224. num. 7. Surd. conſ. 4. num. 1. & in dec. 305. num. 13. quos probat Statil. vbi ſup. num. 207. quibus addo Farinac. dec. ciuil. 760. num. 2. par. 2. & Noguerol. in dict. alleg. 35. num. 20. ſi enim debitor confiteretur debitum, tunc debilis probatio pro confeſſione debitoris ſufficeret, Noguer. vbi ſup. n. 19. alias ſecus eſſet, & rationem aſſignat ibidem Statil. nu. 208. ex Bal. Rol. & Surd. quia debitor debitoris mei non eſt meus debitor, cum nihil cum eo contraxerim, & ſi contra debitorem debitoris, qui non eſt in inſtrumento primi creditoris nominatus, non poteſt fieri executio, ex Bart in l. 1. ff. de ijs, qui in teſt. delen. & Baiz. in tract. de Guarentig. p. 1. q. 9. notat Rebuff. ad Conſt. Galliæ tom. 1. in tract. de lit. obligat. art. 1. gloſ. 9. n. 31. ſubdens, etiam ſi debitor debitoris eſſet obligatus ſecundo creditori ſub inſtrumento ſic ſugillato, quia primus creditor non apparet ibi nominatus, vnde poteſt repelli, eo quod inſtrumentum non cantat de eo, vt docet Bal. in l. ſi pro te, C. de dot. promiſſ. & ex pluribus etiam firmat Mauſon. de cauſ. execut. lib. 1. ampliat. 9. num. 3. & Coler. de proceſſ. execut. par. 2. cap. 2. num. 485. ſed poſtquam non poteſt fieri executio pro eo, qui non eſt in inſtrumento deſcriptus, ità nec contra eum, ſed ab actione incipiendum erit, vel executio fiet nomine illius nominati in inſtrumento, vel iure ceſſo ab eo, l. 2. C. de nouat. vt ibi notat Rebuff. ſub num. 30. vndè in praxi receptum eſt, creditorem agere poſſe nomine eius debitoris, illiuſque iura exercere, ideò creditor pro conſecutione ſui crediti, ſiuè eius hæres non ſolum poteſt vti iuribus ſui debitoris, ſed etiam iuribus hæredis ipſius debitoris, qui tenebatur ad perſoluenda eius debita, & ità amborum; Mandell. conſ. 447. num. 12. vel ipſum cogere ad agendum contra ſuum debitorem, vt deduxi in dict. 3. part. eodem verbo creditor, ſic quod creditor poteſt agere contra debitorem debitoris eo modo, quo eius debitor, vt dixi, & etiam litem ei denunciare per ceſſionem, & clauſulam cedens. Benè tamen verū eſt, quod debitore principale condemnato, poterit fieri executio ſuper nomine eius debitoris, ex tex. in l. etiam, C. de execut. rei indicat. diſcuſſis primò mobilibus, ſecundo immobilibus debitoris principalis, l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. cum aliis apud Suarez in l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. in declar. legis Regni, in 2. quæſtion. eundem ſequitur Cancer. variar. reſolution. lib. 2. cap. 3. n. 137. nec proindè quando debitum eſſet hypothecatum, erit dubitandum, quin debitor debitoris hoc caſu etiam non facta diſcuſſione conueniri poterit, & iudicatum aſſerit Hieron. de Leo dec. Valent. 163. n. 12. tom 2. & hoc caſu ſtante executione facta procederetur, vel ad eius aſſignationem, ſiuè adiudicationem, vt docet Statil. Pacif. dec. 5. poſt dict. tract. & proſequitur Muſcat. in praxi S. C. lib. 3. par. 3. gl. adiudicatur. vel ad vēditionem bonorum exequutorialium, vt idemmet Muſcat. dict. praxi, ea. par. 3. gloſ. venduntur, aut ipſorum nominum debitorum, quorum nomina, & iura ſolet Curia mandare, vendi, & de eis ſatisfieri creditoribus, vt pignora corporalia, & ità practicatum refert Borgn. deciſ. 14. n. 38. & 50. par. 4. & hoc vigore dicti inſtrumenti guarentigiati, quia in eo datur ſententia, legalis confeſſio, & res iudicata in vim confeſſionis, & guarentigiæ virtute legis id diſponentis, ex Bar. in l. cum vnus, ff. de bon. auct. iud. poſſ. & alijs probat Seſe deciſ. Arago. 123. ſub nu. 7. & confeſſus habetur pro iudicato, l. 1. ff. de confeſſis, cum aliis apud Mancin. in tract. de cōfeſſ. c. 3. art. 1. n. 1. & ſeq. vbi n. 3. id intelligit in ciuilibus, verum quia creditor ſicuti compelli poteſt ſolutionem recipere à quocunque, Aretin. dicto tract. de ſolut. cap. 25. n. 6. ita paritèr agere contra quoſcunque, & præſertim contra debitorem debitoris, vt dictum eſt, ac etiam exactionem habet cōtra debitorem debitoris, vt ex Bellapertica in l. ſi ſolere, C. de nouat. Doct. in l. 1. C. quando Fiſc. vel priu. & l. 1. C. quando Fiſc. debit. conuen. poſſ. notat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 356. n. 32. ex quo vigore dicti inſtrumenti non prohibetur agi via executiua, conceſſum videtur ipſi creditori agere contra debitorem debitoris, Doct. in d. l. à Diuo Pio, §. fin. cum alijs apud eundē Mauſon. loco citato, n. 4. vbi in num. ſeq. declarat hanc cōcluſionem, quando fuiſſet debitor principalis cōdemnatus, ad hoc vt executio contra ſubdebitorē concedi poſſit, quoniam creditor non poteſt plus iuris habere, quam eius debitor, etiam creditor ſui ſubdebitoris, vt cenſet Cancer. var. reſol. to. 2. cap. 3. n. 137. & circumſcriptis alijs remedijs agēdi contra dictos debitores debitoris proditum eſt remedium ſequeſtratiuum, quonam caſu conueniri poſſint abſque diſcuſſione principalis, probat Coſta de iuris, & facti ignorant. diſtin. 51. cent. 2. n. 14. & melius Mauſon. qui alios citat loco relato, n. 18. vbi etiam addit, aliud remedium eſſe proditum, quod faciat depoſitum, ex Rebuff. Coler. & Pariſ. ibi relatis, & hoc iure vtimur indifferenter in conſimilibus in dies, & propterea cum ſequeſtrum fiat vigore inſtrumenti, vt docet Bart. in l. litibus, n. 51. & l. iubemus, n. 6. C. de erog. mil. ann. Gram. conſ. 27. n. 5. Carrocc. de ſequeſtro p. 3. q. 2. n. 1. Coler. dicto tract. p. 3. cap. 1. n. 28. & 31. Intrigl. de cenſib. quæſt 91. num. 2. & proinde ſequeſter loco depoſitarij habetur, qui ſolum officium deponens cui reſtituat, Carroc. de depoſ. p. 1. tit. de depoſ. ſi vni hæredi, n. 5. quoniam cauſa ſequeſtrationis ſit depoſitum, Idem in tract. de depoſito par. 1. cauſa prima, tit. de cauſa, & modo, num. 2. fol. 11. & in prædictis caſibus nil aliud erit agendū, niſi quod ſolutio fiat creditori, vnde Bart. in d. l. 2. C. quando Fiſcus, &c. n. 3. dū quærit, quomodo executio fiat contra nomina debitorum, reſpondit, textus hic videtur velle, quod auctoritate Iudicis debitores ſoluere compellantur, & Alber. in rub. quando Fiſcus, vel priuat. ſub n. 3. ibi notat, quod ſi aliquod eorum non reperiatur, quod ſine quæſtione

ne capi poſſint, tunc Iudicis officio fit executio contra debitorem debitoris, vt infra eo. l. 2. promiſſione in poſſeſſionē nomine debitoris, ſecūdum formā traditam in gloſ. r. infra de præt. pign. l. 1. & tūc loco pignoris tenebit, vel ſi pure debet debitor debitoris cogetur officio Iudicis ſoluere, & creditor ſibi pro ſoluto in debitū computabit vſque ad concurrentem quantitatem, vt dicta l. ſi conuenit, ff. de pignor. act. & de hoc not. in Specul de contum. §. reſtat videre, ver. quid ergo ſi reus per Innoc. x. t. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeru. cap. 1. per Odoffr. hic, & inf. l. 3. ſicuti enim debitor debitoris rectè ſoluit creditori creditoris eius, Thomat. deciſ. 108. n. 9. ita rectè ſoluitur creditori creditoris, Magon. dec. Floren. 94. n. 8. Nam & ſi ab executione non erit incipiendū, l. r. C. de exe. ut. rei iud. cū alijs apud And. Gayl. lib. 1. obſeru. 13. n. 1. & de pace publ. cap. 5. n. 1. & ſeq. Borgn. dec. 23. n. 8. p. 2. attamen à præcepto de ſoluendo non erit inhibitum incipere, refert Carau. in titu 187. num. 3. & in 4. notab. ſequitur Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. p. 1. gloſ. petitur, n. 37. nedum in modicis, vt probat Marant. in eius ſpecul. p. 6. in 3. & vlt. actu, n. 24. ſed etiam vbi ageretur de executione inſtrumēti guarentigiati, poſtquam iudicium nil aliud eſt, niſi contractus inter partes, l. 3. §. Labeo, ff. de pecul. cum alijs apud Frec. de præſent. inſt. p. 8. q. 3. n. 20. & debitor per inſtrumentum publicum æquiparatur debitori condemnato per ſententiam, Noguerol. vbi ſupra n. 9. quod & ſi contra principalem debitorem executioni demandabitur ad inſtantiā ſui creditoris, ac ē contra hæredes illius, Carau. in ritu 178. n. 4. non tamen ad inſtantiam eiuſdē creditoris contra debitorem debitoris, qui non eſt in inſtrumēto nominatus, vt dictum eſt ſupra, quoniā creditor creditoris non aget via ritus, vt dixit Pand. de præſent. & execut. inſt. p. 2. declar. 2. Cancer. variar. reſol. lib. 3. cap. 3. n. 137. ſed benè præuio ſequeſtro, & depoſito ordinato, vt dictum eſt ſupra, & ſi à ſequeſtro non erit incipiēdum, vt dixit Borgn. deciſ. 31. n. 43. p. 2. attamen ſecus in executiuis procedit, vt ſupra dixi, quocirca incipiendo à ſequeſtro, quod eſt præparamentum petitionis principalis, quæ ſequitur ſequeſtrum, Coler. dicto tract. p. 3. cap. 11. n. 71. & 76. Borgn. deciſ. 3. n. 2. & 42. p. 1. Ludou. dec. Luc. 51. num. 8. Dnenn. ſing. 66. Grauat. ad Veſt. lib. 7. c. 2. n. 14. ſubſequitur inde depoſitum fieri, vt ſolutio indè ſequatur facienda creditori, ex quo in executiuis, & ſūmarijs cauſis Iudex non abſoluit, nec condemnat diffinitiuè, ſed ſolum præceptū relaxat executiuum, vel mandatum de manutenendo, alias diceretur ordinariè procedere, & daretur appellatio, Borgn. deciſ. 19. n. 21. p. 3. ex his enim concluditur, debitorem debitoris non liberari, niſi ſolutione, vel alia delegatione, probat Anton. Monac. deciſ. Lucenſ. 37. n. 35. liberatur enim debitor, quoties creditori facta ſit delegatio illius debitoris, vnde Hieron. de Leo deciſ. Valent. 30. num. 5. tom. 2. vel per ſolutionem, quia ſolutione eius, quod debetur tollitur obligatio, §. 1. Inſt. quibus mod. toll. oblig. Muta dec. 11. n. 3. quocirca in cauſa Lucretiæ de Thoro iunioris, cum Virgilia Pironto eius amita debitrice vigore inſtrumenti guarentigiati, cum fuiſſet factum ſequeſtrum ſuper certis introitibus ſuper gabella duorum granorum pro rotulo, fuit ex parte ipſius actricis inſtatum, mandari Gubernatoribus dictæ gabellæ, vt ei ſoluerēt annatam finitam ducatorum octo, debitā ex capitale ducatorum centum, & ſic continuari in futurum, & ita interloquutum per Iudicem Thomam Caiera, penès Carolum Saccardum Actor. Mag. nunc tranſmiſſis actis in S. C. penès Bernardum Speram, & dum fuiſſet ex aduerſo obtentū verbum fieri in S. . . . non impedita executione pro annata finita, & pro reliquis, fuit per D. Commiſſarium domi prouiſum, vt liberaretur annata finita, & ſic poſtea continuatum, & licet ex aduerſo fuiſſet obiectum, fuiſſe ſpoliatam iure ſuo exigendi ex tali modo extraordinario, ex quo Iudex extraiudicialiter procedendo ſpoliare diceretur, Andr. Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 76. n. 1. vbi plura, quinimmò malo modo procedi videretur, quando auctoritate propria Iudex procederet, & ſine ordine iudiciario, vt refert Anna in alleg. 103. num. 2. & ſequeſtrum obtinens, iudicialiter turbat, Seſe deciſ. Arag. 220. num. 7. attamen hoc non procederet in cauſis ſummarijs, ſiuè executiuis, & potiſſimum in cauſis inſtrumentorum guarentigiorum; etenim guarentigia eſt præceptum, quod fit debitori per Notarium de inſtrumento rogatum, vt ſoluat intra terminum, & obſeruet in inſtrumento contenta, Borgn. dec. 28. n. 45. par. 2. Galter. in praxi inſt. in 1. par. primæ partis, rub. 1. vbi plura de guarentigia, & accedente etiam iuramento, quo nam caſu non ab re inſtrumentum iuratum habet executionem paratam, Idem Borgnin. vbi ſup. num. 44. & dum producitur in iudicio, habet vim libelli, & petitionis, Idem dec. 3. num. 1. par. 1. Iudex illud executioni mandare debet, cum ſit iudicium executiuum, Mauſon. vbi ſup. ac etiam extraordinarium, Marant. in ſpecul. par. 4. diſt. 10. n. 7. ex quo in inſtrumentis exequibilibus nō requiritur ſtrepitus iudicialis, ſiuè iudiciorum, ex Bald. in l. etiam, C. de execut. rei iud. notat Rod. Suarez vbi ſup. ſub n. 2. Vlterius obijciebatur, quatenus benè proceſſiſſet ſequeſtratio prædicta, decretum ſolutionis militare poterat pro annata finita, non tamen pro annatis finiēdis in futurum, ſicq; videbatur, decretum ipſum non aliter interponi potuiſſe pro futuro tempore correſpondendi ipſi creditrici, eo magis, quia erat ipſe debitor ſoluendo, quoniā tunc debitor debitoris recta via conueniri poterit, quando non erit ſoluendo, Præſ. de Franch. dec. 273. n. 4. Sed huic replicabatur, quemadmodum conceſſum eſt creditori agere contra ſuum debitorem, vt ſingulis annis perſoluere debeat redditos, ſiuè cenſus, & ſimilia, eumq; compelli facere, vt poſt Affl. Anton. de Amato variar. reſol. tom. 1. reſol. 49. num. 26. Surd. in dec. 151. n. 12. ex Ripa, Alex. & alijs ibi citatis, ità etiam contra debitorem debitoris, quia ipſe creditor contra debitorem debitoris eodem modo agere poterit, vt ſupra dixi ex Borgn. dec. 14. n. 38. & 40. par. 4. & quemadmodum debitor meus primus habet executionem paratam contra ſuum debitorem, eodem modo habeo ego, Suarez vbi ſup. ſub num. 3. in fine, & amplius vbi concurreret mala qualitas debitoris litigioſi, nam tunc ſicuti debitor timens futuras inquietationes, poterit Iudicem adire, vt imponatur perpetuum ſilentium, & præuenire, Muta deciſ. 94. n. 1. & ſeq. ità etiam creditor ad

eui-

Digitized by Google

euitandum fututas lites, & moleſtias debitoris, quo enim caſu non alia exquiteretur excuſſio, probar Cattoc. de excuſſ. bon. par. 2. quæſt. 37. n. 1. qua de re crediioi poteſt executiuè agere, relicta via otdinaria, ſi conſultum non illi ſit ordinariè ſuum poſſe conſequi, Giurba deciſ. 55. num. 12. & potiſſimum contra debitorem debitoris, contra quem poterit vtiliter agere, Monac. deciſ. Flor. 22. n. 11. ex l. nomen, C. quæ res pign. obl. nó poſſ. vbi plures allegat, & hoc etiam executiuè per viam ſequeſtri, vel depoſiti, vt dictũ eſt, tàm pro credito præſenti, quàm futuro, immò ex d. l. nomen affirmat Seſe deciſ. Aragon. 123. n. 6. quod ſicut debitor meus haber executionem priuilegiatam contra ſuum debitorẽ, eodem modo habeo ego contra eundem debitorem ſuum, non enim minus iuris habet creditor in exigendo debitorem ſui debitoris, quam ipſe ptimus debitor haberet contra debitorem ſibi obligatum priuilegiatè, & conſequentèr ſequeſtri adiudicatio ſicuti fieri conceditur creditori, vt ex Zacch. & Coccin. probar Thomat. dec. Macer. 51. n. 6. ita eius ceſſionario, & ſubdit n. 7. & conſequenter creditori creditoris.

Creditor vigore inſtrumenti guarentigiati, ſiue ceſſionis ſibi factæ à creditore inſtrumentario, an poſſit eius vigore cõtra debitorem debitoris agere, & procedi facere ad faciendum depoſitum ſummæ per eum debitæ, vt ipſi ſatisfaciat, hoc alterum eſt remedium cõceſſum creditori, vt compellere faciat debitorem ſui debitoris ad deponendum, vt quoq; verba feci in præcedenti verbo Creditor, quæ omnia conueniunt huic quæſito, & propterea cum in dies de ijs verſetur in Tribunalibus, duxi aliqua conſiderare per iuris tramites, ſi iuridicè fieri poſſit ſic executiuè, cùm depoſitum habeat executionem paratam, l. penul. C. depoſ. Suarez in l. poſt rem iudicatam, in 3. notab. verſ. ad quintum, quod, ff. de re iud. Carroc. de depoſ. par. 1. tit. euentus, n. 5. præſuppoſito qualiter depoſitum fieri debet præcedẽte decreto de deponẽdo, vt probat Thomat. deciſio. Maceratenſ. 46. num. 7. & tunc diceretur legitimè factum depoſitum, quando mandato Iudicis fieret, Carroc. eod. tract. de depoſ. par. 2. quæſt. 5. num. 7. & non eſt dubium, quin ad inſtantiam creditoris fieri debeat cõtra debitorem ſui debitoris, vt concluſum patet in præcedenti verbo, & inter cætera in cauſa Io. Antonij Lõbardi ceſſionarij Thomę Ruſſi creditoris vigore inſtrumẽti quon. Angeli Andreæ Durantis produc. 100. cũ is obtinuiſſet ſententiam per Curiam Archiepiſcopalem contra D. Antonium Durantem debitoris filiũ ſuper bonis hęreditatijs, per illã iniũctũ fuit mandatũ Iudici laico, vt Andreaa Piſacanus debitor ipſius D. Antonij cõpelleretur ad ſoluendum debitum prædictum, ex quo Iudex ſæcularis exequi debet ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, & illi concedere brachium ſæculare ſine reuiſione proceſſus, vt inquit Borgni. dec. 26. n. 6. p. 2. fuit per Reg. Conſil. D. Frãciſcum Sauiũ iuſſum, vt faceret depoſitum, & quia talis debitor parere noluit, fuerunt expeditę literæ executoriales, & contra ipſum exequutum, vt ex actia in Banca de Fęlice, interea ſuperuenerunt literę prouiſionales ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ, vt omnia innouata ad priſtinum reducerentur, attenta appellatione ibi propoſita, & ita prouiſum per Regium Conſil. Thomam de Frãchis, mandando, vt partes adirent Curiam Eccleſiaſticam, & omnia innouata ad priſtinum reſtituantur, & conſequenter executio facta reſtitueretur, cum iterum cauſa deuoluta eſſet ad primum Iudicem, fuit pro obſeruantia ſui decreti prouiſũ, vt executio facta vẽderetur; hinc interpoſita appellatione pręuia ſupplicatione verbi faciẽdi obtẽta per dictũ Andream ex cõtrarietate decretorum, fuit per d. S. C. die 16. Ianuarij 1643. deciſum, quòd doceret de ſatisfactione, penès Secretariũ, ſed quia non formiter ſatisfactionem probauerat, fuit per eum factum depoſitum ad euitandam venditionem bonorum exequutorum, & liberatum eidem creditori.

Creditor alicuius vigore legati ſibi debiti ex teſtamento alterius, cuius ipſe hæres eſt, an poſſit cõtra eius debitorem de ſuis iuribus experiri pro conſecutione ſui crediti, tàm ordinariè, quàm executiuè, cùm certum ſit de iure, quòd creditor haber actionem contra debitorem debitoris ſui, ex deductis per Gratian. diſcept. forenſ. c. 704. n. 49. ſed concurrentibus illis quatuor requiſitis traditis à Salic. in l. ſi in cauſa, num. 5. C. quando Fiſc. vel priu. ſ. principalis condemnatio, eiuſdẽ excuſſio bonorũ, confeſſio expreſſa, vel implicita, ſeù tacita, vel ipſius negãtis cõdemnatio, & ipſius nominis confeſſi, vel coniuncti in poſſeſſionem miſſio, ſiuè tria, hoc eſt debitoris debitoris confeſſio, principalis condemnatio, tertiò excuſſio bonorum, & non fuerit repertus ſoluendo, ex l. 1. 2. & 3. C. quando Fiſc. vel priu. ex Rom. & Surd. probat Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 3. c. 5. num. 107. Farinac. deciſ. ciuil. 760. n. 2. p. 2. Sed in hoc erit primo aduertendum ad qualitatem ipſius creditoris, quo iure debitum ſibi debebatur, vel vigore inſtrumenti guarentigiati, & tunc hæc requiſita ceſſare vidẽtur, vt fuit deductum ſupra eodem ver. creditor, cæterum autem ſi nomen debitoris non fuerit ei hypothecatum, talium requiſitorum probatio erit neceſſaria, vt oſtendit ibi Salic. vel haberet actionem perſonalem, ſiuè realem, non tamen dependentem ex inſtrumento, quoniam eo caſu erit neceſſaria talis probatio requiſitorum præmiſſorum, adeò quod cum vigore ſententiæ ſoluere noluerat, ſuccedit dictum Surd. in conſ. 374. n. 25. quod debitor, qui interpellatus non ſoluit, pręſumitur quòd non ſoluiſſet, ſi fuiſſet requiſitus extra iudicium, qua de re licet ſoluendo quis præſumatur, Idem in conſ. 452. n. 22. adhuc tamẽ quia ſoluere diſtulerat, fuit neceſſe illũ compellere, nam poſt tempus elapſum poteſt cogi debitor ad ſoluendum, Monac. dec. Lucenſ. 55. n. 20 & cum in proprio meo facto contingiſſet in legato annuorum ducatorum octo facto à quondam Fabio de Falco V. I. D. ſolertiſſimo mihi debito ſingulis annis, & produxiſſem in M. C. ſolutiones prætetitas mihi factas per quondam Fauſtinam de Falco, ac Tollam Faleſiam illius hæredes, quę cum aliquas annatas debuiſſent ſoluere, illas in iudicio conuenire feci ad ſoluendum, & ita per eandem M. C. decretum fuit, eas condemnando ad ſolutionem petitam, præuia relatione Iudicis Io. Baptiſtæ Muſceptulæ, in Banca Caroli Saceardi, ſicque cum fuiſſet adimpletum primum requiſitum, non dubitabatur de altero, ſ. de debitoris confeſſione, qui erat Ciuitas, quę

debi-

debitum eidem Fabio bonum fecerat ſuper gabella duorum granorum pro rotulo, de quo ſatis cõſtabat ex inſtrumẽto celebrato tũc inter eos, & apparebat in libris dictæ gabellæ dicti debiti annotatio, viſum fuit mihi contra Gubernatores dictæ gabellæ iura dirigere, nõ obſtante diſcuſſione, quia iã redditus dictæ gabellæ erãt de bonis hæreditarijs, nec opus erat diſcuſſione prædicta, quia non fuerat oppoſitum de excuſſione per dictos hæredes, vt debuerãt, ex traditis per Cauoc. in tract. de excuſſ. bon. p. 2. quæſt. 37. n. 2. & propterea conſiderando aliud requiſitum reſpectu creditoris mei debitoris, quia extabat inſtrumẽtum celebratum inter eos, ob quod poterat ipſa Ciuitas conueniri via executiua à dictis hæredibus, ſic ego vigore dictæ ſententiæ egi, quia cõtra eam petere potueram executionem ſententiæ eodem modo, quo debitor meus primus habet executionem paratam contra ſuum debitorem; nõ .n. creditor plus iuris in exigendo debitorem ſui debitoris habere poteſt, quàm haberet ipſe primus debitor, idemque debitoris ſui creditoris, refert Rodet. de annuis reddit. lib. 2. q. 19. n. 9. ex Suarez in l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. in declar. legis Regni, in 2. q. & vltra eos Canc. var. reſol. lib. 2. cap. 3. n. 137. quocirca vigore dicti decreti fuit factum aſſignamentum per d. M. C. in mei faciem pro ducatis 84. annatatum decurſarum ſuper capitale duc. 650. hæreditario, vna cum alagio pro ducatis 168. & pro annuo legato in futurum ducatorum octo, vt Gubernatores dictæ gabellæ mihi correſponderent, die 27. Maij 1639. eodem referente in dicta Banca, & fuit cum effectu deſcripta partita in libris eiuſdem gabellæ in mei faciem, & ſic obſeruatum, ex quo in nomine debitoris ſententia trahit ſecum executionem, Monac. deciſ. Lucenſ. 37. n. 11.

Creditor an teneatur recipere à ſuo debitore capitale alicuius ſummæ debitæ diminutum ex aliqua cauſa, ex quo in Regno his temporibus, tàm introitus Regales, quam huius Ciuitatis ſunt diminuti, & conſequenter capitalia, quæ exiſtunt ſuper Arrendamentis, & Gabellis in dies variant eorum pretia, hoc eſt 30. vel 40. aut 50. & ſimil. pro centenario, quoties enim fuerint factę inter creditores ceſſiones, vẽditiones, & inſolutũ dationes, ex vſu frequenti cedũtur cum alagio, ſic vulgò nũcupato, vtputà ſi creditor eſſet in ducatis centum, & illa centum venduntur, & valent 50 debet ſuppleri creditum ex capitale remanſo vſque ad integram crediti ęquiualentiam, & ſic in dies practicatur, & hoc iure optimo, ex quo creditor non cogitur recipere ſolutionem diminutam, & quæ totum non capit, abſorbit, & extinguit debitum, ex Corn. conſ. 103. nu. 4. vol. 3. Surd. deciſ. 186. n. 2. probat nouiſſimè Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. oblat. & retent. cap 30. n. 3. vbi per totum illud cap. de hoc agit, addendo alias conſimiles rationes pro fundamento dictæ concluſionis, ſimiliter cogi non poterit creditor accipere ſuum debitum minutatim, & non integrum, Fatin. deciſ. ciuil. 373. n. 6. par. 1. & ſic obtinui à M. C. V. dum eſſem creditor annui legati ducatorum octo conſequendorum à Fauſtina de Falco, & Tolla Faleſia hæredibus quond. Fabij de Falco V. I. D. teſtatoris, à quibus nonnullas annatas decurſas conſequi debebam, & cum fuiſſent condemnatæ ad illarum ſolutionem, & non parentes, decreto interpoſito, coactus fui ſuper introitibus debitis per Gubernatores Gabellæ duorum granorum pro rotulo huius Ciuitatis eiſdem hæredibus mea iura dirigere, ſuper quibus fuit aſſignatio facta cum alagio currenti, ad relationem Iudicis Ioa. Baptiſtæ Muſcepulæ, die 27. Maij 1639. vt in banca Caroli Saccardi. Similiter iudicatum fuit per M. C. V. in cauſa Lauræ Salinas cum Anna Maria Ortiz de Cordua, ad relationẽ Iacobi Capycij Galeota Iudicis M. C. nunc meritiſſimi Præſidentis R. C. S. vt ſolueretur ante prædictum petitum cum alagio liquidando, penès Salernum, vt infra cod. verbo tranſactio.

Creditor, qui ſucceſſit in locum anterioris, vigore pacti initi inter contrahentes, vt ſoluatur eius creditum, habita ceſſione, non tamen illicò, ſed poſt certos annos, nec apparebat ſolutio facta in continenti de eadem pecunia accepta, iudicari an debeat anterior in præiudiciũ alterius poſterioris creditoris, ex facti ſerie liquebat, fuiſſe præſtitã aſſiſtentiã ad inſtantiã Io. Baptiſtę Giraldi ſuper certo territorio pro eius credito ſibi debito à N. N. & dum in illius poſſeſſione reperiretur, inſurrexit Io. Baptiſta Gallucius vti creditor anterior eiuſdẽm debitoris de anno 1611. & obtinuit ſequeſtrum territorii, & fructuum, ſe oppoſuit poſſeſſor ipſe, aſſerendo, quod quamuis ipſe eſſet creditor poſterior de anno 1614 nihilominus anterioritas illius creditoris non erat valida, & proindè reddebatur inualida ex pecunia illicò à debitore non aliter data, vt potuiſſet ſubingredi in locum anterioris, ex quo licet ipſe creditor dediſſet certam quantitatem pecuniarum ducatorum 900. cum pacto expreſſo, vt illam ſolueret debitor creditori anteriori, & ceſſionem obtinuiſſet, attamen præfatus debitor de dicta ſumma perceperat ducatos 90 & alios grauauerat cuidam, qui eandẽ pecuniam grauauerat alteri, in cuius poſſe tota pecunia peruenerat, licet illinc ad decem menſes ipſe debitor dederat creditori anteriori ſuum creditum, à quo obtinuit ceſſionem in beneficium iſtius creditoris ſoluentis pecuniam prætendentis anterioritatem, non tamen conſtabat, realiter eãdem pecuniam acceptã ſolutam fuiſſe, poterat enim de alia pecunia ſatisfacere, quia primęuam pecuniam iam debitor conſumpſerat, vnde ſi attendatur pecunia poſtea ſoluta, non erat illamet accepta, & ſic ceſſabat priuilegium anterioritatis, pariterque ex temporis interuallo, quia non illicò ſoluta fuerat, vt ſubingreſſioni locus eſſet, quare per S. C. audita tali diſſenſione mandauit M. C. V. vt ſuper anterioritate ipſa prouideret, quocirca ex parte ipſius creditoris anterioris, de cuius pecunia fuerat anterior dimiſſus dicebatur, nedum adeſſe pactum expreſſum, vt anteriori ſatisfieret, ſed inde ceſſionem ab eo obtinuerat, ob quod in eius locum ſubrogatus erat, & ſic procedit diſpoſitio tex. in l. ſi ventri, §. fin. ff. de priuil. cred. de quibus neceſſarijs requiſitis pro iſta ſubingreſſione legali ſatis, ſuperque loquitur Conſil. Theod. alleg. 68. Replicabatur ex parte poſſeſſoris, licet creditoris poſterioris, prædicta optimo iure proceſſiſſe, ſed animaduertendum erat ad modum prætermiſſum à debitore, nam gloſ. in l. Ariſto, ff. quæ res pign. vel

hy-

hypoth. datæ, in verbo pignus, & iterum in l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc. ſucc. ſub diſtinctione refert, quod aut velit ſoluere ſecundus creditor, vel extraneus, vel ipſe debitor, & ideò omiſſis illis primis, ad tertium deueniendo, quãdo ipſe debitor ſoluit, & tunc inquit gloſ. quod aut debitor ſoluit de ſuo, & tunc nulla erit ſucceſſio, aut ſoluit de aliena pecunia, & tunc, vt ille, cuius pecunia liberatur, ſuccedat in ius pignoris prioris creditoris quatuor ſunt neceſſaria, primò, quod conueniat, vt ſint ei obligata, ſecundò, vt in locum primi ſuccedat, tertiò, vt ad hoc mutuet, quartò, vt ipſa pecunia perueniat ad primum creditorem, quibus interuenientibus ſuccedit in locum primi, nõ enim dubitabatur de pacto conuento inter ipſum creditorem dantem pecuniam debitori, vt ſolueret illam anteriori, ad hoc vt in locum eius ſubingrediretur, quia ità expreſſim conuentum fuerat, alias ſi non fuiſſet expreſsè conuentum, non procederet, notat Staiil. Pacif. de Salu. interd. inſpect. 3. cap. 2. num. 44. deciſũ tradit Faber in tit. de ijs, qui in prior. cred. loco ſucc. defin. 5. neque de ceſſione inde facta per dictum creditorem anteriorem in beneficium illius, qui pecuniam dederat, nam aliter non procederet ſubintratio, ex traditis per Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 6. num. 44. deciſum tradit Fab. in tit. de his, qui in prior. cred. loc. ſuc defin. 6. ſed difficultabatur de pecunia non illicò ſoluta per ipſum debitorem eidem anteriori creditori, ſed dato interuallo, poſtquam ſi illicò fuiſſet ſoluta, nulli dubium erat, quin præſumebatur ſoluta eadem pecunia data, nam pecuniam qui numerauit ſtatim poſt ſtipulationem, ſtipulationis reſpectu præſumitur numeraſſe, Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 12. num. 24. & ſic præſumeretur ſatisfactio facta de eadem pecunia ipſius creditoris eam dantis in eam cauſam, nam pecunia, ex qua fuit creditor dimiſſus præſumitur data ad illum finem, quando in continenti ſoluitur, Conſil. Theod. alleg. 98. n. 18. ſed ſi ex interuallo ſolutio facta fuiſſet à debitore, licet gloſ. in d. l. ſi ventri, §. fin. verſ. benignè, dicat, hoc autem adiecto, quod refert in continenti, vel ex interuallo, ſubdit ex breuitate ſpatij præſumatur datum eſſe, tamen tutius erit, & cautius, vt in continenti fiat ſolutio, & non ex interuallo, vt notat Ant. Fab. vbi ſup. defin. 1. ex d. l. ſi ventri, ad quod optimè Bellon. in tract. de his, quæ in contin. fiunt, lib. 1. cap. 1. num. 7. ex Fanut. de moment. tempor. cap. 27. num. 7. quod ſi quis in continenti ſoluat pecuniam creditori, id præſumitur conuentum inter partes, & ità ſoluens, priuilegium dicti creditoris conſequitur, id enim efficit modicum interuallum temporis, vt poſterioris creditoris pecunia ſoluta priori, in locum prioris ſuccedat, Ang. in l. fin. C. de pign. cum alijs ibi adductis, ſequitur Franch. dec. 97. nu. 5. & deciſum tradit, ſicut pecunis data pro ſoluendo debitum, præſumitur illa ſoluta, ſi de recenti ſoluit illud debitum, licet non dixerit in ſolutione, eſſe de illa pecunia, nam identitas præſumimitur ex breuitate temporis, Caualc. dec. 15. n. 5. par. 4. Cæterum autem ſi ex interuallo fuiſſet ſolutio facta à debitore eius creditori, præſumeretur de ſua pecunia facta, nam debitor cenſetur potius ſoluiſſe debitum, ad quod tenetur nomine proprio, quam pro eo, ad quod tenebatur pro alio, Gratian. cap. 962. num. 40. & 46. Et ſic facta relatione in M. C. die 23. Maij 1643. per Iudicem Poliacam fuit prælatus ipſe poſseſsor, licet creditor poſterior, in Banca Caputi. Die 1. Iulij 1645. facta relatione in S. C. fuit confirmatum decretum M. C. remittendo cauſam eidem, penès Sceret. idem fuit deciſum in alia cauſa, vt ſup. verb. ceſſio.

Creditorẽ pecunia numerata an teneatur accipere à debitore, vel eius hæredibus tot bona ſtabilia in ſatisfactionem ſui crediti, concluditur, deueniendum eſse ad licitationem ex indiuiduitate rei, quæ non poterat vnicuique ex creditoribus adiudicari, vt alias deciſum fuit per S. C. de quibus omnibus memor eſt D. Regens Sanfelic. dec. 268.

Creditor emphyteutæ an admittatur ad purgandam moram canonis non ſoluti poſt ſententiam deuolutionis, & eius exequutionem, fuit deciſum affirmatiuè per S. C. vt refert D. Reg. Sanfel. dec. 114.

Creditor locans operas ſuas Rationali pro ſcribendis libris ſuper ſalario peruento eidem Rationali ex dicto opere, an præferatur creditoribus anteriobus, etiam hypothecarijs, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 113.

Creditor mutuans pecuniam pro fabricando nauim, ſeù triremes, aut reficiendo, an præferatur in ſtipendio ſoluendo Præfecto triremium, concurrentibus præſumptionibus, atq; coniecturis, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 112.

Creditor cum conſtituto, & præcario an poſſit agere contra tertium poſſeſſorem, non excuſſo principali debitore in iudicio aſſiſtentiæ, fuit per S. C. deciſum affirmatiuè, quemadmodum refert D. Regens Sanfelic. in dec. 115. & idem nouiſſimè deciſum fuit per S. C. in cauſa Lauræ Marantæ cũ hæredibus Caroli Carmignani, ad relationem Domini mei Scipionis Theodori, ſub die 19. Iunij 1640. & fuit præſtita aſſiſtentia pro capitale, & tertijs decurſis, non aliter reſciſſo contractu cum hæredibus debitoris, ſed tantum cum Carmignanis tertijs poſſeſſoribus, vt in proceſſu penès Cantonum fol. 49. hanc opinionem firmat D. Præſ. de Franch. dec. 80. n. 16. Quamuis autem de iure probatum ſit, vt tertij poſſeſſores nentiquam conueniri poſſint, niſi prius facta excuſſione cum principali, ex auth. hoc ſi debitor, C. de pignor. Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 2. n. 93. & molius gl. 16. n. 6. adeò quod creditor ex cauſa annuorũ introituũ nõ poteſt obtinere aſſiſtẽtiã, niſi prius reſciſſo inſtrumento cum principali debitore, inquit D. Reg. Ronit. in pragm. 1. n. 4. de aſſiſt. vbi praxim de hoc adducit, quæ quotidie ſeruatur tam in Mag. Cur. quam in S. C. nempe fieri præcepta de ſoluendo tertias decurſas, & demum præcedente mora in ſoluendo, ac etiam contemptu Iudicis, impugnando moram, tunc locus erit reſciſſioni contractus, & debitor condemnabitur ad reſtituendum capitale, vna cum tertijs, & intereſſe, & pro illis aſſiſtentia præſtabitur in forma, & ità deciſum fuit per M. C. V. ad relationem Iudicis de Cithara in cauſa Portiæ Turturæ cum illis de Angelella principalibus, & illis de Roſa tertijs poſſeſsoribus in Banca Pulſonis, ex tex. notabili in l. ædiles, §. non tantum, ff. de ædil. edict. & ſic in quamplurimis

cauſis etiam in Sac. Conſ. vt dixi in 3. par. verbo contractus, verbo mora, & verbo reſciſſio, ſed hæc procederent, quando nedum petebatur aſſiſtentia, ſed etiam reſciſſio contractus, pro quibus omnes debent audiri, cæterum autem quando de aſſiſtentia tantum ageretur, ſecus eſſet, potiſſimum contra tertios poſſeſſores, contra quos procedi poterit, non audito principali debitore, neq; diſcuſſione cum eo facta, ſed tantum quia vigore clauſulæ constituti, & præcarij fieri poterit abſq; diſcuſſione principalis, vt ex pluribus corroborat nouiſſimè Barbat. in d. gloſ. 10. 0. 49.

Creditor an fructus perceptos à ſe ſibi adiudicata cum meliorationibus, ſeu cum quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus compenſare teneatur, fuit per S.C. deciſum, quod fructus percepti per Nicolaum Sforzam, & Venturam dello Maſtro excomputentur cum intereſſe, refert D. Reg. Sanfel. dec. 119.

Creditor anterior an dicatur qui contraxit cum Officiale conſtituto à R. C. poſt datam priuilegii officii, illinc ad duos menſes forte, quamuis poſſeſſio illius adhuc capta non fuerit, neq; adminiſtrationem illius geſſerat, vt in facto occurrit diſcuti in R. C. in cauſa Duciſſæ Lautenzani cum Regio Fiſco ſuper ſolutione ducator. 300. cum intereſſe ſolutorum ex cauſa fideiuſſionis factæ per quondam Ducem Lautenzani in beneficium Marchionis Padulæ, olim Dohanerii Regiæ Dohanæ menepecudum Apuleæ, qui emerat dictum officium, & poſt expeditionem priuilegii pecunias ab aliis acceperat pro ſolutione pretii, & inde poſſeſſionem illius aſſumpſerat, vndè fuit per R. C. deciſum, dictam Ill. Duciſſam hæredem, & filiam eiuſdem Ducis eſſe creditricem anteriorem Regio Fiſco, vt tradir D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 6. reſp. fiſcali, & in 7. reſp. ſub n. 20. poſuit deciſionem.

Creditor alicuius, qui vti ſubſtitutus in certis bonis oneratus erat, ea reſtituere vocatis, ſi abſque filiis decederet, an eo defuncto ipſe ſuper talibus bonis ſatisfieri poſſit, non obſtante dicto fideicommiſſo, deciſum fuit negatiuè, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. reſp. fiſcal. 16. n. 44.

Creditor anterior abſque aſſenſu an præferatur creditori cum aſſenſu reſpectu tertiarum ex pretio rei feudalis in emptionem conuerſo, deciſum fuit pluries negatiuè, maximè quando fuerit venditum feudum ad inſtantiam creditorum poſteriorum cum aſſenſu, refert Io. Bapt. Hodierna in addit. ad Sur d. dec. 306. num. 5. in noua impreſſione.

Creditor anterior pro ſorte, vt ſit anterior etiam pro rata intereſſe, quæ includitur ſub tertiis noui contractus, an procedat ſolum poſt reſciſſionem, vel etiam pro rata ante decurſa, concluditur quod licet opinio illa, vt prioritas detur ſolum pro rata tertiarum decurſarum poſt reſciſſionem, quæ verè debentur ex mora, non autem pro rata decurſa ante reſciſſionem ſub maiori ſumma tertiarum, cum eo tempore tertię deberentur ex conuentione, & ſic ex ſecundo contractu nouæ venditionis, qui non poteſt producere effectū prioritatis, niſi vbi per moram ſequatur reſciſſio, & ſic res reducitur ad ſtatum primi contractus, in quo fuerunt pro ſorte, & vſuris bona obligata; verum cum generaliter Doct. doceant, prioritatem non concedi pro tertiis debitis ex nouo contractu ad beneficium ſecundi emptoris, niſi pro rata intereſſe legalis, quæ continetur ſub tertiis, nec diſtinguunt, nec exiguunt, vt ſequatur reſciſſio, difficile eſſet obtinere in praxi, fieri hoc diſcrimen, ſiquidem pro intereſſe reſciſſo contractu conceditur creditori anterioritas pro integra ſūma ad rationē tertiarū conuentarū, & quia cadit quæſtio ſuper dubitabili, idcirco fateri oportet, vt intelligatur de rata intereſſe contenta ſub decurſu tertiarum conuentarum pro tempore ante reſciſſionem, pro quibus non eſt grauatus debitor, idemque venditor, nec eius creditores, vt nouiſſimè eſt facta deciſio per S.C. in cauſa Vrſulæ Faraldæ cū D. Principiſſa Scillæ in aula Domini Conſil. Cæſaris Frecciæ, penès Burcellum, retulit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. controu. 56. à n. 36. ad 39.

Creditor an ſubrogari poſſit in locum dimiſſi creditoris quoad tertias conuentas debendas ex nouo contractu celebrato, ita vt aliis præferri debeat, altercatio fuit inſtituta in S. C. inter hæredes quondam Chriſtophori Spinolæ prætendentes pro credito pecuniæ per eius auctores conuerſæ in emptionem annuorum introituum cum Principe Sulmonis eſſe anteriores tempore hæredibus quondam Goffredi Spinolæ, & potiores ex iuribus D. Beatricis ſororis, ac creditricis, pro dote de paragio eidē legata ſuper bonis eius patris, in cuius dotis ſatisfactionem ceſſū fuit, vt pecunia verteretur in emptionē, cū effectu verſa cum obligatione inſoli tū dictæ D. Beatricis, quocirca hæredes dicti Goffredi prætendebant pecuniam aſſignatam auocare, tametſi pro rata ducatorum 12. mille cum duobus contractibus eodem die, & momento celebratis transfuſam in cauſam mutui, cum expreſſa mentione, mutuum fieri de pecunia dotali, & diſcuſſis hinc inde rationibus per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. tom. 1. controu. 56. demum in calce deciſ. ad eandem controu. inquit, dum hæc cauſa coram D. Iacobo de Franchis in S.C. ageretur, fuit eiuſdem S.C. decreto generaliter prouiſum, quod creditores poſteriores reſtituant, nulla hæreduum Chriſtophori ſpeciali habita mentione, &c.

Creditor vigore capitulorum matrimonialium an præferri debeat creditoribus defuncti à die ſtipulationis ipſorū, in quibus erat facta promiſſio de obligando etiam bona feudalia, ſuper quibus capitulum Gratiæ ſuum effectum ſortitetur, vel à die celebrati contractus, fuit deciſum per S.C. iunctis aulis die 9. Martij 1651. præferri à die capitulorum, & ſic fuit dictum, quod D. Alexander Pignonus graduetur à die 24. Aprilis 1586. capitulorum matrimonialium, & cum fuiſſet reclamatum in Collat. Conſil. ex parte creditorum eius patris, fuit confirmatum decretum prædictum, ſic atteſtante D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 39.

Creditor hypothecarius vigore inſtrumenti licet poſterior an præferatur creditori vigore capitulorum matrimonialium prætextu donationis ibi factæ à communi debitore poſt eius mortem, ob quod fuerat graduatus in tertio loco, & in quarto loco dictus creditor hypothecarius, pro quo in iure reſpondit D. Reg. Hect. Capyc. Latro in conſult. 89. p. 1. vbi in calce refert, fuiſſe prouiſum in beneficium creditoris hypotecarii, dicens,

cens, obtinuit Ioanna liberationem ſui crediti, ſecundùm prædicta allegata.

Creditor alicuius ſocij ſi partem ſui crediti conſequutus fuiſſet ab eo, an moleſtari debeat à conſocio, qui de ſolutione ignarus intendebat, pecuniam ex ſocietate ſolutam ſibi reſtitui, deciſum fuit in fauorem creditoris, refert D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 95. p. 2.

Creditor ſalarij ex cauſa officij impenſi in fauorem alicuius, an facto depoſito per debitorem præferri debeat vxori illius ex cauſa ſuorum iurium, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. vt nouiſſimè teſtatur D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 117. n. 14. lib. 2. de qua deciſione memor fui in 2. p. noſtri compendij, ver. ſalarium.

Creditor, ſeù emptor annuorum redditúum ſoluere an teneatur collectas, non obſtante pacto immunitatis, deciſum fuit per R. C. die 13. Septembris 1613. ad relationem Præſidentis Iulij Petræ affirmatiuè, vt tradit Nicol. Marocta in tract. de collecta, ſeu bonatenentia, cap. 20. in princ.

Creditor alicuius vigore inſtrumenti mutui an præferatur locatori domus in bonis inuectis, & illatis in domo conducta, contingit de hoc difficultari tàm in M. C. V. quàm in S. C. in cauſa Lucretiæ Fidelis cum Catharina Izzo, ſuppoſito, qualitèr ipſa Lucretia locaſſet Ioſepho de Roſa quandam domum pro vno anno, pro ducatis 35. promittẽdo ſolutionem tertiatim, qui cũ habitaſſet per ſpatium octo menſium, comparuit dicta Catharina in M. C. & obtinuit ſequeſtrum ſuper bonis mobilibus ipſius Ioſephi, quæ exiſtebant in dicta domo Lucretiæ pro credito ducatorum 50. vigore inſtrumenti mutui confecti in anno 1630. quos ducatos 50. ipſe Ioſeph promiſerat infra annum reſtituere, & venditis prędictis bonis concurrebant in pretio tàm ipſa locatrix, quàm dicta creditrix, vndè cum fuiſſet per eandem M. C. referente D. Thoma Carauita illius Iudice iuſſum, quòd detur tantum pretium pecuniæ penſionis vſque ad diem ſequeſtri facti ſuper dictis bonis, à quo cum fuiſſet appellatum ad S. C. pro parte ipſius locatricis, & relata cauſa in S. C. de duobus contingit difficultari, primò ſi ipſa locatrix præferri debuerat dictæ creditrici pro ſuo credito penſionis domus, ſecundò ſi pro eodem tempore, quo habitauerat tantum debuerat ſatisfieri pro locatione facta dicto Ioſepho, & pro reſolutione ipſarum dicebatur reſpectu primæ, qualitèr ipſa creditrix præſumitur ſatisfacta de dicto credito mutui per ſpatium quatuordecim annorum, quoniam nedũ ſolutio præſumitur facta ex decem annorum lapſu, Maur. Aret. in tract. de ſolut. cap. 17. nu. & 2. immò ex diuturnitate temporis, vt ibidem c. 4. n. 10. ſed etiam ſoluiſſe præſumitur debitor, quando per multos annos creditor exactionem diſtulit, Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 35. n. 3. Nihilominus deueniendo ad prælationem petitam ab ipſa locatrice, vti domina domus, dicebatur, præferri debere dicto credito, dùm bona inuecta, & illata ſint obligata pro pẽſione domorũ, l. item quia, ff. de pact. l. certi iuris, C. loc. §. item ſeruiana, Inſt. de action. cũ alijs allegatis per Rodriq. de cõcurſu credit. p. 1. artic. 8. n. 2. latiſſimè Statil. Pacific. de Salutan. interd. inſpect. 3. cap. 5. per totum, ex quo bona mercantilia etiam inuecta in domos, fuerunt ibi conſeruata, & indè vendita, quæ aliter fuiſſent deperdita, ſicque pro tali conſeruatione veniret præferenda, ad tex. in l. interdũ, ff. qui pot. in pign. hab. ex quo tales merces, ac bona venalia illata, & inuecta ſunt pariter tacitè obligata, vt proſequitur idem Statil. Pacif. vbi ſupra, n. 96. & ne deſit punctualis doctrina, quòd creditores priores nõ præferantur domino fundi conducti in pretio rerum ibi inuectarum, ex Menoch. lib. 3. quæſt. vſufreq. cap. 57. nu. 7. relato à Caldas Pereira in tract. de empt. & vendit. c. 31. n. 94. probat Ripol. var. reſol. cap. 12. n. 8. vbi ſubdit n. 9. prædicta non ſolum locum habere in bonis primi inquilini, ſeù conductoris, ſed etiã in bonis ſecundi, & tertij, quia hæc ſemper cenſebuntur tacitè hypothecata, vt firmant omnes cum Bart. in l. ſolutum, §. ſolutam, ff. de pign. act. Rom. Couar. Gomeſ. & Pereir. ibi relati, ſed an pro toto anno, vel pro rata temporis iuxta aliud quæſitum obiectum replicabatur, pro toto anno deberi penſionem, & conſequenter præferri, ad tex. in l. dominus horreorum, §. fin. ff. loc. cũ competat actio locatori ex conducto pro eo tempore, pro quo conduxit, & totius temporis penſionem ſoluere tenetur, l. ſi in lege, § ſi domus, ff. loc. l. habitatores, in fine, ff. eo. & talis penſio debetur, ſi habitauerit pro vno die, quando tertiatim promittitur penſio, l. qui hoc anno, ff. de verb. obligat. Napod. in Conſuet. in tub. in quib. caſ. lic. auct. prop. pign. & conductor non liberatur, niſi ſoluto pretio, l. ſed addes, §. cum quidam, ff. locat. Octau. Cacher. deciſ. 98 n. 2. nam notoriè grauarentur locatores, & ſi fuerit contra eos facta prouiſio, & data eis pœna, quod quando conductor vti non poteſt re conducta, fit ei remiſſio mercedis, & tenetur ad integrale intereſſe, vt ex tex. in l. ſi tibi alienam inſulam, ff. loc. d. l. ſi in lege. §. colonus. & l. ſi merces, §. ſi vicinæ, ff. loc. Bart. & alij omnes in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig. & idemmet Bart. in d. l. ſi vno, §. vbicunque, ff. loc. Soc. conſ. 156. vol. 2. Alex. conſ. 84. n. 11. vol. 6. Natta conſ. 445. n. 5. vol. 1. Viuius in dec. 264. n. 7. Sicque tale præiuditio exiſtẽte aliud ſubſequeretur, poſtquam omnes conductores cauſa fraudandi dominos domus, procurarent, vt comparerent creditores fictitij, & faciendo executiones ſuper bonis inuectis in domos, domini, ſeù locatores eſſent obnoxij cenſibus, abſque ſatisfactione penſionum, vt in ſimili conſiderat Hieron. de Laut. dec. 197. n. 7 & ſic facta relatione in S. C. per eundem D. Iudicem die 7. Aprilis 1644. in aula conſil. D. Franciſci Sauij, fuit per S. C. remittendo cauſam eidem M. C. prouiſum, quòd prouideret iuxta ordinem ſibi datum, qui erat, vt pro bonis mercantilibus illatis in apotheca præferretur locatrix, non autem pro alijs mobilibus exiſtentibus in Camera, penès Secretarium, in Banca Pulſoni, à quo decreto fuit reclamatum, & iuſſum, iterum verbum fieri loco reclamationis, qua facta fuit confirmatum decretum.

Creditor hæres alicuius vigore publici inſtrumenti exigens annuum reditum minus, quam in inſtrumento ſit conuentum per certum tempus à debitore, an ſibi præiudicet, ità vt reliquum ſummæ peti non poſſit, in caſu occurrenti refertur de anno 1609 die 7. Aprilis Antoniũ Sauareſe vendidiſſe Ioannæ Tiecaſtellæ certos annuos introitus ad rationem ducatorum nouem

pro centenario cum pacto retrouendendi, conſtituto, & præcario, ac pacto reſciſſorio in forma, mortua dicta Ioanna in anno 1613 ſucceſſit Io. Baptiſta Palazinus eius filius maior ab inteſtato eius hæres declaratus, qui ſemper exigerat dictum annuum reditum ad rationem ducatorum octo pro centenario vſque ad annum 1642. & reperto inſtrumento dicti reditus, ex quo apparebat, eſſe annuum ducatorum nouem pro centenario, comparuit in M.C. petendo, condemnari Anellum Sauareſe filium dicti Antonij ad ſoluendum duas annatas decurſas, ac etiam illud reſiduum à die contractus ad rationem ducatorum nouem, dum ſemper ſolutum fuerat minus, hoc eſt ad rationem ducatorum octo pro centenario, & inſuper ad præſtationẽ aſſiſtentiæ ſuper certis bonis poſſeſſis à teſtijs poſſeſſoribus, verùm quia dictus Anellus negauerat, eſſe hæredem ſui patris, ex renunciatione hæreditatis, fuit ſeruatis ſeruandis prouiſum de curatore hereditatis iacentis per M.C. & compilato proceſſu, demum præuio decreto interpoſito per eandem M.C. die 1. Decembris 1643. ad relationem Iudicis Aloyſij Corcioni, fuit curator condemnatus ad ſoluendum infrà dies ſex annatas decurſas ad rationem ſolum ducatorum octo pro centum, alias prouidebitur ſuper petitis, vt ex actis in Banca Auerſanæ, licet autem ex parte ipſius Io. Baptiſtæ fuerit appellatum, dum debuerat condemnari dictus curator ad rationem ducatorum nouem pro centum, iuxtà formam inſtrumenti, attamen ex parte reorum conuentorum Anelli Sauareſe, & aliorum dicebatur, obſtare tex. in l. aduerſus, C. de vſur. vbi exorditur, quod ratione minoris perceptionis vſurarum præſumitur receſſum à maiori, etiam ſi vſura debeatur Reipublicæ. hinc Doct. aſſerunt, quod ſi creditor per longum tempus minores reciperet vſuras, cenſetur maiores vſuras remiſiſſe, post Caſt. Nattam, & Tuſc. probat Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. oblat. & retent. cap. 31. n. 13. quibus addo Roder. de ann. redd. lib. 1. cap. 7. n. 105. ex tex. in cap. olim, de cenſ. Bart. Dec. & Bald. ibi relatis, concludentem, tale ius eſſe præſcriptum, quando creditor reditualis ſingulis annis accipere debuerat tres denarios, & acceperit duos quolibet anno, ex quo ſibi præiudicauit, quem probaui in 3. par. noſtri Compendij, verbo ſolutio annuorum, vbi refertur caſus deciſus ſuper hoc in S.C. nam dum prætendebantur annui introitus ducatorum 480 fuerant ſoluti annui ducati 450. quinimmò deciſum fertur iunctis aulis, quod tertiæ liquidarentur ad rationem ducatorum 450. pro quolibet anno, ſaluis iuribus, ſi quæ ſpectant pro aliis annuis ducatis 40. in cauſa reclamationis. Benè tamen replicabatur ex parte creditoris hæredis, quatenus prædicta militarent, procederent in creditore ſciente, qui minores acciperet vſuras, dum pot erat maiores conuentas conſequi, ex regula tex. in l. cuius per errorem dati repetitio eſt, cuius conſulto dati donatio eſt: quod idem in recepto minus procederet, vt conſiderat Salyc. in d. l. aduerſus, ità ſummando tex. cum particula, ſciens. Sed quia in caſu præmiſſo agebatur de hærede creditoris, qui ſemper præſumitur ignorans, l. verius, vbi gloſ. verbo obligatam, ff. de probat. l. qui in alterius, ff. de reg. iur. vbi Cagnol. n. 2. Magon. deciſion. Lucenſ. 31. ſub n. 3. Sed huic obiectioni dicebatur ex parte conuenti, id benè procedere in hærede conuento, qui præſumitur habere cauſam ignorantiæ, ſecus tamen in hærede actore, vt probat Cagnol. in d. l. qui in alterius, n. 13. & ſic hæres præſumitur in agendo, ſecus quando conuenitur, Borgn. dec. 2. n. 14. par. 4. Nihilominus replicabatur, actorem dici ab agendo, dum alium in ius vocat, Io. Ferrer. in eius proceſſ. iudic. par. 1. cap. 3. verb. actorem, quia de iure ſuo docere debet, Minſyng. lib. 1. obſer. 71. n. 6. vndè actio dicitur ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, §. 1. Inſt. de action. in caſu autem, de quo agebatur, præfatus hæres nunquam conuenerat dictum debitorem tempore, quo receperat minores vſuras, benè tamen illas receperat ſingulis annis ab eo ſpontè ſoluente, quocircà non aliter actor, ſed potius receptor ſolutionum ſibi ſpontè factarum dicebatur, at cũ primũ voluiſſet eundẽ debitorẽ in dicto anno 1642. cõuenire ex inſtrumenti repertione, in quo enũciabatur maior reditus, & per errorem receperat minorem, tunc certè non fuit ignorans, ſed inſtructus venerat ad conſequutionem reſidui, ad quod facit doctrina relata per Anton. de Amato variar. reſol. tom. 1. reſol. 43. n. 14. & 15. dicentem, cum iuris remiſſio nunquam inducta cenſeatur, niſi id expreſſè, & pernecesſè actum ſit, §. ſi minus, Inſt. de act. vbi non obeſſe probatur creditori in plus minus petenti, vt ideò fateatur ſibi plus non deberi, eſto quod de pluris petitione proteſtatus non ſit, niſi pro reſiduo petat, ex Bart. & aliis ibi relatis, quantò magis in hærede hoc procedere videbatur, eo amplius ſi ex errore hoc proceſſerit, quo fit, vt quemadmodum ſi ſolutio fuiſſet facta ex errore, poteſt non ſolum non ſolui reliqua pars, ſed ſolutum repeti condiritione indebiti, cum ſolutio tandiù duret, quandiù non deducitur error, ex gloſ. vbi Doct. in l. cum fidem, C. de non num. pec. probat Muta deciſ. Sicil. 6. n. 17. ità è contra, vt quoq; in pupillo creditore, pro quo Balius cenſus diminuros receperat, dixi dicto verbo. Inſuper dicebatur, tex. in d. l. aduerſus procedere in vſuris odioſis ſolùm, quæ vt cenſeantur remiſſæ, ſuffireret quilibet tacitus conſenſus, eo ipſo quod odioſæ ſint, non autem in vſuris inſtrumentariis, vt ſunt in caſu iſto, vt ponderant Doct. relati à D. Reg. Hect. Capycio Latro dec. 27. quæ deciſio etiam ponderabatur in fauorem iſtius hæredis actoris, dum in ea dicitur, per S.C. iunctis aulis diſcuſſum fuiſſe d. tex. in l. aduerſus, & l. qui ſemiſſes, ff. eo. tit. de vſur. & l. quicunq; C. de apoc. publ. lib. 10. & dictum procedere, quando ſolutiones fierent ab ipſomet debitore, & reciperentur ab ipſomet creditore, ſecus in eius hærede, qui non eſt eademmet perſona creditoris, licet dicatur repræſentare perſonam defuncti, Surd. dec. 310. n. 2. Barz. dec. 51. n. 10. Magon. dec. 75. Lucenſ. n. 4. Amat. deciſ. March. 61. n. 48. Intrigl. conſ. 2. n. 20. attamen hoc eſt fictitium, Surd. dec. 315. nu. 12. Barz. deciſ. 64. num. 10. & quod d. l. aduerſus procedat in lucro odioſo vſurarum, & non in alio debito, ex Bald. & Salyc. ibi confirmat nouiſſimè Noguerol. allegat. 2. num. 77. ex Fontaneil. & Buracto ibi relatis, vbi expreſſim à num. 71. ad 74. ex multis ibi relatis probat, quod ſoluens minores redditus, quam debet, nunquam præſcribit liberationem,

nem, ſicq; ex poſſeſſione exigendi partem illios, quod debetur, retinetur poſſeſſio in totum, & competit creditori manutentio pro exactione integri cenſus, vt ſubdit n.75. ex Thomat. deciſ. Macerant. 41. n. 19. & 20. qui plures allegat, & præter eos Poſthius de manut. obſeru. 18. n. 38. & ſeq. & obſeru. 73. nu. 130. & ſeq. & ob id non videtur ſibi præiudicaſſe creditor petendo partem debiti, quin conſequi poſſit reſiduum, niſi illud peteret taxatiuè, aut pro reſto, ità Intrigl. in conſ. 28. nu. 75. & ſeq. Eapropter facta relatione in M.C.V. die 12. Aprilis 1644. per Iudicem illius optimè meritum Io. Baptiſtam Muſceptulam, deciſum fuit, benè appellatum, & malè iudicatum, & proindè infra octo dies curator ſoluat tertias liquidandas à die contractus ad rationem ducatorom nouem pro centum, alias prouidebitor ſuper petitis per actorem, hoc ſoum, &c. in eadem Banca de Auerſana, penès Scribam de Anaſtaſio.

Creditor ex cauſa mercium tranſmiſſarum habita fide de pretio ſoluendo intra certum tempus per debitorem, qui præuidens eius fallimentum, illas iuſſit traſmitti ad locum vbi degebat, an ſucceſſo fallimento ipſe preferri debeat in dictis mercibus extantibus cęteris creditoribus debitoris, & pro reſiduo concurrere cum illis, fuerunt in facto ſequentia allegata per Marcum Mareſcā Aduocatum Neap. olim Iudicē M.C.V. in vtraq; cognitione cauſarum ciuilium, & criminalium, videlicèt Io. Petrus Franciſcus Cioffi ordinauit Annibali Ricca, & Innocentio Thomaſini Ciuitatis Veronæ, quod ei tranſmitterent diuerſa bona mercantilia de Nundinis Balſaoi aſcendētia ad ducatos 15. mille, prout cum effectu tranſmiſernnt, nullam habentes fidem de pretio ex iuris miniſterio, prout inferius elucidabitur, interim quod ſolutionem ſperabant, reperierunt partem eorum bonorum ſequeſtratam, tàm in Reg. Dohana, quàm in apotheca dicti debitoris, ipſumque debitorem decoctum, vndè inſtiterunt pro reſtitutione eorum propriorum bonorū, & ſatisfieri pro reſiduo pretij in cōcurſu creditorū cū aliis, & capta informatione docuerūt plenè de eorū mercātijs exiſtētibus, & de eorū identitate, ēt ex merco, ex dictis p Ann. alleg. 110. Ant. Fabr. in C. de prob. defin. 47. Ludou. Rom. ſing. 285. & quáuis abſolutiſſimum ſit, venditorem habentē fidem de pretio, tàm ſi res extarent, quam ſi vēditæ, & diſtractæ fuiſſent, in ipſa re tradita non eiſe alijs potiorem, ſed excludi à creditoribus anterioribus, l. quamuis, ff. de in rem verſ. cum ſimilibus, cum tradita re, & habita fide de pretio, transferatur dominium in emptorem, & per hoc hypothecarij creditores præferantur, quoniam creditores abierunt in creditom, l. procuratores, §. ſi plures, verſic. ſed ſi dedi, ff. de trib. act. cū ſimilibus, ea ratione, quia fuit plenè trāslatum dominium in emptorem, non enim eſt regulariter venditori ſua res obligata pro ſolutione pretij, ex ſupradictis, & diffuſius dixi in allegatione pro Fratribus de Moſca, quoniam facta venditione, & habita fide de pretio, dominium eſt ablatum à venditoribus, & illico acquiſitum emptoribus, l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. §. venditæ, Inſtit. de rei. diuiſ. Bart. in l. 4. num. 9. C. de dol. mal. l. quidam, ff. de in rem verſ. l. procuratorit, §. ſi dedi mercedē, ff. de tribut. act. Neguſ. de pign. memb. 2. part. 5. num. 18. Barboſ. in l. ſi cū dotem, §. fin. num. 32. ff. ſol. matrim. ex l. Paulus, §. quæſitum, de liber. cauſ. & dicitur habita fides de pretio eo ipſo, quod bona ſimpliciter tradita ſunt, vt dicit gloſ. in dicta l. quod vendidi, ver. ſatisfactione, vel tempus largitum fuit ad ſoluēdum, dicta gloſ. ibid. & in dicto §. venditæ, verb. fidem, Bart. in l. inciuile, n. 2. C. de reiuend. Neguſant. dicta part. 5. mēb. 2. in quibus bonis venditis, & extantibus præferri creditores venditoribus anteriores, dixerunt Cæpoll. caut. 124. n. 2. Barb. dicta l. ſi cum dotem, §. fin. n. 32. verſ. ſed verius, Gomez Leo lib. deciſ. diuerſ. deciſ. 61. atque in concurſu venire in illis bonis venditores cum alijs emptoris creditoribus, dixere Barboſ. loc. cit. & l. procuratoris 5. §. ſi plures, ver. planè de trib. act. ex l. quidam fundum 16. ff. de in rem verſ. Bart. in dicta l. ſi cum dotem, §. fin. n. fin. Bald. in l. fin. ad finem, C. commod. & in l. in rebus, num. 2. C. de iur. dot. Salic. in l. pro debito, num. 3. C. de bon. auth. iud. poſſ. & de communi teſtatur Alex. in dicta l. ſi cum dotem, §. fin. n. 5. Cæpoll. dicta caut. 124. Iaſ. conſ. 111. col. 2. vol. 4. Neguſ. de pign. 4. part. principali, nom. 35. & 2. membr. 5. par. num. 9. Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. 7. num. 3. Gutier. ad ll. Regni 3. par. quæſt. 98. num. 6. faciuntque alia adducta per Barb. dicto proximè citato loc. & num. 6. Iaſ. in l. creditor, num. 3. ff. ſi cert. pet. Hinc eſt, quod venditis bonis, & traditis aſſignato tempore, intra quod ſolueretur pretium, licet pretium non ſoluatur in tempore conſtituto, non per id reſoluitur venditio, & retrotrahitur dominium, ſed agendum eſt elapſo tempore ad pretium, neque bona vendicari poſſunt, Barb. dicto §. fi. n. 36. ex l. inciuile, C. de rei ven. l. idcircò, in fi. C. de cōtrah. emp. l. 1. C. de act. emp. & l. 1. in fin. C. quād. lic. ab emp. diſced. tener gloſ. in d. §. venditæ, verb. fidē, ad fin. ibidemque Ang. num. 2. Alex. conſ. 92. nu. 3. lib. 1. & Afflict. deciſ. 280. quinimmo dixit gloſ. in d. l. inciuile quòd ſi venditores tradiderunt bona credito, quod eis ſoluetur pretium intra decem dies, licet non ſoluatur, non ob id reuocatur dominium tranſlatum per traditionem, ibique Bal. Rom. ſing. 306. Ang. dicto §. venditæ, num. 2. ſupradictis tamen non obſtantibus nullus ex DD. difficultauit aliud indubitatum axioma, quod verſatur in facto, quòd quando emptor fugam præcogitauit, & doloſè emit, tunc etiam quod ſit habita fides de pretio, quia res non videtur tradita, ſed violenter ablata, poteſt venditor eandem rem exiſtentem vindicare, nàm ante traditionem fugam meditatus eſt, tranſcribo ſcripta mea in dicta alleg. num. 29. vbi allegaui tex. in l. ſi quaſi, ff. de pign. act. & fundat Griuell. dec. 56. num. 8. cum ſeq. Gayll. lib. 2. obſeru. 15. n. 8. 9. & 10. Gizzarell. dec. 59. n. 3. 5. 6. 11. & 13. Stracc. de decoct. part. 3. n. 31. verſ. quod incipit. Hic ſubiungi poteſt, cui poteſt addi caſus quaſi ſimilis deciſus relatus per Franc. Sieſ. deciſ. 68. quem rogo videri. Ratio prædictorum eſt illa certiſſima, & irrefragabilis maxima, quòd vbi dolus dat cauſam contractui, illum vitiat ipſo iure, l. 3. §. fin. ff. pro ſoc. l. in cauſa, ff. de minor. DD. in l. eleganter, ff. de dol. cap. cum dilecti, vbi not. de empt. & vend. Purpur. conſ. 18. num. 49. Rot. Gen. dec. 92. n. 4 par. 2. in nouiſ. ſicque attenditur in diſtractu, qui dolo etiam vitiatur, DD. in l. actione, & l. de

turo-

Digitized by Google

tutela, C. de in integr. reſt. min. l. in ſumma, in princip. ff. de condict. indeb. Roman. in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier, il primo, num. 7. ff. ſolut. matrimon. vbi ſimiliter Cuman. Tiraquell. de l. connub. gloſ. 5. num. 9. & fortius cum ſimus in contractu bonæ fidei, etiam inter mercatores, inter quos attendenda eſt æquitas, & ex bono, & æquo in eorum cauſis proceditur, idẽ Strac. de merc. par. 1. vlt. part. princ. fol. 244 mihi in paruis, & firmat Surd. conſ. 528. num. 6. cum ſeq. vol. 4. Multas namque decoctorum fraudes tradunt DD. enumeratas à Strac. omninò videndo dicto tract. de decoct. dicta par. 3. num. 31. 33. & 36. & inter alias eſt illa ſupra delineata, quòd cum debitor ſcit ſe creditores habere, & ſic ſua bona non ſufficere, & contrahit debita, tunc infallibilitèr videtur, præſumitur, & eſt certum debita contrahere, & velle creditores fraudare, in puncto dixit Bart. in l. ſi quis cum haberet, ff. de ijs, quæ in fraud. cred. Gratian. lib. 1. diſcept. 967. num. 12. & dixi in alleg. pro Auguſtino Dauid num. 20. nec dubitatur de ſcientia in facto proprio, l. quemquam, ff. ad Sen. conſ. Vell. & in emptore doloſo, qui tempore venditionis non erat ſoluendo, etiam ſi res fuerint venditæ, & traditæ, quia res fuerunt violentèr ablatæ, non dicitur venditor habuiſſe fidem de pretio, dicta l. ſi quaſi, ff. de pign. act. Gayll. dicto lib. 2. obſeruat. 15. num. 8. 9. & 10. & in puncto idem Gratia. loc. rel. num. 13. per tex. in l. penult. in fine, ff. de iu. dot. referens Aym. conſ. 310. num. 3. verſ. immò ſi facta æſtimatio, & eſt etiam tex. in l. cum poſt mortem, verſic. præterea, ff. de admin. & peric. tut. ſolere autem mercatores, ſequitur Stracc. pro ſua fide conſeruanda, & eius tuenda opinione, cũ viderint eorum fidem iri labefactatam, certos eſſe decoctos, certiſſimos inſoluendos, vt promptius eis credatur, mentiri ſe locupletes, & ſe oſtendere facilè ſoluturos, quamobrem tenentur de dolo, l. falſos, §. ſi quis, ff. de dol. Bart. namque ait, debitorem in fraudem feciſſe hoc ipſo probari, quia ſcit omnia ſua bona eſſe creditoribus obnoxia, & debita contrahit, idque fatetur in auth. ſed cum teſtator, num. 5. C. ad l. falc. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, nu. 46. Inſtit. de action. & Gratian. loc. rel. Vnde in caſu, quia non videt in literis ipſius debitoris legi, ſe promptum, atque paratum ſoluturum? quis non legit in eis excogitatas artes fraudandi? quis non aperto oculo dignoſcet ſtudioſas inuentiones has merces extorquendi? has merces furandi? quare in huiuſmodi fraudibus detegendis præſumptiones, & coniecturas pro legitimis probationibus haberi, dixit Iaſ. conſ. 141. circa princ. vol. 4. qui optimè dicit, quòd contra decoctores omnes coniecturæ decreſcunt, nullaſque præſumptiones iuris contra eos deficere, omnes augeri, idque comprobat Boer. deciſ. 115. Stracc. cit. part. 3. à num. 31. & in terminis nom. 40. & Grat. dicta quæſt. num. 6. Cum igitur Veneti mercatores non eſſent habituri fidem de pretio, ſi ſciuiſſent Cioſſum, non eſſe ſoluendo, ſi ſe promptum non reddidiſſet, ſi cum literis eos non fraudaſſet, cum autem id falſum fuerit, & dolus in apoca adfuerit, quia ipſe cum viderit ſe non eſſe ſoluendo, quòd patet in facto, debita contraxit, ſicque fidem ab eis ex iuris miniſtrato non fuiſſe habitam, l. 3. ff. de pign. act. vbi ſingularitèr notant Ang. & Bald. in l. ſi cũ dotem, §. fin. ff. ſolut. matrim. qui dicit, quod mercator vendens ei merces, qui iam conceperat fugam, præfertur omnibus alijs in ſuis mercibus, quamuis fidem habuerit de pretio, nam habita per dolum emptoris, ſicque habetur pro non habita, & dominium non fuit tranſlatum, & hanc quæſtionem, in facto agitari ſequitur Ang. vbi ſupra, qui teſtatur, in facto eandem quæſtionem fuiſſe Bononiæ, Alexander exorditur; num. 5. Ripa in l. ſi ventri, § in bonis, num. 6. ff. de priuil. cred. Neguſ. de pign. 2. membr. 5. par. princ. num. 9. Salic. in l. ſi pro debito, num. 3. C. de bon. auth. iud. poſſ. & poſt alios Surd. dicto conſ. 128. num. 4. cum ſeq. vol. 4. & Strac. & Gayll. fundant loc. prædictis, & Griuell. dicta deciſ. 56. omninò videndus, Gizzarell. dicta deciſ. 59 num. 5. & 6. per tot. & præ omnibus punctualiſſimè, & in terminis terminantibus Gratian. dicta quæſt. 967. Nec militat quod dicitur ex aduerſo, non adfuiſſe dolum reſpectu Cioſſi, ſicque ea, quæ diximus, præcedentẽ dolum cauſam dediſſe fidei habendæ de pretio, & proinde haberi, ac ſi fides non eſſet habita, & mercium dominium non intelligi tranſlatum, iuxta dictum Ang. in dicta l. ſi cum dotem, § ſi mulier, ff. ſolut. matrim. non videri in caſu noſtro, aſſerendo aduerſarius, dolum intelligi ex vicinitate contractus, & fugæ, nempè quia hodie aufugit, & heri merces comparauit, per textum in l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. creditor. & ex dictis per Gizzarell. dec. 59. Stracc. in tract. de mercat. tit. de decoct. p. 3. ſub num. 31. vel quando initum fuiſſet conſiliũ fugiendi, & coram aliquibus hoc debitor dixiſſet, iuxtà text. in l. Fulcinius, §. quærit autem la-titor, in gloſ. verb. animus, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. idem Strac. cit. loco. & num. Nam reſpondetur, duplici modo conſiderari, debitorem velle creditores fraudare, & fugam præcogitare, vel quando ex momentaneitate temporis emit, & fugit, vel ſecundo modo, quando non eſt ſoluẽdo. & debita cõtrahit, vtroq; modo præſumitur, debitorẽ eſſe in dolo, vtroque modo præſumitur, debitorẽ fraudẽ, & machinationem committere. Quamobrem cum hic decoctus fugam ex eo nõ exiſtente ſoluendo præcogitauerit, & doloſè verſatus ſit ad merces comparandas, in eondem nullum fuit tranſlatum dominium, proinde poſſunt Veneti creditores iure agere ſuper vendicatione eorum mercium exiſtentium, vt dicit Gratianus dicta quæſt. num. 1. 2. 12. 13. & per tot. Nec omittam ex particulari priuilegio Venetorum eis conceſſo ab Inuictiſſimo Carolo V. æternæ memoriæ, & à Rege Philippo II. & III. Glorioſiſs. quod nunquam intelligatur tranſlatum dominium per Mercatores Venetos. alijs Mercatoribus huius Regni, & quod non obſtante, quod vendant eorum merces, poſſint illas à quolibet vendicare poſſeſſore, quod priuilegium vidiſſe teſtatur Cartab. in eius ſingul. 116. & poſt illum Ioſeph Mele in addit. ad deciſio. Gizzar. 70. num. 19. qui dicit, dictum priuilegium ſeruari vidiſſe. Videntes creditores ſcopulum effugere non poſſe, & Nauim eorum iterum fluctuari, ad duo ſe educunt, vt poſſent lictum petere, & ad portum ſe educere. Primum, quod iſti Veneti ſint inſtitutores, nã vt Procuratores ipſius Cioſſi merces emerunt a Theuronis, pro qua emptione habebant eorũ prouiſionem ducatorũ; duorũ

pro

Digitized by Google

pro centum, & eò ipſo, quod fuerunt præpoſiti alienæ negotiationi, dicuntur Inſtitores præponentis, l. in vim, ff. de inſtit. & l. inſtitor 1. cum ſequen. ac l. inſtitor 2. ff. eod. notat Bart. in l. ſi inſtitorem, ff. ſi cert. petat. Rota Gen. deciſion. 71. num. 4. & deciſion. 14. num 2. & etiam dicuntur Procuratores Cioffi, eam de eius ordine, & mandato emptionem fecerunt, mandatum enim ſolo conſenſu contrahitur, l. 1. ff. de procurat. l. conſenſus, ff. de action. & oblig. Rota Gen. d. dec. 14. n. 6. & quod inſtitores, & procuratores æquiparantur, Rot. Gen. dicta deciſ. 14. num. 63. & eo ipſo quod Thomaſini, & Ricca negotia fecerunt, & emptiones pro dicto Cioffo, dicuntur inſtitores, tot. tit. ff. de inſtit. Rot. Gen. deciſ. 160. num. 3. Et quod in facto apparet de mandato dicti Cioffi ad emenda mercimonia, & bona in dicta Feria pro ipſo Cioffo ex literis hinc inde miſſis, ex quo mandato, & eorum acceptatione Inſtitores dicuntur, & veitales negotiationes feciſſe, Rot. Gen. dicta deciſ. 14. num. 39. & 40. citant Innoc. in cap. quod quibuſdam, de fideiuſſ. Bal. in l. mãdatum, C. mand. Iaſ. in §. actiones autem de peculio, nu. 49. & 50. in tit. de action. Tiraq. in l. ſi cõnub. gloſ. 7. num. 81. & ſeq. & alij, & quod nomine ipſius Cioffi dicti Thomaſini, & Ricca emptiones fecerunt in Feria prædicta, idque dignoſci ex literis miſſiuis, & eorum computis tractis acceptatis, & ratificatis per dictum Cioffum, affirmantem ex literarum reſponſionibus, omnia benè geſſiſſe, ex quo actu ſubſequenti demonſtratur, & declaratur quod antea inter ipſas partes erat conuentum, l. quædam, ff. de reb. dub. Rom. conſ. 291. nu. 2. & apparere etiam ex literis hinc inde miſſis de emptionibus, & negotiatoribus prædictis dicti Cioffi, vt colligitur ex dictis in dicta deciſion. Rotæ Genuæ 14. verſ. viſo domini, atque interfuiſſe etiam licentiam, & Cioffi cõſenſum in emptionibus factis, recipiendo merces prædictas Neap. tranſmiſſas, iuxtà dictum Aretin. in §. ſi igitur, num. 4. Inſtit. quod cũ eo; Ex quibus emptionibus factis ab ipſis Inſtitoribus dicunt venire obligatum tantum inſtituentem, tot. tit. ff. & C. de inſtit. §. eadem ratione, Inſtit. quod cum eo, & quod Prætori, qui hanc actionem dedit, æquum viſum fuit, ſicuti commoda ex inſtitorum actu ſentit præponens, ità etiam eum obligari, & ex contractibus ipſorum conueniri, l. 1. in princ. ff. eod. & perindè eſſe, ac ſi principaliter cum ipſo domino negotium geſtum eſſet, §. vlt. Inſtit. quod cum eo, l. Prætor ait, § ſed ſi ſeruus, ff. de eden. l. hæres abſens, §. apud Labeonem, ff. de iudic. & quod Thomaſini, & Ricca inſtitores ſunt exempti, & non obligati in negotiationibus prædictis, l. fin. ff. de Inſtit. Paul. de Caſtr. conſ. 147. nam ad obligationem requiritur conſenſus, l. conſenſus, ff. de act. & oblig. l. 1. ff. de pact. qui reſpectu inſtitorum non adeſt, ſed tantum reſpectu inſtituentium, & quod diuerſa eſt voluntas vnius, & ſic Cioffi, nomine cuius geſtum eſt, à voluntate aliorum, ſicque inſtitorum, Iaſ. in l. frater à fratre, n. 8. ff. de cond. indeb. Pariſ. conſ. 93. num. 8. volum. 1. alteriqne per alterum nõ debet iniqua conditio afferri, l. non debet, de reg. iur. cap. non debet eod tit. in 6. Sicq. dominium ipſorum bonorum per dictos Thomaſini, & Ricca nomine dicti Cioffi emptorum, & Neap. tranſmiſſorum eſſe quæſitum ipſi Cioffo inſtituenti, & præponenti, & non ipſis Thomaſini, & Ricca inſtitutis, & procuratoribus, Gaball. milleloq. 125. § penult. Inſtitut. per quas perſ. nob. acq. l. ſi procurator, ff. de acq. rer. dom. l. 1. §. ſi per procuratorem, ff. de acq. poſſ. Pariſ. conſ. 47. num. 16. vol. 1. Negotiationes enim, quæ fiunt pro alijs nominandis, eius ſunt naturæ, vt nominatus ab obligatione prius contracta per nominantem, illum eximat, vt non remaneat amplius obligatus, atque in nominatum transfunditur onus, & obligatio, ac ſi ab initio nominatus contraxiſſet, Rot. Gen. dicta deciſ. 14. num 53. citans Alexand. conſ. 232. vol. 2. & Dec. conſ 143. & cum dominium eſſet quæſitum Cioffo præponenti, non poterat in ipſis Thomaſino, & Ricca permanere, cum non poſſit eſſe penès duo inſolidum. l. ſi vt certo, §. ſi duobus, & ibi gloſ. ff. commod. l. pen. § pariter, ff. de caſtr. pec. Spec. de feud §. 2. verſic. & è contra, & verſ. 12. & proinde non poſſe militare prætenſionem ipſorũ de Ricca, & Thomaſini reſpectu prætenſi dominij prædictorum bonorum, ſed eſſe tanquam vanam reijciendam. Sed quam vana fuerit prædicti Cioffi, eiuſque Patrimonij inſulſa prætenſio, ex facto, & in iure clariſſimè demonſtrabitur, in facto fuit producta fides ab omnibus mercatoribus Neap. f. 221. per quam conſtat, Theutones non poſſe alios habere debitores, niſi Venetos, & Venetos ſolum habere debitorem Cioffum, & eſt vniuerſalis conſuetudo inter mercatores expedire proprio nomine negotia ab alijs commiſſa, & licet ex commiſſione alterius mandatarius eſt tantum Dominus, & debitor venditori, non autem mandans iuxtà ſupraſcriptam fidem, de qua cõſuetudine loquitur Pariſ. conſ. 47. n. 27. lib. 1. De iure non amodo prępoſito obiecto reſponditur, ſed altero à parte omiſſo, quamuis veniat in eius conſequentiam, ſcilicet dominium eſſe ipſorum Venetorum, quamuis periculũ fuiſſet ipſius Cioffi, non enim dicuntur inſtitores Veneti, cum dominium ipſius quęſierunt mercium emptarum ex commiſſione, & mandato Cioffi, cum illas nomine proprio emerint, Paul. de Caſtro in l. ſi quis ità, §. Seia cauit, ff. de verb. oblig. Rot. Gen. dec. 127. n. 8. & 9. tum quia dictam emptionem fecerunt ex commiſſione, & mandato Cioffi, perindè non dicuntur inſtitores, ac perindè ad eundem periculum pertinat, & tenetur ad prouiſionem ducatorum 2. pro 100. vt notat Pariſ. in puncto dict. conſ. 47. n. 26. & 27. ad quem ſe remittit Siracc. in tract. de mercat. tit. mandati, nu. 46. & in caſu dicti conſ. Pariſ. non fuerunt ſeruati fines mandati, & ideò mercator, qui mandauerat ſecundum conſilium prædictum, ad periculum non tenetur, & ibid. n. 61. verſ. ex iſtis tolluntur cum ſeq. quamobrem cum prędicta ſint vera, in iure fundantur, & in altero facto cum conſtet ex literis eiuſdem Cioffi, ipſum inſcripſiſſe in eis creditores, nõ Theutones, ſed Riccam, & Thomaſ. vndè alia replicatione iura aduerſaotia non indigent. Sequitur perindè, quod ipſi Thomaſini, & Ricca acquiſito per eos dominio mercium per emptionem proprio nomine factam, tenentur reſtituere merces Cioffo, Rot. Gen. d. dec. 127. n. 9. quam reſtitutionem facere non teneatur, niſi ſoluto pretio, & amplius remanent creditores ſuper mercibus pro prædicta

expen-

Digitized by Google

expēſa, tanquam creditores, qui mutuauerūt ad rē emendam, & ideò ſunt priuilegiati, & debent omnibus præferri, ead. Rot. Gen. d. dec. 127. n. 11. Accedat ſupradictis, quod pars dictarum mercium exiſtentium non fuit tradita Cioffo, cum adhuc adſit in Regia Dohana, & eſt abſolutum, quod tradita re vendita, & habita fide de pretio, dominium tranſit in emptorem, vndè non ſequuta traditione, non fuit trāslatum dominium, l. traditionibus, C. de pact. §. per traditionem, Inſt. de rer. diuiſ. dict. l. inciuile, C. de rei vend. And. Gayll. lib. 2. obſer. 15. n. 1. 2. & 3. & dixi plenius in d. alleg. dictorum de Moſca, num. 22. & 23. Vndè nec difficultari poteſt, adhuc in dictis mercantijs adeſſe ſigna ipſorum Ricca, & Thomaſini, prout fuit deductum in facto, quæ ſigna denotant eorum dominium, adhuc exiſtens, per ea, quæ dixi, Anna alleg. 110. & Anton. Fab. d. defin. 47. & Gratian. lib. 3. diſcept. 50. num. 5. & 6. Adeſt etiam, adhuc non conſtare de certo pretio, quod eſt de ſubſtantia emptionis, & venditionis, l. 2. ff. de contrah. empt. §. pretium, Inſt. de empt. & vendit. idem Gratian. n. 28. nam oportet, vt emptio ſit perfecta, vt adſit certum pretium, & quod res ſit tradita, vt demonſtrat Gratian. dict. diſcept. 50. à num. 27. ad finem, quamuis caſus ibi propoſitus fuerit diuerſus, cum mandatum fuerit ad emendas merces, quæ in capſula erant, quamobrem deciſio Rotæ applicatur in caſu noſtro ex ſupradictis. Sed vtcunq; ſit, cum dolo Cioffus extorſerit has merces, quæ ſunt exiſtentes, quia in literis promiſit bonam, & optimam correſpondentiam, & punctualitatem extraordinariam, ex hac promiſſione non fuit habita fides de pretio, vt optimè fundant Stracc. Gizzarell. Io. Griuel. Gratian. & Gayll. loc. cit. ad quorum lecturam iam iura partium difficultari non poſſe, ſubmergi, & Gizz. loquitur in puncto, qn̄ creditor ſolebat fidē habere antea, d. dec. 59. n. 9. Non omitto deciſionem alias factam per Sac. Conſ. quod ex locorum diſtantia non præſumitur, creditorem habere fidem de pretio, ſed præſumitur ſtatim debitorem ſoluturum, vt in mercantijs, & Mercatoribus Florentinis deciſum teſtatur doctiſs. Thor. in verbo creditor ex cauſa venditionis mercium 1. vol. fol. 130. & 131. Negat pars, literas miſſiuas plenè probare, & quod non ſufficiunt teſtes dicentes, habere notam manum, ſed contra iura loquitur, & fallitur, notat Gratian. diſcep. 500. & optimè lib. 1. cap. 50. num. 7. vbi dicit, quod literæ miſſiuę inter Mercatores habent vim inſtrumenti, ſed in caſu videndur n. 3. 4. & 94. qui concludit, illas probari per teſtes dicentes, habere notam manum, Vrſill. ad Affl. dec. 181. n. 5. & ſola comparatio facit plenam fidem, Reud. prompt. ſent. iur. tit. de probat. q. 3. n. 54. Amplius eſt conſiderandum, quod ipſi Veneti etiam ex æquitate debent ſuper mercibus præferri, quia ſunt emptæ ex eorum pecunia, & Cioffus non eſt ſoluendo, ſicq; competit in ſubſidium rei vendicatio, l. vxor pro marito, ff. de donat. inter vir. & vx. & fundat dicta Rot. Gen. dict. dec. 127. n. 1. idem Stracc. in tract. de adiect. q. 1 a. incip. duodecimo propter relatam quæſtionem. Ex his patet, Cioffum non decoxiſſe fortunæ, ſed ſuo vitio, dolo, & fraude, non ob temporis calamitatem, & oppreſſionem, cum bona in facto appareat occultaſſe; vndè quamuis iniquū ſit, quem fortunæ telis vexatum punire, atq; iniuſtum eſſe. vt dicit Stracc. de decoct. par. 3. n. 5. ex argumento tex. in l. diuus, ff. de off. præſid. nec dicitur quis aufugere, cum eo modo dicatur latitare, l. Fulcinius, § quid ſit latitare, ff. quib. cauſ. in poſſ. eat. tamen decoctores, qui dolo verſantur, nedum ſunt infames, ſed pœnis omnibus plectuntur, quas enumerat Stracc. de decoct. par. 3. per tot. Quamobrem ex his patet, quam iure fundatum ſit decretum Illuſtris Regentis Branciæ Ducis Beluederij, quo fuit prouiſum, merces exiſtentes in Regia Dohana cum merce ipſorum Venerum, vna cum alijs duobus Collis eodem modo exiſtentibus in apotheca Sancti Viti, eſſe eiſdem Venetis reſtituendas, quod ſperant, non amodo confirmandum eſſe per Collaterale Conſilium, ſtante partis reclamatione, ſed eodem modo fore ordinandum, eſſe reſtituenda bona in eadem apotheca exiſtentia, cum non adſit diſpar ratio in vtroq; bonorum genere, probata iam identitate, prout ſperant per addenda.

Marcus Mareſca. Iam fuit determinatum per Collaterale Conſilium, habita maxima diſcuſſione iuxtà has allegationes de menſe Octobris 1640. & votauerunt dictus Ill. D. Commiſs. D. Reg. Tapia Marchio Belmontis, D. Reg. Zufia, & D Reg. Sanfelicius, & eſt exemplar penès Scarſellam a mandatis Scribam, & eſt prima cauſa in hoc articulo. quæ ſit diſcuſſa in Regno. In cauſa Annibalis Ricchæ, & Innocentij Thomaſini cum Patrimonio Ioannis Petri Franciſci Cioffi. Die 9. menſis Iulij 1640. Neap. Viſa comparitione in actis præſentata pro parte prædictorum Ricchæ, & Thomaſini fol. 106. Viſis etiam fidibus extractis à libris prædictorum Ricchæ, & Thomaſini in Ciuitate Veronæ omnium ballarum, & doliorum telarum per ipſos tranſmiſſarum, & conſequendarum à dicto Petro Franciſco Cioffo, fol. 94. 98. 101. 105. & 127. Viſis etiam teſtium depoſitionibus fol. 167. & ſequentibus. Viſaq; relatione facta per Philippum Billi à libris dicti Ioannis Petri Franciſci Cioffi de ordine ipſius Illuſtr. Delegati, vt fol. 242. in qua refertur creditum prædictum Ricchæ, & Thomaſini ex cauſa prędictarum telarum. Viſisq; actis, ac partibus auditis. Per Ill. Reg. Ferdinādum Brancia Ducem Beluederij Reg. Collateralem Conſiliarium, & Commiſſarium fuit prouiſum, & decretum, quod dolia, & ballæ telarum, numero triginta quatuor ſiſtentes in magazenis Ioannis Petri Franciſci Cioffi intus Dohanā Neapolis, & aliud dolium cum alia balla ſimiliter ſequeſtrata ordine prędicti Illuſtris cauſę Commiſſarij in apotheca dicti Cioffi in platea Sancti Viti cum numeris in dicta comparitione deſcriptis cum ſigno prędictorum Ricchę, & Thomaſini conſignentur, prout præſenti decreto cōſignari mandatur prædictis Annibali Ricchæ, & Innocentio Thomaſini, facta prius per eos quietatione pro dicta quantitate in beneficium prædicti Patrimonij de Cioffo, & conſignatio prædicta fiat per ſubſcriptum Magnificum Regium à mandatis Scribam Hieronymum Scarſellam, nec non præſenti decreto ſimiliter prouiſum eſt, quod alia bona, & telariæ ſiſtentes in dicta apotheca in platea Sancti Viti ſimiliter deſcripta in dicta comparitione, & appretiata per Horatium de Fuſco de ordine ipſius Illuſtr. Delegati

citrà

citrà præiudicium iurium ambarum partium vendantur, prout præſenti decreto vendi mandatur cum aſſiſtentia prædicti Magnifici Regij à mandatis Scribæ, & pretium deponatur in publico Banco Neap. reſidente ad diſpoſitionem ipſius Illuſtr. Delegati, auditis prædictis Ricca, & Thomaſini, & alijs creditoribus prædicti de Cioffo, hoc ſuum, & intimetur. Brancia Reg. Hieronymus Scarſella Regius à mandatis Scriba. Extracta eſt præſens copia ab actis primi voluminis Annibalis Ricchæ, & Thomaſini, & aliorum creditorum cum Patrimonio Ioannis Petri Franciſci Cioffi; meliori collatione ſemper ſalua, &c. Neap. die 2. Octobris 1643. Hieronymus Scarſella Reg. à mandatis Scriba.

Creditor, qui pecuniam dederit ad lucrum alicui mercatori, non expreſſo tempore reſtitutionis, an illam repetere poſſit elapſo anno, non obſtante albarano inter eos celebrato, in quo fuerat promiſſum ſimpliciter ſoluere decem pro cēenario, fuerunt pro eo ſequentia allegata, videlicet. Benuenutus Stracca in tract. de mercatura, tit. de contract. mercatorum, n. 13. format quæſtionem, ſi Titius dedit pecuniam mercatori ad lucrum, num Titius poterit quandocunq; repetere capitale? & ex quo tempus non eſt adiectum reſtitutioni capitalis, concludit, finito anno poſſe repetere capitale, ex doctrina Bart. in l. neminem, C. de ſusceptorib. præpoſitis, & archarijs. Periniquum enim videtur, vt poſtquam mercator pecunias recepit, & in merces erogauit, ante annū rationes reddere, & pecunias reſtituere cogendus; mercatoris namq; conſilia franguntur, & nō ſine magno damno, & incommodo forſan faceret, cum merces coactus arctiori tempore diſtraheret, quapropter cū in albarano promiſerint Aloyſius Antonius, & Anellus Cuomi de pecunia penès eos remanſa correſpondere ſingulis annis in fine ad rationem ducatorum decem pro centenario, videtur in fine anni eſſe locum petitioni capitalis, & non ante. Termini contractus cenſualis non ſunt applicabiles, quaſi quod quēadmodum in contractu cenſuali non poteſt creditor petere capitale ad ſui electionem, ità neq; valeat hoc facere in terminis huius albarani, ſtāte promiſſione ſolutionis decem pro centenario; etenim illud ideò ibi, quia duo sūt requiſita fundamentalia dicti contractus, primum, vt capitale ſit mortuum reſpectu creditoris penès debitorē, ſecundum, vt reſpectu debitoris ſit in eius arbitrio quandocunque ſibi placuerit reſtituere creditori eius capitale, requiritur etiam ſubmiſſio certi corporis, cum alijs requiſitis in Bulla, de quibus per Petrum de Gregorio, Maſtrillum, & alios Doctores in tractatu de cenſibus, quæ cum hic concurrant, contractus cenſualis nullo modo dici poteſt. Neq; termini l. 2. C. de iur. domin. impet. poſſunt legitimè adaptari, quaſi reſciſſo contractu creditor recipiens tertias videatur de nouo contractum prorogaſſe, Rouitus in prag. 1. de cenſib. ſub n. 42. Paſchalis de virib. patriæ pot. fol. 404. ſub n. 19. Quandoquidèm illud procedit, quando à principio fuit contractus cenſualis, ſecus in dicto albarano, cui verè cōgruit doctrina Bartoli in d. l. neminem, C. de ſuſcept. præpoſitis, & archarijs, lib. 10. Licet autem ſine ſtipulatiune fideiuſſio non poſſit fieri, ad tex. in l. cum oſtendimus, ff. de fideiuſſ. tutor. l. quinta, §. ſatis acceptio, ff. de verbor. obligat. Remanet tamen fideiuſſor obligatus pacto nudo, ex lege Blanditus, C. de fideiuſſ. vbi Bald. notat, ſequitur, & ex pluribus comprobat Afflict. deciſ. 39. vbi Vrſill. Hinc cum inter mercatores ex pacto nudo oriri obligationem, docuerit Bartol. in l. Quintus Mutius, & in l. ſi fideiuſſor, §. quædam, ff. mand. Affl. dec. 399. num. 3. & ibi Vrſill. correlatiuo infertur, mercatores opponere non poſſe, ſe non teneri, ex quo pacto nudo promiſerunt, Benuenut. Stracca de contract. mercator. n. 1. & in tract. de mercatura par. 2. n. 10. longè enim à bona fide abeſt inter mercatores obijcere, non teneor, quia pacto nudo promiſi, cum æquitati naturali conſonum ſit inter eos, qui plurimum negotiantur, pacta ſeruari, Bald. in cap. ſi debilitate, extrà de off. deleg. aliter enim æſtimatio lęderetur, tex. in d. l. Quintus Mutius, ff. mand. Et cum in ore omni populo ſit, nudum eſſe quod lumine clariore in mercatore præfulgeat, quam recta fides, & obſeruantia, licet alias grauiſſimum ſit fidem fallere, l. 1. ff. de conſt. pec. cum nihil tam congruum ſit humanæ naturæ, quàm ea, quæ placuerunt ſeruari, l. 1. ff. de pact. multò tamen grauius id eſſe in mercatore propter bonam fidem, quæ inter eos ſeruanda eſt, nemo eſt, qui neſciat, ex Stracca in d. tract. de mercatura par. 2. n. 10. Et quoniam ſępè de mercatore verba fecimus, neceſſarium duximus, eius definitionem tradere, vt verè quæ de mercatore dicuntur, in terminis noſtris adaptentur, & quidem mercator is eſt, qui negotiationis, ſeù negotiationum exercendarum, quæſtuſque liciti cauſa frequenter merces permutat, ſeù emit, vt eaſdem non minutatim, nec mutata per ſe forma diſtrahat, ità Stracca in dict. tract. de mercatura p. 1. n. 4. His adde, quod cum de iure veriſſimum ſit, eum, qui ſe fundat in tēpore, ex circumuentione ſe defendere, ex doctrina Andr. de Iſernia in cap. ſancimus, quo tempore miles, ſub num. 2. verſ. Rex munificus, per tex. in cap. alij vero. & §. vndè nos, auth. de ijs, qui ingred. ad appell. vbi nos ſumus inter mercatores talis exceptio ceſſat. Bernardus Spiritus. Fuit iudicatum per M. C. V. ad relationem Iudicis Io. Baptiſtæ Muſceptulæ in beneficium debitoris contra eius debitorem de anno 1640. in Banca Caputi. Citrà dubium probatum eſt de iure, quod debitum ex vna cauſa poterit in alium conuerti, ex Paul. de Caſt. conſ. 169. vol. 1. probat Anton. de Ballis ſuper pragm. de cenſ. n. 24. & ſic etiam debitum ex cauſa mutui conuerti poteſt in cauſam Bullæ de cenſibus, ità Raymun. Ramond. in eadem Bulla o. 3. & 4. Maſtrill. dec. 262. num. 5. 9. 13. & 43. Caſtill. dec. 230. n. 12. tom. 3. Et propterea cum fuerint merces venditæ alicui, qui ſoluere pretium non potuit, creditor poterit contractum venditionis, & emptionis mercium pro conſecutione pretij in contractum annui reditus ex conuentione conuertere, quia contractus bullaris dicitur contractus emptionis, & venditionis, vltro, citroque obligatorius, Pet. de Gregor. de cenſibus q. 5. in addit. n. 291. Intrigl. de cenſ. q. 3. n. 13. q. 5. n. 6. q. 46. n. 5. q. 82. n. 2. & q. 86. n. 2. & 3. ſuppoſito etiam, qualiter non ſoluens pretium rei meæ, tenetur ad fructus, ità Monac. deciſion. Florent. 14. n. 15. ſic etiam debitor cenſus, donec pretium non reſtituat, tenetur ad fructuum ſolutionem, Duard. dec. 256. nu. 4. tom. 2.

cum creditoribus, & hæredibus Ducis, præſuppoſito, qualiter dum ageretur de liberatione depoſiti pretii Terræ Ceppaluni emptæ ad extioctum candelæ à Iulio Narni, qui illud depoſitauerat, vt liberaretur creditoribus anterioribus eiuſdem Ducis, præuia graduatione ipſorum, inter quos fuit graduatus præfatus Dux pro certa ſumma ſoluta à Io. Thoma Coſſo patruo, & iam Balio eiuſdem Ducis, licet ex parte ipſius Balii fuiſſet oppoſitum, quod ex compromiſſo olim facto inter ipſum Balium, & patrem Ducis fuerint omnes differentiæ ſopitæ, & pluries ſatificatum, ex quo apparebat Dux debitor in dicta ſumma, & cum fuiſſet ab eo de nullitate laudi dictum, procurauit, alium curatorem pupillo dari Franciſcum Ferrateſe, vt incumberet defenſioni pupilli, vndè dicendum videbatur, extare regulam ordinariam in iure, quod tutor habenti tutorem dari non debet, l. licet, C. in quib. caſ. tut. vel cur. hab. Reg. de Ponte conſ. 93. n. 9. vol. 2. Benè verum eſt, quod ex diſpoſitione iuris apparet, in quibuſdam caſibus eſſe permiſſum, vt habetur in l. 1. & tot. tit. C. in quib. caſ. tut. vel cur. hab. &c. vbi Doct. iunctis alijs relatis à Gutier. in tract. de tutel. p. 1. cap. 19. n. 59. Nihilominus ſi intuatur cauſa litis iam exortæ, quonam caſu eſt de iure proditum propter litem, quamuis cum pupillo habet, excuſare ſe à tutela non poteſt, l. propter, ff. de excuſ. tut. niſi de omnibus bonis, aut plurima parte eorum controuerſia ſit, vt ibi legitur, Gutier. eod. tract. par. 1. cap. 20. n. 14. vbi gloſ. ſubſequitur dicendo, quod debitum amitteret, quod accipit poſt tutelam aſſumptam ſine proteſtatione debiti, ſed ab initio ſi proteſtatus fuerit, non admitteretur ad tutelam, aut non eſſet tutor, & perdit debitum, attamen hodie non tenere dationem tutelæ affirmat ex §. 1. auth. vt ij, qui obl. cum alijs ibi notatis, verum quia in caſu, de quo agebatur lis fuerat poſt dationem Baliatus exorta, ob quod ſuſpectus reddebatur, quonam caſu Iudex poterit alium loco ipſius dare, d. l. licet, ſed quia iam ipſemet procurauerat, dictum curatorem dari, ſuggerente tamen eiuſdem Balij potentia, talis curator non poterat ità congruenter pupillum defendere, attenta ejus impotentia. Placuit S. C. aliud adiunctũ D. Aſcanium Carafam prædicto curatori Ducis dare, ad relationem Reg. tunc Conſil. Scipionis Rouiti, vt in proceſſu fol. 190. in banca Vertuſij, Iudex enim cum ſit loco patris pupilli, debet enim potius ſequi pupillorum, vel minorum vtilitatem, quam legis, vel hominis iudicium, Montan. de tutel. cap. 37. nu. 3. immò ſequi debet liberorum vtilitatem, non ſcripturarum, vel codicillorum, vt ſubdit n. 144. eo maximè imminente potentia aduerſarij, argum. l. vnicæ, C. quando Imp. inter pupill. & vid. ibi, cum alicuius potentia perhorreſcunt.

Curator ab adulto nominatus an confirmari poſſit à Iudice, non obſtante quod pater alium in teſtamento reliquerat, concluditur affirmatiuè per D. Reg. Sanfel. dec. 207.

Curator in teſtamento relictus à defuncto eius filiæ pro tempore, finito tempore tutelæ an poſſit per filiam remoueri, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, & dictum, quod reddat computum adminiſtrationis tutelæ, nec de cætero in adminiſtratione bonorum pupillæ ſe ingerat in caſu relato per Donat. Antonium de Marinis reſol. quotid. cap. 289. in noua impreſſione.

Cuſtos carceris, qui cuſtodiam carcerati alicui cõmiſerit, ſi fuga illius contingerit, an erit puniendus, deciſum fuit negatiuè in caſibus relatis per D. Reg. Sanfel. dec. 47. à n. 7. ad 8.

Cuſtodes, quibus commiſſa fuit cuſtodia carcerati ſub præcepto, nè ille cum aliquo alloqueretur, & ſpreto præcepto permiſerunt alloqui, vndè fuga contingerat, qua pœna puniri debeant, fuit deciſum, eſſe plectendos pœna triennali triremium, tradit Dom. Regens Sanfelic. dec. 46. n. 10.

D

DAMNVM Baroni habenti ſcapham in flumine decurrente per eius territorium, ſi ordine Regiæ Curiæ pro maiori commoditate tranſeuntium ſuper eodem flumine fiat pons, an debeat refici per ipſam Regiam Curiam, concluditur affirmatiuè, vt proſequitur D. Regens Hector Capyc. Latro conſult. 41. vbi in calce poſuit deciſionem conſimilis caſus.

Debitum inſtrumentale an cenſeatur remiſſum, concurrentibus tribus requiſitis, relatis in l. procula, ff. de prob. quemadmodum prætendebatur ex parte Ill. Ducis Montiſalti conuenti ad inſtantiam Victoriæ de Alemagna, quæ cum ſucceſſiſſet Annibali eius fratri, filio, & hæredi quondam Beatricis de Cardona, cui in anno 1564. de menſe Septembris pro ſumma ducatorum quinque mille ei debitorum vigore ſententiæ S. C. dederat inſolutum annuos ducatos 450. inſtiterat in S. C. reſciſſo contractu, ac etiam ex tertijs non ſolutis condemnari dictum Illuſtr. Ducem, tam pro capitale, quam pro tertijs, & illorum intereſſe, compilato proceſſu fuit oppoſitum de diſpoſitione d. l. procula, attenta diuturnitate temporis, conſanguinitate, ac etiam aſſerta calculatione facta, qua cauetur, ex ijs inductam fuiſſe donationem, ad quod multos Doctores citat Alph. in collect. 226. Alex. de Neuo conſ. 35. n. 3. Mart. conſ. 150. n. 31. cum alijs apud Menoch. de arb. iud. caſu 88. n. 16. Crauett. conſ. 159. n. 4. Surd. conſ. 390. n. 60. Ioſeph Ludouic. in ſuis concluſion. tit. de donat. concluſ. 1. in fine, vbi cenſuit, hanc eſſe veriorem opinionem, aſſequitur Bernar. Henrici in ſumma magis com. opin. lib. 2. concluſion. 116. & vltrà eos Farinac. in recollect. deciſion. Roman. par. 4. deciſ. 599. in princ. & in repertor. iudic. quæſt. 65. n. 7. & 8. latè Chriſtoph. Martins Medic. deciſion. Senenſ. 86. num. 24. & ſeq. nouiſſimè Dominus meus Regens Hector Capyc. Latro conſult. 47. n. 47. & ſeq. vol. 1. imò ſecundum aliquos inter ſcientes duo ſufficere dixerunt, ſcilicet coniunctionem ſanguinis, & curſum longi temporis, ex Calcan. conſ. 23. in fine probat ibi Crauet. quos citat ibidem Menoch. ſub n. 15. in fine, verſ. non

Digitized by Google

Ignoro, quem citat ibidem Ioſeph Ludou.cum alijs apud Oſaſc. dec.Pedemont.132.n.3.demum ſecundum Imol, in l. quæ dotis, ff.ſol.matr.ſcriptum relinquentem, ſuffi ere rationem ſæpiùs calculatam,quando conſanguinitas,& temporis diuturnitas ceſſarent. Ea aduerſo autem ſingula ſingulis reſpondendo replicabatur, non aliter concurrere hæc requiſita, nam temporis diuturnitas non erat conſiderabilis, dum poſt obitum Beatricis, cui ſucceſſerat Annibal,qui diù in bellis Flandriæ cõmoratus obiit, ob quod non potuit creditũ petere, & pariter ſucceſſo obitu Ducis debitoris, cuius hæreditas in alios peruenerat,in quibus omnibus vii hæredibus ignorantia crediti,& debiti præſumebatur,ad tex.in l.qui in alterius, ff.de reg.iur.& ſic diſpoſitio legis procula procederet, quando creditor ſciebat ſe poſſe petere,gloſ.in l.ſi ſeruus,verſ.ſi id ſciuiſſet, ff.de donat. inter vir. & vxor. alias eſſet deciſio iniqua, & contra omnem honeſtatem, Soc.iun. conſ.128. n.126.vol.1.ſed quando ſumus in hærede, ſecus eſſet,ità punctualiter Marius Anton. var.reſol.lib.2.reſol.60.caſ.25.verſ.1. qui allegat Plotum in l.ſi quando, n. 621. C. vndè vi. Alterum requiſitum cõiunctionis ſanguinis, quamuis donatio præſumatur faciliùs inter conſanguineos, vt inquit Marta d.conſ.150.num.6.Nizol.alleg.7. n.7. Conſil.Marcell. Marcian.conſ.6. n.15. Anchar.lib.1.quæſt.famil.q.54.n.16 adhuc tamen ibi n. 31. ſubdit, ad hoc vt præſumatur, multa requiruntur, & citat d. l.procula, porrò hæc ſola conſanguitas, quatenus ineſſet inter has perſonas, non eſſet de per ſe ſola ſufficiens ad præſumendum donationem ipſam,non enim præſumitur donatio, etiam inter ſanguine coniunctos, idem Chriſtoph.Mart.d.dec.86.n.18. & dec.60.n.6. Sed vltimum requiſitum calculationis rationum præſefert eſſe omnium neceſſariũ, in quo totum fundamentum illius legis conſiſtere videtur, & per ſe ſolum ſufficiens eſſet, vt ex Ferret. oſtendit ibidem Menoch. nec ſufficiũt diuturnitas temporis, & conſanguinitas,ſed exquiritur,quod ratio ſit ſæpiùs ad inuicem reuiſa, vt aduertit Mar. Anton. vbi ſup. verſ. ſecundo quia, Farinac.in 4.vol.deciſion.Roc.Rom.diuerſ. deciſ.259. In caſu, de quo agebatur nullatenus producebatur,poſtquam inter Beatricem,& Ducem nullus alius contractus interceſſerat, niſi quando in anno 1571. ipſa Beatrix dum nuptui tradidiſſet Victoriam eius filiam, inter cætera in dotem dederat ducatos 90. pro capitale ducatorum mille huius crediti ducatorum quinque mille, quos Dux in emptionem tenebat, & pro aſſignatione huius ſolutionis Dux ſe ſubſcripſerat promiſſioni dictorum ducatorum mille, ex quo cernitur, ratificatum fuiſſe primum contractum huius crediti, idcircò dicebatur per ipſam Victoriam,non obſtare diſpoſitionem d.l.procula, per quam induci mandatur donatio, concurrentibus tribus illis requiſitis, quæ non poterãt conſiderari in iſta muliere paupera,quæ nil aliud habebat,niſi hãc ſummam ducatorum quinque mille,& in neceſſitatibus nullus liberalis exiſtit, & donare in dubio quis non præſumitur,Eſcob. de ratioc.cap.22. n.20. & contractus approbatio nõ intelligitur ex perceptione eius,quod in omnem euentum quis eſſet percepturus, Reg.Galeota controuerſ.46. n.43. tom.2. Dicebatur inſuper,diſpoſitionem d. l. non habere locum, vbi ineſſet inſtrumentum, quod eſt probatio probata,vt ſpecifice notat ibi Mar. Antonin. in princ. præterea quia d.l. non procedit in annuis redditibus,qui annuatim ſoluũtur, & annui introitus perpetui iudicantur immobiles. Præſ.de Franch. dec.362.n.7.quẽadmodũ in cenſu,qui de ſui natura eſt perpetuus, & proindè diuturnitas temporis non conſideratur, vt inquit Farinac.ibi, cum capitale peti nequeat,nec debẽtur,dum ipſi ſoluuntur,ex quo creditor principalis eſt dictorum annuorum introituum, qui principaliter debentur, & per ſe,non tamen acceſſoriè ad ſortem,ex Ruin.Couarr.& Franc.probat Io. Grinel. dec.103. Dolani n.8. & 9. & poſtremò diſpoſitio d.l.non poteſt practicari, niſi concurrat requiſitum calculationis rationis ſæpiùs factæ, quæ eſt de forma tex.vt inquit Affl.in dec.12.n.12.& 13. vbi caſus refertur deciſus inter nepotẽ,et patruũ, & pariter in caſu relato ab eodem Farinac. vbi ſup. Quocirca facta relatione in S. C. per Reg. Conſil. Marcellum Marcianum fuit deciſum, quod Ill. Dux ſoluat annatas decurſas,alias prouidebitur ſuper petitis, & iterum confirmatum decretum, penès Secretarium, in banca Cioffi Mag.Act.

Debita contracta per ſucceſſorem in bonis antiquis,an debeant de tota hæreditate detrahi, vel de illa medietate,de qua diſponere poterat,Præſ. de Franch.in dec.280.in fine aſſerit diſtinguendo, quod aut debitum fuerit contractum per fratres pro paragio ſoluto ſororibus,& tunc de toto patrimonio erit detrahendum, vt fuit deciſum in cauſa illarum de Anna ibi relata,de rebus verò alio modo contractis, de quibus inter prædictos erat differentia, & dicebatur diuerſo modo deciſum.ſed fuit ſeruata melior liberatio, qua explicata ponam, quid fuerit deciſum, hactenus ille,quem citat Maffeſ.in Conſuet.Neap.p.3.q.1. ſub n.52. ſubdens,quam,vt videre potui,nullibi legi factam,ſed verius id fuit deciſum in cauſa illorum de Imbert, vt patet ex ſequenti decreto ſumpto à 2. vol. proceſſus cauſæ vertentis in S.R.C.inter Io. Camillum Venatum, & fratres ex vna,& Ioann.Imbert ex altera,huiuſmodi vz. Die 12.menſis Nouembris 1569. Neap. Facta relatione de prædictis in S.R.C. per Magnificum V.I.D.Vincentium de Franchis Regium Conſil. & cauſæ Commiſſ.&c.Decreto ipſius S.R.C.declaratum eſt, dimidiam hæreditatis quondam Georgij Imbert ceſſiſſe, & cedere in beneficium quondam Michaelis Angeli Imbert fratris vtrinque coniuncti dicti quondam Georgij, virtute Conſuet.Neap. alteram verò medietatem ſpectare, & ſpectauiſſe ad Magnificam Ioannam Imbert, & litis conſortes ex cauſa ſubſtitutionis in earum perſonam factæ per dictum quondam Georgium, & ſtante morte ipſius Michaelis Angeli eſſe habendam rationem in beneficium eius creditorum de prædicta dimidia tantum, hoc ſuum,&c. Vincentius de Franchis, Annibal Cæſarius Secretarius. Poſtmodum fuit aliud decretum interpoſitum huiuſmodi, videlicet. Die 27.menſis Aprilis 1577. Neap. In cauſa Magnificorum de Venatis cum Ioanna, & ſororibus de Imbert. Facta relatione de prædictis in S. R. C. per Magnificum V. I. D. Vincentium de Franchis Regium Conſil. & cauſæ Commiſſarium.

De-

Digitized by Google

Decreto ipſius S.R.C. declaratum eſt, citra præiudicium reclamationis interpoſitæ à decreto per S. R. C. lato ſub die 12. Nouembris 1569 pro parte dictarum de Imbert, eſſe procedendum ad liquidationem fructuum perceptorum per quondam Michaelem Angelum Imbert ex portione Mag. Georgij Imbert, de qua dictus Georgius poterat diſponere, & pro eo, quod facta liquidatione prædicta apparebit penès dictum Michaelem Angelum perueniſſe de fructibus prædictæ portionis, de qua prædictus Georgius diſponere poterat, eſſe faciẽdam imputationem, ſeù compenſationem in medietate, de qua per decretum prædictum ſub dicto die 12. Nouembris prolatum, prouiſum fuit, dictum Georgium non potuiſſe diſponere, hoc ſuum, &c. Vinc. de Franchis, Annibal Cæſarius Secretarius, penès Iacobum Figliolam Magiſtrum Actorum, aliæ deciſiones relatæ fuerunt ſupra in prima parte compendij, verbo onera hæreditaris, & ijs conueniunt doctrinæ relatæ per Iacob. Collautes in cõment. Prag. in fauorẽ rei frumẽt. lib. 1. c. 16. n. 3. vbi probat, quando debitum fuerit contractum, non aliter de bonis truncalibus erit ſoluendum, ſed de bonis liberis, vbi alia conſimilia adduxit, ſatis his conferentia.

Debitor, contra quem fuit inſtrumentum liquidatum ſe in vinculis conſtituendo, audiri an debeat, ad effectum vt bona exequuta in vim incuſationis vendi nequeant; contingit in cauſa Ill. Principis Biſiniani contra D. Lucretiam Caraſam diſcuti, & ad relationem M. C. fuit per S. C. iudicatum, eſſe dictam D. Lucretiam audiẽdã in ſuis iuribus, domo ei loco carceris aſſignata, non impedita executione bonorum, verum ſuperſedendum eſſe in illorum venditione, apud Serafinum Magiſtrum Actor. ſub die 13. Martij 1631. vt refert Io. Maria Nouar. dec. Apuleæ 27. eundem citando ſequitur Ill. Epiſcopus Ricciua collect. 3202. p. 8.

Debitor facta liquidatione inſtrumenti non auditur, niſi facta integrali ſatisfactione, & poſteà auditur, vt deciſum fuit in S. C. in cauſa Particularium Coſſistorti cum Ill. Principe Caſalis Maioris, Nouar. in Prag. 8. collect. 6. nu. 4. de inſt. liquid. ſimilitèr ſubdit num. 6. fuiſſe deciſum per S. C. non eſſe audiendum, niſi facta integrali ſatisfactione, vel depoſito, & interim non eſſe impediendam venditionem bonorum in cauſa Iſabellæ Fagiolæ.

Debitor virtute apocæ ab eo recognitæ, an ſi contra eam oppoſuerit, audiri debeat, ſi fuerit carceratus in loco domicilij, licet alibi fuerit iudiciũ inſtitutum, deciſio fuit relata ſupra in verb. carceratus.

Debitor, qui nomẽ debitoris inſolutum dederat ſuo creditori, promittendo illud præſtare verum, nõ exactum, & exigibile, & pro eo teneri de euictione tàm de iure, quàm de facto, expoſitis inde venalibus bonis debitoris ceſſi, & non reperto emptore, an creditor contra ipſum ex pacto, quod promiſit exigibile, agere poſſit, ſi tamen ipſe debitor replicaſſet, eſſe exigibile; de iure cum habeat bona ſtabilia huius æſtimationis, licet de facto non reperiatur emptor, adhuc teneri videatur, fuit per M.C. deciſum, quod Nicander S. Barbara debitor Octauij de Regina intra dies 20. procuret ſolutionem dictæ quantitatis inſolurum datę à Io. Simeone de Matthæis, alias termino elapſo exequatur, refert Horat. Montan. controu. ſgient. controu. 42.

Debitor, qui rem ſuam, vt liberaret ab imminenti vẽditione, pecuniã ſub annuis redditibus acceperat ab aliquo Notario ſub alicuius domini pecuniæ nomine, mediante publico inſtrumento, an cogi poſſit aliud inſtrumentum guarentigiatum celebrare cum vero domino pecuniæ creditore de facie ad faciem, vt inde potuiſſet liquidari, eo maximè ob impedimentum Notarij ſtipulantis ſub alieno nomine, fuerunt in contingentia facti ſequentia in iure allegata per Solertiſſimum I.C. & Aduocatum ſubſcriptum in eis, videlicèt. Quod creditor valeat vrgere ſuum debitorem, vt veniat ad ſe obligandum de facie ad faciem, maximè cum non mutatur forma obligationis, ex quo nempè erat ante idem debitor de facie ad faciem alteri obligatus, neque eius conditio deterior efficitur, vtpotè quia per prius erat obligatus per inſtrumentum guarentigiatum, cum pactis exequutiuis in forma, voluere infra adnectendi Doct. qui hanc concluſionem, & veriorem, & communiorem dixere, Benedict. Baiz. de guarentigia p. 1. q. 5. Galleſ. ad formã Camer. oblig. p. 3. q. 1. Roderic. de ann. reddit. lib. 2 q. 1. n. 56. Guido Papa dec. 417. Tiraq. de retract. lign. §. 19. gloſ. 5. qui de indubitabili dicit, vbi eſſet conſuetudo, Pelaez de maior. p. 1. quæſt. 48. n. 59. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 722. num. 22. cum ſeq. Reg. Rouit. in Pragm. tub. de liquid. inſtr. ſub num. 47. verſ. ſed pro priori, vbi poſt mentionatos Doct. ſubdit, maximè ſi haberet inſtrumentum cum guarentigia, ex Præſ. de Franch. dec. 615. qui dicit hoc indubitatum inter creditorem, & debitorem, ac recenſet votatum, ideo quia illi emphyteotę erant obligati de facie ad faciem cum primo directo domino, non videbatur, quòd eis fieret iniuria ſe obligare eadem ſpecie obligationis huic emptori, ſicque ex hac ratione motum S.C. determinaſſe, quòd facerent inſtrumentum prædictum de facie ad faciem, Viſcontus in addit. ad eandem dec. 615. refert Galleſium, ac Ioſeph. Ludouic. in ſuis commun. opin. concluſ. 8. verſ. 7. fallit, & ita per S.C. dicit iudicatum de anno 1600. contra Alphonsũ Terræ laboris, ſubdens tàm opinionem, quàm deciſionem poſſe confirmari ex Alex. conſ. 105. ad finem, vol. 2. vbi ſcribit, inſtrumenta, & contractus debere confici ſecundum quod conſuetum eſt, refert, & ſequitur Caualc. deciſ. 27. num. 90. p. 2. & Tiraq. in ſupra adducto loco, ſecundum quorum ſententiam ita bis obtinuiſſe, concludit tandem Viſcont. & de illa contra Alphonſum Terræ laboris meminit etiam reaſſumendo nouiſſimè celebris I.C. Io. Baptiſta Thorus in prima parte ſui compendij, verbo inſtrumentum facere debita, Galrer. in praxi inſtrum. 1. p. rubr. curat creditor habere inſtrumentum poſt n. 27. verſ. adde quod licet contrariã ſectetur ſententiam, vbi per prius debitor non foret obligatus per inſtrumentum adhuc guarentigiatum, attamen in terminis, quod ſi per prius ſtaret obligatus per inſtrumentum guarentigiatum, dicit indubitatum, quod tenetur conficere inſtrumentum cum præcepto guarentigię, & de facie ad faciem ad beneficium alterius, reſpectu cuius nihil innouatur, niſi quod per obligationem per

cum

eum faciendam de facie ad faciem per ipſum ceſſionarium, inſtrumentum liquidari poſſit, & expendit adhuc caſum deciſionis de Franch.615. in ſui ratione, quæ vniuerſalis eſt, & non particularis, Cauaic. prædictæ 1. par. deciſ. 27. ſub nu. 90. verſ. niſi de hoc ſit conſuetudo, & ſtilus, ità faciendi, & cogendi in illo locu, & magis in terminis in dec. 13. ſub n. 29. verſ. vbi creditor, & debitor poteſt cogi ad faciendum inſtrumentum venditionis, ſolutionis, & debita, eadem par. 2. quin & poſt alios huius aſſertionis aſſeclas recenſet Felin. in cap. accedens, il primo, n. 2. & 3. extrà vt lit. pend. & in c. 1. in 6. fallent. extrà de probation. Maurus Burgius relegendus in ſuo tract. de laudem. cap. 3. inſpect. 26. à n. 6. ad 7. cum ſeq. probans vlterius, talem contractum obligatorium debere perfici, & clauſulari cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & cautelis ſolitis fieri vniformiter in Regno per Notarios, ex Tiraq. Cabal. Granut. ac Rebuff. ad Conſt. Gall. de famul. falsr. gloſ. 5. nu. 1. verſ. ſicut debitor, & in tract. de conſuet. art. 2. gloſ. 13. no. 29. verſ. facit quod dicit Bart. in l. ex ea parte, ff. de verb. oblig. vbi debitorem poſſe cogi, inquit, conficere inſtrumentum creditori, ſecundum ſtilum, & conſuetudinem patriæ, etiam ſi eſſet conſuetum, vt ſigillum Regium apponeretur, vt hic, vel obligatio ad rigores parui ſigilli Montis Peſſulani conſcriberetur, ſequitur Gregorius Natt. in clement. ſæpè, § & quia, col. 3. de verb. ſignific. Rebuff. idem magis indiuidualiter tom. 1. ad Conſt. Regni Franc. tract. de liberis obligat. art. 2. gloſ. vnica ſub n. 88. verſ. contrarium tenet, Bened. de Barz. in tract. de Guarent. q. 5. primæ partis, tum quia debitor tenetur inſtrumentum debiti facere, & creditor inſtrumentum obligationis, dico liberationis, l. diſſolutæ, C. de cond. ex lege, & in bona forma, & iuxtà conſuetudinem, quæ in hoc attendi debet, l. vel vniuerſorum, ff. de pign. act. & in plus grauari debitor non videtur ob ſigillum, ſed efficacius obligatur, & ideò cogi poteſt, ſic obligari, & eius fideiuſſor, l. hi acceſſiones, vbi Doct. ff. de fideiuſſ. vide Bart. in d. l. diſſolutæ, & in l. ſi finita, § elegantèr, ff. de damno inf. & in l. ſi contemnat, ff. de fideiuſſ. & hoc ſeruatur procul dubio in hac patria, vbi eſt ſic conſuetum fieri, Gutierrez lib. 5. pract. quæſt. ciuil. q. 94. à n. 6. de quo meminit poſt alios Addit. ad Burg. in præcitata inſpect. 26. ſub n. 11. Granut. theorem. 9. à n. 2. & 13. in fine, Carocc. in tract. de locato, & cond. tit. de locat. an requirat ſcripturam, fol. 40. à n. 8. 9. & 11. in nouiſſima impreſſione, vbi alios recenſet, quod non repeto, ſed tantum relegendum, cum innumeros adducat ſub num. 11. quibus omnibus neq; reſtragatur primum aduerſæ partis obiectum, quod nonnulli Doct. in contrariam fuerunt ſententiam, atq; proindè ſubſtinuerint, non teneri debitorem ſe obligare de facie ad faciem per inſtrumentum guarentigiatum, ſiquidem reſpondetur primò, ex præcitatorum Doct. ſerie ſatis liquido dignoſci, quod & numero, & auctoritate præcellant qui hanc noſtram ſententiam affirmatiuã tenẽt, quod verè teneatur debitor, ac compelli poſſit ad ſe obligandum de facie ad faciem per inſtrumentum guarentigiatum, ſecundum quam pluriès per noſtrũ S. C. iudicatum reportauimus, prout per cæteros Senatus, vt ſic etiam determinatum cumulauimus. Secundò reſpondetur, quod ſi Doct. ex aduerſo, qui allegantur, vel allegari valent diſpungantur, & inſpiciantur, omnes quippè loquuti fuere in illis terminis, in quibus vel nulla præceſſerit ſcriptura, vel ea quidem ſit priuata, quæ præceſſiſſet, vt ideo non teneatur poſtmodum debitor per inſtrumentum guarentigiatum ſe obligare, quia grauaretur in plus, & etiam efficacius obligaretur, at ſecus cum inſtrumentum adhuc publicatum, & guarentigiatum anteceſſerit, quia cum ſecunda hæc ſcriptura, quæ expoſtulatur per creditorem in locum primæ ſubrogetur, in nihilo pluri debitorem grauat. neq; etiam ipſe efficacius obligatur, cum ſola perſonarum mutatio intendat, ſicq; meritò in hoc caſu, in quo debitor non grauatur in plus, quam per prius erat obligatus, neq; efficacius obligatur, venit compellendus inuitus ad ſe obligandum de facie ad faciem, cum ei non fiat iniuria, neq; eius conditio deterior efficiatur, neq; conditio, & natura obligationis mutetur, ex qua ratione generali, quamuis in caſu particulari emphyteuticæ determinauit S. C. quod teneretur debitor ſe obligare de facie ad faciem, teſte Dom. Præſ. de Francbis in prælleg. deciſ. 615. Tertiò neq; vim facit alterum aduerſæ partis obiectum, quod nempè minus adſtringi poſſit Dominus Cariati Princeps ad ſe obligandum de facie ad faciem, quia in primo contractu cum Notario N. inito nullum ſpeciale pactum legatur, quod teneretur idem Dominus Princeps Cariati ad ſe obligandum de facie ad faciem ad beneficium D. Ducis Marianellæ principalis creditoris, vt proindè citrà pactum hoc ſpeciale compelli nequaquam poſſit, ad vt ſic ſe obligandum de facie ad faciem, ſiquidem reſpõdetur primò, de iure hoc ſpeciale pactum non requirit, prout indiuidualiter notauit Guid. Pap. d. dec. 417. ſub n. 1. verſ. etiam ſi ad hoc recognoſcendum ſpecialiter non ſe obligauerit, § emptoribus, in auth. de non alien. reb. eccl. & eſt gloſ. in auth. ſi quas ruinas, C. de Sacroſ. Eccl. ſuper verbo detur, & faciunt etiam rationes ſuper præſenti deciſione deductæ, & allegatæ, & ità ſeruat in iudicando dicta Curia Parlamenti, prout ſæpiſſimè vidi. Secundo reſpondetur, quod in inſtrumento cum dicto Notario N. celebrato, cuius ratificatio de facie ad faciem per dictum Dominum Ducem Marianellæ petitur, & in prima petitione M.C.V. fundatiſſimè iudicauit, legitur pactum ſatis vltrà efficax, & obligatorium eiuſdem Domini Principis Cariati debitoris, quod inſtrumentum illud poſſit incuſari, & liquidari ad formam Ritus M.C. exequtiuè, & more penſionis Ciuitatis Neap. per Dominum Ducem Marianellæ, & hoc pactum vt ſic fuit per D. Principem debitorem iuratum, qui omnia contenta in inſtrumento vera facere tenetur, & cuius inſtrumenti vnumquodque verbum, vel minimum debet operari, ac verba otioſa eſſe nõ debent, ſecundum notabilem doctrinam Bald. in rub. C. de contrah. empt. in nona quæſt. de quo poſt alios meminit Hippol. de Marſill. in tract. de fideiuſſ. ſub num. 64. & n. 195. At quomodo, vel qua ratione hoc præſtari poteſt in exequutionem illius pacti, vt inſtrumentum liquidari poſſit ad formam Ritus per Dominum Ducem Marianellæ, niſi cum Dominus Princeps debi-

Digitized by Google

debitor de facie ad faciem cum d. Duce creditore ſe obliget, ac eidem de facie ad faciem iuramentum præſtet, alioquin pactum illud non eſſet verum, & nihil prorſus operaretur, ac omninò otioſum, immò doloſum foret, quod ſetendũ non eſt, iuxtà fundata, atq; in ſuperioribus demonſtrata, & contra tex expreſſum in l. etiam elegantet 7. §. ſeruus, ff. de dolo, ibi, ſeruus pactionis pro libertate reum Domino dedit, ea conditione, vt poſt libertatẽ transferatur in eum obligatio, manumiſſus non patitur in ſe obligationem transferri, Pomponius ſcribit, locum habere de dolo actionem. Ex quibus vt nouiſſima iuſtitiæ ſummæ æquitati innixa Domini Ducis Marianellæ dignoſcitur, qui poſt longum decurſum annorum quindecim viginti tres mille ducatos exigere habet, vel nullo modo, vel cum maxima difficultate diſtringere poterit, & vbi ab hac vita migrauerit, omninò liquidandi facultate, quæ perſonalis eſt, idem Dux Marianellæ creditor ſpolietur, ac ſola reali actione intra tot anfractus magnæ Principis debitoris domus potiatur, ità & minus iuſta, ac à legibus, & legum profeſſoribus improbata detegitur renitentia Domini Principis debitoris, qui mediãte pecunia Ducis creditoris feudum Seminariæ à Fiſco redemit, & ad præſens poſſidet fructus, quos percepit, & tamen eidem Duci cautelam in forma conſueta, & valida remoratur. Franciſcus Cenſalius. Facta relatione in M.C.V. de anno 1645. per Dominum Iudicem Iacobum Capycium Galeota, deciſum fuit, quod infrà quatuor dies Dominus Princeps Cariati ratificet de facie ad faciem inſtrumentum, iuxtà petita, &c. penès Actuarium Auerſana. In cauſa D. Antonij Barralis Ducis Marianellæ cum Illuſtr. Principe Cariati.

Debitor an habeat ius offerendi, exequuta ſententia aſſiſtendi, iuxtà Ritum Magnæ Curiæ, & Reg. pragmaticæ, pendente appellatione, deciſum fuit affirmatiuè per Magn. Curiam, & confirmatum per Sac. Conſ. teſtatur D. Reg. Sanſelic. dec. 117.

Debitor alicuius ſi præuia venditione rei ſtabilis pactus eſſet cum emptore, vt debitum ſuo creditori ſolueret, & emptor ſub varijs cauſis diſtulerit ſoluere, an moleſtari poterit à dicto creditore, ſtante acceptatione facta per emptorem ſoluendi dictum debitum, de hoc incidit pertractari in cauſa Illuſtr. Ducis S. Eliæ, ac Ducis Laurini cum Saluatore Caracciolo, ſuppoſito ex facto, qualiter cum ipſe Dux S. Eliæ debitor perſiſteret in certa pecuniarum quantitate debita eidem Saluatori pro paragio, vna cum intereſſe decurſo poſt mortem quondam Franceſchæ de Palma eius matris, fuit præuio decreto S.C. coactus, vel vendere, vel inſolutum dare Terram Marſici Veteris eidem Saluatori, pro cuius executione vendidit, & inſolutum dedit pro eo pretio, quod fuerit arbitratum per Arbitros eligendos, pacto adiecto, quod ex pretio dictæ Terræ ſibi ſatisfieret de ſuo credito paragij, & intereſſe, & de reliquo pretij ſolueret creditum eidem Duci Laurini, & ſic acceptata venditione, ac inſolutum datione per ipſum Saluatorem per intermediam perſonam eius tutorum, vt ex inſtrumento percipiebatur, & pro executione conuentionis dum vellet ipſe Saluator venditionem, ſeù inſolutum dationem tot annuorum introituum ad beneficium dicti Ducis Laurini cum obligatione ſpeciali dictę terræ, tenuit pręfatus creditor acceptare aſſignamentum, & venditionem tot annuorum introituum, quæ offerebantur per dictum Saluatorem, propter quod obtinuit decretum contra dictum Ill. Ducem S. Eliæ, de quo grauatus de nullitatę dixerat, eo quia dictam terram vendiderat cum tali onere, vt emptor ſolueret dictum creditum eidem Duci Laurini, & quamuis videatur ius ſuffragari eidem Duci Laurini, poſtquam non vera delegatio exiſtimati videtur de iure, ad hoc ipſe principalis debitor cenſeri debuiſſet abſolutus, nam & ſi delegare ſit vice ſua alium dare reum creditori, vel cui creditor iuſſerit, l. delegare, ff. de nouat. Sebaſt. Medic. in tract. de nouat. p. 1. q. 1. n. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 17. tit. 8. n. 2. prout cum effectu apparebat in præſenti facto, fuiſſe per debitorem, eius debitorem ſuo creditori delegatum, adhuc etiam conſentiente ipſo emptore debitore pro reſiduo pretij terræ, nam delegatio debiti, niſi conſentiente, ſtipulante, & promittente debitore iure perfici non poteſt, l. delegatio, C. de nouat. Medic. d. tract. par. 2. q. 7. n. 2. & 12. non tamen interuenerat conſenſus ipſius creditoris, & delegatio non fit, ſi creditor delegatum ſuſcipere nolit, l. cum à quo, C. eo. Medic. d. q. 7. ſub n. 7. cum ipſe creditor cõtentus eſſe debeat ijs, quo ſe delegari paſſus eſt, Vueſembecc. cõſ. 31. n. 1. vol. 1. præterea quia in delegatione duplex actus concurrit, vnus eſt inter delegantẽ, & delegatum debitorem, & iſte talis actus fit nuda ſcriptura, & alijs ſimilibus modis, alius eſt actus, qui fit inter delegantem, & eum, cui fit delegatio, & iſte actus ſolum fit per ſtipulationem, vt inquit Bart. in d. l. delegare, n. 2. ſequitur Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 17. tit. 8. n. 10. imò Alex. in conſ. 75. alias 95. vol. 3. videtur tenere, quod adhoc vt dicatur delegatio, requiritur, quod debitor, qui delegatur, promittat per ſtipulationẽ ei, cui fit delegatio, alias diceretur ſimplex ceſſio, per quã nõ induceretur ſolutio, neq; ſatisfactio, Arias de Meſa variar. reſol. lib. 1. cap. 43. n. 26. & ſic delegatio non inducitur, niſi is, cui fit delegatio ſit debitor, & vt debitor promittat, & tanquam debitori ſibi fiat delegatio, Mareſc. variat. reſol. lib. 2. cap. 11. n. 4. Et propterea nec cum ipſo debitore ſtipulatio interceſſerat, neq; cum ipſo creditore videbatur delegationem ſubſiſtere poſſe, & conſequenter ipſum debitorem delegantem teneri ad debitum, ex quo delegatio non fit abſq; ſtipulatione, l. 1. C. de nouat. Cancer. variar. reſol. p. 2. cap. 6. n. 71. Anton. Fab. in eius Cod. lib. 4. tit. 41. defin. 28. num. 6. Quę tunc valida redderetur interuenientibus à iure requiſitis, cum ipſa delegatio mutet debitorem, idem Anton. Fab. d. lib. 4. eodem tit. 41. defin. 2. n. 4. Cancer. vbi ſup. n. 72. ſicq; ipſo iure liberatur, Surd. deciſ. 43. n. 8. Conſil. Arias de Meſa variar. reſol. lib. 1. cap. 43. vbi plura adhoc, ſoluit enim qui reum delegat, Mantic. vbi ſuprà n. 25. Negari tamen non poteſt, quod ſi delegatio non interceſſerit, adhuc ratione mandati teneretur ipſe delegans, ſeù mandans, licet debitor, qui iuſſit debitori ſuo, vt ſoluat, vel promittat eius creditori quod debet, ex promiſſione liberatur ſecundum aliquos relatos à Mant. vbi ſuprà num. 17. immò de-

legatio

legatio nouat ipſo iure, & hodie citra ſtipulatio-nem conſtituitur, ita Vueſembecc. vbi ſupra num. 11. nam delegatio propriè fit cum debitor de voluntate creditoris alteri ſoluere promittit, & tunc debitor liberatur à creditore, & obligatur alteri, cui ſoluere promittit, Cartar. deciſ. 126. num. 4. adhuc tamen ipſe debitor, qui promittit, ratione eius promiſſionis adſtringitur ad obſeruationẽ promiſſionis, adeo quod debitor primus nõ liberatur, niſi interueniẽte delegatione, vel promiſſione alterius loco ſui, Rota Genuenſ. dec. 2. num. 27. nec erit liberatus ab obligatione, l. verũ cum gloſ. ff. de conſt. pecun. Alex. in l. qui vſumfructum, num. 7. ff. de verb. oblig. Mant. vbi ſup. ſub nu. 22. & in tantum eſt verum, quod is, qui mandatum ſuſcepit, non ſoluit, ſed promittit, & tunc mandatum reuocari non poteſt, quia ad ſoluendum ſe obligauit, dicta l. verum, cum alijs adductis per Mant. vbi ſupra nu. 20. & ſic cognita iuſtitia, & veritate diſcuſſa in S.C. annuendo venditioni dictæ Terræ iàm validæ, & perfectæ, & etiam validitati relaxationis illius, atque oblationi ex parte Ducis S. Eliæ vẽditoris eidem Saluatori, per quem ſteterat non facere actum, & ſolemnitatem ſtipulationis, & quod Saluator non adimpleuerat ex parte ſua, & conſequenter erat debitor complementi pretij, fuit per S.C. die 24. Iulij 1635. deciſum, nullitates obſtare, & reſtituatur depoſitum, verum Saluator Caracciolus infra quindecim dies ſoluat Duci Laurini quantitatem debitam, alias prouidebitur, & cum ipſe Saluator renuiſſet ſoluere eidem Duci, fuit iterum mandatũ, vt ſolueret eidem Duci duc. 9000. alias prouidebitur, quòd exequatur, contra talia decreta cum obtinuiſſet verbum fieri in S.C. ad finem videndi, an ſit deferendum petitę reſtitutioni in integrum, demum fuit per idem S.C. ordinarum, non eſſe deferendum, verum ſi Saluator non ſoluerit infra quindecim dies, procedatur ad venditionem Terrę Marſici veteris, vt ex actis in Banca Figliolæ.

Debitor, qui fecit apocam banco ſuo creditori, à quo diminutim pecuniam exigit, an moleſtari poſſit à ſuo creditore, deciſio relata fuit in verbo decoctio.

Debitor, cui fuit per Iudicem liberata certa quantitas pecuniarum in computum ſui crediti, quam in emptionem tot annuorum introituum conuerterat, licet inconſulto Iudice, an ſtante decoctione emptoris teneatur de proprio ſoluere eandem quantitatem anteriori creditori, prout accidit inter Monaſterium S. Laurentij creditorem anteriorem cum Monaſterio Monialium S. Mariæ D. Romitæ, cui fuerat liberatum depoſitum ducatorum 200. quos in emptionem annuorum introituum dederat cuidã, qui inde decoxit, & conuento Monaſterio Monialium pro reſtitutione depoſiti in emptionem conuerſi abſque Iudicis mandato ad inſtantiam dicti Monaſterij S. Laurentij, licet contra ipſum fuiſſet lata ſententia, & aduerſus eã petita reſtitutio in integrũ; fuit tamen die 25. Febr. 1613. deciſum pro Monialibus, & ſuſpenſum decretum per prius latum in fauorem Monaſterij Fratrum S. Laurentij Conuentualium, iſtis non obſtantibus, nec conſideratis, & dictum, eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum ex parte Monialium referente Conſil. Io. Andrea de Georgio, ita ...

attestante D. Reg. Fabio Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu. 38.

Debitor, qui in dotem, & dotis nomine ceſſit, & inſolutum dedit nomina debitorum eius genero, an ipſis deficientibus teneatur, & ſucceſſiuè eius hæres de proprio, circumſcripta ignorantia dicti creditoris, & hoc fauore dotis, hoc contingit in cauſa D. Vincentij Caraccioli Marchionis Capriglię, pro quo in iure allegauit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 32. vbi in calce ſubdit, & ita obtinui, & deciſum fuit per S.C. die Martis 11. Iulij 1622. referente Conſil. Cæſare Alderiſio, penès Act. Magiſtrum Hieronymum de Amico.

Debitor an poſſit ſoluere cedenti, ſi in ceſſione obijciantur verba, ponendo eum in locum ſuum, deciſum fuit per S.C. negatiuè in cauſa Caroli Caraccioli cum hæredibus quondam Camillæ Caraſa, teſtatur Conſil. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 19. n. 6.

Debitor an poſſit repudiare legitimam ſibi debitã, ac partem debitam vigore Conſuet. Neapolitanæ in fraudẽ creditorum, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè die 16. Febr. 1641. in cauſa Victoriæ Grande cum Vincentio Buonhomo, in Banca Carboni, ita refert Dominus Conſiliarius D. Ferdinand. Arias de Meſa var. reſol. lib. 2. cap. 41. n. 22.

Debitor, qui vt effugeret liquidationem inſtrumẽti via ritus ſua ſponte illud dederat pro reſciſſo, literaſque executoriales realiter, & perſonaliter expediri contentus eſſet, an audiendus erit in iudicio ordinario nullitatis contractus, quam ante biduum deduxerat, & an ex diuerſo iure creditor poſtularet, non eſſe procedẽdum ad vlteriora in cauſa, niſi prius facta reali ſolutione, iuxtà nouellam Pragmaticam, deciſũ fuit per S.C. iunctis aulis de menſe Aprilis 1643. in cauſa D. Franc. de Tuſo cum Ill. Duce Vetri procedendum non eſſe ad vlteriora in cauſa, niſi facto depoſito quantitatis debitæ per Ill. Ducẽ, aut in vinculis conſtituto, pro quibus valeat detinere domum loco carceris, ita D. Conſil. D. Ferdinand. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 45. per totum.

Debitor mercator, qui promiſerat cum iuramento ſoluere ſuis creditoribus in pecunia eorum credita, accedente & renunciatione beneficio auth. hoc niſi deſũpta ex verbis cõceſſionis dilationis triennalis factæ per creditores, an poſſit dare, ſiuè offerre eius bona inſolutum prædictis creditoribus, non obſtante, quod promiſerat ſoluere in pecunia, & etiam cum iuramento, ac ſtante dicta renunciatione, cùm in caſu prædicto oblationis bonorum plura exigantur, primò oblatio bonorum omnium, vt creditores poſſint eligere de melioribus, ſecundò exigitur probatio impotentiæ, & impoſſibilitatis ſoluendi in pecunia, tertiò, quod ipſe perquiſiuerit emptorẽ, & quòd fecerit exactiſſimam diligentiam, & non reperit ob diffamationem creditoris, quartò, quod debet offerre fideiuſſorem pro euictione, nec ſufficit, ſi velit poſtea præſtare, & demum quia obtinuerat dilationem triennalem, nec adimpleuerat contenta in ea, fuit per S.C. debitor excluſus à dicta datione inſolutum, vt teſtatur D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 104. lib. 2.

Debi-

Debitor, qui inter cætera promiſſa in inſtrumento pro certa ſumma ceſſit eius creditori nomen ſui debitoris cum promiſſione euictionis, & exigibilitate, an eo non ſoluente ob illius decoctionem, teneatur ad ſolutionem debiti ex duobus. Primò, quod ad euictionem promiſſam exquirebatur excuſſio contra debitorem ceſſum, vel declaratio Iudicis, illum non eſſe ſoluendo. Secundò, reſpectu exigibilitatis nominis ceſſi, illud tale eſſe debet, vt nihil ei opponi poſſit, aduerſus tamen prætenſiones pro debitore infraſcripta fuerunt in iure allegata per ſolertiſſimum I. C. ſubſcriptum, v3. Die 10. Iunij 1601. cùm fuiſſet tractatum matrimonium inter Io. Andream Gambacurta, & Dianam Gambacurta, in capitulis matrimonialibus Andreas Gambacurta Marchio Celentiæ frater ipſius Dianæ inter cætera promiſſa in dotem ducatorum 14. mille dicto Io. Andr. Duci Limatulę promiſit duc. tres mil. in ſolutum, & pro ſoluto, hoc eſt ducatos 90. pro capitale ducatorum mille debitos per Beatricem, Aureliam, & Baptiſtam de Ebulo in ſolidum, cum promiſſione euictionis in forma, ac exigibilitate ipſorum, & quia in anno 1631. præfatus Io. Andreas etiam vti pater, & legitimus adminiſtrator ſuorum filiorum, & hæredum dictæ quondam Dianæ eius vxoris, inſtitit condemnari in S.C. eundem Marchionem ad ſoluendum ducatos mille capitalis, ac alios ducatos bis mille tertiarum decurſarum, & decurrendarum cum eorum intereſſe, ſtante quod non potuit, nec poterat exigere dictos annuos ducatos 90. à dicto Io. Baptiſta, Aurelia, & Beatrice de Ebulo, quos dictus Marchio cum eorum capitale aſſignauerat in computum dotis dictæ Dianæ in dictis capitulis cum dicta promiſſione euictionis, & exigibilitate ob decoctionem eorum, & cum ob mortem dicti Marchionis perempta fuiſſet inſtantia, præfatus Dux obtinuit inſufflationem ſpiritus, & tranſlato iudicio in hodiernum Marchionem hæredem eius patris, petendo ducatos 2500. terciarum, vndè Franciſcus Gambacurta ad præſens Dux Limatulæ vti filius, & hæres, tam dicti Ducis patris, quam d. Dianæ, inſtitit condemnari d. Marchionē iuxtà petita ex duobus. Primò, nam licet ſi fuiſſet promiſſa tantum euictio requireretur excuſſio contra debitorem ceſſum, vel declaratio Iudicis, debitorem ceſſum non eſſe ſoluendo, ad tradita per Mangil. de euict. q.78. n.1. & ſeq. attamen quia patrimonium illorum de Ebulo erat adeò inuolutum, vt disbrigari non poſſet abſq; altiori indagine, & maxima impenſa, hoc caſu excuſſio non requiritur, & agere poteſt contra cedentem, ex dictis per Rotam Ianuæ apud Bellonum dec.156. n.7. & ſeq. & per eundem Mangil. loc. citato n.15. & 16. Secundò, nam dum Marchio promiſit exigibilitatem huius crediti ceſſi, illud tale eſſe debet, vt ei nihil opponi poſſit, ex notatis per Bart. per illum tex. in l. fin. in fine, ff. ad Maced. Dec. conſ. 102. n.1. & per Mangil. d. tract. de euict. q.79. n.10. & 12. & quod ſemper, & ſucceſſiuis temporibus teneatur Marchio illud præſtare exigibile, vt per Gratian. lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 527. num. 5. 6. 14. 30. 35. & 36. etiam ſi fuerit idoneum tempore ceſſionis, ex eodem Gratian. ibidem n.17. verſ. & in ſpecie, & Caſtill. dec. 46. n.3. His tamen, & alijs minimè refragantibus iuridicè fundauimus, Marchionem abſoluendum eſſe à prætenſis per dictum Ducem ex pluribus. Et primò, nam Dux non legitimauit eius perſonam, quod ſit hæres patris, & reſpectu matris ex præambulo producto per ipſum liquet, non ipſum eſſe ſolum hæredem dictę ſuę matris, ſed etiam Carolum eius fratrem. Secundò, ſiquidem ſub die 15. menſis Maij 1607. fuerunt ſoluti per Marchionem dicto Ioa. Andreæ ducati duo mille ad complementum ducatorum 14 mille integrarum dotium prædictæ Dianæ, pro quibus integris dotibus dictus Ioa. Andreas quietauit prædictum Marchionem, vt ex partita Banci, vndè ſtante dicta quietatione non eſt amplius tractandum de promiſſione exigibilitatis prætenſæ per ſupradictum Io. Andream, clarum etenim dogma circumfertur, ſolutione eius, quod debetur omnem perimi obligationem, ad tex. in §. 1. Inſt. de obligat. vbi omnes communiter, l. nulla, & l. obligatione. C. de ſolut. ex quibus dignoſcitur, minus rectè Ducem Limatulæ experiri in præſenti iudicio, immò abſq; actione. Eſto tamen, citrà veri præiudicium, nullam adeſſe quietationem, & aduerſarium legitimam perſonam eſſe in agendo, adhuc Marchionem abſoluendum venire affirmamus ex dilemmate indiſſolubile, aut enim Dux prætendit moleſtare Marchionem pro euictione, & verum eſt, nullum ſibi patari aditum, cum adhuc illa non ſit ſequuta, ad tex. in l. euicta, vbi gloſ. ff. de euict. l. em. C. eo. Cenc. dec. 286. num 9. in nouiſſima impreſſione, eo magis dum iudicium prætenſæ euictionis non fuit ipſi notificatum, vt debitorem ceſſum defendere poſſet, l. libera quædam Theodora, C. de ſent. & interloc. omn. iud. l. qui concubinam, §. ſi heres, ff. de leg. 3. l. ſi fundo, §. fin. ff. de act. emp. ſequitur Gerius Spin. conſ. 35. nu. 58. quod locum obtinet, etiam ſi aliundè Marchioni lis innotuiſſet, vt per eundem Ger. Spin. loco citato n.29. & tandem quia hac actione nō egit, vt ex ſupplicationibus videre eſt, non poteſt obtinere, quia ſententia eſſet difformis à libello, & eſſet iudicare vltrà petita, contra tex. in l. vt fundus, ff. com. diuid. cum concordant. adductis per Decian. reſp. 116. nu. 8. vol. 3. vbi pariter ponderat, nō poſſe vltrà petita Iudicem determinare, quia nulla fuit ſuper non petitis lis conteſtata, & reo per indirectum tollerentur defenſiones, aut verò intendit obtinere ex pacto, per quod aſſeritur promiſſa exigibilitas in dictis tabulis nuptialibus, quam actionem inſtituit contra Marchionem, & nec etiam poteſt obtinere; nunquam etenim legitur, ſe adſtrinxiſſe ad ipſius nominis ceſſi exigibilitatem, ſed per verba futurum tempus denotantia, ſic fuit allocutus, ibi (*& prometterà eſſo Marcheſe*) & ſic ſequitur per verbum de futuro, quod non inducit conſenſum de præſenti, vt per Alex. conſ. 77. n.3. lib. 1. ad quod allegat iura in l. 1. C. de ſponſ. l. 1. & 2. ff. eod tit. & habet tractum ſucceſſiuum, & ſic futuri, non autem præſentis temporis, l. ſtipulatio iſta habere licere, ff. de verb. oblig. vndè promiſſionis caſu non ſequuto, nemo ſanè audebit dicere, Marchionem ad quid teneri, ſicuti dicimus in fortiori caſu de eo, qui promiſit ſe obligare, nam obligatione non ſequuta promittens adſtringi non poteſt, promittere enim de obligando non eſt obligare, cap. is, qui fidem, de ſponſal. & mat. & in puncto tenet Thom. Triuiſ. deciſion. Veneta 69. cauſ. ciuil. in

verſ. his tamen non obſtantibus, lib. 1, qui in fine deciſionis ſic iudicatum per illum Senatum, teſtatur, in beneficium ſcilicet illius, qui promiſit fideiubere, non tamen fideiuſſit, nam aliud eſt fideiubere, aliud promittere de fideiubendo, l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, §. fin. ff. de verb. oblig. Pyrr. Maur. Aret. in tract. de fideiuſſ. 2. par. princ. ſect. 2. cap. 6. ſiquidem promiſſio tractum habet, & tractus eſt ſpatium temporis, intra quod aliquid commodè fieri, & explicari poteſt, l. mutus, §. fin. ff. de procur. intra quod tempus tractatus, qui promiſit fideiubere, deliberare poteſt, num fidem ſuam obligare velit, Bart. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. pariter promiſſio de vendendo non eſt venditio, ſecundum Iaſ. in l. in bonæ fidei, per illum tex. ff. de eo, qui cert. loc. Boer. dec. 3. Valaſc. dec. 83. n. 2. & 3. Aretin. vbi ſup. n. 8. Theſaur. dec. 233. & Io. Baptiſta Gargiar. conſ. 35. n. 4. lib. 1. & aliud eſt renunciare, aliud renunciare promittere, Bart. & Garglar. vbi ſup. aliud redhiberi, aliud redhibendi promittere, l. quod ſi nolit, §. in factū, ff. de ædil. edic. aliud infeudare, aliud infeudare promittere, Iaſ. conſ. 24. col. 8. lib. 3. aliud donare, aliud donare promittere, in eoq; promiſſio nullā habet executionem, vt probat Alex. in l. iuris gētium, in prin. ff. de pact. Tiraq. qui alios adducit de retract. conuent. ad finem tituli, nu. 48. ſequitur Gallian. in rub. de verb. oblig. num. 133. & Aretin. loco citato num. 9. prout etiam promiſſio locandi differt ab ipſa locatione, Boer. deciſ. 48. num. 43. & pacta de renouando emphyteoſim differunt ab ipſa renouatione, Ruin. conſil. 167. num. 23. lib. 1. ſic etiam pactum de inſtituendo ſatis differt ab ipſa inſtitutione, idem Ruin. conſil. 9. num. 9. lib. 1. & pactum de cedendo differt ab ipſa ceſſione, Tiraq. in leg. connub. glo. 5. num. 220. & promiſſio accipiendi ad cambium, à cambio differt, Tiraq. vbi ſup. num. 42. 44. & ſeq. Alex. Sperel. deciſ. 40. num. 82. quemadmodum promiſſio emendi, vel vendendi, differt ab emptione, vel venditione, ad tradita per Bart. in l. actionem, num. 16. C. de tranſact. cum alijs adductis per Sperel loco citato, num. 73. & aliud eſt agere, aliud agere velle, l. amplius non peti, ff. rem rat. hab. aliud eſt nuptias contrahere, & aliud ad illas contrahendas ſe obligare, l. 1. & 6. ff. de ritu nupt. Aret. vbi ſup. nu. 11. & 16. tradit, quod aliud eſt pecuniam mutuo dare, aliud ſe daturū promittere, ex l. ſi pœnam, ff. de verbor. obligat. Chriſt. Caſtel. conſil. 4. num. 10. & in alijs pluribus paſſim, latè Eminentiſſ. Card. Ludouiſ. poſtea Sanctiſſ. Papa Gregor. XV. nuncupatus deciſ. 28. per totam, vbi benè obſeruat Beltram. ibi in addit. & ratio omnium prædictorum ea eſt, quia factū regulariter à facti promiſſione diſtinguitur, vt per glo. in d. l. in bonæ fidei, in verbo conducturū, vbi Iaſ. n. 3. benè Couar. lib. 3. var. reſol. c. 4. num. 7. Crauett. conſi. 76. num. 5. Cephal. conſ. 66. num. 10. lib. 1. Burſat. conſ. 100. num. 1. lib. 1. & receptam eſſe opinionem teſtatur Ioſeph Ludon. concluſ. 72. num. 1. poſt Boer. deciſ. 58. nu. 4. & in indiuiduo quod promiſſio de obligando facta in capitulis matrimonialibus non operetur, niſi ſequuta obligatione, fundat ex noſtratibus optimè Gram. deciſ. 103. num. 188. cum ſeq. & licet in contrarium adduci poſſet doctrina Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de obligat. & ſolut. vbi dicit, quòd ſi promitto me obligaturum in decem erga te, poſſum cogi ad illa decem antequam me obligauerim, vt circuitus inutilis euitetur, l. prætor, C. com. de leg. cum ſimil. & Io. Andr. ſequitur Alex. in l. cum fundus, §. ſeruum tuum imprudens, ff. ſi cert. pet. aliique apud Preſ. de Franch. deciſ. 574. num. 5. Cartar. deciſ. Gen. 29. num. 12. Conſil. Georg. alleg. 45. num. 27. attamen doctrina Io. Andreæ minimè refragatur, ſiquidem Dec. in dicto § ſeruum tuum imprudens, in primo notab. dicit, quod illa ſemper ſibi viſa fuit dubitabilis, ex rationibus per eū ibi adductis, & propterea contra Io. Andr. tenuerunt gloſ. Bart. Ang. Salic. Imol. Caſt. & alij relati per Tiraq. dicto num. 42. cum ſeq. & poſt eos Gram. dicta deciſ. 103. num. 187. & ſeq. Rolan. à Valle conſil. 69. num. 25. lib. 3. Quatenus tamen procedere conſentiamus doctrinam Io. Andr. illa plures recepit reſtrictiones, quæ caſui noſtro probè allineat ad demonſtrandum, circuitum non eſſe euitandum, quando apparet inutilis, vt per Dec. in dicto §. ſeruum tuum imprudens, num. 5. Monter. deciſ. Arag. 36. num. 79. Garglar. conſ. 30. num. 25. lib. 1. quæ dilucidantur ex infraſcriptis, primò, ſi promittētis intereſt, quod ſit potius pactum de promittendo exigibilitatem, quam promiſſio, Gram. vbi ſupra num. 188. & Marchionis ſatis intereſt, quod non ſit promiſſio, ex pacto enim de promittendo non currit intereſſe, vt opptimè fundat Gram. ibidem num. 190. Secundo, ſi quid vtilitatis circuitus afferat, vt per Gram. loco citato, num. 193. in caſu noſtro affert maximam vtilitatem, dum non venit intereſſe ex dicto pacto. Tertio, per promiſſionem factam alicui de donando non transfertur ſtatim dominium, ſed ſolum competit actio perſonalis contra donantem, per tex. in l. ſi ſterilis, §. ſi tibi fundus, ff. de act. empti, notat in puncto Ludouiſ. deciſ. 98. num. 6. & ſic cogi poterat Marchio ad ſtipulandum inſtrumentum promiſſionis exigibilitatis, iuxtà tex. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, ff. de leg. 3. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, §. fin. ff. de verb. oblig. & in l. in bonæ fidei, verſ. ſi tamen, ff. de eo quod certo loco, quo fit, vt dum nullum mouerit iudicium Dux ſuper executione promiſſionis ad obſeruantiam promiſſæ obligationis de faciendo nomen ceſſum exigibile, euidenter apparet, ius ſibi non competere, & ideò tanquam ſine actione reijciendus ſit à limine iudicij, ad tex. in l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de neg. geſt. aliud namque eſt in iure quid agere, aliud velle agere, l. amplius, ff. rem rat. hab. cum concord. adductis per Alex. conſil. 97. nu. 8. & ſeq. lib. 3. qui tradit, deſtinatum nō haberi pro facto, vbi facti eſſentia exigitur, per tex. in l. in tantum, cum l. ſequ. vbi Bal. ff. de rer. diuiſ. l. in fundum, §. item quod inſulæ, ff. de act. emp. & ponderat Bald. ad hoc l. ſi nondum, C. de furt. quartò, nam etiam ſi fuiſſet promiſſa de præſenti exigibilitas (quod expreſsè negamus) nec illa extenditur ad dictos annuos ducatos 90. cum eorum ſorte principali ducatorum mille, ſed promiſſio illa refertur ad proxima, vt ſingula ſingulis referentur, & ſic ad annuos ducatos 84. ceſſos, conſequendos à Dominico Colonia, & aliis, quos tenebat dictus Marchio emptos ad ipſius vitam, nec faceſſit negotium, ſi dicatur, clauſulā in fine poſitam regularitèr referri ad omnia præcedentia, ad tex. in l. 1. vbi Iaſ. num. 4. C. de lib.

præt.

præt.l.talis ſcriptura, §.fin. ff.de leg.1.Sperell. dicta deciſ.40. nu.11. nam præfata concluſio (quatenus ad rem noſtram attinet) nonnullas recipit declarationes, mox inſinuandas, quarum prima ſeſe offert, ſit, quoties in actu adſunt verba, quæ poſſunt includere, & excludere, ſemper excludunt, dum ea tendunt ad obligandum, quia reo fauendum eſt, vt ex Bal.conſil.410.in princ. verſ. aut in contractibus, lib.1. quod eſt duplicatum conſ.407.lib.5.tradit Eminentiſſ. Cardin. Tuſcus commun.concl. lit.D. concluſ.291.num.23. quos refert, & ſequitur Barboſ.dict.437. num. 10. in tract.de diction. tanto magis, quia præcedit pactum negatiuum, & ſic datio in ſolutum, quæ non importat exigibilitatem, & propterea eam non includit, l.ſi oleum, §.fin.cum l.ſeq.ff.de dolo, Barboſ. in loco citato, num. 16 ſecunda eſt, quando non congruè, & commodè clauſula ad omnia referri poteſt, l.hæres meus, §.vxori; ff. de leg.3.Marta de clauſ. p.4. clauſ. 25. num.5. & hic non congruè refertur ad omnia ob pactum prædictum dationis inſolutum, tertia ſimilis præcedenti eſt, quia inter caſus prędictos diuerſa eſt ratio; nam annui ducati 90. fuerunt dati inſolutū, & alii ducati 84. nequaquam, & tunc ad proxima refertur, dicta l.1.C.de lib.pręt. Barb.vbi ſupra num.7. quarta affertur, quando eſt facta ſpecialis prouiſio in aliquo caſu, tunc enim clauſula ad illum non refertur, l.ſed ſi per Prætorem, §. hęc clauſula, vbi gloſ.in verbo duo, ff.ex quibus cauſ. maior. l.doli clauſula, ff.de verb.obl. & per Merl. deciſ. Lucenſ.83.num.36 vbi alios allegat, Caſtill. deciſ.50.num.11.cum ſeq. Cenc.deciſ.54.num.6. & in re noſtra in dictis ann. duc.90. adeſt ſpecialis prouiſio, quia fuerunt dati inſolutum, & pro ſoluto, ideò ad illa non refertur, quinta reſultat, quando oriretur contrarietas ex tali relatione ad proxima, l.ſi idem cum eodem, ff.de iuriſd.omn. Iud. Barb.loco ſupra memorato, num.10. ſexta indè emergit, quia datio inſolutum efficeretur inutilis, & ſic ad dictos ann. duc. 90. non refertur, l. cum vulgari, ff. de dote præleg. Barboſ. ibidem n.11. & ſequeretur abſurdum, dum primum pactum dationis inſolutum deſtrueretur; vt probat Barboſ. in ſępiùs citato loco n. 12. ac iurium correctio, vt tradit n.18. ac etiam quia ex tali relatione reſultaret intellectus iuri contrarius, vt probat n.20. ex l.adoptionis, ff.de adopt. Septima conuincitur à maioritate rationis, dum adeſt maior ratio, vt referatur ad proxima, quam remota, vt deciſum teſtatur Barboſ. n.12. verſ.limitatur, deniq; eo magis, quia loquitur per verbum *(le predette)* quod latinè exponitur (dictæ) quæ dictio refertur ad proximè, & immediatè expreſſa, non autem ad remota, l.talis ſcriptura, ff.de leg.1.Farinac.dec.420.ſub n.3.lib. 1.poſth.Gargiat.conſ.16. n.35.lib.3. Octaua deducitur, nam tunc clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia refertur, quando qualitas omnibus conuenit, ſecus verò ſi vni tantum, tunc enim ad illud tantū refertur, cap.ſingula, in prin. de præb.in 6. per quem tex. ſic probat Alex.conſ. 48.num.19.lib.1.& nouiſſimè Cenc.dec.146.n.7. in caſu tamen noſtro qualitas exigibilitatis conuenit ſolum quoad annuos introitus ſimpliciter ceſſos, debitos per Dominicum Coloniam, & alios, quorum periculum ſpectabat ad cedentem, niſi concurrant requiſita, de quibus in l.3.C.de

nouat. Duran.dec.99. n.2. & 5. Thomat. dec.29. n.2. & 16. Roder. de annuis reddit. lib.2. q.21 n.18. & ſic non conuenit dictis annuis introitibus debitis per illos de Ebulo, qui fuerunt dati inſolutum, & pro ſoluto, & vim ſolutionis obtinent, l.pupilli 96 §.ſoror, ff.de ſolut.l.inter cauſas, §.abeſſe, ff. man. Cenc.dec.288.n.1. quod mēti tenendum dixit Caſt.in d.§.ſoror, ſic etiam tenent quamplures alij, quos refert, & ſequitur Mangil.de euict.q.80.n.11. quando enim nomen debitoris datur inſolutum pro aliquo debito, perindè eſt, ac ſi res debita ſolueretur, vt per Aretin.in l.ſingularia, colum. antepen. circà finem, ff.ſi cert.pet. vbi etiam Iaſ.n.27.& Cagnol.n.168. Surd.conſ.145.n.14.& 20.verſ.quarto extant, & verſ.quinto hoc, & n.21. & 23.lib.1. & dec.266. nu.5. & 6. quarè ſuccedit regula ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, l.nulla, & l.obligationē, C.de ſolut.cum concord. eo magis, quia nomen debitoris ſolui poteſt pro quantitate, l.ſi ſponſalibus, §.fin.& l.licet, § quoties, ff. de iure dotium, & in terminis terminantibus, quod nomen debitoris ceſſum ex cauſa dotis inſolutum, & pro ſoluto, fit periculo ceſſionarij, probat Bald.in l.promittendo, ff.de iure dot. & alij, quos refert, & ſequitur Roder. de ann. redd. lib.2.q.21. n.18.circa medium, & periculum ſpectat ad ceſſionarium, vt in dictis iuribus, & l.ſi mandauero, §.pen.ff.mand.Duran.d.dec.99.n.6. Thomat.d.dec.29.n.15.& Roder.vbi ſup.n.18. & ſic in ſolutis non cadit promiſſio exigibilitatis, ſed tantum in ceſſione ſimpliciter facta, & cum diuerſa militet ratio, ad illos non refertur, Alex.conſ.179.n.13.verſ.poſtea inſuper, vol 5.Pariſ.conſ 110. nu.15.lib.3.Rol.à Valle conſ.74. nu. 13.volum.2. & proindè clauſula generalis non refertur ad ea, quæ habēt ſpecialem prouiſionem. Nona, & vltima declaratio, clauſulam prædictam exigibilitatis referri debere ad dictos annuos ducatos 84. ſiquidem dum fuerunt ceſſi dict.ann. duc.84.fuit concepta ceſſio in hæc verba, videlicet, *l'infraſcritte intrate*, quod tamen non fuit factum in ceſſione dictorum ann. ducatorum 90. debitorum per illos de Ebulo, ſed tantum fuerunt dati inſolutum, & pro ſoluto, ſine verbo illo, *intrate*, & nihilominus quando fuit facta prætenſa promiſſio exigibilitatis, fuit ſimiliter facta per d. verba, *dette entrate ſiano eſigibili*. Ex quibus declarationibus ad theſim illam adaptatis, clauſulam ſcilicet in fine poſitam ad omnia præcedentia referri, apertè dignoſcitur, in theſi noſtra minimè ſibi locum vendicare. Minùs vrget promiſſio exigibilitatis, multoq; minus ſi (demus gratis) illā relationē habere ad dict. ann.duc.90. debitos p ipſos de Ebulo, nā nō p hoc poterit ſe iuuare Dux Limatulæ, ſi infraſcripta pōderētur. Cōſtat ſiquidem, plurimum eſſe ſatisfactum promiſſioni exigibilitatis, dum tempore dationis inſolutum nomen ceſſum pro idoneo, & exigibili, palàm, & publicè habebatur, quidquid poſtea ſequutum fuerit, & ſic exigibilitas conſideratur tempore ceſſionis, ex Iaſ.in l.ſciendum, §.ſi fundum, ff.qui ſatiſd. cog. vbi etiam Ang. poſt princ. & Marſil. de fideiuſſ.num.261.probat Cenc. dec.506.nu.4. in nouiſſima impreſſione, & num.5. comprobat exemplo fideiuſſoris, cuius idoneitas conſideratur tempore, quo fideiubet, vt deciſum refert in Romana pecuniaria coràm Placito 19. Februarij

1590.& iterum tenet in dict.tract.de euict.in poſtrema editione,quæſt.72. num.23. verſ.declaratur ſecundo, & verſ.ſecundo, & verſ.immò promittens, & propreteà periculum contingens ceſsionarii, per regulam l.id,quod,& l.neceſſario in princ.ff.de peric,& comm.rei vend. ex quibus colligitur,nullam habendam eſſe rationem de Gratiano contrarium aſſerente in lib. 3. diſcept, forenſ.cap.523.num.17. verſ.& in ſpecie,quem pars pro ſe adducit. Eo fortius, quia & ſi in nomine ceſſo promittatur exigibilitas, tamen ſi tẽpore ceſsionis ceſsionatius ſciebat qualitatem cedentis, vt eſt in caſu noſtro,periculum nominis ceſsi ad ipsũ ſpectat,ex latè deductis per Menoch.conſil.778.num.5.cum ſeq.ſic etiam in debitore ceſſo per dotantem marito pro dote ſuæ vxoris (circa quem caſum verſamur) ſi maritus ſciebat qualitatem debitoris ceſsi, ſibi imputari debet, cuiuſq; periculo ſtabit nomen ceſſum,vt in terminis docet Barz. dict.deciſ.110. num 9.& in præſenti caſu debitores ceſsi erant melioris conditionis tempore ceſsionis, quam poſt,nec vllam diligentiam per Ducem adhibitam fuiſſe dignoſcitur ex toto proceſſu ad exactionem faciẽdam, immò dicimus, ob negligentiã Ducem non exigiſſe, & ſic ſibi ſimiliter attribuitur deterioratio nominis ceſſi,l.quod quis,ff.de reg.iur.cap.damnum,eo.tit.in 6.Becc.conſ.105.num.19. & n.25. verſ.4. vbi alios allegat, ſic etiam probat Ruin. Gozad. Decius, Barz.Eugen.Surd.Mantic.& Felician. quos adducit, & ſequitur Cenc. dicta quæſt.72.num.20. verſ.ſecus autem,Mangil. in dicto tract.de euict.quæſt.99. nu.11.& quæſt.80. num.15. & 16. alias eſſet in poteſtate ceſſionarii differre exactionem,in damnum cedentis,vt per Card.Pariſ.conſ.49.n.14 Eugen.conſ.73 n.15.lib.1. dicitur autem quis negligens, & in culpa,ſi vſus non ſit remediis oportunis congruo tempore cõtra debitorem ceſſum,cap licet Epiſcopus,de præb.in 6.gloſ.in cap ſi Clericus,in verbo negligentiæ, eod. tit,immò eſt in dolo qui non vult exequi,quod poteſt, l.dolus, ff.mand. & in terminis ceſſionis tradit Gozad. conſ. 38. num. 11. Ruin.conſ.45.num.4. & 5. & in fine,lib. 5. Becc. dicto conſ.105.num.26.Thomatus dicta dec. 29. num.31.& 32.Barz.deciſ.72.num.10. ad finem deciſionis, quæ ſanè culpa,ac dolus Ducis comprobatur ex eo, nam in dicto anno 1631. petiit duc.2000.terriarum, & ſic non exegit tertias ab anno 1609. vnde debebat agere contra debitores ceſſos pro conſequutione tertiarum in dicto anno 1609 & ſucceſsiuis temporibus, vel ſaltim debebat interpellare ipſum Marchionem poſt dictum annum 1609. vel experiri ſuper liquidatione inſtrumenti via Ritus M. C. V. contra prædictos debitores de Ebolo, dum ſibi reſeruauit poteſtatem liquidandi inſtrumentum in capitulis matrimonialibus, procul enim dubio proceſsiſſet Marchio ad liquidationem prædicti inſtrumenti contra dict. debitores, à quibus obtinuiſſet ſatisfactionem dotis, & tertiarum, quæ interpellatio omninò requirebatur, ad hoc vt quis regreſſum habeat contra cedentem, & propterea dum ceſsionarius fuit negligens in faciendo quod facere tenebatur,cedens ad nihilum tenetur,ex ſupra deductis, & in ſimili probat etiam Magon. deciſ. Florent.30. num.8. & 32. & alii,quos adducit, & ſequitur Gargiareus conſil.97.num.51.lib.1.Menoc.conſ.778. num.3. & 4. & probatur ex his, quæ in propriis terminis tradit D. Reg Rouit.deciſ.43.per totam,vbi fundat, & deciſum refert, non poſſe agi contra tertium pro intereſſe tertiarum, ſi ex negligentia creditor non exigerit,quælibet namq; promiſſio intelligitur,dummodò culpa, & facto eius,cui promittitur aliquid nõ cõtingat, vt p Alex.cõſ.114. lib.2.præterea ſupradicta promiſſio exigibilitatis intelligitur de ſoluendo quidquid exigere non potuerit à debitore ceſſo, nam fideiuſſoris loco habetur qui affirmat,aliquẽ eſſe ſoluendo idoneum, l.cum oſtẽdimus, §. final. vbi notant Doct.ff.de fideiuſſ.& nom,& hæred.tut. Simon de Prætis conſ.89.n.5.& tamen fideiuſſor tenetur,quando principalis reperitur non ſoluendo, Barz. deciſ.110,num.14.verſic.nihilominus,ſemper enim tenetur de ſuo, & dicitur obligatus ſub conditione,& in ſubſidium caſu,quo debitor ſoluendo non ſit, l.ſi fideiuſſores 41.ff. de fideiuſſ. Gargiar. qui alios adducit dicto conſil.97.n.53.& proindè negligentia ceſſionarij in non exigendo ſibi nocet.l.ſi fideiuſſor creditori, ff. de fideiuſſ. Coſta de iuris, & facti ignor.diſt.95.num.1.& in indiuiduo, quod promittens ſoluere quod ab alio quis conſequi nõ poteſt, dicitur debitor ſub conditione, ſi à debitore exigere non potuerit,vt in l.decem, ff.de verb. oblig, ibi,ſed Meuias ſub conditione debet, ſi a Titio exigi non potuerit, quod verbum,exigere, intelligitur ab inuito debitore extorquere, gloſ.in l.Thais 41.§ poſt mortem teſtatoris,in verbo exactionem,in margine, vbi iura ad hoc allegat,ff. de fideicommiſſ. liber. Vltatius (vt ponamus ſecurim ad radicem) aduertendum togo, quod Dux ceſſionarius exegit tertias ab illis de Ebolo per annos octo ſecundum confeſſionem eiuſdem Ducis in ſupplicatione, ex quo dicitur ſatisfactum promiſſioni exigibilitatis, itaut de cætero amplius Marchio cedens non teneatur,ſi ceſſionarius exegerit per duos, vel tres annos tantum poſt ceſſionem, vt non ſemel fuiſſe per Rot. Rom. deciſum, refert Cenc.deciſ.476.num.2.deciſ.506.n.3.& dec.507. num.2.in poſtrema editione,promiſſio ſiquidem exigibilitatis non debet trahi ad perpetuitatem, vt fuit determinatum per dictam Rotam Romanam in Romana Cenſus 5. Maii 1627.coram Coccin. de qua teſtatur Cenc. dicta quæſt.72. num.23. verſic.& ad effectum, & habetur in deciſ.476.num.6.vndè dum habemus punctuales deciſiones,ceſſant omnia argumenta, & regulæ generales in contrarium adductæ, teſte Præſ. de Franch.deciſ.363.num.... Amat.conſil.1.n.21. & notat Niger Ciriac.controu.248.nu.21.& 22. lib.2.vbi alios citat.Hinc corollariè infertur, quã rum ſit deferendum Gratia. lib.3.diſcept. forenſ. cap.527.num.5.6.14.30.35.& 36.vbi aſſerit,quòd ſemper, & ſucceſſiuis temporibus cedens teneatur nomen ceſſum præſtare exigibile, cuius authoritati innixus aduerſarius eam ſibi perſuaſerit ſententiam, quinimmò factum, de quo per Gratian.dicto cap. 527.ſatis differt à noſtra facti ſerie,itaut ex diuerſis non ſit facienda illatio,vulg. l.Papinianus exuli, ff.de minor. ſequentia adducere non grauabimur, ſiquidem in caſu Gratiani ceſſio nõ fuit facta inſolutum,ſed ſimpliciter ad effectum vt ceſſionarius ſibi ſatisfaceret ſuper nomine ceſſo, & propterea periculũ ſpectabat

bat

bat ad cedentem, vt apud ipſum videre eſt n. 3. ſecus vero in re noſtra, vbi ceſſio fuit facta inſolutum, & pro ſoluto, & proindè periculum ſpectat ad ceſſionarium, quod non valuit negare idemmet Gratian. ibi ex Maſtr. deciſ. 179. num. 18. & ſeq. lib. 2. & Bellon. in deciſ. Ianuæ 2. num. 16. & aliis ibi adductis, de quibus nos ſupra verba fecimus. Item ibi fuerat promiſſum debitum exigibile, alias voluit promiſſor teneri ad reſtitutionem ſortis capitalis, & intereſſe, quo caſu excuſſio non requiritur, vt infra probabimus, quod ceſſat in caſu præſenti, inſuper in caſu Gratian. fuerunt expeditæ literæ executoriales ad inſtantiam ceſſionarij contra debitorem ceſſum, & nihil inuentum, vt exequi poſſet, vt nu. 10. hic autem non fuerunt expeditæ dictæ literæ executoriales, immò etiam ſi fuiſſent expeditæ, adſunt bona pro executione, pariter Gratian. conſiderauit in caſu ſuo fugam debitoris, ex qua debitor præſumitur non ſoluendo, & ſic non exigibilis, vt d. n. 10. hic autem deficit fuga, immò adeſt depoſitum. Fuit quoq; obſeruatum ibi per Gratian. non adfuiſſe culpam ceſſionarij in exigendo, nam decoctio euenit de recenti poſt ceſſionem, vt n. 18. & non potuit exigere capitale, dum reperit, cedentem exigiſſe ſemeſtre maturandum poſt ceſſionem à debitore ceſſo, hic autem ceſſionarius ſtetit per 12. annos, vt habetur ex ſupplicatione, & proindè ex defectu ſolutionis tertiarum per annum poterat liquidari inſtrumentum per cedentem, & ipſum ceſſionarium, iuxtà pactum adiectum in capitulis, & ſic culpa ipſius ceſſionarij non luit exactum capitale eum tertijs, vndè ipſi imputari debet, & quatenus in re præſenti decoctio aliqua præſumi poſſit Ioa. Baptiſtæ, & Aureliæ (quod non liquet) vſque ad annum 1625. & ab anno 1609. vſque ad annum 1615. poterat exigere ceſſionarius, eo magis, quia adeſt depoſitum, & poteſt etiam agi ſuper bonis Beatricis de Ebulo inſolidum obligatæ, vt fatetur Dux in ſupplicatione, & tandè in caſu Conſultationis Gratian. non requirebatur excuſſio nominis ceſſi, quia aderat obligatio Cameralis, vt nu. 37. hic autem non adeſt obligatio, immò in capitulis matrimonialibus deficit etiam cõſtitutum, videat ergo nunc Aduerſarius, ſi Gratian. locus illi opituletur, vel potius nobis ſauaat, dum in re prorſus diuerſa à noſtra reſpondit. Addimus prędictis, adhuc Marchionem eſſe abſoluendum ab obſeruatione iudicii prædicti, non enim poteſt ceſſionarius ex abrupto contra cedentē agere, niſi prius omnem diligentiam contra debitorem ceſſum (quamuis difficilis ſit exactionis) pro illius conſecutione adhibeat, vt in l. fin. vbi gloſ. in verbo paſſim, ff. ſi cert. pet. vbi etiam Imol. & Fulg. d. l. decem, ff. de verb. obl. ibi, à Meuio enim ante Titium excuſſum non rectè petatur, ſic etiam probatur in l. ſi decem 21. vbi gloſ. ff. de ſolut. & interim inquietari poteſt cedens, Scacc. de commerc. §. 2. gloſ. 5. num. 259. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 5. num. 31. & ſeq. tom. 1. vbi ſic deciſum refert per illum Senatum, & probant Becc. dict. conſ. 105. num. 13. cum plur. ſeq. Barz. dict. deciſ. 110. num. 22. verſ. cum igitur, Surd. conſ. 452. num. 22. Eugen. conſ. 73. num. 9. 15. & 16. lib. 1. Ruin. conſ. 45. num. 5. lib. 5. Soc. conſ. 231. num. 5. in fine, Menoch. conſ. 778. num. 3. & 4. lib. 8. Thor. voto 91. num. 72. Donat. Anton. de Marinis lib. 1. quotid. reſol. cap. 41. nu. 5. Cenc. d. quæſt. 72. num. 23. verſ. cæterum in his etiam caſibus, Niger Ciriac. controuerſ. 374. nu. 18. controuerſ. 375. num. 17. vſque ad 21. lib. 2. quod procedit etiam ſi fuerit renunciatum beneficio excuſſionis, Cancer. variar. reſolution. lib. 1. tit. de fideiuſſ. num. 54. & etiam mediante iuramento, Hering. de fideiuſſ. cap. 27. num. 83. Franc. Marc. deciſ. 421. par. 2. in quo iudicio excuſſionis erat requirendus Marchio, vt diximus de eo, qui non poteſt agere de euictione, niſi in iudicio contra ipſum moto requirat vendentem, l. libera, C. de ſent. & interloc. omn. iud. cum aliis iuribus ſupra adductis, & in terminis terminantibus, quod etiam in ceſſionario requiratur denunciatio in iudicio excuſſionis, benè probant Caſt. conſil. 170. nu. 3. lib. 2. Decian. conſ. 97. lib. 3. Gerius Spin. conſ. 35. num. 30. Bertran. conſ. 217. num. 2. lib. 2. Thomat. dec. 29. num. 30. & Roder. de ann. redd. lib. 2. q. 21. num. 23. Niger Ciriac. dicta controu. 374. num. 29. & 31. & ſi aliunde habuerit ſcientiam, vt fundat num. 30. Nec alterius, quam ceſſionarij partes erunt diligentiā adhibere, ita vt enim effectu conſequatur creditum ceſſum, aut obtinere ſententiam Iudicis, per quam declaratur, debitorem excuſſum, & repertum non ſoluendo, vt firmarunt Gabr. com. concluſ. lib. 1. tit. de fideiuſſ. num. 52. in fine, Aretin. de fideiuſſ. cap. 3. num. 186. non enim ſufficit diligentia vſque ad ſententiam, immo neque vſq; ad excuſſionem incluſiuè, niſi ſequatur ſententia ſuper excuſſione, vt in propriis terminis docet Thomat. ub. ſupra, num. 18. & 19. & proindè diligentiis prædictis non adhibitis citato ipſo cedente abſolui debet cedens ipſe, vt fuit deciſum per Rotam Maceratenſem apud Thomat. dicta deciſ. 29. ſub num. 32. & ſic requiritur citatio cedentis, & excuſſio, vt etiam per Ba. a. deciſ. 20. ſub num. 43. prout vtraque interuenit in caſu deciſionis eiuſdem Barz. 110. vt habetur num. 12. verſic. cum igitur, & ante interpellationem non conſtituitur in mora cedens, ſicuti dicimus in promiſſore indẽnitatis, vt fuit deciſum per Rot. Rom. apud Cenc. deciſ. 342. n. 2. & 3. & dec. 343. num. 4. & licet pars adſtruat, adeſſe impedimentum in liberatione dicti depoſiti, tamen tenetur illud tollere pro facienda dicta excuſſione, alias agere non poteſt contra cedentem, vt optimè probat Thomat. dicta deciſ. 29. num. 29. verſic. ſed impedimenta, immò debet dari terminus ad probandum exiſtentiam aliorum bonorum, etiam ſi de depoſito liberationem conſequi non valeret, vt per Surd. conſil. 452. num. 11. & ſeq. ex Aug. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. & non ſolum excuſſio eſt facienda in bonis, ſed etiam in perſona, Scacc. de cambijs dicto §. 2. gloſ. 5. num. 260. hinc ad euitandū dicta excuſſionem fuit adinuenta cautela, quæ in praxi ſeruatur, vt per Felician. in tract. de cenſ. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 14. verſic. verum in hoc, quam cautelam ſectatus eſt Cenc. d. q. 73. num. 13. verſic. quam neceſſitatem, vt ſcilicet in contractu ceſſionis cedens non ſolum promittat nomen ceſſum exigibile, ſed etiam accedat tanquam fideiuſſor pro debitore, & tanquam principalis obligatus inſolidum cum ipſo, volens etiam teneri non ſolum reſpectu ſortis principalis, ſed etiam fructuum in poſterum de-

cur

currendorum, quæ clauſula acceſſit in caſu Gratian. dicto cap. 527. num. 3. verſ. quod etiam apertè, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, merito non facta excuſſione audito cedente, non poterit agi contra ipſum Marchionem, nec dicatur, excuſſionem locum non habere in dote, de qua agi prætendit, ad tradita per Carroc. de excuſſion. quæſt. 25. par. 2. num. 1. & 2. quandoquidẽ de dote minimè hic tractatur, ſed de pacto exigibilitatis, immò & ſi de dote ageretur, adhuc excuſſio requiritur, ex traditis per eundem Carrocium ibidem num. 3. vbi de magis communi opinione teſtatur, ac in excuſſione, dotem non eſſe priuilegiatam tradit ex Crot. qui pariter de communi teſtatur conſil. 107. num. 6. ex Burſat. conſil. 113. num. 35. volum. 1. immò etiam ſi excuſſio fuiſſet facta ſuper bonis Io. Baptiſtæ, & Aureliæ, adhuc tenetur ceſſionarius agere, & excuſſionem facere ſuper bonis Beatricis de Ebulo inſolidum obligatæ, verſ. capitulis, & ſic non facta dicta excuſſione, non poteſt moleſtari Marchio, ſicuti dicimus in caſu fortiori in vxore, quæ ſi habet alium obligatum cum viro pro reſtitutione dotis, vergente correo ad inopiam, vxor non poteſt agere pro aſſecuratione dotis contra virum, dum eſt cauta ſuper bonis viri, ad tradita per Caſtrenſ. conſil. 6. numer. 2. & 22. lib. 3. hinc etiam dicit idem Caſtr. in l. inter eos, §. creditor, ff. de fideiuſ. quod ſi creditor habet pignus ſufficiens, non poteſt conuenire fideiuſſorem, & in caſu, de quo agitur non ſolum adeſt depoſitum maioris quantitatis, ſed poteſt, & agere debet contra bona Beatricis principalis debitricis ceſſæ, ſuper quibus poteſt ſatiſfieri pro toto debito, Gargiat. conſil. 110. num. lib. 1. Marta clauſ. 210. num. 1. de clauſ. & in ſimili Bertaz. de clauſ. in clauſ. 39. Gloſ. 7. hæc autem omnia ex abundanti dicta ſunt, debitores enim ceſſi ſunt exigibiles, ex quo ſunt ſoluendo, quod idem importat, ad tex. in l. vlt. in princ. ff. ſi cert. pet. Socin. conſil. 275. num. 5. in fine, Gratian. dicto cap. 527. num. 10. lib. 3. diſcept. forenſ. quod autem ſint ſoluendo, præſumitur, donec contrarium probetur, vt per Seraſin. deciſ. 1394. nu. 5. tum etiam, quia idem Dux in ſupplicatione fatetur, adeſſe depoſitum peruentum ex patrimonio Aureliæ, & Io. Baptiſtæ de Ebulo, in quo comparuit pro liberatione eius crediti, vnde etiam attento tempore præſenti, prædicti debitores ſunt exigibiles, & ſic ſoluendo, dum adeſt depoſitum ſatis maioris quantitatis, parum efficit altera limitatio, quæ pro parte Ducis aduerſus receptã hanc concluſionem adducitur non requiri excuſſionem, dũ patrimonium dictorũ de Ebulo eſt adeò inuolutum, vt disbrigari nõ poſſit, abſq; altiori indagine, & maxima impenſa, & propterea poſſe agere contra Marchionem cedentem, ex Bellon. deciſion. Ianuæ 156. nu. 7. & ſeq. Siquidem ruit manifeſtè ex ijs, quæ pleniori calamo ſupra tetigimus, dum probauimus, excuſſionem omninò requiri citato cedente in dicto iudicio excuſſionis, etiam ſi debitor ſit difficilis exactionis, addimus tamen, ad hoc vt pars pacato conquieſcat animo, deciſionem Belloni in nihilo refragari, ibi enim fuit deciſum contra cedentem ex infraſcriptis, tum quia fuit promiſſum nomen bonum, vt n. 2. tradit, tum etiam, quia nomen ceſſum tempore ceſſionis non erat verum, vt ſub num. 4. ibi cognouit Rota, ſed erat debitum in diem, ideò durante dilatione conueniri non poterat debitor ceſſus, ſic pariter ibi fuerunt ceſſæ etiam actiones perſonales, quas non potuit ceſſionarius experiri contra debitorem ceſſum, dum habebat ſaluumconductum, vt ſub n. 10. ibi vltimo conſideratum fuit, & denique debitor ceſſus ibi fuit declaratus nõ ſoluẽdo, vt n. 11. in fin. ibi, prout declaratum fuit, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, quapropter tantum abeſt, vt Bellon. nobis officiat, vt potius euidentius appareat noſtras fouere ſententias. Nec tantillum obicis præſtat aſſeueratio altera, quæ ex parte Ducis affertur; quod ſi creditum ceſſum cum promiſſione exigibilitatis tale eſſe debeat, vt nihil ei opponi poſſit, ex Bart. in d. l. fin. in fine, per illum tex. ff. ad Maced. Dec. d. conſ. 102. n. 1. & Mangil. dict. quæſt. 79. n. 10. & 11. Nam ea, quæ mox exarauimus contrarium ſuadent, dum fundauimus, teneri ceſſionarium excuſſionem facere contra debitorem ceſſum citato cedente, ipſoq; audito, quibus (ne Noſtrates negligamus) maximè conducunt tradita per eruditiſsimum Reg. Galeot. in ſuo 1. volum. controuerſ. Illuſtr. controu. 32. per totam, & ſignanter in facti themate, in princ. vbi pro abſoluto tenet, in cauſa illa fuiſſe factam excuſſionem nominum ceſſorum, audito Marchione Apicis conuento, & doctrina Decij nec quidem repugnat, ibi dict. n. 1. circa finem fundat, non requiri denunciationem, quia in inſtrumento ceſſionarius fuit conſtitutus procurator in rem propriam, quo caſu cedens in iudicio videtur præſens, l. 1. §. 1. ff. de procur. l. fin. C. eod. quod ceſſat in caſu præſenti, & ſic fruſtra ad hoc allegatur per partem aduerſam, Reiectis igitur contrarijs firma remanet concluſio per Nos probata, Marchionem minimè teneri ad impetita per Ducem Limatulæ, quicquid ex aduerſo in contrarium ſit excogitatum, ſubmittentes omnia rectiori, ac purgatiori iudicio Senatus Ampliſsimi, coram quo res agitur. L. D. B. V. M. Neap. die 2. Aprilis 1641. Michael Angelus Giptius. Facta relatione in S. C. die 3. Iunij 1641. per Reg. Conſ. Andream Prouenzalem, fuit præuia ſententia condemnatus Marchio Celentiæ ad ſoluendum Duci Limatulæ annatas decurſas à die 22. Aprilis 1632. & ad correſpondendum ſingulis annis in futurum, ſalua prouiſione facienda reſpectu annatarum decurſarum pro præterito, partibus plenius auditis, &c. In Banca de Feltre Magiſt. Actor.

Debitores Vniuerſitatum eligi prohibentur ad regimen illius, ex diſpoſitione Pragm. 2. §. 17. & 18. vbi Montan. num. 1. de admin. vniuerſ. & Reg. Rouit. n. 30. Michael Zappull. ſuper dicta Pragm. §. 16. num. 1. quod eſt etiam de iure comprobatũ in l. 1. C. de debit. Ciuit. lib. 10. Præſ. de Franch. deciſ. 404. num. 6. Capibl. in Pragm. 10. num. 115. de Baron. Auguſtin. Caput. de Regim. Reipubl. cap. 3. num. 95. vbi plura deduxit poſt Loſeum de iure vniuerſ. par. 3. cap. 6. num. 18. ſimilitèr illi, qui litem habent cum Vniuerſitate, vt diſpoſitũ eſt in eadem Pragmatica, vbi Reg. Rouit. n. 30. Michael Zappull. ibidem in §. 17. idem Auguſtin. Caput. vbi ſupra, & paritèr de iure cõmuni Io. de Platea in l. Duumuirum, C. de decur. lib. 10. Anend. de exeq. mand. p. 1. cap. 19. ſub num. 23. in fine, & idem fuit iudicatum in Collat. Conſil.

die

die 24 Nouembris 1608. in cauſa particularium Ciuitatis Netitoni cum eademmet Vniuerſitate, facta relatione in eo per Ill. Marchionem Corleti Regentem Regiam Cancellariam, & Regium Collater. Conſiliarium, & inter cætera verba decreti hæc leguntur, videlicèt. Debitores Vniuerſitatis, & litigantes cum ea, nec ipſi eligantur, nec in aliorum electione ſuffragia ferẽdi ius habeant, & forma prædicta in omnibus ex nunc in antea electionibus fiendis ſeruetur, non obſtantibus conſuetudine, decretis, ac ordinationibus contrarijs quibuſcunque, &c. Goroſtiola Reg. Conſtantius Reg. De Caſtellet Reg. Marcus Antonius de Ligorio Reg. Scriba à mandatis.

Debitores Eccleſiaſticarum perſonarum, & locorum piorum an includantur in dilatione conceſſa in indulto generali conceſſo à D. Rege, decrsum fuit affirmatiuè, ità D. Reg. Sanfelic. deciſ. 187.

Decima debita, & exacta ex quibuſdam fructibus, an etiam debeatur de omnibus fructibus ex arboribus, & omnibus natis, & recollectis in eodem loco, ſeù territorio, ex quo ipſi debentur, cũ fuiſſet inſtitutũ iudiciũ ad inſtantiã Reu. Capituli Tarentini contra particulares Vniuerſitatis Marubij ab anno 1600. ſuper relaxatione territoriorum, in quo Vniuerſitas ipſa comparuit pro defenſione ſuorum Ciuium, confitendo, quod poſſeſſores dictorum territoriorum cõtentorum in loco nuncupato Caſtigno debebant, & ſoluebant eidem Reu. Capitulo decimas frumenti, ordei, auenæ, fabarum, lini, milij, & croci, ob quod dictum Capitulum inſtitit, quod citra præjudicium dictæ relaxationis petitæ ſoluiſſent dictas decimas confeſſatas, ac etiam decimas omnium fructuum naſcendorũ ex dicto territorio, vnde per S. C. fuit interpoſitum decretum in anno 1610. quòd conuenti cõtinuent ſolutionẽ fructuum confeſſatorum in articulis Vniuerſitatis, ſalua prouiſione facienda reſpectu aliorum contentorum in dicta comparitione, & nihilominus procedatur ad expeditionem cauſæ, pro cuius decreti executione dictum Capitulum cõtinuauit exigere dictã decimã, & procurauit expeditionem dictæ cauſæ principalis, ideſt relaxationis, quare ipſi poſſeſſores fuerunt abſolnti, verum continuent ſolutionem decimæ. ſeruata forma decreti S.C. & fuit etiam ordinatũ, quòd procederetur ad explicationem prouiſionis reſeruatę in eodem decreto in anno 1610. circa decimam omnium fructuum, & dum tractaretur procedi ſuper dicta decima omnium fructuum prætenſa à dicto Capitulo, prætextu quòd decima debeatur ratione dominij, & per conſequẽs omnium fructuum naſcendorum in dictis territorijs, iuxtà deciſa per Reg. Rouit. in deciſ. 97. vltra alios Doct. citatos ex parte dicti Capituli, hoc eſt Mohed. deciſ. 69. Franc. Marc. deciſ. 198. p. 1. Capyc. dec. 23. Put. dsciſ. 100. p. 1. Papon. lib. 1. tit. 12. arreſt. 12. prout ita in eadem cauſa fuit per idem S. C. determinatum, deberi decimam omniũ fructuum naſcentium in territorio nuncupato de Caſtigno in anno 1630. ad relationem Regij tunc Conſil. D. Didaci Soriæ, ad cuius corroborationem erunt inſpicienda annotata per Oliuer. Beltram. in annot. ad deciſ. 567. num. 10. Sanctiſſ. Gregor. Papæ XV. Ludouiſij, probando, quòd exigens decimas quòad vnam ſpeciem fructuũ, cenſetur eſſe in poſſeſſione exigendi omnes fructus ratione iuris vniuerſalis, pariterque decimandi ius, quando eſſet reale, complectitur etiã nouos fructus, & quidquid naſcitur ex ipſa terra, ita habetur in deciſ. Rot. Rom. nouiſſ. 33. n. 14. & cum fuiſſet petita reſtitutio in integrum aduerſus tale decretum ex parte dictæ Vniuerſitatis pro iuſtificatione iurium eius ciuium, & obtentum verbum fieri in S. C. dicebatur, iuſtiſſimè fore decernendum, eſſe deferendum petitę reſtitutioni in integrum, & proinde non moleſtari vltra decimã confeſſatam, ex eo quia produxerat in facto certam immemorabilẽ, vna cum requiſitis à iure, cum qua probatum eſt, quod dictum Capitulum debet conſequi ſolum decimam fructuum confeſſatorum, & non aliorum, & nedum reſpectu particularium Maragij, ſed etiam reſpectu aliorum locorum conuicinorum in dicto loco Caſtigni, vt ſunt Monacizzum, Turricella, Lizzanum, & alia, & prædictam immemorabilem deponunt vndecim teſtes exteri, non aliter intereſſati, de viſu, ſupra annos 40. & de auditu ab eorum ſenibus, qui aſſerebant, intellexiſſe ab alijs ſenibus, nec contrarium intellexiſſe, & amplius deponunt de fama publica, hi omnes teſtes plenè probãt de viſu per annos 40. & plus, de auditu, & de auditu auditus, & de fama publica, & quod non fuit auditum contrarium, Præſ. de Franch. deciſ. 66. num. 21. Reg. Reuert. deciſ. 68. par. 4. in manuſcriptis, Anna conſ. 59. in princ. lib. 1. ſtante immemorabili, illa erit ſeruanda in materia decimarum, admittitur etiã talis præſcriptio de non ſoluendo decimam, etiã quod debeatur ratione dominij circa certã partem, & circa certum genus fructuum, vt de aliquibus fructibus ſoluatur, & de alijs non. Rota deciſ. 474. num. 5. tom. 2. 1. p. Farin. Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 51. cum ſeq. ſicut etiam & conſuetudo in prædictis admittitur, Paul. de Caſtr. conſil. 17. lib. 2. Couar. pract. quæſt. cap. 17. num. 8. verſ. ſeptimo eodem iure, P. Graff. conſ. 1. tit. de decim. lib. 3. Nauar. cõſ. 1. de decim. P. Moneta in tract. de decimis, cap. 5. q. 4. num. 94. Io. Bapt. Coſta omnino videndus conſ. 40. num. 15. cum ſeq. & indicauit Rota, de qua deciſione meminit Cancer. omnino videndus lib. 2. var. reſol. cap. 23. de decim. n. 27. & ſeq. in nouiſſ. impreſſ. vbi Rota voluit, valere conſuetudinem prædictam, & non requiri præſcriptionem, præſcriptio enim immemorabilis habet vim priuilegij, & conceſſionis, Andr. in cap. Imperialem, n. 50. de prohib. feud. alien. per Feder. Mioſyng. obſ. 30. cent. 1. Mandel. Alba conſil. 792. circa finem, lib. 4. Anna dicto cõſil. 59. num. 18. lib. 1. & eo magis prædicta procedunt in hoc caſu, quia agitur de decima in minutis, & non agitur de decima in groſſis, quæ iam ſoluitur in fructibus confeſſatis in quibus illa conſiſtit, & de iure admittitur ſolitum, quod de minutis non debetur decima, Rebuff. d. tract. de decim. q. 13. n. 51. Veral. dec. 12. & 244. par. 1. P. Moneta dicto tract. de decim. cap. 5. quæſt. 4. num. 43. Mareſcot. lib. 2. var. reſol. cap. 95. num. 58. nec requiritur in hac immemoriali interpellatio pro parte exigere debentis, & recuſatio ex parte ſoluere debentis, dum habet vim tituli conceſſionis, & priuilegij, Purpur. conſil. 536. num. 11. & conſil. 580. num. 19. lib. 2. Balb. de præſcript. par. 5. quæſt. 7. in fine, Crauet. conſ. 155.

&

Digitized by Google

& in tract. de antiq. temp. vlt. quæſt. princ. n. 36. Feſtaſ. in tract. de collect. p. 4. cap. 4. quæſt. 8. Peregrin. conſil. 14. n. 20. lib. 1. Io. Bapt. Coſta dicto conſil. 40. num. 28. Reg. Rouit. deciſ. 97. num. 21. Anna dicto conſil. 59. nu. 67. & 68. lib. 1. & ſi in hoc caſu adeſt certo modo interpellatio, & recuſatio, dum decima eſt exacta in dictis fructibus, & in alijs fructibus non eſt exacta per tempus immemorabile, ſicut dicitur, quod non vſus concedit libertatem, ſi venit occaſio exigendi, & is, qui debet exigere, omiſit ab vno, & exigit ab alio ſpatio quadraginta annorum, quia dicitur quædam interpellatio, & recuſatio, per plura Bammac. in cap. ſi quis per triginta, num. 37. ſi de feud. defun. mil. Flores de Mena variar. reſolut. lib. 2. q. 21. n. 266. Cancer. variar. reſol. cap. 4. de ſeru. à n. 148. ad 157. quidquid dixerit Alex. in conſ. 136. lib. 2. Pariſ. conſ. 104. num. 134. lib. 1. nam opinio contra Alex. eſt receptior, & verior, Anna dict. conſ. 59. n. 67. & 68. Natta conſ. 406. 446. & 486. lib. 2. ſed Alex. & ſequaces non loquuntur in immemorabili, de qua eſt præſens caſus. Non obſtat dec. Reg. Rouit. 97. nam in ea deciſione nihil fuit diſcuſſum de immemorabili plenè probata, vt eſt in hoc caſu, nec Doct. citati in eadem deciſ. nec aliquis ex illis Doct. loquuntur in immemorabili, & aſſumpta facta in illa deciſione non poſſunt applicari in iſta cauſa, ſiquidem primum aſſumptum n. 8. quod particularis poſſeſſio decimandi ratione dominij territorij in certa parte fructuum conſeruat poſſeſſionem reſpectu omnium fructuum, procedit reſpectu fructuum, non adhuc perceptorum, vt quia territorium erat in aliqua parte incultum, vel quia de nouo ponuntur arbores, non alias poſitæ, & poſtea territorium reducitur ad culturam, vt loquitur Reg. Lanar. conſ. 32. n. 3. & ità procedunt etiam iura citata in eadem deciſione n. 15. 26. & 27. Secundum aſſumptum n. 9. ex cap. cum in tua de decim. procedit in decima debita, in qua qui præſcribit pro certa parte, cenſetur præſcribere in totum contra Dominum decimæ, & in illa parte non exigentem, & non loquitur contra debitorem decimæ, hic ſumus in præſcriptione non ſoluendi, & certo modo ſoluendi, ità reſpõdet Rota in dict. deciſ. relata, Cancer. dict. n. 27. cum ſeq. vbi amplius dixit Rota, paria eſſe, quod alius ſit in poſſeſſione, & quod poſſeſſor territorij non teneatur ex conſuetudine, item tex. in dict. cap. cum in tua, & ibi Doct. non loquuntur de immemorabili. Tertium aſſumptum num. 11. quod conceſſo territorio ad certam partem fructuum vineæ, debeatur etiam pars de fructibus arborum, ex l. certo generi, ff. de ſeru. ruſt. præd. ſimilitat non procedit in hoc caſu, nam dict. tex. cum gloſ. ibidem, & Doct. citati per Reg. Rouit. dict. n. 11. 12. 13. & 14. procedunt ad finem interpretandi, quod debeatur decima de omnibus fructibus, non data tamen conuentione in contrarium, vt expreſsè dicit tex. in d. l. certo generi, & dum adeſt immemorabilis, iam apparet de conuentione in contrarium, dum ea immemorialis habet vim tituli, & conceſſionis, vt eſt dictum. Quartum aſſumptum n. 13. verſ. Card. Seraf. dec. 1203. quod ſi per nouos fructus occupantur illi, de quibus decima debetur, quod iſti noui fructus cenſeantur ſubrogari in locum priorum, ſimiliter non procedit in hoc caſu, in quo talis occupatio nõ prætenditur, & quod adeſſet, non negatur, & decima deberetur, & ſi S.C. in eadem dec. habuit pro vero, non deberi decimam de arboribus ſupra centum annos plantatis, & ibi n. 22. verſ. propter, ſequitur neceſſaria conſequentia, quod neq; debetur de plantatis infra centum annos, ſi fuerint in ſubrogationem priorum arborum, ſicut enim præſcriptio in vna parte territorij, & in vna parte fructuum facit acquirere in reſtanti parte, & in reliquis fructibus: cur non idem in perdendo, & in acquirendo libertatem, vt idem operetur per contrarium propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito. Item video, per partem aduerſã allegari Mohed. Franc. Marc. Capyc. Put. & Pappon. locis relatis, qui ſi legantur, & ſi aliquid faciunt ad fauorem partis, non ſatisfaciunt, quia hic non agitur de territorijs reductis de nouo ad culturam, nec de arboribus nouiter poſitis, ſed de immemorabili circa certum genus fructuum, hæc ex allegationibus editis per Petrum Carauitam I. C. & Aduocatum ſolertiſſimum. Facta relatione in S. R. C. per Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſceptulam, Menſe Martij 1640. deciſum fuit, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, penès Secretarium in Banca Speræ.

Decoctio an probetur, ſi debitor paulatim ſoluerit debitum, dum integrum ſoluere non potuit, vt contingit in cauſa Iſabellæ de Attenaſio cum Saluatore de Vrſo, qui cũ apocã bancariã in Banco S. Iacobi confecerat in beneficium ipſius Iſabellæ, quæ cum totam ſummã cõſequi nõ potuiſſet à dicto Banco, ſed paulatim infra certum tempus, demum conquæſta in M.C. conueniri fecerat dictum debitorem ad ſoluendum debitum, & videbatur dicendum, ius ſibi ſuffragari, quoniam creditor non cogitur accipere ſolutionem imminutam, & quod totum non capit, abſorbet, & extinguit debitum, ex Coro. & Surd. probat Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 50. n. 3. Nihilominus contrariũ fuit deciſum per M.C.V. ad relationem Iudicis Io. Arcamoni de anno 1640. & fuit abſolutus conuentus, vt patet ex actis in Banca Palmæ, nam fuit habitum pro vero, quod non per hoc dicebatur Bancum fallitum, dum ſoluebat, licet paulatim, donec cum effectu fuerit declaratum fallitum, etenim debitor ad hoc vt dicatur non eſſe ſoluendo, requiritur ſententia declaratoria, And. Gayll. practic. obſeru. lib. 2. obſeruat. 51. num. 3. & cum fallimentum, ſiuè decoctio præſumi videtur incontinenti poſt contractum celebratum adeſſe, vt in materia fallimenti Banci probat Noguerol. alleg. 16. num. 57. cum ſeq. & in caſu prędicto nullatenus apparebat, merito dici non poterat defeciſſe, eo maximè, quia ſoluebat indiminutè, & qualiter probetur, debitorem principalẽ non eſſe ſoluendo, docet Marcell. Calà de modo articul. §. 2. gloſ. vnica n. 157. & quando dicatur debitor non ſoluendo, oſtendit Pyrr. Maur. Aret. in tract. de fideiuſſ. ſect. 6. cap. 3. n. 187.

Decoctio, ſeù fallimentum Banci, cui cedere debet, an in præiudictum creditoris, vel debitoris, ſi poſt celebratum contractum emptionis annuorum introituum factum ab aliqua Vniuerſitate cum obligatione particularium, & pretium fuerit ſolutum, prævia apoca Banci facta per emptorem directa Banco ſoluenda, quæ non aliter

illi

Digitized by Google

illicò præſentata fuit, ſed indè poſt certos dies, immò menſem, & intereà Bancū defecit, de hoc incidit controuerti in cauſa Fabritij, & Alphonſi Lombardi cum Vniuerſitate, & hominibus Terræ Vrſariæ, fuit deciſum per S.C. poſt abſolutam Vniuerſitatem, particulares Vniuerſitatis prędictæ eſse condemnandos ad ſoluendum tertias decurſas, alias prouidebitur ſuper reſciſſione contractus, prout teſtatur D.Reg.Hector Capyc. Latro conſult.150.tom.2.

Deductio alicuius quantitatis pecuniæ an erit facienda ob cauſam malæ qualitatis pecuniarum currentium tempore emptionis alicuius rei factę, ob quod lęſio prętendebatur, prout in facto accidit in cauſa Elenę Fatangolæ cum Principe S. Agathæ, quæ prętendebat deductionem pro emptione Terię Fagnani, facta tempore, quo currebat pecunia duorum tertiorum, & proindè expoſtulabat terminum ad probandam læſionem ad facilius reddendum petitam deductionem, per duo decreta S.C. ad relationem Regij tunc Conſil. Scipionis Rouiti fuit deciſum, quod procedatur ad deciſionem dicti articuli abſque termino, vt refert D.Rag.Fab.Capyc. Galeota in reſp.fiſcali 17.n.26.& ſubdit n.27.fuiſſe deciſum per R.C.S. in cauſa Affictatorum Gabellæ vini ád minutum, & fuerunt abſoluti Gubernatores Arrendamenti vini à prætenſa deductione petita per d. Affictatores, penès Salamonem.

Defenſæ nouæ fieri nequeūt in territorijs Vniuerſitatū per Barones, vt fuit deciſū per S.C. p Vniuerſitate Stili contra Venerabile Monaſteriu S. Stefani del Boſco, Nouar.prag.11.coll.11.n.3.de Baron.

Defenſiones reis inquiſitis de eodemmet delicto æqualiter an erunt cōcedendæ intus carceres, vel extrà carceres, vtputà ſi vnus ipſorum fuerit captus, & carceratus, alter verò ſe ſpontè præſentauerit, quamuis in hoc arbitrium Iudicis debeat eſſe regulatum, attenta qualitate delictorum, & perſonarum, ſi intrà carceres, vel extrà carceres inquiſiti debent audiri in eorum defenſionibus, quæ de iure reis dari debent, Foller. in eius praxi, rub. & facta litis conteſt.n.1. Guazin. in tract.ad defenſ. reorum, defenſ.24.cap.5. Ciazius diſcept.forenſ.crim, in diſcept.32. adhuc tamen omnibus reis inquiſitis pro eodem delicto æqualiter erunt concedendæ intus carceres, vel extrà carceres, ea propter cum in cauſa Ambroſij & Liſi de Meo inquiſitorū de homicidio in perſonam Ioſephi Venturæ, & fuiſſent per M.C.V. datæ defenſiones intus carceres ad relationem D. Iudicis Miuurilli equitis S. Iacobi meritiſſimi, fuit ex parte vnius ipſorum, qui ſe ſpontè præſentauerat appellatum ad S.C. & obtentum in verbum fieri, quoniam non æqualiter terminus defenſorius erat concedendus intra carceres, ex eo, quia reſpectu ſui erat ſignum innocentiæ, dum ſe præſentauerat ſpontè in M.C. vt probat Foller. in d. praxi, rub. & ſi comparet ante cotum. n.1. ex Cepol. Marſil. & Gram. ibi relatis, cum alijs citatis ibidem ab Angelis in addit. n.1. & vltrà eos Blanc. in eius praxi crimin. §. ijs ſic præmiſſis n.131. fol.136. ex dict. Cępol. & Marſill. in eius praxi crimin. §. diligenter, n.204. Iacob. Nouell. in tract. ad defenſam rub. reſponſ. reor. in Conſt.n.10.& ſeq. vbi plura deduxit, Iul. Scarlat. inter conſil. crimin. diuerſ. nouiſs. tom.2. conſ.106. n.16. & comparitio ſpontanea purgat omne vitiū, Menoc. de præſ. lib.2. præſ.24. nu.14. quò fit, vt ex tali comparitione ſpontanea nedum relaxari deberet ſub fideiuſſoribus, latè Foller. in eius praxi crimin. rub. verum ſi citati compareant, ibiq; optima Addit. Baldaſſ. ab Angelis, poſt eorum examen illicò faciendum, vt Foller. d. praxi rub. & ſi compar. ante cōtum. n.2. ſed et eis defenſiones cōcedendę extrà carceres, iuxtà regulam traditam à Bart. in l.3.§. quid ergo numer.4. ff. de alienat. iudic. dicente, quod parcitur ſpontè ſe offerenti, & quatenus veritet puniendus, mitius punitetur, quia præſumitur ſine dolo deliquiſſe, ità ex Becc. Ioſeph. Ludou. Farinac. q.81. cap.4. nu.8. Ludouic. Gilhauſ in arbor. iudic. crimin. cap.6. p.2. n.33. Guazin. in tract. ad defenſam. def.32. cap.36. Felic. alleg.58. num.13. p.1. Farinac. in eius praxi q.81. num.179. & 180. etiam in pœnis ordinatijs, vt ſubdit nu.184. & ex ijs facta relatione in S.C. per Iudicem D. Ioannem Burgos, fuit per S.C. mandatum eidem M.C. vt prouideret reſpectu ſpontè comparentis, vt dentur defenſiones extrà carceres, in Banca Ioelis Mag. Act. à quo decreto cum fuiſſet reclamatum ex parte patris occiſi, dicebatur omninò tales defenſiones eſſe concedendas intus carceres, & ſic confirmari decretum ipſius M.C. pro ſecuritate perſonæ illius, eò quia agebatur de delicto graui, ſcilicet homicidio, pro quo ambo erāt inditiati ex eorum confeſſione extraiudiciali, quę licet ſufficiens non ſit ad condemnandum, niſi fuerit geminata, vt probat Bariand. in ſua praxi cauſ. crimin. reg.54. n.4. Felic. alleg. 27.n.3.p.1. Farin. q.82 n.13. Ciazius in tract. de confeſſ. rei contra Fiſcum, cap.2.n.18. attamen talis confeſſio extraiudicialis ad torturam erit ſufficiens, & ſemiplenam probationem facit, Bariand. vbi ſup. n.1, & 2. Gilhauſ. vbi ſup. num.43. Giurba conſil. crim.87. n.20. latè Guaz. eo. tract. defenſ.12.c.34. Peguera deciſion. Cathal. 17.n.3. Farin. q.82. n.53. eo maximè quando fuiſſet roborata tempore, & loco, ità Bart. Bal. Alex. Iaſ. Marſill. & Alciat. probat Iacob. Nouell. in ſua praxi crimin. §. ſciendum eſt autem, n.35. Ciazius dict. tract. eodem cap.2. numer.22. immò etiam ſi loco, & tempore non fuerit roborata, ſed tantum ſpecificata perſona occiſi, Farinac. dict. quęſtion.82. num.50. & per binos teſtes probata, quoniam tunc benè probaret, Felic. alleg. 10.n.38. par.1. Ciazius de confeſſu rei contra Fiſcum cap.2.n.20. & in facto probatum extitit ex confeſſione extraiudiciali reorum dixiſse, craſtina die de ſero velle dictum occiſum occidere, & ſic exequutum, & poſt commiſſum homicidium alio ſequenti die per aliam confeſſionem extraiudicialem dixiſse, iam fuiſse commiſſum homicidium, ex quo nedum reſultare videbatur, ipſam fuiſse loco, & tempore roboratam, ſed verius geminationem ipſius, quę ſufficiens erit etiā ad condemnandum, vt dictum eſt. Accedebat etiam aliud inditium inimicitię inter eos grauis, & proculdubio inimicitia facit inditium, quemadmodum ex multis probat Iacob. Nouell. vbi ſup. n.3. eo magis, quando eſſet adminiculata ex fama, vel fuga, & ſimilibus, idem Gilhauſ. in dict. arbore cap.6. p.7. n.43. vt erat in facto probatum, Giurb. conſ.5. Felic. alleg.46. n.80. p.1. concurrebat demum abſentatio ipſorum, & hoc cum ſit proprium reorum fugere, Rota in nouis

deciſ.2.num.4 de ſeq. poſt. vt contingit Adæ poſt delictum, Gen.3.abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi, vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei, vbi es? qui ait, vocem tuam audiui in Paradiſo, & timui, eo quod nudus eſſem, & abſcondi me, talis enim fuga facit reum culpabilem antequam contra ipſum inquiratur, multos allegat Iacob. Nouell. in eadem praxi, §. quamplurimos, n.74. & 75. Battand. dicto tract. reg.32. vbi etiam de latitante agit, latiſſimè Farin. in eius praxi q.48. Accedebat quoque fama delicti contra eos, quæ ad inquiſitionem eſt ſufficiens indicium, Battãd. dicta pract. reg.2. num.3. latè Ciazius diſcept. for. diſcept.20. quinimmo ex ijs comperitur, tàm ob grauitatem delicti homicidij pro qua impoſita eſt pœna mortis, probat Iul. Clar. in §. homicidiũ, num.14. quàm ex inditijs ſupra relatis, eos eſſe pœna capitali plectendos, quo fit, vt carceratus non relaxatur ſub fideiuſſoribus, quando eſſet Indiciatus ad torturam, ſiuè pœna eſſet corporalis, ſiuè pecuniaria, Farin. in eius praxi, q.33. num.38. & 39. aut quando delictum eſſet graue, & ageretur de pœna corporali, vt ſubdit nu.48. nõ mirũ ſi homicida debet ex vinculis ius dicere, nec eſt fideiuſſoribus relaxandus, Roder. Suarez de fideiuſſ. in cauſ. crim. num.18. licet autem ijs replicari potuiſſet ex parte rei ſe conſtituentis ſponte in carcere, hæc ipſi non officere, nam reſpectu indicij abſentationis, ſiuè fugæ, ſtante comparitione ſpontanea tollitur, vt probat Ciazius dict. tract. ad defenſam reorum, diſcept.115. num.3. neque obſtabit geminatio confeſſionis extraiudicialis, quatenus ineſſet, quæ non erit ſufficiens ad condemnandum, quatenus adeſſent alia indicia, Guazin. dicta defenſ.32. cap.33. in princ. neque indicium inimicitiæ ſufficiens erit ad torturam, etiam ſi eſſet capitalis, Ciazius in dicto tract. diſcept.34. num.1. neque fama ſola ſufficiens erit ad torturam, Battand. regula 27. num.2. & reg.29. num.4. & propterea cum ſit relictum arbitrio Iudicis, an carceratus relaxandus ſit, nec ne, vt inquit Farinac. dicta quæſt.33. num.71. non erit opus diſſerere, ſi pro leui delicto, & pro pœna pecuniaria impoſita erit relaxandus, vt ibi Farinac. num.1. dixit, ſiuè quod ſit delictum graue, & ageretur de pœna corporali, vt ſubdit ſub dicto num.48. hinc in praxi eſt receptum, quod quando reus ponitur ad largam, ſibi copia proceſſus decernitur, cum termino ad faciendum ſuas defenſiones, inquit Ambroſ. in ſuo proceſſu informat. lib.3. cap.1. num.19. vbi num.21. ſubdit, quandoque non poni ad largam, dantur defenſiones, & copiæ conſignantur, interim in ſecretis carceribus remanenti, vndè conſpicitur, hoc eſſe relictum Iudicis arbitrio, cõſiderata qualitate perſonarum, & delictorum. Demum facta iterum relatione per eundem Dominum Iudicem Minutillũ ipſius M.C.V. die 8. Octobris loco reclamationis in eo, Sac. Conſ. fuit mandatum, vt defenſiones intus carceres ambobus darentur, penès Secretarium in Banca Ioelis;

Delegatio alicuius cauſæ criminalis facta per Principem alicui Iudici procedendi ex proceſſu informatiuo cum abbreuiatione, an comprehẽdat fideiuſſorem, cui fuit conſignata mulier, non tamen eo tempore de aliquo inquiſita, vt prætendebatur conſcia in morte viri, ſed illinc ad certos dies compertum adulterium per eam comiſſum cum occiſore viri, ob quod eo peruento ad eius aures in Monaſterium ingreſſa eſt, cuius occaſione fideiuſſor moleſtari dubitabat, vigore dictæ delegationis, quemadmodum in facto occurſo ventilari contingit, ſuppoſito prius fuiſſe cõmiſſum homicidiũ à Seio in perſonã Caii, ſecũ ducentis vxorẽ, vnde Iudex audito clamore aſtãtes aliquos teſtes carcerando pro captura informationis, conſignauit dictam vxorem ſub cautione Ferdinando Stinca, germano occiſi, quare ad inſtantiam quærelantium fuit per Excellẽtiſſimum Proregem delegata cauſa M.C.V. vt procederet contra inquiſitum ex proceſſu informatiuo, ac cum abbreuiatione forjudicationis, vt moris eſt, interea compertum fuit, dictam vxorem commiſiſſe adulterium cum occiſore, cuius cauſa eius vir fuit occiſus, ob quod Fiſcus citauerat dictum fideiuſſorem ad præſentandum dictam vxorem, quæ audita informatione adulterij contra ipſam capta, de facto Monaſterium ingreſſa fuit, & cum ipſam fideiuſſor exhibere nequiuerat, ad euitandum modum procedendi ex abrupto, preces porrexit dicto Excellentiſſimo Proregi, in tali delegatione non eſſe comprehenſum, & ſucceſſiuè ſecum non deberi procedi extraordinariè, ſed ordinariè, quatenus procedi deberet, ſemota delegatione, licèt pro parte Fiſci diceretur, cauſam ipſius inquiſiti eſſe connexam cum cauſa delegata, & ab ea procedere, ac dependere, vndè ſuccedit regula illa vulgata, connexorum idem eſt iudiciũ, l.3. §. iudicio, ff. de cont. iudic. tut. cum alijs apud Barboſ. in opuſc. princ. vtriuſque iur. lit. C. nu.39. vbi in fine ex Surd. dec.199. nu.13. inquit, quia connexa dicuntur indiuidua, & ſubſequitur ex Scacc. de appellat. quæſt.17. limit.21. ſub num.25. quod connexa vnum reputantur, nimirum quando cauſa principalis venit delegata, cenſeatur etiam delegata cauſa acceſſoria, & connexa, ex Abb. in cap. vt debitus, col.9. in fine, verſ. in gloſ. pen. de appellat. vbi Philip. Franc. notat, Marant. in eius ſpec. par.4. diſt.6. n.31. quo fit, vt delegati iuriſdictio extendatur etiam ad perſonas non nominatas in commiſſione ratione cõnexitatis, inquit Verall. deciſ.191. num.7. par.2. latius Scaccia de ſent. & re iudic. Gloſ.7. quæſt.4. ſpec.6. num.21. vbi num.24. ſpecificè loquitur in fideiuſſoribus, qui acceſſoriè comprehenduntur in reſcripto delegationis, adeo quod fideiuſſor de iudicatum ſoluendo coram Iudice ordinario tenetur ad iudicatum per eius delegatum in eadẽ cauſa, ex Marant. p.6. tit. de ſatiſd. num.12. tradit Cancer. variar. reſolution. tom.3. cap.12. num.110. quo fit, vt cum delegatus non teneatur iuris ordinem ſeruare in procedendo, Maur. Burg. de modo proced. ex abrupto, quæſt.62. num.25. nõ tantum contra principales, ſed etiam contra fideiuſſores, fortius ad perſonas nominatas connexas, & contentas in ea, cum ſit naturale ipſius cauſæ delegatę ad omnia extendi, hoc eſt ad cõnexa, continentia, incidentia, & emergentia illius, ideò delegatus cognoſcit non ſolum de eo, quod venit acceſſoriè ad cauſam, ſed etiam de eo, quod venit acceſſoriè ad acceſſorium, Abb. in cap. prudentiam, §. ſi vero, num.2. & 4. de offic. delegat, ſicque iuriſdictio delegata ad conne-

coonexa extenditur, & ſi mentio de illis nō fiat, And.Gayl.lib.1.pract.obſer.in obſ.70.n.3. ex quo delegatio facta à Principe dicitur fauorabilis, ex Menoc.de arbit.Iud.quæſt.37.num.38.verſ.accedit, probat Rodulſ.in tract. quib. mod.ord.effic. deleg. num. 22. nec propterea mirandum erit, ſi Iudex incidenter cognoſcit de eo, quod principaliter non poteſt, Ang.in l.quoties, num. 1.ff.de Iud. cum alijs à me relatis in voto 26. num. 44. etiam ſi eſſet Iudex incompetens, vt ibi ex Marant.probaui, poſtquam iuriſdictio etiam incidenter acquiri poteſt, hinc eſt, quod licet confeſſio incidenter ſit facta, nō poſſet quis condemnari ſine nouo proceſſu, Bart.in l.ſi confeſſus, ff. de cuſt.reor. fallit tamen, quando confeſſio facta incidenter tangeret negotium principale, de quo quærebatur, quia tunc condemnari poterit, ita ex gloſ. in cap.2.verſic. confeſſus, ibi, vel ideò de confeſſ.notat Catau.ad Affl. deciſ. 176. incip. ad iſtam deciſ. verſ. nota quod, & ita dicendum erat in hoc caſu, poſtquam eum fuiſſet quæſitum de cauſa homicidij occurſi, quæ eſt regina delicti, vt tradit Reg.de Ponte conſ.9. num.24.lib.2.fuit compertum, ob cauſam adulterii commiſſum per occiſorem, & eius vxorem, pro qua etiam inquiri poterat, an homicidio conſenſerat ad euitandum periculum ſui ipſius, ſi à marito fortè adulterium detectum fuiſſet, & ſic negotium principale tangere videbatur, & ſucceſſiuè ad acceſſorium, ſcilicet ad fideiuſſorem, cum fideiuſſionis tractatus ſit indiuiduus, Valent.Franc. in tract. de fideiuſſ.cap.4. num.91. Ex aduerſo ex parte fideiuſſoris, cui mulier cōſignata fuerat replicabatur reſpectu ipſius, quod delegatio minime procedi poterat, & præſuppoſito, quod iuriſdictio ordinaria ſit fauorabilis, & delegatio odioſa, vt inquit Marant.dicto ſpecul.d.par.4.diſt.5. num.30. vndè ſuccedit vulgata regula illa, fauores ampliandi, & odia reſtringenda, cap. odia, de reg. iur.in 6. hinc delegata iuriſdictio cum deroget ordinariæ, erit reſtringenda, vt ibi Marant.n.38. & conſequenter ordinaria amplianda, eo magis, quia iuriſdictio ſpecialitèr conceſſa delegato, nō derogat generali iuriſdictioni ordinarii, nec minuit eius poteſtatem, Viuius in eius Sylua, in opin.435. num. 1. Dec.conſ.3.num.3.& ſic ex diuerſitate factorum non debet fieri extenſio, ex quo delegatio non debet trahi de vno caſu ad alium, Borgn. deciſ. 3. num.19. 2. par. certum erat, quod tractabatur principalitèr de homicidio ſucceſſo, in quo ſi mulier conſenſerat, vel non, ignorabatur, & ſic etiam de cauſa, quare cum ipſa mulier fuiſſet dicto fideiuſſori ſimplicitèr conſignata, non apparebat, ſi ipſa rea eſſet, nam abſque dubio eam ſibi cōſignari tenuebat, ſed poſtquam de adulterio compertum eſſet, ob cuius timorem ipſa aufugerat, & in Monaſteriū ingreſſa eſſet, fuit hoc excogitatum, nam incidenter adulterium occurrerat probari, & hoc caſu per ea, quæ docet Afflict.in dicta deciſ.176. in caſu ab eo relato, nempè de vidua inquiſita de furto, quæ in tortura incidenter confeſſa fuit, adulterium commiſiſſe, refert tamen per S.C.nō aliter fuiſſe punitam, quia non cōſtabat aliundè, cum opus erat nouo proceſſu, ſed fuiſſe liberatā ſub fideiuſſione, vt tradidi in prima parte, verb. confeſſio, vbi alios adduxi, quibus addo Guazzin. in tract.ad defenſam, in defenſ. 32. cap.7. num.2. Ricc.collect.2565.Borrell.in ſumma deciſ.tom.3. tit.6. num.174. & ſic neque cognoſci poterat ab ordinario eius Iudice, quanto magis à delegato alterius cauſæ, vt in caſu noſtro, per ea, quæ ſunt tradita ſuperius; etenim ipſa delegatio cum ſit ſtricti iuris, non extenditur ad perſonas, neque ad res non expreſſas, Maur.Burg.de modo proced.ex abrupto, q.64.num.21. inſuper quatenus contraria procederent contra reos, non tamen contra ipſum admitti videbantur, poſtquam fideiuſſor laborat morbo alieno, vt dixi in voto 62. num.65. nec propterea eius conditio deteriorari poterat per alterum, iuxta vulgatam regulam l. non debet, ff.de reg.iur.cap.nō debet, eod tit.in 6. & licet talis conſignatio per clamidem ſpecies ſit fideiuſſionis, Muſcat. in praxi fideiuſſ. par. 1. modo 9. num. 1. & cum ipſa fideiuſſio ſit ſtricti iuris, ideo non extenditur, Maur. Aret.de fideiuſſ. ſect.5.cap.1.num.3.& cap.2.num.3.& ſect.3. c.5. num.29. non extenditur ad cauſas extraneas, vt dixi in voto 5.num.36. neque extenditur de re ad rem, nec de loco ad locum, nec de caſu ad caſum, vt ibi probaui num.37.ibique etiam n. 38. probando aſſerui, nec de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonā, nec de facto ad factū, demum nec de vno Tribunali ad aliud, ex l. cū apud, ff.iud.ſol.cum alijs ibi, num.39. relatis, Farinac.in eius praxi quæſt 34. num.175. tamen ita pariter ſi fuerit præſtita fideiuſſio coram Iudice ordinario, effectum non conſequeretur coram Iudice delegato, ex traditis ibidem per Farin. num.175.& quamuis ipſamet M.C. ſit Iudex cōpetens ordinarius, Muſcat.in praxi S.C. lib.2.p.1. gloſ. præſentaie, num. 111. talitèr quod ſi fuerit eidē cauſa delegata, ex quo delegatio eſt derogatoria iuriſdictionis ordinariæ, Burg. in d. tract. quæſt.75.num.11.tunc efficeretur Iudex delegatus, ex quo delegatione facta ipſi ordinario, in ea cauſa deſinit eſſe ordinarius, & efficitur delegatus, Torniol.in conſ.82. num. 14. ex quo ſuccedit in cauſa, & fideiuſſio non extingueretur, & transiret ad ſucceſſorem in dignitatem, vt ibi Farin.n.175.& ſeq. nō tamē procederet reſpectu modi procedendi, vt infra, vndè quemadmodum per mutationem Iudicis fideiuſſio euaneſceret, poſt Henrig. de fideiuſſ. cap.20. §.26. n.1. Aretin.de fideiuſſ.ſect.10.cap.26. & 50. non ita per diuerſitatem modi procedendi, vt idem Aret. eo.tract.ſect.2.cap.1. num. 47. notat potiſſimum reſpectu ipſius fideiuſſoris, ex eo, quia modus talis procedendi habet locum tantum contra delinquentes, vt refert Maur. Burg. dicto tract. quæſt.47.num.8.& ſeq.& quæſt.66. num.16.& ſic non contra fideiuſſores. Facta relatione in Collat. Conſil. ſub die 19. Decembris 1640. per Iudicem Fabium Apicella, fuit deciſum citra delegationem procadendum eſſe in cauſa prędicta, ſub tutela Ioann. Franciſci Vitaliani Aduocati Neapolitani ſolertiſſimi, & mei conſobrini, in Banca Panſeræ.

Delegatio alicuius cauſæ facta à Principe per viam ſui Secretarii alicui, ſi poſt decretum interpoſitum fuit reclamatum, & habitus recurſus ad cōſilium ipſius Principis, non tamen per medium eius Secretarij, an erit reclamatio admittenda, refertur deciſio infra in verbo reclamatio.

Delegatio conceſſa M.C.V. contra fures committentes furta intus Ciuitatem Neap. an extenda-

tur ad fures exteros aduenientes Neap. cum te furtiua, deciſum fuit negatiuè, ità D.Reg.Sanfel. dec.41.

Delictum quod nam ſit, an peculatus, vel de reſiduis, quoties conductores vectigalium non ſoluerint integram pecuniam creditoribus, refertur deciſio in verbo pecunia.

Delictum in genere an probatum dicatur, ſi ictus ſcoppicti non aliter fuerit conſummatus, ſed tantum ignis ſuccenſus in focone, deciſum fuit tam per M.C. quam S.C. vt liberaretur inquiſitus, ex quo non videbatur delictum in genere ex hoc probatum, vt refert Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 323. in fine, in noua impreſſione.

Delinquens ab hominibus priuatis extractus à loco immuni, & poſtea captus à familia Iudicis ſæcularis, an veniat reponendus, deciſum fuit negatiuè, D.Reg Sanfel dec.286.n.6. ſub iſta diſtinctione, quando facto Iudicis ſub falſis ſuaſionibus fuerit extractus, ſecus tamen ſi aliorum opera fuerit captus, licet nouiſſimè contrarium fuit iudicatum, vt infra in verbo immunitate.

Delinquens pendente ſecuritate non conuictus, licet tortus, an poſſit pœna extraordinaria puniri, in occurrenti caſu cuiuſdam habentis ſecuritatem, qua pendente homicidium patrauerat, deindè fuit tortus per M.C.V. & non confeſſus, quia vrgentia indicia aderant, & non erant ob torturam purgata, fuit deciſum per S.C. & M.C. eſſe iterum torquendum, D. Reg. Sanfel. dec. 47. in princ. 47

Denunciatio an fieri debeat inquilino à nouo conductore tribus retromẽſibus ante diem tranſmigrationis, concluditur negatiuè, & ſic fuit iudicatum pro nouo conductore per S. C. D. Reg. Sanfel. dec. 300. & in dec. 9. cum citat nouiſſimè Hodierna ad Surd. dec. 33. n. 10.

Deponere an teneantur Clerici, aliiq; Religioſi in criminalibus ſuper delicto in genere, relata fuit deciſio ſup. ver. Clericus.

Deponere an teneatur hęres defuncti quæ per eum ex pręterito geſta ſunt, refertur deciſio infra in ver. hæres.

Depoſitio principalis petita ſuper nouis articulis ab aduerſario an erit admittenda, pręſupponebatur in facto, Ioannam, & Venturam Ferraro ſorores fuiſſe declaratas hęredes à M.C.V. quondam Franciſci Antonij Ferrari eorum fratris vtrinq; coniuncti cum beneficio legis, & inuentarij, cuius vigore fuerunt immiſſæ in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, præuio decreto ipſius M.C. & inde præuio mandato notificari fecerunt Didaco Ferraro, vt exfractaret à quadam apotheca domus remanſę in hęreditate, vbi reperiebatur habitare vti inquilinus, & eo intimato fuit datus terminus vtrique parti, & nihilominus prouiſum, quod exfractaret; his peractis iterum fuit decretum, quod terminus alias datus curreret ab hodie, & hoc ſub die 9. Septembris 1639. poſt percunctationem examinis ipſarũ ſororũ viſã à dicto conuento, & poſt dicta teſtificata petijt depoſitionem illarum vti principaliũ die 23. Septembris ſuper nouis poſitionibus, licet ex parte ipſarum replicatum fuiſſet, nõ teneri, ex doctrina Capyc. deciſ. 81. num. 8. Arnon. ſiogul. 36. & Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. par. 5. gloſ. legaliores, n. 32. qui affirmant, quod quis ſuper nouis articulis non cogitur deponere vti principalis, ex rationibus adductis per eos poſt factam publicationem, & magis expreſſè idem Capyc. in deciſ. 15. ait, quòd quando quis eſſet excluſus à probando per lapſum termini, non poteſt facere poſitionem probandam per confeſſionem aduerſarij, ex doctrina expreſſa Pauli de Caſtro per illum tex. in l. 2. §. quod obſeruari, C. de iureiur. per calum. & quamuis per viam argumentationis Capyc. in dict. deciſ. 15. in contrarium adduxerit, quod iura impertinentium ratione termini videantur procedere in teſte ob timorem ſubornationis, quod non eſt in principale, tamen refert Angel. in dict. §. obſeruari ex gloſ. ibi eligente regulam, quod ea tantum ſunt probabilia, quæ ſunt poſſibilia, & dicit declarando, quod vbi eſt impoſſibile, fieri probationem, vel per lapſum termini dati ad probandum, non poteſt tunc de tali impoſſibili fieri poſitio, & ſubdit, poſt lapſum termini non eſſe reſpondendum poſitioni, ex quibus omnibus cum fuerit per M.C.V. decretum, quod procederetur ad ea, quæ incumbunt ſuper expeditione cauſæ, interpoſita appellatione ad S. C. præuia Regia decretatione obtenta verbi faciendi in eo, demum facta relatione in eodem S. C. per Iudicem Don Carolum Lopez die 10. Maij 1640. in aula Regij Conſil. Petri Carauitæ cum interuentu Spectab. Pręſidis S. R. C. fuit confirmatum decretum M.C. remittendo eidem cauſam ſimpliciter, penès Secretarium, in Banca Anaſtaſij Mag. Act. ſub tutela Thomæ Iuuenis Aduocati ſolertiſſimi, quibus adde And. Gayl. lib. 1. pract. obſeru. in 28. obſeru. qui præſertim n. 6. dixit, quod ſemel interrogatus non debet amplius interrogari, & ibi plura ad ornatum huius articuli, et ſic deciſum reſtarat, poſtmodũ interpoſita reclamatione, iterum facta relatione in eodem S. C. eademq; aula, interueniente pariter præfato Spect. Præſide fuit aliud interpoſitum decretũ huiuſmodi v3 Die 15 Iunij 1640. Per S. C. remiſſa eſt eidem M. C. verum ſtante conſenſu partium in aula S. C. declarato M.C. prouideat, quod Ioanna, & Ventura Ferraro deponant ſuper articulis primò loco præſentatis, hoc ſuũ, &c. penes Secretarium de Mercatis in eadem Banca, & iis accedit quod tradit Daniel Moller. lib. 4. ſemeſt. cap 36. quod articuli additionales poſt lapſum terminum probatorium non ſunt admittendi, & licet in quadam cauſa concluſum fuiſſe aſſerat, prætenſum fuiſſe, articulos additionales recipi, vel ſe aduerſus omiſſam probationem reſtitui ex iuſtis cauſis, & propterea audiendum actorem, tamen id declarat, tunc demum procedere, quando articuli eſſent releuantes, & ſi ſecus eſſet ipſis perlectis, eos reijci, vt per ſententiam fuiſſe reiectos retulit, addo Annam in terminis in ſing. 407. quem citat Rouit. in pragmat. 9. de ord. iudic. num. 28. allegans Rotam in antiquis deciſ. 228. ſubdens, quod ex cauſa poteſt iterum Iudex præcipere, ex Bal. ibi relato,

Depoſitio ſola alicuius Abbatis, ſiuè Præpoſiti an ſufficiat, vel neceſſe erit, vt cæteri Religioſi repræſentantes totum Monaſterium deponant, in facto euenit, qualitèr cum fuiſſet petitum legatũ ducatorum 2000. factum in beneficium D. Stephani de Alberto Clerici Regularis Theatini

per

per D. Hieronymam de Gueuara, contra Ill. Ducem Bouini, ex cuius parte fuit petita depoſitio principalis, & ſic Monaſterij Theatinorum S. Pauli de Neap. comparentis pro dicto D. Stephano, & cum fuiſſet iam facta per Præpoſitum illius, replicabatur ex aduerſo, non valere, ſed opus erat depoſitionibus aliorum Religioſorũ, vel quod fieret ad ſonum Cãpanellæ iunctim in Collegio, vel quod alij de Religione deponarẽt ſicuti Sindicus, & decem de populo, iuxtà deciſa per Reg. Rouit. in Pragm. 8. de ord. Iudic. ibiq; Nouar. in collectan. 8. ſuper d. Prag. 8. num. 13. vbi refert deciſionem per nos relatã in 3. part. verb. deponere, vbi refertur fuiſſe deciſum per S.C. vt reciperentur depoſitiones Abbatiſſæ, & Monialium Monaſterij S. Claræ Iſernienſ. Ex aduerſo replicabatur, ſufficere depoſitionem Prioriſſæ, ſeù Præpoſiti, vel Abbatis, omiſſis aliorum Religioſorum, vel Collegatorum depoſitionibus, ex notabili quæſt. 1. Pilei relata ibidem per Reg. Rouit. de qua etiam memor eſt Mantua in ſuo theſeo lib. 4. ſuper l. municipibus, ff. de cond. & demõſt. & idẽ aſſeuerat Anton. del Re de infam. calum. cap. 15. num. 107. præſertim num. 142. vbi etiam de Religioſorum Monaſterio agit, & ſequitur Alex. Sitat. in ſua praxi, cap. 5. num. 32. & iuxtà hanc opinionem refert ita deciſũ D. Reg. Hector. Capycius Latro decif. 86. Benè verum eſt, vt inquit ibidem Reg. Rouit. quod in hoc articulo fuit diuerſimodè iudicatum, iuxtà emergentiam caſuum occurſorum, poſtquam regulariter depoſitio Præpoſiti, Abbatiſſæ, ſeù Abbatis, & Prioris ſufficeret, quamadmodum in propoſito noſtro caſu deciſum fuit per Reg. Conſil. Andream Prouenzalem domi, vt procederetur ad vlteriora, oppoſitis non obſtantibus, ſed interpoſita appellatione præuia Regia decretatione verbi faciendi in S.C. demum eodem referente die vltimo Ianuarij 1640. fuit confirmatũ eius decretum, vt ex actis in Banca Scaccianenti Mag. Act. ſed quando eſſet factum antiquum, quod ab alijs Monacis, vel Monialibus ſciri poterit, tùc pro ſubleuamine petentis, depoſitiònes aliorum exquirerentur, & ſic procedunt deciſiones contrariæ, vt ſupra relatæ.

Depoſitio teſtis in tormentis an egeat ratificatione, relatis hinc inde opinionibus fuit in facto obſeruata ſententia affirmatiua, teſtatur D. Reg. Sanfelic. dec. 22. n. 4.

Depoſitarius aliquorum bonorum mobilium à defuncto in eius poſſe depoſitorum, an cogi poſſit ad illorum exhibitionem, data probatione per quinque teſtes examinatos ad reuelationem excommunicæ, & inde repetitos, obſtantibus aliquibus obiectionibus contra eos factis, & primò contra vnum teſtem ex eis, quia erat minor, ſecundò, quia alius teſtis non fuerat repetitus, immò erat intereſſatus ob prætenſam ſucceſſionem, & ſic cum actor non erat in probatis, fruſtra reſtitutio dictorum bonorum poſtulabatur, & propterea ex facti compendio apparebat, qualiter mortua ab inteſtato Frãceſca de Bottis, remanſerant in poſſe Annæ Melioris Duciſſę Ruſcigni eius neptis certæ gemmæ, vulgò nuncupatæ *vna filza di perle à quattro fila, vno Branchiglio ad Aquila con perle, e rubini, vno paro di Sciaccagli de diamanti con perle*, & quia præfata Anna negauerat, eas eſſe in ſui poſſe, inſtatũ fuit ex parte Antoniæ de Bottis, & Nicolai Goppulæ, V.I.D. eius filij, ipſam condemnari ad exhibitionem, & reſtitutionem illarum, compilato proceſſu fuerunt examinati quinque teſtes, quorum quatuor primo loco depoſuerant ad reuelationem excommunicæ, aſſerentes primo, qualiter dicta Franceſca habebat dictas gemmas, ſecundò qualitèr dicta Frãceſca antequam obiiſſet per certos dies præcedentes aſportauerat dictas gemmas in poſſe dictæ Annæ, quia eius vir intendebat ab ipſa illas auferre, & poſt percunctationẽ illarũ eas conſignauerat eidem ſub cuſtodia, tertiò probatum extiterat, qualitèr poſt mortem dictæ Franceſcæ fuerunt viſæ aſportari per dictam Annam, & ſic communitèr per publicam famam prædictorum verificatum fuit tale depoſitum, quinimmò attenta concludenti probatione iudicium rectè inſtitutum fuiſſe liquebat, relata fuit deciſio in 3. part. noſtri compendij, verbo teſtes.

Depoſitum pro pœna dicentium de nullitate, iuxtà diſpoſitionem Regiæ pragmaticæ an compellatur facere mulier litigans cum ſuo viro, penès quem dos ipſius reſidet, & eius fructus percipit, ità vt inter pauperes collocari debeat, quamuis dotem magnam habuiſſet, benè verum eſt, quod à tali depoſito dicendi de nullitate excluſi videantur pauperes, qui cum nil habeant in bonis, non erit conueniens, quod eorum iuſtitia pereat, dum facultatem faciendi depoſitum non habeant, vt pluries fuit practicatum, & practicatur, quocirca porrecto memoriali Excellentiſſimo Proregi, mandari ſolet S.C. vel M.C. aut R.C. vt conſtito de paupertate, iuſtitiam faciãt, ſicque conſtito de ea per informationem prouidebitur, vt citra depoſitum procedatur ad diſcuſſionem nullitatum, ſtante paupertate, & propterea in occurrẽti caſu cum fuiſſet per S.C. præuio decreto prouiſum, quod Domina Felix Salinas exhibere deberet bona per eam abſtracta, ſi extarent, vel ipſorum pretium Secretario Io. Lezcano, fuit pro eius parte dictum de nullitate, & obtentum reſcriptum ab Excellentiſſimo Prorege, vt conſtito de paupertate S.C. iuſtitiam faceret, per binos teſtes probauerat, dotem ſuam aſcendentem ad ſummam ducatorum vndecim mille extare penès dictũ Ioannem eius virum, & per ipſum percipi fructus, nõ mirum ſi paupercula dici poterat, quia dotem habebat, & eam alius poſſidebat, ac fructus percipiebat, neque de illis diſponere poterat, quia maritus erat dominus dotis, l. doce ancillam, C. de rei vendic. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 9. num. 11. & clauſ. 15. gloſ. 1. p. 2. num. 72. & conſequentèr fructuum dotis, qui ad maritum conſtante matrimonio ſpectant, latè Copus in tract. de fructibus, lib. 3. tit. 2. c. 3. Fontanell. dicto tract. d. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 2. num. 2. in gloſ. 1. p. 3. num. 9. dixit, quod omnes fructus dotis ſpectãt ad maritum, ſiuè iuuent ad ſubſtinenda onera matrimonij, ſiuè non, augebatur difficultas, ex quo vxor, quæ diſceſſit à domo viri non eſt ab eo alenda, Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 7. num. 2. & tit. 16. num. 1. quo fit, vt paupercula iudicari debeat, nam paupertas extrema dicitur, quando à nullo debentur alimenta, idem Surd. tit. 9. q. 32. n. 11. adeo quod in facto apparebat, plurres ipsã mulierem inſtitiſſe pro alimentis, nec pro illis amplius prouiſum. Ex aduerſo poterat conſiderari

rari

rari, certum eſſe de iure, quod alimenta ſint præſtanda per virum vxori diuertenti ex domo viri, maximè ſi ob culpam viri id contingiſſet, vt in facto prætendebatur, ità Fontenell.co.tract. clauſ.6.gloſ.2.par.4.n.70. Farinac.deciſ.ciuil.470. n. . , tom.2.latè Valaſc. de priuil. paupert. q.39. n.21.& peuper non diceretur qui habet vndè ſe elat, Thomat.deciſion.Macerat.10. n.6. Nec obſtat ſi dicatur, quod maritus ſit dominus dotis, quoniam etiam ipſa mulier domina dicitur, licet quiritaria, ſed maritus bonitarius, Fontanell.d. tract.clauſ.6. gloſ.1. par.2 n.29. Anton.Faber in ains Codice lib.4.tit.22. defin.6.n.8.ſed hoc de iure gentium, ſecus de iure ciuili, Grat.conſ.149. n.3.vol.2.& ſubdit ibidem Fontanell.n.41.quod maritus ſit verus dominus, & poſſeſſor, mulier ficte, & imaginariè, quanquam maritus, & vxor ambo poſſeſſores dotis dicantur, vt ibi num.37. & ſequitur num.44.quod ambo dicuntur ſecundum aliquos poſſidere dotem, non in ſolidum, ſed pro indiuiſo, vel vt proſequitur n.46. maritum poſſidere naturaliter, mulierem verò ciuiliter, vtcunq; ſit, maritus eſt verè Dominus dotis, quemadmodum in præcedenti num.45. cenſuit, quoniam id procedera tradit reſpectu mulieris quoad commodum alimentorum, & aliorum pro ipſius commodo, ſicque in hoc videbatur concludendum, vt ſuprà dictum eſt, quanquam realiter ſi mulier ipſa nil in ſui poſſe haberet, vt potuiſſet de aliquo diſponere, licet bone dotalia poſſideret, quæ penès virum reperiuntur, adhuc paupercula dici potuerit, cum paria ſint non poſſidere, ſed non pacificè, Maſcat.de probat. concluſ.193. n.32. ſed in iſto pacto compertum erat, ipſam mulierem diſceſſiſſe à domo viri cum magna bonorum quantitate, conſiſtente in gemmis, catenis aureis, vaſis argenteis, veſtibus, & alijs ſuppellectilibus, aſcendentibus ad ſummam ducatorum nouem mille, ad quorum reſtitutionem fueret condemnata, ſiuè ad illorum pretium, idcircò paupercula dici non poterat, cum in ſui poſſa talia bona reperiabantur, & ſic fuit interpoſitum decretum huiuſmodi. Die 20. Maij 1628. Neep. facto de prædictis verbo in S.C. per Meg.V.I.D. Marcellum Marcianum Reg. Conſiliarium, & cauſe Commiſſar. Decreto S. R. C. prouiſum eſt, quod facto prius depoſito diſcutiātur nullitates propoſitę, hoc ſuum, &c. Marcellus Marcianus. Franciſcus Anton.de Mercatis Secr. penès Iacobum Figliolam Mag. Act.

Depoſitum factum à debitore, non tamen integrū totius ſummæ debitæ, fortè ex tractatu conuentionis, ſucceſſo fallimento depoſitarij an in damnum creditoris, vel debitoris cedere debeat, ex facto occurſo oſtendebatur, qualiter Antoninus Monitius V.I.D. die 9. Maij 1581. emeret annuos ducatos octuaginta pro capitala ducat. mille à Iulia, & Beatrice de Bernaudo ſuper quadam domo, ſita in platea Sancti Ioannis ad Carbonetum, cui ſucceſſit Michael Angelus Monitius V.I.D. qui citari fecerat dictas debitrices ſuper tanore inſtrumenti pro dictis ducatis mille, & ducatis 80. pro annata finita, poſt peractam liquidationem in forma per M.C.V. fuit poſt dictam liquidationem deuentum ad quodam tractatum inter eos, nempè quod dictus creditor recipere deberet ducatos 750. capitalis, & ducatos 1113. pro tertijs decurſis, verùm quia tale depoſitum non eret integrum, neque Noterius pro mercede ſatisfactus, quamuis recipi debuerant ducati mille capitalis cum tertijs decurſis, nullum indè effectum habuit, quia interim Bācū de Mari ſefellerat, dubitari cōtingit, cuius periculo cedere debuerat tale depoſitum. Pro debitore licet diceretur, depoſitum integrè fieri debere, Ioſeph Ludou.deciſion.Peruſ.105. nu.3. Ripol.variat.reſolut.cap.vltim.num.266.& ſucceſſiuè depoſitum non integrum non releuat, Milanēſ.dec.18. n.27. lib.2. Fonten.dec.72.n.18. nouiſsimè Io. Baptiſta Gargiar.in tract.varijs, in faſciculo iurium, cap.12. n.4. vbi declarat, illud integrum dici, cui nulle pars deeſt, ſicque integra ſumma cum vſuris, & intereſſe offerende erit, Bald.Klamet.in ſuo promptuario, tit.18. §.5 n.6.licet nonniſi vnus nummus deficiat, Cancer.variat.reſolution.tom.3.cap.8. n.104. & ſeq. cum alijs per Nos recollectis in 3.par. verbo depoſitum, poſt Milan.dict.dec.18. num.31. & ad hoc vt creditori poſsit præiudicium afferre, debet eſse integrum, & omnis ſummæ debitæ, Noguerol. allegat.7. num.4. & dum integrè factum non fuerat, periculo deponenti cedere debueret, vt infra dicetur, non tamen periculo creditoris, Noguerol. allaget.7. numer.43. Nihilominus quando ex aliqua cauſa non ſubſiſteret, propter quam debitor excuſaretur, tunc periculo creditoris cedaret, non eutem debitoris, vt ex multis probat Tiraq. de retract. conuent. §.4. gloſ.6.num.34. poſtquam dum tractaretur de recipiendo partem illius, ex quo tractatu videbatur noua conuentio contractus inducte, nam tractatus præcedens eſt firme futuri contractus, & ſi alitèr fieret, contractus nullus erit, Mantic. de tacit. & ambig.lib.1.tit.12. num.27.& extenditur etiam ſi contractus ex interuello ſubſequeretur, Idem lib.3.tit.4. num.4. propter quod videtur periculum pertinere ad ipſum creditorē, ex quo nulla ſubſiſtēte cauſa illud recuſare nequaquam poterat, cum depoſitum iudiciale legitimè factum, ad periculum eius pertinear, qui ſine cauſa accipere recuſauit, Mantic.eo.tract.lib.10. tit.6.num.16. præterea depoſitum factum, ſi nondum acceptatum à creditore, & is, penès quem factū eſt, fallitus eſt, periculū ſpectabit ad creditorem, ita ex Dec. conſ.444. num.21. volum.2. Afflict.deciſ.150.& melius dec.172. firmat Fuſc. ſing.30.lit.D. cum alijs apud Caroc.in tract.de depoſito par.2. quæſt.81. immò licèt integreliter factum non apparebat, ſaltim pro illa parte depoſita, & confeſſata recipere tenebatur creditor, & reſpectu elterius ſummę fortè debendæ ſole oblatione ſatisfactum videbatur, ex traditis per eundem Caroc.eod. tract.dicta par.2. qu.16. & poſtquam illud huiuſmodi acceptare noluit, & depoſitum non acceptans dicitur illud recuſare, Monac.deciſ.Lucenſ.40. num.27. & 29. inde medio tempore caſu ſiniſtro contingēte periculum creditori cedare debuerat, ex parte creditoris replicari poterat, ſtante allegata concluſione, vt depoſitum integrè fieri debeat, alias nullum reputaretur, Mura deciſ.19. num.81.& Milan. deciſ.18. num.27. lib.2. ſubſequitur regule illa, quod ab initio eſt nullum, ex tractu temporis cōualeſcere non poteſt, cap.qui ſicut, de elect. cap. non firmatur, de reg. iur. in 6. l. quod ab initio, ff.de reg.iur. Barboſ.in princ.iuris lit.N. num.40.

&

Digitized by Google

& propterea ſtante nullitate depoſiti creditor illud acceptare non aſtringebatur, eo amplius quia in depoſito requiruntur confeſſio, & ablatio, & depoſitio ex parte rei confitentis, & acceptatio ex parte actoris, ſeù creditoris, vt notat Caroc. dicta quæſt. 16. in fine, vltra alia requiſita relata per Ioſeph. Ludouic. deciſ. 105. n. 3. Monac. vbi ſupra num. 16. & Gargiar. vbi ſupra, Baldaſſar Klamer. in ſuu promptuar. titul. 18. §. 5. quo fit, vt cum depoſitum ipſum fiat gratia deponentis, recipientis, & vtriuſque, vt inquit Mantic. cod. tract. lib. 10. tit. 2. num. 8. Molfeſ. de contract. in 2. par. ſuæ ſummæ, cap. 15. num. 32. & ſeq. in caſu de quo agebatur non alitèr gratia recipientis, ſcilicèt creditoris factum fuiſſe videbatur, quia non ad eius inſtantiam fuerat procuratum, ſed ad inſtantiam ipſius deponentis, ſiuè voluntariè, ſiuè neceſſariè, ob liquidationé factam ad euitandum pœnam, tunc periret periculo Domini, Fontanell. dicta deciſ. 72. n. 16. quia tale depoſitum integrum præſentatur Curiæ pro Tribunali ſedente, & admittitur ad impediendam liquidationem inſtrumenti, Molfeſ. ibi num. 56. ex quo depoſitum factum in Banco tranſit in dominium Bancherij, Cancer. dicto cap. 8. num. 64. Anton. de Amato variar. reſolut. tom. 1. reſolut. 20. num. 2. remanet ipſe deponens creditor illius, ideò eius periculo damnum cedere debuerat, Anton. de Amato vbi ſupra n. 6. maximè quando articuli eſſent controuerſi, vel dubij, ita in terminis deponentis penès Bancum ſucceſſa illius decoctione firmat Conſil. Anna conſil. 78. num. 16. at ſi gratia accipientis factum eſſet, cederet vtique periculo ipſius, Mant. dicto tract. lib. 8. tit. 3. num. 18. Molfeſ. vbi ſupra nu. 46. & ſeq. vel ab ipſo creditore fuiſſet acceptatum, ſibi præiudicaret. Coſta de ratione ratę, q. 83. num. 3. aut ſi adeſſet eius culpa, Fontanell. vbi ſupra num. 52. aut ſibi fuiſſet conſignata cedula, & per ipſum ſteterit, quominus exegerit à Bãco, vt ei imputari debeat, ex deciſis p D. Reg. Hector. Capyc. Latro conſult. 151. tom. 2. aut quando fuiſſet in mora adimplendi ex parte ſua, Mareſc. variar. reſolut. lib. 1. cap. 7. num. 6. ſiuè iudicialitèr liberatũ, ex adductis per Reg. de Ponte conſ. 83. num. 6. volum. 2. ita vt præuia Iudicis ordinatione factum fuerit, quo caſu diceretur legitimum, Fontanel. deciſ. 72. num. 11. poſt Molfeſ. vbi ſup. num. 21. & ſeq. Baldaſſar Klamer. in promptuar. tit. 18. §. 4. & propterea non videbatur ſuffragari deponenti tractatus contentamenti, ex quo aderat proteſtatio ipſius Michaelis Angeli, quæ conſeruat ius proteſtantis, l. non ſolum, §. morte, ff. de noui oper. nunc. cum alijs allegatis per Barz. deciſ. 86. n. 48. neque allegata concluſio Decii, & Affl. quæ indiſtinctè non eſt vera, vt ex Tiraq. de retractu lib. 1. §. 4. gloſ. 6. n. 34. & 35. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. num. 111. quos probat ibi Fuſc. Conſil. Anna vbi ſupra, nec demum altera concluſio receptionis partis depoſitatę, relata per Carroc. vbi ſupra, vbi inquit, cõtrarium tenere gloſ. in l. ſi debitor offerret, ff. de ſolut. vbi Bart. expreſsè hoc notat, & ſequitur Cuman. in l. interdum, §. fin. ff. de verb. obligat. & ideò in cauſa ſororum de Monitio cum eiſdẽ de Bernaudo, ad relationem Iacobi Sallutii tunc Iudicis M. C. V. die 24. Nouembris 1598. fuit per M. C. V. declaratum, depoſitum ducatorũ 861. 2. ſtetiſſe, & ſtare riſico, & periculo depoſitantiũ & propterea licere eidem Michaeli Angelo Monitio nomine, vt in actis vigore inſtrumenti liquidati in ipſa M. C. V. exequi facere, ſeruata forma literarum executorialium ipſius M. C. vt patet in proceſſu præſentato in Banca de Mondellis Mag. Act. S. C. fol. 29. & indè confirmatum per idem S. C. fol. 41.

Depoſitum pretij rei ſtabilis retractæ vigore iuris congrui, ſeù iuris prothomiſeos, ſi non fuerit factum in tempore præfixo, ſed extra tempus, an operetur effectum retractionis, in caſu de quo agebatur non tractabatur abſolutè de iure prothomiſeos per Regni partem, in quo viget Cõſt. Regn. Sancimus, qua tempus præfixum apparet ad retrahendum, ſed agebatur in Ciuitate Neap. cauſa prædicta, in qua locum habet Conſuetudo Neapolitana, in qua ſi rectè inſpiciantur verba, non videtur tempus præfixum faciendi depoſitum, quia diſponitur, eſſe tempus vnius anni præfixum vicino petendi ius congrui à die ſciẽtiæ, quæ ſiquidem ſcientia probari debet, & de ea conſtare, vt annus labatur, ex quo ipſa non eſt facilis probationis, inquit Benedell. in tract. de iure prothom. verbo ex aliquo cõtractu, n. 6. vbi n. 7. ſubdit, quod vbi conſuetudo, vel ſtatutum ſcientiam requirit, tempus non currit, niſi à die ſcientiæ, & ſubſequitur nu. 10. quod etiam vbi non fuerit terminus pręfixus ad retractum rei alienatę, annus currit à die ſcientiæ rei alienatę, ex Tiraquell. & Mandoſ. ibi relatis. Sed replicabatur ex aduerſo, iam ſcientiam habuiſſe vicinum alienationis factæ, nedum ex regula vulgata, quod vicinus præſumitur ſcire facta vicini, de qua per Maſcar. concl. 1413. ſed etiã quia eius rei cauſa litem inſtituit pro retractu, vt probaui in verbo nullitas aduerſus, in fine, par. 3. fol. 168. & per curſum litis nedum annus elapſus erat, ſed triennium, & vltrà, culpa ipſius vicini protelantis litem ſub varijs calumnijs, & dilationibus. Secundò excuſari videbatur, quia attenta diſpoſitione dict. Conſt. vicinus pro eodem pretio conuento præferebatur, ſed per Conſuetudinem prædictam non niſi præuio appretio vicinus aſtringebatur ſoluere pretium rei venditæ, & tantò magis, donec appretium non fuerit declaratum, annus non alter inceperat. Replicabatur hoc non impedire curſum, cum illicò fieri poterat, ſicuti cum effectu iam fuerat factum, & eius vigore per Iudicem præuijs tribus decretis prouiſum, vt faceret depoſitum pretij domus retrahendæ, & nihilominus tranſacto tempore dictæ conſuetudinis, atq; decreti, cum fuiſſet factum depoſitum inſtabat emptor, nè amplius moleſtaretur prætextu dicti iuris congrui à vicino, & quod reſtitueretur depoſitum eidem vicino factũ extrà tempus, ad cuius probationem inquit Benedell. in animaduerſ. ad dict. Conſt. poſt tract. Rendel. de iure prothom. in §. in primis fol. 372. ex Tiraq. de retract. conſang. §. 8. gloſ. 1. numer. 5. debere fieri depoſitum infra tempus conſuetudinis, vel ſtatuti, poſt Arnol. Ferron. in Conſuet. Burdeg. tit. de retract. ſicq; in cauſa Lantiti Iordani A. M. D. conuenti ad inſtantiam Anelli Spottelli ſuper retractu cuiuſdam domus emptæ poſt longam diſcuſſionem litigij, quod per aliquos annos durauerat, & illinc ad certum tempus appretij extrà tempus dicti anni fuiſſet factum

ctum

ctum depoſitum per dictum Anellum, inſtitit ipſe emptor, non fuiſſe factum in tempore, ideò non opitulari, & proindè abſolui à tali rexatione. Et ſic facta relatione per Iudicem Don Ferdinandum Meſſiam, fuit per M.C. iudicatum, quod domus empta per d. Lauritum eidem liberaretur, reſtituto depoſito eidem Anello, & confirmatum per Sac. Conſ. eodem referente in gradu appellationis, vt ex actis in Banca Grilli.

Depoſitum pro pœna nullitatum an teneantur facere conuentæ, quæ obtinuerant reſcriptum à ſua Excellentia, quod cõſtito de paupertate, S.C. de iuſtitia prouideat, adimpletis alijs in forma, iuxtà formam Reg. prag quæ licet præſentaſſent nullitates, nõ aliter conſtabat de paupertate, nec aliter adimpletis adimplendis, ob q̃ fuit prouiſũ per S.C. Die 16. Martij 1637. Neap. facto verbo de prędictis in S.R.C. per Mag V.I.D. Andr. Prouẽzalem Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſar. Decreto S.C. prouiſum eſt, quod Victoria Teſta, & Soror Angela Sirleia faciant depoſitum pro pęna nullitatum, hoc ſuũ, &c. Andr. Prouẽzalis, de Mercatis Secretarius, in Banca Speræ. Cum fuiſſent pro obſeruantia prædicti reſcripti examinati duo teſtes de paupertate ipſius Victoriæ ſine termino conſueto, quod caperetur informatio, & præſentatæ nullitates ſine præſentata Mag. Act. hæſitari contigit, ſi ſuffragaretur ipſi talis examinatio, videbatur affirmandum, cum paupertatis probatio ſit arbitraria, vt inquit Marc. Calà de modo articul. §. 2. gloſ. vnica, n. 407. incumbit eam alleganti probare, Maſcar. de probation. concluſ. 78. n. 15. & cõcl. 1168. n. 9. etenim paupertas quãdo eſt fundamentum intentionis alicuius, ab eo erit probanda. Idem concl. 1159. nu. 5. vbi per totam dictam concluſionem oſtendit, qualiter, & quibus modis probetur, nouiſſimè Gabriel Aluarez de Valaſco in tract. de priuil. pauperum, q. 5. per totam. Nihilominus quia terminus ad ponẽdum, & probandum in omni cauſa datur, conſiderata cauſæ, & locorum diſtantiæ qualitate, Carau. in ritu 69. n. 3. & conſequenter datur ad examinari faciendum hodie ad probatum habendum, quo elapſo teſtes non recipiuntur, idem Carau. in ritu 152. n. 1. eo quia terminus conceſſus ad producendum, & examinandũ teſtes, intra terminum iurare, & examinari debent, Minſyng. cent. 6. ſing. obſeru. in obſeru. 57. n. 3. ex Specul. ibi relato, latè Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 5. gloſ. citati, vndè quemadmodum teſtes recepti elapſo termino, nulli reputantur ordinariè, maximè poſt publicatum, iuxtà tradita per Muſcar. in praxi S.C. lib. 1. p. 5. gloſ. citati, nu. 6. ità è cõtra ante terminũ examinati. Pręterea qa in omnibus ſcripturis, quę pręſentantur in omni Curia, & foro huius Regni coram Actuarijs, & Magiſtris Actorum fit per eos pręſentatio, cum appoſitione diei, & anni, & per quem præſentantur, vt in pragm. 26. §. 5. de offic. S.C. & in pragm. 20. n. 80. de offic. Iudic. de quibus etiam latè apud Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. p. 7. gloſ. ſcripturę, & gloſ. pręſentatas. Sed quia nullitates ab iſtis pręſentatę non videbantur huiuſmodi factę, ideò nulla ratio habri debuerat, & non ab re ſi iterum facta relatione in eodem S. C. per eundem die 24. Maij 1642. fuit confirmatũ decretum prędictum, benè prouiſum, vt ex actis in cauſa Thomei Scorzelli cum Victoria Teſta, & Sorore Angela Sirleta, in Banca Speræ.

Deſertio quemadmodùm admittitur in cauſa principali, ac appellationis, an pariter in cauſa reclamationis admitti debeat, videtur dicendum, quod non, ex differentia tradita inter appellationem, & reclamationem, eo quia appellatio datur de iuſtitia, reclamatio verò ex gratia, vt refert D. Pręſ. de Franch. deciſion. 684. ſub num. 1. ipſa enim appellatio interponitur ab inferiori Iudice ad ſuperiorem, latè Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. par. 1 gloſ. tenebitur, num. 2. latius Pet. Gregor. in tract. de appellat. lib. 3. cap. 1. per totum, & lib. 4. cap. 1. per totum, Io. Baptiſta Schuuart. in proceſſu iudic. lib. 3. cap. 5. cum alijs apud Fauſtin. in Addit. ad praxim Panciroli p. 3. §. ſciendum autem, verſ. & ſemper ad Superiorem. Quocircà appellatio dicitur pręſidium innocentiæ, nec defenſio eſt iniquitatis, inquit Petr. Greg. d. tract. lib. 1. cap. 5. num. 3. ſed defenſio veritatis, quæ nec ipſi Diabolo denegari poteſt, Fauſtin. in Addit. ad praxim Pancirol. par. 3. §. primum eſt, quæ cum ſit ſpecies defenſionis, nemini denegari debet, idem Pręſ. de Franc. deciſ. 120. num. 5. eo quia eſt æmula, & tyriaca contra venenum cauſæ principalis, idem Præſ. deciſ. 637. num. 5. Muſcat. in praxi S. C. lib. 2. p. 3. gloſ. probandum, num. 12. Moller. lib. 4. ſemeſt. cap. 33. nu. 5. cum aliis apud Fauſtin. in addit. ad prax. Pancirol. par. 3. §. latam ſententiam, verbo Iudices, fol. 211. & ipſa extinguit, & ſuſpendit ſententiam, Idem dec. 602. num. 2. pariterque iudicatum, Idem deciſ. 370. num. 14. Per. Gregor. in tract. de appellat. lib. 6. cap. 11. num. 3. non mirum ſi reducat cauſam ad terminos litis conteſtatę, Franc. deciſ. 370. ſn. 17. & conſequentèr ei deferendum, Franc. dec. 351. num. 3. dec. 556. n. 10. & dec. 637. num. 9. ac etiam in dubio erit admittenda, Scaccia in tract. de appellation. quæſt. 3. num. 4. quæſt. 11. ſub num. 6. caſu 2. quæſt. 17. n. 60. & lim. 1. n. 18. limit. 4. n. 90. verumtamen quia appellatio eſt acceſſoria ad cauſam principalem, Franc. dicta deciſ. 370. n. 18. hinc ipſa dicitur filia cauſæ principalis, Idem deciſ. 637. num 4. eiuſdem dicitur naturæ, cuius eſt ipſa cauſa principalis, Idem dec. 520. Scaccia dicto tractat. quæſt. 11. ſub num. 17. verſ. confirmatur, condecens erit eodem modo in vtraque procedi, & poſtquam ipſa appellatio in omnibus caſibus admittitur, vbi non reperitur expreſſè prohibita, Franc. dicta deciſ. 120. num. 4. & deciſ. 556. num. 5. Muſcat. dicto lib. 2. part. 1. gloſ. ſententia, numer. 12. Nicol. Caluol. in ſua praxi Iudic. §. appellatio, concluſ. 5. ex quo deſertio nedum contingit in cauſa principali, quæ deſeritur, vel ſi non appelletur, vel appellatur quidem, ſed poſt decem dies, vel intra legitimum tempus non inducatur appellatio. Minſyng. ſingul. obſeruation. centur. 3. obſeruat. 22. num. 5. ſed etiam in cauſa appellationis, quæ contingere poſset multis modis, relatis à Minſyng. ibidem, de quibus etiam prolixius agit Scaccia dicto tract. de appellat. quæſt. 15. per tot. tunc appliatione deſerta retrofingitur, nõ fuiſſe appellatum, Franc. deciſ. 501. num. 1. ſicque potius declarari debet, quod non ſit deſerta, Idẽ deciſ. 351. num. 4. ex eo quia plus nocet appellationis deſertio, quam ſi declaretur malè iudicatũ, Præſ. de Franc. dec. 501. n. 4. & hoc nõ mirum, quia

quia deſertionis ſententia dicitur confirmatoria primæ, Andr. Gayl. lib. 1. obſeru. 138. num. 2. & ſucceſſiuè deſerta appellatione ſententia ſtatim debet executioni mandari, Minſyng. cent. 2. obſeruat. 70. non aliter expectato quattimeſtre ex ſtilo Cameræ Imperialis, vt ibi ſubdit, & talis executio facienda erit à Iudice à quo, And. Gayl. dicta obſeruat. 138. num. 8. latè Muſcat. in eadem praxi, lib. 2. par. 2. gloſ. reſcribetur, vbi multa Non tamen in cauſa reclamationis, ex quo licet appellationis titulus ſit permiſſorius, vt idem Franc. dicta deciſ. 684. num. 1. aſſerit, quia de iuſtitia conceditur, vt dictum eſt ſupra. in reclamatione tamen alitèr dicendum erit, poſtquam reclamare eſt ſuperiores adire, Scaglion. in ritu 260. n. 5. quod datur à ſententiis S. C. & non ſit ad alios Superiores, ſed ad idem S. C. docet Muſcat. in eius praxi S. C. lib. 2. par. 1. gloſ. 1. num. 116. cumque ipſa reclamatio, & remedium nullitatum dentur aduerſus decreta S. C. ad eoſdem Iudices eiuſdem S. C. admitti debet reclamatio ex ſpeciali præheminentia ipſius S. C. vt in Pragm. 41. de offic. S. C. D. Reg. Hector Capyc. Latro dec. 72. num. 17. admittitur tamen à ſententia S. C. ex benignitate Principis, idem Reg. Hector Capycius Latro deciſ. 100. num. 19. ex quo eſt remedium extraordinarium, & ex gratia, Reg. Tapia deciſ. S. C. 14. num. 12. & Reg. Sanſel. deciſ. 4. nu. 24. & deciſ. 6. num. 6. & 21. D. Reg. Rouit. deciſ. 21. num. 4. vbi num. 15. ſubdit, pro qua obtinenda debet Principi ſupplicari, licet reclamationes, & ſupplicationes idem ſint, Carau. in ritu 252. n. 17. nam in omnibus caſibus, in quibus non poteſt appellari, poterit ſupplicari, idem Reg. Rouit. vbi ſupra num. 17. Reg. Sanſelic. dicta deciſ. 4. n. 24. & cum ex gratia procedat, ſubſequitur eſſe fauorabilem, inde fit vt cum fauores ſint ampliãdi, cap. odia, de reg. iur. in 6. conſequens erit, ipſam deſertionem locum non habere, poſtquam fuerit conceſſa reclamatio, ex quo ipſius refugiũ multoties eſt incertum, Muſcat. dict. praxi lib. 2. par. 1. gloſ. proſequendum, num. 99. & propterea licet dicatur gratia à Principe prodiens, adhuc tamen dicitur eſſe de iuſtitia, & à iure communi dependens, quæ denegari non poteſt, vt fundat idem D. Reg. Sanfelic. dicta dec. 6. num. 12 & 20. vndè quemadmodùm fatalia currunt in cauſa appellationis, ita in cauſa reclamationis, Præſ. de Franch. deciſ. 646. num. 4. & cum talia fatalia currãt in S. C. in cauſis reclamationis, idem Præſ. de Franch. d. deciſ. 646. nu. 7. Reg. Sanſelic. dicta deciſ. 6. num. 4. latè Muſcat. in eadem praxi, eodẽ lib. 2. gloſ. conceduntur, num. 7. & 57. idcircò locus erit deſertioni, & in tantum eſt verum, quod licet fatalia currant in S. C. non tamen obſeruatur, reuideri cauſam lapſis fatalibus ex eiſdem actis, vt docet D. Reg. Sanſel. deciſ. 144. num. 16. ideò in cauſa Franciſci Ariemmæ cum Franciſco, & fratribus de Cerrone fuit latum ſequens decretum. Die 26. menſis Februarii 1631. Neap. facta relatione de prædictis in S. R. C. per Magnificum V. I. D. D. Flamininm de Conſtantio Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium, decreto S. R. C. prouiſum eſt, quod declaretur reclamatio deſerta, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Iadoniſij pro Amico Mag. Act.

Deſertio in cauſa reclamationis ob lapſum fataliũ an militet, ex quo nedum primum, & ſecundũ, ſed tertium fatale erat elapſum, ſtante quod reclamatio interpoſita, introducta, & proſequuta fuerat vſque ad concluſionem in cauſa, & inſtatum pro expeditione, fuit deciſum per R. C. S. vt procederetur ad deciſionem cauſæ reclamationis, nõ obſtante deſertione allegata, ſed poſtmodum in reclamatione decreti interpoſiti fuit contrarium deciſum, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contron. iur. tom. 1. contronet. 19. & in controuerſ. 20. plures adduxit deciſiones de hoc inuicem contrarias, quas cõcordare nititur, qualiter procedant.

Deſertores militiæ an ſint puniendi pœna ſtatuta à Prorege poſt illius diſceſſum, deciſum fuit affirmatiuè, & ideò fuit deſertori capud amputatũ, vigore reſcripti Suæ Excell. alias emanati, & poſt eius diſceſſum, vt tradit D. Regens Sanfelic. dec. 221.

Dies datæ indultus attendi an debeat in fauorem debitorum, vt gaudeant dilatione conceſsa, vel exigatur publicatio illius, relata fuit deciſio ſup. in verb. carcerati.

Dies captæ poſſeſſionis attendi an debeat, vel dies datæ priuilegij in Officijs habentibus annexam adminiſtrationem, deciſum fuit, diem captæ poſſeſſionis eſſe attendendum, & ſic fuit manutentus Officialis, qui reperiebatur in poſſeſſione Officij, ſed ordine ſuæ Excell. ſtante reclamatione interpoſita iuſſum fuit, vt vnus eorum in hebdomada accederet in Collaterali, & alter in alia, vt teſtatur Dominus Regens Sanfelic. dec. 269.

Dilatio quinquennalis concedi an debeat ad inſtãtiam creditorum, qui tenent emptos annuos introitus cum pacto de retrouendendo, ſeruata forma Reg. Pragm. deciſum fuit per S. C. negatiuè, quia ipſi non ſunt domini introituum, niſi pro tertijs maturatis tantum, vt refert Nouar. in prag. 1. coll. 2. n. 35. de ceſſ. bon.

Dilatio quinquennalis concedi an debeat fideiuſſori poſt conceſſionem factam debitori ſimpliciter abſq; comparitione principalis aſſumentis iudicium defenſiuum pro fideiuſſoribus ſuis, deciſũ fuit affirmatiuè per S. C. in cauſa Sabathi Traietti, in Banca de Ferrarijs, teſtatur Nouar. in prag. 1. collect. 2. ſub n. 33. de ceſſ. bon. quam deciſionem retuli prius in Comp. dec. par. 1. verbo Dilatio.

Dilatio quinquennalis concedi an poſſit ad inſtãtiam creditorum chirographariorũ contra hypothecarios, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. in Banca Amatrudæ, in cauſa Iulii Orlienzæ, Nouar. in pragm. 1. collect. 2. num. 32. de ceſſion. bon.

Dilatio an cõcedenda ſit alicui vti abſenti allegãti carcerationem citati ſuper tenore inſtrumenti, non aliter producta fide carcerationis, deciſum fuit affirmatiuè, & ſic fuit reuocatum decretum M. C. & dictum, quod debitor licentiaretur, & excarceraretur, D. Reg. Sanſel. dec. 306.

Dilatio ratione abſentiæ an danda ſit contumaci, iterum citati, ſi tempore ſecundæ citationis ſint elapſi duo menſes à die delicti, deciſum fuit per M. C. negatiuè, & confirmatum per Sac. Conſil. in caſu relato per Dom. Reg. Sanfelic. deciſ. 22. num. 4.

Dilatio quinquennalis conceſſa à creditoribus concurrentibus, non tamen priuilegiatis ali-

cui debitori priuilegiato cõtra alios cõſimiles priuilegiatos, an erit cõcedenda, ſuppoſito qualiter Veneti habēt particulare priuilegiũ Regale, quod contra ipſos nulla poſſit opponi ceſſio, aut dilatio quinquennalis, & cum fuerit conceſſa dilatio prædicta per certos creditores cuidam debitori priuilegiato aduerſus creditores Venetos priuilegiatos, dubitari contingit, ſi concedi debuerat, ſuper quo exactè in iure allegauit Dom. Regens Fabius Capycius Galeota controuerſ. iur. controuerſ. 71. qui in calce dictatum controuerſiarum in recollectione deciſionum inquit ad controu. 71. die 9. Iulij 1618. referente Conſil. Cæſare Fteccia fuit pronunciatum bene fuiſſe prò parte prædicti Marſilij Moroni appellatum à decreto M. C. V. lato ſub die 16. Septembris 1613. & proindè, dictum Marſilium Moronum abſoluendum eſſe à petita concurrentia creditorum Baptiſtæ Marſolini, & cum ex aduerſo à creditoribus concurrentibus fuiſſet ſupplicatum, & expoſitam, eam cauſam, de qua in S. C. conuenti obtinuerant, ſcilicet quod eſſent ſubditi Venetorum, qui fruuntur priui- 2
legio, vt ipſorum debitoribus dilatio non concedatur, in eis minimè procedere, cum priuilegium loqueretur in Venetis tantum, & non eorum ſubditis, cuiuſmodi erant conuenti, & cum fuiſſet dictum, quod idem Magnificus Commiſſarius verbum faciat, demum de hoc, & alijs oppoſitis facto verbo in eodem S. C. per eũdem Commiſſarium die 10. Decembris 1619. fuit dictum, quod ſententia S. C. lata ſub die 9. Iulij 1618. debitæ executioni demandetur, Anellus de Izzo Act. Mag.

Diriſtus, ſiuè ius competens Tubittæ M. C. V. an debeatur facta venditione, quæ effectum non habuit, deciſum fuit per M. C. & S. C. affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 214. in fin.

Diſpoſitio Cap. Conuentus an locum habeat etiam contra clericum poſſeſſorem rei, de qua indicium pendebat coram Iudice ſæculari, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. in cauſa Claudij Terracini cum Prudentia Benai, in Banca Carboni, contra deciſa per Franch. dec. 545. vt tradit Conſ. Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. q. 7. ſect. 3. n. 936.

Diſpoſitio facta in vltima voluntate ab aliqua teſtatrice de dote in genere, nulla expreſſa quantitate in beneficium alicuius, an de tota erit intelligenda, vel de parte tantum, de qua diſponere potuit, obſtante ſtatuto quemadmodum incidit ventilari in S. C. in cauſa illorum de Puorto cum illis de Auitabile, ſuppoſito, qualiter Ioann. Dominicus de Puorto maritauit Clementiam de Puorto eius filiam cum Io. Auitabile, & pro dote promiſit ducatos mille, iuxtà Conſuetudinem Neapolitanam, nuncupatam *alla nona manera*, indè deceſſit præfata Clementia relicta vnica eius filia Angela, aliàs Lella de Auitabile, & in ſuo teſtamento reliquit hæredes eius fratres de Puorto de quanto potuit teſtari. & licet ex parte eius viri prætenderetur inualiditas teſtamenti, eo quia non declarauerat ſubſtitutionem ſuæ hæreditatis in beneficium ipſius filiæ, ad quam de iure ſpectabat, vndè videbatur ipſam exhæredare, prætermittendo ſubſtitutionem, & illam prætereundo, eo quia præteritio matris habetur pro exhæredatione etiam hodie, licet nõ ſit expreſſa cauſa in præteritione, probat Vaſq. de ſucceſſ. tom. 1. lib. 2. § 20. requiſ. 29. decl. 3. nu. 172. Et ſi tamen ex parte inſtitutorum prætenſum eſſet, talem diſpoſitionem valere in eorum beneficium, prætendendo nedum mobilia, ac aurum donatum importans duc. 250. nam videbatur eſſe factam compenſationem, nedum pro iſta ſumma, eo quia legatum præſumitur relictum animo compenſandi cum debito neceſſario, ſi vtrumq; conſiſtat in quantitate, Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 10. tit. 2. num. 8. de quo latè per Martam in ſumma par. 4. quæſt. 18. art. 5. ſed etiam pro reliqua parte dotis, de qua diſponere poterat, cum talis compenſatio admittatur, etiam pro rata, vt ibi Marta num. 68. probat, Nihilominus per S. C. fuit deciſum, dictam diſpoſitionem valere vſque ad ſummam, de qua diſponere poterat, ſeruata forma dictæ Conſuetudinis, ſaluis iuribus quoad alia per eos prætenſa, vt in Banca Speræ Mag. Act. & quia dos erat ducatorum mille, vtiq; poterat diſponere de ducatis centum, hoc eſt de decima, iuxtà dictam Conſuetudinem, vt habetur inter Conſuetudines Neap. fol. 131. quę ſiquidem deciſio comprobatur ex ſequentibus. Primò, quia ſicuti donans videtur donare in dubio ius tantum, quod habet, Doct. in l. ſi domus, §. fin. ff. de leg. 1. cum alijs apud Guzm. de euict. q. 25. n. 17. Mangil. eodem tract. quæſtion. 78. numer. 12. ità in diſpoſitione facta in vltima voluntate, per exempla oſtendit Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 9. tit. 1. per totum, nam teſtator non præſumitur voluiſſe quod non potuit diſponere, Idem lib. 9. tit. 2. n. 14. adeò quod videtur legaſſe ius, quod habebat in re, Idẽ lib. 6. tit. 1. n. 8. vbi alia ſimilia adduxit, ſicq; in tali generali legato non veniunt bona alteri obligata, vel reſtitutioni ſubiecta, latè Marta in eius ſumma de ſucceſſ. p. 4. q. 18. art. 1. n. 77. & ſeq. & q. 41. art. 12. n. 45. & ſeq. Secundo, quia diſpoſitio de nouem partibus dotis eſt nulla, etiam ſi pater, vel mater eſſet in medio, Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par. 4. q. 51. & par. 2. tit. de bonis, q. 23. n. 1. & p. 3. q. 11. n. 2. Tertiò nulla reddebatur talis diſpoſitio reſpectu præteritionis filiæ, quæ non poterat exhæredari, nulla expreſſa cauſa in ea. vt probat Iul. Clar. in §. teſtamentum q. 47. Molfeſ. d. p. 4. q. 51. num. 6. ideò inualida reddebatur, Marta d. ſumma p. 1. q. 26. art. 1. n. 17. Quartò, quia legato fundo non includitur ea pars, quam teſtator alijs præſtare eſt obligatus, Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 9. tit. 1. n. 13. Quinto, quia teſtator quamuis præſumatur ſe conformare diſpoſitioni iuris communis, Mantic. eod. tract. lib. 6. tit. 6. nu. 21. Medic. deciſ. 1. n. 36. dec. 61. num. 13. deciſ. 56. num. 13. Reg. Lanar. conſ. 53. num. 31. Marta in dict. ſumma par. 4. q. 6. art. 1. per totum, num. 17. & ſeq. & par. 1. q. 13. art. 8. per totum, tamen magis præſumitur ſequi ius municipale, quam ius commune, Mantic. lib. 4. tit. 10. num. 19. & tit. 7. num. 7.

Diuiſio territorij erit committenda Expertis, quando imminerer controuerſia territorij; an ſit ſufficiens pro cultura agrorum feudi, & pro vſu animalium, ne impediatur vſus animalium propriorum Baronis, vt retulit ſeruaſſe in contingentia cauſæ Præſ. de Franch. deciſion. 301. nu. 9. quem ſequitur Rendell. in tract. de paſcuis cap. 10. verſ.

Digitized by Google

verſi pro eo vero, & ita fuit deciſum per S.C. in cauſa Donati Antonii de Loffredo, & inde Scipionis eius filii Baronis Carouinei cum Goffredo Palagano Domino Caſalium S. Viti, & S. Iacobi, qui prætendebat clauſuram facere in dictis feudis pro vſu Bobum, & plantare olíueta, dum præfatus Donatus Antonius prætendebat ius fidæ in illis, ob quod Impediebatur eius vſus, & fuit interpoſitum ſequens decretum videlicet. In cauſa Magnifici Scipionis de Loffredo cum Magnifico Goffredo Palagano facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magn. V.I.D Io. Fęlicem Scalaleonem Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſariū, decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod pro executione decreti eiuſdem S. C. committatur alicui in partibus, quod menſuret territoria ſata, & conſignet partem territorii pro mezanis, habito reſpectu ad quantitatem dictorum territoriorum ſatorum, iuxtà formam dicti decreti, reliquum verò remaneat liberum in beneficium Magnifici Scipionis, hoc ſuum, &c. Annibal Cæſarius Secret.

Diuiſio territorij communis facienda an ſit inter duos Dominos Barones illius, quorum alter prætendebat habere ius fidandi, alter vero clauſuras facere pro cultura feudi, & bobum, de quo fuit controuerſum in S.C. in cauſa Scipionis de Loffredo filij Donati Antonij de Loffredo Baronis Carouinei prætendentis habere ius fidandi in Caſalibus S. Viti, & S. Iacobi, exiſtẽtibus in dicto territorio, quorum dominus erat Goffredus Palaganus, qui reportauerat ſententiā in ſui fauorem, quod ei licitum eſſet facere clauſuras pro vſu Bobum, ac plantare oliueta in dicto territorio, de quo ſupra in verbo Baro, & cum aliud decretum interpoſitum fuiſſet per S. C. vt menſurentur territoria, habito reſpectu ad quantitatem ipſorum pro dicta cultura facienda, & reliquum remaneat liberum in beneficium ipſius Scipionis, vt dictum eſt ſupra eo. verbo diuiſio, & licet videretur dicendum, non potuiſſe fieri talem diuiſionem, cum vſus ſit indiuiduus, vt & ſeruitus vſus paſcendi, cum poſſit pluribus in ſolidum competere, nec inuicem vtentes paſcuis ſibi præiudicent, ex Caſt. conſ. 113. & conſ. 115. par. 2. quem probat Cardin. Tuſc. pract. concluſ. verbo communitas, concluſ. 424. num. 22. de quibus memor eſt Rendel. in tractat. de Paſcuis par. 1. cap. 10. verſic. & licet vſus, tamen vt ibi ſubnectit, quod fieri poteſt diuiſio Terræ paſcuæ, quæ ſuperſunt neceſſariò vſui Bobum, ex Verõn. de ſeru. ruſt. præd. cap. 9. num. 22. verſ. nunquid autem, cum aliis cumulatis ab Vrſil. ad Afflict. deciſ. 401. & amplius communio diſſoluitur, quādo herba non ſufficit ambobus, vt inquit Præſ. de Franc. dec. 301. num. 6. & quo alio remedio iſto caſu erit vtendum, refert And. Kninch. de veſt. paction. par. 2. cap. 4. num. 70. vbi à num. 63. ad 78. plura ad hanc materiam pertinentia oſtēdit, & cum fuiſſet inſtatum ex parte Baronis Carouinei, declarari quantitatem territorij claudendi pro vſu bobum, fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum videlicet. In cauſa Magnifici Scipionis de Loffredo cum Mag. Goffredo Palagano die 7. menſis Iulii 1570. Neap. facta relatione de prædictis in S.R.C. per Magn. V.I.D. Io. Fęlicem Scaleleonem Reg. Conſil. & cauſę Commiſſarium, viſa declaratione facta per nobilem Anellum Candidum Reg. Cam. Sum. Rationalē, decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod pro territorio, quod ſeminabitur per dictum Magnificū Gaffredum, & homines S. Viti eius vaſallos detur, prout præſenti decreto datur quinta pars dicti territorii ſeminandi pro mezanis bobum deſeruientium culturę dicti territorii, hoc ſuū, &c. Io. Fęlix Scalaleo, Annibal Cęſarius Secretarius. Poſtmodū cum fuiſſet commiſſa alia relatio Expertis in partibus, vt dictum eſt ſupra eo. verbo diuiſio, habita relatione ab illis, fuit interpoſita taxa, vt conſueuit S. C. facere, ex adductis per Præſ. de Franch. dicta deciſ. 301. in fine, & fuit interpoſitum ſequẽs decretum videlicet, Die 25. Maij 1574. Neap. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magn. V.I.D. Io. Fęlicem Scalaleonem Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium, decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod pro executione decretorū S.C. conſignetur quarta pars territorij ſati pro vſu bobum deſeruientium pro cultura, quæ pars ſi fuerit clauſa parietibus, vel lapidibus, in ea non liceat affidare animalia, verum ſi clauſuræ factæ, vel faciẽdæ fuerint in territorio, in quo adſint arbores oliuarum, vel alię arbores, in quibus poterit inferri damnum per animalia affidata per Magn. Scipionem, non teneatur dictus Magn. Goffredus dictas clauſuras aperire, clauſuras verò factas in territorijs aptis ad paſcēdum ſine arboribus vt ſupra, teneatur dictus Magn. Goffredus aperire, ita & taliter, quod animalia affidata, & affidanda per Mag. Scipionem poſſint liberè intrare, & exire, ita quod non impediatur dicta fida animalium affidatorum, & affidādorum, hoc ſuum, &c. Annibal Cæſarius Secretarius.

Diuiſio rei litigioſæ inter Fratres facta, & Clerico fratri adiudicatæ, an videatur magis voluntaria, quam neceſſaria, & in fraudem facta mutandi cauſa iudicii ad excludendum fratres laicos à conuentione iudicii facti, ità quod contra eos procedi debuiſſet, non obſtante tali diuiſione, fuit per S.C. in cauſa Fauſtinæ, & Candidæ de Vito cum Clerico Franciſco Maria, & aliis fratribus de Pitio deciſum in anno 1639. die 12. Maii, quod reſpectu portionum laicalium cauſa remaneat in S.C. non obſtante diuiſione, in cauſa reclamationis fuit deciſum, ſtare in deciſis die 23. Februarii 1641. vt refert D. Conſil. D Ferd. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 3. cap. 28. à num. 5. ad 7.

Doctor Regnicola Clericus ſi gradum Doctoratus extra Regnum aſſumpſerit, & deinde dimiſſo Clericatus habitu vellet exercere miniſterium Doctoratus patrocinando, an poſſit, & qualitèr, cum certum ſit, quod exteri nequeunt officium aduocationis exercere, immò repelli debēt, vt per Afflict. in Conſt. Iuſtitiarios, ſub num. 1. ſed quod debent iterum in Regno examinari, vt obtineant licentiam aduocandi, Idem Afflict. in Conſt. Quiſquis, num. 2. ibique Barius in annot. quod idē procedere videtur in Scholari Regnicola alibi extra Regnum Doctoratum aſſumendo, quoniam ſi ſtuduerit Neap. & alibi doctoratur, tunc ſubiiciendus erit examini Collegii Neapolitani, quemadmodùm ex iuris diſpoſitione cautum eſt, vt Scholaris, qui ſe ſubiecit examini in vno Collegio, non poteſt in alio doctorari, vt refert Menoch. de arbitr. iud. lib. 2.

caſu 471. nu. 16. vbi nu. 17. ſubnectit, etiam ſi iurauerit ſe alibi lauream non ſumpturum, quam in in loco, vbi fuit licentiatus, poterit ſi nouum ſubierit exameo, & antiquitus Neap. ità vſu receptũ erat, vt alibi doctorati iterũ examinabantur, & ſi idonei, & periti nõ reperiebãtur, reprobabãtur, vt dixerũt Nicol. de Neap. & Paris relati per Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. Mag Cancellarij, n. 9. poſt Alflict. in Conſt. In locis domanii, quod eſt comprobatum ex diſpoſitione pragmaticarum Regni, nempè in prag. 1. & 2. de Scholar. doctor. & ideò in cauſa Auguſtini Caputi Conſentini V. I. D. doctorati extrà Regnum, dum vellet exercere eius officium in Tribunalibus Neapol. ſupplicationem porrexit Almo Collegio Neapolitano, Facta relatione in Collaterali Conſilio per Reg. Conſil. Cæſarem Alderiſium Vice Cancellarium de menſe Aprilis 1618. fuit deciſum, quod Almum Collegium procedat ſuper conceſſione exercitij, vt ex actis, penès Fabritium de Angelis, & per dictum Almum Collegium commiſſo negotio prædicto Io. Thomæ Grandonio I.C. & Collegæ, facta per eum relatione in eodem Almo Collegio, fuit conceſſa licentia prædicta, vt in proceſſu penès Not. Io. Anton. Infernuſium Secret. eiuſdem Almi Collegij.

Doctor filiusfam. qui ſe obligauit cum pacto, vt nõ teneatur, niſi in quãtum facere poſſit, deducto ne egeat, ſtante renunciatione beneficio conceſſo filiisfamil. deciſum fuit per S.C. debere gaudere beneficio reſpectu creditorum, qui in eo iudicio comparuerunt, ad quorum inſtantiam fuerat carceratus, & emparatus, exceptis tamen illis creditoribus, quibus ſe obligauit tempore, quo doctoratus gradum ſuſceperat, cum ſpecifica renunciatione dicto beneficio, licet non renũciauerit ſpecialiſsimè, & aliis, cum quibus contraxit poſt emãcipationem ſibi à patre conceſſam, Reg. Sanfel. dec. 190. n. 7.

Doctor, qui officium Procuratoris gerit an poſſit præſentare nullitates ſententiæ contra caſum legis tendentes, nam licet ex diſpoſitione prag. 4. §. 24. de dilat. nullitates ſubſcribi debeant ab Aduocatis, aut Procuratoribus, attamen in prag. 5. eiuſdem tituli diſpoſitum aliter patet, nempè quod nullitates contra caſum legis debent ſubſcribi ab Aduocatis, idcircò cum fuiſſent præſentatæ quædam nullitates concernentes caſum legis, vt præſumebatur in cauſa Ill. Ducis Caſtri cum Hieronymo Gentile per quendam Procuratorem, qui erat Doctor, ac admiſſus ad examen, etiam quoad aduocationem, cum fuiſſet deciſum ad relationem D. Flaminij de Conſtantio per S. C. quod reijcicerentur, fuit confirmatum per Collaterala Conſiliũ ad relationem Domini mei obſeruandiſſimi Reg. Hectoris Capycii Latro Menſe Maii 1642. in Banca Burrelli, nam & ſi priuilegium conceſſum Doctoribus competat Aduocatis conſulentibus, & iudicantibus, vt probat Honded. in cõſ. 81. n. 52. tñ notabiliter ſubdit ad rem noſtram n. 60. non competere Doctori, qui exercet etiam officium Procuratoris, quamuis autem eruditiſſimus Doctor Franciſcus de Petris lib. 1. Feſtiu. Lect. cap. 11. n. 6. dicat, Procuratores noſtri temporis rectius Aduocatos dicendos, & cap. 8. probet, Procuratores ad lites, itemque Aduocatos iure dici poſſe, hoc ſanè intelligendum erit cum ſua diſtinctione, nam aliud eſt officium Aduocati, quod requiritur pro forma huius pragm. cum iſ dicatur, qui iuſtam cauſam defendẽda in ſuſcipit Benius in tract. de priuileg. Iuriſconſul. priu. 71. n. 20. Idẽ de Petr. d. c. 11. n. 6. Doctores autem non ſemper oneri aduocationis incumbunt, nam alii lectionibus, alii conſultationibus, alii officiis incumbunt, & propterea quando tales Doctores ſe immiſcẽt officio procurationis, illud repræſentantes, nõ potiuntur immunitatibus, & priuilegiis Doctorum in illo actu, vt probat Regens Rouit. in rubr. de Procurator. nu. 4. non mirum ſi tale ſtatutum erit intelligendum cum effectu.

Doctores legum an gaudere debeant immunitate hoſpitandi, deciſum fuit negatiuè per R. C. S. in anno 1517. refert Epiſc. Ricc. collect. 3109. par. 7. verſ. accedit etiam.

Domanialia per Regnum exiſtentia an vendi poſſint ob cauſam publicam, vrgente neceſſitate Regis, pluries deciſum fuit affirmatiuè per R. C. in diuerſis locis domanialibus, & nouiſſimè per R. C. S. facta relatione per D. Fabium Capycium Galeota tunc Reg. Conſil. & Præſidentem eiuſdem R. C. deciſum fuit, quod ſtante imminente neceſſitate includente cauſam publicam procedatur ad venditionem, & infeudationem omnium Ciuitatum, Terrarum, Caſalium, & locorum deſcriptorum in petitione Regij Fiſci, etiam illorum, qui pro obtinendo domanio prædicto quocunq; modo, & forma ſoluerunt pretium commenſuratum ad conceſſionem Regii domanii, exceptis, & reſeruatis illis Ciuitatibus, Terris, & locis, qui fuerunt venditi, & tranſacti ab annis quindecim citra, reſtituto tamen pretio ſoluto per ipſas Vniuerſitates tempore ceſſionis domanii in tot functionibus fiſcalibus, vel aliter, prout melius tempore habili fieri poterit, deducto tamen pretio corporum, & iuriſdictionalium de iure Baronum ipſis Vniuerſitatibus occaſione domanii conceſſorum, habita etiam ratione adhoarum, & ſeruitiorum, etiam extraordinariorum, & releuiorum per ipſas occaſione dictorum corporum fortè debitorum, &c. ſub die 25. Februarii 1638. prout ipſemet D. Reg. refert in reſponſ. fiſcali 23. & in reſp. 30. nu. 2. & 6.

Domaniũ ſi fuerit petitũ ab aliqua Vniuerſitate aduerſus venditionem ipſius, ſuper qua fuit datus terminus, an viſis eius viribus non ſufficientibus ad pretii ſolutionem, viſo ſtatu exitus, & introitus illius, ac etiam ſtante pacto adiecto in venditione, quod infrà annum deberet petere illud, quo elapſo non poterat pretii depoſitum facere, an non obſtante termino præfixo erit denegandum, deciſum fuit per R.C. in cauſa Vniuerſitatis Tramutulæ die 11. Martii 1633. quod ſuſpenſo decreto lato die 2. Iulii 1632. ex cauſis non eſſe locum domanio, vt retulit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. iur. tom. 1. in deciſ. ad controuerſ. 53. in 5. artic. nu. 24. & 25. vbi etiam n. 27. retulit, contrarium fuiſſe iudicatum in venditione cauſarum primarum, & ſecundarum Terræ S. Germani, & aliorum conuicinorum locorum, verum admiſſa ad domanium, quia compertum fuit, non potuiſſe pretium ſoluere, fuit proceſſum ad venditionem, vt n. 27. & 28. ſubdit.

Do-

Digitized by Google

Dominium rerum allodialium remanſorum in feudo per aliquem emptum in caput alterius, qui promiſerat prævia ceſſione eum transferre, & alia facere, conſtituendo illum procuratorem in rem propriam, an cenſeri debeat ipſi ementi acquiſitum, vt ſuper illis eius creditores ſatisfieri potuiſſent, vel ei, cuius nomine feudum emptum fuerat, vt paritèr eius creditoribus ſatisfieri debuerat, de hoc incidit controuerti in S.C. in cauſa Portiæ de Grado, ac aliorum creditorum Liberati de Rinaldo cum creditoribus Tullij Gaudioſi, vnde pro tuitione iurium creditorum Liberati fuerunt ſequentia allegata per Octauium Formoſũ V.I.D. & Aduocatum probatiſſimum, videlicèt. Liberatus de Rinaldo emit Terram Roccæ Pimontis propria pecunia in capite Fabritii Spinelli, mox Fabritius, qui ex ſcripturis apparebat emptor, per inſtrumẽtum recognitionis confeſſus eſt, ſe dictam terrã emiſſe ad inſtantiam dicti Liberati de illius propria pecunia, promiſitque de ea diſponere, eamque transferre, & cedere, quando, & cui dicto Liberato libuiſſet, eumque conſtituit Procuratorem irreuocabilem, dictam Terram, vaſalloſque, & omnimodam iuriſdictionem regendum, gratias faciendum, & liberè diſponendum, abſque vlla obligatione reddendi compotum, tàm de bonis, & introitibus feudalibus, quàm burgenſaticis, tanquam de re propria, & ad ipſũ Liberatum ſpectãte, inſuper declarauit, omne periculum, commodum, vel incommodum eiuſdẽ Terræ ſpectare ad ipſum Liberatum, qui acceptãs omnia prædicta, è conuerſo promiſit dictum Fabritium ab omni moleſtia ex cauſa dictæ emptionis patienda, etiam reſpectu adhoe, & cuiuſlibet alterius oneris, & ſeruitij impoſiti, & imponendi ſuper dicta Terra extrahere idemnem, etiam ante damnum paſſum, poſtmodum Liberatus, qui per omnem ſuæ vitæ curſum de dicta Terra vti propria fecit quidquid voluit, in ſuo teſtamento de illa diſpoſuit, legans eam Tullio Gaudioſo eius ex ſorore nepoti, ac vnex hæredibus his verbis, *Item voglio che il dominio vtile, che a me ſpetta, ò poteſſe ſpettare de iure, & de facto di queſta Terra, ſia di Tullio Gaudioſo mio nipote*, legauit etiam Carolo Spinello habitationem in Caſtro, eique iuſſit obedientiam præſtari à ſuis vaſallis, Capitaneo, vt ipſi præſtabatur, & alteri officium pro anno ſequenti, & quędam in vtilitatem ſui Aerarij, Liberato vita functo Fabritius à Tullio requiſitus in executionem dictæ diſpoſitionis, cum aſſenſu ei ceſſit Terram memoratam cum integro eius ſtatu, tãdem mortuo Tullio vrgẽtibus creditoribus ſuis, & D. Petro Bouadiglia creditore Liberati prędicti, & liberationem pretij dictæ Terræ ſub haſta venditæ petente, per S.C. deciſum eſt, dictam Terram remanſiſſe in hæreditate Tullij, & pretium feudalium liberandum eſſe eius creditoribus, non obſtantibus prætenſis per dictum D. Petrum, ex quo eorum dominium quæri non potuit Liberato, qui fuit incognitus Regi in aſſenſu conceſſo Fabritio, & in iuramento fidelitatis, quod pariter fuit à Fabritio pręſtitum, quęritur modo, an dominium bonorum allodialiũ, quæ plurima ſunt in dicta Terra magni valoris, quæſitum fuerit etiam Fabritio, vel potius Liberato, & in hæreditate Liberati remanſerit, ita vt in pretio eius creditores præferantur creditoribus Tullij, cum ceſſare videantur in eis regulæ feudales, & concludendum eſt, dominium rerum allodialium ex prædictis non eſſe quæſitum Fabritio, quia cum nullum periculum, commodũ, vel incommodum bonorum prædictorum ad eũ ſpectauerit, dictus Fabritius fuit nudus miniſter Liberati, qui emptioni nomen tantum cõmodauit, iuxtà tex. in l. Sulpitius, ff. de donat. int. vir. & vxor. vbi Bart. Bald. & Doct. notant, eum nudum eſſe miniſtrum, ad quem nullum rei commodum, vel incommodum pertinet, & è conuerſo cum omne periculum, regimen, & ius diſponendi de eis, vt de re propria in vita, & in morte commodum, & incommodum pertinuerit ad dictum Liberatum, & diſpoſitio ſit ſequuta; procùldubio Liberato dominium fuiſſe quæſitum, nã nil aliud eſt dominium, niſi ius de re perfectè diſponendi, l. in re mandata, C. mand. l. nec emere, C. de iure delib. & tradunt Bart. & Doct. communitèr in l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acquir. poſſ. domino cedit rei cõmodũ, & incõmodũ, atque periculũ, l. neceſſariò, ff. de peric. & com. rei vend. & conſequẽtèr dominus eſt, qui fructus rei percipit, & de ea ad libitũ diſponit, & cui competit definitio domini, & dominij definitum quoque competere neceſſe eſt, l. 1. §. dolum, vbi Doct. de dolo, l. fin. cum gloſ. de verb. ſignif. cap. dudum, il 2. de elect. verſ. rem contrectauit, idipſum iure aperto probat tex. in l. 4. & l. cum propria, & ibi Bald. C. ſi quis alteri, vel ſibi, vbi ei, qui fundum emit cum propria pecunia, licet emptionis inſtrumento alterius nomen inſcripſerit, puta vxoris, vel Titii, & Titio res tradita ſit, ei dominiũ quæritur, non autem vxori, vel Titio. Præterea cum is, ſub cuius nomine ſit inſtrumentum emptionis eſt nudus miniſter, quia nullum periculum, vel vtilitas ad eum pertinet, ſed ad pecuniam numerandum, idem voluit Bal. in l. multum intereſt, num. 2. C. eod. tit. vbi notabilitèr ſubiungit, illa commenta, & ſimulationẽ contractuum ſub nomine aliorum ſolere fieri ab vſurariis in fraudẽ eorum, à quibus vſuras extorſerunt (prout hodie à mercatoribus, vel ære alieno grauatis, vt plurimum fiunt in fraudem creditorum) & Bal. ſequuntur ibi Salic. n. 3. Barthol. Soc. in conſ. 129. num. 12. lib. 4. & Dec. in conſ. 643. num. 15. 16. & 18. cum quibus in ſimilibus terminis concordat Andr. in cap. 1. num. 2. & 3. de benefic. fratris, dũ firmat, feudum emptum à fratre de pecunia communi nomine alterius fratris, ſecum in communi viuentis, ſi dominus vendens id ignorat, alteri fratri non acquiri, quia dominus debet eſſe certus de ſuo vaſallo, attamen ſecus eſſe (& ita dominium acquiri dicti fratri) cum emitur res non feudalis, quia nihil aliud eſt impedimẽti, quin fratri ex æquo dominium transferatur, ergo ita etiam in caſu noſtro illud figmentum nominis Fabritij in emptione appoſiti nõ potuit obſtare, quin Liberato vero emptori dominium quæreretur, cum nullæ iuris regulæ obſtent, immò ei aſſiſtent, & non ſit par ratio burgenſaticorum, & feudalium in huiuſmodi ſimulationibus, & planè Liberatus ſibi dominium non quærere, Spinellus verò illud realitèr, non autem in ſpecie, & titulotenus acquirere voluiſſent, erat eis temperandum, vel omnino abſtinendum in inſtrumento recognitionis à tot ampliſſimis promiſ-

miſſionibus, clauſulis, et pactis in fauorem Liberati, quare cum ſatis abundè eam ſimulationem declarauerint in dicto inſtrumento, ex vulgata regula iuris, plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur; dominium ab initio, non obſtante quod emptio ſit facta nomine Fabritij Liberato, qui realiter emit, & pecuniam numerauit, quæſitum eſt, d.l. cum propria, & l.1.2.3. & 4. C. plus valere quod agi. idcòq; declarandum eſt, dominium dictarum rerum allodialium in hereditate Liberati remanſiſſe, & in earum pretio creditores eiuſdem Liberati, & præſertim Portiam, & alios de Grado præferendos eſſe creditoribus Tullij. Octauius Formoſus. Et quamuis in prima inſtantia ad relationem Regij tunc Conſiliarij D. Franciſci de Ocampo fuiſſet deciſum contra dictos creditores ipſius Liberati, nihilominus in gradu reclamationis ad relationem Regij tunc Conſil. Petri Antonij Carauitæ fuit per S.C. deciſum, quod ſuſpenſo decreto prædicto liberetur depoſitum ducatorum Scoo. creditoribus ipſius Liberati, vt ex actis in Banca Sciaeciauenti.

Dominium an cenſeatur translatum per adiudicationem bonorum, non facto prius appretio, relata fuit deciſio ſupra in verbo appretium.

Dominium directum an probetur, quando vltrà vnicam recognitionem quis haberet canonum ſolutiones, concluditur affirmatiuè, & ſic deciſum fuit in cauſa Franciſci Antonij Marottæ, & Dorotheæ Pinto cum Duce Tuſcani, dum fuit condemnatus ad ſolutionem laudemiorum, ità Io. Bapt. Hodiern. in addit. ad Surd. dec. 10. n. 8. in noua impreſſione.

Dominium feudi empti ab aliquo, licet ex aliena pecunia, an aliquo modo quæri debeat ipſi domino pecuniæ, ità vt per actionem ei quæſitam cogendi emptorem feudi ad diſponendum de illo ad eius libitum, & conſequenter feudalis erit actio ipſa diiudicanda, & in ea, ipſiuſq; emolumento an heres in feudo, vel in allodio ſuccedere debeat, vt contingit in emptione feudi S. Lucæ empti per D. Hieronymum Marcheſium de pecunia Marchionis Boualini, in quo ſuccedere prætendebat Alexander Loffredus frater ipſius Marchionis, & immediatus ſucceſſor in feudalibus, excluſa D. Anna Marcheſia filia eiuſdem D. Hieronymi emptoris. Die 15. Decembris 1612. referente D. tunc Conſil. Brancia, iunctis aulis fuit prouisũ, quod detur terminus iuris in cauſa ad probandum incumbentia, & interim manuteneatur in poſſeſſione Terræ S. Lucæ, olim nominatæ Patornia in Prouincia Calabriæ vltra D. Anna Marcheſia filia D. Hieronymi, & Alexander de Loffredo deſiſtat à turbatione illata, & reſtituat omne, quod forrè exegerit, penès Bortellum, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 28.

Dominus vtilis an præferatur emptori, cui directus dominus vendidit illud ius, quod ſibi præſtabat vtilis ipſe dominus, deciſum fuit negatiuè per M. C. & confirmatum per S. C. vt refert Preſ. de Franch. dec. 17. n. 8. quem ſequitur Maur. Burg. in tract. de laudemio p. 4. inſp. 2. in addit. num. 19.

Dominus alicuius domus contiguæ viæ vicinali, per quam vicinus habebat ingreſſum ad eius domum, an poſſit ſuper proprium murum ponere tectum, quod habeat ſtillicidium in dicta via, contradicente vicino, deciſum fuit affirmatiuè, & confirmatum per M.C.V. refert D. Regens Hector Capycius Latro conſult. 64.

Dominus directus an præferatur creditori, ex cuius pecunia res fuit meliorata, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa illorum de Milano cum Franceſca de Amato, in Banca Iacobi Figliolæ, vt refert D. Conſil. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 49. n. 30.

Domus Eccleſiæ locata abſq; aſſenſu Apoſtolico ad longum tempus, intra quod fuit conceſſa in emphyteuſim, præuio aſſenſu, an ab emphyteuta vendicari poſſit, cenſuit M.C. in hoc caſu non eſſe locum rex. in l. emptorem, C. loc. nec aliter potuiſſe nullitatem allegari ab alio, quam ab Eccleſia, D. Reg. Sanfel. dec. 309.

Donatarius an teneatur ad debita contracta per donantẽ ante donationẽ, licet Caroc. dec. 125. n. 3 ex Guid. Pap. dec. 105. & Capel. Toloſ. dec. 386. dicat, donatarium omnium bonorum non teneri ad debita perſoluenda, tamen Cancer. var. reſol. tom. 1. cap. 8. n. 68. diſputat articulum illum, num donatarius omnium bonorum poſſit conueniri actione perſonali pro debitis donatoris ante donationem contractis, & deductis rationibus hinc indè, demum n. 69. refert deciſum per illum Senatum conueniri poſſe, vbi n. 73. ſubdit, quod donatarius vniuerſalis caſu, quo in ſubſidium conueniatur, non tenetur ad debita, niſi quatenus bona ſibi donata patiuntur, & ſi inuentarium non fecerit, ex Bart. & Aym. ibi relatis, aſſerens, ità obtinuiſſe, de quo latiſſimè per Coſtam de remed. ſubſid. remed. 108. n. 6. Coſta Sicul. conſ. 38. n. 29. Conſil. Marcell. Marcian. conſ. 38. ſub n. 6. in fine, immò quod donatarius vniuerſalis poſſit directo conueniri à creditoribus hæreditariis, deciſum per S. C. alias ex Aloyſio de Leo in Lætis alienis n. 2. C. de donat. tradit Hieronym. de Leo deciſion. Valent. 107. n. 37. & dec. 50. quem teſtatur Mat. Cutell. de donat. contempl. matrim. tom. 1. par. 10. n. 65. & in deciſ. Sicil. 26. n. 1. Getius Spin. conſ. 75. n. 12. & 13. confeſſunt diſcuſſa, & deciſa ab Anton. Fabr. in eius Codic. lib. 8. tit. 36. defin. 5. & deciſum tradit Papon. lib. 11. tit. 2. arreſt. 2. Ludou. Bellus conſ. 129. etiam actione perſonali, iuxtà conſil. Reg. Lanar. 90. quem ſequitur Coſta de portion. ratæ q. 90. n. 10. vltrà Cancer. vbi ſupr. Benè verum eſt, quod exiſtente alio cohærede, non niſi pro rata bonorum donatorum tenere videatur creditoribus ante donationem contrahentibus, & ſic limitant concluſionem contrariam, vt pro rata teneantur, deciſum tradit Papon. d. lib. 11. tit. 2. in appendice, arreſto 1. ac etiam pro quota bonorum, ſeù hæreditaris, iuxtà deciſa per Hieronym. de Laurent. deciſion. Auen. 197. Eapropter in cauſa Ill. D. Ferdinandi Caraſæ Marchionis S. Lucidi cum Ioanne Franciſco eius fratre inter cætera contenta in decreto lato per S.C. die 19. menſis Iulii 1565. Facto verbo de prædictis in S.C. per Mag. & Circumſpect. V.I.D. Io. Andream de Curte Reg. Conſ. & Propræſ. & cauſæ Commiſſ. leguntur hęc formalia verba, videlicet. Teneaturq; idem Marchio pro rata bonorum ſibi donatorum contribuere in quantitatibus prædictis ſibi adiudicatis pro debitis contractis

per

Digitized by Google

per Ill.q. Federicum eius patrem ante donationẽ per illũ factã ipſi Ill. Ferdinãdo, videlicet pro ducatis 5800. ſolutis Annibali Galerato, & duc. 872. 1. 10. ſolutis Magnificæ Iſabellæ Galeratæ, & duc. 1745. 2. dotium maternarum, & duc. 290. ſolutis Mag. Spina, & ratam prędictam ſibi tangentem, ſimiliter deducere teneatur de ſumma in eadem ſententia ſibi adiudicata, quibus omnibus prædictis, vt prædicitur deductis, pro reliquo ſententia lata in fauorem ipſius Ill. Marchionis exequatur, &c. vt percepi ex votis Regij Conſil. Ludouici Quadræ, verum quia pręfatus Ill. Marchio ſoluerat prædictas quantitates dictis creditoribus, habitis ab eis ceſſionibus in forma, idcircò iterum facta relatione ab eodem, fuit concluſum reſpectu creditorum poſt donationẽ, quod exequatur ſententia alias lata in ſui fauorem, vt ſupra eo. verbo aſſiſtentia.

Donatio facta contemplatione matrimonii ſecundo loco contracti per patrem filio naſcituro ex eo de aliquo feudo præuio aſſenſu, in quo non fuerat expreſſum, alium filium extare ex primo matrimonio, vnde ex hoc obreptio deſumebatur, an propterea inualidari debeat, vt contingit in cauſa Fráciſci Carafæ, & Bartholomęi Carafæ decidi per S.C. de cuius mẽtio fit per Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 1. num. 15. eũdem ſequẽdo Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de reſutatio. feud. §. 10. per totum, vbi aliquantulum videtur hanc deciſionem impugnare, vt ibi per eũ, viſum fuit mihi verba decreti deſuper interpoſiti ennunciare ad tollendas difficultates, quæ ſunt, videlicet. Die 22. Iunij 1563. facta relatione in S.R.C. per V.I.D. Ioannem Andream de Curte Regium Conſiliarium, & Propræſidem S. C. & cauſæ Commiſſarium, per S. R. C. prouiſum eſt, & declaretur, feudum Falaſcriſij in proceſſu deducti ſpectare, & pertinere ad dictum Magnificum Franciſcum primogenitum Magnifici quondam Hadriani Carafæ ex matrimonio per eum contracto cum Magnifica Catharina de Maira, & eiuſdem Hadriani hærede, & propterea Magn. Bartolomeum illius detentorem condemnandum eſſe ad relaxationem feudi prędicti, & illius poſſeſſionem vacuam, & expeditã dare dicto Magnifico Franciſco, ſaluis, & reſeruatis vtrique parti iuribus competentibus ſuper fructibus ex feudo prædicto perceptis per ipſum Magnificum Bartholomæum, ac quantitatibus per eum erogatis pro recuperatione feudi prædicti, ac etiam ſuper iure offerendi, vel pro fructibus feudi remanſis, ſuper quibus partibus auditis S. C. ſibi reſeruat prouiſionem faciendam, neutram partem, &c.

Donatio facta à patre filio an computetur in legitimã, reperi apoſtillam Regij Conſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris manuſcriptam ſic dicentem, quod ſi admittatur, donationem eſſe ob cauſam, & tunc debet imputari, ſicut fundat Theſaur. in deciſ. 46. cum alijs citatis per Peregr. de fideicommiſſ. art. 36. num. 134. ſed ſi admittatur, quod donatio ſit ſimplex, non debet talis donatio in legitimam imputari, iuxta deciſionem 15. Pegueræ, & poſt Fabrum, & alios Fontaneſl. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 1. num. 48. & propterea in cauſa Ferdinandi Carafæ quondam Roberti cum creditoribus Io. Baptiſtę Carafæ ſuper liquidatione legitimæ, ſeù paragij competentis Fauſtinæ Latro, facta relatione in S. R. C. per Dominum Antonium Orificium, fuit deciſum, quod bona donata per Robertum filijs ſecundogenitis computentur quòad liquidationem dictæ legitimæ, ſeù paragij, & deinde fuit dictum, quod bona donata ſecundogenitis dicti quondam Roberti non veniant in computatione dicti paragij quòad detractionem, ideò pro ipſa donatione bonorum donatorum prædictum Ferdinandum poſſe habere recurſum ſuper bonis feudalibus, & his addo Mangil. in tract. de imputat. quæſt. 29. Merlin. in tract. de legitima lib. 2. tit. 29. Thoro.

Donatio perſonalis facta ab aliquo alicui, qui præmoritur, caducatur, & iure reuerſionis ſpectabit ad donantem, examplificat Præſ. de Franch. in deciſ. 591. in princ. in matre donante feudum filio, qui præmortuus eſt, in cuius hæreditate concurrebat mater donans, & ſoror, & refert deciſum in beneficium matris. quoniam erat donatio perſonalis, alias ſecus ſi fuiſſet realis, ex And. ibi relato, quem ſequitur Maia in deciſione vnica poſt eius conſultationes, num. 30. vbi hanc materiam prolixius exarat.

Donatio facta à Nouitio ex nunc pro tunc ſequuta eius profeſſione, quatenus ad ſuam legitimam ſpectaret, & ſimilitèr pro portione dotis maternæ alicui extraneo in remunerationem ſeruitiorum, non obſtante fideicommiſſo paterno. ſi fuerit facta Notario ſtipulante pro abſente, & non alitèr acceptata, immò contra diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, vt prætendebatur, an iure ſubſiſtat; quemadmodùm ex facti narratione deſumebatur, dũ in anno 1590. Thomas Maiorana ſuum condidiſſet teſtamentũ, in quo ſuos hæredes vniuerſales pro æquali parte, & portione inſtituit Patrum Antonium, & Io. Paulum Miorana ſuos filios legitimos, & naturales, ſub reciproca inuicem ſubſtitutione, & quod ipſis decedentibus ſine filijs ſuccedere deberent Laura, Iulia, & Claudia de Maiorana eorum ſorores, & quod ſi aliquis ipſorum Religioſus efficeretur, ei deberentur ducati duodecim ſingulis annis ſua vita durante, dummodo talis Religio egeret auxilio, & adita per eos hæreditate, ſucceſſo poſtmodum obitu ipſius Petri Antonij, alter cohæres Io. Paulus hæres vniuerſalis Religionem Patrum Cœleſtinorum ingreſſus fuit die 6. Octobris 1604. & perſiſtens in Nouitiatu, D. Dionifij nomen aſſumens, donationem fecit irreuocabilitèr inter viuos ducat. 625. ſequuta eius profeſſione, pro eo, quod ad ipſum ſpectabat pro legitima in bonis paternis, & de dote materna, non obſtante dicto fideicommiſſo paterno Rationali Marco Antonio de Simone extraneo, in remunerationẽ ſeruitiorum, eo abſẽte, & Notario pro eo ſtipulante, & dum ipſæ ſorores in poſſeſſione bonorum perſiſterent, vigore dicti fideicommiſſi, præfatus donatarius eas in M.C.V. cõuenerat ad relaxationem tot bonorũ hæreditariorum vigore dictæ donationis, qui licet in termino probatorio produxiſſet duos verſus acceptationis factæ per eũ per manus publici Notarii poſt quatuor annos dictæ donationis, & quod dictus Io. Paulus in ſęculo ità appellabatur, & iam poſtea D. Dionisius poſt profeſſionẽ factã, & emulãdo petitiones inſtabat pro relaxatione domus poſſeſſæ per d. Thomã, & indè p ipſum Io.

Pau-

Paulum, omiſſa ſeruitiorum probatione, Nihilominus ex aduerſo replicabatur, talem donationem ex tribus eſſe nullam, & primò, quia iſta donatio eſt remuneratoria, & merita non fuerunt probata, Imol. in l. Attilius Regulus, ff. de donat. Marta de clauſ. p. 2. clauſ. 49. Ant. Gabriel. de donat. concl. 1. n. 6. Confeſſio enim donantis non ſtat ſuper meritis, qui de communi teſtatur, Imol. in l. donationem, num. 5. de donat. Gugl. Guidob. Adu. 31. n. 22. eo magis quia ſumus in Monaco, cui eſt prohibita alienatio, Tiraq. de leg. connub. gloſ. 5. n. 116. & in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. col. 2. in princ. & maximè grauato fideicommiſſo, ex relatis per Fuſar. de ſubſtitut. q. 524. Secundò, ex eo, quia talis donatio eſt nulla ipſo iure, tanquam facta contra formam, & diſpoſitionem S.C. Tridentini, cap. 15. incip. nulla quoq; renunciatio, ſeſſ. 25. cuius Capituli adſunt hæc verba in proceſſu, ex quo non adeſt licentia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij, & ſic loci Ordinarij, quæ probatur eo ipſo, quod de contrario non conſtabat, in quo capitulo adeſt clauſula annullatiua, & irritans, etiam fauore piæ cauſæ, Tertiò, ex quo dicta donatio non fuit acceptata per donatarium, prout de iure requiritur, quando donatio eſt facta abſenti, licet ſit acceptata per Notarium, cum acceptatio Notarij ſit conditionata, ſi, & in quantum abſens voluerit acceptare, Molfeſ. in tit. de renunc. q. 1. n. 7. His tamen reſpondebatur ex parte donatarij eo, quod dict. Concil. Trident. diſpoſuit, producendo aliquas fides priuatas aliquorum Abbatum Sancti Seuerini, aſſerentium, quod quando Nouitij faciunt renunciationes eorum bonorum, non erit neceſſarius interuentus Epiſcopi, ſeù Vicarij, & ità ſolitum eſt, ſicq; præſupponit, quod ſit præſcriptum Concilium, producendo etiam aliquas renunciationes factas abſq; licentia Epiſcopi. Et huic dicebant ſorores de Maiorana, quod non fit, ſed quod fieri debet, attendi debet, & quod non conſtabat, quod ipſi Monaci fuerunt Abbates, & quod ſigillum erat Monaſterij, eo maximè, quia contra Concilium nulla cadit præſcriptio, ſeù conſuetudo per expreſſam clauſulam annullatiuam irritantem, quæ operatur, vt nullo modo poſſit fieri præſcriptio, quæ ligat etiam ignorantes, licet non quoad pœnam, tamen quoad actus nullitatem, cap. ſi eo tempore, vbi gloſ. de elect. in 6. cap. dudum, & cap. pen. de præb. Farin. p. 7. fragment. crimin. lit. C. n. 672. Felin. in cap. cæterum, num. 10. de reſcript. Puteus deciſ. 181. lib. 1. & in ſpecie in Concil. Trident. Mareſc. variar. reſolut. cap. 19. n. 11. p. 1. addens in fine Conc. Seſſ. 25. hortatoria Summo Pontifici, ſeù monitoria omnibus Principibus, vt quæ in ea decreta ſint deprauari, aut violari non permittant, immò quando lex aliquid prohibet, ſimpliciter intelligitur, tacitè apponere clauſulam annullatiuam, vt apertis verbis notatur in l. non dubium, C. de leg. vbi Doct. Auguſt. Barboſ. in tract. de diction. clauſ. 112. n. 41. & clauſ. 114. & ſolemnitas Conc. eſt ſeruanda à quocunq; Nouitio, etiam maiore 16. annorum, Molfeſ. in Conſuet. Neap. tit. de renunt. q. 16. n. 31. & 33. vbi refert, ità deciſum in Congregat. Cardin. Gutier. canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. n. 34. qui optimis medijs reprobat opinionem Iacobi Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. caſ. 436. n. 8. & tenet contra opinionem Menoc. Rodriq. tom. 2. quæſtion. regul. q. 47. artic. 13. Hæc namq; prætenſa allegatio conſuetudinis in facti themate militat, tum quia non ſunt verificata requiſita neceſſaria, quæ requiruntur ad inducendam conſuetudinem contra legem (dato quod eſſemus in caſu, quo admitti poſſit) licet temporis diuturnitas ſaltim 40. annorum ſpatio requiratur, Felin. in cap. ſtatuimus, o. 4. de maior. & obed. Puteus dec. 241. n. 3. Secundò, frequentia actuum, ac maioris partis in contradictorio iudicio validè declaratorum, Bal. conſ. 210. lib. 1. quia antequam non eſt ſemel iudicatum, non dicitur inducta conſuetudo cōtra legem, Aldob. in §. ex non ſcripto, Inſt. de iure nat. immò pro parte conuentarum adducitur Molfeſ. qui in tit. de renunc. q. 16. n. 15. refert, in Congregatione Eminent. Card. fuiſſe nullā, & inualidam declaratā donationē factā à Nouitio maiore in beneficium quarundam de Gueuara, ex quo fuit facta abſq; licentia Epiſcopi. Tertiò non fuit probata ſcientia, & patientia Summi Pontificis, prout requiritur, Crau. conſ. 137. n. 8. Bart. & alij in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Old. conſ. 237. n. 3. & conſ. 244. Alben. conſ. 13. Dec. cōſ. 51. Natta conſ. 794. Alex. conſ. 42. vol. 2. Doct. communiter in d. l. de quibus, & l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Gabriel. com. concluſion. de præſcript. concluſ. 2. numer. 81. libr. 5. Marant. conſil. 71. de Franch. deciſion. 183. nec pars egit vigore dictæ conſuetudinis, & ſic per hoc etiam conuentæ ſunt abſoluendæ, Bart. in d. l. de quibus, in fine, Crauet. conſ. 161. nu. 8. Alex. conſ. 67. lib. 7. Tum etiam, quia per teſtes partis minimè fuit probata conſuetudo, quia deponunt de auditu, Bart. & alij in d. l. 2. & de auditu à perſonis prohibitis teſtari abſq; licentia, vt ipſimet teſtes fatentur. conſuetudinis enim difficillima eſt probatio, Alex. d. conſ. 45. Rol. conſ. 53. n. 33. lib. 2. nec poteſt induci in caſu noſtro, cum adſint actus difformes, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 31. n. 8. Nec poteſt induci ab his, qui nō habent facultatem ſtatuendi contra ius, Crauett. conſ. 134. n. 25. & conſ. 96. n. 4. & interrumpitur per vnicum actum contrarium, Abb. in cap. fin. de conſuet. Soc. conſ. 7. vol. 4. Bal. in l. cum de conſ. ff. de leg. & diuerſimodè obſeruata non eſt in conſideratione, ſed ſtandum eſt iuri ſcripto, Crau. conſ. 96. conſuetudo contra ius tunc demum valet, quando eſt rationabilis, Alex. conſ. 196. n. 13. lib. 2. & DD. ſup. cit. in cap. cū tāto, de Conſuet. Nec prætenſū priuilegiū, quod ostēnus allegatur, oēpè quod Abbates d. Religionis ſint Epiſcopi, oam hoc cum ſit priuilegium, non præſumitur, niſi probetur, immò in Ciuitate Sulmonis adeſt Epiſcopus ordinarius loci, qui non eſt eiuſdem Religionis, vt experientia docet. Quoad vltimum motiuum dicit pars, adeſſe acceptationem per ipſum actorem factam, quæ minimè parti aduerſæ opitulari poteſt ex pluribus, primò, quia acceptatio prædicta fuit facta poſt lapſum quadriennij à die donationis, & poſt peractam profeſſionem, & ſic tempore, quo donans tanquam mortuus Mundo non poterat amplius donare, & ſic per conſequens nec donatarius acceptare, Molin. lib. 1. de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 2. n. 64. Greg. Lopez ad leg. Tauri lib. 4. tit. 4. p. 5. iſtæ enim duæ voluntates debent

eſſe

eſſe vnitæ, & acceptatio debet fieri tempore habili, quando res eſſet ità integra, quod potuiſset tutè fieri, Bart. in l. ſi vxor, §. ſi quis vxorem, ff. ad l. Iul. de adult. Caſtr. conſ. 195. verſ. videndum eſt, vol. 2. Surd. dec. 206. Theſaur. dec. 70. num. 5. Ruin. conſ. 127. num. 4. vol. 1. Cephal. conſ. 440. n. 31. Dec. conſ. 226. n. 5. Tiraq. in tract. de contractu in 3. p. limit. 30. n. 1. Porrò equidem poſt mortem donantis, ſeu donatarii res non poteſt dici amplius integra, & ideò in vita fieri debet ratificatio, Didac. q. 4. n. 36. Addent. ad Theſaur. d. dec. 70. in vltima apoſt. quod ſecus eſſet ſi vltra perſonam Notarii ſtipulantis pro donatario abſente interueniat alia perſona, nam eo caſu efficitur irreuocabilis, Bart. in l. ſi ego, ff. de neg. geſt. Iacob. Mandell. conſ. 36. n. 2. Theſaur. d. dec. in fine, Io. Franc. de Ponte conſ. 157. n. 7. lib. 2. Nec obſtat ſi dicatur, quod per ſcientiam ipſius Actoris fuit acceptata donatio prædicta, cum talis ſcientia nullomodo fuit in facto probata, nec prodeſt, ſi dicatur, quod cepit poſſeſſionem rei donatæ, nam poſſeſſio prædicta fuit tanquam inquilini domus, & contra inquilinos fuit prouiſum, quod exfractent, & ſoluant penſionem, & nihilominus actor fuit aſtrictus ad ſoluendum, cur inquilinus poſſit infringere quæſtionem dominii, certè non, l. ſi cui, C. loc. & dato quod acceptatio prædicta eſſet facta à Notario bonæ famæ, & conditionis, non poteſt retrotrahi ad tempus donationis, ex quo negotium non erat amplius integrum, & medio tempore eius ius quæſitum dictis mulieribus de Maiorana, non vti hæredibus, ſed vti vocatis per fideicommiſſum factum à dicto quondam Thoma Maiorana, Theſaur. d. dec. 70. n. 5. qui innumeros allegat Doct. & impeditur ratihabitio propter medium inhabile interueniens, l. bonorum, ff. rem ratam hab. Bart. & Bald. in l. 1. C. qui admitti, Bart. in l. ſi is, qui pro empt. ff. de vſucap. Alex. ad Bart. in d. l. ſi vxor, §. ſi quis vxorem, in apoſtill. Grau. conſ. 171. n. 19. nam alioquin eſſent duo fictiones, quæ à lege improbantur, Doct. in d. l. ſi is, qui pro emptore. Acceptatio enim donatarii requiritur etiam ſi ſit acceptata per Notarium, Iul. Clar. in §. donatio, q. 13. Bart. conſ. 200. vol. 1. Piot. de in litem iur. §. 1. n. 6. licet ſecus ſit in donatione facta infanti abſenti, Notario, vel patre pro eo ſtipulante, Alb. conſ. 36. vol. 4. Rota diuerſ. dec. 683. lib. 1. n. 6. Theſaur. d. dec. 70. n. 14. Secundò, quia dicta acceptatio eſt peracta poſt litem motam, & ſic nulliter, poſtquam fuit oppoſitum de nullitate ipſius, Alexand. conſ. 137. numer. 13 vol. 6. ſicut etiam in ſimili dicitur de aſſenſu. nec dictæ acceptationis eſt habenda ratio, tum quia minimè reperta fuit in prothocollo eiuſdem Notarij: tum etiam, quia dictus Notarius vti falſarius deliquit in eodem officio, & fuit condemnatus ad remigandum pro dicta cauſa, vbi deceſſit. Fuit per M. C. V. deciſum in fauorem ipſarū conuentarum contra donationem, à quo decreto fuit appellatum, & adhuc pendet determinatio, in Banca de Fęlice, nunc de Simeone. Subſequuntur aliæ allegationes ſuper eodem facto editæ per Vincentium de Alexandro V. I. D. Adeò doctè, copioſè, & ſubtiliter peritiſſimi Domini conſulētes in principalibus articulis præſentis conſultationis ſcripſerūt, vt neq; ſcribendi neq; adurendi locus ſit, quapropter non immeritò pars aduerſa veritatē ad doctarū doctrinarū agnoſcens acquieuit, & in ueſtigando alias difficultates affirmat, omninò eſſe iudicandum in eius fauorem ex infra narrandis. Dicit enim, quod non poteſt negari, S. C. Trident. conſtitutionem habere locum etiam in Nouitio maiore, prout deduximus eſſe veriſſimum, tamen hoc debet habere locum in Monaſterija Epiſcopo ſubiectis, & debet intelligi Trident. vt Epiſcoporū ſit eam licentiam concedere in Monaſterijs ſibi ſubiectis, non autem in exemptis, & quod Monaſteria Cęleſtinorum ſint exempta, producit in prōptu Vegha, qui connumerat Monaſteria exempta, inter quæ connumerat Monaſteria Cęleſtinorum exempta, qua de re affirmat, habere intētionē fundatam quoad exemptionē, poſtremò adducit Trident. Conſtit. ità fuiſſe interpretatam in eius fauorem à Rodriq. in ſum. Hiſp. p. 2. cap. 7. n. 1. in fine, Vegha in 2. p. praxis fori inter. cap. 5. verſ. es verdader, & ab Intrigl. conſ. 29. n. 7. Verùm auctoritate aliorum peritiſſimorum DD. puto, omninò eſſe iudicandum in fauorem mearum principalium, non obſtantibus ſupra ponderatis. Ducor auctoritate Nauarri comment. 4. de regul. n. 60. qui licet affirmet, Concil. Trident. habere locum, & debere intelligi in Monaſterijs Epiſcopo ſubiectis, tamen in exemptis ait, id pertinere ad Prælatos regulares, vndè omninò fatetur, in renunciationibus licentiam ſaltem Prælatorum regularium exigi debere in locis, & Monaſterijs exemptis, quia ratio finalis in vtroque caſu militat, nè inuiti cogantur Nouitii renunciare bonis ſuis, & Religionem ingredi, & profiteri contra eorum voluntatem, videntes ſe bonis ſuis ſpoliari. Hanc opinionem approbauit Card. in c. ſtatuimus, de tranſact. Barbat. in c. 1. de reb. Eccleſ. alien. vel non, n. 5. Bal. in conſ. 159. vol. 4. & poſt alios doctiſſimus Anna in ſing. 344. incip. moniales, qui refert ſic vidiſſe obſeruatum, tandem Thomas Sāchez in ſuo opere morali in præcepto Decalogi lib. 7. cap. 5. n. 74. affirmat, in vtriſque Monaſterijs exigi licentiam Epiſcopi, vel eius Vicarij, nec neceſſariam eſſe, nec ſufficere licentiam Prælati regularis, quæ adhuc in caſu noſtro nōn reperitur, mouetur, quia Trident. expreſsè voluit, Epiſcopi licentiam, aut eius Vicarij eſſe exigendam in ſimilibus renunciationibus, quando autē aliud voluit, id expreſsit, vt in cap. 5. vbi hæc ſunt formalia verba: Petat licentiam Epiſcopi, vel alterius Superioris, nec etiam obſtat, dicit idem Sanchez, Nouitios Religionis exemptæ non ſubiici Epiſcopo: quia id verum eſt præter caſus, in quibus Trident. Concil. eos Epiſcopis ſubiecit, vt fecit in hoc cap. 16. & 17. ſeq. & ideò hanc partē ſubſtinet ante eum Manuel qq. regul. to. 2. q. 47. art. 14. quibus, iudicio quidem meo, addendum eſt, exemptionem locorū, & Monaſteriorum ſatis ante Concil. Trident. conſtitutionem fuiſſe conceſſam, vndè dum S. C. Trident. ſtatuit, renūciationes cum licentia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij faciendas eſſe à Nouitiis ſub generali ſermone, nulla habita diſtinctione locorum exemptorum, vel ſubiectorum, non eſt dubitandum, exemptos etiam comprehendi ſub iſta generali conſtitutione, his accedit opinio Sanchez loco ſupra citato n. 75. in fine, affirmantis hanc veritatem. Nec minus obſtat quod alii affirmauerunt, in aliquibus Religionibus abiiſſe in deſuetudinem

hanc licentiam petere ab Epiſcopo, & ideò in illis non eſſe neceſſariam, ſic Manuel.2.tom.ſum. cap.7.n.1.in fine, Vegha tom.2.ſummæ cap.50. caſu 3. nam veriſſimum eſſet, ſi conſuetudo ità legitimè præſcripta ſit, vt contra hoc Trident. decretum vires obtinuerit, prout dicit idem Sanchez loco ſupra citato n.75.in fine, vltimò, quod deduximus, præſcriptionem illam adeſſe in caſu noſtro, tum quia hæc via non egit pars aduerſa, tum etiam, quia de conſuetudine nihil eſt probatum, nec probari poteſt ex prædictis in prima allegatione; hæc currenti calamo, cętera ſuppleât peritiſſimi Iudicantes. Alia allegatio eiuſdem articuli. Doctiſſimas Collegæ allegationes perſtringendo, tria potiſſimum actoris inſtantiam tutam reddunt ab oppoſitione, quòd in donatione, de qua agimus, non fuerit Cōciliaris Conſtitutio obſeruata, primum quod Cœleſtinorum Religio ſit exempta ab Ordinario, vt teſtatur Eraſmus Kochier de iuriſdict. Ordin. in exemptos, par.1.quæſt.17 num.16. vndè fit, vt valeant donationes abſque Ordinarii licentia, ſi fiant in Religionibus exemptis, quemadmodum concludit Rodriq.in sūma Hiſpan.p.2.c.7.n.1.in fin. Secundum, quod non modo deductum ſit in Religione Sancti Benedicti, non eſſe in vſu petere licentiam ab Epiſcopo, vel Vicario pro validitate donationum per Nouitios celebrandarum, quemadmodum fitentur Abbas, Prior, & Duodecim venerabilis Monaſterij S. Seuerini, Præſes Congregationis Caſinenſis, vere de più aſſeriſco, lit. A. quod ſufficeret pro particulari vſu Religionis Cœleſtinorum, cum ſub eadē Regula militent, vt patet ex fide eiuſdem Præſidis, verum etiam id ſpecificè probatum reſpectu dictæ Religionis Cœleſtinæ, prout cōſtat ex fide præſentata, ac plurium teſtium depoſitionibus ſuper primo articulo, quorum depoſitio corroboratur ex donationibus in actis præſentatis per Nouitios dicti Ordinis, celebratis abſque licentia Ordinarij, quo ſtante validę iudicabūtur donationes abſque licētia Ordinarij factæ, non obſtante Cōciliari Conſtitutione, prout cōcludit in indiuiduo idem Rodriq.in ſumma latina par. 2. cap.7. num. 1. in fine, quem ſequitur Alph.de Vegha in 2.par.praxis fori inter. cap.50. caſu 3. verſ. es verdader. Tertiū, quod præſens donatio facta fuerit à maiore 16 annorū, vt colligitur ex donatione, & fide natiuitatis donantis, quapropter non erit locus Concilio, prout punctualitèr concludit Menoch.de arbitr.iudic.lib.2. caſu 436. n. 8. quem refert, & ſequitur Intrigl. conſil.29.num.70.& ſeq. vbi ad idem citat Card. Zabatell.in Clem.1.num.19. poſt medium de regul. eandē ſentētiam veriorem appellat Marcell. Conuerſ.in addit.ad Intrigl.ſing.350.num.2. reſecta opinione Cenedi exiſtimantis, dictionem illam (antea) referri non ad ætatem, ſed ad profeſſionem, inquit enim Conuerſan. id planè ridiculum eſſe, cum ſtatim adijciantur illa verba ante profeſſionem, hæc ille. ſed prædictis addendum eſſe exiſtimaui, poſtquam Nouitij regularitèr de renunciationibus bonorum agunt, & caſus propoſitus de donatione facta licèt extraneo, adhuc tamen renunciatio ſapit naturam donationis, optimè ex Dec.conſ.402.tradit Mar. Anto. var.reſol.lib.2.reſol.19.nu.10. hoc ſuppoſito fundamento aduertendum eſſe cenſui, aut tractetur de donatione, ſiuè renunciatione facta ſub ſpe ingreſſus Religionis, ſi valida, vel inualida reputari debeat, & conſequentèr requiſita Sacri Conc. adhibenda fore, & in hoc erit attendendū, qualitèr renūciatio facta à cogitāte ingredi Religionē nō ſit comprehenſa in decreto Sac. Conc. Trident. ita vt valida ſit, etiam ſine Concilii ſolemnitatibus, ita refert Paul. Duran. deciſ. 121. num.33.tom.1.& ita procedit caſus relatus à Ludouic.Bello conſil.134. vbi ita reſoluit, donationem validam eſſe, ſi facta fuerit à minore extra Monaſterium ante habitus ſuſceptionem, & idē firmat Gallet.de renunc.tom.1.lib.3.c.7.n.2.& 7. cęterum autem poſt ingreſſum factum Religionis ſi Nouitius donationem, ſeù renunciationem facere intendit, vel fecerit, caſus eſt comprehenſus in diſpoſitione eiuſdem Concil. Trid. & licet Nouitius intra tempus probationis cenſeatur tanquam laicus, & ſecularis, prout ex Molin. Tiraq.& Nauar. probat Bellus vbi ſupra nu.12. latius Sperel.deciſ.16. vbi plura, Galletat. de renunc.tom.1.lib.3. cap.7. ſub num. 6. reputatur tamen perſona Eccleſiaſtica, Duran. dicta deciſ.121. num.38. & de Clero, Sperel. deciſ.16. num. 40. & conſequenter videtur comprehenſus in diſpoſitione eiuſdem Sacri Concil. Trid. cum loquatur de Nouitiis in Religionem ingreſſis, vt tradit Galletat. vbi ſup. ſub num.7. quo fit, vt ſi donatio ſimplex, teſtamentum, vel codicilli fierent à dictis Nouitiis, includerentur procuIdubio ſub diſpoſitione eiuſdem Concilii, vt ex multis comprobat Nouar. quæſt. forenſ. c.54. num.15.lib.1. ſed quia caſus, de quo agebatur, verſabatur in donatione remuneratoria, relegēda erint congeſta per eundem Nouar. dicto c.54. qui longè proſequendo eandem altercationem multis mediis conatur probare, diſpoſitionem ipſius Concil. non eſſe admittendam, ita vt iſto caſu fieri poterit donatio remuneratoria, abſque ſolemnitatibus eiuſdem Concilii, & ex Molfeſio ibi citato, referente ſic Panormi deciſum cum eadem opinione reſidet, verumtamen aduerſus vtroſque inſurrexit Sperel. in d.deciſ.16.num.53. differendo, hoc non eſſe admittendum, cum facilè fraus committeretur contra diſpoſitionem dicti Concil. ad quod facit conſimilis concluſio relata per Merend. lib. 1. controuerſ. cap. 24. num.1. tom.1. vbi tradit, diſpoſitionem l. donationes, C.de donat.int.vir.& vxor. procedere & in donatione remuneratoria, quocirca reſpectu renunciationis, ſiuè donationis faciendę à Nouitio, ſi requiratur licentia Epiſcopi, ſeù Vicarii, vel Superioris, intrepidè Galletat. vbi ſupra n.11. tenet, faciendā eſſe de licentia Epiſcopi, vel eius Vicarii, ex quo Nouitii non ſubſunt verè eorū Prælatis, quia non verè Religioſi dicuntur, niſi facta profeſſione realitèr, cæterum autem ante factam profeſſionem ſubſunt Ordinariis locorū, qui debent interuenire, vt per eorum præſentiā fraus tollatur, alias facta contra formam prædictam erit nulla, & inualida, quatenus verò ſpectat ad ipſam donationem remuneratoriam, quæ nō eſt ſimplex donatio, ſed quædam permutatio, vel præſtiti officii compenſatio, vt inquit Buccer. in tract. de donat.cap.13.nu.2. ob quod non vera donatio, ſed mera dici poſſit, Honded conſil.47. n.2.vol.1. Io.Ant.Bellon. conſil. 58. n.77. ex quo in ea generalis mentio facta eſt de meritis, & ta-

lis

lis generalis meritorum aſſertio nihil operatur, cum hodiernis temporibus donationes fiant cum illa aſſertione meritorum, vt ſubdit ibi Honded. n. 21. poſt Maſcard. de probat. concl. 184. n. 2. Quamquam ex ſola aſſertione meritorum inter perſonas, inter quas non eſt prohibita donatio, probarentur merita, vt in præcedenti n. 5. Honded. probat, Maſcar. ibidem numer. 16. Io. Anton. Bellon. vbi ſup. n. 71. adhuc tamen exigitur expreſſio ſpecifica meritorum, & ad hoc multos allegat Doct. Maſcard. vbi ſup. n. 10. Et propterea eum in hac donatione non appareat ſpecifica expreſsio meritorum, non aliter dicitur donatio remuneratoria per ſimplicem aſſertionem illorum, Bellon. vbi ſup. n. 70. & ideò nulla. Tandem ad relationem Regij Conſiliarii Ioannia Baptiſtæ Melioris fuit per S.C. confirmatum decretum ipſius M.C. in Banca prædicta.

Donatio rei ſtabilis facta à patre eius filio Clerico, an præſumi debeat ſimulatè facta ad euitandum ius congrui, vel vera, ex rationibus deductis à creditoribus eiuſdem filij. Primo, ex affictu domus factę cōductori ab eo. Secundò, ex obligatione contracta per patrem, & filium in beneficium Monaſterij Capellæ. Tertio, ex emancipatione facta per patrem in filij beneficium. Quartò, ex multis ſolutionibus factis per patrem nomine dicti filij pro dicta domo. Quintò, ex quibuſdam ſupplicationibus porrectis à patre in lite vertente cum dicto Monaſterio Capellæ nomine dicti eius filij, & pariter ex aſſertionibus pluries factis per eundem filium in alijs ſupplicationibus, qualiter domus erat ſua, & vt factum innoteſcat compertum eſt ſub die 2. Iunii 1618. Sancium de Strada Marchionem Criſpani emiſſe quandam domum magnam Palatiatam ſitam à Pizzo Falcone, venditam à Mutio de Marra procuratore Comitis Vgenti, cum eius ratificatione, quam eodem die Marchio ipſe donauerat D. Didaco de Strada Clerico eius filio pro eius legitima, paragio, ac ſupplemento ipſorum, ac etiam pro vita militia, quouis modo ſpectante, & pertinente ſuper bonis ipſius Marchionis, & cum fuiſſet petita aſſiſtentia ſuper dicta domo die 13 Iunii 1624. à D. Laudonia Gomes creditrice ipſius Comitis pro ducatis 2676. intimato ipſo Marchione vti poſſeſſore, comparuit Procurator ipſius D. Didaci, qui erat etiam Procurator D. Marchionis, & petiit remiſſionem ad Curiam Archiepiſcopalem Neap. & præſentauit Bullam expeditam die 9. Iunii 1616. ac etiam donationem, & cognito per S. C. dictam donationem eſſe ſubreptitiam, & ſimulatam, decreuit, vt procederetur ad vlteriora, ad quæ incumbuit, non obſtāte remiſſione petita, de quo grauatus donatarius obtinuit verbum fieri in S. C. in quo facto verbo fuit dictum, benè prouiſum, & non obſtantibus nullitatibus oppoſitis non fuit vlterius in cauſa proceſſum, ſed cum prædicto Marchione, & compilato proceſſu fuit prolata ſententia aſſiſtentiæ, in qua fuit dictum, quæ poſſidetur per Sanciū de Strada Marchionem Criſpani, vndè fuit pro vero habitum, quod S. C. nunquam habuit donationem pro vera, & ſic declarauit per tria decreta, & vnam ſententiam, immò de nouo inſtando Procurator ipſius Marchionis, non aliter moleſtari ſuper dicta domo, vſquequo non fuerint ſolutæ meliorationes, & cum fuiſſet domus appretiata pro ducatis 6050. fuit interpoſitum decretum, quod venderetur, & pretium non liberaretur inconſulto S.C. verum Ill. Marchio Criſpani non amoueatur à poſſeſſione ipſius, niſi prius fuerint ſolutæ meliorationes per ipſum factæ in dicta domo, pro quibus prætendens Marchio retentionem domus, fuit dictum, benè prouiſum, ob quod ipſe Marchio ſuum intentauit iudicium contra dictum Comitem venditorem, & obtinuit ſententiam in eius fauorem, his ſic ſtantibus in anno 1632. inſurrexerunt aliqui creditores apodixarii ipſius D. Didaci, & obtinuerunt literas executoriales contra eum, quarum vigore exequi fecerunt eandem domum, & proindè comparuit præfatus Marchio aſſerendo, eſſe exequutum in bonis alienis, ac etiam pendentiam litis in S.C. & obtinuit, quod M.C. non procedat, & productis actis in S. C. & dato termino ad oſtenſionē, qualiter dicta donatio ab eo facta dicto eius filio non fuit, ad hoc vt habuiſſet dominium, aut poſſeſſionem, quia fuerat fictitia, ac ſimulata, & ad euitandum ius congrui ſemper ipſe Marchio in ea habitauerat, & percipiebat fructus vti verus dominus, & patronus, ad quod produxerat quinque teſtes, & è conuerſo ipſi creditores allegabant ſupra relatas rationes, quibus replicabatur ex parte ipſius Marchionis principaliter, quia obſtabat Conſuet. Nap. Inſtrumenta donationum, vbi Napod. n. 44. in verbo poſſeſſio, per quam diſponitur, quod non valet donatio inter patrem, & filium, ſi de ea filius nō cępit veram, realem, & corporalem poſſeſſionem, nec ſufficit conſtitutum, & præcarium, vt expreſſim notat Couar. lib. 1. practicar. quæſt. cap. 3. nu. 3. in fine, Fachin. omninò videndus lib. 13. controuerſ. cap. 79. Capyc. dec. 14. num. 10. neque præſumitur donatio inter aſcendentes, & deſcendentes, niſi ſit facta traditio rei donatæ, Rota Rom. dec. 262. n. 6. p. 2. & licet non valeat donatio facta filio à patre per vulgata iura, nihilominus ex aduerſo opponebatur, quod ſi poſtea pater pręmoreretur, nō reuocata donatione, prout in caſu noſtro, eum in teſtamento ab ipſo facto nulla de eo fit mentio, nec in eius vita reuocauerat, cenſetur confirmata, Alber. in l. pater, in princ. C. de inoff. teſt. quam opinionem communem eſſe teſtatur Iul. Clar. in §. donatio q. 8. verſ. ſatis etiam. Hoc tamen intelligitur, ſi ſequuta fuerit traditio in vita donantis, alias nec per patris mortem, neque per emancipationem donatarii confirmatur, Didac. Segura in repet. l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, n. 124. ff. de leg. 2. per tex. in l. Papinianus, ff. de donat. int. virum, & vxor. Roman. conſ. 177. & Iaſ. in l. frater à fratre, num. 45. ff. de cond. indebiti, & ratio eſt, quia cum talis donatio, & eius titulus nullius ſint momenti, nihil adeſt, quod per mortem donantis confirmari poſſit, ſed quando præcedit traditio, tunc adeſt actus, res, & voluntas, quæ poſſunt confirmare, & proindè tota confirmationis vis in traditione conſiſtit, & ea deficiente nihil adeſt confirmabile, Paul. Caſtr. in conſ. 128. n. 1. vol. 1. Couar. in rubr. de teſtamentis, in 3. p. n. 30. quam opinionem ſtrenuè defendit contra impugnantes Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. p. 2. numer. 30. cum ſeq. nec ſufficit ficta traditio per conſtitutum, & præcarium, Tiraquell. in tract. de iure conſtit. in 7. limitat.

nu.13.cum ſeq, Pariſ.conſ.128. per totum, vol.1, & licet hæc donatio iuramento confirmetur, vt per nonnullos Doct. relatos per Conſiliar. Phil. Paſcal.de vir. pat.poteſt.cap.4.num.64.& 65.hoc tamen nõ obſtante, ex Bart.in l.1.ff. de donat.int. vir.& vxor. & in l.ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. Bal.& Salic.in l.cum multa, C.de donat.contrarium tenet ibi Paſcal, loco citato, num.67. tanto fortius de prædicta donatione non erit habenda ratio, quando de ea apparet ſimulatio, prout in caſu noſtro, nam donans remanſit in poſſeſſione rei donatæ, vt ad literam text.in l.ſicut, §.ſupervacuũ eſſe, ff quibus mod.pig. vel hypot.ſolu. & ibi Bart.& Doct.omnes, Menoc. de præſumpt. lib.3.præſumpt.122.num.110.vbi dixit, quod aduerſarius habet onus probandi contrarium, quæ ſimulatio & ſi non ſit propoſita per donantem toto tempore vitæ, prout contrarium habetur in caſu noſtro, nam pater allegauit, & probauit, vt ſupra, immò ſi cum iuramento fuiſſet renunciatũ, adhuc hæredes opponere poſſunt, vt in terminis probat Graſſ. de except.in except.12.n.12. & ſeq.& propriè num.25.Salic.in l.3. C.plus val. quod agit. Aret.conſil.96. in 3. dubio, Ruin. in l. nemo poteſt, num.78. ff.de leg.1. Pariſ. conſ. 54. num.75.&77.& conſ.55.lib.1.Surd.conſ.165.n.9. lib.2. & licet ex aduerſo fundetur, quod nemo poteſt allegare propriam turpitudinem, per tex.in l.tranſactione finita, C. de tranſact. & in l. cum profitearis, C.de reuoc. donat.& per alia iura, hoc tamen locum nõ habet, quando adeſt ſimulatio contractus, vt magiſtralitèr declarat Bart.in l. filios, C.de reuoc.ijs, quæ in frau.cred. & conſ. 65.vol.1.num.3.verſic.circa ſecundum, Bal.in dicta l.cum profitearis, num.2. ſecundo & melius poſſunt non ſolum principalis; ſed etiam eius hæredes allegare excipiendo, prout in præſenti caſu clarè habetur, per text.in l.1.C.de cond.ob turp.cauſ.Bart.in l. iuſiurandum, §.procurator, num.6.ff.de iureiur.verſ. ſi vero, vbi Iaſ. num.30. & 32.verſ.2.fallit, & ibi Fulg. Canoniſt. in cap.ex tenore, de teſt.Barbat. in conſ.8.num.9.lib 4.clarè Merlio.de legitima lib 2.tit.1.quæſt.13. num.73. ſed vt clarè appareat de inualiditate dictæ donationis, & eius ſimulatione, quando donatur res pretioſior, non filio primogenito, ſed ſecundogenito, vt loquitur Farin. de ſimulat. & falſit. quæſt.162.num.201.& ſeq.& quæſt.164. nu.126. & quando pater in re donata poſt donationem ædificauit, & fecit meliorationes magni valoris, tunc & eo caſu clarè præſumitur ſimulatio, prout in præſenti caſu, Reg. Rouit. deciſ.3. num.11. & per totam à num. 50. nec parti aduerſæ ſuffragatur affictus dictæ domus factus à dicto D.Didaco, poſtquam proceſſerat, vt euitaret locationem dictæ domus Marchioni Manſeræ, qui illam affictauerat ob amicitiã, & quod ſit verum, pretium affictus receperat eius pater, & non ipſe D.Didacus, nec minus obſtabit obligatio ipſius D.Didaci inſimul cum eius patre, ex quo Monaſterium Capellæ voluit maiorem ſecuritatem habere, dum in principio dictæ litis ipſe D.Didacus petierat remiſſionem cauſæ, & ſolutio facta ab ipſo Marchione nomine dicti eius filii non ſuffragabatur, poſtquam adhuc durabat lis ipſius D.Laudoniæ, in qua ipſe Marchio comparere fecerat dictum eius filium, & in alia lite D.Camillæ Pandone, quod proindè noluit præiudicare remiſſioni petitę ab eius filio, & idẽ etiam aſſerit pro reſponſione ſupplicationibus præſentatis, & quod hoc ſit verum, ipſe Marchio pater alias ſolutiones tacito nomine dicti D.Didaci fecerat, neq; obſtabat emancipatio, eo quod illa facta fuerat ad vnum actum tantum, poſtquam in obligatione facta in beneficium dicti Monaſterii Capellæ per eoſdem patrem, & filiũ in eodem inſtrumento dicitur, quod ad maiorem cautelam pro conualidatione præſentis contractus emancipat, &c. & ſic quando emancipatio eſt facta pro vno actu, habetur pro non facta, Præſ.de Franch. deciſ.32. num.13. nonnullos adducens Doct. immò vt clarius cernitur, quod dicta donatio fuerat facta ad euitandum congruum, vti fictitia, dictus Marchio pater donat eidem Clerico D.Didaco die 2. Iunii 1618. quo tempore dictus D.Didacus nõ erat Clericus, ſed ſe clericauit die 9.Iunii eiuſdem anni poſt ſeptem dies, immò non ſolum ipſe Marchio pater tempore, quo vixit ſteterat in poſſeſſione dictæ domus, ſed etiam poſt mortem eius filius modernus Marchio, percipiendo fructus ſciente dicto D.Didaco, nec aliter contradicente, & in eodem teſtamento condito per dictum quondam Marchionem legauit eidem D.Didaco eius filio ducatos 24. mille pro ſua portione, legitima, & paragio, & pro toto eo, quod pretendere potuiſſet, ad ipsũ ſpectare, & nolens cõtentus eſſe, nil aliud niſi legitima, quæ de iure ad eũ ſpectat, debeatur, ſicq; ſi fuiſſet dicta donatio vera, non erat neceſſe alia legitima alioqui, dũ dicta donatio facta fuerat pro legitima, & demum quia idem fuit deciſum in conſimili caſu relato à D. Reg. Rouito in dicta deciſ.3. vndè ex his deſumitur, omni iure modernum Marchionem eſſe abſoluendum ab impetitione ipſorum creditorũ, qui greſſus ſuos dirigere debeãt aduerſus alia bona ipſius D. Didaci, hæc ſub tutela Marii Bonelli I. C. Neapolitani Aduocati benemeriti, facta relatione in S.R.C. per Reg.Conſil. D. Flaminium de Conſtantio, decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, executionem eſſe factam in bonis prędicti Marchionis Criſpani, & proinde eidem, ſeù eius hæredibus reſtituendam eſſe, hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca de Martino.

Donatio facta abſenti, Notario pro eo ſtipolante ab ingrediẽte Religionem maiore 16. annis ſine licentia Epiſcopi, ſeù eius Vicarii, acceptata poſt profeſſionem, an ſit valida, fuit per S.C. confirmatum decretum M.C. per quod fuerunt abſolutæ ſorores de Maiorana à prætenſis, vigore donationis Marco Antonio de Simeone factæ ante profeſſionem ſine licentia Ordinarii, vt tradit D.Reg.Sanfelic.dec.192.

Donatio à patre facta filiis, ſi nec ex verbis, nec ex alia coniectura aliter appareat, tanquam hæredibus facta præſumi an debeat, deciſum fuit affirmatiuè per S.C.refert Dominus Reg.Sanfelic. deciſ.200.

Donatio, vel teſtamentum ſi fiant in beneficium viri ab vxore an valeat, ſtante pacto inter virum, & fratres ſtipulantes appoſito in capitulis, quod ſoluto matrimonio abſque filiis, ad ipſos dos reuertatur, fuit per S.C.prouiſum, vt diuideretur dos inter virum, & fratres vxoris, ita D. Reg. Sanfelic.deciſ.128.

Dona-

Digitized by Google

Donatio feudi facta ab habente poteſtaté à Rege etiam donandi ſuo filio primogeoito poſt illius conceſsionem prius factam ab eo alteri filio ſecundogenito in perpetnam adminiſtrationem, cum titolo Marchionatus, cum aliis iuribos, reſeruando ſibi illius reuocationem, & hoc ob carentiam filiotum, cum ampla ceſsiooe iuriom in forma, cuius vigore idem primogenitus ſe obligauerat ſoloere eidem fratri ſecundogenito annuos docatos doo mille, vita eius dorante, cum pacto, quod ſi daficeret à ſolutione prædicta, deberet ſoluere ducatos ſexdecim mille, ſi tamen fuerit ab hærede primogeniti defectum non ſoluere, ob quod ſecondogenitus coactus fuerit iudicium inſtituere pro conſequutiooe dictorum ducatorom bis mille, ac ſorte dueatorom 16ſ. & pro parte conuenti oppoſitum de donatione ipſa, vt ſuprà facta, ipſam nõ profuiſſe, ex quo ad eundem primogenitum alio iure ſpectabat dictum feudom, vti primogenitum patris, & quod refutatio erat facta ab eorũ patre in fauorem primogeniti de alio feudo, dum in coorracto ipſe promiſerat maximam ſummam ſoluere creditoribus, ità vt contractus fuerat cum maxima læſione, an propterea ipſa donatio teneat, pro hoc in iure allegauit Dominus Regena Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. ior. tom. 1. controuerſ. 44. vbi in fioe aſſerit. Die Sabathi 4. Aprilis 1615. refereote Conſil. Io. Andrea Georgio feudorũ interpreite celeberrimmo, iunctis aulis obtiooit D. Marchio donationem valere, ioteruenientibus nouem votantibus, Mag. Act. de Viuo pro de Felice.

Dooatio facta contemplatione matrimonij per patrem eius filio, qui per aliud inſtrumentum ſoluere promiſerat eius fratri certos aonuos duc. 500. & cum prætendiſſet dictus filius à patre ſummam annuam promiſſam, & frater à fratre aliam ſummam promiſſam, ao ſubſiſtat, ità vt nõ teneatur donatarius fratri ad aliud, ex quo in fraudem donationis contemplatione matrimonij fuerat facta promiſſio, fuit per S. C. abſolutus ab impetitiooe fratris dooatarius in cauſa Franciſci della Laooeſſa cum Aſcanio fratre, retulit D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 46. nom. 14.

Donatio contemplatione matrimonij facta patre ſtipulante pro ſe, & filijs, aut pro ſe, & hæredibus, vt commodius viuere poſſit cum vxore, & filijs, an infirmari poſſit, prætextu quod ooo fuit vera, ſed ſimulata. Secundò, quatenus non fuiſſet ſimulata, ſpatio tanti temporis præſumebatur ſatisfacta, pro patrimonio Comitiſſæ Sarni conuentæ in iure allegauit D. Conſil. Scipio Theod. in alleg. 78. pro actore io iure reſpondit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 46. vbi in calce ſubdit, fuiſſe patrimonium abſolutom, ſubdens S.C. maximam habuiſſe conſiderationem ad donationem ducatorum 12. mille factã Octauio Tuttauillę, quæ quamnis fuerat promiſſa ex proprijs bonis quondam Ill. Ducis Zagarolæ, attamen reoera illa dooatio fuit ex cauſa matrimonij cõtracti inter filium dicti Ducis cum dicta Comitiſſa, habendo reſpectum ad prætenſiooes eiuſdẽ Octauij, & illa promiſſio de bonis proprijs fuit facta ad maiorem cautelam ipſius Octauij, eo quia aderant innumeri creditores dicti patrimonij.

Donatio facta à patre filijs an iure ſubſiſtat, dum præſupponitur, de iore ipſam eſſe inualidam, item quia non fuerat à donante tradita poſſeſſio, vt ex diſpoſitiooe Conſuetudiois Neapolitaoæ cautum eſt, ſed quia fraudes, ac ſimulatiooes non fueraot probatæ, deciſum fuit pro donatione, ità D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 137. lib. 2.

Donatio facta per aliquã mulierem infirmã exiſtẽtẽ alicui, vt breui manu dooatarius rem donatam reſtitueret patri donantis, non aliter in libera voluntate exiſtentis, ductæq; metu reuerentiali, quia ſic eius pater volebat, præcedentibus minis, an iure ſubſiſtat, deciſum fuit per S.R.C. eſſe inualidam ex rationibus prædictis, in iure tameo confirmatis per Alex. Trentacioq. conſ. 35. lib. 1.

Donatio certorum bonorum etiam dotalium facta ab aliqua ſub certis cooditionibus ibi expreſsis alicui Monaſterio, & confirmata in teſtamento ſub alijs cooditionibus, an iure ſubſiſtat, ſi conditiooes non fuerint adimpletæ poſt obitum teſtatricis, ob quod nullum ios ei ſuper dictis bonis competere videatur, & quia tam in facto, quam in iure fuerũt aliqua deducta à ſubſcripio benemerito Adoocato ſolertiſsimo, libui ea deducere, eum inter Veoerabile Monaſterium Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Ciuitatis Trani, & Monaſteriom Sanctę Crucis eiuſdem Ciuitatis contentio deducta fuerit tam in M. C. V. quã io S.R.C. quę allegationes ſunt v3. Venerab. Monaſterium Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Ciuitatis Trani in anno 1612. conceſsit quondam Hippolytæ Thomaſinæ quandam ciua Capellam ſub vocabolo Diuæ Mariæ Gratiatum cum ſepultura, ſitam intus Eccleſiam eiuſdem Mooaſterii, pro cuius Capellæ dotatione præfata Hippolyta donauit eidem Monaſterio irreuocabiliter ioter viuos, ſequuta tamen eius morte bona ſtabilia, & mobilia in eadem donatione contenta, cum cõditionibus, quarũ prima. *Che ſe dopò ſua morte ſi foſſe ritrouata viua Giouanna ſua ſorella, eſſo Monaſterio le deſſe la metà dell'entrate, eſigende dalli ſuoi beni donati, con hauerne penſiere, e guidarla per non ſaperſi lei guidare, per eſſer matta, e dopò morta detta ſua ſorella eſſo Monaſterio haueſſe tenuto peſo celebrare vna meſſa il giorno in perpetuum in detta ſua Cappella. Secondo, che haueſſe hauuto da vendere li mobili, & il prezzo conuerter in compra d'annue intrate à beneficio di detta ſua Cappella con l'iſteſſo peſo di darne la metà alla ſorella, vita durante. Terzo, che à ſue ſpeſe poi morta detta ſua ſorella l'haueſſe ſepellita con conueniente eſequie nella ſepoltura di detta ſua Cappella, & non adimplendo alle coſe predette ſoccedeſſe, e doueſſe ſoccedere la Cappella di S. Nicola delli Pellegrini della medeſma Città.* Io anno 1614. Hippolyta donatrix condidit teſtamentum, in quo eandem eius Capellam, & pro ea idem Monaſterium eius hæredem vniuerſalem inſtituit, ſeruata forma prædictæ donationis, in quo teſtamento fecit declarationẽ per hæc verba, videlicet. *Item dichiaro, che tutte le robbe per eſſa laſciate, e donate alla detta ſua Cappella li ſono ſtate date in dote da Caſſandra Caetano ſua madre, come doti ſue, con patto, che haueſſe dato con ſuo marito l'alimenti à detta ſua madre, & alla predetta ſua ſorella già dati, e coſì vole che mentre*

campa

e campa detta ſua ſorella le dia eſſe Monaſterio l'alimenti, ſeruata la forma della ſudetta donatione, e quando detti ſuoi parenti voleſſero tenere detta ſua ſorella, ò moueſſero alcuna lite per cauſa di detti alimenti, ò altra raggione, che pretendeſſero, detti ſuoi heredi non ſiano tenuti darli coſa alcuna, & ſic deceſſit. Confirmato poſtmodùm hærede dicto Monaſterio de Monte Carmelo, ſeruata forma donationis, & teſtamenti, præfatæ Hippolytę conſanguinei, & hæredes Ioannę ſororis Hippolytæ intulerunt litem contra prædictum Monaſterium hæredem in Regia Audientia eiuſdem Ciuitatis Trani, prætendendo, non potuiſſe Hippolytã donare, neque teſtari, prætextu quòd eius bona fuiſsẽt ſubiecta fideicommiſſo condito per quondam Marcum Antonium Thomaſinum, & dictam Caſſandram Caccauo, & introducta cauſa in M. C. per viam grauaminum, vbi idem Monaſterium comparuit, ſe tuendo, fideicommiſſum non ſubſiſtere, & quatenus ſubſiſteret, declarari credita ſpectantia ex dotibus eiuſdem Caſſandræ ad idem Monaſteriũ hęredẽ dictę Hippolytæ non comprehendi, & ſic ſeruatis ſeruandis fuit per eandem M. C. creditum prædictum liquidatum in beneficium prædictæ Hippolytæ in ducatis 750. & venditis bonis ſtabilibus ſub haſta ipſius S. C. vigentibus creditoribus, vbi denium cauſa per viam appellationis fuit ſimiliter introducta, remanſerunt Orlando Cazzano pro ducatis 850. quos promiſit, & ſe obligauit ſoluere creditoribus per idem S. C. ordinandis, & interim correſpondere ad rationem duc. 7. pro centenario, dum emptor eſſet debitor in pluribus annatis ex cauſa interuſurii, Monaſterium de Monte Carmelo vti hæres eiuſdem Hippolytæ, & creditor liquidus ſuper iiſdem bonis in ducatis 754. inſtitit, eidem emptori, ſiuè eius hæredi mandari, quod faceret depoſitum de tertiis prædictis, alias contra eum incuſari fideiuſsionem. Ad quod impediendum Monaſterium Sanctæ Crucis eiuſdem Ciuitatis ſimiliter creditor, ſed poſterior ſuper dictis bonis obtinuit ceſsionem iurium à Priore dictæ Eccleſiæ Peregrinorum, ex quibus inſtitit, non potuiſſe, nec poſſe ſuccedere eidem Hippolytæ Monaſterium de Monte Carmelo, prætextu cum non paruiſſe conditionibus appoſitis in donatione, & teſtamento eiuſdem Hippolytæ, & proindè eidem Monaſterio nullum ius competere ſuper bonis prædictis, & cum ſuper hoc articulo dato termino in cauſa fuerint hinc indè factæ probationes, ac proceſſus compilatus remanet expediendus, & ex iuribus infra allegandis pro dicto Monaſterio de Monte Carmelo ſperatur, eum abſolui ab impetitis per dictum Monaſterium Sanctæ Crucis ceſsionarium, vt ſuprà, cùm refectione omnium damnorum, & expenſarum, & intereſſe: Et primò quoad iurium ceſsionem ſubſtinemus, eam eſſe nullam, & inualidam, nam certum eſt in iure, diſtractionem rerum immobiliũ Eccleſiæ non ſubſiſtente legitima cauſa, ac ſolemnitatibus omiſsis, prout in caſu, de quo agitur, eſſe prohibitam, & nullatenus tenere, Gram. dec. 79. num. 13. per tex. in cap. ſine exceptione 12. q. 2. & ibi gloſ. cap. 1. & 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. & ſic ex defectu ſolemnitatis canonicæ, & per conſequens formæ alienatio nulla eſt, ex quo defectu formæ ſuccedit nullitas actus, cum forma det eſſe rei, d. cap. ſine exceptione, & ei nec addi, nec minui poteſt, vt dicit Bal. in l. fin. n. 4. C. de ſuis, & legit. hæred. & in tantum quod eius omiſſio vitiat totum actum, & proceſſum, & cum à iure prohibita ſit alienatio rei Eccleſiaſticæ, niſi fieret in caſu à iure permiſſo, ſemper erit nulla, l. non dubiũ, C. de leg. & in reg. quę contra ius 64. de reg. iur. in 6. quod corroboratur ex diſpoſitione clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. cap. quæ in Eccleſiatum, de Conſt. gloſ. & Abb. in cap. 1. verſ. redire, de in integ. reſt. & non apparente, quod iuſta cauſa præceſſerit, deficientibus debitis ſolemnitatibus alienatio non ſubſiſtit, vt ex iuribus ſuprà allegatis, maximè nullo præcedente tractatu, nec cauſæ cognitione, ſi Eccleſiæ expediens eſſet ità, vel nè, iuxtà notata per Imol. in c. 1. col. 4. verſ. quod autem tractatu, de his, quæ fiunt à Præl ſine conſenſ. Cap. Abb. in cap. cum Apoſtol. col. 1. n. 5. eod. tit. & cap. nulli, & cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. & ibi Scribent. de quo tractatu confecto apparere debet per publicum documentum, Specul. in tit. de locato, §. ſequitur videre, verſ. porrò ſi Eccleſia, vel Monaſterium, & magis clarè idem Specul. in d. §. ſequitur, col. 2. verſ. & nota, Praxis Archiepiſcopalis Neap. cap. 89. n. 3. & tenet Paul. de Caſtro in caſu ſimili in alienatione rei minoris immobilis, cõſ. 19. ſuper eo, quod quæritur, vtrum viſo ſtatuto, & quod omninò requiratur tractatus, ſaltim vnicus loco citato Specul. eod. verbo, & nota, firmant Doct. in cap. 1. de reb. Eccleſ. nõ alien. & Io. And. in addit. ad Specul. in d. §. ſequitur, vbi ſup. & verſ. & nota, ſic fuiſſe deciſum refert Gramat. dec. 79. n. 15. Immò concurrente euidenti vtilitate Eccleſiæ, quæ nedum in caſu noſtro concurrit, vt infra ſine prędictis ſolemnitatibus de iure requiſitis, adhuc contractus dicitur nullus, per ea, quæ tradit, & deciſum teſtatur Præſ. de Franch. deciſ. 35. num. 8. vbi Addentes n. 7. aſſeuerant, ſolemnitates ipſas eſſe cauſæ cognitionem, tractatum, & cauſam, ad hoc vt res Eccleſiæ alienari poſſit, allegant Gramat. dec. 79. Guido. Pap. dec. 149. & alios per eos coaceruatos per tex. in præfato cap. ſine exceptione 12. q. 2. & ibi gloſ. & tunc dicitur cedi in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, quando ità eſt declaratum per Iudices competentes, prout ſolet fieri per Commiſſarios Apoſtolicos, vt idem de Franch. in præalleg. deciſ. aduertit n. 4 & requiritur etiam aſſenſus Apoſtolicus, cap. 1. & 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. & in extrauag. ambitioſæ, eod. tit. notat idem de Franch. præalleg. deciſ. 35. Quæ omnia militant etiam in iurium ceſſione, actionum litis, & cauſæ, quę inter immobilia numerantur, & ſunt ſpecies alienationis, prout in terminis caſus noſtri tenet Abb. in cap. 1. n. 8. de depoſ. c. cũ proindè, n. 4. de pactis, et c. nulli, n. 9. de reb. Eccleſ. non alien. cum aliis relatis per Steph. Quarant. in eius ſumma Bullar. eod. tit. n. 22. & Bonacin. in diſput. 2 q. vnica, puncto 2. 1. propoſ. n. 1. & 9. & ante eũ Redoan. de reb. Eccl. nõ alien. q. 2. Suarez de cenſuris diſput. 22. ſect. 6. num. 6. & quando ſit cum requiſitis in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, vtilitas debet interuenire manifeſtè tempore celebrati contractus, non autẽ poſt, alioquin diceretur celebratus ſub ſpe vtilitatis, & non in euidentem vtilitatem, Genuenſ. in praxi Arch. Neap. cap. 90. nu. 3. Riccius dec. 5.

Bona-

Bonacin. loco citato, puncto 3. propoſit. vnica, num. 2. & puncto 2. in 1. quæſt. in fine, cum igitur talis ceſſio iurium actionum ſit facta nō ſubſiſtente legitima cauſa, nec interuenientibus prædictis debitis requiſitis, de iure pro forma actus introductis, ac etiam deficiente euidenti vtilitate Eccleſiæ, prout mox firmemus ex traditis, & allegatis, ceſſio iurium præfata nulla, & inualida reputatur, eo magis, quia ceſſio prædicta eſt ſimulata, ſiuè calumnioſa, cum ſub ſpe futuræ ſolutionis ducatorum centum poſt victoriam cauſæ, & recuperationē bonorū Eccleſia præfata S. Nicolai Peregrinorum ceſſit eidem Monaſterio S. Crucis prætenſionem ducatorum milla, & plus, & tanquam ſimulata, ſiuè calumnioſa non valet, tex. eſt in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio, C. mand. vbi Doct. communiter, & ceſſionarius non poteſt agere, niſi vſque ad quantitatem pretij ſoluti, & in reliquo neque cedens, neque ceſſionarius agere poteſt, ita firmat tex. in d. l. ab Anaſtaſio vbi Bal. Iacob. de Aren. Pet. & Cyn. dicta l. per diuerſas, & cum in caſu, de quo agitur non fuit aliter ſoluta quantitas promiſſa ducatorum 100. neque agere poteſt virtute ceſſionis prædictæ pro eadem quantitate ſolut promiſſa, niſi eademmet quantitas promiſſa ſoluatur, ita Salicet. in d. l. per diuerſas, col. 4. in 4. q. & ſi obijceretur, ceſſionarium poſſidere bona ſtabilia, & nedum ad finem agēdi, verum etiam ad finē eiuſ, ut a tuendi ceſſionem ipſam obtinuiſſe, replicatur, non ſolum aliter in facto fuiſſe demōſtratum, quod præfatam ceſſionem, ceſſionarius ipſe obtinuit ad finem agendi, & ea nulla, & inualida reputatur ex iuribus ſupra allegatis, ſed adhuc, quia bona ſtabilia ante ceſſionem fuerunt in iudicio deducta vendita ſub haſta, & ordinarium per S. C. audire creditores, & emptor ſe obligauit penès acta ſoluere pretium oblatū, & interim correſpondere, & ſic quando ſumus in actibus dubitatis, idest in iudiciū deductis, in illis non habet locum diſpoſitio dictarum legum per diuerſas, & ab Anaſtaſio, ſed tit. de litigioſis, ita gloſ. in dicta l. per diuerſas per illum tex. in verbo pro indubitatis, gloſ. fin. in fine, in l. 1. C. ne lic. potent. quæ hac vtitur diſpoſitione, Innoc. & Abb. in cap. ſio. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Alber. & Io. Fab. in d. l. per diuerſas, Azo in ſumma ne liti. potent. num. 4. & 5. Hoſtienſ. in ſumma de ceſſ. & Odoff. in l. 2. eo tit. C. ne lic. pot. ſecundò, quoad implementum conditionum pro maiori clientis iure fouendo ponderatur, eis fuiſſe adimpletum ſeruata forma donationis, & teſtamenti dictæ quondam Hipolytæ, quapropter prorſus remanet præfatus prætenſus ceſſionarius excluſus ab eo petitia, cum ſe fundat in non adimplemento conditionum, prout in facto demonſtrauimus, & quod conditionibus ipſis paruit, fundatum eſt in facto per partem ſtetiſſe, quæ impedijt, quin conditiones ipſæ implerētur, & quotieſcunque per eum, cuius intereſt conditionem implere tit, quominus impleatur, perindè habetur, ac ſi impleta fuiſſet, l. ſi poſt diem 5. §. item ſi qua conditione, ff. quando dies leg. ced. ibi, item ſi qua conditio ſit, quæ per legatarium non ſtet, quominus impleatur, ſed aut per hæredem, aut per eius perſonam, in cuius perſonam iuſſus eſt parere conditioni dies legati cedit, quoniam pro impleta habetur, l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſt. l. ſi ea, C. de condit. inſert. Ceph conſ. 8. num. 6. & Gratian. diſcep. forenſ. cap. 223 num. 41. & tandem vt tollatur omnis vmbra difficultatis, pars ex aduerſo cecidit à iure ſuo, quia ſi iam verum, prout veriſſimum eſt in facto, quod nedum eadem pars ex aduerſo voluit ſtare donationi, & teſtamento quondam Hipolytæ, ſed eiuſdem diſpoſitioni expreſsè contradixit, & contra eiuſdem teſtatricis voluntatem ſtatim eius morte ſequuta intulit litigium Monaſterio eius hæredi, prætendendo, eadem bona donata, & teſtata fuiſſe ſubiecta cuidam prætenſo fideicommiſſo quōdam Marci Antonij Thomaſini, & Caſſandræ Caccauo, & iam diſceſſit in Regia Audientia Prouinciali, & in M. C. vbi formatis proceſſibus ſuper hoc articulo fuere plures deciſiones ortæ, & ſic declaratum, Monaſterium præfatum hæredem, vt ſupra creditorem eſſe in duc. 750. ſuper ijſdem bonis, vt ex actis, nā quilibet legatarius tenetur in totum parere voluntati diſponentis, & obſeruare omnes conditiones in forma ſpecifica, alias cadit à iure legati, l. Meuius, & l. qui hæredi, in princ. verſ. certè, ff. de cond. & demonſt. diſponat enim teſtator, & fiat lex, §. diſponat, Auth. de nupt. & ij cenſentur vocati ad legatum, vel fideicommiſſum, qui teſtatoris voluntati paruerint, alias contradicēdo, & non obſeruando voluntatem teſtatricis, à legato, vel fideicommiſſo cecidiſſe cenſentur, tex. eſt expreſſus in l. cum pater, §. libertis, ibi, eos enim ad fideicommiſſum videtur inuitaſſe, qui iudicio paruerint, & ibi cum partem ſuam alienando perdiderit, ff. de leg. 3. & in l. poſt legatū 5. ff. de his, qui. indig. prout in caſu ſimili per S. C. iunctis aulis fuit bis iudicatum in cauſa ſororis Beatricis da Aprano hæredis quondam D. Elionoræ Coſſæ cum Camillo de Aprano, vt ex actis, & proceſſu in Banca de Martino ad relationem olim Regij Conſil. de Petro de anno 1628. & in præſenti cauſa teſtatrix declarauit, *che ſi foſſero dati li alimenti à Giouanna ſua ſorella, ſeruata la forma della detta donatione, e quando detti ſuoi parenti voleſſero tenerla, ò moueſſero alcuna lite per cauſa di detti alimenti, ò per altre ragioni, che pretendeſſero detti ſuoi heredi, non ſiano tenuti darli coſa alcunà*, cum igitur conſanguinei dictæ Ioannæ non paruerunt voluntati diſponentis, & fecerūt totum oppoſitum, vt ſupra rectè concluditur ex iuribus allegatis, ceciderunt à diſpoſitis in donatione, & teſtamento, eo fortius, quia dum quis aliquam rem poteſt prætendere ex contractu, vel vltima voluntate, vel ex duabus diſpoſitionibus, eligendo vnam viam contractus, ab alia via, & diſpoſitione remanet omninò excluſus, l. fin. §. tantum enim abeſt, C. de codicill. ibi, ſciens ſe vnius electione alterius ſibi aditum præcludiſſe, & ſimiliter facta electione vnius corporis, legatarius non poteſt variare, & petere alterum, l. ſi pluribus in fine, & l. huiuſmodi, §. Stichum, ff. de leg. 1. & in l. fideicommiſſa, §. ſic fideicommiſſum, ff. de leg. 3. Bart. in l. eum, qui certarum, §. 1. n. 2. ff. de verbo. oblig. atque ex iis indubitata remanet iuſtitia pro cliente, & proindè eum abſoluendum fore non dubitamus, cum ea ſit repoſita in manibus tam ſupremi Senatus, cuius perſpicaciori iudicio hæc omnia ſubmittimus, Petrus de Philippi. In Dei Nomine Amen, viſa ſupplicatione, olim Maieſtati noſtræ, noſtroque Sa-

Digitized by Google

miſſionibus,clauſulis,et pactis in fauorem Liberati, quare cum ſatis abunde eam ſimulationem declarauerint in dicto inſtrumento, ex vulgata regula iuris,plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur,dominium ab initio, non obſtante quod emptio ſit facta nomine Fabritii Liberato,qui realiter emit, & pecuniam numerauit,quæſitum eſt, d.l.cum proptia,& l.1.2.3.& 4.C.plus valere quod agit,ideòq; declatandum eſt,dominium dictatum retum allodialium in hereditate Liberati remanſiſſe, & in earum pretio creditores eiuſdem Liberati, & præſertim Pattiam,& alios de Grado præferendos eſſe creditoribus Tullii.Octauius Formoſus.Et quamuis in prima inſtantia ad relationem Regii tunc Conſiliarii D. Franciſci de Ocampo fuiſſet deciſum contra dictos creditores ipſius Liberati, nihilominus in gradu reclamationis ad relationem Regii tunc Conſil. Petri Antonii Caranitæ fuit per S.C. deciſum, quod ſuſpenſo decreto prædicto liberetur depoſitum ducatorum 8000. creditoribus ipſius Liberati, vt ex actis in Banca Sciacciaurrari.

Dominium an cenſeatur tranſlatum per adiudicationem bonorum, non facto prius appretio, relata fuit deciſio ſupra in verbo appretium.

Dominium directum an probetur, quando vltrà vnicam recognitionem quis habetet canonum ſolutiones, concluditur affirmatiuè, & ſic deciſum fuit in cauſa Franciſci Antonii Marottæ, & Dorotheæ Pinto cum Duce Tuſcani, dum fuit condemnatus ad ſolutionem laudemiorum, ità Io. Bapt.Hodiern.in addit.ad Surd.dec.10.n.8.in noua impreſſione.

Dominium feudi empti ab aliquo, licet ex aliena pecunia, an aliquo modo quæri debeat ipſi domino pecuniæ, ità vt per actionem ei quæſitam cogendi emptorem feudi ad diſponendum de illo ad eius libitum, & conſequenter feudalis erit actio ipſa diiudicanda,& in ea,ipſiuſq; emolumento an heres in feudo, vel in allodio ſuccedere debeat, vt contingit in emptione feudi S. Lucæ empti per D.Hieronymum Marcheſium de pecunia Marchionis Boualini, in quo ſuccedere prætendebat Alexander Loffredus frater ipſius Marchionis, & immediatus ſucceſſor in feudalibus, excluſa D. Anna Marcheſia filia eiuſdem D.Hieronymi emptoris.Die 15.Decembris 1612.referente D.tunc Conſil.Brancia,dunctis aulis fuit prouiſū, q; detur terminus iuris in cauſa ad probandum incumbentia, & interim manuteneatur in poſſeſſione Terræ S. Lucæ, olim nominatæ Patomia in Prouincia Calabriæ vltra D. Anna Marcheſia filia D.Hieronymi, & Alexander de Loffredo deſiſtat à turbatione illata,& reſtituat omne,quod forte exegerit,penès Bottellum,refert D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.contrau.iur.tom.1.controu.18.

Dominus vtilis an præferatur emptori, cui directus dominus vendidit illud ius, quod ſibi præſtabat vtilis ipſe dominus, deciſum fuit negatiuè per M. C. & confirmatum per S. C. vt refert Preſ.de Franch.dec.17.n.8.quem ſequitur Maur. Burg. in tract. de laudemio p.3. inſp.21 in addit. num.19.

Dominus alicuius domus contiguæ viæ vicinali, per quam vicinus habebat ingreſſum ad eius domum, an poſſit ſuper proprium murum ponere tectum, quod habeat ſtillicidium in dicta via, contradicente vicino, deciſum fuit affirmatiuè, & confirmatum per M.C.V. refert D. Regens Hector Capycius Latro conſult.64.

Dominus directus an præferatur creditori,ex cuius pecunia res fuit meliorata, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa illorum de Milano cum Franceſca de Auzato,in Banca Iacobi Figliolæ,vt refert D.Conſil. D.Ferd. Arias de Meſa var.reſol. lib.1,cap.49.n.30.

Domus Eccleſiæ locata abſq; aſſenſu Apoſtolico ad longum tempus, intra quod fuit conceſſa in emphyteuſim, pretio aſſenſu,an ab emphyteuta vendicari poſſit, cenſuit M.C.in hoc caſu non eſſe locum tex. in l.emptorem, C.loc.nec aliter potuiſſe nullitatem allegari ab alio,quam ab Eccleſia,D.Reg.Sanfel.dec.309.

Donatarius an teneatur ad debita contracta per donantè ante donationé,licet Caroc.dec.115.n. 3.ex Guid. Pap.dec.105.& Capel.Tholoſ.dec.386. dicat,donatarium omnium bonorum non teneri ad debita perſoluenda, tamen Cancer. var.reſol.tom.1. cap.8. n.68. diſputat articulum illum, num donatarius omnium bonorum poſſit conueniri actione perſonali pro debitis donatoris ante donationem contractis, & deductis rationibus hinc indè, demum n.69.refert deciſum per illum Senatum conueniri poſſe, vbi n.73.ſubdit, quod donatarius vniuerſali caſu, quo in ſubſidium conueniatur, non tenetur ad debita, niſi quatenus bona ſibi donata patiuntur, & ſi inuentarium non fecerit, ex Bart.& Aym.ibi relatis, aſſerens,ità obtinuiſſe, de quo latiſſimè per Coſtam de remed.ſubſid.remed.108.n.6.Conſt.Sicul. conſ.38. n.29. Conſil.Marcell.Marcian. conſ.38. ſub n.6.in fine,immò quod donatarius vniuerſalis poſſit directo conueniri à creditoribus hæreditatis, deciſum fuit per S. C.alias ex Aloyſio de Leo in Lætis alienis n.2.C.de donat.tradit Hieronym.de Leo deciſion. Valent.107.n.37.& dec. 50. quem teſtatur Mar.Cutell. de donat. contempl.matrim. tom.1.par.10. n.65. & in deciſ.Sicil.26.n.1.Gerius Spin. conſ.75. n.12.& 13.conferunt diſcuſſa,& deciſa ab Anton. Fabr. in eius Codic.lib.8.tit.36.deſin.5.& deciſum tradit Papon.lib.11. tit.2.arreſt.2.Ludou.Bellus conſ.129. etiam actione perſonali, iuxtà conſil. Reg. Lanar.90.quem ſequitur Coſta de portion, ratæ q.90.n.10.vltrà Cancer.vbi ſupr.Benè verum eſt, quod exiſtente alio cohærede, non niſi pro rata bonorum donatorum teneri videatur creditoribus ante donationem contrahentibus, & ſic limitant concluſionem contrariam, vt pro rata teneantur,deciſum tradit Papon.d.lib. 11.tit.2.in appendice, arreſt. 1. ac etiam pro quota bonorum,ſeu hæreditatis, iuxtà deciſa per Hieronym. de Laurent.deciſion. Auen.197. Ea propter in cauſa Ill. D. Ferdinandi Caraſæ Marchionis S.Lucidi cum Ioanne Franciſco eius fratre, inter cætera contenta in decreto lato per S.C. die 19. menſis Iulii 1565. Facto verbo de prædictis in S.C.per Mag.& Circumſpect. V.I.D.Io. Andream de Curte Reg.Conſ. & Propræſ.& cauſæ Commiſſ.leguntur hęc formalia verba, videlicet. Teneaturq; idem Marchio pro rata bonorum ſibi donatorum contribuere in quantitatibus prædictis ſibi adiudicatis pro debitis contractis per

per Ill. q. Federicum eius patrem ante donationẽ per illũ factã ipſi Ill. Ferdinãdo, videlicet pro ducatis 5800. ſolutis Annibali Galerato, & duc. 872. t. 10. ſolutis Magnificæ Iſabellæ Galeratæ, & duc. 1745. 2. dotium maternarum, & duc. 190. ſolutis Mag. Spina, & ratam prędictam ſibi tangentem, ſimiliter deducere teneatur de ſumma in eadem ſententia ſibi adiudicata, quibus omnibus prædictis, vt prædicitur deductis, pro reliquo ſententia lata in fauorem ipſius Ill. Marchionis exequatur, &c. vt percepi ex votis Regij Conſil. Ludouici Quadræ, verum quia præfatus Ill. Marchio ſoluerat prædictas quantitates dictis creditoribus, habitis ab eis ceſſionibus in forma, ideircò iterum facta relatione ab eodem, fuit concluſum reſpectu creditorum poſt donationẽ, quod exequatur ſententia alias lata in ſui fauorem, vt ſupra eo, verbo aſſiſtentia.

Donatio facta contemplatione matrimonii ſecundo loco contracti per patrem filio naſcituro ex eo de aliquo feudo præuio aſſenſu, in quo non fuerat expreſſum, alium filium extare ex primo matrimonio, vnde ex hoc obreptio deſumebatur, an propterea inualidari debeat, vt contingit in cauſa Fräciſci Caraſæ, & Bartholomei Caraſæ decidi per S.C. de cuius mẽtio fit per Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 1. num. 15. eũdem ſequẽdo Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de reſtitutio, feud. §. 10. per totum, vbi aliquantulum videtur hanc deciſionem impugnare, vt ibi per eũ, viſum fuit mihi verba decreti deſuper interpoſiti enunciare ad tollendas difficultates, quæ ſunt, videlicet. Die 22. Iunij 1563. facta relatione in S.R.C. per V.I.D. Ioannem Andream de Curte Regium Conſiliarium, & Propræſidem S. C. & cauſæ Commiſſarium, per S. R. C. prouiſum eſt, & declaretur, feudum Falaſctiſij in proceſſu deducti ſpectare, & pertinere ad dictum Magnificum Franciſcum primogenitum Magnifici quondam Hadriani Caraſæ ex matrimonio per eum contracto cum Magnifica Catharina de Maira, & eiuſdem Hadriani hærede, & propterea Magn. Bartolomeum illius detentorem condemnandum eſſe ad relaxationem feudi prędicti, & illius poſſeſſionem vacuam, & expeditã dare dicto Magnifico Franciſco, ſaluis, & reſeruatis vtrique parti iuribus competentibus ſuper fructibus ex feudo prædicto perceptis per ipſum Magnificum Bartholomæum, ac quantitatibus per eum erogatis pro recuperatione feudi prædicti, ac etiam ſuper iure offerendi, vel pro fructibus feudi remanſis, ſuper quibus partibus auditis S. C. ſibi reſeruat prouiſionem faciendam, neutram partem, &c.

Donatio facta à patre filio an computetur in legitimã, reperi apoſtillam Regij Conſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris manuſcriptam ſic dicentem, quod ſi admittatur, donationem eſſe ob cauſam, & tunc debet imputari, ſicut fundat Theſaur. in deciſ. 46. cum alijs citatis per Petegr. de fideicommiſſ. art. 36. num. 134. ſed ſi admittatur, quod donatio ſit ſimplex, non debet talis donatio in legitimam imputari, iuxta deciſionem 15. Peguerę, & poſt Fabrum, & alios Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 1. num. 48. & propterea in cauſa Ferdinandi Caraſæ quondam Roberti cum creditoribus Io. Baptiſtę Caraſæ ſuper liquidatione legitimæ, ſeu paragij competentis Fauſtinæ Larro, facta relatione in S. R. C. per Dominum Antonium Orificium, fuit deciſum, quod bona donata per Robertum filijs ſecundogenitis computentur quòad liquidationem dictæ legitimæ, ſeù paragij, & deinde fuit dictum, quod bona donata ſecundogenitis dicti quondam Roberti non veniant in computatione dicti paragij quòad detractionem, ideò pro ipſa donatione bonorum donatorum prædictum Ferdinandum poſſe habere recurſum ſuper bonis feudalibus, & his addo Mangil. in tract. de imputat. quæſt. 29. Merlin. in tract. de legitima lib. 2. tit. 29. Thoro.

Donatio perſonalis facta ab aliquo alicui, qui præmoritur, caducatur, & iure reuerſionis ſpectabit ad donantem, exemplificat Præſ. de Franch. in deciſ. 591. in princ. in matre donante feudum filio, qui præmortuus eſt, in cuius hæreditate concurrebat mater donans, & ſoror, & refert deciſum in beneficium matris, quoniam erat donatio perſonalis, alias ſecus ſi fuiſſet realis, ex Add. ibi relato, quem ſequitur Maia in deciſione vnica poſt eius conſultationes, num. 30. vbi hanc materiam prolixius exarat.

Donatio facta à Nouitio ex nunc pro tunc ſequuta eius profeſſione, quatenus ad ſuam legitimam ſpectaret, & ſimilitèr pro portione dotis maternæ alicui extraneo in remunerationem ſeruitiorum, non obſtante fideicommiſſo paterno, ſi fuerit facta Notario ſtipulante pro abſente, & non aliter acceptata, immò contra diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini, vt prætendebatur, an iure ſubſiſtat; quemadmodùm ex facti narratione deſumebatur, dũ in anno 1550. Thomas Maiorana ſuum condidiſſet teſtamentũ, in quo ſuos hæredes vniuerſales pro æquali parte, & portione inſtituit Petrum Antonium, & Io. Paulum Miorana ſuos filios legitimos, & naturales, ſub reciproca inuicem ſubſtitutione, & quod ipſis decedentibus ſine filijs ſuccedere deberent Laura, Iulia, & Claudia de Maiorana eorum ſorores, & quod ſi aliquis ipſorum Religioſus efficeretur, ei deberentur ducati duodecim ſingulis annis ſua vita durante, dummodo talis Religio egeret auxilio, & adita per eos hæreditate, ſucceſſo poſtmodum obitu ipſius Petri Antonij, alter cohæres Io. Paulus hæres vniuerſalis Religionem Patrum Cœlaſtinorum ingreſſus fuit die 6. Octobris 1604. & perſiſtens in Nouitiatu, D. Dioniſij nomen aſſumens, donationem fecit irreuocabilitèr inter viuos ducat. 625. ſequuta eius profeſſione, pro eo, quod ad ipſum ſpectabat pro legitima in bonis paternis, & de dote materna, non obſtante dicto fideicommiſſo paterno Rationali Marco Antonio de Simone extraneo, in remunerationẽ ſeruitiorum, eo abſẽte, & Notario pro eo ſtipulante, & dum ipſæ ſorores in poſſeſſione bonorum perſiſterent, vigore dicti fideicommiſſi, præfatus donatarius eas in M.C.V. cõuenerat ad relaxationem tot bonorũ hæreditariorum vigore dictæ donationis, qui licet in termino probatorio produxiſſet duos verſus acceptationis factæ per eũ per manus publici Notarii poſt quatuor annos dictæ donationis, & quod dictus Io. Paulus in ſeculo ità appellabatur, & iam poſtea D. Dionſius poſt profeſſionẽ factã, & cumulãdo petitiones inſtabat pro relaxatione domus poſſeſſæ per d. Thomã, & indè p ipſum Io. Pau-

Digitized by Google

Paulum, omiſſa ſeruitiorum probatione, Nihilominus ex aduerſo replicabatur, talem donationem ex tribus eſſe nullam, & primò, quia iſta donatio eſt remuneratoria, & merita non fuerunt probata, Imol. in l. Attilius Regulus, ff. de donat. Marta de clauſ. p. 2. clauſ. 49. Ant. Gabriel. de donat. concl. 1. n. 6. Confeſſio enim donantis non ſtat ſuper meritis, qui de communi teſtatur, Imol. in l. donationem, num. 5. de donat. Gugl. Gnidob. Adu. 31. n. 22. eo magis quia ſumus in Monaco, cui eſt prohibita alienatio, Tiraq. de leg. connub. gloſ. 5. n. 116. & in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. col. 2. in princ. & maximè grauato fideicommiſſo, ex relatis per Fuſar. de ſubſtitut. q. 524. Secundo, ex eo, quia talis donatio eſt nulla ipſo iure, tanquam facta contra formam, & diſpoſitionem S.C. Tridentini, cap. 15. incip. nulla quoq; renunciatio, ſeſſ. 25. cuius Capituli adſunt hæc verba in proceſſu, ex quo non adeſt licentia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij, & ſic loci Ordinarij, quæ probatur eo ipſo, quod de contrario non conſtabat, in quo capitulo adeſt clauſula annullatiua, & irritans, etiam fauore piæ cauſæ. Tertiò, ex quo dicta donatio non fuit acceptata per donatarium, prout de iure requiritur, quando donatio eſt facta abſenti, licet ſit acceptata per Notarium, cum acceptatio Notarij ſit conditionata, ſi, & in quantum abſens voluerit acceptare, Molfeſ. in tit. de renunc. q. 1. n. 7. His tamen reſpondebatur ex parte donatarij eo, quod dict. Concil. Trident. diſpoſuit, producendo aliquas fides priuatas aliquorum Abbatum Sancti Seuerini, aſſerentium, quod quando Nouitij faciunt renunciationes eorum bonorum, non erit neceſſarius interuentus Epiſcopi, ſeù Vicarij, & ità ſolitum eſt, ſicq; præſupponit, quod ſit præſcriptum Concilium, producendo etiam aliquas renunciationes factas abſq; licentia Epiſcopi. Et huic dicebant ſorores de Maiotana, quod non fit, ſed quod fieri debet, attendi debet, & quod non conſtabat, quod ipſi Monaci fuerunt Abbates, & quod ſigillum erat Monaſterij, eo maximè, quia contra Concilium nulla cadit præſcriptio, ſeù conſuetudo per expreſſam clauſulam annullatiuam irritantem, quæ operatur, vt nullo modo poſſit fieri præſcriptio, quæ ligat etiam ignorantes, licet non quoad pœnam, tamen quoad actus nullitatem, cap. ſi eo tempore, vbi gloſ. de elect. in 6. cap. dudum, & cap. pen. de præb. Farin. p. 7. fragment. crimin. lit. C. n. 672. Felin. in cap. cæterum, num. 10. de reſcript. Puteus deciſ. 181. lib. 1. & in ſpecie in Concil. Trident. Mareſc. variar. reſolut. cap. 19. n. 11. p. 1. addens in fine Conc. Seſſ. 25. hortatoria Summo Pontifici, ſeù monitoria omnibus Principibus, vt quæ in ea decreta ſunt deprauari, aut violati non permittant, immò quando lex aliquid prohibet, ſimpliciter intelligitur, tacitè apponere clauſulam annullatiuam, vt apertis verbis notatur in l. non dubium, C. de leg. vbi Doct. Auguſt. Barboſ. in tract. de diction. clauſ. 112. n. 41. & clauſ. 114. & ſolemnitas Conc. eſt ſeruanda à quocunq; Nouitio, etiam maiore 16. annorum, Molfeſ. in Conſuet. Neap. tit. de renunt. q. 16. n. 31. & 33. vbi refert, ità deciſum in Congregat. Cardin. Gutier. canon. quæſt. lib. 2. cap. 1. n. 34. qui optimis medijs reprobat opinionem Iacobi Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 5. caſ. 436. n. 8. & tenet contra opinionem Menoc. Rodriq. tom. 2. quæſtion. regul. q. 47. artic. 13. Hæc namq; prætenſa allegatio conſuetudinis in facti themate militat, tum quia non ſunt verificata requiſita neceſſaria, quæ requiruntur ad inducendam conſuetudinem contra legem (dato quod eſſemus in caſu, quo admitti poſſit) licet temporis diuturnitas ſaltim 40. annorum ſpatio requiratur, Felin. in cap. ſtatuimus, n. 4. de maior. & obed. Puteus dec. 241. n. 3. Secundò, frequentia actuum, ac maioris partis in contradictorio iudicio validè declaratorum, Bal. conſ. 210. lib. 1. quia antequam non eſt ſemel iudicatum, non dicitur inducta conſuetudo cõtra legem, Aldob. in §. ex non ſcripto, Inſt. de iure nat. immò pro parte conuentarum adducitur Molfeſ. qui in tit. de renunc. q. 16. n. 15. refert, in Congregatione Eminent. Card. fuiſſe nullã, & inualidam declaratã donationẽ factã à Nouitio maiore in beneficium quarundam de Gueuara, ex quo fuit facta abſq; licentia Epiſcopi. Tertiò non fuit probata ſcientia, & patientia Summi Pontificis, prout requiritur, Crau. conſ. 137. n. 8. Bart. & alij in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Old. conſ. 237. n. 3. & conſ. 244. Alben. conſ. 13. Dec. cõſ. 51. Natta conſ. 794. Alex. conſ. 42. vol. 2. Doct. communiter in d. l. de quibus, & l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Gabriel. com. concluſion. de præſcript. concluſ. 2. numer. 81. libr. 5. Marant. conſil. 71. de Franch. deciſion. 183. nec pars egit vigore dictæ conſuetudinis, & ſic per hoc etiam conuentæ ſunt abſoluendæ, Bart. in d. l. de quibus, in fine, Crauet. conſ. 161. nu. 8. Alex. conſ. 67. lib. 7. Tum etiam, quia per teſtes partis minimè fuit probata conſuetudo, quia deponunt de auditu, Bart. & alij in d. l. 2. & de auditu à perſonis prohibitis teſtari abſq; licentia, vt ipſimet teſtes fatentur. conſuetudinis enim difficillima eſt probatio, Alex. d. conſ. 45. Rol. conſ. 53. n. 33. lib. 2. nec poteſt induci in caſu noſtro, cum adſint actus diffomes, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 31. n. 8. Nec poteſt induci ab his, qui nõ habent facultatem ſtatuendi contra ius, Crauett. conſ. 134. n. 25. & conſ. 96. n. 4. & interrumpitur per vnicum actum contrarium, Abb. in cap. fin. de conſuet. Soc. conſ. 7. vol. 1. Bal. in l. cum de conſ. ff. de leg. & diuerſimodè obſeruata non eſt in conſideratione, ſed ſtandum eſt iuri ſcripto, Crau. conſ. 96. conſuetudo contra ius tunc demum valet, quando eſt rationabilis, Alex. conſ. 196. n. 13. lib. 2. & DD. ſup. cit. in cap. cũ tãto, de Conſuet. Nec prætensũ priuilegiũ, quod oretenus allegatur, nẽpè quod Abbates d. Religionis ſint Epiſcopi, nam hoc cum ſit priuilegium, non præſumitur, niſi probetur, immò in Ciuitate Sulmonis adeſt Epiſcopus ordinarius loci, qui non eſt eiuſdem Religionis, vt experientia docet. Quoad vltimum motiuum dicit pars, adeſſe acceptationem per ipſum actorem factam, quæ minimè parti aduerſæ opitulari poteſt ex pluribus, primò, quia acceptatio prædicta fuit facta poſt lapſum quadriennij à die donationis, & poſt peractam profeſſionem, & ſic tempore, quo donans tanquam mortuus Mundo non poterat amplius donare, & ſic per conſequens nec donatarius acceptare, Molin. lib. 1. de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 2. n. 64. Greg. Lopez ad leg. Tauri lib. 4. tit. 49. 5. iſtæ enim duæ voluntates debent

eſſe

Digitized by Google

eſſe vrite, & acceptatio debet fieri tempore habili, quando res eſſet ità integra, quod potuiſſet tutè fieri, Bart. in l. ſi vxor, §. ſi quis vxorem, ff. ad l. Iul. de adult. Caſtr. conſ. 195. verſ. videndum eſt, vol. 2. Surd. dec. 206. Theſaur. dec. 70. num. 5. Ruin. conſ. 127. num. 4. vol. 1. Cephal. conſ. 440. n. 31. Dec. conſ. 226. n. 5. Tiraq. in tract. de contract. in 3. p. limit. 30. n. 1. Porrò equidem poſt mortem donantis, ſeu donatarii res non poteſt dici amplius integra, & ideò in vita fieri debet ratificatio, Didac. q. 4. n. 36. Addent. ad Theſaur. d. dec. 70. in vltima apoſt. quod ſecus eſſet ſi vltra perſonam Notarii ſtipulantis pro donatario abſente interuaniat alia perſona, nam eo caſu efficitur irreuocabilis, Bart. in l. ſi ego, ff. de neg. geſt. Iacob. Mandell. conſ. 36. n. 2. Theſaur. d. dec. in fine, Io. Franc. de Ponte conſ. 157. n. 7. lib. 2. Nec obſtat ſi dicatur, quod per ſcientiam ipſius Actoris fuit acceptata donatio prædicta, cum talis ſcientia nullo modo fuit in facto probata, nec prodeſt, ſi dicatur, quod cępit poſſeſſionem rei donatæ, nam poſſeſſio prædicta fuit tanquam inquilini domus, & contra inquilinos fuit prouiſum, quod exfractent, & ſoluant penſionem, & nihilominus actor fuit aſtrictus ad ſoluendum, eur inquilinus poſſit infringere quæſtionem dominii, certè non, l. ſi cui, C. loc. & dato quod acceptatio prædicta eſſet facta à Notario bonæ famæ, & conditionis, non poteſt retrotrahi ad tempus donationis, ex quo negotium non erat amplius integrum, & medio tempore eius ius quęſitum dictis mulieribus de Maiorana, non vti hæredibus, ſed vti vocatis per fideicommiſſum factum à dicto quondam Thoma Maiorana, Theſaur. d. dec. 70. n. 5. qui innumeros allegat Doct. & impeditur ratihabitio propter medium inhabile interueniens, l. bonorum, ff. rem ratam hab. Bart. & Bald. in l. 1. C. qui admitti, Bart. in l. ſi is, qui pro empt. ff. de vſucap. Alex. ad Bart. in d. l. ſi vxor, §. ſi quis vxorem, in apoſtill. Grau. conſ. 171. n. 19. nam alioquin eſſent duo fictiones, quæ à lege improbantur. Doct. in d. l. ſi is, qui pro emptore. Acceptatio enim donatarii requiritur etiam ſi ſit acceptata per Notarium, Iul. Clar. in §. donatio, q. 13. Bart. conſ. 200. vol. 2. Plot. de in litem iur. §. 1. n. 6. licet ſecus ſit in donatione facta infanti abſenti, Notario, vel patre pro eo ſtipulante, Alb. conſ. 36. vol. 4. Rota diuerſ. dec. 683. lib. 1. n. 6. Theſaur. d. dec. 70. n. 14. Secundò, quia dicta acceptatio eſt peracta poſt litem motam, & ſic nulliter, poſtquam fuit oppoſitum de nullitate ipſius, Alexand. conſ. 237. numer. 13. vol. 6. ſicut etiam in ſimili dicitur de aſſenſu. nec dictæ acceptationis eſt habenda ratio, tum quia minimè reperta fuit in prothocollo eiuſdem Notarii; tum etiam, quia dictus Notarius vti falſarius deliquit in eodem officio, & fuit condemnatus ad remigandum pro dicta cauſa, vbi deceſſit. Fuit per M. C. V. deciſum in fauorem ipſarũ conuętarum contra donationem, à quo decreto fuit appellatum, & adhuc pendet determinatio, in Banca de Felice, nunc de Simeone. Subſequuntur aliæ allegationes ſuper eodem facto editæ per Vincentium de Alexandro V. I. D. Adeò doctè, copioſè, & ſubtiliter peritiſſimi Domini conſulẽtes in principalibus articulis præſentis conſultationis ſcripſerũt, vt neq; ſcribendi neq; aducndi locus ſit, quapropter non immeritò pars aduerſa veritatẽ adductarũ doctinarũ agnoſcens acquieuit, & inueſtigando alias difficultates affirmat, omninò eſſe iudicandum in eius fauorem ex infra narrandis. Dicit enim, quod non poteſt negari, S. C. Trident. conſtitutionem habere locum etiam in Nouitio maiore, prout deduximus eſſe veriſſimum, tamen hoc debet habere locum in Monaſterijs Epiſcopo ſubiectis, & debet intelligi Trident. vt Epiſcoporũ ſit eam licentiam concedere in Monaſterijs ſibi ſubiectis, non autem in exemptis, & quod Monaſteria Cęleſtinorum ſint exempta, producit in prõptu Vegha, qui connumerat Monaſteria exempta, inter quæ connumerat Monaſteria Cęleſtinorum exempta, qua de re affirmat, habere intẽtionẽ fundatam quoad exemptionẽ, poſtremò adducit Trident. Conſtit. ità fuiſſe interpretatam in eius fauorem à Rodriq. in ſum. Hiſp. p. 2. cap. 7. n. 1. in fine, Vegha in 2. p. praxis fori inter. cap. 5. verſ. es verdader, & ab Intrigl. conſ. 29. n. 7. Verùm auctoritate aliorum peritiſſimorum DD. puto omninò eſſe iudicandum in fauorem mearum principalium, non obſtantibus ſupra ponderatis. Ducor auctoritate Nauarri comment. 4. de regul. n. 60. qui licet affirmet, Concil. Trident. habere locum, & debere intelligi in Monaſterijs Epiſcopo ſubiectis, tamen in exemptis ait, id pertinere ad Prælatos regulares, vndè omninò fatetur, in renunciationibus licentiam ſaltem Prælatorum regularium exigi debere in locis, & Monaſterijs exemptis, quia ratio finalis in vtroque caſu militat, nè inuiti cogantur Nouitii renunciare bonis ſuis, & Religionem ingredi, & profiteri contra eorum voluntatem, videntes ſe bonis ſuis ſpoliari. Hanc opinionem approbauit Card. in c. ſtatuimus, de tranſact. Barbat. in c. 1. de reb. Eccleſ. alien. vel non, n. 5. Bal. in conſ. 119. vol. 4. & poſt alios doctiſſimus Anna in ſing. 344. incip. moniales, qui refert ſic vidiſſe obſeruatum, tandem Thomas Sãchez in ſuo opere morali in præcepto Decalogi lib. 7. cap. 5. n. 74. affirmat, in vtriſque Monaſterijs exigi licentiam Epiſcopi, vel eius Vicarij, nec neceſſariam eſſe, nec ſufficere licentiam Prælati regularis, quæ adhuc in caſu noſtro nõ reperitur, mouetur, quia Trident. expreſsè voluit, Epiſcopi licentiam, aut eius Vicarij eſſe exigendam in ſimilibus renunciationibus, quando autẽ aliud voluit, id expreſſit, vt in cap. 5. vbi hæc ſunt formalia verba: Petat licentiam Epiſcopi, vel alterius Superioris, nec etiam obſtat, dicit idem Sanchez, Nouitios Religionis exemptæ non ſubijci Epiſcopo: quia id verum eſt præter caſus, in quibus Trident. Concil. eos Epiſcopis ſubiecit, vt fecit in hoc cap. 16. & 17. ſeq. & ideò hanc partẽ ſubſtinet ante eum Manuel qq. regul. to. 2. q. 47. art. 14. quibus, iudicio quidem meo, addandum eſt, exemptionem locorũ, & Monaſteriorum ſatis ante Concil. Trident. conſtitutionem fuiſſe conceſſam, vndè dum S. C. Trident. ſtatuit, renũciationes cum licentia Epiſcopi, ſiuè eius Vicarij faciendas eſſe à Nouitiis ſub generali ſermone, nulla habita diſtinctione locorum exemptorum, vel ſubiectorum, non eſt dubitandum, exemptos etiam comprehendi ſub iſta generali conſtitutione, his accedit opinio Sanchez loco ſupra citato n. 75. in fine, affirmantis hanc veritatem. Nec minus obſtat quod alij affirmauerunt, in aliquibus Religionibus abiiſſe in deſuetudinem

hanc licentiam petere ab Epiſcopo, & ideò in illis non eſſe neceſſariam, ſic Manuel. 2. tom. ſum. cap. 7. n. 1. in fine, Vegha tom. 2. ſummæ cap. 50. caſu 3. nam veriſſimum eſſet, ſi conſuetudo ità legitimè præſcripta ſit, vt contra hoc Trident. decretum vires obtinuerit, prout dicit idem Sanchez loco ſupra citato n. 75. in fine, vltimò, quod deduximus, præſcriptionem illam adeſſe in caſu noſtro, tum quia hæc via non egit pars aduerſa, tum etiam, quia de conſuetudine nihil eſt probatum, nec probari poteſt ex prædictis in prima allegatione, hæc currenti calamo, cętera ſuppleāt peritiſſimi Iudicantes. Alia allegatio eiuſdem articuli, Doctiſſimas Collegæ allegationes perſtringendo, tria potiſſimum actoris inſtantiam tutam reddunt ab oppoſitione, quòd in donatione, de qua agimus, non fuerit Conciliaris Conſtitutio obſeruata, primum quod Cœleſtinorum Religio ſit exempta ab Ordinario, vt teſtatur Eraſmus Kochier de iuriſdict. Ordin. in exemptos, par. 1. quæſt. 17 num. 16. vndè fit, vt valeant donationes abſque Ordinarii licentia, ſi fiant in Religionibus exemptis, quemadmodum concludit Rodriq. in sũma Hiſpan. p. 2. c. 7. n. 1. in fin. Secundum, quod non modò deductum ſit in Religione Sancti Benedicti, non eſſe in vſu petere licentiam ab Epiſcopo, vel Vicario pro validitate donationum per Nouitios celebrandarum, quemadmodum fatentur Abbas, Prior, & Duodecim venerabilis Monaſterij S. Seuerini, Præſes Congregationis Caſinenſis, vere de più aſſeriſco, lit. A. quod ſufficeret pro particulari vſu Religionis Cœleſtinorum, cum ſub eadē Regula militent, vt patet ex fide eiuſdem Præſidis, verum etiam id ſpecificè probatum reſpectu dictæ Religionis Cœleſtinæ, prout cōſtat ex fide præſentata, ac plurium teſtium depoſitionibus ſuper primo articulo, quorum depoſitio corroboratur ex donationibus in actis præſentatis per Nouitios dicti Ordinis, celebratis abſque licentia Ordinarij, quo ſtante validè iudicabūtur donationes abſque licētia Ordinarij factæ, non obſtante Cōciliari Conſtitutione, prout concludit in indiuiduo idem Rodriq. in ſumma latina par. 2. cap. 7. num. 1. in fine, quem ſequitur Alph. de Vegha in 2. par. praxis fori inter. cap. 50. caſu 3. verſ. es verdader. Tertiū quod præſens donatio facta fuerit à maiore 16 annorū, vt colligitur ex donatione, & fide natiuitatis donantis, quapropter non erit locus Concilio, prout punctualitèr concludit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 436. n. 8. quem refert, & ſequitur Intrigl. conſil. 29. num. 70. & ſeq. vbi ad idem citat Card. Zabarell. in Clem. 1. num. 19. poſt medium de regul. eandē ſentētiam veriorem appellat Marcell. Conuerſ. in addit. ad Intrigl. ſing. 350. num. 2. reiecta opinione Cenedi exiſtimantis, dictionem illam (antea) referri non ad ætatem, ſed ad profeſſionem, inquit enim Conuerſan. id planè ridiculum eſſe, cum ſtatim adijciantur illa verba ante profeſſionem, hæc ille. ſed prædictis addendum eſſe exiſtimaui, poſtquam Nouitij regularitèr de renunciationibus bonorum agunt, & caſus propoſitus de donatione facta licèt extraneo, adhuc tamen renunciatio ſapit naturam donationis, optimè ex Dec. conſ. 402. tradit Mar. Anto. var. reſol. lib. 2. reſol. 23. nu. 10. hoc ſuppoſito fundamento aduertendum eſſe cenſui, aut tractatur de donatione, ſiuè renunciatione facta ſub ſpe ingreſſus Religionis, ſi valida, vel inualida reputari debeat; & conſequentèr requiſita Sacri Conc. adhibenda fore, & in hoc erit attendendū, qualitèr renūciatio facta à cogitāte ingredi Religionē nō ſit comprehenſa in decreto Sac. Conc. Trident. ita vt valida ſit, etiam ſine Concilij ſolemnitatibus, ita refert Paul. Duran. deciſ. 121. num. 33. tom. 1. & ita procedit caſus relatus à Ludouic. Bello conſil. 134. vbi ita reſoluit, donationem validam eſſe, ſi facta fuerit à minore extra Monaſterium ante habitus ſuſceptionem, & idē firmat Gallet. de renunc. tom. 1. lib. 3. c. 7. n. 2. & 7. cęterum autem poſt ingreſſum factum Religionis ſi Nouitius donationem, ſeù renunciationem facere intendit, vel fecerit, caſus eſt comprehenſus in diſpoſitione eiuſdem Concil. Trid. & licet Nouitius intra tempus probationis cenſeatur tanquam laicus, & ſecularis, prout ex Molin. Tiraq. & Nauar. probat Bellus vbi ſupra nu. 12. latius Sperel. deciſ. 16. vbi plura, Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 3. cap. 7. ſub num. 6. reputatūr tamen perſona Eccleſiaſtica, Duran. dicta deciſ. 121. num. 38. & de Clero, Sperel. deciſ. 16. num. 40. & conſequenter videtur comprehenſus in diſpoſitione eiuſdem Sacri Concil. Trid. cum loquatur de Nouitiis in Religionem ingreſſis, vt tradit Gallerat. vbi ſup. ſub num. 7. quo fit, vt ſi donatio ſimplex, teſtamentum, vel codicilli fierent à dictis Nouitiis, includerentur procùldubio ſub diſpoſitione eiuſdem Concilij, vt ex multis comprobat Nouat. quæſt. forenſ. c. 54. num. 13. lib. 1. ſed quia caſus, de quo agebatur, verſabatur in donatione remuneratoria, relegēda erint congeſta per eundem Nouat. dicto c. 54. qui longè proſequendo eandem altercationem multis mediis conatur probare, diſpoſitionem ipſius Concil. non eſſe admittendam, ita vt iſto caſu fieri poterit donatio remuneratoria, abſque ſolemnitatibus eiuſdem Concilij, & ex Molſeſio ibi citato, referente ſic Panormi deciſum cum eadem opinione reſidet, verumtamen aduerſus vtroſque inſurrexit Sperel. in d. deciſ. 16. num. 53. differendo, hoc non eſſe admittendum, cum facilè fraus committeretur contra diſpoſitionem dicti Concil. ad quod facit conſimilis concluſio relata per Merend. lib. 1. controuerſ. cap. 24. num. 1. tom. 1. vbi tradit, diſpoſitionem l. donationes, C. de donat. int. vir. & vxor. procedere & in donatione remuneratoria, quocirca reſpectu renunciationis, ſiuè donationis facienda à Nouitio, ſi requiratur licentia Epiſcopi, ſeù Vicarii, vel Superioris, intrepidè Gallerat. vbi ſupra n. 11. tenet, faciendā eſſe de licentia Epiſcopi, vel eius Vicarii, ex quo Nouitii non ſubſunt verè corō Prælatis, quia non verè Religioſi dicuntur, niſi facta profeſſione realitèr, cæterum autem ante factam profeſſionem ſubſunt Ordinariis locorū, qui debent interuenire, vt per eorum præſentiā fraus tollatur, alias facta contra formam prædictam erit nulla, & inualida, quatenus verò ſpectat ad ipſam donationem remuneratoriam, quæ nō eſt ſimplex donatio, ſed quædam permutatio, vel præſtiti officii compenſatio, vt inquit Buccer. in tract. de donat. cap. 13. nu. 2. ob quod non vera donatio, ſed mera dici poſſit, Honded. conſil. 47. n. 2. vol. 1. Io. Ant. Bellon. conſil. 58. n. 77. ex quo in ea generalis mentio facta eſt de meritis, & ta-

lis

lis generalis meritorum aſſertio nihil operatur, cum hodiernis temporibus donationes fiant cum illa aſſertione meritorum, vt ſubdit ibi Honded. n. 21. poſt Maſcard. de probat. concl. 184. n. 2. Quamquam ex ſola aſſertione meritorum inter perſonas, inter quas non eſt prohibita donatio, probarentur merita, vt in præcedenti n. 5. Honded. probat, Maſcar. ibidem numer. 16. Io. Anton. Bellon. vbi ſup. n. 71. adhuc tamen exigitur expreſſio ſpecifica meritorum, & ad hoc multos allegat Doct. Maſcard. vbi ſup. n. 10. Et propterea cum in hac donatione non appareat ſpecifica expreſsio meritorum, non aliter dicitur donatio remuneratoria per ſimplicem aſſertionem illorum, Bellon. vbi ſup. n. 70. & ideò nulla. Tandem ad relationem Regij Conſiliarij Ioannis Baptiſtæ Melioris fuit per S.C. confirmatum decretum ipſius M.C. in Banca prædicta.

Donatio rei ſtabilis facta a patre eius filio Clerico, an præſumi debeat ſimulatè facta ad euitandum ius congrui, vel vera, ex rationibus deductis à creditoribus eiuſdem filij. Primo, ex affictu domus factę cōductori ab eo. Secundò, ex obligatione contracta per patrem, & filium in beneficium Monaſterij Capellæ. Tertio, ex emancipatione facta per patrem in filij beneficium. Quartò, ex multis ſolutionibus factis per patrem nomine dicti filij pro dicta domo. Quintò, ex quibuſdam ſupplicationibus porrectis à parte in lite vertente cum dicto Monaſterio Capellæ nomine dicti eius filij, & pariter ex aſſertionibus pluries factis per eundem filium in alijs ſupplicationibus, qualiter domus erat ſua, & vt factum innoteſcat compertum eſt ſub die 2. Iunii 1618. Sancium de Strada Marchionem Criſpani emiſſe quandam domum magnam Palatiatam ſitam à Pizzo Falcone, venditam à Mutio de Matra procuratore Comitis Vgenti, cum eius ratificatione, quam eodem die Marchio ipſe donauerat D. Didaco de Strada Clerico eius filio pro eius legitima, paragio, ac ſupplemento ipſorum, ac etiam pro vita militia, quouis modo ſpectante, & pertinente ſuper bonis ipſius Marchionis, & cum fuiſſet petita aſſiſtentia ſuper dicta domo die 13 Iunii 1624. à D. Laudonia Gomes creditrice ipſius Comitis pro ducatis 2676. intimato ipſo Marchione vti poſſeſſore, comparuit Procurator ipſius D. Didaci, qui erat etiam Procurator D. Marchionis, & petiit remiſſionem ad Curiam Archiepiſcopalem Neap. & præſentauit Bullam expeditam die 9. Iunii 1616. ac etiam donationem, & cognito per S. C. dictam donationem eſſe ſubreptitiam, & ſimulatam, decreuit, vt procederetur ad vlteriora, ad quæ incumbunt, non obſtare remiſſione petita, de quo grauatus donatarius obtinuit verbum fieri in S.C. in quo facto verbo fuit dictum, benè prouiſum, & non obſtantibus nullitatibus oppoſitis non fuit vlterius in cauſa proceſſum, ſed cum prædicto Marchione, & compilato proceſſu fuit prolata ſententia aſſiſtentiæ, in qua fuit dictum, quæ poſſidetur per Sanciū de Strada Marchionem Criſpani, vndè fuit pro vero habitum, quod S.C. nunquam habuit donationem pro vera, & ſic declarauit per tria decreta, & vnam ſententiam, immò de nouo inſtando Procurator ipſius Marchionis, non aliter moleſtari ſuper dicta domo, vſquequo non fuerint ſolutæ meliorationes, & cum fuiſſet domus appretiata pro ducatis 6050. fuit interpoſitum decretum, quod venderetur, & pretium non liberaretur inconſulto S.C. verum Ill. Marchio Criſpani non amoueatur à poſſeſſione ipſius, niſi prius fuerint ſolutæ meliorationes per ipſum factæ in dicta domo, pro quibus prætendens Marchio retentionem domus, fuit dictum, benè prouiſum, ob quod ipſe Marchio ſuum intentauit iudicium contra dictum Comitem venditorem, & obtinuit ſententiam in eius fauorem, his ſic ſtantibus in anno 1632. inſurrexerunt aliqui creditores apodixarij ipſius D. Didaci, & obtinuerunt literas executoriales contra eum, quarum vigore exequi fecerunt eandem domum, & proindè comparuit præfatus Marchio aſſerendo, eſſe exequutum in bonis alienis, ac etiam pendentiam litis in S.C. & obtinuit, quod M.C. non procedat, & productis actis in S. C. & dato termino ad oſtenſionē, qualiter dicta donatio ab eo facta dicto eius filio non fuit, ad hoc vt habuiſſet dominium, aut poſſeſſionem, quia fuerat fictitia, ac ſimulata, & ad euitandum ius congrui ſemper ipſe Marchio in ea habitauerat, & percipiebat fructus vti verus dominus, & patronus, ad quod produxerat quinque teſtes, & è conuerſo ipſi creditores allegabant ſupra relatas rationes, quibus replicabatur ex parte ipſius Marchionis principaliter, quia obſtabat Conſuet. Nap. Inſtrumenta donationum, vbi Napod. n. 44. in verbo poſſeſſio, per quam diſponitur, quod non valet donatio inter patrem, & filium, ſi de ea filius nō cępit veram, realem, & corporalem poſſeſſionem, nec ſufficit conſtitutum, & præcarium, vt expreſſim notat Couar. lib. 1. practicar. quæſt. cap. 3. nu. 3. in fine, Fachin. omninò videndus lib. 13. controuerſ. cap. 79. Capyc. dec. 14. num. 10. neque præſumitur donatio inter aſcendentes, & deſcendentes, niſi ſit facta traditio rei donatæ, Rota Rom. dec. 261. n. 6. p. 2. & licet non valeat donatio facta filio à patre per vulgata iura, nihilominus ex aduerſo opponebatur, quod ſi poſtea pater pręmoreretur, nō reuocata donatione, prout in caſu noſtro, cum in teſtamento ab ipſo facto nulla de eo ſit mentio, nec in eius vita reuocauerat, cenſetur confirmata, Alber. in l. pater, in princ. C. de inoff. teſt. quam opinionem communem eſſe teſtatur Iul. Clar. in §. donatio q. 8. verſ. ſatis etiam. Hoc tamen intelligitur, ſi ſequuta fuerit traditio in vita donantis, alias nec per patris mortem, neque per emancipationem donatarij confirmatur, Didac. Segura in repet. l. vnum ex familia, §. ſed ſi fundum, n. 124. ff. de leg. 2. per tex. in l. Papinianus, ff. de donat. int. virum, & vxor. Roman. conſ. 277. & Iaſ. in l. frater à fratre, num. 45. ff. de cond. indebiti, & ratio eſt, quia cum talis donatio, & eius titulus nullius ſint momenti, nihil adeſt, quod per mortem donantis confirmari poſſit, ſed quando præcedit traditio, tunc adeſt actus, res, & voluntas, quæ poſſunt confirmare, & proindè tota confirmationis via in traditione conſiſtit, & ea deficiente nihil adeſt confirmabile, Paul. Caſtr. in conſ. 128. n. 1. vol. 1. Couar. in rub. de teſtamentis, in 3. p. n. 30. quam opinionem ſtrenuè defendit contra impugnantes Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 7. p. 2. numer. 30. cum ſeq. nec ſufficit ficta traditio per conſtitutum, & præcarium, Tiraquell. in tract. de iure conſtit. in 7. limitat.

nu.13.cum ſeq. Pariſ.conſ.128. per totum, vol.1, & licet hæc donatio iuramento confirmetur, vt per nonnullos Doct. relatos per Conſiliat. Phil. Paſcal.de vir. pat.poteſt.cap.4.num.64.& 65.hoc tamen nũ obſtante,ex Bart.in l.1.ff. de donat.int. vir.& vxor. & in l.ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ, Bal.& Salic.in l.cum mulia, C.de donat.contrarium tenet ibi Paſcal. loco citato,num.67. tanto fortius de prædicta donatione non erit habenda ratio, quando de ea apparet ſimulatio, prout in caſu noſtro, nam donans remanſit in poſſeſſione rei donatæ, vt ad literam text.in l.ſicut, §.ſuperuacuũ eſſe, ff quibus mod.pig. vel hypot.ſolu, & ibi Bart.& Doct.omnes,Menoc. de præſumpt, lib.3.præſumpt,122.num.110.vbi dixit,quod aduerſarius habet onus probandi contrarium,quæ ſimulatio & ſi non ſit propoſita per donantem toto tempore vitæ,prout contrarium habetur in caſu noſtro, nam pater allegauit, & probauit, vt ſupra, immò ſi cum iuramento fuiſſet renunciatũ,adhuc hæredes opponere poſſunt,vt in terminis probat Graſſ. de except.in except.12.n.12.& ſeq.& propriè num.25.Salic.in l.3. C.plus val, quod agit. Aret.conſil.96, in 3. dubio, Ruin. in l, nemo poteſt, num.78. ff.de leg.1. Pariſ. conſ. 54. num.75.& 77.& conſ.55.lib.1.Surd.conſ.165.n.9. lib.2. & licet ex aduerſo fundetur, quod nemo poteſt allegare propriam turpitudinem,per tex.in l.tranſactione finita, C. de tranſact. & in l. cum profitearis, C.de reuoc. donat.& per alia iura, hoc tamen locum nõ habet, quando adeſt ſimulatio contractus,vt magiſtraliter declarat Bart.in l. filios, C.de reuoc.ijs,quæ in frau.cred. & conſ. 65.vol.1.num.3.verſic.circa ſecundum, Bal.in dicta l.cum profitearis,num.2. ſecundo & melius poſſunt non ſolum principalis; ſed etiam eius hæredes allegare excipiendo,prout in præſenti caſu clarè habetur, per text.in l.1.C.de cond. ob turp.cauſ.Bart.in l. iuſiurandum, §.procurator, num.6.ff.de iureiur.verſ. ſi vero,vbi Iaſ. num.30. & 32.verſ.2.fallit,& ibi Fulg. Canoniſt. in cap.ex tenore,de teſt.Barbat. in conſ.8.num.9.lib 4.clarè Merlin.de legitima lib 2.tit.1.quæſt.13.num.73. ſed vt clarè appareat de inualiditate dictæ donationis, & eius ſimulatione,quando donatur res pretioſior,non filio primogenito, ſed ſecundogenito, vt loquitur Farin. de ſimulat. & falſit. quæſt.162.num.201.& ſeq.& quæſt.164. nu.126. & quando pater in re donata poſt donationem ædificauit, & fecit meliorationes magni valoris, tunc & eo caſu clarè præſumitur ſimulatio,prout in præſenti caſu, Reg. Rouit. deciſ.3.num.11. & per totam à num. 50. nec parti aduerſæ ſuffragatur affictus dictæ domus factus à dicto D.Didaco, poſtquam proceſſerat, vt euitaret locationem dictæ domus Marchioni Manſeræ, qui illam affictauerat ob amicitiã,& quod ſit verum,pretium affictus receperat eius pater,& non ipſe D.Didacus,nec minus obſtabit obligatio ipſius D.Didaci inſimul cum eius patre, ex quo Monaſterium Capellæ voluit maiorem ſecuritatem habere, dum in principio dictæ litis ipſe D.Didacus petierat remiſſionem cauſæ, & ſolutio facta ab ipſo Marchione nomine dicti eius filii non ſuffragabatur, poſtquam adhuc durabat lis ipſius D.Laudoniæ, in qua ipſe Marchio comparere fecerat dictum eius filium,& in alia lite D.Camillæ Pandonæ, quod proindè noluit præiudicare remiſſioni petitę ab eius filio, & idẽ etiam aſſerit pro reſponſione ſupplicationibus præſentatis, & quod hoc ſit verum,ipſe Marchio pater alias ſolutiones tacito nomine dicti D.Didaci fecerat,neq; obſtabat emancipatio,eo quod illa facta fuerat ad vnum actum tantum, poſtquam in obligatione facta in beneficium dicti Monaſterii Capellæ per eoſdem patrem, & filiũ in eodem inſtrumento dicitur,quod ad maiorem cautelam pro conualidatione præſentis contractus emancipat, &c, & ſic quando emancipatio eſt facta pro vno actu, habetur pro non facta, Præſ.dè Franch, deciſ,32, num.13. nonnullos adducens Doct, immò vt clarius cernitur, quod dicta donatio fuerat facta ad euitandum congruum, vti fictitia,dictus Marchio pater donat eidem Clerico D.Didaco die 2. Iunii 1618. quo tempore dictus D.Didacus nõ erat Clericus, ſed ſe clericauit die 9.Iunii eiuſdem anni poſt ſeptem dies, Immò non ſolum ipſe Marchio pater tempore, quo vixit ſteterat in poſſeſſione dictæ domus,ſed etiam poſt mortem eius filius modernus Marchio, percipiendo fructus ſciente dicto D.Didaco, nec aliter contradicente,& in eodem teſtamento condito per dictum quondam Marchionem legauit eidem D.Didaco eius filio ducatos 24. mille pro ſua portione,legitima, & paragio, & pro toto eo,quod prętendere potuiſſet, ad ipsũ ſpectare,& nolens cõtentus eſſe,nil aliud niſi legitima,quæ de iure ad eũ ſpectat,debeatur, ſicq; ſi fuiſſet dicta donatio vera,non erat neceſſe alia legitima relinqui,dũ dicta donatio facta fuerat pro legitima, & demum quia idem fuit deciſum in conſimili caſu relato à D. Reg. Rouito in dicta deciſ.3. vndè ex his deſumitur,omni iure modernum Marchionem eſſe abſoluendum ab impetitione ipſorum creditorũ, qui greſſus ſuos dirigere debeãt aduerſus alia bona ipſius D. Didaci,hæc ſub tutela Marii Bonelli I. C. Neapolitani Aduocati benemeriti, facta relatione in S.R.C. per Reg.Conſil. D. Flaminium de Conſtantio, decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt,executionem eſſe factam in bonis prędicti Marchionis Criſpani, & proinde eidem, ſeù eius hæredibus reſtituendam eſſe,hoc ſuum,&c. penès Secretarium,in Banca de Martino.

Donatio facta abſenti,Notario pro eo ſtipulante ab ingrediẽte Religionem maiore 16. annis ſine licentia Epiſcopi, ſeù eius Vicarii, acceptata poſt profeſſionem, an ſit valida, fuit per S.C. confirmatum decretum M.C. per quod fuerunt abſolutæ ſorores de Maiorana à prætenſis,vigore donationis Marco Antonio de Simeone factæ ante profeſſionem ſine licentia Ordinarii, vt tradit D.Reg.Safelic.dec.192.

Donatio à patre facta filiis,ſi nec ex verbis, nec ex alia coniectura aliter appareat,tanquam hæredibus facta præſumi an debeat, deciſum fuit affirmatiuè per S.C.refert Dominus Reg.Sanfelic, deciſ.200.

Donatio, vel teſtamentum ſi fiant in beneficium viri ab vxore an valeat, ſtante pacto inter virum, & fratres ſtipulantes appoſito in capitulis,quod ſoluto matrimonio abſque filiis,ad ipſos dos reuertatur, fuit per S.C.prouiſum, vt diuideretur dos inter virum, & fratres vxoris, ita D.Reg. Sanfelic.deciſ.128.

Donatio feudi facta ab habente poteſtatẽ à Rege etiam donandi ſuo filio primogenito poſt illius conceſsionem prius factam ab eo alteri filio ſecundogenito in perpetuam adminiſtrationem cum titulo Marchionatus, cum alijs iuribus, reſeruando ſibi illius reuocationem, & hoc ob carentiam filiorum, cum ampla ceſsione iurium in forma, cuius vigore idem primogenitus ſe obligauerat ſoluere eidem fratri ſecundogenito annuos ducatos duo mille, vita eius durante, cum pacto, quod ſi daficeret à ſolutione prædicta, deberet ſoluere ducatos ſexdecim mille, ſi tamen fuerit ab hærede primogeniti defectum non ſoluere, ob quod ſecundogenitus coactus fuerit iudicium inſtituere pro conſequutione dictorum ducatorum bis mille, ac ſorte ducatorum 165. & pro parte conuenti oppoſitum de donatione ipſa, vt ſuprà facta, ipſam nõ profuiſſe, ex quo ad eundem primogenitum alio iure ſpectabat dictum feudum, vti primogenitum patris, & quod refutatio erat facta ab eorũ patre in fauorem primogeniti de alio feudo, dum in contractu ipſe promiſerat maximam ſummam ſoluere creditoribus, ità vt contractus fuerat cum maxima læſione, an propterea ipſa donatio teneat, pro hoc in iure allegauit Dominus Regens Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. controuerſ. 44. vbi in fine aſſerit. Die Sabathi 4. Aprilis 1615. referente Conſil. Io. Andrea Georgio feudorũ interprete celeberrimmo, iunctis aulis obtinuit D. Marchio donationem valere, interuenientibus nouem votantibus, Mag. Act. de Viuo pro de Felice.

Donatio facta contemplatione matrimonij per patrem eius filio, qui per aliud inſtrumentum ſoluere promiſerat eius fratri certos annuos duc. 500. & cum prætendiſſet dictus filius à patre ſummam annuam promiſſam, & frater à fratre aliam ſummam promiſſam, an ſubſiſtat, ità vt nõ teneatur donatarius fratri ad aliud, ex quo in fraudem donationis contemplatione matrimonij fuerat facta promiſſio, fuit per S. C. abſolutus ab impetitione fratris donatarius in cauſa Franciſci della Laoneſſa cum Aſcanio fratre, retulit D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 46. num. 24.

Donatio contemplatione matrimonij facta patre ſtipulante pro ſe, & filijs, aut pro ſe, & hæredibus, vt commodius viuere poſſit cum vxore, & filijs, an infirmari poſſit, prætextu quod non fuit vera, ſed ſimulata. Secundò, quatenus non fuiſſet ſimulata, ſpatio tanti temporis præſumebatur ſatisfacta, pro patrimonio Comitiſſæ Sarni conuentæ in iure allegauit D. Conſil. Scipio Theod. in alleg. 78. pro actore in iure reſpondit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 46. vbi in calce ſubdit, fuiſſe patrimonium abſolutum, ſubdens S. C. maximam habuiſſe conſiderationem ad donationem ducatorum 12. mille factã Octauio Turtauillę, quæ quamuis fuerat promiſſa ex proprijs bonis quondam Ill. Ducis Zagarolæ, attamen reuera illa donatio fuit ex cauſa matrimonij cõtracti inter filium dicti Ducis cum dicta Comitiſſa, habendo reſpectum ad prætenſionea eiuſdẽ Octauij, & illa promiſſio de bonis proprijs fuit facta ad maiorem cautelam ipſius Octauij, eo quia aderant innumeri creditores dicti patrimonij.

Donatio facta à patre filijs an iure ſubſiſtat, dum præſupponitur, de iure ipſam eſſe inualidam, item quia non fuerat à donante tradita poſſeſſio, vt ex diſpoſitione Conſuetudinis Neapolitanæ cautum eſt, ſed quia fraudes, ac ſimulationes non fuerant probatæ, deciſum fuit pro donatione, ità D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 137. lib. 2.

Donatio facta per aliquã mulierem infirmã exiſtẽtẽ alicui, vt breui manu donatarius rem donatam reſtitueret patri donantis, non aliter in libera voluntate exiſtentis, ductæq; metu reuerentiali, quia ſic eius pater volebat, præcedentibus minis, an iure ſubſiſtat, deciſum fuit per S.R.C. eſſe inualidam ex rationibus prædictis, in iure tamen confirmatis per Alex. Trentacinq. conſ. 35. lib. 1.

Donatio certorum bonorum etiam dotalium facta ab aliqua ſub certis conditionibus ibi expreſsis alicui Monaſterio, & confirmata in teſtamento ſub alijs conditionibus, an iure ſubſiſtat, ſi conditiones non fuerint adimpletæ poſt obitum teſtatricis, ob quod nullum ius ei ſuper dictis bonis competere videatur, & quia tam in facto, quam in iure fuerũt aliqua deducta à ſubſcripto benemerito Aduocato ſolertiſsimo, libui ea deducere, cum inter Venerabile Monaſterium Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Ciuitatis Trani, & Monaſterium Sanctę Crucis eiuſdem Ciuitatis contentio deducta fuerit tam in M. C. V. quã in S.R.C. quę allegationes ſunt v3. Venerab. Monaſterium Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Ciuitatis Trani in anno 1612. conceſsit quondam Hippolytæ Thomaſinæ quandam ciua Capellam ſub vocabulo Diuæ Mariæ Gratiarum cum ſepultura, ſitam intus Eccleſiam eiuſdem Monaſterii, pro cuius Capellæ dotatione præfata Hippolyta donauit eidem Monaſterio irreuocabiliter inter viuos, ſequuta tamen eius morte bona ſtabilia, & mobilia in eadem donatione contenta, cum cõditionibus, quarũ prima. *Che ſe dopò ſua morte ſi foſſe ritrouata viua Giouanna ſua ſorella, eſſo Monaſterio le deſſe la metà dell'entrate, eſigende dalli ſuoi beni donati, con hauerne penſiero, e guidarla per non ſaperſi lei guidare, per eſſer matta, e dopò morta detta ſua ſorella eſſo Monaſterio haueſſe tenuto peſo celebrare vna meſſa il giorno in perpetuum in detta ſua Cappella. Secondo, che haueſſe hauuto da vendere li mobili, & il prezzo conuerter in compra d'annue intrate à beneficio di detta ſua Cappella con l'iſteſſo peſo di darne la metà alla ſorella, vita durante. Terzo, che à ſue ſpeſe poi morta detta ſua ſorella l'haueſſe ſepellita con conueniente eſequie nella ſepoltura di detta ſua Cappella, & non adimplendo alle coſe predette ſoccedeſſe, o doueſſe ſoccedere la Cappella di S. Nicola delli Pellegrini della medeſima Città.* In anno 1614. Hippolyta donatrix condidit teſtamentum, in quo eandem eius Capellam, & pro ea idem Monaſterium eius hæredem vniuerſalem inſtituit, ſeruata forma prædictæ donationis, in quo teſtamento fecit declarationẽ per hæc verba, videlicet. *Item dichiaro, che tutte le robbe per eſſa laſciate, e donate alla detta ſua Cappella li ſono ſtate date in dote da Caſſandra Caetano ſua madre, come doti ſue, con patto, che haueſſe dato con ſuo marito l'alimenti à detta ſua madre, & alla predetta ſua ſorella già dati, e coſsì vole che mentre*

campa

Bonaoin. loco citato, puncto 3. propoſit. vnica, num. 2. & puncto 2. in 1. q uæſt. in fine, cum igitur talis ceſſio iurium actionum ſit facta nō ſubſiſteote legitima cauſa, nec interuenientibus prædictis debitis requiſitis, de iure pro forma actus introductis, ac etiam deficiente euidenti vtilitate Eccleſiæ, prout mox firmemus ex traditis, & allegatis, ceſſio iurium præfata nulla, & inualida reputatur, eo magis, quia ceſſio prædicta eſt ſimulata, ſiuè calumnioſa, cum ſub ſpe futuræ ſolutionis ducatorum centum poſt victoriam cauſæ, & recuperationē bonorū Eccleſia præfata S. Nicolai Peregrinorum ceſſit eidem Monaſterio S. Crucis prætenſionem ducatorum mille, & plus, & tanquam ſimulata, ſiuè calumnioſa non valet, tex. eſt in l. per diuerſas, & in l. ab Anaſtaſio, C. mand. vbi Doct. communiter, & ceſſionarius non poteſt agere, niſi vſque ad quantitatem pretij ſoluti, & in reliquo neque cedens, neque ceſſionarius agere poteſt, ita firmat tex. in d. l. ab Anaſtaſio vbi Bal. Iacob. de Aren. Pet. & Cyn. dicta l. per diuerſas, & cum in caſu, de quo agitur non fuit aliter ſoluta quantitas promiſſa ducatorum 100. neque agere poteſt virtute ceſſionis prædictæ pro eadem quantitate ſolui promiſſa, niſi eadempmet quantitas promiſſa ſoluatur, ita Salic. in d. l. per diuerſas, col. 4. in 4. q. & ſi obijceretur, ceſſionarium poſſidere bona ſtabilia, & nedum ad finem agēdi, verum etiam ad finē eius retinendi ceſſionem ipſam obtinuiſſe, replicatur, non ſolum aliter in facto fuiſſe demōſtratum, quod præfatam ceſſionem, ceſſionarius ipſe obtinuit ad finem agendi, & ea nulla, & inualida reputatur ex iuribus ſupra allegatis, ſed adhuc, quia bona ſtabilia ante ceſſionem fuerunt in iudicio deducta vendita ſub haſta, & ordinatum per S. C. audiri creditores, & emptor ſe obligauit penès acta ſoluere pretium oblatū, & interuſuria correſpondere, & ſic quando ſumus in actibus dubitatis, ideſt in iudiciū deductis, in illis non habet locum diſpoſitio dictarum legum per diuerſas, & ab Anaſtaſio, ſed tit. de litigioſis, ita gloſ. in dicta l. per diuerſas per illum tex. in verbo pro indubitatis, gloſ. fin. in fine, in l. 1. C. ne lic. potent. quæ hac vtitur diſpoſitione, Innoc. & Abb. in cap. fin. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Alber. & Io. Fab. in d. l. per diuerſas, Azo in ſumma de lice. potent. num. 4. & 5. Hoſtienſ. in ſumma de ceſſ. & Odoff. in l. 2. eo. tit. C. ne lic. pot. ſecundò, quoad implementum conditionum pro maiori clientis iure fouendo ponderatur, eis fuiſſe adimpletum ſeruata forma donationis, & teſtamenti dictæ quondam Hipolytæ, quapropter prorſus remanet præfatus prætenſus ceſſionarius excluſus ab eo petitis, cum ſe fundat in non adimplemento conditionum, prout in facto demonſtrauimus, & quod conditionibus ipſis paruit, fundatum eſt in facto per partem ſteriſſe, quæ impedijt, quin conditiones ipſę implerētur, & quotieſcunque per eum, cuius intereſt conditionem implere fit, quominus impleatur, perindè habetur, ac ſi impleta fuiſſet, l. ſi poſt diem 5. §. item ſi qua conditione, ff. quando dies leg. ced. ibi, item ſi qua conditio ſit, quæ per legatarium non ſtet, quominus impleatur, ſed aut per hæredem, aut per eius perſonam, in cuius perſonam iuſſus eſt parere conditioni dies legati cedit, quoniam pro impleta habetur, l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſt. l. ſi ea, C. de condit. inſert. Ceph conſ. 8. num 6. & Gratian. diſcep. forenſ. cap. 223 num. 41. & tandem vt tollatur omnis vmbra difficultatis, pars ex aduerſo cecidit à iure ſuo, quia ſi iam verum, prout veriſſimum eſt in facto, quod nedum eadem pars ex aduerſo voluit ſtare donationi, & teſtamentu quondam Hipolytæ, ſed eiuſdem diſpoſitioni expreſsè contradixit, & contra eiuſdem teſtatricis voluntatem ſtatim eius morte ſequuta intulit litigium Monaſterio eius hæredi, prætendendo, eadem bona donata, & teſtata fuiſſe ſubiecta cuidam prætenſo fideicommiſſo quōdam Marci Antonij Thomaſini, & Caſſandræ Caccauo, & iam diſſerunt in Regia Audientia Prouinciali, & in M. C. vbi formatis proceſſibus ſuper hoc articulo fuere plures deciſiones ortæ, & ſic declaratum, Monaſterium præfatum hæredem, vt ſupra creditorem eſſe in duc. 750. ſuper ijſdem bonis, vt ex actis, nā quilibet legatarius tenetur in totum parere voluntati diſponentis, & obſeruare omnes conditiones in forma ſpecifica, alias cadit à iure legati, l. Meuius, & l. qui hæredi, in princ. verſ. certè, ff. de cond. & demonſt. diſponat enim teſtator, & fiat lex. §. diſponat, Auth. de nupt. & ij cenſentur vocati ad legatum, vel fideicommiſſum, qui teſtatoris voluntati paruerint, alias contradicēdo, & non obſeruando voluntatem teſtatricis, à legato, vel fideicommiſſo cecidiſſe cenſentur, tex. eſt expreſſus in l. cum pater, §. libertis, ibi, eos enim ad fideicommiſſum videtur inuitaſſe, qui iudicio paruerint, & ibi cum partem ſuam alienando perdiderit, ff. de leg. 3. & in l. poſt legatū 5. ff. de his, qui. indig. prout in caſu ſimili per S. C. in eius aula fuit bis iudicatum in cauſa ſororis Beatricis de Aprano hæredis quondam D. Elionoræ Coſſæ cum Camillo de Aprano, vt ex actis, & proceſſu in Banca de Martino, ad relationem olim Regij Conſil. de Petro de anno 1618. & in præſenti cauſa teſtatrix declarauit, *che ſi foſſero dati li alimenti à Giouanna ſua ſorella, ſeruata la forma della detta donations, e quando detti ſuoi parenti voleſſero tenerla, ò moueſſero alcuna lite per cauſa di detti alimenti, ò per altre ragioni, che pretendeſſero detti ſuoi heredi, non ſiano tenuti darli coſa alcuna*, cum igitur conſanguinei dictæ Ioannæ non paruerint voluntati diſponentis, & fecerūt totum oppoſitum, vt ſupra rectè concluditur ex iuribus allegatis, ceciderunt à diſpoſitis in donatione, & teſtamento, eo fortius, quia dum quis aliquam rem poteſt prætendere ex contractu, vel vltima voluntate, vel ex duabus diſpoſitionibus, eligendo vnam viam contractus, ab alia via, & diſpoſitione remanet omninò excluſus, l. fin. §. tantum enim abeſt, C. de codicill. ibi, ſciens ſe vnius electione alterius ſibi aditum præcludiſſe, & ſimilitèr facta electione vnius corporis, legatarius non poteſt variare, & petere alterum, l. ſi pluribus in fine, & l. huiuſmodi, §. Stichum, ff. de leg. 1. & in l. fideicommiſſa, §. ſic fideicommiſſum, ff. de leg. 3. Bart. in l. cum, qui certarum, §. 1. n. 2. ff. de verbo. oblig. atque ex iis indubitata remanet iuſtitia pro cliente, & proindè eum abſoluendum fore non dubitamus, cum ea ſit repoſita in manibus tam ſupremi Senatus, cuius perſpicaciori iudicio hæc omnia ſubmittimus, Petrus de Philippi. In Dei Nomine Amen, viſa ſupplicatione, olim Maieſtati noſtræ, noſtroque

Sa.

Sacro Cõſilio oblata pro parte venerabilis Monaſterii S. Crucis Ciuitatis Trani contra Venerabile Monaſterium S. Mariæ de Monte Carmelo eiuſdem Ciuitatis Trani, ſub die 24. menſis Maii 1631. cuius tenor eſt, videlicet. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, Conuentum condemnandum eſſe, & condemnari debere ad reſtituendum bona in actis deducta pro concurrenti quantitate ducatorum 750. dotium matris Hippolytæ, deductis tamen quãtitatibus Conuentro ex perſona Ioannæ pro legitima ſibi competente ſuper dictis dotibus maternis liquidandis, ac etiam ad reſtituẽdum bona pro concurrenti quantitate legitimæ competenti dictæ Hippolytæ ex bonis paternis, ſeruata forma decreti M. C. lati ſub die 15. Iunii 1615. ac etiam medietatẽ antephati ſpectantis ad prædictam Hippolytam, ſeruata forma eiuſdem decreti M. C. vna cum fructibus, ſeù intereſſe liquidando, verum dictum Monaſterium adimpleat tam pro præterito, quàm in futurum celebrationes Miſſarum contentarum in ipſa donatione, & teſtamento, hanc eandem, &c. Alõſus Vargas, lecta lata ſub die 28. Ianuarii 1643. in banca Scacciauenti Mag. Actorum.

Donatio feudi recuperandi facta ab aliquo feudatario in beneficium alicuius mediante Regio aſſenſu, an iure ſubſiſtat, ſi in aſſenſu non fuerit facta mentio de filio iam nato donantis, qui eius ſumptibus illud recuperauerat, & eiuſdem feudi fructus perceperat, de quo contingit agitari in S.R.C. inter Franciſcum Caraſam, & Bartolomæum Caraſam filium natum ex primo matrimonio, qui feudum donatum ſuis ſumptibus recuperauerat, & eius fructus perceperat, in cuius poſſeſſione exiſtendo fuit conuentus ab eodem Franciſco pro illius reſtitutione vigore dictæ donationis, vndè videbatur dicendum, ipſam donationem non ſubſiſtere ex defectu Regij aſſenſus ſic ſubreptitiè impetrati, iam quod nulla mentio facta fuerat de ipſo primogenito, iam nato, de hac conſimili altercatione agit Frec. de ſubfeud. lib. 2. in §. ſupereſt, vt aliqua, fol. mihi 171. & illã quæſtionem eo tempore occurſam enarat, an aſsẽſus præſtitus ſuper alienatione feudi facta per patrẽ in perſonã ſecũdogeniti, valeat in præiudiciũ primogeniti, vel filiorũ primogeniti, de quo nulla eſt facta mẽtio, & partẽ negatiuã inſuendo per multas rationes à num. 1. ad 13. oſtendit, aſſenſum ipſum fore ſubreptitium, ſed à num. 14. ad 15. eandem quæſtionem donationis feudi factæ ſecundogenito, proſequendo ex multis corroborat, validam eſſe, non obſtante aſſerta aſſenſus ſubreptione, vbi in fine refert ſequentia verba præmiſſæ altercationis, videlicèt: die 1. Iulij 1563. in cauſa Domini Franciſci Caraſæ cũ Domino Bartholomæo eius fratre, per S. C. fuit pronunciatum ſecundum opinionem illorum duorum Dominorum, verũm in quæſtione propoſita donatio totius feudi erat, & primogenito nihil de feudo remanebat, & poterat dici quodammodò in fraudẽ facta, & poterat filius iniuria notari, vt ſupra dictum eſt ex omiſſione formæ: in hac cauſa fuit facta donatio filio ſecundogenito ab Hadriano aliquorũ feudorũ, & non omnium, item & maior, ſeù maxima pars Caſtrorum non fuerat donata, item pater donauit filio contemplatione matrimonij per eundem contrahendi cum dicta Catharina de Marta, alias nõ contractura ſecum. Audio pleniſſimè fuiſſe tractatum inter eos, rationes an hæ fuerint, vel aliæ, ignotum hodie habeo, ſed ex regula puto bene iudicatũ, hæc ille, cum mihi innotuit vota ſuper dicta cauſa inſpicere in certis manuſcriptis, inſpexi octo Regios Conſiliarios in ea cauſa votaſſe, quorum Commiſſarius fuit D. Io. Andreas de Curte, & fuit interpoſitum ſequens decretũ, videlicet, In cauſa Magnifici Franciſci Caraſæ cum Magnifico Bartholomæo Caraſa die 22. Iunij 1563. fuit declaratum, feudum Palaſcuſij in proceſſu deductum ſpectare, & pertinere ad dictum Magnificum Franciſcum vti filium primogenitum Magnifici quondã Hadriani Caraſę ex matrimonio per eum contracto cum Magnifica Catharina de Marta, & eiuſdem Hadriani hærede, & propterea Magnificum Bartholomæum illius detentorem condemnandum eſſe ad relaxandum feudum prædictum, & illius poſſeſſionem vacuam, & expeditam dicto Magnifico Franciſco, ſaluis, & reſeruatis vtrique parti iuribus cõpetentibus ſuper fructibus ex feudo prædicto perceptis per ipſum Magnificum Bartholomæum, ac quantitatibus per eum erogatis pro recuperatione feudi prædicti, ac etiam ſuper iure offerendi, vel petendi feudi Ricinuſi, ſuper quibus partibus auditis S.C. reſeruat prouiſionẽ faciendam, neutram, &c. hæc ex quibuſdam manuſcriptis votis Regii tunc Conſil. Ludouici Quadræ vota colligentis accepi.

Donatio facta per aliquam mulierem alicui viro ſub conditione matrimonii contrahendi inter eos de aliqua re ſtabili emphyteutica abſque domini aſſenſu, an ſit valida, hoc contingit in cauſa Florinæ Parghæ Vaneæ, quę donationem fecerat irreuocabiliter inter viuos cum iuramento Ioſepho Beghino certæ domus ſub die 21. Februarii 1591. propter benemerita etiam expreſſa, ex quo dictus Ioſeph promiſerat ipſam in vxorem ducere cum pacto, quod præmoriente ipſo Ioſepho, dicta domus quoad vſumfructum remanſiſſet eidem Florinæ, vita eius durãta, & verſa vice ipſe Ioſeph præmoriens donauerat eidem Florinæ vſumfructum omnium ſuorum bonorum, indè ſubſequutis capitulis matrimonialibus, ſtante adimplemento Ioſephi ipſa Florina de nouo ratificauerat, & acceptauerat dictam donationem, propter quod eodem tempore fuit contractum matrimonium in faciem Eccleſiæ. Mortuo indè Ioſepho in menſe Auguſti eiuſdem anni, in eius teſtamento nuncupatiuo inſtituit hæredes Camillũ, & alios eius fratres de Beghino, declarando tenorem eiuſdem donationis factæ per dictam eius vxorem, quam reliquerat vſufructuariam eius vita durante, in qua diſpoſitione interuenerat ipſa Florina, poſtquam in ſequenti diſpoſitione ſuarum dotium dicebatur, Florina præſente, & acceptante, & ſic videbatur de nouo ratificare donationem, quemadmodum ratificabatur, & confirmabatur per taciturnitatem annorum quindecim poſt mortem ipſius Ioſephi, nec proindè conqueſta fuit. Verùm quia in anno 1608. ipſa Florina iudicium inſtituerat nullitatis dictæ donationis primæ abſque expreſſione nullitatis, non tamen vlterius proſequutum fuerat,

ſed

ſed quia incumbebat ipſis de Beghino hæredibus poſt Florinæ mortem domum liberam habere, & vacuam illius poſſeſſionem abſque impedimento, intentauerunt remedium l. diffamari, C. de ingen. manum. & pariter idem iudicium contra ſecundos donatarios, quibus eadem Florina eandem domum donauerat, hoc eſt Valeriæ Gabaſſæ eius filiæ, & Io. Dominico Saccataro eius viro, cum pacto, quod ipſa domus fuiſſet euicta ab ipſis de Beghino hæredibus primi donatarii, & onera non debeantur, & compilato proceſſu dicebatur pro ipſis hæredibus, donationem primam à principio fuiſſe perfectam, & efficacem, & non indigere aſſenſu, quia in donatione rei emphyteuticæ non requiritur aſſenſus, gloſ. in l. finali, ff. de iure emph. & in cap. potuit, ext. loc. Iaco. Butrig. Odoff. Oldr. Bal. Bart. Dyn. Hoſt. Azo, Specul. Io. Andr. Cyn. Imol. Cum. Card. Alex. Abb. Anch. Aret. Alex. & alij relati per Iaſ. in d. l. fin. ante num. 50. cum ſeq. & ibi pleniſſimè articulum tangit, & num. 61. in fine dicit, quod hæc eſt communis opinio, & firmata per auctoritates ſolemnium Doct. & hanc communem opinionem ex multis probat nouiſſimè Farin. in repert. de contract. quæſt. 31. n. 5. Adducebatur etiam, quia ex donatione debetur directo domino laudemium, vt proſequitur Maur. Burg. in tract. de laudemio p. 2. inſpect. 30. per totam, Molfeſ. in eius ſumm. par. 2. cap. 9 n. 44. Georg. Franck. in tract. de laudemio cap. 20. in princ. & in Ciuitate Neap. adeſt conſuetudo in contrarium, vt ex donatione non debeatur, teſte Præſ. de Francbis dec. 202. in fine, & ſic etiam ceſſante ſolutione laudemii in donatione in Ciuitate, ceſſaret opinio contraria. Item aſſenſus non erat neceſſarius, quia donatio fuit facta contemplatione matrimonii contrahendi, poſtmodum contracti, & ſic erat pars contractus dotalis, & confunditur cum ipſo contractu dotali, & vnus, & idem iudicatur contractus, & licet non ſit dos, nec donatio propter nuptias, earum tamen naturam retinet, Guid. Pap. dec. 145. Reg. de Ponte conſ. 25. n. 1. lib. 1. de Franch. in dec. 436. n. 5. Caſtill. deciſ. 51. n. 8. Bal. in l. ſi præſes, C. de de donat. & in l. petens, C. de pact. optimè Natta conſ. 599. num. 3. & ſi donatio contemplatione matrimonii eſt pars dotalis contractus, & cum toto ipſo contractu confunditur, & naturam dotis, & donationis propter nuptias retinet, certum eſt, quod in donatione, de qua in themate non requirebatur aſſenſus directi Domini, prout non requiritur, quando res emphyteutica in dotem traditur, vel propter nuptias donatur, quia eſt alienatio neceſſaria, & vbi alias alienatio eſt prohibita, non prohibetur in has cauſas, vt eſt tex. in §. emphyteuſim, anth. de non alien. quem ad hoc allegat Crauett. conſ. 215. n. 6. & Alex. conſ. 173. lib. 2. poſt Specul. & Io. And. quos allegat, ſequitur Iaſ. in d. l. fin. num. 107. & refert ad hoc Alex. conſ. 314. lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. nu. 15. nec debetur laudemium, Crauett. dict. conſ. 215. Brun. Aſtenſ. conſ. 44. Iaſ. dict. l. fin. num. 49. Per. Iacob. Specul. Io. Rayn. Guid. Pap. & alii citati per Tiraquell. d. gloſ. 14. n. 15. Maur. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 12. n. 2. & 5. Georg. Franck. vbi ſup. n. 9. Et ſic facta relatione in S. R. C. per Reg. Conſil. Ambroſium de S. Iacobo Villalobos, fuit per idem S. C. iudicatum, primam donationem factam eidem Ioſepho Beghino eſſe validã, nõ obſtantibus oppoſitis pro parte Florinæ, ac alia donatione facta per ipſam ſecundis donatariis, & proindè dictos de Beghino abſoluendos eſſe ab impetitis pro parte ipſius Florinæ, & dictam Valeriam eius filiam condemnari ad relaxandum in beneficium dictorum de Beghino domum in actis deductam abſque fructibus, vt apparet ex actis in Banca Sarri.

Dos promiſſa liberè reſtitui in caſu diſſoluti matrimonij, ao indè poſſit per viri hæredes depoſitari, vt in emptionẽ cõuertatur pro ſecuritate filiorum remanſorum, nè à muliere diſtrahatur in illorum perniciem, contingit pertractari in cauſa Victoriæ Fierro, quæ cum in dotem dediſſet ducatos quingentum Ioſepho de Mattia eius viro, qui promiſerat facere reſtitutionem eidem Victoriæ liberè, & explicitè poſt eius obitum eius filiis, & hæredibus. Mortuo indè præfato Ioſepho relicta eius vnica filia eiuſdem matrimonij, tutores ipſius diſpoſtrauerunt ducatos 500. & inſtiterunt in M. C. eos in emptionem conuerti pro ſecuritate dictæ pupillæ, non obſtante, quod in reſtitutione promiſſa conuentum fuerat, liberè eos reſtitui, & explicitè, & videbatur hoc ei ſuffragari, tum ob conſeruationem dotis, ex diſpoſitione text. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. in princ. ibi, dotis cauſa ſemper, & vbique præcipua eſt, & ſequitur, nam & Reipublicæ intereſt dotes mulieribus conſeruari, vbi gloſ. & Doct. Mangil. de euict. quæſt. 71. num. 1. Carpan. ad ſtatuta Mediol. cap. 500. num. 85. to. 2. cum alijs apud D. Reg. Hect. Capyc. Latro deciſ. 109. numer. 12. ſemper enim lex curauit dotes conſeruari, Ferrer. in Conſtitution. Cathalan. temp. 3. declar. 6. n. 71. & conſeruatio ſatis erit, ſi in emptionem conuertatur, vt conſuetum eſt ſeruari pro ſecuritate dotium, ita ſtipulari inter contrahentes, exemplo oſtendit Papon. lib. 17. arreſt. 12. & admonuit Sylua Nuptial. lib. 2. n. 68. vbi docet, ad euitandam dotis diſſipationem bonum eſſet, vt ex tota dote emeretur fundus dotalis, & permittere frui eo mulierem pro veſtibus, & alis minimis ad ſuum vſum emendis, de quibus quotidie faſtidiunt viros, & ſubdit, ità vidiſſe obſeruare viros prudentiſſimos triplici cauſa. Primò, ad euitandum depauperationem filiorum. Secundò, ad euitandum iurgium mulierum in reſtitutione. Tertiò, ad euitandum faſtidium emendi veſtes, immò multoties ſub fideiuſſoribus dati, etenim fideiuſſio facit extare pecuniam, vt tradit Præſ. de Franch. dec. 635. n. 2. & dec. 614. n. 3. & ſic mater ſi voluerit ad ſecunda vota tranſire, vt erat in caſu præmiſſo, cautionem dotis ſeruandæ præſtare tenebatur, Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 3. quæſt. 1. n. 3. tum quoq; ob liberorum cauſam, vt ibidem diſpoſitum patet, ibi, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, &c. vbi gloſ. ſubdit, ideſt ad nubendum, & ſic ad pariendum, quod melius fiet, & facit tex. in l. cum ratio, §. ſi plures, ff. de bon. dam. Qualiter enim dos conſeruari poſſit pro filiis, niſi vt in emptionem tot annuorum introituum fiat, aut vtatur aduertimentis traditis per Syluam Nuptial. vbi ſup. num. 81. aut fideiuſſio intercedi debeat, quod & ſi de iure non ſit admiſſum, ex conſuetudine tamen eſt permiſſum, refert

Nunt.Pelic.in Conſuet. Auerſæ cap.2.n.73. de quo latius Pyrr.Maur.Aretin.in tract.de fideiuſſ, ſect.8. cap.49. eo magis, quando eſſent pupilli. Quocirca per M.C.ad relationẽ Iudicis Io. Arcamoni fuit iudicatũ, quod cõuertãtur in emptionem conſulta M. C. à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad S. C. & obtentum verbum fieri in eo. Ex aduerſo replicabatur, iam ſoluto matrimonio nomen dotis eſſe deletum, Theſaur.lib.1. quæſt. forenſ. quæſt.5. n.3. Gratian, cap.427.n.18. & patrimonium mulieris nuncupatum, Molfeſ. conſ. 11. n.27. Franch. dec. 161. num.5. Gratian, cap.556. n.1. & cap.455.n.10. Fontanell.de pact. nupt.clauſ.5.gloſ.8. p.1. n.49. Quocirca ceſſare videtur diſpoſitio tex. in d. l. 1. ff.ſol.matrimon. ità vt priuilegia, & prærogatiuæ dotium amplius non militarent, quoniam dote reſtituta ceſſant omnia dotis priuilegia, idem Theſaur.iun.lib.3. quæſt.72. n.15. Vndè quemadmodum in ſimili dicitur, quod ſolutio pecuniæ, quæ liberè peruenit ad debitorem, libera debet etiam reſtitui creditori, non autem ſerua, alias reſtitutio differret ſicut albedo à nigredine, Præſ.de Franch.deciſ. 200.num.10. ſic in reſtitutione dotis erit obſeruandum, hinc eſt, quod nec cautio præſtari debeat per vxorem defuncti de non alienandis dotibus, prout ità deciſum fuit in contigentia facti in cauſa Marchioniſſæ Vaſti, vt teſtatur Anton.Capyc.in addit.ad Conſuet. Neap.Si aliquis, de ſucceſſ ex teſt.incip. nota, quia Marchio fol.169. Facta relatione in S.C. per eundem Iudicem die 14.Februarij 1641.in aula Reg.Conſil. D.Franciſci Sauij, deciſum fuit remittendo cauſam eidem M.C, vt prouideret, quod ex dicta ſumma ducatorum 500.darentur ducati tercentum liberi eidem Victoriæ, & reliqui ducati 200. remaneant vinculati, vt in emptionem conuerterentur, penès Secret. in Banca de Michele in M.C.V.

Dos de paragio licet debeatur ſorori, ſeù filię tempore maritagii, attamen interim debentur alimenta, & hoc eſt tam de iure communi determinatum per Doct. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demoſt. per tex. in l. qui filium, ff.vbi pupil.educ.deb.cum aliis apud Pet. Gregor.de dote, & paragio quæſt.25.num.4. Regens Galeot. controuerſ.15. tom. 2. num. 78. ex Maſtrillo ad q. 26. Petri de Gregor. Anna conſ. 26. & idem Coſta Sicul. conſil.25. numer. 21. Petr.de Gregor.quæſtion. 25. vbi Maſtril. quam etiam de iure Regni, non tamen ſecundũ ipſius mulieris qualitatem tantum, ſed ſecundum patrimonii quantitatem, vt probat Molfeſ.in Conſuet. Neap. par. 3. quæſt. 8. num.35. non minus quinque pro ſingulis centum, vt refert Maſtr. in ead.addit.ad dict. quæſt.25. Pet.de Gregor. poſtquam ipſa alimenta excomputantur cum fructibus paragii, Anna alleg.70. num.27. & ita fuit priſcis temporibus iudicatum, propterea duxi copiam ſententiæ hic inſerere, cuius tenor eſt; Die 27. Aprilis 1531. Neap. in cauſa Magnificæ Aureliæ de Sanſeuerino de Neap. cum Excell. Vgone de Sanſeuerino, & Violante de Sanſeuerino ſuper petitione dotium de paragio ipſius Magnificæ Aureliæ, & aliis, vt in actis, viſis, &c. percunctatis actis per Magnificum V.I. D. Ioannem Martialem Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium, viſo termino in cauſa eadẽ partibus prædictis ad probandum, & defendendum dato, viſis depoſitionibus teſtium ad inſtantiam ambarum partium examinatorum, viſa publicatione in ea facta, viſis depoſitionibus aliorum teſtium ad inſtantiam dictæ Magnificæ Violantis de Sanſeuerino examinatorum in primo beneficio per eam petito, viſa publicatione, & concluſione in cauſa factis, viſis ſcripturis pro parte dictarum partium in proceſſu præſentatis, viſis deniq; videndis, &c. partibuſq; prædictis cum earum Aduocatis auditis, & facta de prædictis relatione coram Excell. V.I.D. Domino Hieronymo de Colle Regio Commiſſario, & Reg. Regiam Cancellariam. Per Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominum Locumtenentem generalem prouiſum pariter, atq; decretum eſt, dict̃um Excell. Vgonem de Sanſeuerino patrem ipſius Magnificæ Aureliæ principalem, vt principalem, ſeù Egregium Dominicum de Batio eius Procuratorem, vt procuratorem, pro eo condemnandum fore, & condemnari debere, prout eum præſenti decreto condemnamus ad dandum, & ſoluendum dotem Magnificæ Aureliæ principali, vt principali, ſeù Egregio Ioanni Antonio Torno eius Procuratori, vt Procuratori pro ea dotes de paragio per ipſam Magnificam Aureliam petitas, liquidatas in præſenti decreto in ducatis quatuor mille de carolenis argenti, ſoluendis per ipſum Excell. Vgonem, hoc modo, videlicet. Ducatos duos mille ex eis tempore maritagii ipſius Magnificæ Aureliæ, & alios ducatos duos mille ad complementum infra annos duos à tempore maritagii prædicti in antea numerandos; videlicet, quolibet anno ducatos mille, ità tamen quod interim donec dicta Magnifica Aurelia maritetur, præfatus Excell. Vgo pro alimentis ipſius debeat eidem ſoluere quolibet anno ducatos ſexaginta de carolenis argenteis in tribus tertiis in expendendo, & continuando ſolutionem ipſarum tertiarum in principio cuiuslibet tertiæ, neutram partium in expenſis condemnando ex cauſa, hoc ſuum, &c. Regens de Colle. Io. Martialis, & ità poſtmodum nouiſsimis temporibus deciſum refert Præſ. de Franchis in deciſion.559. quam exornat ibi Reg.Galeot.n.84.& ſeq.

Dos de fideicõmiſſo detrahi an debeat à portione patris grauati, & non aliorum cohæredum, ex eo quod obligatio fuerat facta à communi omnium patre, qui eius filiis hęreditatem reſtituere debebat, deciſum fuit primo loco per S. C. eſſe detrahendam ex omni patrimonio, & ſic iuſſum procedi ad venditionem omnium bonorum, deindè in reclamatione iudicatum per idem S.C. eſſe deducendam ex portione viri, & confirmatum per aliud decretum, vt refert Io, Baptiſta Hodiet, in addit. ad Surd. dec.62. à n.97. ad 100. in noua impreſsione.

Dos debita mulieri à Gubernatoribus alicuius Mõtis erecti in beneficium certarum mulierum nobilium, ſub conditione, nè alitèr matrimonium contrahere poſſint ſine conſenſu, ſeù approbatione ipſorum Gubernatorum, ſi contingerit, mulierẽ ab eius tutoribus matrimonio collocari non ſeruata forma capitulationis, & inde matrimonio adhuc non conſummato ob viri mortem ad ſecundas nuptias tranſiuerit cum approbatione dictorũ Gubernatorum, an ei debeatur, deciſum

fuit

fuit per S.C. affirmatiuè, vt teſtatur D.Reg. Hector Capyc.Latro conſult. 127.lib.2.

Dos materna an computetur in legitimam, præſertim in Ciuitate Neap. ſtante conſuetudine, quod filii habent dotem vti hæredes matris, in beneficium neporum, deciſum fuit negatiuè in cauſa nepotis ex filia prædefuncta Nicolai Sătilli Phyſici per S.C. referente Reg. Conſil. Io: Thoma Minadoo, vt ex eodem Minad. teſtatur Alex. Trentacinq. conſ. 50.10 fin.tom.1.

Dotes diuerſæ vxoris alicuius Ciuis Neapolitani, an etint detrahendę de toto patrimoniu defuncti, vel de mediciate tantum bonorum, quæ ſi non ſufficiat, ſuppleri debeat de alia medietate in præiudicium proximiorum; reperi quandam apoſtillam inceiti Authoris manuſcriptam ſuper Conſuetud. Si aliquis motiens, ſic dicentem, aduette etiam in his terminis ad aliam deciſionem: mortuo Io.Baptiſta Cicinello, filii ex prima vxore petierunt dotes maternas, vxor verò ſecūda ſoror Pyrri Aotoii Sapoois petiit dotes, & antephatum ſuper omnibus bonis, per filios primi matrimonii fuit obiectum, medietatem eſſe præcipuam, & tantum ſuper alia medietate debere omnes dotes detrahi, taodem 3. Nooembris 1537. Actuario Cæſario, referēte Domino Cicco Loffredo Vice ꝓthonotario, & Pręſide cū D.Martiale, D.Galeoro, D. Minadois fuit præſtita aſſiſtentia filiis primæ vxoris, & ſecundæ vxori ſuper omnibos bonis, & quod medietas bonorum antiquorū ſpectet ad filios primæ vxoris, & quateous aoocaretnt de dotibus prædictis ambarū vxorum de medietate, quod ſuppleretur io boois quæſitis per Io. Baptiſtam, verum ſi non adſunt alia bona, qood noo per hoc impediatur ſatisfactio ambarum dotium, & ita eſt facta ooua deciſio, quod dotes mulierum debent detrahi vna cū āteſato à tota ſubſtātia bonorū antiquorū, & ſi nō remanet aliquod, imputetur agnatis, & filiis, & deciſio eſt fūdata, quia io vita potuit alienare, & ſic obligare, ita Piſanel. in hac Conſuet. fol.70. qui dicit, quod hæc deciſio fauore dotis poteſt corroborari per not. per Doct. in auth. res, quæ, Socin. conſ.23.vol.3. Dec. conſil.376. & conſ.519. & per Curt.iun. conſ.59. & Caſt. In l.mulier, §.cum proponeretur, ver.2. additur, n.3. ad Trebel. ſed ex ratione allegata per Artifices apparet, quod eſt fūdata in iure communi, & hęc deciſio comprobat illam opioionem infra, quod oneta facta cū pacto de retrouendendo debeant deduci de vniuerſo patrimonio, cum ille in vita potuerit diſponere, ſic bona, in quibus regulariter fit executio, ſi non ſufficiunt pro reſiduo, ad prohibita poſſit deoeniri, ita Collantes in cōment. Prag. in faoorē rei ſrument. lib. 1. c.16. n. 6. & ſic in ſubſidiū, vbi alia cōſimilia deduxit ad propoſitum conferentia.

Dotes filiarum datę per patrem, vel promiſſæ an computentur in liquidatione legitimæ faciendæ quòad aliam filiam, cui legitima fuerat legata, deciſum fuit per S.C. iunctis aulis affirmatiuè in cauſa illorum de Pignone, ita Horat. Montan. controu. forenſ. controu.48. ſub nu.2. vbi ſubdit, poſtea iterum relata cauſa in S. C. reſpectu dotium ſolutarum fuiſſe admiſſam deductionem in liquidatione legitimæ, non tamen reſpectu aliarum dotium promiſſarum aliis filiabus.

Dotes nuptarum in vita patris in liquidatiooe paragii ao ſint computandæ in valore patrimonii ad augendū paragium, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa Vulcaootum, & de Forma, teſtatur D.Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu.16.n.38. vbi n.54. ſimiliter dixit, de anoo 1601. iunctis aulis per S.C. fuiſſe deciſum, quod io dote de paragio liquidatio etiam vſque ad virilem ſint conſerendæ dotes nuptarum à patre ad ipſum augendum.

Dotare an teneatur frater iterum ſororem, quæ ſecundo nupſerat, dando eandem dotem ſecundo viro, qui illam conſumpſerat, dū in primo matrimonio interuenerat, non tamen in ſecundo, prout in facto occurrit in cauſa Nuntii Angriſani aui N. qui conuenire fecerat Io. Dominicum Muntanarium ad ſibi ſoluendum ducatos quatuorcētum, deductis ducatis 200. pro dote Angelæ Montanariæ, promiſſis quondam Ioſepho Aogriſano, cui fuerunt promiſſi per eundem Io. Dominicum, & licet poſtea ſoluto dicto matrimonio præfata Angela iterum ſe matrimonio collocaſſet N. Riccio, cui promiſerat dictos ducatos 400. io dotem, immò peodente dicto matrimonio ipſa Angela donauerat eidē viro omnia bona mobilia, qui nedum ea, ſed partem dotis diſſipauerat, replicauerat ipſe conuentos, aſſerendo, quod ſi vti hæres patris coactus erat dotare ſororem, vt ioquit Fontaoell. de pact. nup. clauſ.5. gloſ.3. oum.37. Molfeſ. ad Conſ. Neapol. par.4. quæſt.5. nu.5. aut ex bonis propriis, ſi aliūdè ſoror oon haberet, vt ibi Footanell. num. 11. & ſeq. probauit Molfeſ. in eadem Conſuet. dicta p.4.q.16.n.7. & 17. Ripol. var. reſol. cap.9.n.4. noo tamen illam ad redotandam, ex quo ipſe totam dotem ſoluerat primo viro, & in ſecundo matrimonio noo interuenerat, iterom illam promittendo, adeò quod eum fuiſſet in partem diſſipata per ſecundū virum, ſibi nullatenus erat adſcribendum, quia ſi dos ex paterna ſubſtantia proceſſerat, dum illam ſemel ſoluerat, iterum ſoluere non tenebatur, quia bona fides non patitur, vt iterum idem exigatur, ſin aūt eſſent bona propria ipſius fratris, iterum dotare eautum non reperitur in iure, vt ex multis probat ibidē Ripol. n.150. quanquam Molfeſ. in Conſuet. Neap. p.4. quæſt.16. nu.18. & ſeq. hāc ſpecificè quæſtionem exarat pro vtraque parte, ſi frater teneatur denuò ſororem dotare, ſi dotem amiſerit, demum on 23. ſub diſtinctione concludit, quod quando frater dotauerit ſororem de bonis paternis, & citra dubium iterum dotare non compellitur, verum data fratris opulentia tenetur ad alimenta, ſi vero vt ſeqoitur num.24. dotaſſet ſororem ex diſpoſitione legis, vt quia ipſe tanquam diues ſororem dotauerit, quæ erat pauper, & tunc ſi culpa ſororis dos fuerit amiſſa, non teneretur amplius dotare, ſecos ſi ioopinato caſu dos fuerit amiſſa, & reſpondet contrariis obiectionibus, vt ibi per eom, verū quia ipſa dotata fuerat à fratre de boois ꝓpriis, & culpa viri fuerat dos diminuta pro ducatis 200. ad aliud nō videbatur teoeri, quapropter in præmiſſo caſu licet per M.C.V. ad relationem Iudicis Aloyſij Corcioni fuiſſet condemnatus ad ſoluendum dictam dotem, nihilominus deducta appellatiooe ad S.C. fuit præuia ſententia abſolutus, die 20. Februarii 1639. vt ex actis in Bāca Litti Mag. Act. ad relatiooem Regij Conſ. Octauij de Piccolellis cauſæ Commiſſarij.

E

ECCLESIA an poſsit inſtare, quod vicini mechanicas artes exercentes expellantur à conuicinio ob perturbationem Diuinorum Officiorũ, relata fuit deciſio ſup. in verb. Caupona.

Eccleſiaſticæ perſonæ Neapolitanæ Doct. quamuis in dignitate poſitæ an conſequantur munuſcula dari ſolita Collegiatis Doctoribus de Collegio, dum abſunt à Ciuitate pro ſeruitio Sanctæ Eccleſiæ, pro talibus perſonis in iure allegauit D. Conſil. Theodorus in alleg. 49. & tamen contra eas fuit pronunciatum per Collaterale Conſilium, vt refert Horat. Montan controuerſ. forenſ. controuerſ. 31. num 10.

Electi Ciuitatis Neapolitanæ in concernentibus annonam ſunt adminiſtratores, habentes liberam poteſtatem, & poſſunt tranſigere, quemadmodum in contingenti caſu tranſactionis fuit interpoſitum decretum, vt refert D. Regens Sanfelic. in nouiſſima additione ad eius deciſ. 155.

Electio Camerarii, ſeu Carmelinghi, aut Magiſtri Iurati ſi ſpectat ad Vniuerſitatem, & confirmatio illius ad Dominum, ſi contingerit eſſe factam in perſonam alicuius, & cõfirmatã à Domino, & illinc ad aliquos menſes electus vita functus eſſet, an ad eandem Vniuerſitatem electio alterius reuertatur, vel à Domino electus manuteneri debeat, non obſtante electione Vniuerſitatis, quemadmodum in facto præteritis annis incidit, dum Ciuitas Ariani facultatem haberet eligendi quinque ciues in pleno Concilio pro adminiſtratione Officii Camerarii, ſeu Magiſtri Iurati, vigore Capitulorum eidem conceſſorum, ad hoc vt vnus ipſorum à Domino confirmari potuiſſet, facta demum electione quinq; ciuium in Concilio prædicto, & inter cæteros electus cum fuiſſet Gratianus Membolus, & confirmatus in Camerarium ab Illuſtr. Domino D. Ferdinando Gonſagha illius vtili Domino, illinc ad certos menſes dictus Gratianus ab hac luce migrauit, & cum ipſa Vniuerſitas iterum vellet procedere ad electionem aliorum quinque ciuium præuio Concilio, vt indè v[illegible] ipſorum fuiſſet confirmatus, Io. Iacobus Simeon V. I. D. Auditor eiuſdem Illuſtr. D. Ferdinandi creauit in Camerarium Gratianum de Cera, de quo conquæſta fuit ipſa Vniuerſitas in S. C. vti grauata in tali modo procedendi, prætermittendo ſolitum ipſius ordinem eligendi, & contra formam eius Capitulorum, obtinuit demum prouiſiones ab ipſo S. C. directas dicto Auditori, & eidem Gratiano, vt comparerent in eo, & interim liceret prędictæ Vniuerſitati præuio Cõcilio eligere alium idoneũ, & ſufficiẽtem Camerarium eiuſdem Ciuitatis, qui officium prædictum nomine S. C. exercere valeret, citrà præiudicium iurium vtriuſq; partis, de quo grauatus præfatus Illuſtr. Dominus Don Ferdinandus obtinuit de prædictis verbum fieri in eodem S. C. vndè licet ex parte ipſius Vniuerſitatis prætenſum fit, ſteriſſe, & ſtare in poſſeſſione eligendi quinque ciues pro tali officio, de quo non dubitabatur, nam eligendi, aut præſentandi qui in quaſi poſſeſſione longiſsimè conſtitutus eſt, per maximà in ſuis iuribus munitus exiſtimatur, Port. Imol. conſ. 167. n. 10. ſufficit enim, quod eligentes ſint in quaſi poſſeſſione eligendi, licet nullum aliud ius habeant, Abb. in cap. quærelam n. 5. de elect. & propterea cum per obitum dicti Camerarii erat officiũ iã dictũ extinctũ, procedi debuerat ad alterius Camerarij electionẽ more ſolito, & conſueto ipſius Ciuitatis iuxtà formam eius Capitulorum, nulla proindè habita ratione electionis factæ per dictum Auditorem nomine ipſius Baronis Domini dictæ Ciuitatis, nam dato, quod ſit nominatio, ſeu electio Camerarii ipſius Vniuerſitatis, & confirmatio ipſius Baronis, ex hoc regulariter eligenti, non nominanti actus attribuitur, Doct. in l. nulli, C. de defenſ. Ciuit. Auend. Surd. & Molin. quos probat Capiblanc. in 2. tomo de Baron. cap. 67. nu. 26. & eo caſu, vt ipſe ſubdit, ſi ſola confirmatio attenderetur ob auctoritatem, tunc qui confirmat, nil dat, ex Bald. & Camer. ibi relatis, ideò non diceretur ab eo officium concedi, ſed ab eligente, nõ mirũ ſe abſtinere debuerat electus ab ipſo Auditore. Ex aduerſo replicabatur, nedum cõfirmationem ſpectare ad ipſum dominũ, ſed etiam electionem Camerarij, & ſi quatenus confirmatio prætenderetur, procederet tunc, quia ipſa Vniuerſitas iam elegerat talem Camerariũ, & functa erat ſuo officio eligendi ſemel, quia eligendi ius conſumitur prima electione, ità ex Caſt. in l. ſi is, qui, de procur. tradit Eugen. conſ. 67. n. 3. vol. 2. latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 58. vbi alia exempla ad hoc conferentia addit, & cum iam ipſa electio eſſet cõſummata, & deducta ad effectum, ex eo, quia Camerarius electus, & confirmatus iam poſſeſſionem cęperat, & exercuerat officium, licet indè deceſſerat, adhuc res integra dici nõ potuiſſet, vt iterũ electio fieri potuiſſet, p ea, quæ tradit Ruin. conſ. 24. n. 1. vol. 2 vbi dicit, q electione ſemel facta nõ tollitur facultas variãdi, qñ ante tẽpus elegit, & ante eligẽtes mortuus ſit electus, & tunc licitum erit variare, re tamen integra, Pariſ. conſil. 81. n. 14. vol. 1. quemadmodum de eo electo, qui deceſſerat ante purificatum fideicommiſſum, nam electio non valet, & poteſt de nouo fieri, ex Barr. Ruin. & Surd. probat ibi Gratian. num. 8. ſed verſabatur in actu iam conſummato, quo caſu electus acquirit ius per electionem, per confirmationem, & exercitium, Abb. in cap. nobis, n. 4. de iure par. nam electo danda eſt poſſeſſio ſequuta confirmatione, Pariſ. conſil. 19. n. 17. vol 4. & videtur acquiſitum ius ex electione, nedum electo, ſed confirmanti, quonam caſu ſuccedente renunciationis caſu ex aliqua cauſa, tunc electus, & cõfirmatus ſi ex aliqua cauſa velit renunciare onus, & officium, renunciet in manibus confirmantis, ex Par. de ſindic. verbo in officiis, n. 4. vbi allegat Bart. in l. 1. C. de defenſ. ciuit. probat Montanar. in prag. 2. n. 380. de admin. vniuerſ. at cum quis eſt remotus ab aliqua adminiſtratione, cenſetur mortuus, inquit Anna alleg. 92. n. 5. fortius quando realiter mortuus eſſet deuolueretur eligendi facultas confirmanti, quemadmodum in ſimili,

ex

ex Aretin. in l. ſerui electi, col. 2. verſ. extrà gloſ. ff. de leg. 1. tractat Tiraquell. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific. in 1. limit. ſub n. 45. quod ſi Superior ex officio non via ordinaria appellationis remouet electum, poteſt ex officio ſubrogare alium, vt euitetur circuitus, ſicut dicitur in clement. auditor, de reſcript. vbi in princ. probat ex tex. in l. 2. ad finem, ff. de vacat. & excuſat. quem ad hoc ponderat Bart. quod quando electus excuſatur, vel remouetur, electio alterius loco ipſius ad Præſidē remouētem, deuoluitur, licet ea electio primum pertineat ad ipſos eligētes p tex. in l. 1. § ſolēt, ff. quando appel. ſit, & l. 2. ff. ad municip. ſemper enim in dubio electio deuoluitur ad Superiorem, quemadmodum ipſemet Tiraquell. eod. loco num. 34 probauit, vndè fuit ſequens decretum interpoſitum per S.C. videlicet. Die 24. menſis Martij 1548. Neap. in cauſa Illuſtriſſimi Don Ferdinandi de Gonſagha Ducis Ariani cum Vniuerſitate, & hominibus Ciuitatis prædictæ Ariani. Facta relatione de prædictis in S.R.C. per Magnificum Militem V.I.D. Petrum Sarrianum Regium Cōſiliarium, & cauſę Commiſſarium. Decreto ipſius Sacri Regij Conſilij prouiſum eſt, quod Camerarius prouiſus per Auditorē Ill. D.D. Ferdinandi reponatur, prout præſenti decreto reponi mandatur in poſſeſſione exercendi dictum officium Camerariatus, eo modo, vt erat ante prouiſionem expeditam à prædicto Magnifico cauſæ Commiſſario in fauorem dictæ Vniuerſitatis ſuper electione Camerarij, & detur ei executio officij illius nomine S.C. ad euitandum ſcandala, citrà tamen præiudiciū iurium vtriuſq; partis explicandorum ipſis partibus auditis, hoc ſuum, &c. Petrus Sartianus Nicolaus Vincentius Cęſarius Secret. in Banca Io. de Florentia.

Electio Officialium fieri debet per ciues congregato Concilio, non tamen per Sindicos, & Electos repræſentantes Vniuerſitatem, vt fuit deciſum per S.R.C. in cauſa Vniuerſitatis Putignani cum particularibus ipſius die 26. Feb. 1580. penès Secret. Nouar. in prag. 2. collect. 3. n. 12. de admin. vniuerſ.

Electio Decurionum alicuius Vniuerſitatis qualiter fieri debeat, ſi eligendi ab ipſis Decurionibus habentibus facultatem nominandi futuros Decuriones, præuio ſuffragiorum maiorum ſolemnitate erint confirmandi, vel abſque tali ſolemnitate, vt accidit controuerti in cauſa particularium Ciuitatis Netitoni cum ipſamet Vniuerſitate ſuper reformatione ipſius Ciuitatis, cum aliud ſit nominare, & aliud eligere, Montanar. in pragm. 2. ſub n. 258. de adminiſt. vniuerſ. & poſtquam ipſi Decuriones veteres facultatem habebant nominandi futuros Decuriones, videbatur hoc ſufficere, ſi id tantum fuerit poſtea inter eos confirmatum, ceſſante electione ipſorum ex diuerſitate actuum, poſtquam electio officialium publicorum fieri debet ſecundum Leges, Statuta, & Conſuetudines eiuſdem loci, Loſæus de iure vniuerſ. par. 1. cap. 3. n. 55. verumtamen idem Montan. dict. pragm. 2. n. 254. dum vellet modum in electionibus, & creatione Sindici, aliorumque officialium oſtendere, inquit, quod Sindicus in communi parlamento proponere debet officiales, nominando certas perſonas ad officia, per iura ibi relata, & demum facta nominatione per prædictum, maior pars ciuium determinat, eligit, deliberat, & reformat, & ſic electio à maiori parte fieri debet, Camp. in cap. Item ſtatuimus, quod officiales, num. 4. & ad hoc etiam vide congeſta per Auendan. de exequend. mandat. part. 1. cap 19. numer. 23. vbi quærit, ſi licitum ſit nominare ſucceſſorem, inſpecta conſuetudine ità faciendi, reſpondit, ne ſit irrationabilis talis conſuetudo, quod anteceſſor in adunantia Concilii poſſit proponere perſonam pro anno ſequenti, & inter omnes tractetur, an habilis, & admittendus ſit, & tunc ſi omnes, vel maior pars conueniat, approbando eius perſonam, à toto Concilio nominatus videtur in concordia, vel à maiori parte, ſi nonnulli reluctauerint, ſi verò ille, qui nominatur ab anteceſſore omninò debet admitti, vt ponatur in matricula talis nominatio, & conſuetudo admittendi eum eſt irrationabilis, & non valet, quia reprobatum eſt, ne quis ſui officii eligat ſucceſſorem, cap. apoſtolica, §. his omnibus 8. q. 1. & ſic nominans videtur ſe ipſum nominare, nam videtur eadem perſona cum anteceſſore, ex Signorol. conſ. 64 & ſubſequendo cenſuit, experientia compertum eſſe, ſic nominantēs ad ſuos amicos, & conſanguineos vota dirigere, in quo magis carnalis affectus, quam publica ſignificatur vtilitas, quæ vigere debet, ideò Iudex has nominationes pati non debet, ſi tamen colligeretur, quod iſta vota, & nominationea præſtantur, vt ad inuicem eligantur in damnum Reipublicæ, & vt inter ſe continuentur officia, & honores, hoc Iudex pati non debet, ad tex. in l. 1. C. ſi propter inim. lib. 10. vltra quod modus iſte reprobatus exiſtit, vt eligo te, vt eligas me, inſtituo te, vt inſtituas me, denotat captationem, & ambitionem, Moditiua reſolutis lib. 1. §. plebiſcitum, dubio 199 num. 3. quare tutius erit poſt nominationem fieri approbationem in Concilio per maiora ſuffragia. Et ideò in ſupra citata cauſa die 24. Nouembris 1608. facta relatione Suæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio per Illuſt. Marchionem Corleti Regentem Regiam Cancellariam, per idem Reg. Collat. Conſil. fuit prouiſum, & decretum, quod electio regiminis Ciuitatis Netitoni fiat in hūc, qui ſequitur modum, videlicet. Decuriones veteres inter ſe conuenientes nominent nouos, vnuſquiſque ſucceſſorem, & ex nominatis ij, qui à Collegijs omnibus, vel à maiori eorum parte approbati fuerint, proponantur in publico Concilio Ciuitatis, & habentes maiora ſuffragia, quæ ſecretè ferantur, electi remaneant, quodq; ſi nominati omnes, vel eorum aliqui repulſam tulerint in eorum locum, alij proponantur, donec fuerit nominatio per vniuerſum Concilium, vel maiorem partem admiſſa, idemque ſeruetur in nominatione Auditorum, atque omnium aliorum Magiſtratuum, ac Officialium Ciuitatis prædictæ, qui omnes à Decurionibus nominentur, & ſuffragijs ſecretis Concilij approbentur, hoc ſuum, &c. Goroſtiola Reg. Conſtantius Reg. de Caſtellet Reg. Marcus Antonius de Ligorio Scriba à Mandatis.

Electio Iudicis in Ciuitate facienda per Barones, vt conſuetum eſt ſeruari, quando adeſſet aliqua ſuſpitio Baronis, per quem erit facienda, exiſtēte inimicitia Baronis cum vaſallo inquiſito, plu-

ries

ties deciſum fuit tam per M. C. quam per S. C. ſpectare ad ipſum M. C. & S. C. vt fuit obſeruatum in cauſis relatis à D.Reg.Sanfelic. deciſ.63. n.32.& ſeq.

Electio facienda per aliquos de Procuratore forte alienius negotij, ſi fuerit facta per maiorem partem de aliquo indigno, & per minorem partem de alijs, an iterum fieri debeat, vel nominati à minori parte erint admittendi, deciſum fuit per S. C. eſſe iterum faciendam electionem ab eiſdem, ſeruata forma decreti alias lati, non obſtantibus oppoſitis, refert D.Regens Sanfelic. dec.149.

Electio Legati mittendi ad Suam Maieſtatem facta per Ciuitatem in perſonam Equitis Hieroſolymitani an valida ſit, fuit per S.C.deciſum, eſſe inualidam, vt refert D.Reg.Sanfelic.dec.135. n.21. vbi refert non fuiſſe habitam rationem de hoc per Supremum Concil.Italiæ.

Electio Compromotorum in Almo Collegio Neapolitano ad quem ſpectet, etenim quando doctorantur Scholares eliguntur Compromotores, quorum aliqui prætendebant eſſe neceſſarii abſque electione doctorandi, vt ſunt Regentes Regiam Cancellariam interuenientes in illo actu, qui juxtà ſolitum erant neceſſarij Compromotores, ac etiam illi, qui puncta tentatiua dabant Scholaribus, deciſum fuit per Collaterale Conſilium die 29. Octobris 1601. quod electio Compromotorum Almi Collegij huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neap. ſtare debeat ad arbitrium doctorandorum per dictum Almum Collegium eo modo, & forma, prout ſolitum erat pro tempore præterito, non obſtante quocunque decreto interpoſito per dictum Almum Collegium, & in futurum ſuper electione prædicta nihil innouetur, penès Tagliauia Scribam à mandatis, cuius decreti copia refertur à D. Regente Sanfelicio in nouiſſimis additionibus ad eius deciſ. in dec.324.

Electio fori an competat pupillo maiori 14. annis, & minori 18 annis, deciſum fuit negatiuè, ità D.Reg.Sanfel.dec.274.

Electio fori competens perſonis priuilegiatis an competat minori puberi, qui deſinit in poteſtate eſſe, vel morte, vel emancipatione aduerſus tutores pro redditione computorum, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, verum diſcuſſio computorum fiat in partibus, qua facta traſmittatur ad S C. in quo decidantur dubia, ità D.Reg.Sanfel. dec.134.

Electio fori an competat Vicario alicuius Abbatiæ pro rebus ſpectantibus ad ipſam Abbatiam, & concluſiuè procedendo per ea, quæ in iure ſunt probata, quod pro rebus Eccleſiaſticis competit priuilegium fori, vt congerit Anna in alleg. 146. n.5. Nouar. latè in praxi de elect. & variat. fori quæſt. 49. Eo quia ipſa Eccleſia tali potitur priuilegio fori, vt ex multis probat nouiſſimè Conſil. Carleual. in tract. de iudicijs diſput. 2. q.6.ſect.7.n.585.Nouar. vbi ſup.& conſequenter eius Prælati, qui repræſentant Eccleſiam, nam ipſi poſſunt pro ea comparere, Farin. dec. 451. tom. 2. nam & ſi eiuſdem Eccleſiæ bona poſſideant, quemadmodum Prælatus nouus dicitur poſſidere bona Eccleſiæ ſine aliqua noua apprehenſione, Pariſ.conſ.14.num.6.vol.1. fortius antiquus Prælatus, adhuc tamen Prælatus non dicitur Dominus Eccleſiæ bonorum, vt inquit Carau.in ritu 52.n.7. ſed Dei, cap.cum ex eo, de elect. in 6. cum alijs ibi adductis, ſed adminiſtrator, & habet longiores habenas, quam Procurator, Abb.in cap.fraternitatem, n.2.de donat. Rota in nouis deciſ.4. de confeſſ. n.3. Farin.dec.141. benè tamen aſſerunt DD. tunc locum habere electionem ipſam, quoties violentia, rapina, vel fraus aliqua interceſſerit, vt poſt Afflict.dec.257. num.2. & Calà de modo articul.gloſ.1. n.89.Nouar.de elect.fori tom.1. q.51.n.43.& Conſil. Carleual vbi ſup.Nouar.eod.tract.q.8.n.16. Quocirca in cauſa Fratris Hieronymi Boſſij profeſſi Ordinis Sancti Antonij Viennenſis Vicarii Generalis Abbatiæ, ſeù Perceptoriæ S.Antonii Ciuitatis Sarni. Facto verbo in M.C.V. per Iudicem Ioannem Arcamonum patritium benemeritum die 13. Iulij 1640. fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Per M.C.V. facto verbo, in Banca prouiſum eſt, quod ſtante electione fori ſub die 10. Iulij 1640. procedatur, prout præſenti decreto procedi mandatur in eadem M. C. hoc ſuum, &c. Corcionus, Arcamonus, in Banca Lucinæ.

Electio fori an competat virgini habenti patrem, vel auum, ſub cuius poteſtate degit, deciſum fuit per M.C.& confirmatum per S.C. affirmatiuè, & in reclamatione comprobatum in cauſa Aureliæ Caputæ cum Ioanne Aloyſio, & Ioanne Iacobo Stratella, refert Ioan. Maria Nouar. in praxi elect.fori, part.2.ſect.2. quæſt.7. num.6. & 7.

Electio fori competens miſerabilibus perſonis an detur in præiudicium habentis iuriſdictionem in quoſcunque habitantes in loco, etiam alibi delinquentes, deciſum fuit per M. C. V. affirmatiuè, vt inquit Io.Maria Nouar.in praxi elect.& var.fori p.2.ſect.3.q.3.

Electio fori an competat miſerabilibus perſonis, & priuilegiatis, vbi iuriſdictio reperitur apud Barones ex titulo emptionis factæ ab aliquo magno Domino, qui in ſpecie habebat derogationem l.vnicæ, C.quando Imp. & ſic cognitionem cauſarum contra miſerabiles, & priuilegiatas perſonas, pluries fuit deciſum per M.C. negatiuè, iuxtà exempla prodita, & præſentata in eadem M C. in proceſſu Martii de Orlando Terræ Lagonigri inquiſiti de homicidio in perſonam Capitanei Terræ Armenti intuitu officii ſuper remiſſione petita ab Illuſtr. Principe Hoſtiliani, in Banca Panſæ, tradit Io.Maria Nouar.in praxi elect.& variat.fori part.2. ſect.3 quæſt.5.

Electio fori M. C. V. facta per Clericum offenſum in eius perſonam an iure ſubſiſtat, ſtante electione fori Reg. Aud. facta per viduam ream offenſionum pro defenſione Clerici offenſi, fuerũt ſequentia in iure allegata à ſubſcriptis DD. Aduocatis perſpicaciſſimis, quæ ſunt, videlicet. In iure pro Reuerendo D. Agatio de Summa contra Eliſabettam Farao Reuerendus Sacerdos D. Agatius de Summa Ciuitatis Catanzarii pro offenſionibus cum vulnere appenſatè in eius perſonam illatis elegit in eius forum Tribunal M.C.V. iuxtà formam traditam à iure communi, & Regni ſanctionibus, quod priuilegium electionis fori competat Clericis, etiam pro offenſionibus in eorum perſonam illatis, nemo eſt, qui

du-

Digitized by Google

dubitet, vt conſtat ex Præſ. de Franch. dec. 597. Viuio dec. 27. Anna alleg. 156. Cui quidem electioni ſe oppoſuit Eliſabetta Farao vna ex inquiſitis, & vti vidua inſtitit, dictam cauſam remitti Regiæ Audientiæ Catanzarii vigore nouiſſimæ electionis fori ab ea factæ, prætendendo æquale priuilegium habere, quo caſu res reduci debet ad terminos iuris communis, vt ſequatur forum rei, ad tex. in l. fin. C. vbi in rem actio, & c. cum ſit generale, de foro compet. & alibi, quam oppoſitionem, vt dignoſcatur nulla ratione poſſe ſubſiſtere, opere pretium duxi de duobus principaliter differere. Primum, an priuilegium electionis fori conceſſum Clericis ratione Eccleſiæ ſit maioris potentiæ, ac efficaciæ illo, quod eſt conceſſum viduis, pupillis, & aliis miſerabilibus perſonis. Secundum, an priuilegiatior ſi concurrat cum minus priuilegiato in eadem ſpecie priuilegii, præferatur etiam attenta diſpoſitione iuris Regni. Quoad primum multipliciter demonſtratur, priuilegium Clericorum eſſe potentius conceſſo viduis, pupillis, & aliis perſonis. Et primò ratione cauſæ, propter quam conceditur, nam priuilegium conceſſum Clericis non eſt conceſſum cuiq; ipſorum ſingulariter, verum toti Ordini Clericali principaliter, & abſolutè, propter animam, & contemplatione Dei, vt adducit Iaſ. in §. maleficiis, n. 32. Inſt. de action. quem ſequitur D. Reg. Valenz. conſ. 18. n. 64. cum per eos diuina miniſtrētur, fides augeatur ipſorum vigiliis, & orationibus, Deus placatur, nè peccata noſtra puniat, ex quo dicit Bald. in auth. quas actiones, n. 12. C. de Sacroſ. Eccleſ. ſecundum Cyn. quod maius eſt priuilegium Clerici, quam viduæ, cum vidua ſuccedens ruſtico non habeat electionem fori, cū illud perſonale ſit, ſecus verò in Clerico, cui intelligitur conceſſū fauore totius ordinis clericalis, & ſucceſſiuè propter publicā vtilitatē. Secundò, dicitur eſſe maius, cum ſit dignius, vt dicit Bart. in l. præcipimus, §. hoc eodem obſeruando, C. de appell. quem ſequitur Alciat. in l. 2. ff. de verb. oblig. num. 38. Clerici enim cum ſint in famulatu domini, & ſerui Dei, cap. Cleros poſt princ. 21. diſt. cap. pen. 54. diſt. & cap. ſecundum Apoſtolum, de præben. & præſertim Sacerdotes Imperatoria dignitate maiores ſunt, vt dicitur in cap. quis dubitet 69. diſt. cap. ſolitę, de maior. & obed. cap. ſi Imperator 96. diſt. propter quā altiorem dignitatem ſunt omnibus in quibuſuis præferendi, vt dicit gloſ. in cap. ſedes, verſ. maiores, de reſcrip. Iaſ. in l. generalitèr, n. 6. de in ius voc. & in materia electionis fori dignior pręfertur minus digno, vt colligitur ex dec. Affl. 56. in qua fuit deciſum, Curialem S. C. poſſe trahere Curialem M. C. Admiratię vti digniorem, ratione maioris Tribunalis cui deſeruiebat. Tertiò, & denique priuilegium Clerici in materia, de qua agitur, dicitur potentius ratione offenſæ in eius perſonam illatæ, quæ tangit totam Eccleſiam, immò ipſum omnipotētem Deum, cap. nonnulli 3. quæſt. 1. & vti publica poteſt ab omnibus in iudicium deduci, ſecundum Bald. & Paul. in l. 1. §. huius ſtudij, in fine, ff. de iuſt. & iur. nec ab ipſomet Clerico remitti poteſt, vt in cap. ſi is, qui 23. quæſt. 4. & in propoſito deducit Viuius d. dec. 27. per totam, vndè dicit Bal. in auth. quas actiones, quem ibi ſequitur Paul. num. 7. C. de Sacroſanct. Eccl. quod ſi Eccleſia vtitur ſuo priuilegio contra aliquem, non poteſt ille priuatus dicere contra Eccleſiam, quod vult vti eodem priuilegio, nàm eſſet dare retorquutionē contra Deū, qui repræſētatur per Eccleſiam, & quod Eccleſia, & ſucceſſiuè Clerici cum eiſdem potiantur priuilegijs, cap. Eccleſiarum 12. quæſt. 2. in concurſu præferantur viduis, pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis, etiam Fiſco, eſt tex. in Conſt. Regni incip. Iuſti cultoris, vbi Affl. & notat Carau. ritu 23. num. 3. & 4. quæ Conſtit. licet non loquatur de ſpecie, de qua agitur, attamen non poteſt difficultari, quin ex ea deluceatur, maius priuilegiū, & potentius eſſe illud Eccleſiæ, quam illud, quod eſt conceſſum viduis, & alijs miſerabilibus perſonis. Quòad ſecundum poſito pro vero, prout eſt veriſſimum, quod priuilegium electionis fori conceſſum Clerico ſit efficacius, ac potentius, an eo poſſit vti Clericus aduerſus viduam, & ſimiles perſonas, etiam priuilegiatas in electione fori, itaut priuilegia non conquaſſentur, & quidem hæc quæſtio de iure communi nullam patitur difficultatē, vt dicunt Nouar. in praxi elect. fori ſect. 2. quæſt. 21. num. 8. in fine, & Carau. in ritu 228. in princ. nam de iure communi eſt tex. in l. verum, §. fin. iuncta l. ſeq. ff. de minor. vbi priuilegium ætatis tanquam potentius præfertur Velleiano, & Macedoniano, per quem tex. ita tenuerunt Bart. & Bald. idem Bar. in d. auth. quas actiones, num. 3. vbi dicit, quod eſt regula infallibilis, quem ſequitur ibi Iaſ. num. 13. & Aloyſ. de Leo num. 42. & 43. C. de Sacroſ. Eccleſ. Paul. in l. cæterum, §. ſed ſi quis, per illum tex. ff. de leg. 1. in princ. & in materia electionis fori quod maius priuilegium habens, præferatur minus priuilegium habenti, tradunt Bal. in auth. habita, n. 61. & 62. C. ne fil. pro patre, Affl. deciſ. 56. vbi Viſil. allegat concord. Aloyſ. de Leo qui ſic ſeruari teſtatur in S. C. in l. vnica, C. quando Imper. inter pupill. & vid. num. 13. difficultas autem fuit orta de iure Regni ex ritu 228. qui dicit, quod nullus priuilegiatus trahat alium priuilegiatum, niſi ſit Curialis, ponderando prædictum ritū dupliciter; primo, q̄a dicit, quod nullus, & ſic videtur includere omnes, & quoſcunque priuilegiatos quouis priuilegio fungentes, cum non diſtinguat inter priuilegiatiorem, & minus priuilegiatum, vnde nec nos diſtinguere debemus, ad tex. in l. 2. ff. de aleat. cum concord. Secundò, cum excipiat ritus prædictus tātūmodo Curiales, in cæteris ergo regula firma remanet, vulgatis iuribus, &c. & ita in indiuiduo tenet Carau. d. ritu 228. in princ. quem ſequitur Muſcat. in praxi S. C. gloſ. competentes, num. 87. & Nouar. dicta q. 21. num. 8. ſed eſt aduertendum maximoperè ad ritum prædictum, nam non dicitur, quod priuilegiatior non trahat alium priuilegiatum, intelligitur enim, licet generalitèr loquatur, cum terminis habilibus, iuxta terminos iuris communis, in habentibus .ſ. par, & coæquale priuilegium, non autem diſpar, & inæquale, & hoc vt reddatur conformis diſpoſitioni iuris communis, iuxta quod fundatum fuit, priuilegiatiorem trahere priuilegiatum, ſtatuta enim quantumuis generalitèr, & indefinitè loquentia, debent intelligi, vt ſe conforment cum diſpoſitione iuris cōmuni, vt in l. ſi ſerui veſtri, C. de noxal. act. cum alijs relatis à Cæphalo conſil. 256. num. 18. quæ quidem expoſitio videtur mihi fundari ex ritu

ſubſe-

Digitized by Google

ſubſequenti 231. qui videtur ad explicationem prædicti ritus 228. loquitur enim ille ritus in pupillo, & vidua, vt nõ poſſint trahere aliũ pupillũ, vel viduam, & ſic æquale priuilegium habentes, alias enim ſi ille ritus non eſſet ad explicationem ritus 228. eſſet ſuperfluus, & eluſorius, nam ſi ille ritus eſſet intelligendus etiam de habente maius priuilegiũ, non erat neceſſe poni ritũ 231. nam de quo magis, & de quo minus, vt igitur aliquid de nouo conferat, debet intelligi, vt veniat ad explicationem ritus præcedentis, Nec obſtat, quod ritus prædictus excipit tantũmodo Curiales, reliquos autem includere videtur, nam aduertendum, quod ideo ritus prædictus expreſsè excipit Curiales, quia poterat dubitari, quod Curiales prædicti non haberent maius, & potentius priuilegium illo, quod eſt cõceſsũ viduis, pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis, & ſucceſſiuè illas trahere non poſſent, ad tollendum ergo hanc difficultatem ritus prædictus expreſsè voluit excipere Curiales, vt & ſi nõn habeant potentius priuilegium, poſſint trahere alias perſonas priuilegiatas, quod autem priuilegium Curialis non tantum ſit potentius, immò minus illo, quod aſt conceſſum viduis, & alijs perſonis; deducitur primo ex eo, quod dicit Bal. in d. auth. habita, n. 61. & 62. C. ne fil. pro patr. vbi priuilegiumviduarum, & pupillorum eſt potentius priuilegio Scholarium in materia electionis fori, & tamen Scholaris in hac materia aſſimilatur Curiali, cum vigeat eadem ratio in vtriſque vtilitatis publicæ, illis enim conceditur priuilegium electionis fori, ne Curiam deſerant, & ob hoc lites non terminentur, ijs vero, ne à ſtudijs protrahãtur, quorum etiam vertitur publica vtilitas, vt Ciuitas viris literatis impleatur, per quos iuſtitia poſtea rectè miniſtretur, & magis in ſpecie, quod priuilegium Curialis non ſit potentius illo, quod eſt conceſſum viduis, & alijs miſerabilibus perſonis, colligitur ex Muſc. in dicta gloſ. competentes, num. 88. qui difficultat, an abſolutè Curialis trahat alios priuilegiatos, & dicit, quod non, eo, quod non habet maius priuilegiũ illo, quod eſt conceſſum viduis, & pupillis, immò concludit, quod ad hoc vt trahat alium priuilegiatũ debet Curialis eſſe veſtitus alio priuilegio, vt ſic ſit magis priuilegiatus, licet iſtud ſit diuinare ad illud ritum, qui ſimpliciter loquitur in Curiali, ex hoc ſequitur, quod dum ritus prædictus 228. ideò excipit caſum Curialis, ex quo ad plus ratione paris potentiæ cum alijs priuilegiatis non poterat illos trahere, & exceptio cũ debeat eſſe de regula, ſequitur quod ritus prædictus debet intelligi, quod loquatur de paritèr priuilegiatis, non autem de maiori, & minori priuilegio ſuffultis, iuxta diſpoſitionem iuris cõmunis, nec obſtat Afflict. in Conſt. Regni Statuimus, vt Magnæ, num. 19. in fine verſic. ſecundo quæro, cuius authoritate mouentur Carau. in dicto ritu 228. in princ. Muſcat. in dicta gloſ. cõpetentes, num. 87. & Nouar. dicta quæſt. 21. n. 8. nam ſi benè inſpiciatur Affl. eo in loco decidit contrarium eius, ad quod allegatur, quia & ſi in fine dicti numer. 19. referat primam opinionem, videtur dicere, quod in materia dictæ l. vnicæ, C. quando Imp. int. pupil. non determinatur plus, & minus miſerabilis, cui lex prædicta nõ diſtinguat, attamen idem Affl. ibidem num. 20. poſt relatam ſecundam opinionem refert opinionem Bal. in dicta auth. habita, num. 61. & 62. qui tenet, quod maius priuilegium habens, trahat alium minus priuilegiatũ, & immediatè ſubnectit ibi Afflict. hæc verba, tene ergo iſtam cõcluſionem, quod priuilegiatus à iure communi non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum de iure communi, & ſic iſta priuilegia confunduntur, & obſeruatur illud, quod generalitèr ſtatuit ius commune, quod vult, quod actor ſequatur forum rei, hæc Afflict. ex quibus verbis concluſiuè dictis per Afflict. colligitur, quod loquitur, quando priuilegiatus concurrit cum paritèr priuilegiato, non autem cum minus priuilegium habente, vt innuit per citatam doctrinam Bal. in dicta auth. habita, & in tantum hoc eſt verum, quod Affl. loquitur in habentibus æquale priuilegium, & nõ dicat illud ad quod allegatur, nam ipſemet Afflict. in eadem Conſtit. Statuimus, num. 55. verſ. 12. quæro tenet contrarium, vt ſcilicet pupillus poſſit trahere viduam, cum priuilegium minoris ætatis tanquam naturale ſit potentius miſerabilitate, quæ eſt accidentalis, per doctrinam Bald. in l. qui habet, ff. de tutel. & licet non ignorem, hanc Affl. opinionem fuiſſe impugnatam à Didaco Couar. pract. quæſt. c. 7. verſic. 1. etenim caſus, quem de verbo ad verbum traſcribit Nouat. in dicta quæſt. 21. attamen Affli. opinionem commendat Vrſil. dicta deciſ. 56. in fine, & ſequitur Carau. in ritu 23. n. 11. per totũ, vnde idẽ Carau. videtur potius ſibi cõtrarius, nec obſtat ſi dicatur, ꝙ cum hę perſonę omnes ſint priuilegiatę eadẽ ſpecie priuilegij, electionis .ſ. fori ab eadẽ lege prouueniente, nõ poſſit inter hos dari maius, & minus priuilegium, & ſucceſſiuè potentius, vt videtur innuere Couat. in dicta quæſt. 7. num. 4. verſ. 1. quia Bart. in fin. & Præſ. de Franc. dec. 188. nã reſpondetur, quod non per hoc, quod duo ſiant priuilegiati eadem ſpecie priuilegij, nõ poſſit dari inter eos maius, & minus priuilegium, nam potentius priuilegium datur, & conſideratur habito reſpectu ad maiorem rationem, & cauſam, quæ ineſt conceſſioni vnius priuilegij, quam in alio, exemplum ponit Bald. in dicta auth. habita, num 61. & 62 qui loquitur de vidua, & Scholari habentibus idem priuilegium electionis fori, & tamen dicit ibi Bald. quod priuilegium viduæ vti potentius ratione maioris, ratione concedendi præfertur, ergo priuilegium conſideratur maius, & potentius etiam in eadem ſpecie priuilegij, idem etiã dicit Bart. in dicta auth. quas actiones, n. 2. C. de Sacroſ. Eccl. cuius doctrina omnem tollit difficultatem, nec obſtat prædicta deciſio Præſ. de Franch. 188. quia vltra es ſupra fundatis valdè in dubium reuocatur, tamen eſt aduertendum, quod deciſio prædicta debet intelligi, quando concurrerent duæ perſonæ priuilegiatæ eadem de cauſa, & ratione, exemplum enim eſt in vidua, & pupillo, omnes enim ſunt miſerabiles, & ratione iſtius miſerabilitatis iſtis conceditur electio fori in dicta l. vnica, ſi ergo vna de iſtis perſonis tanquam magis miſerabilis vellet trahere aliam minus miſerabilem, non benè diceret, iuxtà doctrinam Affl. in dicta Conſtit. Statuimus, n. 19. in fine, nam omnes à cõmiſerationis cauſa priuilegiũ accipiunt, quæ vnica eſt, & non propterea, ꝙ quis ſit minus miſerabilis, non ſit di-

gnus

gnus cõpaſſione, ita intelligitur de Franch. dicta dec. 188. & vidi conſideratũ à quodã peritiſſimo Aduocato in quadam allegatione manuſcripta. Sed vt omne ſcrupulum tollatur eſt aduertendum, quod Ritus prædictus 228. dato, & non conceſſo, quod diſponeret, priuilegiatiorem non trahere minus priuilegiatum, non comprehendit caſum noſtrum, in quo loquimur de Clerico, qui vti extrà iuriſdictionem Legiſlatoris non poteſt inibi comprehendi, etiam in fauorabilibus, vt fundat Napod. in proœm. Conſuet. Neap. n. 311. verſ. ſed certè, cum num. ſeq. Clerici enim non ſunt ſub iuriſdictione Principis ſæcularis, vt dicit Bald. in l. de quibus, verſ. 6. quæritur, ff. de leg. & l. 1. verſ. ex hoc apparet, C. de ſum. Trin. & fide Cathol. eo magis, quia alius ritus prædictus eſſet præiudicialis Eccleſiæ, & Clericis, contra tex. in auth. caſſa, C. de Sacroſ. Eccleſ. & cap. cum Eccleſia, de Conſtit. Et licet hoc priuilegium electionis fori videatur conceſſum ex priuilegio eiuſdem Principis, cum omnibus ſuis qualitatibus, & ſucceſſiuè Princeps non videtur ſuper alieno diſponere, ſed ſuper ſuo beneficio, quod ab eo fluere, & refluere poteſt, ad tex. in l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. Præſ. Vrb. attamen reſpondetur, quod hoc non procedit, nec procedere poteſt in priuilegio conceſſo Eccleſiæ, & ſucceſſiuè Clericis, quorum priuilegia tranſeunt in contractum, vti conceſſa non ſubditis, vt dicit Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. in proœm. num. 420. ideò ſunt irreuocabilia, vt in ſpecie in priuilegiis Clericis conceſſis non poſſe reuocari, etiam per legem generalem, tenent Bart. in l. priuilegia, C. de Sacroſ. Eccleſ. Paul. in l. ſi quis curialis, in fine, C. de Epiſcop. & Cleric. & hæc eſt communis opinio, vt dicit Soc. in conſ. 242. verſ. circà ſecundum caſum, Abb. in cap. abolendæ, de ſepult. in fine, Roman. in repet. auth. ſimiliter, num. 26. C. ad l. falcid. & alii innumeri Doctores. Et vltimo eſt aduertendum in caſu propoſito, quod nulla haberi poteſt ratio de prætenſa electione fori facta à dicta Eliſabetta Farao vti vidua, cum electio fori ipſius quando poſſit ſubſiſtere aduerſus electionem prædictam fori factam à prædicto Reuerendo Sacerdote offenſo, debebat fieri coram ſuo Iudice ordinario loci, & non coram Regia Audientia, quæ non dicitur Iudex ordinarius, nam in ritu prædicto 231. ſępius allegato dicitur, quod vidua, vel pupillus conuenti ab alia perſona priuilegiata, debent allegare ius commune, quod ſe habet, quod actor ſequitur forum rei, vbi Carauit. in princ. dicit, quod niſi ipſe conuentus, vel conuenta declinent forum allegando ius commune, cauſa non remittitur, ſicq; cum forus prædictæ viduæ ſit Iudex Catanzarii, non autem Regia Audientia, non erit habenda ratio de dicta electione, cum ritus prædictus tantummodo his perſonis priuilegiatis conuentis tribuat facultatem eligendi Iudicem ſuũ, non autem extraordinarium, prout eſt Reg. Audient. Poſtremo, & denique dicimus, nullatenus eſſe locum remiſſioni prædictæ ad dictam Regiam Audientiam, nam eſt aduertendum in facto, quod non tantum dicta Eliſabetta prætenſa vidua eſt inquiſita, verum adſunt quatuor alii correi Inquiſiti, nullo priuilegio ſuffulti, quorum cauſam non poteſt difficultari, debere tractari in M. C. & ſucceſſiuè ratione connexitatis cauſæ debet M. C. V. etiam de cauſa inquiſitionis ipſius Eliſabettæ cognoſcere, ad tex. in l. nulli prorſus, vbi communiter Doct. C. de iudic. qui text. licet fuerit per Doctores maximopere controuerſus, an ſibi vendicet locum in criminalibus, immò contraria ſententia videtur amplexa, vt conſtat ex Præſ. de Franch. dec. 510. attamen hoc dubium ceſſat in M.C.V. quæ ex ampliſſimis præeminentijs, quibus potitur, non diuidit cauſas etiam criminales, nec continentiam cauſę, vt decidit Capyc. dec. 122. in fin. qui licet loquatur in M.C. Panormi, attamen nulli dubiũ eſt, eiſdẽ potiri præeminentijs M.C. huius Regni, & eo magis prædicta procedunt in caſu, de quo agitur, cum tractatur, quod in contemptum ordinum Suæ Excellentiæ, eiuſq; Coll. Conſ. deliquit d. Eliſabetta, ex quo prohibuerat contrahi facere matrimonium Catharinæ de Summa eius filiæ, & neptis Reuer. D. Agatij cum Hieronymo de Lucro, cui & alijs inquiſitis ipſa Eliſabetta mandauit interficere dictum Agatium, prout deuenerunt ad actum proximum, vulnerando, & contrahi fecit matrimonium, nec hodie poſſet Reuer. D. Agatius proſequi iuſtitiam ſuam in Regia Audientia Catanzarij abſque maximo ſui periculo. Et ex his, & alijs, quæ breuitatis cauſa reliquuntur, cenſeo, nullam habendam eſſe rationem prædictæ electionis factæ per dictam viduam inquiſitam, ſed omninò debere decerni, eſſe procedendum in M. C. V. vigore electionis fori factæ à dicto Reuerend. Sacerdote offenſo, vti etiam fuit iudicatum per Supremum Collaterale Conſilium, cuius maximæ auctoritati, & ſaniori, & veriori ſententię Nos in omnibus ſubmittimus. Frãciſcus Spatacenta, Petrus Antonius Spatacenta. Licet primo loco fuiſſet per M. C. V. remiſſa cauſa eidem Regiæ Audientiæ Calabriæ vltra, poſtmodum obtento reſcripto per Suam Excellentiam, vt fieret relatio in Collaterali Conſilio loco reclamationis, facta indè relatione per Benemeritum Iudicem in criminalibus D. Bernardinum Belpratum, virum nobiliſſimum, ac I.C. præſtantiſſimum, fuit deciſum, quod cauſa remaneat in M.C.V. ſtante electione fori facta per dictum Reuerend. D. Agatium de Summa, à quo decreto cum fuiſſet ad inſtantiam eiuſdem Eliſabettæ obtentum, quod iterum relatio fieret in Collaterali Conſilio loco reclamationis, demum facta relatione eodem die 22. menſis Octobris 1642. per eundem Iudicem, fuit confirmatum ſupradictum decretum, & dictum, benè prouiſum, vt ex actis in Banca Tartagliæ apud Scribam Michaelem Autuoro.

Eligendi patritios mos eſt in Sedilibus Ciuitatis Neapol. vulgò nuncupatos Capitaneos ad guerram, quorũ eſt vt ſinguli in ſuis regionibus, ſiuè quarterijs Ciuitatem cuſtodiãt, adiectis ciuibus, quibus pręſũt, & imperare debẽt, ſiuè nobilibus, ſiuè popularibus, D. Reg. Sanfel. dec. 288.

Eligens forum an poſſit variare, & quoties, fuit denegata quarta variatio, & remiſſa cauſa Regię Audientię. D. Reg. Sanfel. dec. 278.

Eligentes aliquem ad aliquod miniſterium an teneantur de proprio ex defectu electi, deciſum fuit affirmatiuè, Dominus Reg. Sanfelic. dec. 179.

Emolumenta, & iura debita Secretario Regni, ac Scribis à Mandatis qualiter erint diuidenda,

mus, benè fuiſſe, & eſſe iudicatum per dictum noſtrum S.C. in fauorem dicti Ill. Principis Hoſtiliani, & malè pro parte dicti Illuſt. Marchionis Corati reclamatum ad Maieſtatem noſtram, noſtrumq. Sacrum Conſilium, & propterea imponendum eſſe, & imponi debere, prout præſenti noſtrâ diffinitiua ſententia imponimus dicto Illuſtr. Marchioni perpetuum ſilentium, neutram partem in expenſis condemnando, hanc eandem, &c. Gaſpar Pinatius. Die 17. Iunij 1583. Neap. præſens ſententia lecta, lata, & publicata fuit publicè, &c. Iacobus Figliola. Vndè pro deciſionis ornatu conſiderari poterit, quod aſſenſus licet præcedere, & ſubſequi poſſit in contractu alienationis feudi, Regens de Ponte conſil. 54 num. 15. volum. 2. & conſil. 86. num. 4. volu. 1. tamen erit intelligendum, quando ſubſequitur, viuat alienator, & res ſit integra, prout ex Loffredo conſil. 8. num. 22. in fine, Anna allegat. 69. num. 62. Præſid. de Franch. deciſion. 86. & alijs probat Viſcont. in ſuis commun. concluſion. verbo aſſenſus, il ſecondo, col. 3. verſic. poteſtque; at in caſu prædicto ob obitũ alienantis res nõ erat integra, ideo reuocari non poterat, nec amplius impetrari poterat poſt reuocationẽ factam, Regens de Ponte in conſil. 36. num. 1. & 2. volum. 1. Cæterum autem ſi emptori licitum ſit, vel liceret reuocationem alienationis facere, non erit ambigendum inſpectis verbis Conſtitutionis prædictę de contrahentibus loquens, cum de vtriſq. erit intelligendum, hoc eſt de emptore, & venditore. Et ità per Sacrum Conſilium deciſum, præſertim in cauſa Ferdinandi Caraccioli cum Marſilio de Tiberio, dum ipſe Ferdinandus emiſſet tertiam partem feudi inhabitati, nominati *lo feudo dello Pizzo*, Prouinciæ Aprutinæ Citra, & cum non fuiſſet expeditus aſſenſus, præfatus Ferdinandus emptor reuocauit alienationem dicti feudi vigore dictæ Conſtitutionis, vnde fuit prolata ſententia per Sacrum Conſilium huiuſmodi, videlicet; In Dei nomine Amen. viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ, & in noſtro S.C. oblata pro parte Magnifici Ferdinandi Caraccioli actoris contra Magnificum Marſilium de Tiberio, & Chriſtophorum Tauldinum conuentos, cuius tenor talis eſt, &c. S. R. M. viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus, prædictum Marſilium de Tiberio conuentum principalem condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dandum, & ſoluendum prædicto Magnifico Ferdinando Caracciolo principali, vt principali ducatos duo mille, & ducentum, ſolutos ex cauſa venditionis tertiæ partis feudi in actis deducti vna cum intereſſe, ſtante reuocatione factâ per prædictũ Ferdinãdum, reſtituta prius per prædictum Ferdinandũ eidẽ Marſilio dicta tertia parte feudi prædicti, vna cũ fructibus liquidãdis omnibus tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, ſalua meliori deliberatione cõtra prædictum Chriſtophorum Tauldinum, explicanda per prædictum S.C. neutram partẽ, &c. hanc eandẽ, &c. Io. Antonius Lanarius. Die 30. Octobris 1577. &c. Bottellus Mag. Actor. Et iterum in cauſa Ioſephi Melluſij cum Iulio Cęſare Ruſſillo fuit prolata hæc ſententia per idem S.R.C. viſis denique videndis. Per hanc noſtram diffinitiuam ſentẽtiam dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, contractum in actis deductum emptionis Caſtri Ciuitatis Luparellæ eſſe nullam ex cauſis in proceſſu deductis, & propterea ſupradictum Magn. Iulium Cæſarem Ruſſillum venditorem condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad recipiendum ad ſe terram prædictam, reſtituta per dictum Iulium Cæſarem parte pretij ſoluti per ſupradictũ Magnificum Ioſephum Melluſium emptorem, ſalua nobis, & dicto noſtro S.R.C. meliori deliberatione quòad fructus per dictum Magnificum Ioſephum emptorem perceptos, & ad intereſſe per eum dicto Magn. Iulio Cæſari venditori ſolutum, neutram partem in expenſis condemnantes ex cauſa, hanc eandem noſtram diffinitiuam ſententiam in alijs ſcriptis exinde talitèr proferentes, &c. Fuluius Coſtantius, præſens ſententia lecta lata fuit die 3. Nouembris 1592. Aſcanius Longus Mag. Actorum. Et iterum in cauſa Marchioniſſæ Cluſani cũ D. Hectore de Roggerio fuit ſequens ſententia prolata per idem S.R.C. In Dei nomine amen, viſis ſupplicationibus olim Maieſtati noſtræ, noſtroque S. C. oblatis pro parte Ill. Marchioniſſæ Cluſani contra D. Hectorem de Ruggerio, viſaque comparitione oblata pro parte Ill. Marchioniſſæ contra præfatum D. Hectorem de Ruggerio ſub die 2. Maij 1601. quarum tenor eſt videlicet. S. R. M. in S. R. C. viſo aſſenſu interpoſito ſub die 20. Martij 1599. ſuper venditione facta Terræ Lancuſiorum ſub die 25. Martij 1599. eiuſdem anni, & ratificatione inde ſequuta, viſaque fide facta circa concernentia expeditionem aſſenſus in forma Cancellariæ, viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, ſententiamus, & declaramus, contractum venditionis Terræ Lancuſiorum eſſe nullum, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia contractum venditionis prædictæ nullum, & inualidum declaramus ex defectu aſſenſus non expediri, ſeruata forma Pragmaticæ, & propterea præfatum D. Hectorem de Ruggerio principalẽ, vt principalem, & eius procuratorem, vt procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos, quo ſuper nomine condemnamus ad ſe recipiendum Terram Lãcuſiorum, reſtitutis Ill. Marchioniſſæ Cluſani duc. 1500. ab illa receptis in partẽ pretij ducatorũ 14500. caſſatis inſtrumentis prædictis ſolutionis ann. duc. 970. 1. 5. ex cauſa reſtãtis pretij duc. 13200. ſalua meliori deliberatione quòad fructus perceptos ex Terra prædicta, & quòad tertias, ſiuè intereſſe prædicti pretij ex cauſis in proceſſu deductis, hãc eandẽ, &c. Iulius de Palermo, lecta, lata, & publicata fuit præſens ſententia die 29. Nouembris 1602. Neapol. in aula S. C. ibidem pro Tribunali ſedente, aſſiſtentibus Regijs Conſiliarijs Octauiano Cæſare, Iulio de Palermo relatore, & Io. Ruiz de Valdiniejo, ac nonnullis Actorum Mag. S. C. ac alijs in numero oportuno, de Felice Actorum Mag.

Emptor prædij an bene ſoluat pretium ad ſui libitum creditori poſteriori, ſi ita conuentum ſit, deciſum fuit affirmatiuè, D. Regens Sanfelicius dec. 318.

Emptor

Digitized by Google

Emptor alicuius rei ſtabilis cum pacto de retroocedendo an teneatur retrouēdere vni ex ploribus hæredibus, qoi integrum pretiom perſoluere obtolerat, deciſom fuit per S.C. affirmatiuè, ita D.Reg.Sanfel.dec.22.in princ.

Emptor feudi pro certo pretio conoēto, ſuper quo fuit petita prælatio ab agnato, & inde conceſſa, ſi per plura decreta fuerit interpellatus, vt faceret depoſitum pretij, alias præcludatur via, an nō aliter impleto, reiotegretur in poſſeſſiooe feudi empti, licet videatur eacluſus per talem prælationem petitā, & conceſſā, vnde videbatur receſſum à contractu tacitè, ſicuti contractus ſub conditione celebratos dicitur reſolutus, ipſa conditione non eueniente, Menoc.de pręſumpt.lib.4. præſumpt.175.num.12. & interim ea peodente non liceat partibus à coottractu recedere, Reg.de Ponte conſ.17.num.26.vol.2 tamen ſubdit o.58. quod cōditio contractus pro verificata habetur, quando per partem ſtat, quo minus impleatur, & amplius, quia pretium nondum fuerat ſolutū, non poterat dici dominos rei emptæ, Tiraq. de retract.couent. ad finem tituli, num.71. Nihilominus præcedēte inſtantia eiuſdem emptoris, facta relatione in S.C. die 3. Iulij 1639. per Reg. Conſil. Andream Marcheſium cauſæ Commiſſarium, decreto S.C. prouiſum eſt, quod Ludouicus Caraſcia reiotegretur, prout fuit reintegratus de menſe Auguſti, vt ea actis in Banca Solatij, hoc eſt in poſſeſſionem Caſtri Baſciani ſibi venditi à D. Fracīſco de Scortiatis pro ducatis 14.mille, & poſtmodum ordinatum ſub die 28. Ianuarij 1640. vt faceret depoſitum; & confirmatum per S.C. nam etſi ipſa venditio inter contrahentes pora eſſe conſpiciatur, adhoc tamē quia conſanguineus poterit rem venditam retrahete, ex hoc videtur eſſe conditionalis, hoc eſt dummodo ipſe non petat retractum, vel ſi petat, quod eſt in facultate illius agnati, ſeù conſanguiuei, negari tamen non poteſt, quin venditio licet cooditionalis contracta non intelligator perfecta, quoniam quòad iſtom effectum, vt ex pęnitentia non poſſit reuocari altero iooito, dicitur perfecta, ea Salyc. notat Mantic.de tacit.& ambig.lib.12.tit.10.n.16. Quamuis autem venditio conditionalis ante conditionem non eſt perfecta; Tiraquell. de retract.conſanguin.gloſ.2. n.1. & conſequenter ipſa ſic cooditionaliter facta non competit ius prælationis domino, & teliqua, vt ſubdit n.22. attameo inſtante agoato, vel vicino pro retractu potificatur conditio, & ſeſtat pura venditio, ea qoo cootractus implementum quando ſeqoitur de neceſſitate, inſpicimus tempus celebrati contractus, qoando verò ea voluntate ſequitur, diem implementi inſpicimus, ità Cancer.variat.reſol. par.2. cap.5. n.155. & 156. vt ſcilicet alter altero tnuito pęnitere nō poteſt, idem Tiraquell. vbi ſup. n.26. & in gloſ. 10. n.43. Quo fit, vt ſi fuerit res agnaro, vel vicino conſighata, & eam poſtea vel renunciauerit, aut ſe pęnituerit, teſtat contractus primo loco celebratus, & primæua iura reuiuiſcunt in fauorem amborum cootrahentium, quia contractus ea poſt facto ſunt neceſſitatis, l.4. C.de act.& obl. non mirum ſi emptor teintegrari debeat, eo amplius dato, quod ſi fuiſſet conditio appoſita in contractu, ipſa non fuit, vt coorrahentes poſſint ab eo diſcedere, voluit ibi Tiraq.n.26.& in tantū eſt verum, qood quòad omnem acqoiſitionem reuocabilem non eatinguantur iura priſtina acquirentis; ità ea Tiraquell.de retract.conuent. §.1.gloſ.7.n.71.& Præſ.de Franch.deciſ.550. probat Proſp. Rendell.de iure prothom. verb. vnuſquiſque ſecundum ſuam, &c.n.20.& ſic conditio ipſa retrotrahitur ad tempus contractus, & ſtipulationis, Mantic de tacit.& ambig.lib.14.tit.46. per totum, etiam quòad acquiſitioonem dominij, vt ſubdit n.7.

Emptor Oppidi domanialis in ſe aſſumens onus litis, quæ inter Fiſcum, venditorem, & tertium quendam pendebat ſuper ipſius Oppidi iuriſdictione, an indeciſa iam lite coorra Fiſcum, pretium ſimplex, ſaltim ſi non euictionem repetere valeat, adeò vt ea eo dubij eoeotu id remiſiſſe minime intelligatur, deciſum fuit per R.C. facta relatione in Coll. Conſil. in eius beoeficium, vt refert D.Reg. Fab: Capyc. Galeota in reſpooſ. fiſcali 26.

Emptor feudi, ſeù Caſalis alicoius Ciuitatis pro certo pretio conoento cum Regia Curia prætendens in eo facere ſcarum, hoc eſt sbarcaturum, de quo non fuerat conuentum, an exiſtente oblatiooe altera à Ciuitate facta, ac etiam prælatione petita ab ea, debeat huius prætextu repelli, deciſum fuit, quod dictus emptor ſpecificè, & clarè declaret, ſi intendebat emptionem Caſalis perficere abſque ſcaro, alias prouidebitur ſuper oblatione vltimo loco facta S.E. per Ciuitatem Regij pro emptione dicti Caſalis, ſaluis iuribus Ciuitatis, etiam ſuper prælatione per prius petita, ità D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.in reſp.fiſcali 29.dec.2.n.28.

Emptor rei ſtabilis com onere ſoluendi aliquid alicui creditori venditoris, ſi ſemel ſoluerit, poterit etiam actione perſonali compelli ſoluere, & continuare ſiogulis annis io futurum, & ſic fuit deciſum tam per M.C. quam per S.C. vt teſtatur in propria cauſa Ioann. Baptiſta Hodierna in addit. ad Surd. deciſ.32. in fine in noua impreſſione.

Emptor rei ſtabilis, ſuper qua nulla lis mota erat, an poſſit cogi ad ſoluendum pretium, non obſtāte oppoſitione per eum facta, rem venditam fuiſſe alienam, & dum caſus conſimilis contigiſſet de venditiooe domus, cuius medietas erat libera, & altera creditoribus obnoxia, & ſic aſſerebatur in inſtrumento, licet per S.C. fuiſſet ordinatum, quod emptor faceret depoſitum, verum in liberatione audiantur omnes creditores, & cum fuiſſet dictum de oullitate, quia contra expreſſū caſum legis erat, ad tea. in l.ex ijs prædijs, C.de euict. indè S.C. decerоit, qood venditrix infra menſem præſtaret fideiuſſionem de eximendo emptorem iodemnē, & illęſum ab omnibus creditoribus, qua præſtita procedatur ad diſcuſſionem nullitarum, ea quo venditrix præſtita cautione inſtitit pro ſolutiooe pretij, dicebatur, venditorem oon eſſe liberatum per cautionem, quia res, vel omoinò libera tradi debuerat, vel ad pretij ſolutionē eū noo teoeri, neq; ad intereſſe, quibus omnibus diſcuſſis demum fuit deciſum per S.C. quod reſtituatur depoſitum pro pœna nullitatum, verum emptor faciat depoſitum integri pretij domus infra meoſem, vt refert Io. Baptiſta Hodiet. in addit. ad Surd. dec. 255. in noua impreſſione.

Emptor prædij ſub haſta, quod alteri fuerat affictatum per certum tempus, an cogi poterit perſiſtere in affictu, relata fuit deciſio ſup. in verb. colonus.

Emptor rei emphyteuſis an poſsit de nullitate contractus prædicti dicere, ſi ritè, & rectè non fuerit celebratus, concluditur negatiuè, & ità deciſum per S.C. in cauſa Vincentij Frapperij cum creditoribus D. Octauij de Falco, apud Figliolam Magiſt. Act. teſtatur Doct. Anton. de Marinis quotidia. reſolut. cap. 288. in fine, in noua impreſs.

Emptor annuorum introituum an teneatur ad ſolutionem collectarum, non obſtante pacto immunitatis relata fuit deciſio, ſup. in ver. creditor.

Emptor condemnatus ad ſupplendum iuſtum pretium, vel ad relaxandum rem emptam, iuxtà terminos l. 2. C. de reſcind. vend. non tenetur ad intereſſe, cum percepit fructus ratione dominij, & vti bonæ fidei poſſeſſor, qui bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, & ita deciſum iunctis aulis refert D. Præſ. de Franch. dec. 496. & nouiſsimè idem fuit deciſum per idem S. C. ad relationem Regij Conſil. D. Ferdinandi Arias de Meſa in cauſa Hieronymi Pettabianca cum hæredibus Ioan. Dominici Coragij in Banca Speræ de anno 1643.

Epiſcopus alienius Diœceſis an poſsit paſci facere ſua animalia in territorijs appatronatis abſque ſolutione fidæ, maximè vbi extat conſuetudo paſcendi in dictis territorijs, & amplius exiſtente conuentione inter Dominum loci, & ciues, ità paſcendi animalia, videtur negandum, ea quo videtur locupletari cum aliena iactura, quod eſt improbatum de iure, l. nã hoc natura, ff. de cond. indeb. cum alijs apud Barboſ. in princip. iuris lit. L. n. 57. præterea attenta tali conuentione geſta inter dominum loci, & ciues, videtur inter eos talis cõuentio facta, quę vim ſocietatis obtinet, & quoad commoditatem paſcuorum Dominus, & vaſalli eius cenſentur ſocij, & non debet vnus vſum aliorum vſurpare, arg. l. de vſu aquæ, ff. de var. & extraord. cognit. & ſeruari debet ordo tẽporis, & menſura, per l. arbor, ff. com. diuid. Marin. Freccia de ſubfeud. lib. 2. auct. 46. n. 4. circa finem, vndè quemadmodum res inter alios acta alteri nocere non debet, l. 1. C. res int. alios act. ità nec prodeſſe. Et proptetea cum Epiſcopus Acerratũ prætendiſſet in anno 1609. paſci facere ſuas oues in territorijs appatronatis d. Ciuitatis abſq; ſolutione fidę, fuit p S.C. ad relationẽ Reg. tunc Conſ. D. Ioannis Sanchez de Luna die 16. Martij eiuſdem anni prouiſum, quod caperetur informatio, & interim Epiſcopus abſtineat, vt patet ex actis Marchionis Layni, penès Scacciauentum, cum poſtea reclamaſſet Epiſcopus à decreto prædicto, prætendens iure optimo ſibi licere paſci facere oues ſuas in dictis territorijs, vti ciuis illius Ciuitatis, poſtquam is quoque ciuis dicitur, qui eſt Rector alicuius Eccleſię, vel Prælatus, vt ex Innoc. in cap. ex ore, verſ. item in caſibus, de priuil. Bart. in l. 1. n. 13. verſ. quæro etiam, ff. ad municip. per tex. in cap. nullus, de temp. ordin. in 6. facit tex. in cap. ex parte, de foro comp. & notat Abb. in cap. quia in tantum, in final. verbis, de præbend. quos congerit Carau. in ritu 301. n. 23. Et ſic iterum facta relatione in S.R.C. die 28. Februarii 1625. fuit prouiſum, quod liceret prædicto Epiſcopo oues cum animalibus ſuis, & menſę Epiſcopalis paſci facere in dictis territorijs appatronatis cum conſenſu dominorum pro vſu ſuo, & dictæ menſæ Epiſcopalis, taxando ſeruata forma conuentionis initæ inter Marchionem, & Vniuerſitatem in anno 1546. penès Secretarium, in Banca prædicta, & ſic fuit confirmatum per aliud decretum latum die 24. Octobris 1625.

Error calculi an poſſit allegari poſt lapſum annorũ 30. trium ab hæredibus ex ſcripturis de nouo repertis, non obſtante quod eius vigore fuerit iudicatum, & tranſactum in rem iudicatam, etiam per viam reſtitutionis in integrum, ſuppoſita facti ſerie prius, exiſtentibus Io. Thoma Micone V. I. D. & Mario Aniſio creditoribus quondam Iuliani Vaccarij in conſimili ſumma annuorum ducatorum 82. 2. 10. pro capitale ducatorum mille, vigore inſtrumentorum eodẽ die 6. Martii 1581. initorũ, quorũ intuitu fuerant eis diuerſæ pecuniarũ quãtitates liberatæ in computum eorum creditorum, vſque quo in anno 1624. hæredes dicti Miconi fuerunt declarati creditores anteriores hæredibus dicti Aniſii, ex eo, quod licet amborũ inſtrumẽta fuiſſent deſcripta in eodẽ prothocollo, & eodẽ die ſtipulata, nihilominus in ordine ſcripturæ reperiebatur prius deſcriptũ inſtrumẽtũ Miconi in prothocollo, & talis ordo ſcripturæ erit de iure attendendus. At cum poſtea Olimpia Aniſio hæres dicti quondam Marii Aniſio ſui patrui egiſſet contra certum creditorem poſteriorem ipſius Vaccarii pro recuperatione quantitatum ab ipſa Olimpia reſtitutarũ ipſis de Micone à creditore poſteriore, qui ſimiliter in poſſeſſione aliquorum bonorum dicti Vaccarij exiſtebat, ab ipſo creditore poſteriore refertur fuiſſe oppoſitum eidem Olimpiæ, qualiter pro eius credito iam remanſerat ſatisfacta iuxtà calculum anni 1607. & poſt dictum calculum, & eius vigore ipſa Olimpia obtinuerat alias liberationes pecuniarum. Ex aduerſo ex parte dictæ Olimpiæ replicabatur, in anno 1640. fuiſſe repertas nonnullas ſcripturas, ex quibus apparebat error dicti calculi, eo tempore anni 1607. confecti, in quo inter cætera calculabantur partitæ receptæ in computum ſui crediti, hoc eſt, vna ducatorum 456. in anno 1594. & alia ducatorum 300. in anno 1597. & dum conſtare feciſſet, quod dicti ducati 300. anni 1597. non debebant ſuo credito imputari, dum erant iidem incluſi in dicta partita ducatorum 456. eiuſdem anni 1597. quemadmodum conſtare feciſſet ex inſtrumento in actis præſentato, adhuc ex aduerſo dicebatur, quod dum elapſi eſſent anni 33. & proceſſum ad interpoſitionem decretorum pro executione calculi dicti anni 1607. non amplius dici poterat de errore calculi, ad text. in leg. 1. Codic. de errore calcul. vbi probatur, quod ſi erratum ſit in calculo, poterit fieri calculatio, niſi ſuper errore fuerit tranſactum, & iudicatum, vbi Bald. Salyc. & Alex. eo amplius ex lapſu temporis, ex quo error calculi intra decem, viginti, ſeù triginta annos retractari poterit, ex l. calculi error, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin. notat Eſcobar de ratiocin. cap. 41. n. 8. Attamen huic replicabatur ex parte ipſius Olimpiæ, quod cum eſſet hæres, habebat iuſtam cauſam ignorantiæ, ad tex. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & conſequenter notitiam dictarum ſcripturarum, cum quibus error calculi

fuerat

fuerat claritus, & ideo iuſtiſſimè potrit de errore calculi docere per viam reſtitutionis in integrum, iuxtà dec. 37. & 319. Affl. inſuper dicebatur, quod non ſolum fuerat error allegatus, ſed probatus per ſcripturas nouiter productas, quemadmodum ſi petatur reuiſio rationum ex cauſa erroris in illis contenti, prius de errore in ſpecie doceri debet, neque ſufficit generaliter dicere, rationes erroneas fuiſſe, quinimmò de errore ex claris, & perſpicuis probationibus cõſtare debet, probat ibi Eſcob. n. 22. & amplius cum in facto iſto reuiſo calculo ex rela tione Scribæ ſacta ordine Iudicis apparet ineſſe, dictum errorem, & apparete ex dictis ſcripturis nouiter productis, & præcisè ex dicto inſtrumento ſtipulato in anno 1594. inter Miconem, & Aniſium, quo circa Iudes ſaltim ex officio potuit ſamper reuidere calculum ex errore ſactum, Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. p. 1. gloſ. demandatum n. 59. vndè ſubſequitur, quod ſemper poterit de errore calculi cognoſci, vt ibi Eſcob. n. 15. dixit. Quaptopter facta relatione in Sacro Conſilio per Regium Conſiliarium Franciſcum Antonium Muſceptulam die 25. Ianuarii 1643. fuit prouiſum, quod attendatur inſtrumentum dicti anni 1594. & ſic fuit reformatus antiquus calculus confectus in dicto anno 1607. ob eius errorem, non habita notitia dicti inſtrumenti, ob quod fuerant partitæ duplicatæ in damnum dicti Aniſii, vt ex actis in ter ipſam Olimpiam Aniſiam hæredem dicti q. Marii creditoris quondam Iuliani Vaccarii cum curatore hæreditatis dicti quondam Iuliani, & Franceſca Vitaliana creditrice, poſteriore, in banca Solatii Mag. Act.

Euictio promiſſa per aliquem cum obligatione eius filii in minori ætate exiſtentis alicuius territorii, ſuper quo enim fuiſſet petita aſſiſtentia, & indè conceſſa per Iudicem ad inſtantiam filiæ eiuſdem venditoris pro certa pecuniarum ſumma ſibi debita ex dotibus maternis, etiam vigore ceſſionis, ſiuè donationis factę ſibi ab eius fratre, promittere euictionem, an iure procedat, vt aſſiſtentia petita non officiat, quemadmodum ex facti narratione dubitari contingit in M.C. poſtmodum in S.C. in cauſa Menechellæ Baſilis cum Hectore Saccolare, ex eo, quod cum eſſet factus caſus reſtitutionis dotium ducatorum 84. ob mortem Aureliæ Mancinæ, ac Cæſaris Baſile coniugum, præfata Aurelia, tam vti filia, quam vti hæres pro ducatis 42. medietaria dotium dictæ ſuæ matris declarata, accedente conſenſu Berardini Baſile ſui fratris, ad quem tota ſpectabat hæreditas, ſeù ſucceſſio, aſſiſtentiam petijt ſuper certo territorio pro dicta ſumma, quod fuerat in bonis dicti quondam Cæſaris debitoris dotium & obtinuit, licet poſtea fuiſſet de nullitate dictum, ob quod executio fuit impedita, & per M.C. dictum, nullitatem ſecundam tantum obſtare, & poſtea præuia appellatione introducta cauſa fuiſſet in S. C. in quo facto verbo in aula Reg. Conſ. D. Thomæ Carteual fuit oppoſitum iudicatum, & dictum, dictam nullitatem non obſtare, cumque ageretur de reformatione decreti prædicti loco reclamationis, ſe offerebat diſcuſſio ipſius ſecundæ nullitatis oppoſitæ, quæ conſiſtere videbatur in eo, quod cum dictum territorium iam fuerat venditum per dictum Cæſarem Hieronymo Ruſſo cum interuentu, & obligatione euictionis eiuſdem Berardini, à quo ipſa Menechella vti ceſſionaria cauſam habebat pro medietate dotium eiuſdem Aureliæ matris, neutiquam concedi debuerat talis aſſiſtẽtia, ex vulgata regula illa, quem de euictione tenet actio, eiuſdem agentem repellit exceptio, l. vendicantem, ff. de euict. Nihilominus biſariam replicabatur, & primo, quia præfata Menechella non aliter erat ceſſionaria, ſed hæres pro medietate dotium ſuæ matris pro ducatis 42. medietatis dotium eiuſdem Aureliæ, prout ex fide pręambuli percipiebatur, quanquam in tota illius hæreditate ſuccedere debuiſſet prædictus Berardinus eius frater, attenta Conſtit. Regni In aliquibus, adhuc tamen, quia paragiũ debitum eidem Menechellæ aſcendebat ad ſummam dictorum ducatorum 42. & ſic vſque ad virilem portionem, quemadmodum aſcendere debet, quando patrimonium eſſet patuum, iuxtà deciſa per Mastrill. dec. 107. proindè voluit dictus Berardinus dictã Menechellam ſororem ad dictam ſucceſſionem maternam admittere ſecum pro dicta medietate, ſicuti ex inſtrumento admiſſionis percipiebatur in ſui præiudicium, ac etiam in fraudem ſuorum creditorum, vt dicunt Bald. in l. maximum vitium, n. 21. C. de liber. præter. Iaſ. in §. item ſi quis, n. 124. Inſt. de action. Marſil. in ſing. 361. & ratio eſt, quia quod in fauorem alicuius introdictum eſt, is liberè renunciare poterit, l. quod fauore, de legib. Præſ. de Franch. dec. 101. n. 2. capropter cum ipſa Menechella fuerit à ſuo fratre admiſſa ad dictam ſucceſſionem maternam pro dicta medietate, non ceſſionaria dici poterat, ſed hæres ex propria perſona ſua, & quatenus diceretur, quod dictus Berardinus donauerat, ſeù ceſſerat dictæ Menechellæ dictam medietatem dotium ſuæ matris, vt videatur prius acquirere dictam hæreditatem, & poſtea ceſſiſſe, Præſ. de Franch. dec. 14. n. 16. & 25. propter quod ipſa Menechella veniret vti ceſſionaria ſui fratris Berardini, vt arguendo tradit Pręſ. de Franch. deciſ. 14. n. 16. nam idem Præſes reſoluit motiuum à n. 16. vſque ad 25. referens ſic iudicatum in S. C. ex eo, quia licet donans, ſeù cedens videatur prius acquirere, & poſtea cedere, tamen cum talis ceſſio non ſit principaliter ordinata ad adeundum, ſeù ad acquirendum, ſed potius ad renunciandum, & cedendum, ità acquiſitio momentanea non erit in conſideratione, & habetur, ac ſi renunciaſſet ius incorporatum, ità ex Soc. Rolan. Dec. & alijs deciſum refert Peguera dec. Cathal. 149. n. 3. & eo magis, quoties ipſa Menechella dici potuiſſet donataria, ſeù ceſſionaria ſui fratris, non aliter pro tali ſumma repræſentaret perſonam dicti fratris vti donataria, ſeù ceſſionaria, quia cum certum ſit, eidem Menechellæ competere paragium in dictis dotibus maternis, quemadmodum diſpoſitum patet in dict. Conſt. & ſucceſſiuè pro tali paragio eſſe creditricem dicti ſui fratris, vt inquit And. in d. Conſt. col. 10. ſub n. 80. verſ. ſed ſi medietatem, fol. 257. & tunc quando Berardinus, qui tenebatur ipſam Menechellam de paragio dotare, donauit dictos ducatos 42. eidem ſorori, cenſeri vtique debet, illos dediſſe in ſatisfactionem dicti paragii, ad quod de iure inuitus tenebatur, & non ex mera liberalitate donaſſe, maximè quando adeſſet cauſa neceſſaria dandi, & tunc donatio in cauſã neceſſariam

Sergium ſubintrantes in iudicio prædicto, cuius eſt tenor, videlicet. S.R.M. Viſis, denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, ſupradictum Horatium de Amato nomine, quo ſupra, principalem conuentum condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout ipſum præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dandum, & ſoluendum prædicto V. I. D. Ioanni Baptiſtæ Montefano, ſimiliter nomine, quo ſupra, petitos ducatos mille, & ducentum, vna cum intereſſe ipſorum pro quantitate, & tempore liquidando ex cauſa euictionis promiſſæ pro dote quondam Lauræ de Amato, & ſimiliter eundem Horatium condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout ipſum præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad ſoluendum eidem V. I. D. Ioanni Baptiſtæ Montefano pretium bonorum mobilium liquidandorum vna cum intereſſe liquidando, nec non quantitatem ſimiliter liquidandam pro bonis promiſsis per quondam Io. Aloyſium de Amato in augmentum dotis dictæ quondam Lauræ, & proindè aſsiſtentiam petitam pro parte dicti V. I. D. Ioannis Baptiſtæ Montefano eſſe eidem præſtandam, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia præſtamus ſuper bonis in præſenti iudicio deductis, deſcriptis in 1.2.3.4.& 6. rubricis tantum, cum adiudicatione, & facultate vendendi in forma, pro quantitatibus tamen dictorum ducatorum mille, & ducentum, & pretio bonorum mobilium, vna cum intereſſe ipſorum liquidando, pro quantitatibus prædictis, ac damnis, expenſis, & intereſſe liquidandis omnibus tempore exequutionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, hanc eandem, &c. D. Thomas de Carlenal. Lecta, lata, & publicata fuit præſens diffinitiua ſententia in aula S. C. ibidem præſentibus Præſ. S. C. coram Magnificis V. I. D. Regio Conſil. D. Thoma de Carlenal cauſæ relatore, Andrea Prouenzale. Don. Franciſco Sauio, alijſque perſonis in numero copioſo. Datum Neapoli die 7. Iunij 1627. Michael Carbonus Mag. Act.

Exactio annuæ præſtationis alicuius ſummæ pecuniarum debitæ per aliquam Vniuerſitatem ſuper gabellis probata per apocas ſolutionis, an valida reputetur, vt indè poſsit proſequi in poſterum, non apparente titulo per inſtrumentum venditionis, & conſequenter debeat manuteneri creditor in poſſeſsione exigendi, circa prædicta aduertendum eſſe cõſpicitur, hoc iudicium eſse poſseſsorium retinendæ, vel ſaltim poſseſsorium recuperandæ, iuxtà notata in cap. quærelam, de elect. Bart. in l. fin. ff. quor. bon. Afflict. dec. 395. vbi benè, ſiuè vnum, ſiuè aliud omninò erit probandum in poſseſsorio, etenim non ſufficit pro aliqua vice exigiſse annuos introitus, ſed debet eſse cum aliquibus qualitatibus, de quibus per Doctores in l. ſi certis annis, C. de pact. vbi Bal. n. 8. & in l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. & inter cæteras conditiones requiſitas, eas eſſe conſpicitur, primò, quod exactio facta fuerit per decem annos continuos, ad notata in d. l. in rem verſo, Bart. in l. ſolent, §. non verò, ff. de offic. Procõſ. Couar. in Reg. poſſeſſor 2. p. §. 4 n. 2. Maſcar. de probation. concluſ. 279. Roder. de ann. reddit. lib. 1. q. 15. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 131. n. 84. Secundò, quod exactio debet eſſe vniformis quolibet anno, nempè eiuſdem quantitatis, non diuerſæ, vt dicunt DD. ſupra citati, Maſcard. cod. tract. concluſ. 1377. n. 117. poſt multos ab eo citatos, & per Menoch. ibidem n. 88. Balb in tract. de preſcrip. p. 3. partic. 1. q. 10. n. 25. poſt Dec. in d. l. ſi certis annis, col. vlt. Tertiò, quod exactio ſit cum expreſſione cauſæ, nempè quod ſoluit ex tali cauſa vigore talis obligationis, vt eſt communiſſima paſſim ab omnibus recepta opinio Doct. quos citat Menoch. dict. præſumpt. 131. n. 72. & lib. 1. q. 48. n. 20. Balb. dict. tract. p. 3. partic. 1. q. 10. n. 19. Guid. Papa dec. 408. Cranet. conſ. 226. n. 3. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 22. Couar. d. §. 4. n. 2. vbi in ſpecie ait, ex eiſdem annuis præſtationibus factis quolibet anno debere conſtare de cauſa, Maſcar. d. concl. 1377. n. 115. vbi infert, hoc eſſe difficilis probationis. Quartò, quod exactio fuerit continuata vſque ad tempus litis motæ, nam in hoc iudicio ſummariſſimo attenditur ſtatus tempore litis motæ; l. ſi quis ante, ff. de acquir. poſſeſſ. l. liberis in fine, ff. de liber. cau. tradit Capyc. dec. 209. n. 3. Didac. var. quæſt. cap. 17. n. 30. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vltim. num. 18. Anna alleg. 117. n. 7. Ex quibus in cauſa vertente inter Vniuerſitatem Roccæ Pimontis, & Caſalium, & D. Franciſcum Gaudioſum prætendentem exigere annuos duc. ſeptuaginta duos pro alijs octigentis, licet produxiſſet apocas exactionis, deciſum fuit per S.C. ad relationem Regij Conſil. de Ianuario cum interuentu Præſidis S.C. quod procederetur in petitorio, & ſic fuit excluſus à poſſeſſorio, idemq; fuit deciſum in cauſa eiuſdem Vniuerſitatis in fortiori caſu, nempè dum Io. Iacobus de Aquino petijſſet, quod Vniuerſitas Mottæ continuaſſet ſolutiones annuorum ducat. 150. venditorum ſuper gabella macinæ cum aſſenſu valido, quamuis oſtendiſſet, affictaſſe dictam gabellam, & ex dicto affictu ſingulis annis exigiſſe dictos annuos ducatos 150. & licet obtinuiſſet domi decretum, quod dicta Vniuerſitas faceret depoſitum, à quo decreto eadem Vniuerſitas obtinuit verbum fieri in S.C. in quo facto verbo fuit prouiſum, vt procederetur ad vlteriora in cauſa principali, ſuſpenſo dicto decreto quoad depoſitum, & demum compilato proceſſu per diffinitiuam ſententiam fuit ipſa Vniuerſitas abſoluta, vt ex actis in Banca Figliolæ, & hoc, quia tempore, quo fuit impoſita dicta gabella non præceſſerat aſſenſus Regius, & fuit abſoluta, defendendo dictum D. Ioannem creditorem, quoniam ipſe prætendebat intereſſe, poſtquam in ſignificatoria, quam contra Vniuerſitatem habebat incluſę erant nonnullæ annatæ ſolutæ eidem de Aquino, quanquam in alia cauſa Vniuerſitatis Mottæ S. Ioannis cum D. Ioanne Villadecano, & alijs fuiſset contrarium deciſum ad relationem Regij Conſiliarij Gaſparis Palatij die 23. Nouembris 1616. & ordinatum, quod infra quatuor dies audirentur partes ſuper omnibus, & interim citra præiudicium iurium partium Vniuerſitas, & homines Terræ Mottæ correſpondeant de annuis ducatis 240. D. Ioanni Villadecano, & alijs legatarijs pro eorum credito, ſed fuit ab ipſo decreto reclamatum, & pendet reclamatio.

Exceptio fideicommiſſi oppoſita aliquando impedit curſum cauſæ, aliquando reſeruatur ad merita cauſę, vt decitum retuli in 2.p. noſtri Comp. verbo exceptio fideicommiſſi;ſi tamen fuerit cognitum ſuper fideicommiſſo, & interpoſitum decretum pro eius validitate, an poſſit iunctim cum exceptione rei iudicatæ opponi aduerſus mulierem petentem ſuam dotem, & videbatur obſtare potuiſse, quia in promptu producebatur decretum latum ſuper validitate fideicommiſsi, vt contingit heſitari in S.C. in cauſa Elionorę Ferraræ cum hæredibus quondam Io. Baptiſtæ, & Berardini Ferrari, exiſtente fideicommiſſo appoſito in teſtamento Petri Antonii Ferrari, in quo dicebatur. *Item laſſo, che la maſſaria di Caſuano con tutti ſuoi figli, & animali ſia precipua di detto Gio. Baſtiſta ſuo figlio primogenito, con conditione però, che in neſſun' futuro tempo ſi poſſa vendere, nè alienare, ò diſponere per qualſiuoglia cauſa, eccetto per comprare caſa, che li foſſe più vtile, &c.* Et ſuper tali fideicommiſſo fuit interpoſitum decretum per S.C. die 18. Iulii 1614. referente Conſil. Gaſpare Palatio, & dictum maxariam in actis deductam non potuiſse, nec poſſe alienari, niſi ex cauſis in legato in actis deducto contentis, &c. & cum inſurrexiſset ipſa Elionora pro recuperatione ſuorum iurium dotalium, & fuiſset dicta exceptio oppoſita, ex quo fideicommiſſum non militabat aduerſus dotem, per auth. res, quę, C. comm. de leg. fuit per S.C. iunctis aulis deciſum, eſſe ad merita cauſæ reſeruandam, vt patet ex actis in Banca de Felice, ad relationem Regij tunc Conſiliar. D. Didaci Lopez.

Exceptio pragmaticę editæ Thori an poſſit reſeruari ad merita cauſę, deciſum fuit negatiuè per S.R.C. in cauſa Terræ Fluminis de Muro cum Vniuerſitate Regij in anno 1619. referente Cōſiliario Freccia, in banca de Felice, refert Nouar. in prag. 4. coll. 2. n. 10. verſ. limita quinto, de poſſeſſ. non turb.

Exceptio diſcuſſionis inuentarij opponi an poſſit aduerſus executionem ſententiæ aſſiſtentiæ ad impediēdam venditionem bonorum exequutorum, licet modernis temporibus bis per S.C. fuerit deciſum negatiuè in cauſis per Nos relatis in 2.p. noſtri Compend. verbo exceptio diſcuſſionis inuentarii, de quibus memor eſt Barbat. in tract. de aſſiſtentia gloſ. 1. n. 63. Attamen priſcis temporibus contrarium fuit per idem S.C. deciſū in cauſa Ill. Ducis Hadriæ cum Iulia Farneſio, adeo quod cum fuiſſet interpoſitū decretum per dictum Sacrum Conſilium die 12. Iulii 1573 ſic dictans. Facta relatione de prædictis in S.R.C. per Magnificum V.I.D. Thomam de Altomare Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod ſuper oppoſitis aduerſus venditionem bonorum executorum, & replicatis hinc indè audiantur partes infra octo dies, hoc ſuum, &c. Annibal Cęſarius Secretarius. Ex parte ipſius Illuſtr. Ducis dicebatur, ſatis intereſſe ipſius diſcuti inuentarium bonorum remanſorum in hæreditate Illuſtr. Ducis patris, ad finem vt ſciatur, ſi penès eum vti hæredem cum inuentario adſint bona hęreditaria, deductis oneribus, & quantitatibus ſolutis per eum de propria pecunia creditoribus, tam paternis, quam auitis, pro quibus quantitatibus intēdebat præcapere tot bona, ſeruata forma decreti interpoſiti cum Ill. Ducissa Vrbini, quamuis ex aduerſo replicaretur, nullatenus eſſe audiendum in dicta diſcuſſione, cum alias fuiſſet reiecta, poſtquam principales actores obtinuerunt aſſiſtentiam ſuper bonis in iudicio deductis, & in iudicio aſſiſtentiæ non datur diſcuſſio inuentarii, eo magis, quia nullū debitum aderat dicti quondam Illuſtr. Ducis Donati Antonii, ſed vigore donationis ſibi factæ, quæ excludit creditores, præcipuos habuit ducatos centum mille ex perſona dicti quondam Donati Antonii, quæ non erat in beneficium patris Illuſtr. moderni Ducis, vndè ad venditionem deueniri debuerat, quocirca amplius de ea cognoſci non poterit, vt probat Caroc. de remed. contra præiudic. ſent. excep. 68. n. 11. Phanuc. de inuent. hæred. p. 8. n. 8. Tandem fuit interpoſitum ſequens decretum, v3. Die 7. Septemb. 1573. Neap. facto de prædictis verbo in S.R.C. per Mag. V.I.D. Thomam de Altomare Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod procedatur ad diſcuſſionem inuentarii bonorum hæreditariorum quondam Illuſtr. Ducis patris, & ad liquidationem paragii Illuſtr. quondam Iuliæ, vt prouideri poſsit circa venditionem petitam bonorum executorum, hoc ſuum, &c. Annibal Cæſarius Secretarius, in Banca Galieri, vndè videtur iſta deciſio comprobari ex traditis per Caroc. vbi ſup. n. 8. quod talis exceptio excuſſionis inuentarii opponi poſsit, tam in iudicio ordinario, quam etiam ſummario, & executiuo, prout inſtrumentorum, ex Bal. conſ. 219. vol. 1. Calcan. conſ. 18. Valaſc. deciſ. 87. in fine, quibus addo Phanuc. vbi ſuprà n. 4. Sed ne videatur iſta deciſio aduerſari aliis indè deciſionibus eiuſdem S.C. factis, erit aduertendum, quod quando dilatio fuerit data ad probationem talis exceptionis, vt ſupra in primo decreto patet, quia diceretur cognitum de cauſa, vt ipſe Caroc. ibidem ex Menoch. & Phanuc. notat numer. 14. eo caſu declarat limitationem illam, quoties fuiſſet ante ſententias oppoſita exceptio ipſa, & reiecta, dummodo fuerit cognitum ſuper illa exceptione, alias opponi iterum poterit, vt probat ex multis ibi Caroc. n. 13

Exceptio compromiſſi opponi num poſsit poſt ſententiam, ſeu decretum latum condemnatorium ad ſoluendum aduerſus executionem calculi, vt euenit in cauſa D. Victoriæ de Alemagna cum Illuſtr. Duce Montiſalti, quæ cum obtinuiſſet bina decreta per S.C. vt dictus Illuſtr. Dux ſolueret annatas præteritas, pro quibus fuerat confectus calculus, dum de eius executione agereiur, Procurator in aula allegauit, negotium tale fuiſſe compromiſſum, nec aliter tractari potuiſſe amplius in S.C. & quamuis compromiſſum fieri non poſsit, quando proceſſus fuiſset publicatus, vt tradit Surd. deciſ. 185. n. 16. etiam exiſtēte ſtatuto permittente, fieri compromiſſum, quemadmodum in antecedenti n. 15. probat, multo fortius prolata ſententia, quia de re iudicata fieri non poteſt compromiſſum, vt docet ibi Surd. n. 12. hoc tamen limitant Doct. relati per Surdum d. n. 12. niſi eſſet rei iudicatę renunciatum, Caroc. de except. contra ſent. in except. 82. poſtquam compromiſſum de re iam iudicata valet, conſentiente eo, pro quo eſt iudicatum,

vt

vt Surd. ibidem n. 2. aſſerit ex Alex. & Magon. ibi relatis, ſed cum in hoc caſu nulla apparebat ſcriptura compromiſſi, neque conſenſus, ſed potius diſſenſus, ex quo calumnioſè allegatio compromiſſi facta fuerat ad impediendum decretum faciendum pro executione calculi, ideò fuit interpoſitum decretum per S. C. quod non obſtante compromiſſo allegato procedatur ad executionem decretorum S. C. penès Secretarium, in Banca Cioffi Mag. Act.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an opponi poſſit aduerſus apocam banci, quæ habet executionem paratam, etenim cum debitor conuentus eſſet vigore apocæ ad eã recognoſcendũ, poſt recognitionẽ oppoſuit intra bienniũ exceptionem ipſã, licet ex parte creditoris replicaretur, non eſſe audiendum, niſi in vinculis conſtitutum, vel facto depoſito, adhuc tam per M. C. quam per S. C. fuit deciſum, non eſſe carcerandum debitorẽ, & creditorem onerari probatione numerationis, vt refert D. Reg. Sanfel. dec. 152. à n. 1. ad 5. quod ſecus eſſet ſi ex interuallo fuerit oppoſita, & ità indicatũ in cauſa Monaſterij S. Damiani cum Io. Dominico Gagliardo, vt ſubdit n. 6.

Exceptio metus an admittatur aduerſus remiſſionem partium ſtipulatam penès acta Mag. Cur. deciſum fuit affirmatiuè, D. Regens Sanfelic. dec. 229.

Exceptio excommunicationis an obſtet inquiſito, qui manus violentas intulit Monaco, ità quod nõ ſit audiendus in exceptione gratiæ obiectæ à Prorege oppoſita, fuit per M. C. V. deciſum negatiuè, & ſic iudicatum, quod gaudeat gratia, D. Reg. Sanfel. dec. 55. à n. 2. i. ad fin.

Exceptio tranſactionis initæ inter partes, & præſcriptionis longæue an impediant litis ingreſſum, deciſum fuit per Sac. Conſil. eas eſſe reſeruandas ad merita cauſæ, & fuit confirmatum in reclamatione, ità tradit D. Regens Sanfelicius dec. 58.

Exceptio indignitatis, ſeù incapacitatis alicuius & ſi non fuerit oppoſita ante primam ſententiam, ſed in ſecunda inſtantia, licet tempore publicationis, & de ea plenè diſcuſſum, & cognitum, & confirmata prima ſententia concernens ſucceſſionem prætenſi indigni, ſeù incapacis, nulla habita ratione exceptionis prędictæ, an poſſit denuò proponi per viam principalis petitionis ob mortem filii, & offenſam memoriam patris, & ſucceſſiuè iterum reclamari ab vltima ſententia vti nulliter lata. Decreto S. R. C. iunctis tribus aulis in Collaterali Conſilio 3. Iulij 1617. fuit prouiſum, nullitates non obſtare, nec eſſe locum iterum reclamandi, verum reſpectu articuli incapacitatis partes deducant incumbentia infra tres menſes præcisè, & peremptoriè pro omni termino, & abſque beneficiis, & nominatione, loco tamen reclamationis, & ſic iudicauit, fuiſſe articulum prędictum deciſum in ſecunda inſtantia, & poſtmodum tertia vice die 2. Maii 1619. Facta relatione per S. C. referente Conſil. Dño Petro Antonio Carauita fuit abſolutus Io. Baptiſta reſpectu articuli prętenſę incapacitatis, & impoſitum perpetuum ſilentium, in Banca Cioffi, ità D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu. 33.

Exceptio rei iudicatę an obſtet, ſi in prima inſtantia non fuerit oppoſita, ſed in ſecunda exceptio incapacitatis, ſeù indignitatis alicuius, & indè confirmata ſententia primæua, & indè per viam principalis petitionis eadem fuerit oppoſita, vt contingit in cauſa Philippi Spinulæ, qui cum oppoſuiſſet poſt primam ſententiam contra eum latam exceptionem incapacitatis, ſeù indignitatis aduerſus Ioannem Baptiſtam Cataneum, licet tempore publicationis, & de illa plenius cognitum fuerit in ſecunda inſtãtia confirmata ſententia primæua, & poſtmodum principaliter eadem exceptio incapacitatis oppoſita, reclamãdo iterum ab vltima ſententia an obſtabit, D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 2. controuerſ. 34. in fine inquit, ex decreto in præcedenti controuerſia relato, quo S. C. iunctis Dominis Conſil. trium aularum 3. Iunij 1617. conceſſit terminum Philippo reſpectu articuli incapacitatis loco reclamationis patet, fuiſſe deciſum pro Io. Baptiſta, articulum prædictum fuiſſe determinatum in ſecunda ſententia, ſed non in prima, & ideò ſibi competiſſe reclamationem, quam ſemel tantum concedi eodem decreto fuit prouiſum reſpectu cauſæ principalis, in quibus Philippus ſuccubuerat, hæc ille.

Exceptio Regiæ Pragmaticæ editæ rhori oppoſita per Ciuitatem habentem ex priuilegio immunitatem gabellarum, an obſtet, ſi noua imponeretur Gabella poſt conceſſionem, deciſum fuit, non obſtare in cauſa noſtrę Ciuitatis, vt tradit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contr. illuſtr. tom. 2. contr. 54. ſub n. 53.

Exceptio expeditionis cauſæ reclamationis interpoſitæ per aliquem, contra quem fuit prolata ſententia, opponi an poſſit aduerſus ſententiam prolatam in beneficium alterius pro executione laudi, & inſtrumenti, deciſum fuit per Sacrum Conſilium negatiuè, & proindè iudicauit, vt infra decem dies Gomes Pacentri ſolueret, vel doceret de ſatisfactione, ita D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 30. in fi.

Exceptio aduerſus iudiciũ motũ vigore pacti executiui in inſtrumento appoſiti, an poſſit per conuẽtũ opponi prætextu litis habitæ inter eos, de qua pendet reclamatio, inſtãdo prius pro expeditione illius, deciſum fuit per S. C. negatiuè, vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro in conſult. 30. per tot. vbi in calce poſuit deciſionem.

Exceptio incompetẽtiæ Iudicis oppoſita an impediat curſũ terminis, immò ſi fuerit elapſus, an erit reintegrandus cõuentus, hoc accidit controuerti in Collaterali Conſilio in cauſa Excellentiſſimi Domini Marci Antonij Columnæ Ducis Tallia cotij huius Regni Magni Comeſtabilis cum Excellentiſſima D. Margharita ab Auſtria Brancaforte Principiſſa Buteræ, & pro eodem Excellentiſſimo Comeſtabili fuerunt ſequentia allegata per Perſpicaciſſimum Iuuenem Michaelem Angelum Gipiũ Aduocatum, ſcilicet. Tpa non largiuntur, vt deueniri poſſit ad actum concluſionis ſiet, petitum per Principiſſam Buteræ in cauſa, quam habet in Coll. Conſ. cũ Comeſtabile Columna; licet enim Audientia teſtium ſit notificata ſub die 27. Iulij 1642. & terminus ſex mẽſium, qui datur pro nominatione facta extra Regnum per Procuratorem dicti Comeſtabilis videatur lapſus ſub die 28. Decembris eiuſdem anni, Attamen dum per ipſum Comeſtabilem, cuius partes fouemus, fuit oppoſita exceptio incompe-

ſententiæ Iudicis, & inſtatum, cauſam prædictam remitti ad Sacrum Conſilium Iudicem competentem ſub die 9. Nouembris 1642. terminus in dicta cauſa datus adhuc non incepit currere, & proindè ex integro erit Comeſtabilis in eo reintegrandus, non obſtante quod per decretum eiuſdem Collateralis Conſilij ſub die 2. Ianuarij 1643. notificatum ſub die 16. eiuſdem menſis, ac confirmatum in gradu reclamationis per aliud decretum ſub die 6. Februarii, notificatum ſub die 11. eiuſdem menſis, fuerit prouiſum, eſſe procedendum in dicto Collaterali Conſilio, oppoſitis non obſtantibus per dictum Comeſtabilem. Nam licet in contrarium videatur regula deſumpta ex l. contra maiores, C. de inoffic. teſtament. de qua per Dominum Præſ. de Franch. deciſ. 317. num. 3. & 4. vt ſuccumbens in exceptione oppoſita cenſeatur ſuccubuiſſe in curſu termini, vt etiam deciſum refert Dominus Regens Rouitus dec. 18. & proindè quamuis per Iudicem incompetentem acta, & decreta fiant, erunt tamen valida, dum per decretum ſe competentem declarauit, ex Bart. in l. 2. numer. 7. in fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. Nihilominus contrarium eſt verius in caſu præſenti, nam tex. in d. l. contra maiores procedit, vbi exceptio eſt notoriè cauilloſa, & iniuſta, tunc enim impedimentum proueniens ex dicta exceptione, non prodeſt, l. 1. §. ſed & ſi quis, C. de lat. lib. toll. ſic voluerunt Rol. conſ. 42. n. 35. & ſeq. lib. 2. Surd. dec. 362. n. 18. Farin. dec. 52. n. 7. par. 1. & hoc caſu loquitur D. de Franch. d. nu. 3. ibi, & de iure reſultat concluſio, quod quando exceptio, quæ allegatur, eſt calumnioſa, ſeù temeraria, non impedit curſum termini, & ità etiam procedit dec. 18. D. Reg. Rouiti, vbi in fine ſic loquitur, ſecus eſt in caſu præſenti, vbi impedimentum fuit datum ab ipſamet parte per calumnioſam reclamationem interpoſitam, quæ propterea ſibi opitulari non debebat, l. final. in fine, Codic. de adult. & in l. quibus diebus, in princ. ff. de cond. & demonſt. quarè temeritas nemini prodeſſe debet, Bal. in d. l. contra maiores in fine, ſicuti etiam dolus, & fraus, cap. ceterum, extra de reſcrip. D. de Franch. d. nu. 4. & propterea fuit deciſum per Rotam Lucenſ. vt in deciſ. 77. diuerſ. verſ. reſponderetur, nu. : . quod licet terminus currat, ſi opponens ſuccubat in exceptione oppoſita, id tamen intelligitur, ſi exceptio eſt cauilloſa, & non probabilis, ex eo, quia quando articulus eſt notoriè cauilloſus, Iudex non tenetur ſuper eo pronunciare, ſed poteſt ad vlteriora procedere, etiam ſi adſit proteſtatio, Innoc. in cap. poſt electionem, in fine, de conceſſ. præb. ſequitur Caſtill. dec. 54. nu. 3. ſecus verò quando exceptio eſt iuſta, tunc enim impedimentum, quod ex ea oritur, iuuat, l. 1. in fi. C. de ann. except. quia legitimè impedito tempora iuris, vel hominis non currunt, cap. 1. & cap. illud, de præſcript. cap. quia diuerſitatis, de conceſſ. preben. cap. ſi electio, de elect. in 6. & clem. ſicut, in fine, de appell. & probatur in auth. niſi tricennale, C. de bon. mat. ſic in puncto voluit Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 12. tit. de offic. iud. tabul. n. 13. & licet Iudicis arbitrio relinquatur, quale ſit iuſtum impedimentum, ad tradita per Gratian. cap. 591. n. 48. lib. 3. diſcept. forenſ. non tamen dubitari poterit, exceptionem incompetentiæ Iudicis oppoſitam fuiſſe iuſtum impedimentum, nam etſi Collaterale Conſilium habeat adminiſtrationem, iuriſdictionem, & ſuperintendentiam ſuper omnibus Regni Tribunalibus, ex traditis per Nouar. in collect. ſuper pragm. Regni prop. 3. n. 2. non tamen erit Iudex competens cauſarum inter priuatos, ſed tantummodo S. C. vt ordinatum reperitur per pragm. 37. de offic. S. C. ac etiam per plures generales ordinationes Catholicæ Maieſtatis Regis noſtri, Dominis Regentibus ſatis notas, ac vulgares, in quibus non ſolum prohibetur, cauſas priuatorum tractari in dicto Collaterali Conſilio, ſed etiam ſi acciderit de ordine Excellentiſſimi Proregis accedere Sacrum Conſilium, & in dicto Collaterali Conſilio ad votandum in aliqua cauſa inter priuatos in dicto Sacro Conſilio vertente, eo caſu Domini Regentes in cauſa prædicta votare nequeunt, & quod Sacr. Conſil. ſit Iudex competens cauſarum priuatorum, ſiquet etiam ex cap. 17. huic Fideliſſimæ Ciuitati conceſſo per Cæſaream Maieſtatem in anno 1554. de qua meminit etiam D. Reg. de Ponte de poteſtate Proreg. tit. de Deleg. cauſ. n. 10. & tandem ſic etiam habetur in particulari litera Inuictiſſimi Regis noſtri expedita ad inſtantiam ipſius Comeſtabilis de menſe Auguſti 1642. præſentata, in qua fuit ordinatum, cauſam prædictam tractati in Tribunali, ad quod ſpectat, & fuit petita remiſſio ad S. C. Iudicem competentem, & nullatenus procedi in dicto Collaterali Conſilio, & propterea dixit Dominus Regens Tapia lib. 2. iuris Regni, in pragmat. 1. numer. 6. de offic. Sacri Conſilii, quod Tribunal eiuſdem Sacri Conſilij cognoſcit de omnibus cauſis, exceptis tamen illis; in quibus agitur de intereſſe Regij Fiſci, cum illæ ſpectent ad Reg. Camer. Taſſon. in pragm. de anteph. verſ. 3. obſer. 3. n. 71. fol. 112. vigore dict. pragm. 37. de offic. S. C. & tam dict. pragm. 37. quam ordinationes Regis noſtri, ac cap. 17. huius Ciuitatis procedunt de iure, ſiquidem licet D. Regentes habeant, vt diximus, iuriſdictionem illam, tamen retinent limitatam, dum nomine Magni Cancellarij eorum officium eſt libellos excutere, priuilegia in ſpecie, & in memorialibus decretationes facere, ad tradita per Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. Magni Cancell. n. 29. fol. 53. Surgen. de Neap. Ill. cap. 26. n. 16. Taſſon. qui ipſos refert, & ſequitur in dict. prag. de anteph. verſ. 7. obſeru. 3. ſub n. 10. & propterea Regentes vocantur libellorum Præfecti, vt per Frecc. de ſubfeud. lib. 2. §. alia etiam facit, n. 2. fol. 22. & nouiſſimè D. Reg. Tapia in particulari tract. quem edidit de preſt. Reg. Cancell. tit. de poteſt. Cancell. n. 8. fol. 83. & ſic ipſi, vt plurimum votant in lectura memorialium, in expeditione prouiſionum, aſſenſuum bonorum feudalium, & rerum Vniuerſitatum, ac in negotijs ad ſtatum, & gubernium Regni, ac Regis patrimonium pertinentibus, & in his habent latiſſimam iuriſdictionem, ſicuti etiam habent in viſitatione carceratorum in qualibet die Sabathi, ad tradita per D. Reg. de Ponte vbi ſup. num. 12. & 13. & ſeq. ſequitur idem D. Reg. Tapia dec. 3. Supremi Senatus Italiæ, ac etiam reformant inueſtituras in preiudicium ſucceſſorum mutatas, & in priſtinam redigunt formam, vt tradit D. Regens Tapia in dict. tit. de poteſt. Cancellar. num. 12. fol. 88. ac concedunt gratiam

medio.

Digitized by Google

medietatis pœnarum contumácibus ex cauſa liquidationis inſtrumenti, vt per eundem D. Reg. Tap. ibid. n.28. fol.90. qui n.30. extendit etiam ad pœnas contumaciæ, firma tamen remanēte quoad delictum, & n.34. dicit, quod ēt dant balium minoribus feudatarijs, item prouident regimini terrarum Regni, & annonia vniuerſalibus, vt docet Surg. de Neap. Illuſtr. cap.18. n.20. ſic etiam vaſallis litigantibus cum eorum Baronibus concedunt ſaluam guardiam, vt per D. Reg. Tap. loco citato n.67. fol.129. ſequitur Nouar. de grauam. vaſall. tom.1. præl.7. & in d. prooſit.3. n.5. vbi alios adducit, qui n.2. in puncto dicit, quod Coll. Conſ. non poſſit ſe intromittere in cauſis priuatorū, & quod ita ſeruatur, ad quod allegat tex. in l. præcipimus, C. de appel. & Nos quotidiè ſeruari videmus, dum ſemper cauſas priuatorum Domini Regentes remittunt ad S. C. quando de eis accidit coram eis tractari, hinc dixit D. Reg. Rouit. in pragm.62. n.4. de offic. Proc. Cæſ quod ſi Regia Camera procedat de conſenſu partium in aliqua cauſa, quæ vigore dictæ pragmaticæ 37. de offic. S.C. ſpectat ad S.C. nulliter procedit, etiam ſi adeſſet Regia delegatio. Nec dicatur, fuiſſe prorogatam iuriſdictionem dicti Collateralis Conſilij, quamuis Iudicis incompetentis, dum Procurator Cometabilis comparuit in eo nomine ſui principalis, in omni enim cauſa quis poteſt prorogare iuriſdictionem, l.1. ff. de iudic. quandoquidem d. l.1. loquitur in principale prorogante iuriſdictionem, non autem in Procuratore, vt eſt caſus noſter, immò regula prædicta intelligitur, niſi ſpecialiter reperiatur prohibita prorogatio iuriſdictionis, arg. l.1. ff. de teſt. cap. cum apud, de ſponſal. in terminis probat Ruin. conſ.66. n.7. lib.3. Hinc licet iuriſdictio prorogari poſſit quatuor modis. ſ. de tempore ad tempus, l.2. §. ſed ſi Iudex, ff. de iudic. de re ad rem, l. de qua re, §.1. ff. eo de loco ad locum, cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſc. in 6. de perſona ad perſonam, l.1. & 2. ff. de iudic. Vant. in tract. de nullit rub. qual. ſeut. n.76. 77. 78. & 79. Marant. in ſpecul. p 4. diſt. 12. ver. ordinarium, vel prorogatum, n.3. vbi Foller. in addit. n.5. addit quintum modum, hoc eſt de caſu ad caſum, non tamen in caſu noſtro poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis de perſona ad perſonam, ſiquidem aut conſideratur Collaterale Conſilium vti Iudex ordinarius, & ſumus in tuto, cum habeat tantummodo iuriſdictionem ad certam ſpeciem cauſarum, & negotiorum, & propterea non poteſt fieri prorogatio iuriſdictionis in ipſum ad aliam ſpeciem, vt perbellè fundat Iaſ. qui de communi teſtatur in l. eſt receptum, & l. ſi per errorem, col.1. vbi alios adducit, ff. de iuriſd. omn. iud. Abb. in cap. at ſi Clerici, n.19. & 21. de iud. et in c. P. & C. vbi Felin. n.12. de offic. deleg. Bal. in l. teſtamenta omnia, n.2. & ibi Alex. n.3. C. de teſt. & in l. circa, C. quando prou. non eſt neceſſ. Marant. loco citato ſub n.18. in fine, Cyn. in l.1. in fine, C. de iuriſdict. omn. iud. Vant. de nullit. rub. de nullit. ex def. iuriſd. n.51. & 52. nam requiritur, quod Iudex, in quem fit prorogatio habeat iuriſdictionem in eademmet ſpecie, alias prorogatio fieri nequit, Barboſ. in l.1. art.1. n.21. per illum tex. ff. de iudic. & per l.1. C. de iuriſdict. omn. iud. Chriſtoph. Mart. exam.32. n 40. & 44. & ratio eſt, nam Iudex, qui habet limitatam iuriſdictionem ad certas cauſas certæ qualitatis, ad hoc vt cognoſcere poſſit de alijs diuerſæ qualitatis eget noua iuriſdictione, & non prorogatione veteris, cum priuatus conſenſus partium iuriſdictionem dare non poſſit, tex. ad literam in l. priuatorum, Cod. de iuriſd. omn. iud. cap. ſignificantibus, de offic. deleg. Fontanell. deciſion. Cathalan.10. n.9. ſicq; practicari teſtatur Vant. loco ſup. indicato, hanc eandem opinionem ſequuti ſunt Guid. Pap. dec.285. n.2. Mohed. deciſ. 3. n.1. de appell. Rota dec.451. in fine p.2. in recentioribus, Chriſtoph. Mart. vbi ſup. n.43. Ex tex. in l.1. & 2. ff. de iudic. procedit, vbi Iudex prorogatus habet omnimodam iuriſdictionem, non autem limitatam, & proindè iuriſdictio prorogari non poteſt, vbi Iudex non habet omnimodam iuriſdictionem, vt ſuprà latè fuit fundatum, & nunc addo Marian. in cap. ſignificaſti, n.21. & 40. verſ. quinto quæro, de foro comp. D. Conſil. Carleual in tract. de iudic. tom.1. ſect.2. n.1071. Iudex enim ordinarius totius Regni eſt tam M. C. V. vt diſpoſuit tit.46. Carauit. in tit. 230. num.7. D. Reg. Rouit. in pragm.1. num.7. de offic. S.C. & in pragm.1. n.5. de titul. abuſ. Capibl. de Baron. pragm.8. cap.37. n.4. lib.2. quam etiam S.C. vigore dictæ pragmat. 37. de offic. Sacr. Conſ. & cap.17. huic Ciuitati conceſſi in anno 1554. & literatum Regis noſtri, nouiſſimè D. Capyc. Galeota Dux Reghinæ in ſuis elaboratiſsimis reſponſis fiſcalibus, reſponſ.1. in princ. ibi, ac profectò S.C. commune eſt, vbi omnes omnium cauſæ agitari debent. Aut verò conſiderare volumus Collaterale Conſilium vti Iudicem Delegatum ex ordine Excellentiſſimi Proregis, & quamuis ordo prædictus delegationem non importet (circumſcripta poteſtate delegandi) de qua Dominus Regens de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de delegat. cauſ. numer.10. & per Dominum Taſſon. de anteph. verſ.2. obſeruat.2. n.112. nam delegatio fit per verbum, delegamus, Abb. in cap. licet in corrigendis, ſub numer.3. de offic. ord. & alij cumulati per Rodul. in tract. quibus mod. ord. effic. del. numer.1. fol.126. à t. vel per alia verba, de quibus per eundem Rodul. in d. tract. per totum, eo magis, quia dum in reſcripto dicitur, quod iuſtitiam faciat, hoc caſu non delegata, ſed excitata dicitur iuriſdictio, latè idem Rodulſ. ibidem numer.3. verſ. ſecus ſi illud, Dec. conſ.404. n.10. circa medium, & in puncto dum Collat. Conſ. de hac ſpecie cauſarum cognoſcere non poteſt, ex ſupra adductis, nec etiam eſt excitata iuriſdictio, l. generaliter, ff. de offic. Præſ. latè Danza in tract. de pugna Doct. tit. de delegat. cap. 1. numer. 44. & 45. lib.1. immò dum in reſcripto præcipitur, vt tractetur in Collaterali Conſilio cauſa prædicta, cuius ſit Commiſſarius Dominus Regens Zufia, illud non inducit delegationem, ſed excitat iuriſdictionem, ſi habet, cum Excellentiſſimus Prorex vti caput illius Supremi Tribunalis cauſas diuidit, ſiuè Dominis Regentibus committit, vt etiam ſeruant Dominus Præſ. Sac. Conſil. ac Dominus Regens Magn. Cur. Vicar. ſic etiam verba, committo, & mando, iuriſdictionem non inducunt, vt per Martam numer. 6. part. 1. de clauſul. & per Danzam dict. capit. numer.49. & ſolum cauſas ſummarias ſolet Excellentiſſimus Prorex delegare, vt experientia omnes quotidie docet, qualitetas

erat iſta retentionis, cauſa enim poſſeſſorij dicitur ſummaria l.momentaneę, vbi, Bart. C. vnde vi, Dec.conſ.28. col.2. & conſ.56. col.1. Alex. conſ.66. col.1. vol.5. Matant. in ſpecul.p.4.diſt.9. num.43. adeò verum eſt, vt quoties accidit coram Delegatis tractari de cauſis, in quibus erit impartienda terminus ordinarius, ſemper ipſi cauſas prædictas remittunt ad Iudicem ordinarium, & ſic ad M.C. vel ad S.C. Tamen etiam ſi eſſet delegatio, non comprehendit hoc iudicium reſtitutionis dotium, ac ſolutionis antephati, cum eadem Principiſſa in memorialibus porrectis Suæ Excellentiæ petijt tantummodo retentionem bonorum feudalium, proindè reſcriptum ad ſupplicata reſtringitur, iuxtà notata in l.ſi defenſor, §.qui interrogatus, ff.de interrog.act. Palma conſ.88. num.6. & ſic non intenditur vltra preces, Bart. in l.de ætate, §.quod autem, ff.eod. de inſct. act. reſcriptum enim delegatorium eſt ſtricti iuris, cap.cum olim Abbas, de offic. deleg. & omiſſum in eo pro omiſſo habetur, l.vnica, §.ne autem, C.de cad.toll. Afflict. dec.366. nu.4. & quia derogat iuriſdictioni ordinariorum, non extenditur, cap.P.& C.de offic.deleg.D.Reg. Valenz.conſ. ... num.17. vol.2. Parlad.quotid.different.13. §.1. num.3. Veral.deciſ.153. n.2.deciſ. 154. n.4. p.1. & dec.283. n.2.p.2. Hippol.Rimin. conſ.321.num.19.lib.3. & propterea eius forma eſt diligenter attendenda, cap.cum dilecta, de reſcript. Surd.conſ.424. n.45.lib.3. Farinac.deciſ. 39.n.2.p.2. hinc verba reſcripti debent intelligi ſecundum finem, ad quem proferuntur, cap.2. de ord. cogn. ideoque reſcriptum impetratum ad effectum poſſeſſionis, vt in caſu noſtro, debet interpretari reſpectu poſſeſſionis tantum, Caldes. conſ.29. in princ. quod eſt 6. de reſcript. Tuſcus præ. concluſ.lit. R.concl.213.n.21. ſic etiam reſcriptum in cauſa ſpolii, quamuis habeat clauſulam, & lites motas, & mouendas, ſemper reſtringitur ad cauſam ſpolij expreſſam, Caſtr. conſ.253. n.3. verſ. verbo autem, lib.1. Et proindè nulliter fuit proceſſum in dicto Collaterali Conſilio in dicto iudicio ordinario inſtituto poſt finitum illud retentionis, ſolum enim poterat procedi, prout fuit proceſſum iuxtà reſcriptum in cauſa retentionis, à qua fuit excluſa dicta Principiſſa, nam fuit conſignata poſſeſſio dictorum bonorum feudalium dicto Comeſtabili, vt ex decreto, & ſic dum Collaterale Conſilium proceſſit, reſcripti forma non ſeruata, omnia nulliter facta ſunt, Veral.dec.141.n.5. verſ. quia agens, part.3. & Farin.dec.448. n.12. par.2. poſth. Et quatenus dictum reſcriptum importaret delegationem, & illa hoc iudicium ordinarium comprehenderet, nec etiam Delegata iuriſdictio prorogati poteſt de perſona ad perſonam, vt in dict. cap.P.& C. rationemq; adducit Iacob. à S.Georg. in dict.l.1.num.24. ff.de iudic. vbi ſimiliter tradit, quod nec iure canonico, nec ciuili iuriſdictio Delegati prorogari poteſt de perſona ad perſonam, ſequitur Foller. ad Marant. vbi ſupra num. 20. in fine, Vant.loco citato dict.num.78. verſ. delegata autem, perbellè Afflict.dec.227. vbi Addentes. Eoque magis hoc procedit, dum iuriſdictio conceſſa S.C. cognoſcendi cauſas inter priuatos, eſt priuatiuè quoad alios Iudices, vt in dict. pragmat.37. vbi ſtatuitur, vt cauſæ inter priuatos agitentur in S.C. etiam ſi agatur in alio Tribunali ex Regis, vel Protegis commiſſione & quatenus partes forum non declinauerint, ac etiam parte non contradicente proceſſus tranſmittatur ad S.C. quo caſu iuriſdictio eſt improrogabilis, nam nullus alius Iudex cognoſcit, niſi S.C. gloſ.in cap.2. de arb.lib.6. & in cap.vt officium, de hæret.eod.lib.6. Felin.in cap.Paſtoralis, n.2. col.2. in princ.lim.3. in fine, de offic.ord. Ang. in l.1. C.vbi, & apud quem cogni. in integr. reſt. Bald. in leg. ſi quis ex conuentu 8. verſ. nota ſecundo quoad compromiſſum, col.1. C.de Epiſc. aud. ſic etiam tenuerunt Alex. & Iaſ. in l.ſi per errorem, in princ. ff. de iuriſd. omn. iud. optimè Dec.conſ.3. per totum, & conſ.18. Cabed. deciſ. Luſit. 22.n.2. iuriſdictio enim conceſſa in certa ſpecie cauſarum, & in fauorem certarum perſonarum eſt priuatiua, Capyc. dec.9. n.16. D. de Franch. dec.417. num.7. D.Reg. Valenz. conſ.70. num.19. & 74. conſ.96. numer.48. lib.1. & conſ.176. num.27. lib.2. Et proindè ſi alius Iudex cognoſcat, acta, & decreta ſunt nulla, l.1. C. ſi à non comp. iud. cum impoſſibile ſit, quod ſit Iudex competens, vt ex multis, quos adducit Dec.d.conſ.18. num.5. & ſufficit tacita prohibitio, quæ colligatur ex expreſſis in ſcriptura, l.teſtamenta omnia, C.de teſtam. vbi teſtamenta iubētur inſinuari coram Magiſtro Cenſus, & tamen tacitè alij Iudices videntur inhibiti, Capyc. dict.dec.9. num.16. Barboſ.in collect. in l.1. n.46. C.de iudic. & propterea non poteſt cognoſcere, etiam prorogatione partiū, auth.habita, C.nè filius pro patre, Gratian. cap.154. diſcept.forenſ. & deciſion.Marchiæ 78. per totam, præſertim n.18. & ſeq. cum alijs latiſſimè cumulatis per Criſtoph. Matt.exam.32.n.25.& 26. Capibl.in dict.pragm. 8. dict.cap.37. num.8. lib.2. de Baron. Cabed. d.n. 2. Barboſ. loco citato num.49. etiam quod pronunciauerit ſe competentem, vt hic, non enim per hoc efficitur competens, ſtante prohibitione tam Regiæ pragmaticæ, quam ordinationum Regis, ac cap.17. huius Ciuitatis, vt ſup.l.non dubium, C.de leg. Iaſ.conſ.100. in fine, lib.1. Dec. omnino videndus dict.conſ.18. num.5. Natta conſil.82. numer.9. lib.1. alijq; quos referens ſequitur Barboſ. in d. l.1. num. 45. optimè Afflict. deciſ.354. numer.25. immò tunc iuriſdictio Delegati prorogari poteſt, vbi Delegatus habet ordinariam iuriſdictionem inter partes, vt optimè probant Surd.conſ.56. num.48. lib.1. Dec. conſ. 27. num.7. Barz.dec.154. num.7. Nec minus obſtat ſi dicatur, exceptionem incompetentiæ Iudicis eſſe dilatoriam, & proindè debuiſſe opponi litis conteſtationem, vel in ipſo actu conteſtationis, vel ſaltim in continenti, ex adductis per Gallup.in praxi S.C. par.2. cap.5. num.8. immòq; debere eſſe primam ante alias dilatorias, quia ſi alia prius obijciatur, inducitur conſenſus in Iudicem, & amplius opponi non poteſt, l.fin. C. de ann.except. l.ſed & ſi ſuſceperit, in princ. ff.de iudic. Minſynger.cent.4. obſer.27. Cabed.dec.22. num.6. hoc enim procedit, vbi iuriſdictio poteſt prorogari, tunc enim exceptio prædicta non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, vt declarat idem Bald.num.9. ſecus verò eſt, quando iuriſdictio non eſt prorogabilis, quia tunc etiā poſt ſententia opponi poteſt, Abb.in c.Paſtoralis, n.16. de except. immò & poſt tres ſententias, gloſ.in clem.1. de ſeq.poſſ. Dec.conſ.8. numer.7. Doctis

I 4

Digitized by Google

l. 5. ſi ex conuentione, ff. de re iudic. Garſias Toleto in eius dictis poſt deciſ. impreſſis, dicto 4. & 7. in fine, Cabed. dict. deciſ. 22. numer. 4. & 10. Cum ergo in caſu noſtro iuriſdictio prorogari non poſſit, itè fuit oppoſita poſt litem conteſtatam exceptio prædicta incompetentiæ Iudicis, quod procedit etiam ſi lege municipali caueatur, nullam exceptionem contra ſententiam opponi poſſe, vt per Roman. conſ. 42. Corn. conſ. 144. col. 2. lib. 1. ſicut etiam opponi poteſt poſt litem conteſtatam, quando illa nouiter eſt orta, Balb. deciſ. 40. Nouar. in pragm. 33. coll. 8. num. 3. de offic. S. C. & Afinius, qui infinitos ad ſaturitatem allegat in praxi, §. 13. cap. 2. verſ. ſuperest modo, f. 209. ac etiam quando funditus Iudicis iuriſdictio eradicaretur, vt probat idè Balb. dec. 67. & poſt ipſum hoc idem fundat Garſ. à Toleto dicto 4. in fine, eſtq; communis opinio, vt per Curt. conſ. 119. num. 3. immò impedit executionem ſententiæ, Gramat. conſ. 1. numer. 48. poſt deciſ. ſequitur alios adducens Grauat. ad Veſtr. in praxi lib. 5. cap. 12. numer. 17. cum iudicium agitatum à non competente Iudice ſit nullum, toto tit. C. ſi à non comp. iud. Afflict. dict. dec. 354. numer. 15. & 16. Gallup. in praxi S. C. par. 2. cap. 6. num. 9. & 10. ſicuti etiam dicimus de nullitate ex defectu iuriſdictionis, quæ etiam poſt tres ſententias opponi poteſt, Becc. conſ. 40. numer. 6. & 7. conſ. 99. num. 32. Zuccar. dec. Luc. 57. num. 4. etiam ſi extaret ſtatutum, vt infra certum tempus de nullitate dici poſſet, vt per Zuccar. ibidem num. 5. ex gloſ. in d. clem. 1. de ſeq. poſſ. & fruct. & ad doctrinam Bart. in d. l. 2. nu. 7. in fine reſpondeo cum Caſtr. ibidem numer. 10. illam procedere, quando quis poteſt eſſe Iudex, tunc enim per eius pronunciationem de incompetente fit competens, ſequitur Dec. videndus in d. conſ. 18. num. 5. nouiſſimè Gallop. d. cap. 6. num. 12. ſed quando non adeſt aliqua iuriſdictio, ſuper qua fundari poteſt, nõ valeret pronunciatio, per quam ſe competentem declarat, Innoc. in cap. propterea, de dilat. in cap. ſuper litteris, de reſcript. Caſtr. in d. l. 2. num. 2. in fine, Abb. in cap. ſi diligenti, col. fin. de foro comp. & proceſſus eſt nullus, vt ſupra diximus, hinc dixit Gugl. de Bened. in cap. Raynuntius, in verbo mortuo itaque teſtatore, num. 212. de teſt. quod non poteſt eſſe maior nullitas, quam incompetentiæ Iudicis, voluit etiam Garſia à Toleto dict. 4. & 47. poſt deciſ. immò etiam ſi caſus, de quo agitur eſſet de illis, in quibus poſſet fieri prorogatio iuriſdictionis, tam Iudicis ordinarij, quam Delegati (quod nullatenus admittimus) nec etiam Procurator dicti Comeſtabilis poterat talem iuriſdictionem prorogare, generalis ſiquidem Procurator non poteſt prorogare iuriſdictionem Iudicis ordinarij, vel Delegati, ſed requiritur ſpeciale mandatum, vel generale cum libera, quod ceſſat in re præſenti, cum ſit tantum generale ad lites, l. Procurator cui, ff. de procur. l. reſcriptum, §. final. ff. de pact. Innoc. in cap. de cauſis, num. 1. in fine, de offic. deleg. Panorm. in cap. cum olim Abbas 32. n. 10. per tex. ibi eod. tit. Guid. Papa dict. deciſ. 285. n. 2. deciſion. 462. in fine, Balb. deciſ. 66. Cancer. variar. reſol. lib. 2. tit. de procur. cap. 14. num. 31. de Marin. lib. 1. quotid. reſol. cap. 66. num. 7. Dominus Conſiliarius Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 8. ſect. 3. num. 1143. cum infinitis alijs, quos ſequens adducit Golin. in tract. de procur. part. 2. cap. 5. numer. 54. & 56. & ratio eſt, quia Iudicis noui conſtitutio, & electio eſt res magni momenti, quam Procurator ſine ſpeciali mandato expedire non poteſt, Franc. Marc. deciſ. 313. num. 4. p. 2. & licet in mandato procurationis adſint illa verba, ad comparendum in omni Curia, & foro, non tamen verba prædicta operantur, vt poſſit Procurator prorogare iuriſdictionem, cum ſpeciale requiratur mandatum, ex ſupradictis, & in ſpecie ſic ad hoc motiuum reſpondet Vant. de nullit. rub. 11. de nullit. ex def. inhabil. ſeù mand. numer. 102. licet corruptè in contrarium allegetur per Golin. in dict. cap. 5. numer. 55. per Borrell. in ſumma dec. tit. 65. num. 172. lib. 1. vel intelligi, vt tali caſu poſſit prorogari iuriſdictio per talem Procuratorem de re ad rem, de loco ad locum, non autem de perſona ad perſonam, vt eſt caſus noſter, Borrell. vbi ſupra numer. 173. & ſic vndique ceſſat difficultas, cumque deficiat poteſtas in mandato prædicto procurationis, iudicium eſt nullum, & hæc eſt nullitas inſanabilis, vt per Staphil. de lit. Grat. fol. 45. Veſt. in praxi d. lib. 5. cap. 15. numer. 3. vbi Grauar. in addit. nu. 14. Et quatenus Procurator dicti Comeſtabilis eſſet generalis cum libera, nec etiam potuiſſet prorogare iuriſdictionẽ, in præiudicialibus enim non extenditur mandatum prædictum propter abuſum Notariorum, qui ſolent apponere clauſulam prædictam in inſtrumentis, vt per Aret. in §. præterea, il ſecondo, numer. 35. Inſt. de action. Coſta in ſuis memorab. in verbo procurator generalis, Matheſil. ſing. 30. refert, & ſequitur Golin. dict. cap. 5. num. 18. & etiam probat Dominus Regens Valenz. conſ. 3. numer. 52. lib. 1. ſic etiam dum dictus Comeſtabilis ex errore comparuit in Collaterali Conſilio, quia credebat, illud fuiſſe Iudicem competentem in cauſa prædicta, nam in dubio ſi litigarut coram incompetente, præſumitur error, Specul. de compet. iud. adit. numer. 7. verſ. ſed nunquid præſumitur ſcire, colum. 2. argumento l. verius 21. ff. de probat. & tamen iſte error vitiat proceſſum, & prorogatio non procedit, dict. l. ſi per errorem, vbi Bart. & alij Doctores, ff. de iuriſdict. omn. iud. dum erat penitus incompetens, vt ſup. fundauimus, Marant. d. diſtinct. 12. nu. 21. Veſt. dict. cap. 13. numer. 4. vt enim poſſit fieri prorogatio, requiritur, quod Iudex, in quem fit prorogatio ſit capax, ad ſaturitatem ſupra diximus, & probauimus, & nunc addo Innoc. in cap. paſtoralis, extra de iudic. Doctores in cap. fin. eodem tit. optimè, & latè Afflict. deciſ. 354. numer. 14. cum ſeq. Alfer. in addit. ad Marant. dict. diſtinct. 12. lit. C. fol. mihi 213. Ex his igitur clariſsimè liquet, omnia acta facta, & decreta lata in Collaterali Conſilio eſſe nulla ex defectu iuriſdictionis, & propterea quatenus eſſet in eo procedendum, erit prouidendum, quod terminus alias datus in cauſa prædicta currat ab hodie, & teſtes recipiantur per Officiales electos extra Regnum, iuxtà nominationem factam per Procuratorem dicti Comeſtabilis, cum enim terminus fuit impeditus per dictam exceptionem incompetentiæ Iudicis oppoſitam, non currit, niſi Iudex interloquatur, quod terminus prædictus currat à tali die in antea, vt ſic expreſsè docuerunt Curt. in leg. 2. colum. 1. C. de iurament. cal. Bald. in leg.

quandiu

Digitized by Google

quandiu, ff.de ſequir.hęred. & in l.1.C.eod.tit. de iur.calum. optimè Aret.in §.ſi minus,num.11. Inſt.de action. ſicque praxis obſeruat, vt teſtantur Carauit.in ritu 69. num.5. in fine, Muſcatell. in praxi S.C. par.5. gloſ.defendendum, num.12. verſ. benè puta verum, fol.mihi 69. Gallup. in praxi S.C. par.2. cap.18. num.39. quos refert, & ſequitur Thor.voto 42. num.6. qui etiam ſic iudicatum refert in Compend. dec.to.1. in verbo terminus in cauſa datus, fol.541. colum.2. per S.C. iunctis aulis in cauſa magni momenti Ioſephi Caraccioli ad relationem Conſiliarij Octauiani Cæſaris,in Banca de Felice, ſic etiam tenet tom.3. Compend. dec. ſect.3. in verbo terminus aliquis, fol.320. quia quando impedimentum ſuperuenit,terminus debet reintegrari in totum, vt ſunt iura expreſſa in l. ſi ità ſtipulatus,ff.de verb.oblig. in l. ab hoſtibus,§.ſed quod ſimpliciter, ff.ex quib.cauſ.maior.in l. fin. ff.de ferijs, & in clem.2.de reſtit.in integ. etiam ſi eſſet facta concluſio in cauſa, vt per Thor.qui Doct.cumulat dict.tom.1. Compend. deciſ. in verbo terminus, ſic etiam tenet Nouar.in pragm. to. coll.10. num.1. de ord. iud. impedimentum ſiquidem excuſat impeditum à quocunque temporis lapſu, l.1.C.de ann. except. l.ob commiſſa, C.de adult. Thor.dict.vot.42. num.26.& propterea eſt reintegrandus Comeſtabilis in termino,vt in ſimili, immò fortiori caſu fuit deciſum per S.C.ad relationem Domini mei tunc Reg.Conſiliarij,nunc Regentis meritiſsimi Hectoris Capycij Latro Marchionis Torelli ſub die 18. Februarij 1639. in cauſa Lucretiæ de Thoro cum Matthæo de Maria, in Banca de Spera, vbi cum fuiſſet conuenta dicta Lucretia ad contribuendum in legatis pijs facta per quondam Octauium de Maria, fuit per dictam Lucretiam oppoſita exceptio periurij, ſtante tranſactione inter ipſas partes inita, cumque fuiſſet per decretum cauſæ Commiſſarij prouiſum, quod reſeruetur ad merita cauſæ exceptio prædicta, decretum fuit per S.C.confirmatū,& interim fuit terminus elapſus, & fuit facta concluſio in cauſa, fuit per dictam Lucretiam petitum reintegrari in termino prædicto, & prouideri, quod terminus datus currat ab illo die, vel ſaltim de nouo concedi, fuit per S. C. prouiſum, quod infra 20.dies pro omni termino, nominatione, & beneficijs dicta Lucretia valeat deducere omnia incumbentia, vt refert idem Thor. in Compend.deciſionum d.tom.3. ſect.3. in verbo terminus in cauſa datus,fol.324. & ſic deciſio fuit in fortiori caſu, nam ibi fuit oppoſita exceptio periurii, quæ ad merita cauſę reſeruari debet, iuxtà tradita per Caſtill.dec.124. num.1. & 2. qui in fine dictæ deciſionis ità ſemper deciſum teſtatur, & ſic reclamatione interpoſita exceptio prædicta periurii erat notoriè cauilloſa, & nihilominus quia dicta Lucretia nihil probauit, non obſtante concluſione facta in cauſa, fuit per S.C.reintegrata in termino, & ſic contra dict.deciſ.18.Domini Regentis Rouiti. Et hic agimus de exceptione Incompetentiæ Iudicis, cuius iuriſdictio eſt fundamētum,& baſis iudicii, Vant.de nullit.tit.de nullit. & def.iuriſd. num.1.& ſeq. & num.167. D.Reg. Valenz.conſ.70. nu. & conſ.95.n.15.lib.2.D.Reg. de Ponte conſ.21.numer.2.lib.2. nouiſsimè Palma conſil. 88. numer.1, & propterea exceptio erat iuſta,& probabilis,ex ſupra allegatis, vndè debet Comeſtabili illam allegante opitulari, erit igitur Comeſtabilis in termino reintegrandus, vt valeat neceſſarias probationes in Hiſpania facere,eo magis dum etiam credebat,terminum non currere, ſtante recurſu habito ad Maieſtatem Regis noſtri, & dicta exceptione oppoſita, cumque agatur de re magni momenti, nè indefenſus ex cauſa probationum faciendarum remaneat,rigor, & æquitas hoc ſuadent,ac etiam quia non animo litis dilatandæ petitur, & nullum recipit damnum dicta Principiſſa, quæ iam exegit introitus ampliſſimi ſtatus Atiſſæ, ac Manupelli in Prouincia Aprutij citra, atque Terrarum Galatri, & Plaiſani in Prouincia Calabriæ citra, Terræq; Cerri Prouinciæ Terrę laboris vigore decreti dicti Collateralis Conſilij, & proindè factis probationibus in Hiſpania, ſtatim Comeſtabilis inſtabit pro expeditione cauſæ prædictæ,&c. Michael Angelus Giptius. Facta relatione in Collaterali Conſilio die 4. Maij 1643. per Spectab. Dominum Regentem Zufiam fuit deciſum, quod fiat concluſio,oppoſitis non obſtantibus,penès Anaſtaſià mandatis Scribam.

Exceptio melioramentorum factorum in domo, vel fundo, propter quæ datur retentio, an impediat executionem ſententiæ latæ, ex facto liquebat,fuiſſe donatum,ceſſum, & renunciatum per intermediam perſonam eius Procuratoris ab Illuſtr. Marchione Piſcariæ Illuſtr. Marchioni Torelli Hectori Capycio Latro ius redimendi quodam palatium ab Illuſtr. Marchione Sancti Iuliani pro ducatis 8600. cum pacto, quod facta reemptione illud vendidit cum pacto de retrouendendo pro dicto pretio ſoluendo eidem Ill. Marchioni Sancti Iuliani,ob quod dictus Illuſt. Marchio Torelli inſtitit in M.C.mandari eidē Ill. Marchioni Sancti Iuliani, quod exfractaret aduueniente tempore menſis Maij 1644. & quod ſolueret ratam penſionis,& ita fuit interpoſitum decretum ab ea;è conuerſo præfatus Illuſtr. Marchio conuentus oppoſuit exceptionem retentionis dicti palatij ob meliorationes ibi factas, pro quibus petierat terminum, infra quem probare intendebat meliorationes factas, quinimmò deducta cauſa in S. C. & citra dubium talis exceptio admittitur ad impediendam executionem ſententiæ, ex deductis copioſè per Lancell. de attentatis par.3.cap.25. quæſt.29. per totam cum alijs apud Caroc. de except.contra ſent. in except.26. Pyrr. Maur. Aretin. de fideiuſſ. par.1. ſect.3.in prælud.cap.22.num.1.eo maximè quando de eorum exiſtentia conſtaret, licet valor ignoretur, ſi pars offerat in continenti probare, nouiſſimè Io.Franc.Andreol.controuerſ. forenſ. controuerſ.42. nu.5.Maur.Aretin.vbi ſup.n.17. poſtquam inquilinus,colonus,cōmodatarius, & ſimiles detentores, nedum habent actionem ad repetendum melioramenta vtilia, & neceſſaria, vel poſſunt compenſare cum mercede ſoluenda, quando datur commoda ſeparatio, Gratian.diſcept.forenſ. cap 442.numer.26.ſed etiam retentionem, vt proſequitur ex multis Mollignat.in tract.de retent.quęſt.282.& poſt eos Chriſtoph. Mart.dec.Senen.99. nu.4. & 5. non mirum ſi ea poſſint opponi poſt ſententiam, & in executione, etiam ſi de illis in ſententia nulla fuerit facta mentio, vt probat ibidem Chriſtoph.Mart. n.40.

num. 40. Andreol. vbi ſupra numer. 7. vnde prodita eſt cautela, vt detur terminus ad ea liquidanda, quo elapſo ſententia mandatur executioni, Amatis deciſion. Marchiæ 24. probauit ibid. Caroc. in fine, & ſi fortè talia melioramenta in promptu extarent, & apparerent, & tunc quando melioramenta conſtarent eſſe facta, licet non conſtaret de valore, poterit Iudex ex officio æſtimare, curare, & liquidare, Barz. deciſion Bonon. 23. numer. 2. idem Andreol. vbi ſup. numer. 6. cum eorum verificatio requirat peritos, & altiorem indaginem, Maur. Aretin. dict. cap. 22. num. 12. prout in præmiſſo caſu fuit obſeruatum per S. C. in acceſſu adhibito ſuper faciem loci dicti palatij, & commiſſo appretio illorum Tabulario, qui valorem ipſorum æſtimaret, quinimmò ſtante tali appretio, ad hoc vt emptor conſequi poſſet domum, vel prædium emptum, cogitatum eſt remediũ huiuſmodi, traditũ per eundẽ Chriſtoph. Marr. dec. 92. nu. 7. quod qui melioramenta reddere tenetur, poteſt liberari per cautionem, & depoſitionem, & quod ſatis erit offerri cautio, & ſic procederet, quãdo nõ eſſent melioramenta liquida, quemadmodum probat idem Maur. Aretin. dict. tract. p. 1. ſect. 3. in prælud. cap. 13. alias 22. num. 7. & 8. & quando fuiſſent liquidata, expedit, vt fieret depoſitum ſummæ liquidatæ pro illis. Sicque cum facta fuiſſet liquidatio per Tabularium ordine S. Conſ. & inde factum depoſitum illorum per eundem Illuſt. Marchionem Torelli Regentem Hectorem Capycium Latro die 21. Aprilis, facta relatione in S. C. per benemeritum R. Conſ. D. Gaſparem de Soto, fuit deciſum, quod ſtante depoſito facto, dictus Illuſt. Marchio S. Iuliani dimitteret domum, ſiuè palatium in actis deductum, penès Secretarium, in Banca Fabritij Solatij Mag. Act.

Exceptio rei iudicatæ an oriatur ex ſententia lata contra mortuum conſtito de illius morte, ita quod ad merita reſeruari nequeat abſque labe nullitatis, ac etiam pro inſtrumenta orīri videatur, niſi audito contradictore, inſtructoq; proceſſu ſententia validè proferatur, & quid per exiſtentiam pragmaticæ reſtringentis terminum iuriscommunis ad dicendum de nullitate à ſententijs, procedere poſſit, quando ageretur per viam exceptionis, ſeù replicationis, ſeù tantum per viam actionis, hæc ſequentia fuerunt allegata in cauſa vertente in S. C. iunctis aulis decidenda pro Marchione Tuſilli cum Spectab. Comitiſſa Gambateſæ per ſubſcriptum Aduocatum ſolertiſſimũ, vz. Exceptionem rei iudicatæ oppoſitam pro parte Spect. Comitiſſæ Gambateſæ aduerſus iudicium intentatum per Illuſtr. Marchionem Tuſilli D. Ioſeph. Lombardum ſub die 8. Nouemb. inſtantis anni eſſe prorſus rejciendam, infraſcripta de iure ſuadebunt apud Dominos meos Iudicantes, aliquali tamen facti ſerie recenſita, quæ ſic ſe habet. Ferdinandus Lombardus de anno 1594. die 10. Martii in ſuo ſupremo Eulogio tres habens filios, Brunonũ ſcilicet, Aſcanium, & Marcum Antonium, illos hæredes ſibi adſcripſit, Brunonum nempè vti primogenitum hæredem in feudalibus, in allodialibus verò, ſiuè vt noſtratum vtar vocabulo, burgenſaticis hæredes inſtituit ipſummet primogenitum vna cum aliis ſecundogenitis, æquis tamen partibus, prout ex teſtamẽto ipſo ſequuto teſtatoris obitu ſub die 19. Auguſti anni 1594. publicato videre eſt, in quo eodemmet teſtamento in beneficium præfatorum hæredum maſculinum ſexum reſpiciens, ità legauit *Voglio, che morendo alcuno de detti miei figli ſenza figli maſcoli legitimi, & naturali, in tal caſo quello, che morirà ſenza figli maſcoli legitimi, & naturali paghi alli fratelli ſuperſtiti ducati 40 milia pro aequali portione, e ſe quelli foſſero premorti alli loro deſcendenti maſcoli, in ſtirpes, non in capita*. Euenit caſus, quod Brunonus primogenitus decedens nullis relictis maſculis, ſed tantum ſuperſtitibus Comitiſſa Gambateſæ D. Franceſca, & Victoria filiabus, anſam dedit prædictis Aſcanio, & Marco Antonio fratribus eiuſdem Ferdinandi filijs agendi in Sac. Conſ. de anno 1595. die 28. Aprilis contra præfatas Franceſcam, & Victoriam, ſiuè eorum tutricem ad ſolutionem dictorum ducator. 40. mil. virtute legati mox enunciati, cui ſanè iudicio Marcus Antonius cumulauit libellum reſciſſionis contractus ann. ducat. 1853. ob defectum ſolutionis tertiarum de anno 1607. die 19. Februarij aduerſus Comitiſſam. Aduerſus quæ iudicia comparens Comitiſſa etiam per viam reconuentionis, inſtitit pari paſſu, ſimultaneo iudicio, vnicaque ſententia condemnari Marcum Antonium ad reſtitutionem nonnullarum pecuniarum quantitatum, & animalium peruentorum penès ipſum ex bonis Brunoni Comitiſſæ patris, ſub die 29. Ianuarii 1609. læſionem etiam allegans, reſpectu Terræ Roſeti peruentæ ad Marcum Antonium pro maiori pretio iuſti valoris, prout Comitiſſa exponebat. Dato termino in cauſis conuentionum, & reconuentionum, inſtructoque proceſſu, tandem de anno 1627. die 19. Iunij ſententia emanauit iunctis aulis referente Conſiliario Salgado, qua ad inuicem abſoluti fuerunt Marcus Antonius, & Comitiſſa. A qua ſententia dum reclamaſſet Marchio Roſeti filius primogenitus Marci Antonij, impartito termino, eoq; compilato ſub die 3. Martij 1630. referente Conſiliario Andrea de Ianuario extitit confirmata ſententia, & de ſtilo S. C. perpetuum impoſitum ſilentium. Hinc eſt, quod intentato nuper iudicio ad inſtantiam Marchionis Tuſilli filij ſecundogeniti Marci Antonij, cũ quo nulla ex memoratis ſẽtẽtiis fuit prolata cõtra Comitiſsã vti hæredem Brunoni ad ſoluendum quartam partem dictorum ducatorum 40. mille legatorum per Ferdinandum auum, vt mox inſinuauimus, fuit per ipſam oppoſitum, rem fuiſſe determinatam, opponendo exceptionẽ litis finitæ, & rei iudicatæ ſub die 16. Martij 1643. ſubdens in caſu, quo eſſet procedendum, procedi debere ex eiſdem actis, non dato termino. At ego Marchionis iuſtitiam fouens audacter aſſirmo, exceptionem rei iudicatæ nõ obſtare inconuincibili ſanè ratione deducta à deſtructione antecedentis, eo quod ſententia lata contra Marcum Antonium fuit nulla, vti lata contra mortuum, nam Marcus Antonius diem ſuum clauſit extremum de anno 1610. & de eius obitu productum fuit præambulum in actis in anno 1611. die 10. Ianuarij, & ſententiæ profetũtur de anno 1627. & 1630. Nec dubium eſſe poterit, quin ſententia lata contra mortuum ſit nulla, ità diſponentibus iuribus in l. in ſumma 59. §. ſi quis ex edicto, ff. de re iud.

l.nulla,C.de procur.l.Paulus,ff.quæ ſent.ſine appel.reſc.l.de qua re,§.fin.ff.de re iud. Capyc.dec.1.n.26.Repetent.communiter in iuribus prææallegatis,ità vt præceptor Bart.in ſummario dict.§.ſi quis ex edicto l.in ſumma non contentus aſſerere,ſententiam latam contra mortuum eſſe nullam,ſubdit nullam eſſe ipſo iure, Viu. deciſ.52.num.6.lib.1. Vant.de nullit. tit. de nullit. ex def. iuriſd.ord.num.106.inquiens contra defunctum nullum actum concipi, vel ſubſtineri poſſe, Bellon.conſ.65.num.57.cum ſeq.Galgan.de iure publ. tit.48. de re iud. lib. 2. num.18. adducens alia iura,& nè Noſtrates omittam, Præſ.noſter dec.245.num.3.vbi in fine ità deciſum recenſet, in nihilo refragante diſpoſitione cap.Deteſtantes, quo prouidetur,in Regno procedi ſola facti veritate inſpecta, nam cap.prædictum non procedit in ſententijs,ſicuti teſtatur Franc.dict.dec.245.num.5.poſt Parid.de Puteo de ſynd.verſ.ſententiæ, quibus non reſpondent Maſtrill & Caſtill. deciſion.5.infra alleg.Nec deſunt rationes, quarum prima eſt, quia dum ſententia profertur contra mortuum,deficit vna ex tribus perſonis conſtituentibus iudicium,cap.forus,de verb ſign. & per conſequens deficit eſſentia,ſiuè ſubſtantia iudicij, Ang.conſ.334 in fine,Alber.in l.penult. ff.quæ ſent.ſin.appell.reſc. D.de Franch.dict.dec.245. num.3.Secunda vrget ratio,quia in iudicijs quaſi contrahitur, l.3.§.de illo, ff.ad exhib.deficiente igitur vna ex perſonis, cum qua inducetur quaſi contractus, deficit ipſius eſſentia, & corruet iudicium,& ſententia. Tertia deducitur ratio ex defectu Iudicantis,quia defunctus non eſt ſuppoſitus iuriſdictioni iudicii viuentis, ità in puncto tradit Vant.loco citato, Caſtil. deciſ. Sicil.60. num.15. inquiens,hanc eſſe rationem viuam.adducens Rip.obſer.23. poſt Ang d.conſ.223.num.2. verſ. contrarium eſt verum,facit Bal. conſ.294.in fine, lib.3. Crauet.conſ.270. verſ. tertio quod talis ſententia; id,quod verum eſt, vt Doct. prædicti vnanimi conſenſu firmarunt, adeò nullam eſſe ſententiam latam contra mortuum,ex iuribus,& rationibus prædictis, vt etiã ſi pro mortuo proferretur, nullitatis labem non euitaret, vndè vti nulla, nullum producit effectum, Ludouiſ. dec.486 num.12. Datur igitur pro conſtanti, ſententiam latam contra Marcum Antonium defunctum fuiſſe nullam, eo magis, quia ex actis conſtitit de morte, ita non ſit applicabilis diſputatio excitata per Maſtril.dec.137.num.53. & Caſtill.dec.61.num.14. qui ambo in eadem facti ſpecie deciſiones ediderunt,certo certius erit,exceptionem rei iudicatæ non poſſe opponi, tex. etenim eſt capitalis, vt quoties fit mentio de ſententia, intelligatur de valida, l.4.§ condemnatum, ff.de re iud.l.non putauit,§.non quæuis, ff. de contract. quando etenim lex vnum præſupponit, & alterum diſponit,ad hoc vt locum habeat diſpoſitum,debet prius verificari præſuppoſitum, ex gloſ. quæ communiter ad hoc expenditur in l. mancipium,verbo auocandum, C.de ſeru.fugit. & exornat Gutter.conſ.21. num.6. Quo fit, vt dum in Rub.& Nig.ff. de excep.rei ind.fit mẽtio, eaq; ſuper diſponitur, intelligi debet de ſententia valida, nam vbi non conueniunt,vel deficiunt verba legis, neq; eius diſpoſitio locum habet,leg.4.§.toties,ff.de damn. inf.l.1.§.loquitur, ff.de aqua quot.& æſtiu.Dec.conſ.21. num.2. & ſeq.vbi adducit concordantia,quæ tanè nullitas non ſanatur ex eo,quod fuerit in cauſa reclamationis confirmata,ex doctrina Specul. in tit. de ſent.§. iuxtà,verſ. ſed quid ſi à ſententia, vbi formans quæſtionem numer.24. ſi a ſententia, quæ eſt nulla de facto appelletur, & Iudex appellationis eam confirmet,an poterit adhuc dici nulla,& adducens contraria reſidet in opinione negatiua,quod non confirmetur,ex tex.in l.eum, C.de inoff.teſtam.& in l.quædam, ff. fam.erciſ. & alia iura, Bart.in l.ſi expreſſim,num.2. ff.de appell.Nec faceſſit negotium mortuum,ſi adducatur ex pragm.Regni ſanctione ſub tit.de offic. Sac. Conſil. vulgariter dicta,delli 28. Capi,§.21. per quam præfigitur terminus annorum decem ad dicendum de nullitate à ſententiis,nam eademmet pragm. declarat, id obſeruari, quando diceretur de nullitate per viam actionis, ſecus erit ſi per viam exceptionis opponatur, ſicuti in theſi noſtra accidit, inſtituit enim Marchio Tufilli iudicium contra Comitiſſam quæ excepit de ſententia,eiuſque vigore exceptionem rei iudicatæ opponit, replicat Marchio,ſententiam eſſe nullam, vndè non intrat diſpoſitio pragm. quæ vti exorbitans à iure communi reputatur odioſa,& reſtringibilis, & minimè extendenda, ad tex.in l.commodiſſimè, ff. de lib. & poſth. l. quod vero, §.de viro. ff. ſolut. matrimon.cum concord. adductis per Alex. conſ.73. numer. 5. vol.6.nam ita ſe habet exceptio ad excluſionem actionis, ſicuti replicatio ad excluſionem exceptionis, l.1. & 2. ff.de except. Bargal. de dolo cap.2. deciſ.1. num 75.lib.2.inquiens,replicationem a pari procedere cum exceptione, quia replicatio eſt veluti exceptio actoris, Inſt. de replic. Specul. in tit.de except.& replic.§.nunc dicendum,& facit regula l.purè.§.fin.ff.de doli mali except. quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum. Hæc omnia agnoſcentes Aduocati Comitiſſæ funditus deſtruere exceptionem rei iudicatæ, ità vt nec poteat aditus illam ad merita reſeruandi, nam reſeruatio conſueuit fieri, quando de ea liquidè non conſtat, ſecundum Doct.in l.ille, à quo,§.ſi de teſtamento, ff.ad Trebell. Afflict.dec.52. & 63.& in Conſtit.Regn.Exceptionem filiationis, numer. 8. D.de Franch.deciſ.289.num.5.Magon. dec.Florent.3.Reg.Rouit.conſ.1.num.42. circa finem,lib.1. & conſ.40. lib.2. Modern. in praxi S.C. 1.part.gloſ.5. verbo ſiuè ad merita, reſeruatis innituntur nonnullis inſtrumentis nouiſſimè productis ſub die 28. Septembris à fol. 19. ad 36. & comparitioni ſub eademmet die præſentatæ, inſtando ex inſtrumentis prædictis noniter repertis obſtare exceptionem rei iudicatæ, & omninò Marchioni denegandam eſſe audientiam. Nos verò de nouiſſimis his ſcripturis, de quibus magnum faciunt feſtum aduerſarij, nullam habendam eſſe rationem,luce clarius,Deo Duce, ac veritate ipſa pro Marchione certante demonſtrabimus. Et in primis dilemma proponimus indiſſolubile, Aut enim pars intendit ſe iuuare exceptione rei iudicatæ ex ſententiis vel parturientibus exceptionem prædictam,& ſat iã ſuperque fuit demonſtratum hoc eodem reſponſo,verſ.nec dubium, illas fuiſſe nullas,& ſic nullum parere effectum,vti latas contra mortuum,

quibus

Digitized by Google

quibus concinnit tex. in l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet: quod non entis non ſunt partes. Aut vim conſtituit in inſtrumentis, quæ nuperrimè repetiſſe adſtruit, vt ſine rubore meam fatear ignorantiam, dũ in Scholis datum mihi fuit edoceri, vel in foro ediſcere, quod inſtrumenta pariant exceptionem rei iudicatæ, ipſa etenim vti ſpecies probationum inſtruunt iudicem ad proferendum ſententiam, l. in exercendis, C. de probat. cap. quoniam contra, eod. tit. vbi latè Canoniſtæ. Quinimmò inſtrumenta de iure communi, quamuis publicam executionem paratam non habere, edoctus fui à Conſult. in l. minoris ann. cui fideicommiſſum, ff. de minor. vbi Bart. in 2. lect. in princ. Bald. Alber. de Roſ. Caſtr. & alii in l. ſi pacto, C. de pactis, inſignis Hiſpanus Padill. in rub. de iuris, & facti ignor. numer. 21. Boer. deciſ. 295. numer. 5. Oſaſc. dec. 129. num. 5. Aſin. qui & plures allegat in tract. de execut. §. 1. cap. 2. Epiſcop. Ricc. collect. deciſ. part. 4. collect. 759. Profiteor tamen, ex inſtrumentis exceptionem pacti de non petendo oriri poſſe, quam exceptionem inter peremptorias numerauerunt Moderni in praxi S. C. p. 1. gloſ. 1. verbo pacto de non petendo, & ſi pars intendit hac exceptione vti aduerſus Marchionem, ea certè vires habet nullas, tum in ordine, cum in iuſtitia. In ordine, nam inſtrumenta prædicta minimè Marchioni fuerunt intimata, ad hoc vt ſuper illis valeat ſe defendere, & ideo abſque litis conteſtatione, cuius loco ſucceſſit in Regno terminus, & ſine citatione determinari ſuper inſtrumentis non poteſt, hi etenim actus, citatio ſcilicet, & terminus ſunt de ſubſtantia iudicii, quibus omiſsis proceſſus corruit, vt cap. 1. & ibi Io. And. & cæteri Canonum profeſſores, extrà vt lite non conteſt. & pulchrè referens praxim Regni ſectatur magnus ille practicus Reg. Rouit. ſuper pragm. 28. cap. ſituata ſub tit. de offic. S. C. in §. 17. num. 6. Præterquam quod Marchio aduerſus inſtrumenta prædicta plura habet, quæ deducat per teſtes, & ideò ex inſtrumentis non poteſt determinari iudicium abſque ordine iudiciali, puta abſque editione libelli, litis conteſtatione, & aliis ſolemnibus, quæ recenſentur in auth. offeratur, C. de lit. cõteſt. & l. ſi quando, C. de probat. vbi Ciuiliſtæ communiter, & in d. c. 1. & toto tit. extrà vt lite non conteſt. & in cap. quoniam contra, de probat. vbi paſsim Canoniſtæ, & in terminis terminantibus tam eleganter, quam doctè tradit Matth. Coler. de proceſſ. exequut. lib. 1. par. 4. cap. 1. in rub. de except. imped. par. execut. à num. 194. ad 197. quem reuidendum per Dominos rogo, excepiens etenim eſt actor in ſua exceptione, & debet illam probare concludenter, Ludou. dec. 279. numer. 2. & dec. 228. numer. 1. In iuſtitia, nam inſtrumenta per partem producta, quatenus de eis modo veniret iudicandum abſque tela iudiciaria, quod expreſsè negamus repugnantibus regulis theoricæ, & praxis, non adeò nos deterrent, vt in promptu reſolutionem non adhibeamus. Ex his etenim licet conſtet, Marchionem Tuſilli renunciaſſe omne ius ad ipſum ſpectans in ampla forma in beneficium Marchionis Roſeti fratris maioris natu pro ſumma duc. 5300. & proindè inter alias res ceſſas fuiſſe litem pendentem cum Comitiſſa Gambateſæ, attamen ex pluribus conditionibus, & pactis in inſtrumentis appoſitis renunciatio, & ceſsio reſpectu litis prædictæ nõ habuit, nec habere potuit effectum ex vi conditionum appoſitarum, quibus non adimpletis actus neutiquã operatur, l. cũ ab eo, ff. de contrah. empt. Affl. dec. 355. Caſſad. dec. 3. de præb. n. 3. Oſaſc. dec. 171. n. 6. Rot. Gen. dec. 192. Rol. cõſ. 63. vol. 4. idq; procedere, etiã ſi per dictiones importãtes modũ fuerit renũciatio cõcepta, pluribus de more cõgeſtis tradit D. Reg. Rouit. conſ. 64. ñ. 7. & ſeq. lib. 1. Quæ autem ſint cõditiones, & pacta reſolutiua in ceſsione adiecta, & appoſita, cũ in facto cõſiſtũt, nefas eſſe putaui mẽbranas occupare, ſed ex eorũ lectura facilè cuipiã occurrẽt. Minus vrget ſi ponderetur ex aduerſo d. dec. Domini de Franch. 245. in fine, vbi iudicatum refert per S. C. ſententiam latam contra mortuum fuiſſe declaratam nullam, verum fuiſſe prouiſum, quod procederetur ad expeditionẽ cauſę ex eiſdem actis, & proceſſu, ſicut etiam inſtituiſſe videtur Comitiſſa in eius comparitione, allegans Bart. in l. ſi expreſsim, ff. de appell. & l. 1. C. de ſent. & interloc. omn. iud. eam adhibens rationem, quia ſententia ſola infirmatur, & acta remanẽt, allegans Crauett. conſ. 270. colum. final. verſ. ſi vera nullitas. Nam authoritates prædictæ ſatis perfunctoriè allegatæ (pace tanti viri ſemper extollendi dixerim) caſui noſtro minimè collineant, nam incipiendo à Bart. in d. l. ſi expreſsim in 1. quæſt. num. 1. vbi formans quæſtionem, an ſententia lata contra expreſſum iuris errorem, quæ eſt nulla, debeat proferri de nouo, vel ex eiſdem actis, diſtinctionis fœdere rem conciliat, aut enim inquit, defectus, ex quo ſententia eſt nulla, reſpicit vniformiter acta, ſiuè ſententiam, vt ſi litigatum eſſet cum minore indefenſo, tunc omnia de nouo debent fieri, & ità intelligitur lex contraria, aut defectus reſpicit ſententiam ſolam, vt quia fuit lata die feriato, vel parte non citata, & ſimilia, & ità intelligitur hæc gloſ. & leges allegatæ in ea, aut defectus reſpicit ſententiam, & partem actorum, vt quia deceſsit reus, & proceſſum eſt contra eum mortuum vſque ad ſententiam, certè acta poſtea facta, & ſententia ſunt ipſo iure nulla, ſed ea, quæ proceſſerunt, valent, ex hac Bart. theorica, caſus noſter extra omnem dubitationem erit, quæ vertitur circa primum, & tertium caſum diſtinctionis, nam Marchio Tuſilli non fuit ipſe citatus, nec defenſus ad iudicium, quod mortuo Marco Antonio patre agitatum fuit cum Marchione Roſeti, Marchionis noſtri germano, vndè defectus reſpicit nedum ſententiam, ſed acta, & proceſſum iudicii reſpectu ipſius, ſic & tanquam res inter alios acta ſibi non nocet, tot. tit. res inter alios acta. Rurſus vt & obiter modo tangam, ſententia lata fuit abſque defenſione, nam ſi Comitiſſa ſe obligauit ad ducatos decem mille in beneficium Bernardini Lombardi filii quondam Aſcanii ob eandemmet cauſam in vim tranſactionis, mediante inſtrumento de anno 1621. die 15. Ianuarii producto, cur erat abſoluenda reſpectu Marci Antonii, commune coęquale ius habentis ex eodem fonte, eodemq; origine, & principio ortum habentis, & ſic intrat diſpoſitio tex. in l. ſi ſeruus plurium, ibi, vel minus plenè defendit cauſam, ff. de leg. 1. ex quo tex. cum aliis ſimilibus notauit Molin. de pri-

mogen. Hiſpan.lib.4. cap.8.num.5.in 3.concluſ. quod ſententia legitimè lata cum poſſeſſore maioratus, licet præiudicet ſucceſſoribus, attamen non procedit, quando non eſt deſenſa, & adducit ad propoſitum plura Anna filius conſ.104. per totum, ſic in caſu noſtro ſententia dum fuit nulla, & Marchione nõ audito, nec citato, & proceſſus extitit compilatus, non poteſt ratio haberi de actis iudiciariis, vt modo ex eiſdem proferatur ſententia, nam cui ſententia non nocet, nec acta nocere, & probationes præiudicare poſſunt, cap. inter dilectos, verſ. nec atteſtationes, de fide inſtrum. Caſtill. tom.6. cap.157. num.22. Alex. in l. ſæpè, numer.125. ff. de re iud. Ludouiſ. dec.205. n.3. Vndè data diuerſitate facti noſtri, eo, quod determinatum aſſerit D. de Franch. d. deciſ.245. num.7. non mirum ſi illatio fieri non debet, vulg. l. Papinianus exuli, ff. de minor. & ſi conſulatur Crauett. dict. conſ.270. num.7. verſ. ſi verò, fundat ſuam conſultationem ſuper doctrina Batt. mox allegata, quibus addimus, Marchionem nullam habere dependentiam cum iudicio agitato inter Marcum Antonium, & Marchionem Roſci cum Comitiſſa, ſed ius meriti de per ſe vti ſuperſtitem vocatum à Ferdinando auo ad legatum, quo caſu ſi Comitiſſa quid oppugnat, iudicium primum non eſt conſiderandum, ſed omnia de nouo fiant quoad eum, ex tex. in l. à Diuo Pio, §. ſi rerum, ff de re ind. quem docuit me Dominus, & Præceptor meus Conſiliarius Merlinus controuerſiarum forenſ. cap.30. num.11. verſ. probatur, ex quo tex. mirificè propoſitionem hanc probari aſſerit, adducens Afflict. dec.235. num.6. qui & punctualiter loquitur. Eſt igitur proſternenda protinus exceptio rei iudicatæ per Comitiſſam oppoſita, & in cauſa ad vlteriora procedi decernendum ſperamus, explosis omnibus ex aduerſo adductis, vt tandem Domini mei doctrina, & religione percelebres Ferdinandi teſtatoris arbitrio conſulant, & Marchionis iuſtitiæ prouideant, ſub cenſura tanti Senatus. L.D.B.V.M. Neap. die 23. Nouembris 1643. Franciſcus Maria Pratus. Facta relatione in S. R. C. per Regium Conſiliarum D. Franciſcum Merlinum Pignatellum iunctis Dominis duarum aularum, & interuentu Domini Andreæ Marcheſij Præſidis eiuſdem S. C. die 5. Aprilis 1644. deciſum fuit, obſtare exceptionem rei iudicatæ, & litis finitæ, penès Secretarium, in Banca de Simeone pro Felice, interuenientibus, & votantibus D D. Præſide, Andrea Prouenzale, D. Flaminio de Conſtantio, Didaco Varela, Franciſco Antonio Muſceptula, Franciſco Antonio de Angelis, D. Gaſpare de Soto, & iterum facto verbo in eodem S. C. per eundem Dominum Regium Conſiliarium Merlinum die 21. Iunij eiuſdem anni, fuit confirmatum decretum prædictum, interuenientibus prædictis Dominis Conſiliarijs ex cauſa nullitatum obiectarum aduerſus primum decretum, de quibus infra verb. nullitas dicetur, & aliæ allegationes referentur.

Exceptio periurij, & tranſactionis oppoſita aduerſus hæredem tranſigentis an obſtet, vel debeat reſeruari ad merita cauſæ, dum hæres iterum inſtituerat primæuum iudicium contra alium tranſigentem circa prælationem inter eos exortam, vt ex ſerie facti oſtendebatur, ex quo apparebat, qualiter Domna Midea Mancuſio Rao, & Iulius Rumbus erant creditores Natalis Ranerij, præſertim ipſe Iulius vigore inſtrumenti mutui in ducatis 539. prætendebat ipſa Midea excludere ipſum Iulium ob ſuam anterioritatem de anno 1608. & 1612. tandem deuenerunt ad conuentionem, & præfatus Iulius ſoluit eidem Mideę, ſeù eius procuratori conſtituto ad tranſigendum ducatos tercentum, quemadmodum ex inſtrumento tranſactionis ſtipulato, ac iurato liquebat, poſtmodum defuncta prędicta D. Midea inſurrexit Anna Mancuſo eius filia, de nouo in iudicio moleſtando eundem Iulium pro eadem cauſa, aſſerendo, inſtrumentum non eſſe verum, licet contra talem prætenſionem Iulius oppoſuiſſet exceptionem periurij, litis finitæ, ac tranſactionis, & cum fuiſſet domi prouiſum per Dominum Andream Prouenzalem Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium exceptione periurij ad merita reſeruata procedi ad vlteriora in cauſa, eo quia exceptio periurij, & in actore iam admiſſo ad agendum non eſt impedimentum ad actionem proſequendam, ex multis probat Giurba deciſion. Sicil. 14. numer. 2. & antequam talis exceptio admittatur, debet Iudex ſuper eo interlocutoriam ſententiam proferre, Barz. deciſion. Bonon. 67. num. 24. Borgn. dec. 9. num. 22. pat. 1. quia non repelleretur ab agendo, antequam ſit declaratus periurus, Hooded. conſ. 18. num. 54. volum. 1. & fuerit oppoſitum de tali exceptione periurij, Surd. conſ. 299. nu. 22. quamuis etiam ex officio periurus repelli poſſit à iudicio, Surd. conſ. 38. num. 7. at cum fuiſset ex parte ipſius Iulij inauditi obtentum verbum fieri in Sacro Conſilio, quo facto per eundem cauſæ Commiſsarium die 9. Maij 1639. fuit deciſum, obſtare exceptionē periurij ex cauſa tranſactionis prædictæ iuratæ, ex tex. in cap. 1. de litis conteſt. in 6. periurus. n. efficitur tranſactioni contrauueniens, Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 97. n. 1. multo magis agendo, cui obſtat exceptio talis, Monac. dec. Floren. 9. 0. 15. & amplius quia talis exceptio repellit agētē, & exprimit actionē, l. ſi quis maior, C. de tranſact. cum alijs apud Farin. dec. 868. n. 2. quem probat Carol. de Graſs. in tract. de except. in except. 4. ſub num 52. vbi alios allegat, præſertim Muſcatellum in ſua praxi Sacri Conſilij lib. 1. part. 4. gloſ. periurij, annuentem, per hanc exceptionem impediri litis ingreſſum, quibus addo Zanger. de exception. in tertia part. exception. 21. Anton. Fab. lib. 4. tit. 21. definition. 7. num. 12. & periurus ab agendo repellitur, Mancin. in tract. de iuramento par. 6. quæſt. 7. num. 7. & quæſt. 20. numer. 9. Mareſc. variar. reſol. lib. 2. cap. 121. num. 83. Honded. conſ. 9 num. 37. vol. 1. & conſ. 18. num. 33 etiam ſi velit petere abſolutionem iuramenti, Serafin. in tract. de priuileg. iuramenti priuil. 174. num. 15. nec ei ſuffragaretur abſolutio obtenta, Polyd. Rip. obſeru. 137. num. 5. à quo decreto cum fuiſſet reclamatum, & obtentum iterum verbum fieri in eodem S. C. dicebatur ex parte ipſius actricis, ſibi non officere talem exceptionem periurij vti heredi tranſigentis, qui non indiget abſolutione à iuramento præſtito per defunctum, neque illam petere, Serafin. de priuileg. iur. priuileg. 60. num. 20. Mancin. eodem tract. dict. par. 6. quæſtion. 17. & periurium non tranſit ad hæredem, vt probat

bat Seraſin. in tract. de priuil. iuram. in priuil. 67. num. 23. Guter. de iurament. confirm. par. 3. c. 12. num. 7. latè Fuſcus ſing. 41. lit. P. Honded. conſ. 46. num. 38. volu. 1. Surd. conſ. 165. num. 4. quia iuramentum non tranſit ad hæredem, quòad vinculum, Ludou. Bellus conſ. 159. num. 8. Io. Camill. Bilotta in tract. de abſol. iuram. lib. 2. cap. 12. n. 2. neq; apparet, fuiſſe præſtitum de facie ad faciem cum hærede, ideò vt detur actio periurii, neceſſe eſt, quod ſit iuratum de facie ad faciem, Surd. conſ. 424. num. 11. ideo non incurrit periurium hæres, quamuis non obſeruet contractum defuncti iuratum, Franc. Veggius conſ. 68. nu. 271. quia non ligatur iuramento præſtito ab eius prædeceſſore, Pariſ. conſ. 75. nu. 22. vol. 3. etenim reatus periurij licet ad hæredes non tranſeat, vinculum tamen contractum validatur cum iuramento, Aldou. conſ. 106. num. 15. Eapropter licet hæres ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per defunctum teneatur, vt inquit ipſe Seraſin. eod. tract. priuil. 57. num. 17. & priuil 21. num. 38. immò heres iurantis tenetur in forma ſpecifica adimplere, Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 725. n. 10. vltra Io. Camill. Bilott. vbi ſup. n. 3. non tamen poteſt præcisè cōpelli ad obſeruātiā talis iuramēti præſtiti per defunctū, vt ibi Seraſin. priuil. 57. n. 32. ſubdit, & priuil. 74. n. 141. Surd. cōſ. 194. n. 26. Frāc. Veggius d. cōſ. 68. n. 275. ita quod neq; etiam heres tenetur petere abſolutionem à iuramento, Pariſ. conſ. 54. num. 96. & ſeq. vol. 1. & conſ. 75. num. 23. Sicque iterum facto verbo in S. R. C. per eundem Dominum Conſiliarium die 6. Martij 1640. deciſum fuit, quod ſuſpenſo decreto lato per idem Sacr. Conſ. die 9. Maij 1639. bene fuit proniſum per Magnificum cauſæ Commiſſarium ſub die 10. Martij 1639. penès Secretarium, in Banca Fabritij Solatij in proceſſu creditorum q. Natalis Ranerij.

Exceptio oppoſita per conuentum, qualiter conueniendus erat vetus poſſeſſor rei ſtabilis, ſeù immobilis pro conſequutione debiti, non tamen ipſe vti nouus poſſeſſor eiuſdem rei, an impediat litis progreſſum, vt ad vlteriora in iudicio non poſſit procedi, dubitari contingit in S.R.C. in cauſa Monaſterij Ieſus Mariæ Ordin. Prædic. cum Lucretia Antonia Maſturcia hærede quondam Ioannis Antonij Maſturcij, eo ſuppoſito, quod cum præfatum Monaſterium ex patre, & nomine Fratris Antonii Maſturcii legatarii eiuſdem Ioannis Antonii conuenite feciſſet ipſam Lucretiam Antoniam ad ſoluendum legatum annuum factum in beneficiū ipſius Fratris Antonii debitum ſuper certo iure iam poſſeſſo per Franciſcum Turinum, & cum poſtea dictum rus perueniſſet in poſſe eiuſdem Lucretiæ Antoniæ, quæ erat noua poſſeditrix, inter alias exceptiones oppoſuit, ſecum procedi non poſſe, & videbatur hoc ei ſufficere, nam ſicut exceptio, quod poſſeſſor nōdum impedit litis ingreſſum, Aldou. conſil. 37. numer. 26. ita etiam ſi dixiſſet, non fui, verum legatarius petit rem legatam vti debitam, & poterit agere hypothecaria, & rei vendicatione, ex Imol. Soc. & Surd. probat Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 4. num. 193. & dum datur hypotheca pro legato, vt inquit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 731. num. 11. & 23. & legatarius habet hypothecam pro legato in bonis defuncti, Anchar. lib. 3. quæſt. 39. num. 7. Merend. controuerſ. iur. tom. 3. lib. 14. cap. 13. vndè legatarius eſt dominus rei legatæ à die mortis teſtatoris, Gamma dec. Luſit. 135. n. 2. adeò q; quilibet poſſeſſor tenetur hypothecaria, idem Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 36. n. 35. eo maximè, quando eſſet poſſeſſor nouus, qui præſumitur in mala fide, Aldou. conſ. 48. nu. 28. nec ob id præſumendum erit, quod poſſidens hedie, etiam olim præſumitur poſſediſſe, l. ex perſona, C. de reſcin. vend. Benint. deciſ. 69. num. 8. & deciſ. 71. nu. 11. licet autem ex aduerſo conſiderari poterat, quod dum ſit de iure probatum, legatarium nempè accipere debere legatum à manu hæredis, ad text. in l. 1. ff. quor. leg. §. 1. Inſt. de legat. cum alijs apud Maluaſ. conſ. 12. num. 7. Aluar. de coniect. mente defuncti lib. 4. cap. 1. num. 21. qui in re legata dicitur habere titulum, vt voluerunt Bal. Ang. & Alex. quos probat Gratian. cap. 316. num. 10. Ideò ipſe cum ſit perſona legitima ſtandi in iudicio, vt ex pluribus firmat Ant. de Virgil. in tract. de legit. perſon. ſtandi in iudicio cap. 12. adeò quod quemadmodum legatarius certæ rei non poterit propria authoritate legatum accipere, vt oſtendit Intriglol. deciſ 48. num. 2. vbi rationem adduxit, Mart. deciſ. Senenſ. 91. num. 5. Imbert. in enchir. Gall. verbo nomine proprio, quo caſu nedum conueniretur ab hęrede actione, quorum legatorum, Caroc. deciſ. 21. numer. 1. immò priuaretur iure ſuo, ità probat Surd. deciſion. 127. numer. 12. & rem legatam ab eo amoueri, Maluaſ. conſ. 52. numer. 57. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. numer. 31. ita nec agere contra alios ei permiſſum eſt, & potiſſimum legatarius non poteſt moleſtare tertios poſſeſſores pro legato annuo ſibi facto, ità punctualiter diſcutit Manenr. deciſion. Mantuæ 48. numer. 9. vbi num. 10. rationes aſſignat, & agit contra tertium ad bona obligata excuſſo hærede, Surd. conſ. 51. numer. 6. eo amplius quod hæres teneatur ad præſtationem legatorum, & ad eorum manutentionem, id em Chriſtoph. Mart. deciſ. 39. nu. 4. ac liberare rem legatam ab obligatione, & oneribus, latè Aluar. de coniect. mente defunct. lib. 2. c. 2. §. 1. n. 24. immò eā luere ſubdit n. 48. quinimmò prius erit cōueniendus à legatario pro conſequutione legati, & primo vt adeat hæreditatem, probat Andr. Gaill lib. 1. obſeru. 131. num. 1. Etenim hæres adeundo hæreditatem, non ſolum cenſetur omnes teſtatoris diſpoſitiones approbare, & cōfirmare, vt probat Io. Anton. Bellon. conſil. 57. numer. 35. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 10. ſed etiam adeundo ipſe hæreditatem ſe ſe obligat legatariis, & fideicommiſſariis, idem Ioan. Bellon. conſ. 55. num. 62. Giouagn. conſ. 72. n. 133. & 145. lib. 1. Roland. conſ. 80. num. 16. volum. 4. & non ab re ſi poſt aditionem, ex qua contrahere cernitur, idem Ioann. Anton. Bellon. conſ. 99. num. 6. Eugen. conſil. 10. numer. 15. & 16. & conſil. 36. numer. 23. volum. 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 35. poterit cogi, & compelli ad præſtationem legatorum, nam legatarius agit, & petit ab hærede ſcripto legatum, Surd. conſ. 92. num. 6. & conueniretur actione hypothecaria, vt cenſuit Surd. conſ. 209. numer. 9. cum hæres dicatur dominus, Guard. Mazol. conſil. 72. numer. 28. Foſtom. quęſtion. Illuſtr. quæſtion. 21. ſubdens, hæreditatem eſſe dominium,

nium, & conſequenter hæres dicitur dominus bonorum hæreditatis, Aldou.conſ.76. num.44. quapropter in decreto reclamationis interpoſitæ in dicta cauſa, de quo infrà in verbo Monaſterium fuerunt addita ſequentia verba, videlicet. Die 22. menſis Nouembris 1638. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnificum V.I.D. Petrum Antonium Carauita Regium Conſiliarium, &c. Per S.R.C. declaratum eſt, benè fuiſſe prouiſum per idem S.R.C. die 27. Octob. 1638. verum de exceptionibus oppoſitis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit in expeditione cauſæ, hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonios de Mercatis Secretarius, in Banca Iadoniſii Mag. Act.

Exceptiones oppoſitę per reos aduerſus aſsiſtētiam petitam vigore inſtrumentian militent. Primò, quia nō aderat pactum reſciſſoriū in eo, ideò reſcindi non poterat. Secundò, quia non aderat clauſula, quod generalitas deroget ſpecialitati, & è contra, ideò prius diſcuſsio facienda erat in bonis ſpecialiter obligatis. Tertiò, quia tempora non largiebantur, quia plures anni lapſi erant, ideò erat præſcripta actio agendi, & iſtę fuerant oppoſitæ per Carolum Monitium, & alios inſolidum obligatos aduerſus reſciſsionem contractus petitam per Pompeum Poerium vnà cum aſsiſtentia pro capitale, & tertiis, de quo ſupra in verbo aſsiſtentia dictum eſt, ideò replicabatur, eas non militare reſpectu primæ, quod poſsit inſtrumentum reſcindi abſque tali pacto, oſtendit Reg. Rouit. in pragm. 1. de cenſ. n. 32. Additio ad Conſil. Gizzarell. deciſ. 66. reſpectu ſecundæ pluries deciſum fertur, quod pragm. 1. de aſsiſt. ceſſare facit diſcuſsionem bonorum, Afſl. deciſ. 139. Oſaſc. deciſ. 159. Surd. deciſ. 44. nu. 10. Caſtill. dec. 98. num 4 & tandem Præſ. de Franch. deciſ. 33. num 6. ex clauſulis conſtituti, & præcarii in eo adiectis, neque tertia obſtabit, quoniam iuramentum facit ceſſare præſcriptionis curſum, probat ex multis Vincent. Mancin. in tract. de iuramento par. 4. effectu 85. num. 1. & ſeq. Tandem ad relationem Regii Conſiliarii Hectoris Capycii Latro deciſum fuit per S. C. quod exceptionibus non obſtantibus procedatur ad ea, quę incumbunt in anno 1636. in Banca Sperę pro de Ferrariis.

Exceptiones plures competentes aduerſus ſententiam M. C. V. nempè peremptionis inſtantiæ, rei iudicatæ, ac litis finitæ, contrauentionis facto defuncti per hæredem ſine inuentario, ac etiam tranſactionis finitæ vltra ſatisfactionem ex facto reſultantem, an operentur ſententiæ reſciſſionem latę in beneficium conuenti aliud iudicium inſtituentis in aliena Banca cum curatore hæreditatis iacentis, nulla mentione facta de altero proceſſu ſecum agitato, ex facti ſerie, ac iuris rationibus ex ſequentibus oſtenditur euidens illius reſciſſio. Cum M.C.V. die 17. Decembris 1636. condemnaſſet Victoriam Perinam ad relaxandum quandam cameram vnà cum fructibus liquidandis, & abſoluiſſet Mineruam de Iudicibus ab impetitis per hæredes Michaelis Panarelli, ipſa Victoria appellauit ad S. C. tam ſuo nomine, quam vti hęres dictorum hæredum, & compilato proceſſu in ſecunda inſtantia, inſtabat pro confirmatione dicti decreti, iam quod nihil fuerat de nouo productum. In hac igitur cauſa agebatur iudicium vnius cameræ, ac cuiuſdam domus, etenim Franceſca de Alexandro poſtulabat dictam cameram ab ipſa Victoria, è conuerſo ipſa Victoria petebat quandam domum ab ipſa Franceſca, quantum ad ipſam cameram pertinebat dicebatur, quod in anno 1635. die 25. Martij Iſabella Oglitates petijt in eadem Mag. Cur. quandam cameram, quæ poſſidebatur ab ipſa Victoria, ac etiam annullationem contractus facti in beneficium Vincentii de Fede à quondam Michaele Panarello eius viro, in quo ſe obligauerat dicta Iſabella, & compilato proceſſu fuit verificatū, quod cū ipſa Iſabella noluiſſet ſe obligare, dictus eius vir capud fregit, & iterū vltra verbera illata voluit ipſā iugulare, vt aſſerunt teſtes examinati, & cū ſe obligaſſet in beneficiū aliorū creditorū ſui viri, ipſa Mag. Cur. annullatis contractibus ipſam abſoluit, quia tendebant contra beneficium S.C. Velleiani, ac Reg. pragm. vti facti per vim, & metum compulſiuum, & cum vigore dicti inſtrumenti dictus Vincentius feciſſet ſe adiudicare quandam cameram ipſius Iſabellæ, quam poſſidebant Franceſca, & Iuditta, licet indebitè poſſideretur à dicta Victoria, quæ fuit conuenta ad ipſam relaxandum, ſtante eius identitate per teſtes verificata, quamuis ſuper dicta prætenſione vlla difficultas exorirètur, quia cōtra iura ſupra allegata & ſi bene fuerit oppoſita exceptio periurij, adhuc ipſa militare non poterat, attentis verbis ipſius pragmaticæ ibi: Declaramus, iuramentum à prædictis mulieribus præſtitum comprehendi ſub regula iuris canonici, non eſſe obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum, &c. Quantum verò ad domum pertinere videatur, eadem Victoria Perina, quæ relaxare debet dictam cameram, petiit ad præſens totam domum, vbi dicta camera ſituata eſt, vti vxor dicti quondam Michaelis, & mater, & tutrix eius filiorum, dicebatur, quod Donatus Panarellus vir dictæ Iſabellæ de anno 1585. donauerat dictam domum dictæ ſuæ vxori, & in ſuo teſtamento inſtituit hæredem dictum Michaelem eius nepotem, qui adiuit hæreditatem nullo facto inuentario, mortuo indè dicto Donato comparuit in eadem M. C. dicta Iſabella die 10. Iunii 1610. & inſtitit audito dicto Michaele, vt ſuprà hærede, ad ſe ſpectare, & ſpectauiſſe dictam domum virtute dictæ donationis, comparuit Michael aduerſus talem petitionem, aſſerendo, totam hæreditatem ad ſe pertinere vti creditorem ex cauſa tutelæ ab ipſo Donato adminiſtratę, quia non reddiderat computa, adeò quod cum eſſet creditor debebat excludi dicta Iſabella donataria, immò in articulis factis ab eodem Michaele, vt excluderetur ipſa Iſabella confitebatur, eſſe creditorem in magna ſumma pecuniarum eiuſdem Donati, ita quod abſorbebat totam hæreditatem ex cauſa dictæ tutelæ, & ob fructus exactos ab ipſo Donato tutore, qui computa nō reddiderat, & idircò dum erat creditor anterior dictæ Iſabellæ donatariæ debebat excludi, & an plus, quia donatio erat fictitia, ſimulata, & reuocata, ſuper quibus teſtes produxerat, & compilato proceſſu fuit per Mag. Cur. deciſum, domum in actis deductam ſpectauiſſe, & ſpectare ad dictam Iſabellam pleno iure virtute donationis, nec non reſtantem hæreditatem ſpectauiſſe

uiſſe

Digitized by Google

uiſſe, & ſpectare in plenâ proprietate ad dictum Michaelem, & hoc ſub die 15. Iunij 1617. hanc ſententiam Michael acceptauit pręuia eius comparitione, aſſerendo, dictam ſententiam tranſiſſe in rem iudicatam, inſtando illam exequi, & ſic cum effectu caequutum, illinc poſt biennium prædict. Michael die 22. Aprilis 1613. nulla facta mentione de dicto proceſſu ac ſententia facta in contradictorio iudicio, comparuit in alia Banca in M.C. deducendo de nouo in iudicio eius integram pretenſionem iam decîſam, aſſerendo, hereditatem ipſius Donati iacere, & procurauit Curatorem illi dari, inſtando pro eius credito anteriore, vigore dictæ tutelæ, & ſeruatis ſeruandis fuit condemnatus dictus Curator ad reddẽdum compota, vnde poſtmodum fuit per aliud decretum declaratus creditor pro dicta tutela in ducatis 800. & cùm ſibi ſatisfeciſſet ſuper aliis bonis in partem ſui crediti, petijt aſſiſtentiam pro ſumma duc. 525. ſuper eadem domo, & cum effectu fuit pręſtita. Verùm quia die 22. Iulij 1614. prædicta Iſabella vendiderat eãdem domum dictæ Mineruæ, & ſic dicta ſententia nulla reddebatur, dum fuerat lata inaudita ipſa Minerua poſſeditrice domus. Comparuit poſtmodum die 18. Auguſti 1618 & inſtitit audiri ex integro, eò ampliùs, quia iam fuerat iudicatum, ob quod ipſa M.C. mandauit, ſuſpenſa executione decreti audiri ipſam ex integro, & factis aliquibus actis fuit ſuperſeſſum per certum tẽpus, poſtmodũ inſurrexit ipſa Frãceſca petendo relaxationem dict. cameræ, & ipſa Victoria è conuerſo vti mater, & tutrix, vt ſupra, expoſtulauerat executionem dictæ ſententiæ iam ſuſpenſæ per bina decreta, qua de re ab ipſa impetitione eadem M.C. V. abſoluit Mineruam, ritè, recteque iudicando, & dum verteretur confirmatio facienda per S.C. oppoſitę fuerãt eidem Victoriæ quinque exceptionea. Prima, obſtare peremptionem inſtantiæ. Secunda, obſtare exceptionem rei iudicatæ, & litis finitæ. Tertia, quia venerat contra factum defuncti, ſine inuentario. Quarta, quia aderat tranſactio. Quinta, quia Michael non erat creditor, ſed debitor Donati ex cauſa tutelæ. Reſpectu primæ exceptionis dicebatur, eſſe certum, quòd ab vltimo actu facto die 9. Iulii 1620. & inſtantia Victoriæ Petinæ die 9. Iulij 1635. ſunt anni quindecim elapſi. Et ſic perempta cernitur inſtantia abſque inſtauratione inſtantiæ, & in hæredẽ non tranſlato iudicio tutrix Victoria proſequuta eſt iudicium poſt quindecim annos, cõtra tex. in l. properandum, de Iudic. vbi Doctores omnes, & adeſt Ritus M.C. V. 248. vbi Carau. num. 1. cum concordantibus relatis per Reg. Conſil. D. Thomam Carleual de Iudic. diſput. Iur. lib. 1 tit. 1. diſp. 2. quæſt. 7. ſect. 3. num. 943. Et licèt vltimus actus ſit monitio ad dicendum, tamẽ clarum eſt ex ſtilo M.C. de quo teſtatur Carau. in d. ritu 248. num. 4. quod per aliud triennium tantùm monitio ad dicendum prorogat inſtantiam, & hoc eſſe de ſtilo S.C. teſtatur Præſes de Franch. dec. 643. ex num. 3. Reg. de Ponte conſ. 142. nu. 5. vol. 2. Reg. Galeot. controu. 19. lib. 1. num. 41. hic lapſi ſunt 15. anni, ſicque denegari non poteſt, quin inſtantia eſt iam perempta: & aduertatur, quòd hæc non eſt cauſa S.C. ſed M.C. V. quæ non eſt Conſiſtorium Principis, vt eſt S.C. in quo non perit inſtantia, vt optimè concludit idem D. Carleual loco citato ante num. 944. qui loquitur de S.C. & bene, & eleganter, & nos ſumus in M.C. Ergo ex hac ſola exceptione ſubſtinetur ſententia M.C. V. in beneficium dictæ Mineruæ ritè, ac rectè latæ. Secunda exceptio, quæ obſtat dictis hæredibus Michaelis, eſt rei iudicatæ, & litis finitæ; quia dictus Michael hoc prætenſum creditum tutelæ petiit, & articulauit probare in contradictorio iudicio cum dicta Iſabella, vt ab ea domum euelleret, & inde ſententia orta fuit, & ipſa Victoria fuit abſoluta, vnde dictus Michael comparuit dicendo, dictam ſententiam feciſſe tranſitum in rem iudicatam, & inſtitit exequi, & poſteà in alia Banca aſſeruit, hæreditatem iacere, cuius hæres erat, & fecit dare curatorem, ac ſe declarari facere creditorem, hoc ſolum ſufficeret, quia S.C. debebat ipſum condemnare ad expenſas, & dictam Mineruam liberare, quia non ſolũ eſt exceptio rei iudicatę, & litis finitę, ſed per conſenſum expreſſum, & ratificationem comprobata, adeò quod nec appellare, nec reclamare, nec de nullitate dicere poterat. Licèt autem comparitio ipſius Michaelis continebat clauſulam, citra præiudicium, talis clauſula nil operatur, quando eſſet incompatibilis cum principali diſpoſitione, eò quòd Michael inſtitit, quòd ſententia exequeretur, aſſerendo feciſſe tranſitum in rem iudicatam, & quòd domus ſpectabat pleno iure ad Iſabellam, non obſtantibus pretenſionibus tutelæ deductis in libello; ergo quando dixit, citra præiudicium peto exequi ſententiam, quia non poteſt dictum citra præiudicium ſtare cum principali diſpoſitione, reiectum cenſetur, nihilque operatur, nam repugnantiam importat, Bart. conſ. 205 viſo teſtamento. nu. 5. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. lit. C. concl. 335. num. 8. Seraſin. deciſ. 398 num. 17. Aym conſ. 22. num. 2. Puteus dec. 370. lib. 1. Aret. conſ. 22 num. 1. Dec. conſ. 463. num. 5. Et niſi appareat, quæ, & qualia ſunt reſeruata iura, reſeruatio nihil operatur, ex Crauet. conſ. 33. num. 20. Tuſcus lit. R. concl. 243. nu. 31. Natta conſ. 636. n. 197. lib. 3. Bal. conſ. 100. egregiè lib. 1. Alex. conſ. 28. viſis lib. 1. Soc. conſ. 287. circa ſententiam num. 21. lib. 2. Sicque dicta reſeruatio iurium nihil obeſt, cùm repugnet, & de directo inſtantiæ eiuſdem Michaelis reſeruãtis contradicat, & ſic obſtat exceptio rei iudicatæ omnino, & pars huic exceptioni nihil obiicere poteſt, nam eſt acceptata, & ratificata cum comparitione, eò amplius, quia fraus interuenerat in modo procedendi, dum in aliena Banca fecerat curatorem dari hæreditati iacenti. Tertia exceptio eſt, quia Michael erat hæres Donati, nec fecerat inuentarium, & iam contra factum defuncti venerat, quia voluit tollere domum ab Iſabella, cui donauerat Donatus eius vir, huic nulla replica opponi poterit, quia hæres tenetur habere ratum, nec poteſt impugnare factum defuncti; neceſſe erat, vt produxiſſet, & diſcuriſſet inuentarium, & quando non adeſſent bona hæreditaria, poterat Michael reuocare, & impugnare factum Donati. Replicatur ex aduerſo, quod inuentarium aderat, & quod annotatio mobilium repertorum in domo Iſabellæ poſt mortem dicti ſui viri ſimiliter oſtendebatur. Attamen perſuadere non poterat S.C. quòd ſit inuentarium

quædam

Digitized by Google

quæ iam cartula, ſeu nota aliquorum mobilium, quæ non aſcendunt ad milleſimam partem hæreditatis, & vt vocari poſſit inuentarium, & vt poſſit hæredi ſuffragari octo conditiones habere debet, quas recenſet Iaſ.in l.fin.col.3.C.de iure delib. Dec.conſ.633. Dilect.in tract.de arte teſtandi tit.de acquit.hæred.caut.8. Phanuc.de inuentario part.3.per totam fol.86. Prima conditio eſt, quòd priuſquam ad inuentarium conficiendum deueniatur, omnes, quorum id poteſt intereſſe citentur. Secunda, quòd in eo apponatur ſignum Crucis. Tertia, quòd infra ſtatuta tempora compleatur. Quarta, quòd hæreditatis bona perfectè, & ad integrum deſcribantur. Quinta, quòd ex eo per publicum Notarium fiat inſtrumentum. Sexta, quòd ſubſcribatur manu hæredis. Septima, quòd teſtes hæredem cognoſcentes adhibeantur. Octaua, quòd loco abſentium citatorum tres probi viri adhibeantur; vt adeſt pulchra dec.206.de Franc. Omnia iſta penitus deficiunt, nam pluſquàm ducat. 4000. qui poſſunt apparere, fuiſſe in bonis Donati, non fuerunt deſcripti in illa cartula, nec vllus creditor fuit citatus, & ſic non obſtat, & tenetur de proprio, & ad hoc nihil poteſt obijcere. Nam vt audiatur, inuentarium ſolemne exhibere debet, & illud diſcuti, & nil repertum hæreditarium, tunc audiri poteſt, ſi defuncti factum vult impugnare. Quarta exceptio eſt, quòd cùm per multum tempus litigaſſent dictus Michael, & Iſabella, demum ad tranſactionem inſimul deuenerunt de omnibus ipſorum pretenſorum, quæ tranſactio eſt generaliſſima per hæc verba, ſe ipſos adinuicem quietauerunt, non ſolùm de dictis pecuniarum ſummis, quas vna pars ab alia, & altera ab alia conſequi debebat, vt ſuprà, ſed etiam de omnibus, & quibuſcunque alijs prætendentiis, quas vna pars contra aliam, & alia contra alteram habet, & habere prætendit, ex quibuſcunque titulis, rationibus, & cauſis, & caſſauerunt non ſolùm acta inter dictas partes facta in M.C.V. ſed in S.C. priuatas inter eas apparentes. Ita quòd ex nunc in anteà, & in perpetuũ nullũ ſortiatur effectum, quæ tranſactio eſt adeò prægnans, ac generalis, quòd complectitur Cœlum, & terram, nam quando ſalua ratione ſuperfluitatis, & recti ſermonis non poſſunt verba coſtringi ad ſpecificata, omnia complectuntur, vt eſt ſolemne conſ. Caſtr. 333. dubium videtur per totum, lib.2. Alex. conſ.11. viſo num.8. verſ. Et illa fuit originalis, lib.1. vbi plena apoſtilla in verſ.tunc non fit, Ang.Aret.conſ.105. viſo ſupradicto themate, num.23. & ſeq. verſic. ſed dicta tutrix. Nec refragatur quod pars opponit, ſcilicet Procuratorem Iſabellæ Ogliates, qui dictam tranſactionem fecit, mandatum exceſſiſſe, ſiquidem mandatum non fuit, vt tranſigeret ſuper tutela, quia reſpondetur, quòd in geſtis nomine meo ex diuturnitate temporis mandatum præſumitur, Berous conſ.104. num.11.lib.3. Cephal. conſ.240.num.9. Simon de Prætis conſ.79.num. 15. & 16. cum aliis allegatis per Dom. Cardin. Tuſcum pract.concl. lit.R.concluſ.17.num.9.& cùm lapſi ſint 24. anni, quòd dicta tranſactio facta fuit, ratificata benè præſumitur, nam inquit Oldr.conſ.199.num.7.quòd ratificatio inducitur eo ipſo, quod ſcio aliquid nomine meo geſtum, & non contradico, vel non proteſtor, maximè in ſus, quæ concernunt fauorẽ, & vtilitatem illius, qui d. certa ſignificata quod ex dict. ... tranſactionis, qu... apparet, rectiſſimè M.C.V. iudicaſſe. Quinta, exceptio eſt omnium exceptionum regina, vt dicit Carol. de Graſſ. de except. in except. 25. Hoc eſt ſatisfactio, adeò quòd in tantum Michael non eſt creditor ex cauſa dictæ tutelæ, quia eſt debitor in maxima pecuniarum quantitate, poſtquam in tota hæreditate Petri Panarelli patris ipſius Michaelis, cuius tutelam adminiſtrauerat Donatus, non remanſit, niſi certum territorium modiorum trium ſitum in paludibus Neap. a quo dependet omne ſuum pretenſum creditum, in quo Michael nil habebat, nam in anno 1535. Monaſterium Sancti Martini dederat in emphyteoſim Iuliæ Fortinæ, quæ ſublocauerat, ſeu ſubcenſuauerat Iacobo de Sanctis, & poſteà fuit venditum à Laura Petoſo & Floribella Petoſo, vti malè alienatum, & ſic per S.C. deciſum ſub conditione, vt ſolueretur meliorament a eidem Iacobo, pro quorum ſolutione præfati Petrus, & Donatus Panarelli filij prædictarum Lauræ, & Floribellæ vendiderunt annuos ducatos 24. pro capitale duc. 300. ſuper eodem territorio Scipioni Luciano, Aurelio Bottigliero, & Sanctillo Fabricatori, & poſteà præfati venditores alios duc. 16. pro capitale duc. 200. Ferdinando Imparato, adeò quòd ſuper dicto Territorio adeſt onus duc. 1100. impoſitum à dicto Petro patre Michaelis. In tantum quòd dum fuerat venditum dict. territorium pro annuis duc. 111. non aliter in beneficium Donati cedunt, ſed in beneficium creditorum hæreditariorum, vnde redditur calculus erroneus, dum totam ſummam dixit pertinere ad Tutorem, & conſequenter ſententia, vt ſupra lata, etiam nulla redditur. Reſtantes duc. 55. ad complementum duc. 111. fuerunt in emptionem dati Ciuitati Neap. quorum quarta pars ſpectat ad ipſum Michaelẽ, quæ eſt duc. 13. 3.17. & iſta eſt ſubſtantia tutelæ, pro qua erit ratio danda, nam integra medietas dictorum duc. 55. ſpectat ad ipſam Lauram, quę eſt duc. 26. quorum medietas eſt Donati, altera Michaelis, & in ſumma portio Michaelis eſt ducat. 13. 3.17. è contra Tutor eſt creditor alimentorum datorum dict. Michaeli, & Iuliæ eius ſorori, vnde excogitandum erit, ſi talis ſumma erat ſufficiens ambobus, immò perueniente ipſa Iulia ad ætatem perfectam, præfatus Tutor eam matrimonio collocauit, cuius viro dederat duc. 200. quos Donatus acceperat in emptionem ſuper eius bonis, & poſteà ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit dict. Michaelem ſuccedentem Tutori, iam debitori in magna ſumma, tum pro alimentis, quàm pro dict. dote, adeò quod ſumma cum ratione ipſa M.C. veritatem intuendo ſuſpendit dictam ſententiam, &c. Hæc ex Allegationibus Conſtantini Caſati I.C. probatiſſimi, & Aduocati. Quocirca facta relatione in S. R. C. per Reg. tunc Conſ. Thomam de Franchis die 17. Maij 1638. Per S. R. C. fuit deciſum, benè iudicatum per noſtram M.C.V. & malè ad Maieſtatẽ noſtrã, noſtrumque S. C. appellatũ, & proindè reſcribatur M.C. quod ſuã exequatur ſententiam. In banca de Martino.

Ex computum an erit faciendum conductori ob defectum malarum monetarum, cuius cauſa fuerint ſequeſtratæ omnes pecuniæ in Banco, & iuſtum,

Digitized by Google

& iuſſum, vt ſolutio fieret per debitores pro duobus tertiis tantum, retento tertio, fuit per S.C. in cauſa affictus ſtatus S. Seuerii deciſum, cōductori dimidium tantummodo bonificandum eſſe, & per id tempus, quo duo tertia extitere, bonificante è contra conductori intereſſe ad rationem octo ducatorum pro quolibet centenario, ità cenſuit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſp. 18. ſub num. 48. verſ. quod vero.

Excomputum, ſeù reſtaurum an erit faciendum Arrendatoribus Regiorum arrendamentorum. Primò, ex cauſa mutationis monetæ, Secundò, ex cauſa peſtis in Inſula Siciliæ. Tertiò, ex cauſa belli (non tamen in Regno) Quartò, ex noua impoſitione facta pendente arrendamento quinque pro centenario, his igitur replicatis rationibus ex parte Fiſci recollectis à D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſponſ. fiſcali 17. demum refert in calce dictorum reſponſorum deciſiones prætermiſſas, inter quas caſum deciſionis eiuſdem reſponſ. 17. tradit. Die 13. Menſis Iulii 1628. facta relatione de prędictis in R. C. per D. Pręſidentem Vaaz Comitem Molæ fuit prouiſum, & decretum, benè fuiſſe reclamatum à decreto interpoſito per dictam R. C. ſub die 30. menſis Decembris 1626. & proindè omnibus computatis etiam circa intereſſe tam debitum per Reg. Cam. quam per Arrendatores fiat excomputum ducatorum ſexaginta mille, quod poſtea mediante alio decreto interpoſito ſub die 10. Octobris 1628. fuit debitę executioni demandatum cum cautione in caſu retractationis, Act. Frāciſcus de Luca.

Excomputum, ſeù remiſſio mercedis an erit faciendum, vel facienda Arrendatoribus gabellæ, prętextu impedimenti illati à Superiore reſpectu exactionis diricttuum dictę gabellæ, item ob cōmercium ſublatum ex cauſa malæ monetæ in Regno introductæ; non obſtante ipſorum renunciatione omnibus caſibus fortuitis in forma, fuit per R. C. S. deciſum, pro omnibus per ipſos prætenſis tam ratione deductionum, quam excomputorum eſſe deducandos à ſumma per ipſos debita ducatos 12. mille tantum, ſaluis iuribus contra Ciuitatem Neap. & Regiam Curiam, teſtatur Dominus Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 40.

Excuſator delinquentis abſentis prætextu mutatationis aeris, & loci non tuti, an admitti debeat; reluctante Fiſco, aſſerente, non fuiſſe iuſtam rationem allegatam, deciſum fuit, quod remaneat condemnatus, verum ſi comparuerit infra duos menſes, deleatur à contumacia, teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 31. & ſic fuit admiſſus excuſator, & conceſſa dilatio.

Excuſator, ſeù Procurator an ſit admittendus infra tempus purgandi motam, ideſt vſque ad primum ſomnum, præſentando pro citato comparitionem de ſero, allegando citatum reperiri infirmum, vel abſentem in loco, in quo poteſt accedere Iudex ante primum ſomnum, petendo Iudicis acceſſum, deciſum fuit per totum Sacrum Conſilium, & declaratum, comparitiones nuncupatas de ſero omnium citatorum in caſibus, in quibus tenentur perſonaliter comparere, qui in vltima contumacia non comparuerunt Curia pro Tribunali ſedente, ſed per ritus M. C. V. admittuntur ad purgandam contumaciam eodem die vſque ad primum ſomnum non poſſe recipi per Iudices M.C.V. niſi perſonaliter compareant ipſi principales, contra quos fuit incuſata vltima contumacia, ſeruata forma Regiæ pragmaticæ, non autem per Procuratorem, neque ſub prętextu infirmitatis, ſiuè alterius cuiuſcunque impedimenti, etiam ſi petatur acceſſus Iudicis ad locum, vbi degit impeditus, ità refert D. Regens Sanfel. dec. 32.

Excuſſio bonorum burgenſaticorum, ſiuè allodialium an erit prius facienda, antequam ad bonorum feudalium diſcuſſionem deueniatur pro ſatisfactione facienda mulieri pro ſuis dotibus, quamuis non fuerit petita. Cum fuiſſet petita aſſecuratio dotis, & antephati per D. Victoriam della Matta ob vergentiam Domitii Marcheſii ſui viri ad inopiam, & ſuccedente illius obitu ex eiſdem actis expoſtulaſſet aſſiſtentiam ſuper Caſtro Terræ Pagani, replicatum fuerat ex parte hæredum quondam Baptiſtæ de Aquino, vt declararet, ſi adeſſet aſſenſus ſuper obligatione dicti Caſtri, ad quod Procurator eiuſdem D. Victoriæ replicauerat, eam non habere aſſenſum hominis, vndè reſultabat habere aſſenſum vigore capitulorum huius Ciuitatis conceſſorum mulieribus pro reſtitutione earum dotium, hoc eſt cap. 20. & 25. Regis Catholici, & cap. 14. Cæſareæ Maieſtatis, ſed verius replicando conuenti aſſerebant, ipſam actricem ſatisfieri prius debuiſſe ſuper bonis ipſius Domitii burgenſaticis, in quorum defectum, & in ſubſidium poterat ſatisfieri ſuper dicto feudo, poſtquam diſpoſitio dictorum capitulorum procedit in ſubſidium, non exiſtentibus bonis burgenſaticis, iuxtà vulgatam allegationem Annæ 115. vbi ità deciſum refert per Sacrum Conſilium, quocircà ſuper feudo hæreditario non ſit executio, niſi diſcuſſo prius patrimonio burgenſatico, Reg. de Ponte conſ. 26. nu. 8. vol. 2. nam etiam ſi fuerit conceſſa executio, adhuc in ſubſidium ſit ſuper feudis, vt idem Anna ſing. 208. & alleg. 141. n. 9. & allegat. 66. numer. 24. adeò quod prius erit facienda diſcuſſio bonorum allodialium, ſiuè burgenſaticorum, & poſtmodum feudalium, eo quia remedium excuſſionis eſt verè præparatorium, ac veluti vehiculum quodam ad remedia ſubſidiaria, igitur ſubſidiarium reputatur, ex multis probat Coſta de remed. ſubſid. remed. 37. num. 1. eoq; magis cum in promptu apparebat, adeſſe alia bona eiuſdem viri burgenſatica, ſuper quibus ſatisfieri potuiſſet, vndè prodijt ſequens decretum prolatum per Sacrum Conſilium. Die 2. Decembris 1587. Neap. facto verbo de prædictis in S. R. C. per Magnificum V. I. D. Petrum Paulum Theodorum Regium Conſiliarium, & cauſæ Cōmiſſarium. Decreto ipſius S. R. C. prouiſum eſt, quod ducati 1233. ſoluantur Magnificæ D. Victoriæ de Marra ſuper bonis quondam Domitii Marcheſij, & ſimiliter prouiſum eſt, quod fiat diſcuſſio bonorum allodialium remanſorum in hæreditate prædicti Domitij, vt prouideri poſſit ſuper hinc indè prætenſis, citrà præiudicium iurium vtriuſq; partis, hoc ſuum, &c. Annibal Cęſarius Secretarius, in Banca Cantoni nunc Zuozi.

Excuſſio bonorum principalis fieri an debeat, quando eius bona eſſent intrincata, nec ſine litibus conſequi poſſent, ad hoc vt contra fideiuſſorem

 egi

agi poſſit, nam certum eſt de iure, quoties notoriè conſtat, pricipalem non eſſe ſoluendo, non erit excuſſio neceſſaria, vt probat Caroc. de excuſſ. bon. par. 2. q. 35. Vueſembec. conſ. 10. nu. 35. par. 1. & conſ. 72. n. 30. par. 2. vt per exempla ibi relata, cum altis apud Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 2. cap. 2. num. 27. Marſil. in rub. de fideiuſſ. n. 10. Valent. Franc. de fideicomiſſ. cap. 5. n. 315. Cartar. dec. 45. n. 6. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 4. par. 3. n. 35. Giurba deciſ. 57. n. 11. & 13. & reſpectu bonorum notat Caroc. ex Ang. & Neguſant. ibi relatis d. p. 2. q. 34. n. 7. quod tunc admitteretur excuſſio, quãdo bona excutienda ſine cõtrouerſia poſſideri poſsũt, alias dubia dimittenda erit, nec debet retardari executio cõtra tertium poſſeſſorem, ad quod addit ibi Vueſembec. dict. conſ. 10. ſub n. 39. ad rem noſtram exemplificando, ſic dicendo, ergo quia notorium eſt, & pluribus creditoribus nimis, quam notum eos, qui habentur hic principales non eſſe ſoluendo, vel facultatibus, vel etiàm conueniendi facultates, immò potentes, & rixoſos, & qui abſque litigio, & executione etiam clariſſima debita ſoluere non conſueuerant, &c. ſimiliter ceſſaret excuſſio pendente iudicio, re hypothecata, atque litigioſa alienata, ità ex gloſ. in auth. hoc ſi debitor, vbi Bart. C. de pignor. & hypot. Port. concluſ. 41. fallent. 2. Ant. Gabriel. & Coler. oſtendit Valent. Franc. de fideicomiſſ. cap. 5. num. 409. & ad hoc ſubdit Rota Genuæ deciſ. 91. num. 29. quod excuſſio non exigitur, quando adeſſet difficultas in exigendo, ex Decian. l. fin. n. 11. ff. ſi cert. pet. vbi Alex. n. 6. & Iaſ. n. 10. ſed optimè Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 7. num. 31. inquit, ideoq; ſuccedit regula, quod quando aliquis tenetur facere excuſſionem in bonis alterius, ab excuſſione facienda liberatur, ſi ſuper eiſdem bonis aliqua lis, inter ipſum, & alios creditores eſſe ſperaretur, ità, nò in eo caſu poterit abſque excuſſione ad bona, quæ abſq; lite, & controuerſia ſibi debentur recurrere, omiſſis bonis litigioſis, per tex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, verſ. ſed & illud. ff. de re iudic. Ang. in auth. de fideiuſſ. §. ſed neque, in fine, Neguſant. de pignor. 2. membr. 8. par. n. 44. Pariſ. conſ. 50. n. 65. lib. 1. & ità fuit iudicatum per Sacrum Conſilium ad relationem Regij Conſiliarij Pomponij Salui in anno 1616. in cauſa Troiani Matulli cum Caſtellano Manfredoniæ, & iterum tractatum in cauſa Siluij Marantę, & Victoria Vitaliana cum Petro Luca Vitaliano, in Banca Scaccinaeti, de qua deciſione meminit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 148. tom 2. poſt hec ſcripta viſus.

Excuſſio bonorum oppoſita per hæredem aduerſus ſententiam immiſſionis bonorũ latam in fauorẽ legatarij ob cauſam piam, an obſtet legatario, deciſum fuit negatiuè, eo amplius, quia notoriè apparebat, hæredes non eſſe ſoluendo, ità refert D. Reg. Sanfelic. dec. 204. ſub num. 7. ad finem.

Excuſſio principalis oppoſita per hæredem per intermediam perſonam, an poſſit impedire diſcuſſionem Inuentarii per eundem oppoſitam aduerſus creditorem, exiſtente notoriè debitore non ſoluendo, immò apparebat pluries in progreſſu iudicij facta, deciſum fuit negatiuè in caſu relato per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 944. lib. 2.

Exemplum, non producto originali regulariter non probat, attamen in Regno de conſuetudine probat, quando producitur de prothocollo Notarij Ciuitatis Neap. cum nominibus ſaltim duorum teſtium viuentium, & quod talis copia ſit extracta ab eodem Notario, ità concluditur per D. Reg. Sanfel. dec. 182.

Exemplum factum ab eodem Notario, qui fecit originale inſtrumentum, an probet non exhibito originali, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, teſtatur D. Reg. Sanfelic. dec. 183.

Exemplum an probet, ſi in iudicio producatur parte non citata, vel copia ei non tradita, atq; non facta comparatione cum originali parte præſente, vel legitimè citata, fuit per R. C. deciſum, quod non obſtante oppoſita exhibitione originalium procedatur ad vlteriora, & ad ea, quæ incumbunt pro conſultatione facienda, verum eodem tempore decretum fuit, & in libris Notamẽtorũ, quod ante conſultationis expeditionem extraiudicialem exiberentur originalia, vt eatum Fiſcus patronus, tum etiam Iudices videre, & perpendere potuiſſent, adeò vt non niſi eis exhibitis conſultatio perfici potuiſſet, vt aſſerit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſp. fiſcali 20.

Exequi an poſſit in cauſa ciuili pro executione ſententiæ contra Clericum coniugatum, concluditur affirmatiuè per D. Reg. Sanfeli. dec. 230.

Exequutio literarum ſignificatorialium à Rationalibus Baronum expeditarum an impediatur per appellationem interpoſitam, deciſum fuit per Sacrum Conſilium affirmatiuè in cauſa Illuſtr. Principis Conchæ cum Aerario Geſuni, referente Reg. Conſil. indè Præſidente Reg. Camer. Didaco Salinas, Ioan. Maria Nouar. deciſion. 58. num. 2.

Exequutio facienda vigore alicuius ſcripturæ ſe referentis ad aliam, fieri an poſſit, non exhibita alia ſcriptura, Horat. Carpan. ad Statuta Mediol. cap. 42. n. 67. inquit, beneficium executiuum non habere pariter locum in ſcriptura ſe referente ad aliam, niſi illa pariter exhibeatur, ità notat Aret. conſ. 68. in princ. Alex. in l. ait Prætor, §. ſi Iudex, n. 12. cum ſeq. ff. de re iud. Rebuff. in tract. de chirog. in præfat. n. 65. cum etiam liquidatio poſſit fieri ex duarum ſcripturarum coniunctione, vt notat Bald. in cap. auditis, col. 2. n. 4. de præſcript. Rebuff. tract. de lit. oblig. art. 1. gloſ. 9. nu. 9. hæc ille, & ità fuit iudicatum contra Vincentium de Lamanda, vt habui ex quadam Apoſtilla Matthæi Raphaelis V. I. D. adnotata ſuper dicto Codice Carpani, hinc in praxi receptum eſt, quoties vnum inſtrumẽtũ liquidari debet per aliud neceſſe eſt, vt in citatione mentio fiat de omnibus, vt notat Præſ. de Franc. dec. 623. n. 5. ſubdens num. 6. & ſcripturas omnes vna cum inſtrumento præſentari debeant Curia pro Tribunali ſedente.

Exequutio ſententiæ impediri an poſſit prætextu meliorationum factarum in re reſtituenda, Præſ. de Franch. dec. 112. in fine tradit, quod hodie in Sacr. Conſil. ad finem impediendi, vel non impediendi ſententiam, quando ſunt factæ meliorationes in re, ad cuius relaxationem quis eſt condemnatus, ſeruatur, quod ſi meliorationes ſunt deductæ ante ſententiam, indiſtinctè impeditur exequutio, donec cum effectu fuerit facta ſolutio ipſarum, ſin autem opponitur de eis poſt

ſen ten-

Digitized by Google

ſententiam, fit exequutio ſententiæ cum fideiuſſione, ex Boer. & Burſ. ibi relatis n.17. de quo ſupra in prima parte verbo meliorationes, vbi addidi Conſil. Annam conſ.43. Peregr. de fideimiſſ. art.50.n.81. Polyd. Rip. obſeruation.116. Caroc. de loc. part.4. tit. de expenſ. num.27. quibus addo Regentem Capycium Galeota contr.46. num.2. 4. & 5. tom.2. & his conuenit allegatio Regii Conſiliarii Scipionis Theodori 74. vbi de conſimili agitur altercatione, dum agebatur de executione ſententiæ condemnatoriȩ ad relaxationem domus cum Iardeno, vna cum fructibus, in quorum liquidatione fuit dictum, quod habeatur ratio de fructibus peruentis ex meliorationibus, ſolutis prius meliorationibus, &c. vbi in ſeq. alleg.75. refert, S.C. ad nihilum condemnaſſe conuentum pro fructibus, ſed benè poſſeſſorem ad nonnullas quantitates pro meliorationibus, quæ fuerunt ſolutæ ante relaxationem domus prædictæ, at priſcis temporibus, pręſertim in anno 1569. die 29. Martii in cauſa vertente inter Ioannem Vincentium Pandone cum Laura d'Anna ſuper executione ſententiæ, & reſtitutione Caſtri Scapulatæ, fuit per S.C. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Lodouici Quadræ deciſum, quod ſententia mādetur executioni, facto priùs depoſito per dictum Ioannem Vincentium ducatorum 1800. debitorum quondam Franciſco, ac etiam prius ſolutis meliorationibus, & præſtita cautione iuxta formam comparitionis, in Banca Iulii de Angriſano.

Exequutio an fieri debeat ſuper fructibus feudi in defectum bonorum burgenſaticorum, Anna in ſingul.180. plures allegat Doctores, & vltra eos Frecc. de de ſubfeud. lib.3. in §. different. nouiſſimè Anton. Monac. de recta feudi interpret. cap.64. per totum, præſertim n.35. Reg. Rouit. in pragm.3. de ord. iudic. n.14. & ſeq. Reg. de Ponte conſ.36. vol 2. poſtquam etiam in ſubſidium feudum capitur in vim iudicati, ex And. in capit.1. §. ſed nec alia iuſtior, col. 1. quæ fit prima cauſ. benef. amitt. & in cap.1. §. quid ergo, de inueſt. de re alien. fact. notat idem Anna in ſingul.208. & alleg.141. n.9. Reg. Lanar. conſ.12. n.1. Reg. de Ponte conſ.26. n.1. vol.2. quamquam idem Anna in Conſtitution. Conſtitutionem, n.172. dicat, quod exequutio in feudis non fiat, niſi ſuper fructibus, ideò priſcis temporibus in cauſa Blaſiæ de Luco cum Hippolyta, & Poliſena de Luco fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 18. Aprilis 1540. Neap. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnificùm V.I.D. Hectorem Minutulum Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod in defectum bonorum burgenſaticorum fiat exequutio contra Magnificas Hippolytam, & Poliſenam de Luco ſuper fructibus feudi in proceſſu deductis ad inſtantiam Blaſiæ de Luco earum amitȩ pro quantitate in proceſſu deducta, ex cauſa ſuarum dotium, hoc ſuum, &c. Hector Minutulus, Antonellus Secretarius, in Banca tunc Gaudii. Benè verum eſt, quod hodie pro debito feudatarii ſuſpenditur iuriſdictio, & mittitur Capitaneus ad exigendum introitus, vt ſatisfaciat creditoribus, ſubdit Anna in d. ſingul. 180. quem ſequuti ſunt Reg. Rouit. vbi ſup. n.16. Maſtrill. de magiſtr. lib.4. cap.15. n.23. quos etiam probat Capibl. in 2. tomo de Baron. cap.26. n.3. & ità fuit obtentum ſequeſtrum iuriſdictionis Ciuitatis Grauinæ ad inſtantiam Ioſephi Longhi Marchionis Sancti Iuliani pro ſumma ducatorum 7000. vigore inſtrumenti liquidati, & confirmatum per Sacrum Conſilium die 20. Martii 1612. Et in cauſa Domus Profeſſæ Sanctiſſimi Nominis Ieſus de Neap. legatariȩ quondam Catharinæ Caracciolæ Duciſſæ Montis Leonis in ducatis decem mille cum illius hæredibus, cum obtinuiſſet ſententiam in ſui fauorem, demum fuit per aliud decretum Sac. Conſ. ordinatum, quod Illuſtr. D. Hieronyma infra dies ſex ſolueret Venerab. Domui Profeſſæ ducatos 6700. pro reſta ducatorum decem mille dicti legati, alias exequatur, & conſignentur literæ executoriales, & ſequeſtrentur fructus, & introitus Terrȩ Cengnolȩ, in Banca de Martino, iterum in cauſa Franciſci Picti cum Illuſtr. Duce Hatrii, die 1. menſis Iulii 1559. Neap. facto de omnibus verbo in S. R. C. per Magnificum V. I. D. Ioannem Andream de Curte Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium iuxtà ordinem Collateralis Conſilij. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt Stante diſcuſſione ex actis apparente licere dicto Magnifico Franciſco virtute literarum executorialium in eius fauorem expeditarum, vt exequatur pro quantitate in eis contenta ſuper fructibus feudorum in proceſſu deductorum, quæ fuerūt Ill. & Reu. quondam Cardinalis Ioannis Vincentij Aquanini exiſtentium in poſſe dict. Illuſtr. Ducis, & proindè debitas prouiſiones expediri, ac etiam ſuper proprietate illorum, & iuria luendi aliorum Caſtrorum, quæ fuerunt dict. Reuer. Cardinalis alienatorum, Regio aſſenſu ſuper hoc primitus obtento, ſerita diſcuſſione inuentarii pro parte Illuſtr. Ducis non obſtante, reſeruatis eidem iuribus competentibus ſuper fructibus, & proprietate eorundem feudorum alienatorum, ſuper quibus auditis poſſeſſoribus miniſtrabitur iuſtitiæ complementum, ſaluis etiam eidem Illuſtr. Duci ſuper præmiſſis iuribus competentibus ex perſona ſua, & aliorum portionibus his quæ dicto Ill. & Reuer. Io. Vincentio competebant, hoc ſuum, &c. Io. Andreas de Curte, Cæſarius Secretarius. Conferunt prædictia nouiſsimè congeſta per Peritiſſimum I. C. Io. Baptiſtam Bilottam in ſuis concluſionibus feudalibus, in 1. concluſione, vbi de omnibus pertinētibus ad hanc executionem exarat, annuens n.14. hanc immiſſionem ex primo, & ſecundo decreto in bonis feudalibus conceſſam creditoribus antiquis temporibus vſu receptam fuiſſe, ex Reg. Lanar. conſ.12. & Reg. de Ponte conſ.34. n.8. vol.1. & ſucceſſiuè etiam ſequeſtrati iuriſdictionem, iuxtà relata per Annam vbi ſup. ſed talis immiſſio ex primo, & ſecundo decreto hodie receſſit ab aula circa hoc, vt inquit Præſ. Mormil. in Conſtit. contumacem, verſ. hodie autem.

Exequutio concedi an debeat ad inſtantiam creditoris alicuius, qui renuerat concurrere in dilatione quinquennali, elapſo tempore dilationis conceſſæ contra debitorē, qui non curauit intra tēpus dilationis ſatisfacere creditoribus, hoc cōtingit in caſu cōtrouerſo in S. C. dū fuiſſet petita dilatio per creditores Octauij Tagliaferro, & condemnari Iacobum Chigiſola Ianneſem

Digitized by Google

ſem ad concurrendum, demum compilato proceſſu fuit biennale tempus dilationis conceſſum, elapſo tandem biennio, ex quo cum effectu prædictus debitor non aliter eius creditoribus ſatisfacere curauerat; inſtitit prædictus Iacobus creditor vigore obligationis incuſatæ pro ſumma ducatorum mille, vt contra ipſum exequeretur, & licèt pro eius parte diceretur, dilationem quinquennalem fuiſſe petitam per ipſos creditores, quia de re licèt per S.C. fuiſſet conceſſa dilatio biennalis, tamẽ ea elapſa concedi debuerat alia dilatio pro complemento totius temporis, vt ſolitum eſt ſeruari in ſimiſibus, de quo latiùs in tertia parte, verbo Dilatio. Etenim dilatio aliquando ad annum, aliquando ad quinquennium, aliquando verò ad decennium conceditur, Maur. Aretin. de fideiuſſ. part. 1. ſect. 3. in præl ud. cap. 2. num. 7. Et conſequenter pendente tali dilatione iam conceſſa per creditores, moleſtari non poterat, licèt non totaliter conceſſa per Iudicem, ex quo ipſa dilatio fundata in iuſtitia, prout per conſenſum creditorum, poterit concedi per quemcunq; Iudicem, Horat. Perſius conſ. ciuili 20. num. 2. & ſic illam prorogare iuxta creditorum conſenſum. Ex aduerſo replicari contingit, quia dum fuerat conceſſa dicta dilatio, vt creditoribus ſatisfieri potuiſſet, non aliter ſequuta ſatisfactione, nec in totum, nec in partem, non poterat alia dilatio concedi, quia frangenti fidem fides frangitur eidem. Sicque attenta cauſa dilationis, quæ eſt ſatisfactio debiti ſatisfaciendi intra dictum tempus, ſi non fuerit ad effectum deducta, ceſſabit dilatio, ex regula illa vulgata, dilationis cauſa ceſſante ceſſat dilatio, ad quod plures allegat Doct. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, part. 1. nu. 74. vbi num. ſeq. probat, quòd Iudex poterit etiam procedere durante dilatione cauſa eius ceſſante, quantò magis dilationis finitæ, rata elapſa, nam etſi dilatio conceſſa à lege breuiari non poſſit, tamen ex cauſa id fieri poſſet, attenta malitia debitoris, qui ſoluere poterat, & tenuit ſoluere, ad text. in leg. promiſſor, §. ſi fine, ff. de conſt. pecun. vt patet in caſu ſic deciſo, relato per Io. Baptiſtam Gargiareum dec. 35. Et propterea per S. C. ad relationem Regij tunc Conſ. Octauij de Piccolellis fuit deciſum, quòd ſtante lapſu biennij exequatur ad inſtantiam prædicti Iacobi, penès Secretarium.

Exequutio facta per creditorem hypothecarium ſuper aliqua re, an iterum fieri poſſit ſuper alia re, non expectato fine, ſi erit conſultum creditori, vel non, relata fuit deciſio ſuprà in verbo creditor.

Exequutio parata vigore apocæ bancariæ concedi an debeat contra giratarium, de hoc verba fecimus in 3. part. verb. apoca, & deciſum retuli negatiuè in cauſa Camilli Suprani V. I. D. in banca Palmæ, penès Gentilem Scribam. Quibus erit addendum, quòd licèt cedula bancaria habeat executionem paratam, vltra ibi adducta teſtificatur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 454. probatum in voto 85. num. 28. Et per talem giratam Giratarius efficiatur debitor debitoris, ad ſimilitudinem debitoris delegati, nam delegatio propriè fit, cum debitor de voluntate creditoris alteri ſoluere promittit, & tunc debitor liberatur à creditore, & obligatur alteri, cui ſoluere promittit, Carthar. dec. Gennæ 126. num. 4. Adhuc tamen quãdo ageretur contra debitorem debitoris, etiã vigore inſtrumenti habentis executionem paratam, requiritur ordinarius proceſſus, Doct. in leg. 1. C. de cond. ex lege, optimè Suarez in leg. poſt rem iudicatam, ff. de re iud. in 7. notab. incip. Addas aliũ, eundem ſequitur Cancer. var reſol. tom. 2. cap. 3. num. 137. & ſeq. de quo ſatis apud Manſon. de cauſ. exec. lib. 1. ampl. 9. vbi articulũ hinc inde probat, & concordando opiniones diſtinguit, & tunc procedi poſſe executiuè, quoties debitor reperiretur condemnatus, & ſententia eſſet tranſacta in rem iudicatam, vt ibi num. 5. probat optimè Gutierrez conſ. 19. num. 11. Cæterùm autem vbi exquireretur ordo iudiciarius, licèt ſummarius, ſecùs eſſet, ea propter cùm etiam aduerſus debitorem vigore apocæ exigatur iudicium ſummarium pro recognitione apocæ, vt latiùs proſequitur Manſon. dicto tract. quæſt. 5. per totam. Multò fortius contra ipſum Giratarium, quibus accedit quod tradit Gratian. diſcep. for. c. 157. n. 23. vbi dicit, quod verba illa, teneri, & obligatum eſſe, appoſita in aliqua ſcriptura non inducunt iudicium executiuum, & ita deciſum, quia ordo iudicij exigitur, ſecùs vbi ſententia interceſſerit, quæ in rem iudicatam eſſet tranſacta, aut facta fuerit adiudicatio per Iudicem creditori contra debitorem debitoris. Gutier. vbi ſupra, num. 1. aſſerit, competere vtilem actionem ad exigendum ipſi creditori. Et ideò in cauſa Hieronymi de Manſo girantis apocam cum Paulo Guardemagio giratario ad relationem Iudicis Donati Coppulæ de menſe Maij 1642. fuit per M. C. V. datus terminus dierum quatuor, vt partes audirentur, in banca Mongelli penès Roſam Scribam, & iterum in cauſa D. Hieronymi de Valcarcel, cui fuit facta apoca à Marchione Longarini, & per eum girata Michaeli Angelo Ieco, qui illam girauerat Aloyſio Fideli, qui conuenire fecerat dict. D. Hieronymum, & diſcuſſo negotio in M. C. die 1. Iulij 1642. ad relationem Iudicis Corcioni fuit dictum, quòd agatur ordinariè, in banca Vincentij Salerni.

Exequutio fieri an poſſit contra colonum perſeuerantem in affictu fundi ex tacita reconductione, dum in prima conductione fuerat inſtrumentum ſtipulatum, ob quod poterat agi via executiua, quemadmodum in facto euenit, dum fuiſſet conceſſus in affictum Io. Bernardino Schictino certus fundus à D. Paulo Pagano pro annuis ducatis 74. mediante publico inſtrumento per certos annos, quibus elapſis fuit continuatus affictus de conſenſu amborum, ſed cum certa modificatione pretij, vt prætendebatur, illinc ad quatuor annos dictus D. Paulus petiit condemnari dictum Io. Bernardinum, & contra eum executiuè procedi, & cùm per ipsũ fuiſſent plura oppoſita, quæ requirebant probationem. Ideò fuit datus terminus in cauſa, & iuſſum interim, quòd ſolueret ducatos centum, pro quibus fuit mandatum exequi, & licèt fuiſſet dictum de nullitate talis decreti, prætextu quòd fuerat datus terminus ordinarius, & inde reſtrictus, tamen non poterat ſic executiuè procedi contra eum ex renouata conductione, dum non fuerat pro ea nouum inſtrumentum celebratum, ex doct. Bal. in leg. legem, C. loc. quem refert Pariſ. in add. ad Bart. in leg. item quæritur, §. qui impleto, ff. loc. & vltra eum Afflict. dec. 365. num. 15.

15. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 85. nu. 46. vbi alios citat, & præter eos Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 14. num. 65. & ſeq. vbi num. 68. ex Auend. ibi relato cenſuit, hoc procedere durante eodem contractu principali, quia tunc tacitus vt acceſſorius ſequitur naturam ſui principalis. Vbi verò contractus principalis expirauit, tunc cùm nouus conſenſus accedat, non ſe habet vt acceſſorius ad primum contractum, & ſic non ſequitur eius naturã, vt per Alex. Trẽtac. var. reſ. lib. 3. tit. de empt. & vend. reſo. 2. Imò talis reconductio nulla eſſe poterit ex hoc, quia prima locatio in ſcriptis facta fuerat, vt deciſum tradit Faber in tit. de locato, defin. 48. & inſtrumentum in prima locatione factum non præſumitur repetitum, idem Menoch. vbi ſuprà num. 46. Nihilominus facta relatione in M. C. V. per Iudicem Io. Iacobum Micoonum die 18. Nouembris 1642. fuit deciſum, obſtare quartam nullitatem, & proindè terminus aliàs datus currat ſuper omnibus hinc inde præſentis, non impedita executione vigore literarum executorialium expeditarum in Banca Caroli Saccardi, & hoc credo, quia non negabatur reconductio per conductorem, qui per alios annos perſeuerauerat in conductione, & fructus perceperat, imò ad præſens perſeuerat, quo fit, vt talis reconductio cum eiſdem qualitatibus; & conditionibus, quibus prima conductio facta præſumitur, idem Menoc. vbi ſuprà n. 19.

Exequutio vigore pacti exequutiui an impediri poſſit prætextu litis pendentiæ intentatæ in S.C. ſuper inualiditate inſtrumenti, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. in dec. 312. num. 5.

Exequutio ſententiæ latæ per Iudicem laicum contra clericum, & eccleſiaſticas perſonas remittitur ad Iudicem Eccleſiaſticum ex dec. Præſid. de Franch. 545. quæ loquitur, quoties ſententiæ executio cõcerneret diſtrictionem perſonalem, ſed quando concerneret execotionem realem, ſecus eſſet, vt fuit deciſum per S.C. iunctis aulis in cauſa Antonij Terraccıani cum hæredibus Claudij Buttelli, & Monaſterii Sanctæ Mariæ de Arcu, in Banca de Ferrarijs, teſtatur Horatius Montan. controu. for. 49. ſub n. 9. vbi ita concordat dictas deciſiones.

Exequutio ſẽtẽtiæ impediri an poſſit prætextu vitij litigioſi in cauſa dotis, hoc accidit in cauſa Scip. & Petri Lepore contra Marcellum Lepore, qui compilato proceſſu dederat in dotem filiæ ſuæ res, ſuper quibus fuerat contractum vitium litigij, cumque Lucius delli Frangi Gener Marcelli comparuiſſet ad impediendam exequutionem ſententiæ poſteà latæ in beneficium actorum, non fuit admiſſus ex prædictis per S.C. in banca de Felice, refert Horat. Montan. controu. forenſ. controu. 49. n. 8.

Exequutio ſententiæ an impediatur, quando ageretur officio Iudicis pro illius executione, & allegaretur peremptio inſtantiæ ob lapſum triennij, & actor inſtitiſſet pro exequutione, & reus inſtabat pro peremptione inſtantiæ, deciſum fuit per M.C. eſſe procedendum ad incumbentia ſuper exequutione ſententiæ, D. Reg. Sanfel. dec. 92. n. 4.

Exequutio ſi ſit ordinata fieri ſuper bonis, quę fortè non ſufficerent pro ſolutione debiti, an ob eius defectum deueniri poſſit ad perſonalem exequutionem, deciſum fuit affirmatiuè, refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 142. in princ. lib. 2.

Exequutores, Nuncii, ſeu Porterii, vel Commiſſarii an poſſint præcipere debitoribus in diem, vt adueniente die faciant depoſitum ex ſimplicibus literis exequutorialibus contra aliorum debitores, vide ſuprà in verbo Commiſſarii.

Exequutores teſtamentarii deputati à teſtatore cum ampliſſima poteſtate an legitimè poſſint poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum in ſubſtitutum transferre, ita quod immiſſus in ea nequeat moleſtari amplius. D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 2. controu. 32. dubium excitat, & in calce inquit, prætendente Philippo Spinula vti hærede inſtituto per Cęſarem Cataneum virum Mariæ filiæ ipſius Philippi immiſſionem vigore teſtamenti. Cùm Io. Baptiſta Cataneus oppoſuerat, ſeipſum reperiri in poſſeſſione hæreditatis Baldaxaris patris Cæſaris vigore fideicommiſſi in ipſum translata per Executores legitimè deputatos, ſententia S.C. referente tunc Conſil. Lopez Suarez 6. Maij 1613. facta relatione in Collaterali fuit excluſus Philippus, & declaratum, non deberi ipſi legitimam, tàm in bonis Stephani, quàm in bonis Cæſaris Catanei filiorum Baldaxaris ſenioris reſpectu bonorum hæreditatis eiuſdem, & proindè non eſſe locũ petitæ immiſſioni, vt ex ſententia lata cum interuentu decem Senatorum, incluſis Regentibus, vt in proceſſu fol. 427. à t. in banca Cioffi, cuius ſententiæ vigore fuit Io. Baptiſta conſeruatus in poſſeſſione, & ex decretis 10. & 15. Iunij 1613. fol. 442. & 447. à qua ſententia cùm fuiſſet reclamatum, tandem facta relatione per S.C. in Collaterali coram Excellentiſs. Comite Caſtri Locumtenente generali, referente Conſil. Iacobo de Franchis, die 13. Iulij 1616. dictum fuit, benè iudicatum ſub die prædicta 6. Maij 1613. nec non condemnatus Io. Baptiſta ad ſoluendum Philippo quindecim millia ducatos pro omnibus per ipſum Philippum prætenſis, in dict. banca Cioffi.

Eximens carceratum pro crimine à manibus ſatellitum violenter armata manu, qua pœna plecti debeat, deciſum fuit per M.C. vti delegatam pœna mortis, D. Reg. Sanfel. dec. 44. nu. 2.

Eximens carceratum à manibus familiæ Curiæ nedum criminaliter puniri debet, ſed etiam ad dãnum, & intereſſe partis in ſolidum, ita quod vno ſoluente cæteri liberantur, & ita deciſum in facto teſtatur Dom. Regens Sanfelicius deciſ. 44. num. 4.

Expeditio cauſæ reclamationis an impediri poſſit, ſi fuerit præſuppoſitum, eſſe in ea ſuperſedendum, donec facta fuiſſet liquidatio, & reſtitutio fructuum, deciſum fuit negatiuè per S.C. & dictum quod procedatur ad expeditionem cauſæ reclamationis, oppoſitis non obſtantibus, & confirmatum in reclamatione, ita tradit Io. Baptiſta Hodiern. in addit. ad Surdum dec. 276. n. 6. in noua impreſſione.

Expeditio cauſæ impediri an poſſit prætextu falſitatis oppoſitæ aduerſus actores, eo præſuppoſito, quòd duo ex filiis quondam Marci Antonii de Falco comparuerunt in M. C. petentes reintegrari ad confectionem inuentarii deperditi, & erant tres filij, ob quod inſtabat Tiberius Baldinus V. I. D. ad vlteriora non procedi,

quibus

quibus conueniunt congeſta in 1. part. verbo cauſa, ſed his conſiderari poterat, qualiter quando fratres ſunt in communi, & poſſident res eodem titulo, ſemper præſumuntur pro eorum rata poſſidere, ex adductis, & conſideratis per Coſtam de ratione ratæ quæſt. 116. & factum fratris non nocet alteri fratri, vt idem Coſta eod. tract. q. 120. n. 5. & propterea agere non prohibentur pro re communi inter eos exiſtente, nam fratres, qui pro indiuiſo poſſident bona, quilibet dicitur in quolibet ceſpite, ſeù gleba partem habere, & conſequenter reſpectu iuris alterius eorum poſſeſſio dictorum bonorum dicitur incerta, Maluaſ. conſ. 100. n. 47. & ſic frater à fratre tacitum mandatum intelligitur ſuſcepiſſe, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 5. n. 10. at cum fuiſſet domi prouiſum, vt procederetur ad expeditionem cauſæ per Cōmiſſariū, vti grauatus præfatus Tiberius obtinuit ſupplicationem, vt cum interuentu aliorum Iudicum iuſtitia fieret, & facto verbo in M.C. die 17. Decembris 1630. per Iudicem Aloyſium Piſcicellum, fuit confirmatū decretū, & dictū, ſtare in deciſis, indè interpoſita appellatione ad S. C. & obtentum verbum fieri in eo, demum facta relatione die 30. Ianuarij 1631. remiſſa fuit cauſa eidem M.C.V. vt ex actis penès Moncelium.

Expeditio cauſæ intentatæ in S. R. C. inter partes, in qua ſubintrauit Fiſcus pro ſuo intereſſe, & licet prouiſum per Collaterale Conſilium, vt in eodem S.C. procederetur inter partes, quæ ſi ob aliquod intereſſe prætenderent contra Fiſcum, in R.C.S. proſequi debebant, an propterea impediri poſſit ad inſtātiam dicti Regij Fiſci, nè diuerſæ orirentur deciſiones, hoc cōtingit in cauſa Io. Baptiſtæ Catanei cum Philippo Spinula, nam quamuis ex ſententia S.C. aliquod præiudicium generari potuiſſet iuribus Regij Fiſci, tamen ſi leue, quod ex ſententia inter alios lata quandoq; oriri poteſt, ex notatis in l. ſæpè, ff. de re iud. attamen viſum fuit Collaterali Conſilio, non impedire expeditionem litis quoad intereſſe partium, reſeruando iura Philippo, ſi quæ illi competebant proponenda coram ſuo proprio Iudice in R. C. & quamuis poſtea Regius Fiſcus iterum facta aſſertione prætenſionis Philippi, ex quo iura Fiſci ſuper indignitate prædicti Io. Baptiſtæ erant deducta in R.C. coram Iudice competenti, inſpecie inſtitiſſet, non procedi amplius in S.C. nè diuerſæ orirentur deciſiones, quippè replicante Io. Baptiſta, non poſſe propter inſtantiam Philippi contra Fiſcum, nec ex remiſſione petita ex parte Fiſci impediri curſum litis, ſiuè expeditionem cauſæ inter ipſum & Philippum, ex qua fuerat iam datus terminus coarctatus ad tres menſes iam elapſos, tam ex qualitate cauſæ iam determinatæ per ſententiam, à qua pendebat reclamatio, quam ratione ſtatus, in quo reperiebatur cauſa propè actum concluſionis, & proindè per idem Tribunal, & non aliud erat tractanda cauſa reuiſionis primæ ſententiæ per S. C. quapropter fuit primum decretum confirmatum, ſiquidem 10. Nouembris 1618. iunctis tribus aulis fuit decreto S.C. prouiſum, quod fiat concluſio in cauſa, oppoſitis per Philippum non obſtantibus, vt in proceſſu fol. 635. in Banca Cioffi, idque denuò prouiſum in gradu reclamationis iunctis ſimilibus tribus aulis ſub die 17. eiuſdem menſis fol. 942. & tandem die 15. Decemb. eiuſdem anni fuit in eadē cauſa incapacitatis introducta cauſa in S.C. iunctis ſimiliter tribus aulis, & quod partes informent, adeò quod cum pertinaciter iterum petiiſſet Philippus Spinula reclamare à primo decreto interpoſito per Collaterale Conſilium ſub die 30. Octobris dicti anni 1618. iterum referente Domino Reg. Vrſino die 19. Decembris dicti anni, Sua Excellentia decreuit, non competere reclamationem Philippo aduerſus dictam deciſionem latam 30. Octobris, verum ſint ſalua iura Regio Fiſco competentia, ex quibus patet fuiſſe deciſum, non eſſe impediendum curſum cauſæ vertentis inter partes in S.C. præſertim reclamationis coram ordinario, prætextu quod vna ex partibus compareat, petendo declarari, nullum ius competere Regio Fiſco, vel quia Fiſcus compareat ad infrigendum iura vtriuſque, petendo remitti cauſam ad ſuum Iudicem, quia non ob id impedienda expeditio cauſæ inter priuatos coram Iudice ordinario, reſeruando iura Fiſci, iuxtà terminos vulgatiſſimæ l. is, à quo, ff. de rei vend. itā D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. iur. tom. 2. controu. 33. in 2. deciſ.

Expenſæ litis an debeantur à debitore pretij rei emptæ liberè, & pro franca, ſi poſtea reperta fuerit res alteri hypothecata, & ſuper ſolutione pretij diſceptatum per exiſtentiam euictionis non deberi, ex narra facti apparebat, die 12. Octobris 1632. Hieronymum Buccacchium ſe conſtituiſſe debitorē Reu. Patri Bartholomęo Bonpane in ducatis tercentum ex cauſa venditionis cuiuſdam petiæ Vineæ ſitæ in Ciuitate Sancti Seuerij, quos promiſerat ſoluere v3. duc. 150. in fine menſis Iunij 1633. & alios ducatos 150. in fine menſis Maij 1634. promittendo etiam, dictam Vineam eſſe liberam, & abſque hypotheca, vt ex inſtrumento deſumebatur, indè die 7. Nouembris 1634. præfatus venditor in Curia dictæ Ciuitatis conuenire fecerat hæredes emptoris ad ſoluendum dictos ducatos 150. pro vltima tanda complementi pretij, replicauerant conuenti non eſſe obligatos ad ſolutionem aliquam, ex quo dictus venditor vendiderat eorum patri dict. petiam Vineæ francam, & liberam, abſque hypotheca, & poſtmodum fuit reperta eſſe in ſpecie obligata à dicto venditore Hieronymo Manupello, quemadmodum apparebat ex quodam inſtrumento ſtipulato die 8. Iunij 1630. in dicta Ciuitate, vbi apparebat, dictum venditorem prius vendidiſſe eidem Hieronymo quandam domum cum promiſſione euictionis generalis, & in ſpecie obligauit dictam Vineam ſitam in dicta Ciuitate Sancti Seuerij, quapropter per Curiam eiuſdem Ciuitatis fuerat prouiſum, quod dicti hæredes emptoris ſoluerent, aut deponerent dictos ducatos 150. & pro executione dicti decreti conuenti fecerunt depoſitum, & poſtmodum iuſſum, quod liberaretur venditori, pariterque condemnati fuerunt conuenti ad expenſas à die moræ, à quo decreto ipſi conuenti dixerunt de nullitate, quibus propoſitis prouiſum fuit, eas non obſtare, & proindè prædictum depoſitum liberari eidem Fratri Bartholomæo cum cautione de reſtituendo in caſu euictionis Vineæ prædictæ, neutram partem in expenſis condemnando, à quo decreto cum fuiſſet appella-

appellatum pro parte eiuſdem Patris Fratris Bartholomæi ad M. C. & per illius Iudicem Io. Dominicum Taſſonum liberatum fuit illud actori abſque cautione, demum ipſemet actor conuenire fecerat præfatos hæredes eiuſdem emptoris ad ſoluendum intereſſe dictorum ducatorum 150. à die retardatæ ſolutionis, vnà cum expenſis factis in lite, ad quas conuenti dicunt non teneri, & conſequenter prætenſa ex aduerſo non militare, poſtquam ille tenetur ad expenſas, qui temerè litigauit, ad tex. in l. eum, quem temerè, ff. de iudic. ſed in caſu præmiſſo dictus Frater Bartholomæus actor in inſtrumento venditionis factæ Hieronymo Buccacchio patri conuentorum promiſerat, Vineam in actis deductam fuiſſe liberam abſque alia hypotheca, & indè compertum, illam prius fuiſſe in ſpecie hypothecatam per dictum venditorem Hieronymo Manupello, tempore, quo ei vendidit domum in inſtrumento deſcriptam, meritò videbatur ſeruituti adſcriptam, vndè venditor tenebatur tradere emptori, & ſucceſſiuè dictis hæredibus Vineam prædictam liberam, nec proindè emptor cogi poterat ad ſoluendum venditori pretium liberum, ad text. in l. ex ijs prædijs, C. de euict. & facit gloſ. in l. 3. verbo conuenire non poteſt, eod. tit. firmat Præſ. de Franch. deciſ. 200. nu. 15. Conſil. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 45. n. 5. Et ſi ex aduerſo diceretur, quod conuenti omninò tenebantur ad ſolutionem pretij prædicti liberè, dum non imminebat euictio dictæ Vineæ, ex tex. in l. ſi poſt perfectam, C. de euict. Præſ. de Franch. deciſ. 555. cum alijs adductis per D. Conſil. Merlinum controuerſ. forenſ. cap. 45. Replicabatur ſecundùm gloſſ. ex dicta leg. ex his prædiis, in verbo ex empto, quod aliud eſt, vt quis euictionis nomine agat, & aliud eſt, vt res libera tradatur, vt in caſu noſtro. Vnde Bartol. reaſſumendo text. in dict. leg. ex his prædiis dixit, quòd antequam res vendita tradatur, vel pretium ſoluatur, poterit emptor petere, vt pignoris obligatio diſſoluatur, quibus accedebat, quòd licèt per Curiam dict. Ciuitatis fuiſſet ordinatum, depoſitum prædictum liberandum fore eidem venditori, & conuentos ad expenſas condemnandos, tamen conuenti aduerſus decretum prædictum propoſuerunt nonnullas nullitates de iure militantes, & ordinatum, illas obſtare, & proindè depoſitum liberari dicto actori cum cautione de reſtituendo, neutram partem in expenſas condemnando, vt deductum patet, & ſic ex prædictis ceſſare videbatur partis prætenſio petentis intereſſe, & litis expenſas. Tandem die 10. Decembris 1636. facto verbo in M.C.V. per Iudicem Scipionem Salitutum fuit prouiſum, quòd hæredes quondam Hieronymi Buccacchio conuenti condemnarentur, prout condemnantur ad dandum, & ſoluendum prædicto Reu. Fratri Bartholomæo actori, intereſſe liquidandum à die moræ, vſque ad diem facti depoſiti, verum abſoluatur, prout abſolui mandatur ab expenſis. hoc ſunm, &c. in banca Grilli.

Expenſæ funerales regulariter pertinent ad hæredes defuncti, vt ſatis probaui ex multis in 3. parte, verbo Maritus poſt Peregrin. de Fideicommiſſ. art. 35. nu. 40. quibus addo Maſtril. dec. 203. num. 5. vbi omnia conſimilia deduxit, ad quos ſpectare comperitur tales expenſas facere, & præſertim quòd maritus tenetur ad funeris impenſas vxoris defunctæ, & è conuerſo ex cauſa ibi relata, bene tamen id ibidem declarat procedere, quando nil ipſorum haberet, vt quoquè oſtendit Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 2. par. 5. num. 24. Secùs tamen quando aliquid vnuſquiſq; ipſorum in bonis haberet, quoniam tunc maritus de ſuo erit ſepeliendus, ita & vxor ex ſua dote, ex qua deducenda ſit expenſa funeris, Hieron. de Leo deciſ. 191. num. 13. & ſic de corpore hæreditario illius, & ſi maritus ſit vſufructuarius, Ripol. var. reſol. cap. 10. num. 177. & conſequenter maritus non tenetur illas facere pro vxore, eò magis ſi animo repetendi fecerit, vt ex multis probat Rol. de lucro dotis q. 38. nu. 12. ex quo ad eos, quibus dos peruenerit ſpectat, tales funerales impenſas mulieris facere, & in defectum dotis in ſubſidium ad maritum in honorem mulieris. Molf. in Conſ. Neap. p. 7. q. 16. n. 20. Adeò quòd ſi aliquis ipſorum expenſas fecerit, dabitur retentio. Muta in Conſuet. Panorm. cap. 43. num. 92. Torniol. conſ. 106. ſub num. 37. verſ. nam de primo, Nunt. Pellic. in Conſuetud. Aueiſæ cap. 3. num. 517. Pariterque & repetitio illarum, Fontanell. vbi ſuprà n. 19. Ita etiam conſanguinei repetunt à ſucceſſore impenſas funeris prædeceſſoris, Gratian. cap. 94. num. 23. & 25. In quo erit aduertendum ad moderamen, & immoderamen illarum, poſtquàm erunt erogandæ iuxta conditionem perſonarum, bonorum, & conſuetudinem loci, Caſtill. dec. Sicil. 103. num. 22. In tantum quòd funeris impenſæ immoderatè factæ non repetuntur, Maſtril. vbi ſuprà n. 17. vbi num. 22. rationem aſſignat, quia funeris impenſæ immoderatæ ſunt potius ſolatia viuorum, quàm ſuffragia mortuorum. Pellic. vbi ſup. num. 519. & quæ ſint iſtæ impenſæ pro ſolatio animæ, & conſanguineorum, declarat Deccius in conſ. 181. num. 6. Hinc eſt, quòd expenſæ concernentes ſolatium, ſeu remedium animæ defuncti, debent fieri ex bonis prælaturæ, quantumcunque Prælatus habuerit proprium, expenſæ verò quæ fiunt ad conſolationem, & pompam viuorum, vt magnus apparatus funerum in veſtibus, & aliis ſimilibus, non ſunt deducenda ex bonis prælaturæ, ſed pertinent ad hæredes, ita ex Dec. conſ. 157. probat Martinus à Rauanſt. in enchiridion Iudic. Eccleſ. notab. 150. & ex Abb. & Franc. Marco dec. 436. tom. 1. confirmat Coſta de ratione ratæ, quæſt. 144. num. 12. & deciſum reliquit Capy. dec. 84. eſſe in Regno expeditum circa expenſas funerum Prælatorum, partim fieri ab Eccleſia, partim ab hæredibus patrimonii, aſſequitur Camp. in extrauag. de ſpolijs, num. 39. vide Gratian. cap. 925. & Molf. in ſumma par. 2. tract. 13. cap. 8. num. 16. & ſeq. & omiſſis aliis expenſis contingentibus in fideicommiſſo, ac etiam in maioratu, ad quos ſpectat, de quibus agit ibi Coſta, & quæſt. 28. num. 2. Pellic. vbi ſuprà. Attingendo duntaxat materiam, de qua agitur de funeralibus factis à viro vxori, & è contra concludere videntur Doct. exiſtente ſtatuto, quòd vir lucretur dimidium dotis, vel aliquam partem pro rata funeralium contribuere aſtringitur, vt ex multis probat poſt Rotã Bonon. diuerſ. dec. 132. num. 28. Hieron. de Lauréi. deciſ. Auen. 49. num. 3. Marta voto 5. num. 13. Eugen. conſ. 11. num. 12. vol. 2. Ludouiſ. dec. 573. num. 9.

Rolan.

Digitized by Google

Rolan. de lucro dotis d.q.38. ſub num. 12. Coſt. eo. tract.quæſt.74.num.4.& 5.vltra alios per me relatos in dict.verb. Maritus, vbi ſimiliter idem erit aſſeuerandum, ſi legatum marito factum fuerit ab vxore, vt pro tata teneri videatur, licèt tamen ibi deciſum appareat contra virum magnas expenſas funerales facientem,& quia magnum legatum conſequutus fuerat, S.C. noluit ei impenſas ſaluas facere, ſed abſoluit hæredes, & credo ob immoderatam expenſarum quantitatem, quæ fieri non poterat in perniciem hæredum, neque creditorum, vt aduertit Præſ. de Franc.dec.51.num.10.Et notat Coſta dict.quæſt. 73. num. 10.etiam procedere, ſi defunctus diues mandauerit modicam expenſam fieri, & hæres magnam fecerit, poſt Cancer. var.reſol.par.1.nu. 9.Gama dec.Luſi.308.num.2.quæ cùm tendant ad viuorum ſolatium, eidem marito erit imputandum, ad ſimilitudinem illius, qui impenſam voluptuariã in domo erogat, ob quod nulla datur repetitio. Nam impenſa funeris debet fieri cum moderamine ſecundùm qualitatem perſonæ, & quãtitatem hæreditatis, Caſtill.dec.103. num.21.tom.2. Sed an ſaltem ad dictas expenſas neceſſariè factas per virum legatarium repetitio concedatur, & inſpecta neceſſitate tantùm talium impenſarum funeralium per eum factarum reſultare videtur, virum eſſe creditorem neceſſarium, & cum legato lucratiuo videtur compenſationi locum eſſe, eò quòd compenſatio faciliùs datur in hoc caſu cum legato lucratiuo,& debito neceſſario, ex multis probat Ferr. in Conſt.Hac noſtra,temp.3.declar.1.nu.128.Sic reſpondi in caſu occurſo in perſonam meæ neptis Angelæ de Thoro, qui reliquerat ducatos quingentum eius viro Franciſco Antonio Tomaſio, vltra catenam auream gemmatam valoris ducatorum centum triginta, dum impenſas funerales ipſe expoſtulauerat ab hærede, nam etiam neceſſarias conſequi non poterat in recompenſam talis legati: vltra quòd nonnulla mobilia ipſius defunctæ in eius domo remanſerant, quoniam caſu funeris impenſę confundi, & cõpenſari debent cum mobilibus, ex Pereira dec.47.probat Rota in nouiſſimis dec.399.num. 18.& 19. Quod anteà probauit Io. Beſſian. in Conſuet. Aluern. tit. de donation. art.46.verſic. donum viri. Et ampliùs, quia maritus tenetur ad expenſas funeris vxoris, etiam indotatæ, vt vxor habeat honeſtam, & ſuæ dignitati condignam ſepulturam, alias fieret ſibi iniuria, Doct.in leg.ſi quis ſepulchrum, §. ſumptus, ff.de rel. & ſumpt. fun. notat ibi Marta num.14. ex Io. Beſſian. vbi ſuprà. Nam eo ipſo, quod in poſſe mariti bona vxoris ſuæ perueniunt, aut ex vxoris filiis, ſemper eſſet in lucro, & conſequenter ad tales expenſas teneretur;& propterea in cauſa Fabii de Boctunis cum Troiano de Boctunis V. I.D. eius filio, ex quo per obitum Camillæ Caracciolæ in eius poſſe dotes, mobilia,& alia aurea ornamenta remanſerant, imò ſucceſſio medietatis bonorum Fabritii eius filii quoad vſumfructum, & dum prætendebat impenſas funerales, fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum per S.C. ſub die 20.Martij 1597. ad relationem Regij Conſil.Io. Thomæ Salamanchæ cauſæ Commiſſarij, vz. Decreto ipſius S.R.C. promiſſum eſt, quòd Mag. Fabius ſoluat Magn.V.I.D.Troiano ducat.quadraginta excõputandos, prout per idẽ S.C. fuerit prouiſum, nec non declaratum eſt, expenſas factas in funeralibus quondam Mag. Camillæ Caracciolæ ceſſiſſe, & cedere in damnum dicti Mag Fabii,&c. Annibal Cęſarius Secretarius, in Banca Aſcanii Longhi Mag. Act. Et in cauſa Marci Antonii de Puteo viri Victoriæ Ciarlettæ conuenti ad inſtantiam Ioa. Leonardi Ciarlettæ patris dict. Victoriæ ad reſtitutionem dotis duc. 500. cum intereſſe, & reconuenti ad duc.30.pro cauſa funeralium expenſarum factarum in perſonam dict. Victoriæ, & certorum mobilium, ex quo præfata Victoria eidem Marco Antonio legauerat medietatem dotis ducatorum 250. fuit per M.C.V. condemnatus dictus Marcus Antonius ad ſoluendum dict. duc.250.& verſa vice condemnatus dict. Io.Leonardus ad ſoluendum medietatem funeralium, pendet appellatio in banca Turini. Sed quid è contra ſi maritus legatum fecerit vxori, an ipſa repetat impenſas funerales per eam factas pro viri ſepultura, de quo interrogatus reſpondi, poſſe illas repetere, ex quo legatum factum vxori cenſetur factum animo compenſandi cum lucris legalibus, & conſuetudinariis, vt probat Fontanell. eod. tract.clauſ. 7.gloſ.3 par.6.num.101.cum alijs apud eundem Ferrer.in d.Conſt.dict.temp.3.declar.1.à numer. 128.ad 150.Marta voto 5.num.13. Nuntius Pellic.in dict. Conſ. Auerſ.c.9.n.170. vbi id limitat non procedere in dote, cum qua non admittitur compenſatio cum legato, ex quo eſt debitum conuentionale, non legale, Hieron.Gabriel.cõſ. 16.num.31.vol.1.vbi plures allegat.Et proinde quando maritus non eſſet debitor vxoris in alijs ea diſpoſitione hominis, vt eſt ille, qui tenetur ex neceſſitate contractus ſponte inniti: quoniam tunc non videtur factum animo compenſandi, leg.creditorem, ff.de leg.2.cum aliis citatis per Nattam cõſ. 110. num. 15. Sicque maritus ſimpliciter legando aliquid vxori non inducitur compenſatio, dict. leg. creditorem; Mangil.de imputat.quæſt.14. num. 10. Ex eo, quia non habet cui poſſit compenſari, quare regulariter mariti ſolent hęredes ſuos inſtituere, qui ad impenſas funeris aſtringuntur, non mirum ſi talis impenſa funeris ſit debitum hæredis, & hæreditatis, Caſtil. vbi ſuprà num.18. & quaſi debitum defuncti, Hieron. de Leo dict. deciſ.191.num.2. Quo fit, vt cùm vxor non ſit hæres, & impenſas fecerit, vti tertius poterit illas conſequi, ex eo, quia priuilegium impenſæ funeris competit non ſolùm hæredi, ſed etiam tertio, qui illas fecerit, Caſtil. vbi ſuprà num.24. Grattan.dict.cap. 94.num.3. Et ratio clareſcit ex eo, quia impenſa funeris cùm ſit debitum neceſſarium reſpectu hæredis, non tamen reſpectu tertij, quoniam eſſet voluntarium, & exiſtente tali debito voluntario non admittitur compenſatio cum legato, quod eſt debitum ſimiliter voluntarium, quo caſu non caderet compenſatio reſpectu vxoris, quæ eſt ſubdita viro. Quamuis dicatur ſocia domus, Aſin. in leg.quòd ſi nulla, num.13. ff.de relig.& ſumpt.fun.quo fit, vt vxor ſit ſepelienda in ſepulchro viri,& ſi plures viros habuiſſet, in ſepulchro vltimi viri, idem in leg.familiaria, nu. 13.& ſeq.ſed maritus non ſepelitur in ſepulcro vxoris, vt ibi num.19.ſubdit: hinc fit, quòd ſi maritus ob inopiam non fecit cadauer vxoris ſuæ

cum

Digitized by Google

cum ſolitis, & debitis ſolemnibus funeralibus ſepeliri, ſolet excuſari, ex Foller. in praxi crimin. Rub. dentur capituli, num. 45. probat Benincaſ. in tract. de priuileg. paupert quæſt. 4. num. 21. quia maritus non tenetur vltrà quam facere poſſit, l. maritum, ff. ſol. mat.

Expenſæ factæ pro cuſtodia caſtri an deducantur ex releuio, deciſum fuit per R.C.S. negatiuè, vt ex D. Reg. Annib. Moles in ſuo tract. de regal. quæſt. 4. perpendit Aud. Capan. in collect. deciſ. poſt tract. de vita, & militia dec. prima.

Expenſas litis factas per patrem vſufructuarium pro recuperatione crediti an reficere teneatur filius, ex quo creditum erat maternum, in hoc articulo Doct. conſtituerunt differentiam inter vſufructuarium legis, & vſufructuarium hominis, de quo ſatis per Caſtill. de vſufructu, ſeu quotid. controuerſ. iur. to. 1. cap. 55. n. 3. 4. & 5. vbi ad noſtrum propoſitum ſub num. 5. hæc protulit verba. Videlicèt patrem verè legitimũ adminiſtratorem, & vſufructuarium bonorum aduentitiorum filii indiſtinctè ad expenſas litis obligauit, nec magnæ, nec paruæ diſtinctionem admittere voluit, forſan enim conſiderauit patrem ipſum, qui vltra cæteros vſufructuarios honoratur, & maiori prærogatiua afficitur, in hoc onerari debere, aut honorem cum hoc compenſandum; item filiis eorum, qui rebus fortiori vinculo adſtrictos eſſe parentes, quàm extraneos, vt de ſe patet, idcirco magis grauandos circa expenſas litis. Hæc ille. Quare vidi determinatum per S.C. in cauſa Fabii de Boctunis patris cum Troiano de Boctunis V.I.D. filio, die 20. Martii 1597. inter cætera in decreto lato contenta hæc formalia verba continentur, pariterque prouiſum eſt pro expenſis erogatis in litibus cum ſpect. quondam Comite S. Angeli, Troianum ad aliud non teneri vltra ducatos centum excomputatos Fabio in inſtrumento celebrato ſub die 13. Septembris 1591. &c. penès Secret. in banca Aſcanii Longhi.

Exteri ementes bona, & poſſeſſiones in aliquo loco, pro quibus ciues ſoluunt onera pro debitis contractis, an teneãtur ad illorum ſolutionem, videtur affirmandum, ex quo extat regula vulgata, quòd omnis res tranſit cum onere ſuo, l. ij. cui opus, ff. de nou. oper. nunt. cum aliis apud Barboſ. in princ. iuris lit. R. num. 17. Onera enim realia debent ſolui ab illis, qui poſſidant, & fructus percipiunt, l. 1. C. de ann. & trib. & l. indictiones, lib. 10. notat Camp. in cap. Item ſtatuimus, quòd poſſeſſiones, num. 6. Coſt. de ratione ratæ quæſt. 158. num. 9. & ſimiliter quando collectæ imponuntur pro rebus immobilibus poſſeſſis ab aliquo, cùm in eodem loco teneantur eas ſoluere, vt prolixius agit Auend. de exeq. mand. cap. 14. n. 29. Coſta vbi ſup. n. 11. ſimiliter ad gabellas pro his impoſitas, vt forenſes teneantur, latiſſimè proſequitur Modit. in §. lex eſt, dubit. 27. per totam. Ex aduerſo autem dici poterat, omnia ſupra allegata non procedere, quoad debita prius contracta per emptores, prætextu Vniuerſitatis, quoniam tunc non tenerentur ad illorum onera, poſtquam onera alter alterius ſupportare non debet, Camp. in cap. Fiſcalium n. 9. & 11. & eo amplius, quia omnia debita ſunt regulariter priuata, vt habetur in cap. Regn. Pridem, pro quibus principaliter obligatur perſona, ſecundariò verò bona obligantur, & ſic debitor vbi non poteſt in pecunia ſoluere, tunc creditor capiet coactè prædia pro credito, idem Modit. in §. plebiſcitum, dubit. 25. n. 4. quoniam obligatio perſonalis contracta reſpectu rei, competit contra quemcunque poſſeſſorem, Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 4. n. 545. & ſubdit n. 571. etiam contra quoſcunque ſucceſſores, ſed benè in ſubſidium, ad tradita per Coſt. de remed. ſubſid. remed. 124. n. 34. Nihilominus in cauſa Particularium Terræ Cupertini cum Vniuerſitate Leuerani ſuper contributione in debitis contractis per Vniuerſitatem Terræ Leuerani pro bonis emptis, & alias habitis poſt contractationem dictorum debitorum ab hominibus dictæ Terræ, qui contraxerunt debita, & non ſoluerunt, fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum per R.C.S. Die 22. Iulii 1568. referẽte Domino Berardino de S. Cruce illius Præſidente, quòd ſi ciues d. Terræ Leuerani, qui alienauerunt bona ſunt ſoluendo, nõ cogantur dicti particulares exteri ad contribuendum pro dictis bonis in dictis debitis contractis, ſed dicti venditores, ſeù aliter alienantes contribuant; ſi autem non ſunt ſoluendo, dicti poſſeſſores ſoluere teneantur pro eiſdem bonis in dictis debitis, ſaluis iuribus eis competentibus contra dictos venditores, ſeù aliter alienantes, penès Io. Baptiſtam Criſpum Mag. Act. Conſ. Palumbus pro Notat. penès Nob. Io. Andream Coppulam.

Extractio auri, & argẽti prohibita eſt per Reg. Prag. quid ſi facta fuiſſet pro ſuo vſu proprio, an erit punibilis, quia pro commoditate itineris deferebantur vaſa argentea, ſeù aurea, deciſum fuit per R.C.S. in perſonam Ioannnis de Forma, qui accedens ad Vrbem pro Indulgentia anni Iubilæi pro eius vſu quædam vaſa argentea extraxerat, vt fieri potuiſſet, ità & Goff. de Gaeta in ritu R. C. S. rub. de iure fund. verſ. item prædicta inducuntur, refert Epiſcopus Ricc. collect. 3356. col. 2. verſ. quatro quod, part. 8. de qua deciſione habetur in 1. p. noſtri Comp. verbo extractio.

Extractio Biſcoctorum pro ſeruitio Regiæ Curiæ permiſſa ex pacto in Arrendamento celebrato cum Vniuerſitate, an contineat frumentum, ex quo biſcocti conficiuntur, ita quod licita ſit talis extractio frumenti pro cauſa prædicta, non aliter ſolutis iuribus competentibus Arrendatori, deciſum fuit per Collaterale Conſilium ad relationem Domini Regentis Caſanate licitum eſſe Ciuitati Neapol. extrahi facere à Vincentio de Medicis tumulos triginta mille frumenti abſquè ſolutione dirictus, dummodo durãte tempore Arrendamenti prædicti immitteretur ab eodem Vincentio eadem quantitas frumenti, & infra eũdem terminũ de illo fieret panis, vt retulit D. Reg. Hector Capye. Latro conſult. 157. to. 2.

Extrahentes animalia extrà Regnum contra formam pragmaticæ non ſunt excluſi à generali indultu, vt fuit per S.C. deciſum in anno 1573. die 24. Ianuarij facta relatione in Collaterali Conſilio, Nouer. in prag. 1. coll. 2. n. 5. de extract. ſeù export. anim.

Extractus ab Eccleſia ſi nouum delictum commiſerit an erit priùs reponendus, deciſum fuit per M.C.V. affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 286. n. 3.

Extractus ab Eccleſia cum licentia Iudicis Eccleſiaſtici, & Curiæ ſeculari traditur, prætendens non fuiſſe Iudicem Eccleſiaſticum competentem, &

Digitized by Google

proindè eſſet reponendus annullata licentia, an ei ſuffragari debeat, deciſum fuit tam per M.C. quam per S.C. negatiuè, D.Reg.Sanfel.dec.286. num.11.

Exulatus ſi fines exilii fregerit ex cauſa infirmitatis ſuę matris, an excuſetur à pœna condigna, deciſum fuit in eius beneficium, D.Reg.Sanfelic. dec.255.

F

FABER ferrarius, qui propè Eccleſiam exercet ſuam artem expelli an debeat, ne diſturbet diuina officia, deciſum fuit affirmatiuè, D.Reg.Sanfel.dec.127. in princ.

Fabricans falſam monetam æneam cum imagine Principis qua pœna puniri debeat, fuit per Mag. Cur. Vicar. condemnatus ad mortem, ità refert D.Reg.Sanfelic. dec.59.

Falſarius producens articulos falſos in cauſa ciuili, ſuper quibus teſtis fuerat examinatus, an puniri debeat pœna falſi ordinaria, non alitèr facta priùs declaratione circa vſum, vt ſolitum eſt, ex quo, vt inquit D. Reg. Rouitus in Pragmat. Teſtem falſum, num.4. de falſis eſſet notandum, quòd non ſufficit ſola productio teſtium falſorum, vel ſcripturarum, vt quis dicatur vſus teſtibus, vel ſcripturis falſis, & teneatur pœna huius pragmaticæ, ſed requiritur expreſſa declaratio, quod vult vti ipſis teſtibus, & ſcripturis productis, præcedente declaratione facienda, & ita ſeruatur in practica, quæ ſumpta eſt ex leg.3.C. de fide inſtr. & in leg. penult. vbi Bart.ff.de falſ. Afflict. dec.189. num.2. & 3. vbi dicit, quòd eſt etiam dandus terminus parti ad deliberandum, ſi petierit, quæ procedunt, quando ſuper aliquibus incidentibus teſtes falſum dixiſſent, secùs autem ſi pars illum teſtem produxiſſet ſuper articulo falſo, tunc enim ex ſola productione ſequuta falſa depoſitione incidit in falſum, ita declarat Bart. in leg. ſi falſos, C.de falſ. Villadieg. in foro Iudic. lib.2. tit.4. leg.9. Hęc ille. Et ita fuit deciſum per M. C. V. ad relationem Iudicis Domini Franciſci Balboa in cauſa Scipionis Landino contra N. N., qui produxerat articulos falſos, vt teſtes examinarentur, prout fuerunt examinati, & non obſtante tali declaratione, quia non indigebat, fuit condamnatus ad remigandum eius vita durante, licèt ex concordia per annos decem fuit ſententia exequuta, ad quod probandum multos Doct. congeſſit Farin. de falſit. & ſimulat. quæſt.159. part.2. à num.34. ad 37. vbi firmat hanc Bart. opinionem, quando producens ſcientèr, & dolosè procurauerit quis teſtes examinari ſuper articulo falſo ab ipſo producente fabricato, prout erat caſus ſuprà relatus, & idem attingit nouiſſimè Io. Bernardin. Porrus in ſuo faſciculo crim. §. falſum, fol. 570. in medio, vbi plura in allegat. pro Io. Baptiſta Spata, &c. in fine.

Falſificās eius librū, nè interceptum appareret, & ſi officialis non ſit, an comprehendatur ſub indulto excipiente falſarios officiales, deciſum fuit affirmatiuè per Collaterale Conſilium cum interuentu R. C. ex Reg. Moles in deciſ. manuſc. 70. in fine, & 25. in finè probat Ioannes Maria Nouar. in pragm.2. collect. 3. de abolit. ſub nu.57.

Falſitas præſumpta contra Notarium, ac alios intereſſe prætendentes certo modo probata in aliqua ſcriptura, ſi nullum nocumētum inferret, an puniri debeat; ex facto liquebat, Cler. Laurentiū Vitellum malè vulneratum, in lecto iacentem ſuum condidiſſe teſtamentum, hæredes inſtituendo Auguſtinum, & Fabritium Solimenos pro vna parte, Stephanum, Paulum, & Iulium Catotenutum pro alia parte, ac Elionoram Vitelli pro alia tertia parte, indè præfata Elionora inſimul cum dicto Luca, & Fabritio Solimenis cohæredibus mandatum procuratorium fieri procurauerunt per manus Not. Petri Stinca in perſonam dicti Auguſtini ad vindemiare faciendum res quodam, cedendum dictam hæreditatem, & tranſigendum cum creditoribus illius cum alia poteſtate, vt egebatur in ea, præfata Elionora cum prætendiſſet dictum procuratorium mandatum per ipſam, & prædictos Lucam, & Fabritium eſſe falſum, dum in eo alterata reperiretur poteſtas, ex quo ſolum conſtituerat procuratorem eundi ad vindemiandum, & quod tale mandatum fecerat dictus Laurentius, tempore quo egrotauerat in perſonam Auguſtini, ſimiliter alterata erat poteſtas conceſſa, cuius vigore dict. Auguſtinus ſpoliauerat ipſam, ac alios cohęredes dicta hæreditate, vnde porrectis precibus Iudici M.C. fuit iuſſum, capi informationem, & fieri diligentiam, & pariter dictus Stephanus cum fratribus querelam criminalem expoſuerunt, præuio memoriali ſuæ Eccellentiæ. Examinatis teſtibus, qui interfuerant celebrationi mandati facti per Elionoram eidem Auguſtino, ex eorum depoſitionibus competiebatur, nullam alterationem interueniſſe, imò qualiter dict. Notarius dum ſtipulabatur mandatum aduertebat dict. Elionoræ, quòd cum dict. mandato ſpoliabatur omni re, cum quibus magna diligentia fuit facta, & pluries interrogati perſiſterunt in depoſitionibus factis, & circa aliud mandatum factum per dict. Paulum, & fratres, nil in contrarium fuit productum, igitur verum remanſerat. Et reſpectu mandati facti per dict. cler. Laurētium in perſonam dicti Auguſtini, examinatis teſtibus in eo interuenientibus, aſſeruerunt, qualiter dict. Laurentius mandatum fieri iuſſit dict. Auguſtino, eundi ad vindemiare faciendum, quo tempore non loquebatur, & Notarius non fuit ſtipulatus, ſed ſolùm teſtes notauit, & illos dimiſit, ex quibus fuerunt citati ad informandum prædicti Lucas, & Fabritius, Auguſtinus carceratus, & dict. Notarius citatus ad deponendum, qui cùm ſe præſentaſſet, obtinuit mandatum, conceſſis inde defenſionibus dicto Notario, ac Auguſtino pro mandato procurationis ordinato per dict. clericum Laurentium, tamen omiſſis alijs procurationibus, vti veris, fuerunt examinati ſex teſtes, qui interfuerūt eo tēpore celebrationi mandati, aſſerētes, illud fuiſſe confectum cum eadem poteſtate, quæ ſcripta

cerni

obtinuit, & conteſtatur cum depoſitionibus Notarij, ac Iudicis ad contractus, qui ſiquidem teſtes etſi non ſint illi, qui repetiebantur ſcripti in dict. mandato, nihilominus fuerunt præſentes celebrationi actus prædicti, ſicuti aſſeruerunt teſtes examinati per Fiſcũ, interrogati de conteſtibus, illos nominauerũt. Ex qua facti ſerie de iure colligitur, quòd licèt teſtes omnes deſcripti in inſtrumento dicant, alitèr ſcriptum, quàm dictum per contrahentes, attamen poteſt veritas ipſius coadiuuari per alios teſtes non deſcriptos in eo, prout affirmauit Bal. in l. in exercendis, num. 28. vbi optimè Salic. num. 6. C. de fide inſt. Felin. in cap. cùm Ioann. nu. 35. & 43. eo. tit. Boſſ. in tit. de falſ. num. 50. quo caſu quando numerus teſtium coadiuuans inſtrumentum eſt maior impugnantium, præualet, & remanet firmum inſtrumentum propter auctoritatem Notarij, vt dict. Doct. affirmant, & hoc magis confirmatur ex bona fama Notarij, qui nunquam fuit inquiſitus de conſimilibus, vt in perquiſitione legitur, & veritas mandati confirmata extat cum depoſitione Iudicis ad contractus, qui conteſtatur cum depoſitionibus Notarij, & teſtium examinatorum, & omnes concordant cum eo, quod ſcriptum eſt in dict. mandato, & ampliùs verum mandatum perſiſtit, quantum quod teſtes examinati per Fiſcum non concludũt, dum non dicunt, quòd ſi dict. clericus, qui mandatum inſſerat, illud cum alia poteſtate geſtum vtique intellexiſſent, vt volunt Doctores, quod affirmat Boſſ. in tit. de defenſ. reorum, num. 15. Dec. conſ. 101. Farin. quæſt. 158. n. 125. Et in hoc concurrit vehemens coniectura calumniæ, dum cernuntur tria mandata facta in perſonam Auguſtini, vnum à dict. clerico, aliud à dict. Elionora, aliud à dict. Stephano, & fratribus, & omnes querelam expoſuerunt contra Auguſtinum, quàliter erant falſa, & nihilominus ſunt vera, ac celebrata à variis Notariis cum eademmet forma, adeò quòd ſi ipſi voluiſſent mandata falſa patrare, vtique conuocaſſent teſtes amicos, & non incognitos. Eo fortiùs, quia mandatum factum Auguſtino pro vindemia non erat neceſſarium, dum vindemia reperiebatur ſeqneſtrata ordine D. Conſ. Carleual, vt ex decreto, & ſequeſtro liquebat, & procedebatur ad venditionem illius, ſed totum hoc proceſſerat, cùm ipſi cohæredes petacto tali mandato ſe pœnituerant feciſſe, quia nil ex hæreditate remanſerat per exiſtentiam tot creditorum, & ſequeſtro omnium bonorum, & demum, quia nullum effectum ſortitum fuit mandatum prædictum, nec eo Auguſtinus vſus fuerat, nec vti poterat, quia dict. clericus ſequenti nocte obiit poſt mandatum celebratum, & remanſit mandatum extinctum, nec nocere poterat, nec erat aptum ad nocendum, ſicque falſificans ſcripturam non nociuam, & nemini præiudiciũ afferentem, pœna falſi non tenetur, Farin. de falſ. quæſt. 150. numer. 291. & ſeqq. Et propterea facta relatione in M. C. V. per Iudicem illius Brandolinum, fuit liberatus præfatus Notarius de anno 1640. de menſe Septembris, penès Anaſtaſium Act. Mag.

Falſitas an dicatur, & puniri debeat, ſi quis expoſuerit in Magna Curia Vicariæ fidem crediti banci alicuius defuncti fuiſſe deperditam, & proinde ſibi liberari pecuniam cum cautione in forma de ſeruando bancum indemne, & illæſum omni futuro tempore, & ſubſequuta liberatione Iudicis, adimpletis adimplendis, pecuniam conſequutus fuerit, ſed inde compertum, per alterum conſocium fidem crediti extare in ſui poſſe, nec proinde procedi potuerat ad liberationem pecuniæ, quam illicò ipſe reſtituerat in eadem quantitate penès idem bancum, ex facto apparebat, quendam defunctum reliquiſſe tres executores in teſtamento, & inter cætera bona remanſa in eius hæreditate reliquiſſe ſummam ducat. 800. in banco S. Mariæ Annunriatæ exiſtentium, pro quibus habebat fidem crediti, quæ reperiebatur in poſſe Dionyſij Fuſconi, vnius ex dict. executoribus, qui erat gener defuncti, & ſuam portionem pro dote eius vxoris perceperat, cumque poſt obitum teſtatoris matrimonio collocata eſſet, alia filia cũ promiſſione eius portionis dotalis ex pecunia bancali, comparuerunt Dominicus de Ioãne, & Franciſcus Coloſa in M. C. V. alij duo executores petentes, ſummam in dict. banco exiſtentem eis liberari pro ſolutione dotis promiſſæ, ſtante quòd fides crediti non reperiebatur, & præſumebatur deperdita, ob quod capta informatione fuit interpoſitum decretum, quòd ſtante amiſſione fidei crediti liberaretur dicta ſumma eiſdem duobus executoribus, præſtita cautione in forma de faciendo bancum indemne, & illæſum omni futuro tempore, & ſic executum: quo facto peruento ad notitiam d. Dionyſij executoris, penès quem reperiebatur fides crediti, querelam criminalem expoſuit contra alios executores, quibus pecunia ſoluta fuerat huiuſmodi de falſitate, qui comparuerunt coram R. Conſil. Andrea Prouenzale Commiſſario cauſæ hæreditatis, & obtulerunt pecuniam eis liberatam reſtituere, & proindè non moleſtari, & ſic executum, licèt per Iudicem Miconum non aliter habita ratione de prædictis, carcerare fecerat dict. Dominicũ vnum ex dict. duobus executoribus, qui fuerat conſignatus ſub cautione, & alius citatus ad deponendum vnà cum Scriba cauſæ ciuilis, ſupponendo eſſe falſitatem commiſſam tam reſpectu principalium, qui bene ſciebant, fidem crediti non eſſe deperditam, ſed extare penès Dionyſium executorem, qui non fuerat auditus in liberatione prædicta, & ſic doloſè egiſſe, ipſum non audiri, & pecuniam ſibi ipſis liberari, vnde de iure certum eſt, quòd falſitas eſt de per ſe mutatio veritatis doloſè facta, Farin. conſ. 60. in verbo præiudicium alicuius, ſcilicèt eius intereſſe. Hæc tria ſunt de eſſentia falſitatis. Vulpell. conſ. 6. nu. 51. Berard. Porrus in ſuo faſciculo crim. §. falſitas ol 254. & poſt Farin. de falſit. q. 150. par. 1. n. 1. Ciazius diſcept. for. crim. diſcept. 27. n. 7. Perſius conſ. crim. 4. num. 1. & conſ. 49. n. 10. Farinac. conſ. 114. num. 12. & 36. Tùm etiam reſpectu Scribæ querulati ad inſtantiam dicti Franciſci, eo quia, qui bene ſciebat fuiſſe præambulum confectũ per eum, & tres extitiſſe executores, & non fuiſſe auditum tertium, penès quem reperiebatur fides crediti, ex quibus fuerunt citati ad deponendum, vnà cum eorum vxoribus hæredibus, de quo grauatus ipſe Dominicus ſupplicationem obtinuit, vt fieret verbum in S. R. C. dum fuerat detentus pro carcerato contra formam Iudicis Superioris, cui parendum

Digitized by Google

erat per Iudicem inferiorem, cap. cum inferior de maior. & obed. Nec proindè dici poterat, falſitatem fuiſſe commiſſam, primò, quia doloſè non egerant, dum procurauerant, vt dos ſolueretur filiæ defuncti ex dicta pecunia exiſtente in banco, vnde ſuccedit ad hoc regula, quòd quælibet cauſa etiam iniuſta excludit dolum, & præſertim in falſitate, refert Farin. de falſit. quæſt. 150. num. 278. Nam falſitas ſine dolo non committitur, Bertazol. conſ. crim. 70. num. 40. & conſ. 38. num. 6. conſ. 140. num. 5. conſ. 172. num. 1. vol. 1. Farin. conſ. 18. num. 6. & verus dolus exigitur, non tamen præſumptus, Farin. de falſit. q. 150. n. 183. Neque mutatio veritatis dici poterat, dum aſſeruerunt, fuiſſe deperditam fidem crediti, quæ reperiebatur penès alium, quia eis ignotum erat, & iuſtam cauſam ignorantiæ habebant, quia non erant principales, ſed executores teſtamentarij. Etenim vera commutatio veritatis requiritur in hoc crimine, ſola enim præparatio non mutat veritatem. Ciaz. vbi ſuprà num. 8. Veritate inde poſſibili poſita, ceſſaret falſitas, Surd. dec. 282. num. 14. Farin. dec. crimin. 121. num. 1. & 267. num. 9. Et demum nullum intereſſe partis concurrebat, dum pecunia iam extabat, licèt fuiſſet ex banco accepta, poſteà in alium bancum depoſita, & ſic falſitas nulli nocens non eſt punibilis, Bertazol. conſ. crim. 322. num. 6. conſ. 325. num. 5. conſ. 552. num. 4. conſ. 518. n. 16. conſ. 555. num. 14. vol. 2. & conſ. 61. num. 30. vol. 1. Ciazius vbi ſuprà num. 29. Peguera dec. crim. 80. num. 15. Triuiſan. dec. 4. lib. 2. num. 7. Maſtril. dec. 244. num. 14. 19. 21. & ſeq. Surd. dec. 282. num. 18. Farin. conſ. 11. num. 31. & conſ. 60. num. 47. idem Farin. de falſit. quæſt. 150. num. 355. & cõſ. 114. num. 16. & ſeq. conſ. 160. num. 10. Neque vtilitas reſpectu ipſorum inquiſitorum, quocirca falſitatis ſuſpitio ceſſat ex nulla vtilitatis perceptione. Bertazol. conſ. 61. num. 44. vol. 1. Ciazius vbi ſuprà num. 16. Aut ſi modicum eſſet lucrum, Idem conſ. 56. num. 8. cùm debeat eſſe magnum, vt ibi ſubdit num. 6. & conſ. 140. num. 23. Farin. conſ. 44. num. 16. & de falſit. quæſt. 153. num. 209. Concurrebat etiam reſtitutio pecuniæ taliter facta in continenti. Et ex hoc ceſſabat præiudicium partis, ſeu læſio, ob quod falſitas nullatenus reſultauerat, ita Vulpell. conſ. 29. nu. 2. quia falſitas requirit vſum, ad hoc plures allegat Giurba conſ. crim. 5. num. 1. Sicque falſi pœna ceſſabit, vbi dolus, præiudicium, & veritatis immutatio copulatiuè non concurrunt, Vulpell. conſ. 29. numer. 4. & 19. conſ. 48. numer. 3. conſ. 75. num. 1. Immò falſi crimen ceſſaret, deficiente vno ex tribus requiſitis, nempè veritatis immutatione, doloſa immutatione, & nociua immutatione, ſubdit Ciazius vbi ſuprà num. 41. Facta relatione in S. R. C. per Iudicem D. Franciſcum Allegria die 17. Martij 1644. in aula D. Reg. Conſil. Andreæ Prouenzalis deciſum fuit per idem S. C. remiſſa eſt eidem M. C. quòd prouideat ſeruata forma decreti lati per eundem Conſil. Prouenzalem, quòd non moleſtentur, penès Secretarium, in banca Ioſephi Sportelli Mag. Actor.

Falſum committere an videantur Actuarij, ſeù Scribæ fiſcales, qui informationes criminum occultauerunt, in quibus dies in receptione teſtium non notauerunt, neque illas rubricauerunt, atque notauerunt, ſeu regiſtrauerunt, decretum fuit affirmatiuè, ob quod fuerunt torti, vt refert D. Reg. Sanfel. dec. 60. vbi etiam extendit idem contra Scribam reuelantem ſecreta Curiæ partibus.

Falſum committere an videatur Actuarius, ſiue Scriba fiſcalis, qui per annum tacuit, & non prouidenda Iudici acta produxit contra reum inquiſitum de emptione rei furtiuæ, & eum falſis literis à carceribus liberauit, per M. C. fuit ab officio ſuſpenſus, D. Reg. Sanfel. dec. 61. n. 13.

Familia Curiæ capiens bannitum, & poſtmodum per eam occiſum, an puniri debeat, & qua pœna, in contingenti caſu fuit punitus Procurator fiſcalis R. A. qui capi fecerat bannitum ab Eccleſia, & illũ inde exiſtentem in poſſe Curiæ fecit decapitare, ob quod fuit deportatus in inſulam declarandam per ſuam Excellentiam, ſic teſtificatur D. Reg. Sanfel. in dec. 249.

Famulus alicuius priuilegiati habentis priuilegium fori, vt ſunt mercatores lanæ, & ſerici, an gaudeat priuilegio fori ob exercitium artis, deciſum fuit pluries affirmatiuè, vt teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 21.

Famuli inſeruientes Eccleſiæ, vulgò nuncupati clerici ſaluatici, an gaudeant priuilegio fori in criminalibus, deciſum fuit negatiuè tam per M. C. quàm per S. C. in pluribus cauſis relatis per D. Reg. Sanfel. dec. 1.

Famuli an dicantur ciues, vt poſſint trahere exteros ad hæc Tribunalia, relata fuit deciſio ſuprà verb. Ciuis.

Fatalia currunt in S. C. ex communi obſeruantia à die reclamationis ſententiæ, quæ ſiquidem reclamatio formiter fit per ſupplicationem ſpecialem commiſſionis cauſæ, adeò quod ſi non tam ſpecificè fuerit reclamatio per ſupplicationem facta, ſed in replica mandati de parẽdo, licet poſt tantũ decurſum annorũ fuerit ſupplicatio reclamationis inſtituta, & oppoſitum de lapſu fataliũ, an per hoc intelligantur cucurriſſe, fuit deciſum per S. C. exceptionem lapſus fatalium in hoc caſu non obſtare in cauſa Io. Dominici Penſinæ hæredis Lucretiæ Penſinæ cum hæredibus quondam Camilli Marini, teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 6. n. 10.

Fatalia an obſtẽt, ſi per annum vnum tantum deficiat monitio ad dicendum, quamuis in ſequentibus fuiſſent continuatæ citationes ad dicendum, deciſum fuit per Collaterale Conſilium facto verbo per Reg. Camer. in cauſa Ducis Turris Maioris cum Duce Andriæ, in qua fuit reclamatum formiter, & infra legitima tempora compilatus proceſſus, & per plures annos expedita, & notificata citatio ad dicendũ, quia per vnum annum tantũ citatio deficiebat obſtare lapſũ fatalium, non obſtante quod in ſequentibus fuiſſent continuatæ citationes ad dicendum, refert D. Reg. Sanfel. dec. 6. n. 3.

Fatalia in cauſa reclamationis decurſa, vt præſumebatur, ſed prætenſum, non eſſe decurſa, ex quo ſententia non dum fuerat exequuta per oppoſitionem factam à tertio, vt non exequeretur, an impediãt, quin poſſit procedi in cauſa, vide infrà in verbo reclamatio.

Fatalia in S. R. C. in cauſa reclamationis an, & quãdo currant, & ſub diſtinctione concluditur, quod ſi in tempore non fuerit reclamatum, vel non

eſſet

eſſet compilatus proceſſus, procul dubio curſus fatalium attenderetur, iuxtà deciſionem D. de Franch. in dec. 646. in cauſa Dominorum de Caraſa cum Marchione Mariliani, quem ſectatur D. Reg. Fabius Capy. Galeot. controuer. iur. tom. 1. controuerſ. 19. n. 48. vbi ſubdit, ſecus eſſe cum in tempore reclamatio fuerit interpoſita, & inſtructus proceſſus, quamuis poſtea fuerit tacitum, vt fuit deciſum in cauſa Virgioij Montalto cum Marchione Argentij, Iuliæ de Reſtaino cum Laminta de Morra, Iacobi de Bononia cum Sedili Nidi, vbi in calce retulit in eius facto idem deciſum, ſed poſtea in cauſa reclamationis reuocatum decretum.

Feneſtræ habentes aſpectum ad Moniales ex diſpoſitione Reg. pragm. 2. de monial. tolli debent, vt ibidem Reg. Rouit. & Nouar. de quo ſatis apud Illuſtr. Epiſcopum Riccium collect. 4211. p. 9. vbi limitat non procedere, quando Monaſteria de nouo ędificarentur, & conſtruerentur, iuxtà antiqua ędificia priuatorum, ex quibus apparere poteſt aſpectus ad dicta Monaſteria, nam eo caſu claudi non poſſunt, vt in facto iudicauit Sac. Conſ. contra Monaſterium S. Mariæ Egyptiacę.

Feneſtras habere an liceat Monialibus correſpondentes ad feneſtras vicinorum, quæ fuerunt primò edificatæ, fuit deciſum negatiuè per Collaterale. Conſilium. circa feneſtras Palatij Aoelli Longhi V. I. D. cum Monaſterio S. Ligorij, petente illas claudi facere, quia correſpondebant ad feneſtras Chori Monialium, vt refert Illuſtr. Epiſcopus Riccius collect. 4211. p. 9. verſ. limita ſecundo.

Feriatis diebus an poſſit procedi contra inſignes latrones ad receptionem teſtium, iuramenti delationem, promulgationem ſententiæ, eiuſque exequutionem, pluries deciſum fuit affirmatiuè, vt refert D. Reg. Sanfel. dec. 173.

Feudũ an probetur eſſe, ſi pro eo adhoa, ſeù releuiũ ſoluatur, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa D. Ioannis de Sanframundo, vt refert Affl. in cap. 1. ex quibus cauſ. feud. amitt. n. 297. ſequitur D. Reg. Hect. Capyc. Latro in dec. 93. n. 1.

Feudum an ſit hypothecatum pro vita, & militia, deciſum fuit affirmatiuè per R. C. S. vt ex Reg. Reuert. dec. 4. vol. 2. num. 3. probat And. Capan. in collect. deciſ. poſt eius tract. de vita, & milit. dec. 4.

Feudum ruſticum conceſſum à Barone eius vaſallo pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſub certo reditu, an poſſit præoccupari à Barone, prætextu lineæ finitæ de facto, exiſtente filio ex ſorore prædefuncti vaſalli, hæc ſequentia fuerunt in facto & in iure conſiderata, videlicet. In anno 1550. quod. Franciſcus Iaquintus mediante perſona Perſij ſui filii, & Procuratoris emit à Grecia filia Dominici Greci ſubſcriptum territorium feudale pro duc. 200. cum onere feudalis ſeruitij medietatis vnius paris chyrothecarum ſoluendæ Baronali Curiæ Ciuitatis S. Agathæ Gothorum, ſaluo aſſenſu Baronis, & dicitur pro medietate feodi prædicti ad eam peruenta ex ſucceſſione quondam Virgilii Greci, vt in inſtrumento, & acceptato etiam aſſenſu in articulis Ducis. In anno poſtea 1560. ob mortem Perſij Iaquinti filii dicti Franciſci primo loco acquirentis feudum conceditur inueſtitura, & confirmatio in perſonam Io. Petri Fabritii filii dicti Perſij, & nepotis dicti quond. Franciſci pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, vt in inueſtitura pręſẽtata per Ducẽ, & acceptato etiã per partem, & in inueſtitura dicitur *la metà d'vn feudo*, quia erant duo ſubfeudatarii, & feudum erat ruſticum, & diuiſibile, & hodie agimus de medietate Franciſci tantum, vt ſup. Mortuo Io. Petro Fabritio prætendit Dux S. Agathæ, quod in feudo prædicto ſucceſſit Portia Iaquinta ſoror, & ob eius mortem lineam eſſe finitam, & de facto cępit poſſeſſionem in anno 1591. vt in ſuis articulis, & in art. 5. dicit, *che à Fabritio ſucceſſero Cornelia & Portia ſorelle, tutti figlie di Perſio.* Venit hodie Io. Baptiſta de Lucca filius legitimus, & naturalis quondam Hippolytæ Iaquintæ filiæ dicti quondam Franciſci primo loco acquirentis feudum, & frater amitinus, & conſobrinus tam dicti Fabritij Iaquinti, quam dictæ Portiæ vltimo morientis, & ſic in quarto gradu, & petit declarari, ad ipſum ſpectauiſſe, & ſpectare ſucceſſionem feudi prædicti, & condemnari Ducem ad relaxandum, vna cum fructibus, vt fol. 49. & 51. Dato termino probatur filiatio Hippolytæ filiæ legitimæ, & naturalis dicti quondam Franciſci, & Filadoræ Sanframundę formiter per 7. teſtes, & probatur etiam hoc idem ex inſtrumento dotali inter dictam Hippolytam, & Annibalem de Lucca, in quo Franciſcus pater, & dotans vocat eam filiam legitimam, & naturalem. Pariter fuit probatum, Io. Baptiſtam de Lucca actorem eſſe filium legitimum, & naturalem dictæ quondam Hippolytæ ex matrimonio contracto inter dictam Hippolytam, & quondam Annibalem de Lucca, & hæredem ex teſtamento dictæ ſuæ matris.

R V B R I C A.

La metà d'vn feudo ruſtico nominato lo feudo delli Quacquari ſito, & poſto in le pertinentie di S. Agata, iuſta la metà del feudo predetto, quale ſi poſſede per il Dottore Giulio Ceſare Iaquinto, & altri confini. Quibus in facto ſic ſtantibus erit indubitatum, quod in iſtis ſubfeudis planis, & de tabula cõceſſis pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus habet locũ ius cõmune feudorũ, vt in linea deſcendenti vſque in infinitum, in collaterali verò (prout in caſu noſtro) vſque ad ſeptimum gradum ſucceſſio deferatur, cap. 1. de grad. ſucc. in feud. & Conſtit. Regn. Vt de ſucceſſionibus, quæ arctat ſucceſſionem vſque ad tertium, & gratia conceſſa Regno, quæ ampliat vſque ad quartum in fratribus patruelibus deſcendentibus per lineam maſculinam à primo acquirente feudum maſculo, vt in Cap. Neap. Regis Catholici in anno 1536. cap. 1. fol. mihi 102. & in confirmatione Philippi Regis in anno 1557. c. 13. fol. 153. vendicabunt ſibi locum in feudis quaternatis tantũ, gloſ. in d. Cõſt. Regn. Vt de ſucceſſ. in fin. in verb. in omnibus, And. in cap. 1. n. 14. de nat. ſucceſſ. feud. & in rubr. de conſuet. recti feud. in fine, Camer. in cap. Imperialem fol. 40. lit. L. Frecc. de ſubfeod. lib. 3. in differ. inter quater. & plan. & de tab. in 1. differ. n. 4 & 5. fol. 419. Feudum verò, de quo agitur, nemo dubitat, eſſe planum, & de tabula, quia conceſſum à Barone, qui non poteſt concedere quaternata, ſed tantum excadentias, vt Conſtit. Regni Conſtitut. diuæ memorię in fine, And. in cap. Imperialem in princ. Anna in repet. cap. 1. n. 62. de vaſal. decrep. ętat. Feuda enim

Digitized by Google

enim quaternata,& ſimplicia,vel ſecundum quid tenentur immediate, & in capite à Rege, And. in cap.1. n.10. de controuer. feud.apud par.term. & ſunt deſcripta de per ſe in Regeſtris Regiæ Cameræ. Immò in territorio, de quo nos agimus, quod præſtat ſeruitium in pecunia eſt conceſſum ad annuam præſtationem, niſi conceſſio, & Inueſtitura loqueretur in feudum, diceremus, ſucceſſionem eſſe, prout in burgenſaticis, Bal.in l. liberti,libertæque, C. de oper.libert. And.in c. 1.§.nam. & illud,de eo, qui ſibi, & hęred.ſuis, Affl.dec.129.Succeditur igitur in hoc feudo vſq; ad ſeptimum gradum, & ſic Io.Baptiſta,pro quo Nos loquimur,qui eſt frater amitinus,ſeù conſobrinus Portiæ Iaquintæ vltimę morienti, & ſic in quarto gradu,l.1.§.quarto gradu,ff.de grad.eſt comprehenſus in inueſtitura. Succeditur enim vltimo morienti,non primo acquirenti,cap.1.de de nat. ſucc. feud. & ibi And. in fine, Tiraquell. de retract.lignag.§.11.glo.1.n.19.Roland.à Vall. conſ.100. num.16. volum.2. qui alios congerit, & ex his paucia, & alijs ſupplendis per doctiſſimum Collegam apparet iuſtitia Clientis, quam ſpetat à Sacr.Conſil. Flaminius Blandus. Portia Iaquinta poſſidebat hoc territorium,& fuit vltimò decedens, Dux Sanctæ Agathæ de facto occupat hoc territorium tãquam feudale, & quod debebat ſeruitutē Curiæ ſuæ Baronali, ſub prætextu, quòd deceſſerit vltimus poſſeſſor abſque hęrede,& ſic deuolutum ad eius Curiam. Ad probandum hanc qualitatem feudalem, & quod debebat ſeruitutem ſuæ Curiæ,articulauit qualiter aliàs de anno 1550.fuit venditum cum aſſenſu Baronis. Secũdò,quod mortuo poſſeſſore conceſſit inueſtituram confirmatoriam, & ex his obtinuit in poſſeſſorio. Actor hodie dicit alterum de duobus, aut producta per Ducem probant qualitatem feudalem, & ex eius probationibus remanet feudum planum, & de tabula,in cuius ſucceſſione debet ipſe admitti,cùm ſit in quarto gradu, cùm non procedat diſpoſitio Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, non enim poteſt Dux prætendere, quòd eſſet feudum quaternatum ſimpliciter,quia eſſet Regiæ Curiæ,neque quaternatum ſecundum quid, quia non probauit,eſſe deſcriptum in quaternionibus Regiæ Curiæ, nec vnquam fuiſſe alienatum cum aſſenſu Regis, nec ſeruitium militare,ſeù Adohæ fuit vnquam ſolutum Regiæ Curiæ, neque per mortem releuium fuit ſolutum Reg. Curiæ, quibus modis probatur, feudum eſſe quaternatum, vt per Andr. latè in cap. 1. num.9. de conſt. feudi apud par. termin. in cap. 1. n.12. de capit. Corn. in cap. 1. §. poſt refutationem, ante num.4. de vaſallo, qui contra Conſt. Lotha. in cap.1. num. 1. de alien. feud. pater. in cap.1. ſub num.14. paulò ante add. de capi. qui cur. vend. in cap.1. num. 12. quo tempore miles, in cap. 1. §. hæredes, n.4. de pac. iur. firma. in cap. Imperialem, in princ. ſub n.8.& n.10 de prohib. feud. alien. per Feder. & in Conſtit. Si aliquis Baro, Capyc. in inueſt. §. quaternatum, fol.250. de Gelio de iure adohæ, n.88.& 89. Camer. in cap. Imperialem, fol.69. cum ſeq.& in cap. ſi aliquem, verſ. in cap. num.4.& 17. Frecc. in differentiis inter feuda quaternata, & plana. Rem enim eſſe feudalem multis modis probari poteſt, ſi eſt ſcripta in quinternionibus R.C. Andr. in c.1.n.9. de cõſt. feud. apud par.& in omnibus locis ſuprà allegatis. Secũdò ſi de ea ſoluitur adoha, Iſern. in Cõſt. Poſt mortem. Tertiò, ſi eſt vendita cũ aſſenſu; Andr. in ſuo repertorio, § feudum, Afflict. in cap. 1.§. cùm autem, num. 10. de conſt. inueſt. qui alios allegat. Quartò, ſi fuit empta vt feudalis, Andr. in d.§. ſi verò contigerit, de pac. iur. firm. Par. de reintegr. feud. fol. 8. in antiquis, Gram. dec. 77. n.12. Boſſ. de Principe, n.253. Afflict. dec.267. Beſſo. conſil. 10. & poſt prædictos quomodo probetur, rem eſſe feudalem, Curt. iun. conſ.140. n.4. Item Caſtra cum vaſallis præſumuntur quaternata, Capyc. vbi ſupra fol.230. Vnde in caſu noſtro cum nulla de prædictis circunſtantiis fuerit probata, ſed in contrarium aſt territorium ruſticum ſeruitium debitum Curiæ Baronali, dum alienatur, fatetur Dux, fuiſſe alienatum cum ęius conſenſu, erit feudum planum, & de tabula, reaſſumit Capy vbi ſuprà, fol.231. verbo planum. Inſuper hæc qualitas, quòd ſit feudum planũ, & de tabula, probatur per inueſtiturã cõfirmatoriã conceſſã à Barone, nam quamuis talis inueſtitura nullum tribuat ius, Andr. in cap.1. in princ. verbo ſi ergo vaſallus, per quos fiat inueſt. Capyc. in inueſt ver. feudor. confirmationem, vbi plura allegat, tamen hoc intelligit, quando quis vellet illius vigore tanquam actor vendicare feudum, ſecùs quando adducitur ad probandum qualitatem feudalem à Curia Baronali, præterea ſimplex inueſtitura confirmatoria in antiquis probat & dominium, & poſſeſſionem, Guid. Papa dec.272. paulò ante 2. verſic.& ita pluries ſequitur Franc. Marc. deciſion. Delphi. 609. numer.8. part.1. plures cumulat Burſat. conſil.27. numer. 7.9.& 10. volum.1. fundatum ex regula, quod enunciatiua verba in antiquis probat, vt eſt verior opinio. Præterea non procedit, quoties inueſtitus eſt poſſeſſor; & poſſedit vltra triginta annos, nam talis inueſtitura plenè probat, vt in caſu noſtro, Guliem de Bened. ſingulariter in cap. Rainutius, verſ. & vxorem nomine Adelaſiam, in 5. deciſ. de ſucceſſ. ab inteſtato, iunctis deciſ. per eum, n.450.& n.458. Vnde ſi ex prædictis Dux probauit, territorium eſſe feudale, erit feudum planum, & de tabula, ſed actor eſt in quarto gradu, & ſic in gradu ſucceſſibili, cùm in hoc feudo non procedat Conſt. Vt de ſucceſſ. vt ibi gloſſ. Marin. Andr.& alij, vt per Frecc. in prima differentia inter feuda plana. Nec obſtat, quod tale territorium vti feudale de anno 1550. fuit alienatum, & non producitur aſſenſus Baronis, & licèt deinde ſucceſſores habuerint inueſtituram, fuerunt confirmatoriæ tantùm, & ſumus in petitorio, quia reſpondetur primò, quod in alienatione feudi plani, & de tabula ex poſſeſſione triginta annorum præſumitur aſſenſus, cùm de iure feudorum ſufficiat tacitus, & Conſt. Regni. Conſtitut. Diuæ Memoriæ non procedit in his feudis, vt ne tranſcribam, in ſpecie Marin. in 25. differ. inter feuda plana, & quaternata, n.32. Vinc. de Ann. in Conſtitution. Conſtitutionem diuę memoriæ n.115. & 116. Frecc. latius in 48. quęſt. in materia aſſenſus. Secundò reſpondeo, quod quicquid ſit in feudo quaternato, & aſſenſu Regis, an requiratur ſcriptura, cùm Andr. videatur fateri, etiam hunc aſſenſum poſſe probari per teſtes, in cap. Imperialem, §. hac edictali, de prohib. per Loth. de

gra

qua re per Affict. dec. 398. & in cap. 1. de prohib. per Loth. dict. verb. hac edictali, latiſſimè ibidem Loff. ed. fol. 14. col. 4. Freccia de ſubfeud. quæſt. 28. n. 4. & in 10. differentia inter feuda plana, Paris de reintegr. fol. 37. n. 15. Camer. in cap. Imperialem, fol. 8. lit. H. nouiſſimè Io. Vinc. de Anna in dict. Conſt. à num. 53. qui num. 66. videtur diſtinguere, an quis velit probare, aſſenſum fuiſſe conceſſum ſolo verbo, & id poſſit per teſtes, aut in forma priuilegij, & ſic in forma Cancellariæ, prout hodie vtimur, & non poſſit, niſi per ſcripturam, cùm requiratur ſubſcriptio Regentium; quod antiquis temporibus fuit diſceptatum in cauſa Marchionis S. Lucidi cum filio, tamen in alienatione feudi ruſtici ſufficit probatio per teſtes, ita Marin. in dict. 10. differentia, & per Conſtitutionem Conſt. requiritur ſpecialis, & ſic expreſſus, in aſſenſu Regis in feudo plano ſufficit tacitus, idem Frecc. in 11. differ. vltra alia ſuprà allegata. Vnde ſi poteſt probari per teſtes, poterit probari etiam per partis confeſſionem, & ſic per confeſſionem Baronis. Nec obſtat, quòd Baro non poteſt præiudicare feudo, quòd eſt homo mutus, expreſsè, ergo multò minus tacitè, quia in caſu noſtro Baro dum aſſentit, non facit actum illicitum, nec præiudicialem feudo, & ſicut poteſt ſolo verbo, & conſenſu aſſentire, ita etiam atteſtari, id antè egiſſe, cùm tantùm confiteatur rei veritatem. Si autem producta per Ducem non probant, rem eſſe feudalem, remanebit vt burgenſatica, vti de iure præſumitur quælibet res per totas communes, tam fortiùs eſt condemnandus Dux ad reſtitutionem huius territorij. Cætera ſuppleat nimia Religio Dominorum Iudicantium pro pauperrimo Actore contra hanc potentiam Ducis, &c. Franciſcus Lauritus V.I.D. In Dei nomine, amen. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, territorium in actis deductum ſpectauiſſe, & ſpectare ad præfatum Io. Baptiſtam de Lucca, & in eo potuiſſe, & poſſe ſuccedere poſt mortem Portiæ Iaquintæ, cum onere tamen ſoluendi medietatem vnius paris chyrotheeatum: & propterea præfatum Illuſtr. Ducem S. Agathæ, & eius Procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad relaxandum, & reſtituendum præfato Io. Baptiſtæ de Lucca territorium prædictum, ſalua prouiſione facienda quoad fructus perceptos per Ill. Ducem S. Agathæ ex cauſis in proceſſu deductis, &c. Hanc eandem, &c. Fœlix de Ianuario. Lecta, lata, &c. die 27. menſis Februarij 1601. Neap. Io. Andreas de Felice Act. Mag. Deinde dict. Illuſtr. Dux fuit condemnatus ad ſoluendum fructus perceptos ad rationem duc. 36. pro quolibet anno, & pro ſumma duc. 342. pro annatis nouem, cum dimidio fuerunt expeditæ literæ executoriales in forma Reg. Cancellariæ, & exequutum. Proceſſus intitulatur pro Rev. D. Saluſtio Iaquinto cum Duce S. Agathæ.

Feuda an cenſeantur obligata ſub illa clauſula, obligauit omnia bona ſua, nulla feudalium facta expreſſione, ad hoc vt aſſenſus capituli pro dotibus præſtitus quoad obligationem feudalium militet, concluditur affirmatiuè ex rationibus adductis per D. Reg. Sanfel. dec. 302.

Feuda conceſſa per inueſtituras abſque clauſula iuris Francorum, aut iuris Longobardorum, in Regno cuius natura præſumantur eſſe. D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in eius controuerſijs tom. 2. controu. 1. 2. & 3. latiſſimè articulum exarat, & demum in calce tertiæ controuerſiæ deciſum fuiſſe per Collaterale Conſilium in feudo Antedoci refert, poſſeſſores viuere iure Francorũ, in cauſa D. Virginiæ, & aliorũ de Sabellis cum illis de Bandino.

Feudalia an veniant in obligatione omnium bonorum, virtute capitulorum Neapolitanorum, deciſum fuit affirmatiuè per Collaterale Conſilium in anno 1573. vt refert D. Reg. Io. Franciſc. Sanfelic. in additione nouiſſima ad eius deciſ. 99.

Fida animalium in quo loco erit concedenda ab habente ius fidandi in territorio, eſt certum, quòd in locis apertis ſit concedenda, vt puta in paſcuis, Afflict. dec. 290. ad finem, quem ſequitur Polyd. Ripa obſeruat. 332. n. 9. & ſic in bonis liberis, & ſtabilibus, de quo per Nouar. de grauam. vaſal. tom. 1. grauam. 37. cùm ius paſcendi Vniuerſitati, & ciuibus competat pro vſu tantùm in locis domanialibus Domini, & non in alijs, Paul. Staiban. conſ. 87. per totum. Non tamen in vineis, vel ſegetibus, in terris nemoroſis, & oliuetis, vt habetur in Conſt. Cùm per partes Apuleæ, ibique Doct. & nouiſſimè teſtatur Rendel. de paſcuis capit. 6. in fine, nam ſata, vinea, & oliueta damnum accipiunt cùm paſcuntur, vt ibi per eum, neque incluſis lapidibus factis, prout ita deciſum per S.C. retuli ſuprà in verbo diuiſio, & verbo Animalia.

Fideicommiſſum, ſiue maioratum prætendens an poſſit viuente ipſius poſſeſſore agere, vt declaretur poſt mortem, maioratum, ſiue fideicommiſſum ad ſe pertinere, Conſil. de Anna in conſ. 11. hanc altercationem pro vtraque parte exarat, demùm in 2. vol. conſiliorum Io nota deciſionum illarum inquit, contra vndecimum fuit deciſum, ſed cùm perueniſſet in mei poſſe ſententia illorum de Valignanis, duxi eius verba hic deſcribere pro altercationis deciſione inde ſubſequuta per S.C. hoc eſt In Dei nomine, amen. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtræ, & in noſtro S.C. porrecta pro parte Io. Andreæ Valignani fol. 1. nec non præambulo facto, & declaratione hæredis in perſonam Franciſci primogeniti Valignani eiuſdem Io. Andreæ contra Io. Antonium Valignanum, cuius ſupplicationis tenor eſt, vz. S.R.M. viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, fideicommiſſum in proceſſu productum adeſſe ſuper dict. domo in actis deducta, & proinde declaramus, eueniente caſu mortis Io. Antonij Valignani poſſeſſoris prædictæ domus ſine filijs maſculis, prædictam domum ſpectauiſſe, & ſpectare ad Franciſcum Valignanum primogenitum prædicti Io. Andreæ, & deſcendentẽ ex Profeta Valignano, ſeruata forma fideicommiſſi in actis præſentati, ex cauſis, &c. Neutram, &c. Hanc eandem, &c. Iulius de Palermo.

Fideicommiſſum inſtitutum vel in contractu, aut in vltima voluntate, vt ſuccedere debeant maſculi deſcendentes, fœminis excluſis, an extinguatur

guatur

guatur per obitum vltimi morientis, relictis filijs maſculis, fuit de hoc difficultatum in R.C.S. in cauſa Spectabilis Veſpaſiani Carafæ Comitis Sanctæ Seuerinæ petentis declarari, Terram, & ſtatum S. Lucidi, adueniente morte Illuſtr. Ferdinandi Carafæ tunc illius Marchionis, & poſſeſſoris, debere pertinere ad ipſum Spectabilem Veſpaſianum deſcendentem ex corpore Spectabilis Galeoti Carafæ ſui aui paterni, excluſis fęminis tunc fortè exiſtentibus, quas prætendit non poſſe ſuccedere ex forma donationis dictæ Terræ factæ Ill. quondam Federico Carafa per Spectabilem Andream Comitem S. Seuerinæ, dicto Ill. Marchioni prætendentem, nullum adeſſe vinculum in fauorem dicti Comitis, quod obſtet dictis fęminis, de quo quidem articulo, potiſſimum quando conditio fuerit oppoſita, ſi ſine filijs deceſſerit, expiret mortuo grauato cum filijs, quidquid poſtea de eis contingat, latiſſimè agit Fuſar. in tract. de ſubſtit. q. 480. n. 1. & ſeq. & n. 20. cum ſeq. loquitur in materia fideicommiſſi, quãdo maſculos vocauerit, ſi ob id extinguatur, penes quem erit videre, dum antiquos, & modernos coaceruauit, & in affirmatiuam inclinauit, quocirca in caſu prædicto fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 13. Iulij 1582. facta relatione de prædictis omnibus in Reg. Coll. Conſil. coram Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Protege per R. C. S. referente Magnifico Domino Francisco Antonio Dauid V.I.D. Præſidente dictæ Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſario, fuit per Regiam Cameram ipsã accedente voto Excell. Dominorum Regentium Regiam Cancellariam prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, ſtante morte dicti Ill. Federici Carafæ cum filijs maſculis extinctum eſſe prætenſum vinculum in ſucceſſione dictæ Terræ S. Lucidi, quatenus reſpicit fauorem deſcendentium à dicto Spectabili Galeoto, & proindè dictum Ill. Marchionem abſoluendum eſſe, prout præſenti decreto abſoluitur à prætenſione dicti Spectabilis Comitis, hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Dauid. Conſ. Decius Raparius Secretarius.

Fideicommiſſum abſolutum an inducatur per donationem à proauia factam præſenti, & ſtipulanti pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, ac filijs deſcendentibus, hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum, cum prohibitione alienandi ex quauis cauſa, & ſub illo comprehendatur neptis, etiam quod hæres non ſit, ac etiam ſi renunciauerit omnibus iuribus ad ipſam ſpectantibus, etiam ex propria aui, & matris perſona ob dotem ab auo, & matre conſtitutam, decíſum fuit per S. C. in fauorem neptis, & quia prætendebatur, aliam neptem ex filia adeſſe, & ex alio filio, fuit tertia pars pro nunc declarata in beneficium actricis, ſalua prouiſione facienda pro reſtanti quantitate, auditis intereſſe prætendentibus, ità refert D. Reg. Sanfelic. dec. 202.

Fideicommiſſum ſimplex reſtitutorium inter deſcendentes an cauſetur ex prohibitione de non alienando bona extra familiam, vt in familia conſeruentur, hoc contigit in cauſa illorum de Pirrone, dum Albentius pater inſtitutis Marcio, Antonio, Decio, & Carolo eius filius, hæredibus mandauit, bona ſua non alienari extra familiam, ſed tantum inter eos mortuo vno ex ipſis ſuperſtitibus filijs, ex eo orta fuit controuerſia ſuper bonis obuentis eidẽ Antonio, Fiſco inſtante pro publicatione illorum ex delicto Antonij, cuius filij opponebant de fideicommiſſo prædicto ex verbis illis, vt conſeruentur in familia, diſcuſſis hinc indè rationibus per Horat. Monign. controuerſ. forenſ. controuerſ. ; ſidem ibi refert, M. C. vti delegatam iudicaſſe contra Fiſcum in fauorem filiorum dicti Antonij, in Banca Lucinæ.

Fideicommiſſum inſtitutum in feudalibus, accedente etiam priuilegio Regio, an obſtet creditoribus filij fideicommittentis, cui pecunias crediderunt, ex eo, quia ex ratione principalis diſpoſitionis iuxtà priuilegium non ſequutæ. Secundò, ex renunciatione ipſius priuilegij ob contrarios actus impetrantium. Tertiò, ex nullitate eiuſdem priuilegij ob ſolemnitatis non adhibitę defectum. Quartò, ex exceptione rei pluries iudicatæ, quibus examinatis in Iure per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. illuſtr. tom. 2. controu. 47. 48. 49. & 50. demum in calce controuerſ. 52. refert deciſionem factam per S. C. iunctis aulis die 4. Februarii 1614. referente Conſil. Gaſpare Palatio in cauſa creditorum Marchionis Triuici, & dictum, quoad bona feudalia remanſa in hæreditate quondam Cicchi de Loffredo ſenioris, olim Preſidis S. C. & Regentis Regiam Cancellariam fuit abſolutus Cicchus de Loffredo modernus Marchio à pretenſione creditorum, ſtante fideicommiſſo, ſiuè maioratu obtento per Cicchum ſeniorem, quo verò ad bona feudalia remanſa in hæreditate quondam Beatricis Caracciolę vxoris Cicchi ſenioris, obtinuerunt creditores, prętandam eſſe aſſiſtentiam ſuper Terra Montisfalconis, & aliis bonis feudalibus ipſius, ſalua prouiſione quoad alia deducta pro parte eorumdem creditorum, vbi diuerſitatis rationes allegat, & alia ibi per eum.

Fideicommiſſum an cenſeatur inductum in contractu donationis factæ alicui cum nuda prohibitione, quod nullatenus dicta bona poſſint vendi, alienari, ſeù pignorari per ipſum donatarium, eiuſque heredes, & ſucceſſores ex quauis cauſa, etiam vrgenti, ſed ſemper, & in perpetuum debeant per ipſum, eiuſque hęredes, & ſucceſſores pro eorum victu, & ſubſtẽtatione remanere, ita vt in caſu alienationis obſtare videatur, deciſum fuit per S.C. contra fideicommiſsũ, vt oſtendit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 32.

Fideicommiſſum factum in contractu donationis in beneficium alicuius filij abſentis, & indè ratificatum à donatario ſub cõditione, vt in re donata ſuccedant primogeniti ex familia maſculi de progenie in progeniem in infinitum, an deficiente linea ipſius donatarij alij collaterales eiuſdem familię deſcendentes ex eodem donante comprehendat, in cauſa illorum de Pignone fuit interpoſitũ ſequens decretum videlicet. Decreto S.C. declaratum eſt, domum in actis deductam non ſpectauiſſe, nec ſpectare ad D. Alexandrum Pignonem, neque ad quondam Beatricem Pignonem, neque ad Andream Pignonem, & ſucceſſiuè neque ad heredes, vigore fideicommiſſi facti per quondam Aurelium Pignonem in contractibus donationis initis ſub diebus 13. Aprilis, & 15. Iulij 1593. ſaluis iuribus,

ſi quę

ſi quæ competunt tam Illuſt. D. Lelio Pignono Marchioni Orioli, virtute legati facti per quondam Franciſcum Pignonum, quàm hæredibus dictæ quondam Beatricis ceſſionariæ Decij Caracciolo hæredis quondam Franciſci Pignoni, ſic atteſtata D. R. Hect. Capyc. Latro conſ. 85. p. 2.

Fideicommiſſum relictum in teſtamento in beneficium filiorum per verba præſumptiua illud inducentia, an extinguatur in perſona vltimi morientis diſponentis de bonis prædictis in extraneum, vel admitti debeat ſoror vltimi defuncti, quamuis maritata, & renunciationem fecerit in ampla forma, exemplo caſus iam occurſi oſtenditur, dum Iulius Petra olim Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ in vltimis conſtitutus eſſet, ſuum condidit teſtamentum ſub die 29. Auguſti 1619. in quo inſtituit ſuos hæredes vniuerſales Nicolaum, & Honoſrium Petra eius filios legitimos, & naturales, cum reciproca ſubſtitutione, quòd vnus ſuccederet alteri morienti quandocunque abſque filiis ex corpore legitimè deſcendentibus, & inter cætera in dicto teſtamento contenta adiecit legatum huiuſmodi. *Item voglio, & eſpreſſamente ordino, che li detti ducati 12263 di capitale, che tengo ſopra la gabella della ſeta, non ſi poſſino in conto neſſuno per detti miei figli, & heredi, loro heredi, & ſucceſſori in perpetuum vendere, nè alienare, cedere, renunciare, donare, nè in altro qualſiuoglia modo trasferire, ma ſempre detti ducati 12263. debbiano ſtare in ſaluo per detti miei figli, & heredi, loro heredi, & ſucceſſori in perpetuum.* Et poſtmodum per aliud legatum tenoris ſequentis ſubnectit. *Item io predetto teſtatore voglio, & ordino che la mia caſa, che tengo in Poſilipo ſubito ſi debbia vendere, & il prezzo ſi debbia depoſitare per conuertirſi in cōpra di tante annue intrate della Corte, ò la Città di Napoli, in beneficio di detti miei heredi, e quelli ſimilmente non ſi poſſino vendere, nè alienare, mà ſempre detto prezzo di capitale debbia ſtare in ſaluo per detti miei figli, & heredi, e loro heredi, & ſucceſſori in perpetuum.* Poſt obitum dicti teſtatoris præfati Nicolaus, & Honoſrius mediante decreto preambuli fuerunt declarati hæredes ex teſtamento eiuſdem Iulij. Mortuo inde dicto Nicolao abſque deſcendentibus ſucceſſit Honoſrius, qui ſeruata forma ſubſtitutionis factæ per dict. Iulium fecit interponere decretum preambuli. Denique in vltimis conſtitutus præfatus Honoſrius ſuum condidit teſtamentum, inſtituendo ſuum hæredem vniuerſalem Sacrum Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis. Inſurrexit Hieronyma Petra filia legitima, & naturalis ipſius quondam Iulij, & ſoror vtrinque coniuncta eiuſdem Honoſrio, inſtando in S. C. bona ipſa ad ipſam ſpectare, vigore nedum fideicommiſſi, ob deficientiam maſculorum, ſed etiam medietatem bonorum antiquorum, vigore Conſuetud. Neap. & proindè condemnari dictum Sacrum Hoſpitale ad illorum reſtitutionem vnà cum intereſſe, &c. Attingendo tamen altercationem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum dicebatur ex parte eiuſdem Sacri Hoſpitalis, eſſe abſoluendum ab imperitis pro parte dictæ Hieronymæ ex infraſcriptis. In primis dicitur, quòd teſtator ordinauit, quòd dicta corpora ſtent in ſaluo pro eius filiis, & hæredibus, qui mortui ſunt, & ſic fideicommiſſum expirauit. Nec obſtat, quòd idem teſtator dixerit, *che ſtiano in ſaluo per detti miei figli, & heredi, & loro heredi, e ſucceſſori in perpetuum.* Quia maxima eſt contentio inter Doct. quomodo intelligantur dicta verba, nam Fuſar. in tract. de ſubſtit. quæſt. 339. tractat articulum circa interpretationem mentis teſtatoris, quando in ſua diſpoſitione fecit mentionem de hæredibus, an voluerit intelligere de hæredibus ſāguinis, & ſic de deſcendētibus tātū, an etiā de hæredibus bonorū, licèt hęredū mētio fiat in teſtamētis diſpoſitiuè, ad præſens ego dico, quòd cùm obierint prædicti Nicolaus, & Honoſrius filij teſtatoris, & hęredes inſtituti abſque deſcendentibus, non poteſt adeſſe difficultas, quod ipſum Hoſpitale non poſſit moleſtari, data pro vera qualibet ex duabus opinionibus, nam ſi eſt vera illa opinio, quam fundat Fuſar. à num. 1. cum ſeqq. per totum num. 5. quòd appellatione dictorum hæredum diſpoſitiuè vocatorum veniant hæredes bonorum, hæc cauſa erit in tuto, nam Sacrum Hoſpitale eſt hæres bonorum virtute teſtamenti conditi per vltimum morientem, & proinde ipſum diceretur vocatum, & ideò non poſſet moleſtari à Hieronyma. Si vera eſſet alia opinio, quam fundat idem Fuſar. in d. quæſtione 339 à n. 6. cum ſeqq. in qua probat rationibus, iuribus, ac Doct. authoritatibus, quòd veniant ſoli deſcendentes, & cauſa ſimiliter erit in tuto, cùm mortui ſint dicti Nicolaus, & Honoſrius hæredes inſtituti abſque deſcendentibus, & ſic fideicommiſſum expirauit, prout etiam probat Peregr. dec. 101. quòd ſi in fideicommiſſo cenſeatur vocatus hæres ſanguinis, intelligitur de deſcendentibus. Neque dicatur, quòd ipſa Hieronyma licèt non ſit deſcendens hæredum inſtitutorum, tamen eſt deſcendens primi teſtatoris, & proinde poſſit prætendere ſe vocatam. Ad hoc enim reſpondetur, quod fideicommiſſum prædictum fuit conditum per Iulium Petram, qui tempore, quo nuptui tradidit prædictam Hieronymam eius filiam, amplam in ipſius Iulij beneficium fieri fecit renunciationem per dict. Hieronymam, quod ſemper, perpetuò, & in futurum dict. Hieronyma, & eius deſcendentes ſint perpetuò excluſi à bonis ipſius Iulij, & proinde non cenſetur voluiſſe eam includere in dicto fideicommiſſo, ex coniecturata mente ipſius fideicommittentis, prout in ſimili probat, & deciſionem refert D. Præſ. de Franch. in dec. 307. in qua deciſum tradit, quòd quando teſtator ordinauit, quòd eius ſorores cenſentur excluſæ ab eius bonis ſemper, & perpetuò, quod tunc licèt hæres ipſius teſtatoris mortuus fuerit abſque deſcendentibus, & de eis in eius morte diſpoſuerit in extraneum, adhuc cenſentur excluſæ, & non poſſint admitti, nec etiam ad medietatem ipſorum, vti antiquorum, virtute Conſuetudinis Neapolitanæ. Item dicitur, quòd dùm teſtator vſus fuit illis verbis *che ſtiano in ſaluo per detti miei figli, & heredi, e loro heredi, & ſucceſſori,* non poteſt cenſeri, vocaſſe illos, qui non ſunt deſcendentes hæredum inſtitutorum, quia cum Doct. vnam opinionem relatam interpretentur, illud verbum, *heredi, e ſucceſſori,* intelligunt de hæredibus ſanguinis, ideſt de deſcendentibus, dum illud verbum *heredi*, expreſſè referatur ad dictos eorum filios, & hæredes, dicendo *loro heredi, &*

ſucceſ-

ſucceſſori, propterea ſequitur, quòd non poteſt intelligi, niſi de deſcennentibus ipſorum hæredum inſtitutorum, prout idem Fuſar. in dict. q. 339 num. 1. quando ponit caſum, quod teſtator ſi inſtituto ſubſtituat Titium, & eius hæredes, propter illud verbum, eius hæredibus, n. 6. ſecundùm aliam opinionem probat, quod veniant ſuli deſcendentes, non autem hæredes extranei, & punctualiſſimè Menoc. in conſ. 958. num. 11. verſ. 8. Inſuper dum difficultas oritur, an cenſeantur vocati hæredes extranei vltimi morientis, vel hæredes ſanguinis, ideſt deſcendentes, dùm illa opinio de hærede extraneo non applicatur, niſi ad hæredem extraneum vltimi morientis, ſecundùm eoſdem Doct. Propterea eodem modo alij Doct. qui interpretantur, quòd dictum verbum, hæres, intelligatur de hæredibus ſanguinis, & ſic de deſcendentibus, non poſſunt intelligi, vt interpretentur de alio deſcendente, niſi vltimi deſcendentis, ex iuris regula, quod contrariorum eſt eadem diſciplina, iuxta text. in l. 1. & ibi gloſſ. ff. de his, qui ſunt ſui, & alieni iur. Hæc inter cætera ex allegationibus in fauorem eiuſdem Sacri Hoſpitalis editis per Bartholomæum de Franco V.I.D. Aduocatū illuſt. pro ipſa Hieronyma fuerunt ſequentia allegata per V.I.D. Io. Franciſcum Viralianum Aduocatum ſolertiſſimum. In hac cauſa Hieronymæ Petræ cum Sacra Domo Annunciatæ duæ proponuntur difficultates pro parte dict. Domus. Prima, quòd Iulius Petra, qui fideicōmiſſū ordinauit, vocauit filios, eiuſq; hæredes, & ſucceſſores, quo caſu debet intelligi de hæredibus ſanguinis, & ſic de deſcendentibus, per text. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. non autem de tranſuerſalibus, prout eſt ipſa Hieronyma. Secunda, quod eidem Hieronymæ obſtat renunciatio facta dicto Iulio, tempore ſuæ dotationis, cùm bona quondam Honofrij fratris vltimi morientis fuerunt dicti Iulij. Quoad primum reſpondetur vltra adducta in prioribus allegationibus, quod text. in dict. leg. ex facto, § fin. loquitur, quando illud verbum, hæres, fuit poſitum in conditione, & ſic quando ſumus in conditionalibus, non autem quando hæredes diſpoſitiuè ſunt vocati, vt in caſu noſtro, ita Bart. in l. Gallus, §. etſi parente in 4. verſ. ſi verò illa iniquitas, ff. de lib. & poſth. Iaſ. ibi n. 9. & in ſeq. Bal. in leg. fin. num. 17. verſ. & ideo dic, C. de hæred. inſt. Paul. de Caſt. conſ. 453 verſ. tertius caſus, lib. 2. Ant. Gabriel. in tit. de verb. ſignif. concl. 2. n. 1. Guido Papa dec. 230 & plene Fuſar. qui hanc opinionem vti communem defendit, & dixit, quòd ab ea non eſt recedendum in conſulendo, & iudicando in tract. de ſubſtit. quæſt. 339 n. 3. vſque ad num. 18 quod magis procedit, quando ſunt vocati hæredes in perpetuum, vt in caſu noſtro, quia & de tranſuerſalibus, & extraneis intelligitur, Socin. ſen. in conſ. 266. n. 36 vol. 1. & idem Fuſar. nu. 18. Quoad ſecundam difficultatem renunciationis dicitur, quod ſi pars prætendat, per renunciationem factam patri fuiſſe ipſi Hieronymæ præiudicatum in fideicommiſſo, hæc non militat, cū renunciatio facta ſit de ſucceſſionibus delatis, & deuoluendis ab inteſtato tantùm, non autem ex teſtamento, prout eſt hoc fideicommiſſum factum ſatis poſt renunciationem, & ideò ipſi Hieronymæ bona prædicta fideicommiſſo ſubiecta obueniunt ex teſtamento, & non comprehenduntur in renunciatione, quæ cùm ſit ſtricti iuris, non extenditur de caſu ad caſum, nec de vna ſucceſſione ad aliam; Pariſ. conſ. 265. vol. 2. & conſ. 4. num. 39. & ſeq. vol. 3. Molf. ad Conſuet. Neap. par. 4 de renunc. q. 1 n. 33. Si verò prætendit, obſtare renunciationem reſpectu medietatis bonorum antiquorum, reſpondetur primò, quia renunciatio fuit nulla facta ſub inuolucro verborum, vz. renunciauit ſeruata forma capitulorum abſque certioratione de iuribus, quæ renunciauerit, quæ certioratio erat neceſſaria pro validitate ipſius renunciationis, ita Molf. qui multos adducit Doct. in tit. de renunc. q. 11. Secundò in renunciatione fuit renunciatum iuri Cōſuetudinario, & ſic etiā in generali renūciatione non veniunt ea, quæ ſpectare poſſunt ad renunciantem, vigore Conſuetudinis, ita Reg. Villan. in eius ſolemni conſil. inter conſ. Molf. 48. n. 14. & ſeq. Tertiò renunciatio fuit limitata ad bona paterna, & materna tantùm, & ſic non extenditur ad bona fraterna, etiam quod in hæreditate fratris non adeſſent, niſi bona paterna, & vltra adducta in ſuperioribus allegationibus addo Tiraq. de primog. q. 86. n. 4. & ſequitur Cumis in cap. ſi aliquem, verbo maritata, n. 491. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 685. n. 1. & ſeq. Reg. Rouit. in conſ. 100. n. 5. ex eo, quia adita hæreditate per filiū, non dicūtur amplius bona paterna, ſed proprium patrimonium filij. & per mutationem perſonæ à patre in filiū mutatur conditio rei, idē Rouit. vbi ſup. n. 6. Et licet Iaſ. in l. 1. §. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ. n. 17. dicat, hoc procedere, quando aliquis eſſet inſtitutus hæres ſimpliciter, vt adita hæreditate efficiatur proprium ipſius patrimonium, non autem quando fuerit grauatus reſtituere hæreditatem alteri, quia tunc ad hoc vt duret hæreditas, propter grauamē non dicitur proprium patrimonium hæredis, allegando text. in leg. filiusfam. ff. ad leg. falc. tamen reſpondetur, quod aut bona veniunt reſtituenda vigore fideicommiſſi, prout ſuprà fundatum eſt; & certè ipſa actria habet intentum, aut prætenditur, fideicommiſſum fuiſſe extinctum ob defectum perſonæ, cui eſſet facienda reſtitutio, & tunc bene remanēt libera penès Honofrium, & efficiuntur proprium patrimonium ipſius; qui aliter diſponere non potuiſſet, & quando velit de illis diſponere, cùm ſint antiqua tenetur relinquere medietatem eius ſorori proximiori, vigore dict. Conſuet. Neap. à qua non eſt exclusa per renunciationem, vt ſuprà fundatum eſt, nec text. in leg. filiusfam. ni fallor, eſt contrarius, immò potiùs probat hāc concluſionem, ibi enim dicitur, quod filiusfamilias miles in codicillis grauauerat patrem de reſtituendo peculium caſtrenſe alicui extraneo, & ideò determinat, quod pendente grauamine non dicitur hæreditas patris, ſed peculium filij, adita poſtea hæreditate per extraneum, illud, quod dicebatur peculium filii efficitur hæreditas patris, & hæres patris poteſt deducere trebellianicam, taliter quod probatur in caſu noſtro, quod durante grauamine poteſt dici hæreditas patris, illo ceſſante diceretur patrimoniū filij, vt idem Iaſ. ibi explicat, n. 19 & 20. Cætera ſuppleāt, &c. Subnectūtur aliæ allegationes editæ per perſpicaciſſimum Iuriſconſultum Scipionem

Digitized by Google

pionero de Martino pro eadem Hieronyma Petra, videlicet. Cum Hieronyma petijſſet, per S.C. declarari ad ſe ſpectare annuos introitus cum Arrendamento ſerici, vigore fideicommiſſi ordinati per Iulium Petra patrem, nulla habita ratione inſtitutionis factæ in beneficium Sacri Hoſpitalis Sanctiſſimę Annunciatæ per Honofrium Petra fratrem, fuerunt per hæredem duo propoſita, nimirum, non adeſſe fideicommiſſum, non eſſe vocatam Hieronymam, cui ſi prædicta non militarent, obſtaret propria renunciatio, quibus miro ordine, & ingenio, validiſsimiſq; rationibus fuit reſponſum, adeò quod alia afferre ſuperfluum videretur, attamen vt tutius Hieronymæ conſultum ſit aliquam particulariorem conſiderationem circa vocationem in fideicommiſſo adducere non erubeſcam. Vocauit enim Iulius Petra in fideicommiſſo ordinato in dictis annuis introitibus eius filios, & hæredes, & ſucceſſores in perpetuum, Hieronymam vocatam eſſe, excluſo Sacro Hoſpitale indubitanter defendimus. Et circumſcripta pro nuncilla diſputatione, ſi hæredum appellatione ſolum hæredes ſanguinis, vel extranei contineantur, vel è contra, & quæ ſit verior opinio, negatiua, vel affirmatiua, de quibus in l.ex facto, §.fieri, ad S.C. Trebell. & in l.Gallus, §.etiam ſi parente, ff.de lib. & poſth. de qua materia larga manu pertractarunt Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit. 14. Peregrin. de fideicommiſſ. art.32. Fuſar. de ſubſtitut. q.339. illud eſt certiſſimum, ſiue ſit vera illa, quod hæredes ſanguinis tantum comprehendantur, ſiue alia, quod extranei ſint excluſi, hæc limitatur ab eiſdemmet Doct. eam proſequentibus, non habere locum, quoties iniquitas reſultaret, vel præſumpta teſtatoris voluntas repugnaret, vt eo caſu extranei non admittantur, ita Bart. Bald. Caſt. Iaſ. & Soc. in d.§.etiam ſi parente, Abb. But. Dec. in cap. præſentia de probat. innumeros allegat Fuſar. ibidem numer. 48. & Intrigl. de ſubſtitution. cent.3. q.954. num.11. Exempla de hac plura ſunt, illud tamen ad hanc cauſam decidendum eſt, quoties propria filia teſtatoris excluderetur, admittendo extraneos hæredes, certum enim eſt, quod iniquitas reſultaret, & præſumpta teſtatoria mens, ſi repugnaret, ex l.cum acutiſſimi in ſuſtatione, C.de fideicommiſſ. huius limitationis, & exempli Auctor fuit Angel. in conſ.306. clariſſimè numer.4. fol.169. eumque omnes expreſſis verbis ſequuntur, & ferè ſuper eodem articulo conſuluit Bald. conſ.283. in fine, volum.2. Alex. conſ.36. volum.3. Iaſ. in dict.§.etiam, num.34. qui teſtatur de communi, Soc. eod. loco num.11. Mantic. dict. tit.14. nu.8. Menoch. de præſumpt. lib.4 præſumpt.130. nu.20. Gabriel. commun. concluſ. lib.6. de verb. ſign. concluſ.2. num.19. Intrigl. dict. numer.11. Peregr. art.32. num.4. Fuſar. dict. num.48. infinitos referens, Alciat. conſ.491. num.3. & ante eos Bart. in dict.§.etiam, num.5. verſ.maximè, Bart. enim format quæſtionem, ibi quæro iuxta prædicta, teſtator inſtituit filium hoc modo, & ei ſubſtituit, ſi deceſſerit ſine liberis, deueniat ad Titium, & eius hæredes: quæro, vtrum hæredes hæredis extranei dicti Titij admittantur ad fideicommiſſum, videtur, quod ſic, l.in annalibus, §.C.de legat. in contrarium videtur, quod debeat intelligi de filijs, quia aliàs reſultaret iniquitas, & contra mentem teſtatoris. ſicuti enim prædilexit filium viuum Titio, ita hæredes filij prędilexit vltra hæredes Titij, maximè ſi contingerit, quod hæredes filii eſſent de agnatione teſtatoris, & non extranei, quia iniquitas reſultaret, ſi preferrentur extranei hęredes, hęredibus de agnatione teſtatoris, hanc doctrinam Bart. ſic intelligit (& vera eſt) Menoch. conſ.958. eſt habenda ratio, cum loquatur in diuerſis terminis, nimirum ad excludendam amitam magnam, non habita conſideratione propriæ filiæ teſtatoris, de quo caſu loquitur in dict. præſumpt. 130. n.20. etenim eſt diuerſa ratio in amita, & in propria filia, in qua concurrit præſumpta mens teſtatoris, & legis diſpoſitio, vt nunquam proprii filii excluſi præſumantur, quod non eſt in amita, inſuper Crauett. ſi adducatur in conſil.38. neq; obumbrat hanc veriſſimam deciſionem, vbi cõcludit, hæredum appellatione non contineri ſororem, ſiquidem in illo caſu rectè conſuluit ad excluſionem ſororis, dum teſtator vocauit hæredes procreandos ex proprio corpore, vt benè conſiderat n.2. verſ.2. dum fatetur, quod licet verbum, hæredis, comprehendat ſororem, quod eo caſu non comprehẽdatur ex verbis prædictis, quæ excludunt omnes alios hæredes, dum non ſunt ex corpore procreati, vndè meritò eſt admittenda Hieronyma, vt fuit inſtatum. Ego autem vltra allegata in prioribus allegationibus editis pro eadem Hieronyma Petra, quas prælo Deo dante inter vota imprimi curabo, conſiderabam, ex aliis terminis potuiſſe iuſtitiam ipſius Hieronymæ coadiuuari, ſuppoſito quod in iure validum ſit argumentum à feudalibus ad emphyteutica, & fideicommiſſaria, ita refert Peregrin. de fideicommiſſ. art.27. num.4 & in feudalibus certum eſt, quod hæres in materia feudali intelligitur de maſculo tantum deſcendente, ita Afflict. in prælud. feud. num.121. & in cap. quia ſupra dictum, §.tuiſus, n.63. quib. mod. feud. conſt. poteſt, & ſic de filio deſcendente legitimo, & naturali, Idem in cap. quidam vaſallus, de vaſal. decrep. ætat. num.40. ſicque hæredis nomen in materia feudali ſignificat ſolum deſcendentes maſculos, Surd. conſ.427. num.22. & conſ.417. num.21. & conſ.384. num.2. & includit tale nomen hæredem ſanguinis maſculum, Idem conſ.63. num.10. & conſ.108. num.14 Nihilominus communiter Doct. feudiſtæ conſiderauerunt, tale nomen hæredis triplex eſſe, hoc eſt hęreditatis, ſanguinis, & feudi, poſt D.Reg. de Ponte in conſil.13. numer. 67. quem ſequitur D. de Curte in ſuo diuerſ. feud. §. multoties, n.20. Camill. Laratha in ſuo theatro feud. par.9. dilucid.56. Octau. Bammac. in cap. Titius cum Sempronio, ſi de feud. defuncti mil. content. &c. in princip. numer.4. & 5. Rand. in 1. reſponſ. num.56. volum.2. & conſ.34. n.61. vol.1. & inſpecta iſta qualitate negari non poteſt, quod ipſa Hieronyma non ſit de ſanguine, eo quia hæres ſanguinis ille dicitur, hoc eſt, quod deſcendat à primo acquirente, ad eos enim, qui deſcendunt ex ſanguine primi acquirentis feuda deferũtur, c.1. de nat. ſucc. feud. & c.1. de eo, qui ſibi, & hęred. per quæ iura ita probat D.Reg. de Curt. vbi ſup. n.21. adeò quod cũ ipſa Hieronyma ſit filia legitima, & naturalis ipſius Iulij inſtituẽtis fideicõmiſſũ pro eius filiis, & hæredibus, & ſucceſſo-

Digitized by Google

ceſſoribus, non ſolùm ipſa verè hæres ſanguinis diceretur, ex quo verba, hæredes, & ſucceſſores in perpetuum in teſtamentis intelliguntur de hæredibus, & ſucceſſoribus ſanguinis, quoniam id ex mente teſtatoris conſtare poteſt, Anchar. lib. 1. q. 72. n. 27. ſed etiam deſcendens, nil refragante, quòd ſit fœmina, poſtquam deſcendentium nomen omnes vtriuſque ſexus deſignat, ita Peregr. dict. tract. art. 25. n. 8. Fuſar. conſ. 65. n. 1. conſ. 137. n. 2. cōſ. 167. n. 2. Criſt. Marr. dec. Sen. 1. n. 60. Gionagn. conſ. 39. nu. 6. & 28. lib. 1. Craſſ. de ſucc. tom. 2. § fideicommiſſum, q. 15. n. 1. quia fœminæ deſcendūt ex corpore primi acquirētis, R. de Pōte cōſ. 154. n. 18. vol. 1. ideò mulier dicitur de ſanguine, & eſt caput, & finis ſuæ familiæ, idem de Ponte de pot. pror. de ſucceſſ. mul. n. 33. Quamquam autem oppugnari videatur huic filiæ qualitas hæreditaria principaliter ex quo tale verbum, hæres, qualitatem hæreditariam deſignat, vt docet Raudenſ. in reſponſ. 6. numer. 5. vol. 1. & qualitatem ſucceſſoris ſignificat, probat Anton. Monat. de recta feud. interpret. cap. 35. n. 48. & cap. 23. n. 70. cap. 35. n. 11. cap. 36. n. 64. vbi probat, etiam pro filijs tantùm accipi tale nomen, & ſucceſſiuè hæredum appellatione in conceſſione feudali fœminæ non continentur, refert idem Raud. in reſp. 31. n. 26. vol. 1. & ſic excludi videntur à ſucceſſione feudi, Reg. de Ponte conſ. 14. n. 1. vol. 2. Cumia in cap. ſi aliquem, verbo Maſculis, n. 162 idem Reg. de Ponte in lect. feud. 9. n. 17. & ſeq. & lect. 10. n. 21. & ſeq. Michael Aguirre in apologia de ſucceſſ. Regni Portugal. 1. par. per totam. Pet. Gregor. de conceſſ. feud. par. 4. q. 7. n. 16. Conſ. Anna cōſ. 8. nu. 7. Adhuc tamē licèt de iure communi feudorum procederet, non autem in Regno, quia fœminæ vigore Conſt. Regni admittuntur ad ſucceſſionem feudi, vt inquit Iacobut. de Franc. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 17. & 57. Reg. de Ponte conſ. 6. n. 23. vol. 1. Reg. Lanar. conſ. 1. n. 45. Reg. de Curte in dict. diuerſ. feud. dict. §. multoties concedent, n. 100. Marta in ſumma de ſucceſſ. legali part. 1. q. 13. art. 9. n. 13. Cumia vbi ſuprà, idem Reg. de Ponte dictis lect. feud. 9. & 10. Octau. Bammac. in cap. inter filiam, n. 14. & cap. qui clericus, nu. 96. & cap. feudum ea lege, n. 2. ſi de feu. deſū. mil. Conſ. Anna conſ. 39. n. 51. Pet. Gregor. dict. tract. par. 6. q. 14. n. 11. quæ ſiquidem Conſt. In aliquibus, eatenus fœminas admittit, quatenus maſculi exiſtunt, vt ibi diſponitur, Reg. de Ponte conſ. 43. num. 6. vol. 1. Reg. Lanar. conſ. 1. n. 30. vbi plura, Marta in ſumma de ſucceſſ. leg. par. 2. q. 5. art. 3. n. 5. & part. 3. q. 1. art. 4. n. 39. & ſic fœmina excluſa per exiſtentiam maſculorum, iis deficientibus non ſuccedit eis, ſed venit vti vocata poſt eos, Reg. de Pōte cōſ. 23. n. 22. vol. 2. Pet. de Greg. eod. tr. d. p. 6. q. 10. n. 8. & 23. Cōſ. Anna cōſ. 53. n. 85. & melius n. 57. 58. & 88. idē R. de Pōte de pot. prot. tit. de ſucc. mul. n. 1. & 26. latiùs Gionagn. cōſ. 70. l. 1. per tot. ſicq; reſpectu fideicommiſſi dicetur, vt veniant fœminæ, oſtenditur ex ſequentibus principaliter. Ex verbis etiam ipſius teſtatoris, *detti miei figli, & heredi*, licèt verba, *detti*, ſeu ex dictis, ſint repetitiua, & expreſſa, iterum virtualiter exprimunt, Criſtoph. Marr. dec. 1. n. 16 Gratius de diction. dict. 42. Primò, ex dictione illa, *miei*, quia talis dictio, meum, appoſita in vniuerſali diſpoſitione non reſtringit diſpoſitum, & adiecta perſonæ facit, vt comprehendantur quæ alias in diſpoſitione non comprehenderentur, leg. quintus, § argentum, ff. de auro, & argento leg. Gratius de diction. in dict. 123. Secundò ex verbo, *figli*, etenim fœmina venit ad fideicommiſſum, ad quod filij ſunt vocati, Fuſar. de ſubſtitut. q. 311. Ludouic. Bellus conſ. 23. n. 6. Robl. de repræſent. lib. 2. cap. 13. n. 49. Tertiò ex verbo *heredi*, quoniam fœmina venit ad fideicommiſſum, ad quod hæredes vocantur, idem Fuſar. eod. tract. quæſt. 342. & veniunt tam maſculi, quàm fœminæ hæredis appellatione, idem conſ. 79 n. 9. & conſ. 114. n. 32. Quartò, ſtante diſpoſitione noſtri ſtatuti, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt, vt in dict. Conſt. In aliquibus, & in hoc caſu ceſſantibus maſculis fœminæ admittuntur ad fideicommiſſum, vt ex pluribus firmat idem Fuſar. dict. tract. q. 379. à n. 11. vſque ad n. 17. vbi cùm iſta opinione reſidet, Gionagn. conſ. 7. n. 57. vol. 1. Quo fit, vt licèt alienatione prohibita per teſtatorem licitè alienari poſſint bona per vltimū morientē grauatū, procederet tamen, quando ex vocatis nemo ſupereſſet, Surd. in conſ. 184. n. 19. At cùm ipſa Hieronyma ſuperſit poſt obitum vltimi morientis, admitti debuerat, quemadmodum in feudis diſpoſitum, & vt ſoror licèt dotata à patre ſuccedit fratri ex eo mortuo, & ita tenet poſt longam digreſſionem omnē inde retractam Afflict. in cap. 1. n. 2. & 3. Epiſc. vel Abb. tam de iure Longobardorum, quàm Francorum, imò non obſtante eius renunciatione, adeò quòd ſoror quando cùm iuramento renunciauerit patri pro bonis paternis, maternis, & auitis, ac etiam fraternis, ſi poſteà mortuus pater, & frater ſine deſcendentibus, illa ſuccederet, idem Afflict. in cap. Titius cum Sempronio, ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. n. 6. quibus accedit quod tradit Anna alleg. 117. n. 3. quòd ſoror dotata de bonis paternis ſuccedit fratri, licèt non habeat niſi paterna. Confert etiam prædictis notabile conſ. 60. Reg. Lanarij, vbi in fauorem ſororis concludit eſſe admittendam ad ſucceſſionem fideicommiſſi ab auo inſtituti per varias rationes iis conferentes, ac etiam conſ. 44. D. Reg. Rouit. lib. 1. Ex quibus omnibus perpenditur, ipſam Hieronymam admitti debere ad fideicommiſſum à ſuo patre inſtitutum deficientibus maſculis, reiecta vltimi morientis diſpoſitione facta de bonis, fideicommiſſo ſubiectis, ac etiam pro aliis ſubiectis Conſuetudini Neap. hæc pro veritatis indagatione libuit inſerere. Thoro. Facta relatione in S. R. C. per Reg. Conſil. D. Franciſcum Merlinum Pignatellum die 23. Februarij 1643. fuit prolata ſequens ſententia, v3, Declaramus, fideicommiſſum factum per quondam Iulium Petta ſuper ducatis 12263. ſuper Arrendamento ſeriei, & ſuper pretio domus fuiſſe extinctum in perſonam Honofrij Pettæ abſque filiis defuncti, verum prædictos Gubernatores nomine, quo ſuprà, in præſenti iudicio conuentos condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos condemnamus præſenti noſtra diffinitiua ſententia ad relaxandum, & reſtituendum ſupradictæ Hieronymæ Pettæ medietatem omnium bonorum antiquorum remanſorum in hæreditate tam quondam Iulij, quàm Nicolai Pettæ, vnà cum fructibus liquidandis tempore executionis

præ-

Digitized by Google

præſentis noſtræ definitiuæ ſententiæ, comprehenſa etiam medietate prædicta capitalia ducatorum 12463. & pretij domus, &c. vt ex actis in banca Cantoni.

Fideicommiſſum inſtitutum eſſe an videatur, ſi teſtator vti tutor alicuius certam ſummam pecuniarum exigiſſet, quam declarauerat in ſuo teſtamento, ad pupillum ſpectare, eamque illi legando mandauit, quòd eo moriente in pupillari ætate abſque filijs legitimis, & naturalibus, dicta ſumma peruenire deberet ad eius hæredem inſtitutum, vnde videtur dicendum, inſtitutum eſſe fideicommiſſum, quia quilibet in re ſua eſt, moderatur & arbiter, & alibi dicitur in §. diſponat, Authen. de nupt. diſponat teſtator, & ſit lex, vltra quod illud verbum, debeat peruenire, interpretatur perfectè venire, vt tradit Napod. in Conſuetud. Neap. Inſtit. de inſtr. confect. per Cur. n. 75. quem nouiſſimè ſectatur D. Reg. Capyc. Latro dec. 46. n. 6. & ibidem ad propoſitum ſubdit Napod. dicendo, in vltimis autem voluntatibus verbum, perueniat, habet vim fideicommiſſi, ff. de leg. 3. leg. fideicommiſſa, §. hæc verba. Aliter tamen dicendum videbatur in caſu vertente in S. C. præſertim in cauſa Io. Vincentij de Palma contra hæredes quondam Io. Dominici de Palma, & alios, ſuppoſito, quod in anno 1577. ſub die 6. Decembris Paulus de Palma in ſuo teſtamento poſt inſtitutionem ſui hæredis fecit nonnulla legata, fideicommiſſa, ac declarationes, & præcipuè declarauit, quod de ſumma duc. 1130. ſpectabant ducati tercentum ad filios, & hæredes quondam Nicolai de Palma, quos exigerat vti tutor ipſorū, quā ſummā eiſdem legauit, ſcil. Io. Vincentio, & Io. Iacobo cuilibet ipſorum pro medietate, hac tamen conditione adiecta, quod morientibus ſupradictis legatarijs in pupillari ætate, aut abſque filijs legitimis, & naturalibus ab eorum corporibus legitimè procreandis, dicti ducati tercentum debeant peruenire ad Dominicum de Palma ſeniorem, eius hæredem, & ad ſuos hæredes, & ſucceſſores, vt ex teſtamento deſumebatur. Eapropter pro tuitione iurium ipſorum legatariorum fuerunt ſequentia in iure allegata per ſubſcriptum Aduocatum, v3. Vt ſapientiſſimi Regij Conſiliarij iudicare valeant in beneficium Io. Vincentij de Palma circa prætenſum fideicommiſſum, reſeruatum in liquidatione intereſſe ad beneficium Io. Dominici de Palma iunioris, ac ordinatum, quod de dicto fideicommiſſo habeatur ea ratio, quę de iure habēda erit, vt in ſententia liquet, breuiter attenta tali facti ſerie ad euidentiam illius diligenter erunt ſequentia conſideranda pro dicti fideicommiſſi annullatione, & conſequenter aduerſarijs nullum ius competere. Eapropter pro ipſis aduerſarijs prætendi potuiſſet, quod voluntas teſtatoris in omnibus ſeruari deberet, tam in legatis, & fideicommiſſis, quàm in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, ad tex. in leg. 1. ff. ad leg. falcid. leg. verbi legis, ff. de verb. ſignif. §. diſponat, auth. de nupt. & ob id poterat in caſu, iſto dict. Paulus in legato facto ſuis nepotibus fideicommiſſum facere, ac ſubſtitutionem, onuſque imponere, & grauare, etſi non ſentirent, adhuc ſufficeret, quod dicti nepotes fuerint honorati ipſo actu, quæ dixerunt Doct. in dictum filiofamilias, ff. de leg. 1. imp

Bar. in l. Imperatori, §. ſi cum quidam, n. 4. ff. de leg. 2. Paul. de Caſtr. in l. filiusfam. §. apud Marcellum, n. 3. de leg. 1. ergo tale fideicommiſſum tenet, & valet. Secundò, quia poterit teſtator etiam grauare legatarium in eo, in quo non eſt honoratus; & vltra legatum factum, dato, & non conceſſo, eo magis quando procederetur per viam conditionis, per ea, quæ dixit Iaſ. in dict. l. cum filiofam. n. 51. prout ità in caſu iſto apparet, dum ipſi legatarij fuerunt grauari, ex eo, quod ipſis mortuis in pupillari ætate, vel quandocunque abſq; filijs, & ſic in conditione, vt in ſpecie ibi Iaſ. notat poſt Bart. in l. cum quis, §. mulier, n. 1. ff. de dote præalleg. vbi cæteri Scribentes. Tertio comprobatur ex eo, quod tenentur obſeruare fideicommiſſum, etiam in proprijs bonis, ſtante quod acceptauerunt legatum eo modo, & forma, prout eſt diſpoſitum, ſic in ſpecie dixit Iaſ. vbi ſup. & reliqui Doct. quia acceptans aliquid videtur ſe obligare omnibus legibus ſuper illo actu factis in acceptatione, vt dixit Surd. in dec. 388. n. 28. & ſic teneri videntur obſeruare fideicommiſſum factum in caſu, quo locum haberet. Quibus tamen non obſtantibus pro iurium ipſorum legatariorum tuitione contrarium de iure verius eſſe demonſtrabitur, ſuppoſito, quod teſtator non potuit aliquo modo dictos eius nepotes conditione ſubſtitutionis, & fideicomiſſi grauare, ſtante quod non fuerunt honorati à prædicto teſtatore, quia quantitas legata erat ipſis legatarijs debita, & per conſequens cum nullum ſentiebant commodum, nec onus ſentire deberent, l. ab eo, C. de fideicommiſs. vbi Doct. Bald. vbi ſuprà, habetur apertiſſimè in l. ſed ſi ſic, ff. de leg. 3. vbi IC. ait, qui fortuito non iudicio teſtatoris conſequitur hereditatē, vel legatum nō debet onerari, nec recipiendum eſt, vt cui nil dederis, eum rogando obliges, & ſic Doct. ſentiunt in præallegata leg. ſicq; talis ſubſtitutio, ſeù fideicommiſſum non tenebit in caſu noſtro, adeò quod pars aduerſa excipere non potuit, ex eo, quod S. C. in ſentētia dixerat, habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit de prætenſo fideicommiſſo, cum non faueat parti aduerſæ, in hoc per iura ſuperius allegata ità Iaſ. in d. l. ab eo, C. de fideicommiſs. & in l. 1. de inoff. teſtam. & in d. l. cum filiofam. ff. de leg. 1. n. 30. Menoch. in conſ. 341. n. 38. & conſ. 680. n. 12. & conſ. 642. n. 5. ſic in caſu noſtro, cum nullatenus dicti nepotes fuerint honorati in bonis teſtatoris, nequeant grauari, vel onerari, per regulam, vt ſup. traditam, Bart. in d. l. Imperator, §. quidam, n. 2. ff. de leg. 2. Præterea dato, & non conceſſo, quod adeſſet aliqua ſubſtitutio facta dictis nepotibus in caſu mortis abſq; filijs, & quod ſit mortuus vnus ex dictis nepotibus abſq; filijs, ſuperſtite altero cum filijs, hucuſque non poſſunt prætendere prætenſi vocati à teſtatore, quia ratione coniunctionis ſaltem verbalis ſub vnica ratione diſpoſitio concepta ſit, vt legitur in l. re coniuncti, vbi Doct. ff. de leg. 3. & in l. triplici, ff. de verb. ſign. & l. vnica, C. de caduc. toll. quod etiam in tranſuerſalibus, & quouis modo coniunctis ſanguine procederet, & quod ab inteſtato ſucceſſerunt cohæredi, vt dicantur perſonæ magis dilectę ad ſubſtituti excluſionem, ità poſt Imol. in l. hæredes mei, §. cum ità, vbi Torniel. n. 142. ff. ad

ad trebell. Corn. in l. penul. col. 6. & ibi Det. n. 9. Curt. iun. nu. 11. & Iacob. colum. 3. C. de impub. & aliis ſubſt. idem Corn. conſ. 31. 93. 230. col. 1. & conſ. 283. nu 3. vol. 1. conſ. 22. & conſ. 138. lib. 2. conſ. 93. n. 9. lib. 3. conſ. 159. col. pen. & conſ. 298. lib. 4. Barbat. conſ. 55. lib. 2. Soc. ſen. conſ. 82. col. pen. lib. 3. Gozad. conſ. 64. verſ. quinto adduco, Ruin. conſ. 77. col. pen. lib. 3. & Fuſar. de ſubſtit. q. 473. n. 35. nam quando ſubſtitutio eſt facta poſt mortem plurium inſtitutorum, ſiuè honoratorum in tota hæreditate, ſiuè relicto, tunc vt ſubſtitutus admittatur expectanda eſt mors omniũ inſtitutorũ, ſiuè honoratorũ, Fuſar. d. q. 473. n. 61. poſt Mant. lib. 11. tit. 5. n. 24. & non poſſunt prætendere dictam petitionem per ius accreſcendi, Menoch. conſ. 797. n. 8. cum ſeq. Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi, ff. de leg. 1. n. 3. Hoc idem corroboratur ex verbis prolatis à prædicto teſtatore, dum dixit, *e morendono detti figli in pupillari età, ò vero ſenza figli legitimi, & naturali*, &c. nam dictio, aut, ſtat coniunctiuè, l. ſæpè. ff. de verbor. ſignific. l. cum, qui, §. qui tibi, ff. eod. & ſic dum ſtat copulatiuè, & coniunctiuè, requiritur, quod omnes dicti nepotes moriantur abſq; filiis, & per conſequẽs cum non ſit adimpleta conditio, quia ſupereſt perſona, quæ habet filios, quia inducta eſt ſubſtitutio ad inuicem in caſu noſtro inter dictos nepotes, vt deficiente ſine filiis ſubſtitutus videtur qui ſupereſt, l. cum pater, §. pen. ff. de leg. 2. nam vbi ſubſtitutio eſt facta poſt mortem plurium, operatur, vt illi, poſt quorum mortem quis eſt, cenſeantur inuicem vocari, & ſubſtituti, ità Aldobra. conſ. 68. n. 10. lib. 1. Roſental. de feud. c. 6. concluſ. 75. n. 4. Grat. diſcept. 707. vbi ſic teſtatur fuiſſe per Rotam Romanam deciſum, quod tanto fortius procedit, quando ſuccedi poſſit, & legatario ab inteſtato, quod eſt in caſu noſtro, Intrigl. de ſubſtit. cent. 2. q. 74. à n. 40. ad 43. D. Reg. Capyc. Latro in deciſ. 1. n. 50. in fine, & ſic in hoc caſu non ſunt ſubſtituti vocati à teſtatore, quia in hoc caſu pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem, Mantic. vbi ſup. Menoch. conſ. 618. n. 26. & conſ. 322. n. 62. & per conſequens iſta conditio ſubſtitutionis non reſoluitur in beneficium teſtatoris in ſingularitatem, tanto magis, quia vnus eſt effectus diſpoſitionis, Menoc. in dict. conſ. 322. nu. 65. Inſuper ſtante morte vnius legatarii abſque filiis non per hoc eſt factus caſus ſubſtitutionis, vel fideicõmiſſi, quia nõ fuit adimpleta in omnibus diſpoſitio, reſpectu etiam alterius legatarii, qui fuit poſitus in diſpoſitione, quia in aliquo defecta conditio, ne diſponit, Menoch. conſ. 611. n. 49. Doct. in l. 1. ff. de cond. & demonſtr. & plenius articulum diſputat idem D. Reg. Hect. Capyc. Latro in d. dec. 1. in 1. articul. vbi plures allegauit, ac deciſiones, ſicq; aduerſarius non habet diſpoſitionem conditione non adimpleta, cum nil ponat in eſſe conditio, Menoc. conſ. 134. n. 30. & in conſ. 1122. n. 15. & hoc ſũma cũ ratione, quoniã conditio nil ponit in eſſe, nec diſponit, l. Lucius la ſecõda, ff. de vulg. & pupil. ſubſt. quia requiritur, quod eſſet factus caſus mortis omnium legatariorum abſq; filiis, quod non eſt in caſu noſtro, ità dixit Ruin. conſ. 315. n. 6. Galgan. in tract. de condit. & demonſt. cap. 49. p. 2. Mantic. d. tract. de coniect. vltim. volun. lib. 2. tit. 14. numer. 8. vbi habetur, quod conditione non adimpleta non poteſt quis agere, nec prætendere aliquid de iure. Denique prædictus Paulus de Palma adminiſtrauit tutelam ſuorum nepotum, & ſic pro tutore ſe geſſit, & remanſit obligatus actione tutelæ, dato, & non conceſſo, quod non eſſet tutor, vt dicunt Doct. in l. 1. ff. de eo. qui pro tut. ſe geſſ. poſtquam ex ſua declaratione remanſit obligatus, eo magis, quia in ſuo teſtamento declarauerat, ſe exigiſſe ducatos 460. ſpectantes ad dictos ſuos nepotes vti hæredes eorum patris, & ſic non potuit onus imponere, nec grauare dictos nepotes in dicta quantitate, neq; poterat præiudicare debitor creditoribus, faciendo quamuis declarationem, vt dixit Bald. in l. prædia, n. 5. C. de fideicommiſſ. ſicq; reaſſumendo iura pro actore conſiderandum eſſe cernitur, nullum adeſſe fideicommiſſum, cum non fuerit adimpleta conditio, & ſic deficit conditio, ſtante quod ſupereſt perſona cum filijs, in cuius beneficium factum eſt fideicommiſſum, & ità reſpectu partis aduerſæ caducata eſt diſpoſitio, l. vnica, §. 1. & 2. C. de caduc. toll. Secundò, quia non iure diſpoſitionis teſtatoris habuerunt dictos ducatos 300. ſed iure creditoris, & non poteſt grauari per iura ſuprà allegata, & per ea, quæ dixerunt Doct. in d. l. cum filiofam. ff. de leg. 2. & per conſequens non obſtant in contrarium adducta, quia loquuntur, quando legatarius grauatus eſſet honoratus à teſtatore, & perciperet lucrum, vt etiam præfati Doct. aſſerunt in d. l. ab eo, C. de fideicom. & ẽta regula iuris, neminẽ poſſe diſponere de rebus alienis, nec onus illis imponere, ad tex. in l. teſtãdi, C. de teſtam. Peracta relatione in S. R. C. die 15. Decẽb. 1642. per Reg. Cõſ. nunc Reg. digniſſ. D. Michaelẽ Salamãca, deciſũ fuit in beneficium ipſius Io. Vincentij actoris, & mandatum, quod liquidetur quantitas intereſſe in duc. 83. & gr. 12. iuxtà calculum, non obſtantibus prætenſis, & reſeruatis in ſententia S. C. lata ſub die 19. Nouemb. 1640. vt habetur ex proceſſu eiuſdem Io. Vincentij de Palma cũ hæredibus q. Io. Dominici de Palma fol. 430. in Banca Solatij Mag. Act.

Fideiuſſio facta in beneficium tutoris, penès acta adnotata abſque ſtipulatione, an valeat, relata fuit deciſio in 3. par. verbo fideiuſſio affirmatiua, & ſic in beneficium pupillorum contra tutores, ex iuris rationibus ibi adductis, quibus addo Doct. inter commun. opin. lib. 5. tit de fideiuſſ. tut. n. 1. & 2. vbi cenſuerunt, quod tutoris fideiuſſor, qui præſens, ac tacens patitur, nomen ſuum ſcribi apud acta ſine contradictione, perindè tenetur, ac ſi ſtipulatio interceſſiſſet, ex l. cum oſtendimus, §. fin. ff. de fideiuſſ. tutor. Capra reg. 50. n. 18. cum aliis ibi relatis, & ſi benè hoc procederet inſpecta iuris communis diſpoſitione, nihilominus per nouam prag. 16. de actuar. qua diſpoſitum apparet, omnes obligationes, & fideiuſſiones debere ſubſcribi eorum propriis manibus cum ſubſcriptione aliorum duorum teſtium aſſerentium, eos cognoſcere, &c. aliter putarem, poſtquam hæc eſt noua forma à dicta pragmatica ordinata, quæ ſi omitteretur, actus corrueret, iuxt. vulg. reg. l. cũ ii, §. ſi prætor, ff. de tranſact. cũ aliis apud Barboſ. princip. iur. lit. F. n. 50. & ità aliàs poſt promulgationẽ d. prag. in contingentia facti occurſi in Terra Foggiæ de obligatione capta per Actuariũ abſq; teſtium ſubſcriptionibus,

qui

Digitized by Google

qui fuit condemnatus ad ſoluendum debitum parti, nulla habita ratione de dicta obligatione, ſic nulliter ſtipulata, vt dicam infrà eod. verbo Obligatio, vbi aliam conſimilem deduxi altercationem de Actuario obligationem ſuſcipiente abſque ſubſcriptione teſtium, ſed tantum fuerunt notati teſtes in calce, manu Actuarij, vt ibi erit videre.

Fideiuſſio mulieris præſtita de non barattando, pendente iudicio aſſecurationis, an duret prolata ſententia aſſecurationis, ita vt fideiuſſores compelli poſſint, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 319. n. 5.

Fideiuſſio capta per Actuarium cum clauſula, omni futuro tempore ſit valida, ſi prætendatur emptionē factā, pro qua eſt fideiuſſio præſtita, eſſe fictitiam, an euaneſcat, ita vt cenſeatur fideiuſſio extincta; vt in caſu iam occurſo contingit difficultas, dum in anno 1632. Io. Baptiſta Indellus Actuarius M. C. fideiuſſorem accepiſſet de faciendo emptionem tutam omni tempore valituram in beneficium Lucretiæ Nardillo, & Bartholomæi Mariello coniugum pro duc. 300. ſuper certo territorio, ex parte altera fuit prætenſum, dictam emptionem eſſe fictitiam, ob quod videbatur fuiſſe eluſoriam, & nullius roboris, & momenti, & conſequenter extinctam, & ſic de nouo cogi, & compelli ad præſtationem illius, dicendum videbatur, ipſam fideiuſſionem eſſe nullam, & inualidam, attenta inualiditate contractus fictitij, eo quia fideiuſſio eſt acceſſoria ad cauſam principalem contractus, Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſor. part. 2. ſect. 1. cap. 1. n. 1. Et talis fideiuſſio reum acceſſorium, verumque debitorem cōſtituit, Herring. de fideiuſſ. cap. 15. n. 2. ſucceſſiuè fideiuſſor acceſſorius dicitur principalis, Maur. Aretin. de fideiuſſ. ſect. 4. cap. 36. n. 4. quo fit, vt cùm ipſa principalis obligatio annullata ſit, fideiuſſio annullatur, idem Herring. dict. tract. c. 10. n. 22. Sic fideiuſſor non tenetur vbi principalis obligatio eſt nulla, Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 5. n. 2. fideiuſſor n. intelligitur ſe obligaſſe ad cauſas honeſtas, non ad fictitias, & ſimulatas, Muta dec. 100. n. 19. Ex altera parte replicabatur, contractum iam celebratum fuiſſe, & licèt præſupponeretur fictè celebratus, indigebat probatione facienda per allegantem Maſcard. de probat. concluſ. 183. n. 2. & inde declaratione non eſſe validum, Interim ſuccedit regula illa vulgata, multa facta tenent, quæ facienda impediunt, leg. patre furioſo, ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, cum aliis apud Barboſ. princ. iur. lit. F. num. 5. ad quod ſingulariter Ripoll. var. reſol. cap. 11. n. 490. ad propoſitum quærit, ſi vendita re ſuperueniat mala fama, nēpe rem nō eſſe vēdentis, an tunc emptor teneatur pretium ſoluere, ſi res per venditorem ei tradatur, & reſpondet, quod mala fide ſuperueniente non tenebitur emptor pretiū ſoluere, niſi per venditorem idoneè cum fideiuſſoribus fuit emptori ſatisfactū, per iura, & auctoritates ibi relatas, ſubdens n. 491. ex Pereira fideiuſſorem dandum eſſe per venditorem pro illa mala fama, non ſolùm eſſe præſtandam reſpectu illius particularis, cuius occaſione fama illa orta eſt, ſed etiam pro qualibet alia, quæ ſuperuenire poteſt, & ſic deciſum retulit. Vnde ſubſequitur, eſſe aliam fideiuſſionem ſuperaddendam, iuxta regulam relatam ab eodem Maur. Aretin. eod. tract. ſect. 7. cap. 5. à n. 24. cum ſeqq. vbi omnes caſus recolligit, pro quibus iterum erit dandus fideiuſſor, ſicque facto verbo in M. C. V. fuit decretum, firma remanente emptione facta, de nouo præſtetur cautio per vnum ex Mag. Actor. approbatus per R. C. S. à quo cùm fuiſſet appellatum ad S. C. factaque in eo relatione per eandem M. Cur. fuit confirmatum decretum eiuſdem M. C. dicendo, bene prouiſum de anno 1641. in banca Nuceriñi, cuius decreti vigore fuerunt expeditæ literæ executoriales contra principalem venditorem ad præſtandam cautionem prædictam pro executione decreti ipſius S. C. vnde ex his contingit hæſitatio, ſi per hanc nouam cautionem præſtandam, fideiuſſor primæuus cenſeatur liberatus dum fideiuſſores nouatione liberentur, Camill. de Medic. cōſ. 26. n. 56. latiùs idem Maur. Aret. dict. tract. ſect. 19 cap. 4. & conſequenter ipſe Actuarius, qui fideiuſſionem primæuam acceperat, vt non teneretur, ſi fortè talis fideiuſſor idoneus non reperiretur, de quo interrogatus reſpondi, quòd idoneitas fideiuſſoris attenditur tempore contractus, poſt Farin. in crim. praxi, q. 33. n. 93. Maur. Aret. dict. tract. ſect. 3. cap. 4. n. 22. poſtquam fideiuſſor obligatur, rebus ſic ſtantibus, Maur. Aret. dict. tract. ſect. 5. cap. 2. n. 68. & proinde ſi fortè fideiuſſor fuerit acceptus pro certo tempore, ex quo eo elapſo ad id connexum adminiſtrationi, & officio, quod ſemper tenetur vltra illud tempus de geſtis intra tempus, inquit Muta dec. 100. n. 5. & 6. fortiùs quando tempus non fuerit præfixum, quia ſemper tenetur, vt dicam in ſeq. verſ. ſic in Actuario pro illo, quamuis ſe concordauerint, de quo etiam infrà eod. verbo Magiſter Actorum.

Fideiuſſio præſtanda vigore decreti an ſatisfacta videatur, vel ſubrogetur per obligationem ſimplicem principalis, cùm fuiſſent liberati ducati viginti mille Ill. Principi D. Tiberio Carafa per Reg. Cam. Sum. cum cautione de reſtituendo ad omnem ordinem R. C. &c. & cùm dict. D. Tiberius reclamaſſet quoad articulum oneris iniuncti de fideiuſſione præſtanda, alio decreto die 27. Iunij eiuſdem anni fuit ordinatum, decretum exequutioni demandari cum obligatione eiuſdem Principis, & præuio Regio aſſenſu etiam pro feudis futuris, carta 78. ita refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 6. in calce additionis, fol. 75.

Fideiuſſor de parendo mandatis S. C. præſtita per debitorem, an moleſtari debeat præſentato debitore principale, poſtquam in praxi receptum eſt, dum debitores citantur ſub tenore inſtrumenti, ſolent obtinere ſupplicationem à Præſide S. C. de verbo faciendo in eo, & in ea fieri ſolet prouiſio, comparente perſonaliter, & præſtita cautione de parendo mandatis S. C., M. C. verbum faciat in S. C. & tunc ſuperſedebitur in liquidatione, donec fuerit facta relatio in S. C. vt docet Galter. in ſua praxi inſt 2. part. tertiæ partis, n. 7. & facta inde relatione, vt conſuetum eſt, ſi videbitur S. C. cauſam remittere eidem M. C. ſimpliciter proceditur ad interrogationem, vnde difficultas contingit, an fideiuſſor eo caſu liberatus erit, ſi fortè debitor aufugerit, vel non præſentauerit, vel præſentauerit, ſed non formi-

miter, Muſcat. in praxi de fideiuſſ. par. 1. modo 13. quem etiam ſequutus eſt Galter. vbi ſuprà ſub n. 11. verſ. hanc quæſtionem, vbi ſub illa diſtinctione cōcludit, quòd ſi eo tēpore, quo fideiuſſor repræſentauit debitorē, poterat retinere, & carcerare, & eo tempore detinuit, & carcerauit, tunc ſi poſtea aufugerit, erit fideiuſſor liberatus, ex dec. Afflict. 330. cum alijs ibi citatis in addit. ad Galter. Si verò non poterat detinere, vel carcerare, tunc quia non ſufficit repræſentare, niſi debito, & congruo tempore repræſentetur, dicendum erit, quod non liberetur, & in hoc idem Muſcat. ibi n. 12. tradit, hunc modum fideiubendi conſimilem eſſe fideiuſſioni de ſtando iuri, & de ſoluendo iudicatum, ſicque duas partes habere videtur, quare licèt per repræſentationem fuerit ſatisfactum vni parti ſatiſdationis de ſtando iuri, tamen alteri parti, quæ continet de parendo mandatis, non videtur ſatisfactum, nec fieri poterat ante condemnationem, ſicut fideiuſſio de iudicatum ſoluendo, quæ exequi non poteſt ante iudicatum, ex Caſtr. & Afflicto ibi relatis, quocirca ſubdit nu. 13. ſibi non ſufficere tempore relationis repræſentare, quia non tenebatur ſoluere, & ſic non erit liberatus, niſi adimpleuerit poſt condēnationem, quo tempore debitor tenebatur, per iura, & rationes ibi traditas, ſubdens, donec non fuerit creditor ſatiſfactus ſemper fideiuſſor tenetur, nec erit liberatus, poſtquam talis fideiuſſio in ſe continere videtur ſolutionem debiti, ſed tandem n. 15. ex doctrina Io. And. ad Spec. in tit. de fideiuſſ. § 1. in fine concludit cum conſimili ſtatuto, quòd ſi fideiuſſor deinde repræſentauit accuſatum, non tenetur ad aliam condemnationem ſoluendam, ex quo repræſentando ſatiſfacit. Et propterea in cauſa Io. Baptiſtæ Piſacano, qui fideiuſſionem præſtiterat de parendo mandatis S.C. & relata cauſa, non diſcedere à Palatio M.C. pro quo fideiuſſerat Theſaurus Coppula, contra quem fuit incuſata fideiuſſio, ſed quia poſtea dictus Theſaurus præſentauerat principalem, inſtitit, ſtante præſentatione principalis, non moleſtari, prout ipſa M. C. ſub die 18. Aprilis 1586. decreuit, quod ſtante præſentatione principalis non moleſtetur, licèt poſtea fuiſſet appellatum ex parte Io. Vincentij Terminelli creditoris, facta inde relatione in S. C. die 29. Decembris 1586. fuit per idem S.C. deciſum, malè appellatum, & benè iudicatum, ſicque confirmando decretum ipſius M.C. vt patet ex actis in banca Pontanę. Et his conueniunt relata ſuprà in 3. par. verb. fideiuſſor, qui ſe cum principale, & latiùs in meo voto 65. n. 52.

Fideiuſſor ſi cum principali ſe obligauerit proprio, priuato, & principali nomine, & inſolidum penès acta iudicij, an perempta inſtantia erit liberatus à tali obligatione, vel teneatur ad debiti ſolutionem, præſuppoſita facti enarratione perſpicitur, fuiſſe in affictum conceſſam quandam Maſſariā vnà cum Hoſpitio, Molendino, & ſtableis pertinentibus ad ipſam per Ludouicum Ficenum, vti procuratorem Aleſij Ficeni Iacobo Guelphi per quinque annos incipiendos à primo Octob. 1600. pro annuis ducatis 350. in duabus paghis ſoluendis, inde præcedente mandato M C. pro ſolutione duc. 175. pro tanda præterita, fuit inſtatum pro amotione vini, & aliorum fructuum ob mutationem ſtatus dicti conductoris, & ea facta licèt inſtitiſſet ipſe conductor, ſibi ea conſignari, attamen fuerunt conſignata Petro Spatano, qui ſe obligauerat ſuo proprio, & principali nomine ea tenere, & non baratare, ad omnem ordinem M.C. poſtmodum cùm fuiſſet interpoſitum decretum, quod infra biduum talis conductor fideiuſſionem daret quidquid fuerit iudicatum, nam ipſa cautio de non baratando præſtatur cum fideiuſſione, ita Maur. Aretin. de fideiuſſ. ſect. 2. cap. 7. & pariter ſe obligauit præfatus Petrus, demum maturata altera tanda ſequentis anni, iterum fuit iuſſum, vt bona annotarentur cū vindemia, animalibus, & mobilibus, & pariter ſe obligauit prædictus Petrus proprio, & principali nomine, &c. de illa tenendo, & non barattando, & de nouo fuit inſtatum pro fideiuſſione de ſoluendo iudicatum, & demum prædictus Petrus ſe obligauit, vt ſuprà, etiam pro ſemeſtri maturando, iuxta formam petitionis poſtremò factæ per Locatorem, & cùm fuiſſet datus terminus in cauſa reſpectu prætenſorum per ipſum Conductorem, ſucceſſo obitu eiuſdem Ludouici Theodorus Ficenus eius filius cum alijs fratribus inſtiterunt pro incuſatione obligationis contra dict. Petrum, ipſumque condemnari pro reſiduo dicti affictus. Interim compilato proceſſu deceſſerunt Principalis, eiuſque fideiuſſor, & inſtantia periit, quia ſiquidem reſuſcitata per inſufflationem ſpiritus, cùm fuiſſet inſtatum per dictum Theodorum pro incuſatione, & condemnatione, vt ſupra, contra dictos hæredes principalis, & fideiuſſoris, ex parte hæredis fideiuſſoris obijciebatur, iam fuiſſe extinctam fideiuſſionem per peremptionem inſtantiæ, ad tex. in leg. cùm lite mortua, ff iudic. ſolui, Afflict. in Conſt. Sępe contingit, n. 4. & 5. Mantua ſing. 533. Muſcat. in praxi fideiuſſ. par. 1. modo 3. nu. 17. cum alijs apud Anton. Herring in tract. de fideiuſſ. cap. 20. §. 20. n. 1. Marſ. in Rub. de fideiuſſ. n. 109. latiùs Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſ. par. 2. cap. 45. num. 1. Et in terminis huius obligationis de exhibendo, & non baratando, quod durat quouſque lis terminetur, Maur. Aretin. dict. ſect. 2. cap. 8. n. 2. Immò etiam poſt ſententiam, & donec lis durabit, Muſcat. dict. praxi, ead. part. 1. modo 17. n. 14. ac etiam durat perempta, & deſerta, ac finita prima inſtantia, iſta particulariter fideiuſſio de non baratando, ſed reſtituendo, vt idem Maur. Aret. eod. tract. 2. par. cap. 45. n. 10. mortua inde lite, per peremptionem illius reſoluitur, vt dixi ſuprà, & conſequenter non teneri ad ſolutionem prædictam; videbatur prætetea mutatione ſtatus principalis ob decoctionem, ipſo iure liberari fideiuſſorem, ita ex Guid. Papa, Bal. Abb. Affl. & Tuſc. probat Mnta dec. 100. nu. 24. Pyrr. Maur. Aret. in tract. de fideiuſſ. ſect. 10. cap. 57. Ex aduerſo replicabatur, non aliter fuiſſe ſimplicem fideiuſſionem, ſed obligationem per viam expromiſſionis, nā vti principalis d. Petrus ſe obligauerat proprio, & principali nomine, & inſolidum, vt legebatur in obligationibus ſtipulatis, immò fortius quando eſſet fideiuſſor obligatus cum principali vti fideiuſſor, & in fideiuſſione eſſet dictum, vti principalis, & inſolidum, hoc enim caſu eſſet vti principalis iudicandus, ità Anton. Gabriel. in comm. concluſ. lib. 5. de

fide-

fideiuſſ. concl. 2. nu. 11. qui allegat etiam Alex. in conſ. 33. col. pen vol. 4. Iaſ. in conſ. 58. vol. 2. Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſ. ſect. 1. cap. 5. n. 17. taliter quod non facit nouationem, ſed tantum facit, vt etiam ante principalem poſſit conueniri, ex Marſil. Polyd. Ripa obſeruat. 59. n. 4. Et hoc caſu per talia verba, inſolidum, erit obligatus vſque ad litem finitam, Grat. conſ. 34. n. 2. & 4 lib. 2. Gratian. cap. 348. n. 28. Et his accedit, dum fideiuſſor nuncupatur, ſubſequitur fideiuſſor ergo ſoluet, aliàs non dicitur fideiuſſor, qui eo lapſo, quod fideiuſſor ſciuit ſoluere deber, & habetur vt principalis, ita Muta dec. 75 n. 1. & 4. cum ipſa fideiuſſio vice ſolutionis ſit, & pro ſolutione habetur, ſolutioniſque ſecuritas dicitur, Pyr. Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſ. ſect. 4. cap. 53. n. 2. & 3. Fortiùs, quando ſe obligauerit eum dictis verbis, proprio, priuato, & principali nomine, & inſolidum, tunc videtur obligatus in omni caſu, in quo tenetur principalis, vti ſubrogatus, Borgn. dec. 5. n. 17. par. 2. Et licèt fideiuſſor dicatur reſpectu illius, pro quo fideiuſſit, quando inſolidum ſe obligauerit, tamen reſpectu illius, in cuius fauorem ſe obligauerit, in omnibus, & per omnia dicitur principalis, Gratian. cap. 310. n. 28. Et ampliùs, quia iudicium, in quo præſupponebatur inſtantia perempta, iam factum fuerat eum dicto Petro, ſicque quando inſufflatur ſpiritus vitæ huic iudicio, reuiuiſcit iudicium, vt optimè tradit Maur. Aretin. dicta ſect. 2 cap. 8. n. 8. vbi in præcedenti n. 7. expreſſim tradit, quòd hæc fideiuſſio per lapſum inſtantiæ non deficit. Et quatenus hæc non militarent, præfatus Petrus teneretur vti depoſitarius, ſaltim dum ſe obligauerat, bona prædicta annotata tenere, & non barapt are, ſed exhibere in forma, quia vigore dictæ obligationis de exhibendo ad omnem Curiæ requiſitioné, quãdo cunque fideiuſſores requiri poſſunt, cum Curia rei exhibitionem deſiderabit, ex Bart. in leg. ſi quis, ff. de cuſtod. reor. notat Muſcat. dicto modo 17. nu. 14. & in depoſitario nulla cadit difficultas, quin non teneatur ad exhibitionem bonorum depoſitorum, leg. 1. §. eſt autem, ff. depoſ. Mozzius de contract. tit. de depoſit. rubr. de natur. depoſ. nam iſto caſu per ſententiam latam liberabitur, Borgn. dec. 3. n. 22. par. 1. Tandem per M.C. fuerunt condemnati hæredes dicti principalis, & fideiuſſores ad ſoluendum petitos ducatos 152. cum expenſis, & intereſſe liquidandis, & interpoſita appellatione ad S.C. ex quo non fuerat proſequuta, fuit per idẽ S.C. ad relationem Regij tunc Conſ. Iacobi de Franchis dictum, quod reuideretur cauſa ex eiſdem actis, vt ex actis in banca Romani, inde confirmatum decretum M.C.V.

Fideiuſſor de præſentando reum infra certum tempus an ſit liberatus reo citato ob nouum delictum per idem Tribunal, coram quo comparuit, & fuit relaxatus cum mandato, nè diſcedat à palatio, concluditur negatiuè per D. Reg. Sanfel. dec. 158.

Fideiuſſor an cogi poſſit ad præſentandum reum, qui nouiter delictum poſt cautionem præſtitam ſuper prima inquiſitione commiſerit, deciſum fuit per S.C. facto verbo per M.C.V. quod inceſſetur fideiuſſio contra fideiuſſoré, refert D. Reg. Sanfel. dec. 159.

Fideiuſſor an cenſeatur liberatus prætextu nouationis ob licentiã cõceſſam alicui habilitato domi per Iudicem eundi ad audiendum diuina officia in Eccleſia propinquiori, concluditur negatiuè per D. Reg. Sanfel. dec. 253.

Fideiuſſor balii, ac tutoris, qui iuxta Iudicis decretum pro certa ſumma fideiuſſerat, rem pupilli ſaluam fore, dummodo anno quolibet balius prædictus reddat computa, ſi computorum redditionem annis ſingulis non procurauit, quapropter balius ſubſtantiam pupilli conſumpſeſit, an teneatur pupillo, non ſolum pro ſumma in fideiuſſione expreſſa, & taxata, ſed pro omni eo, ad quod tenetur balius, eo demùm non ſoluendo effecto, deciſum fuit, vt fideiuſſor non teneatur, niſi ad ſummam reſtrictam in obligatione, D. Reg. Sanfel. dec. 256.

Fideiuſſor, qui fuit datus in particulari cauſa vertente in Regia Camera pro credito alicui debito per debitorem communem, licet poſteriorem de reſtituendo cui, quibus, & quando, an poſſit moleſtari ab anteriori creditore ſui principalis, qui inſimul cum aliis comparuerunt in S.C. vbi eorum graduatio erat facta. Dum in facto contingit, Ioſephum de Cunto in concurſu creditorum quondam Antonii de Ianuario in S.C. fuiſſe graduatum in tertio loco, vna cum tertiis, vigore inſtrumenti ſtipulati ſub die 26. Nouembris 1611. & Fuluium de Bellis creditorem, ſimiliter ipſius Antonii graduatũ in quarto loco, vna cum tertiis, & inſtrumento celebrato die 17. Aprilis 1612. at cum ipſe Fuluius notitiam habuiſſet, quod in R.C.S. fuiſſet factum depoſitum per Lucretiam de Capua in beneficium hæreditatis ipſius quondam Antonij, abſquè mentione dictæ graduationis comparuit in ea, petendo liberationem dicti depoſiti ducat. 602. 3. 12. in computum ſui crediti, obtinuit talem liberationem ſub cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem R.C. quo peruento ad notitiam ipſius Ioſephi comparuit in eadem R. C. & petiit, condemnari dictum Fuluium ad reſtituendum dictos ducatos 602. 3. 12. liberatos ei vti creditori poſteriori, quemadmodum cæteri creditores anteriores inſtiterunt, compilato proceſſu fuit tandem per R.C. condemnatus hæres dicti Fuluii ad deponendum dictos ducatos 602. 3. 12. contra tale decretum fuerunt propoſitæ quatuor nullitates, & inter cæteras in ſecunda nullitate propoſuit, determinatum fuiſſe per dictam Reg. Cam. cõtra expreſſum caſum legis, cũ cautio eſt ſtricti iuris, & non poteſt extendi, arg. l. blanditus, C. de fideiuſſ. l. ſtipulationum, l. 2. §. ſatis acceptum, ff. de verbor. oblig. Bald. conſ. 106. in fine, vol. 2. Surd. dec. 112. n. 1. de Franc. dec. 601. n. 2. & 3. vnde per eandem R.C. inaudito ipſo Ioſepho fuit dictum, ſecundam nullitatem obſtare, replicabatur ex parte ipſius Ioſephi primò ex ſtatu patrimonij, nam cùm facta ſit graduatio omnium creditorum dicti Antonij, in ea Fuluius ſciens, & volens fuit graduatus quarto loco, & antè eum graduatus ipſe Ioſeph, quo ſit, quod omniũ ſint reſciſſa inſtrumenta, vt ait D. Reg. Rouit. in pragm. 3. nu. 11. de ceſſ. bonor. quod in beneficium omnium Iudex procedit, vt omnibus, iuxta eorum locum, & anterioritatem diſtribuat, ita quod nõ poteſt adſcribi negligẽtiæ, & quod

proceſſit, fuit callida machinatio, quæ illi prodeſſe non debet, & hoc in puncto, quando quis ſciens, adeſſe creditores potiores, & nihilominus accepit ſolutionem, ad reſtituendum tenetur, Barboſ. in leg. 1. par. 6. ſub num. 2. §. ad perfectam, ff. ſolut. matrim. Ludou. dec. Peruſ. 45. n. 20 dicens conueniri quaſi dolo deſierit poſſidere, leg. ſi fundus, §. in venditione, ff. de pignor. Secundò, ex forma fideiuſſionis, cùm præſens fideiuſſio eſt generaliter facta de reſtituendo cui, quibus, & quando, non expreſſa perſona, cùm Iudex nō ſe arctauit ad vnum caſum ſolum, ſed ſimpliciter voluit præſtari, vnde attendenda eſt Iudicis prouiſio generalis, & ſic fideiuſſio in hoc caſu ſimpliciter, & generaliter facta operatur, vt quilibet creditor potiora, & anteriora iura habens, poſſit auocare, Anna ſing. 534. & idem de Franc. dec. 75. n. 9. declarando punctualiter hæc verba de reſtituendo cui, quibus, & quando, dicit, quod fideiuſſio data in hac forma ſemper intelligitur facta in beneficium omnium creditorum, quorum intereſt, allegat tex. clarum in leg. procuratoris, §. illud, ff. de trib. act. In quo probatur, quòd fideiuſſio non ſolum danda eſt pro creditoribus ſerui, qui comparuerunt ſuper merce particulari, ſed etiam pro creditoribus domini emergentibus, etiam ſi in occulto ſint, & non comparuerunt, & ſic pro omnibus intereſſe prætendentibus, & ratio eſt, quia ſemper intelliguntur conſeruata iura illorum creditorum, in quorum præiudicium liberatio fieri non poteſt, quia bona debitoris debitoris mei ſunt mihi tacitè hypothecata, & ſuper illis competit actio vtilis hypothecaria, tex. in leg. nomen quoque, & ibi Bart. in princip. C. quæ res pign. obl. poſſ. & cautio ſtat loco rei, & proprietatis actio non eſt extincta, ſed ſemper integra remanet; & ſic non obſtant in contrarium adducta, quia iura illa, & præciſè dicta deciſio de Franc. 607. loquuntur, quando caſus ſpecificè eſt nominatus, dum cautio data de ſoluendo quidquid fuerit iudicatum per S.C. non poteſt extendi ad iudicatum per alium Iudicem, nam hoc fuit declaratum in fideiuſſione, tantò magis, quod cautio in S.C. fuit data in iudicio poſſeſſorio & poſteà per R.C. fuit iudicatum in cauſa petitorij, quod erat iudicium diuerſum. Nec poteſt dici, quod pecunia non extet reſpectu creditorum ipſius Antonij, quia vltra rationes, vt ſuprà, non poteſt eadem pecunia pro parte extare, & pro parte non extare, & ſic conſumpta, quia eſſet contra generalitatem, tex. in dicto §. fin. & haberet iuris repugnantiam, dum eadem res non poteſt in vnico actu diuerſo iure cenſeri, iux. tex. in l. eum, qui ædes, ff. de vſucap. cap. quia, in fine, de priuil. ſicque decretum priùs latum per R.C. confirmari debet, non obſtante dicta ſecunda nullitate, & exequi mandari, tantò magis, quod hoc etiam fuit deciſum per S.C. in cauſa Octauij Sertæ cum hæredibus Cæſaris Zarcata, referente quondam Reg. Conſil. Io. Andrea de Georgio, hæc deducta fuerunt in cauſa ipſius Ioſephi cum Portia Scampa hærede quondam Fuluij de Bellis coram Spect. Comite Molæ Præſidente R.C. in banca Stinchæ. Sed ego cum guſtaſſem articulum propoſitum, conſideraui, regulam ipſam de iure ſatis prolatam eſſe, quod cum ipſa fideiuſſio ſit ſtricti iuris, non aliter extenditur de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum, quòd ſit ſtricti iuris, probat Maur. Aret. in tract. de fideiuſſ. ſect. 1. cap. 6. n. 10. Barz. dec. 110. n. 14. & dec. 70. n. 64. & ideò non extenditur. Idem ſect. 5. cap. 1. n. 3. cap. 2. n. 3. ſect. 3. cap. 5. n. 29. nec præter caſum legis extendenda, Barz. dec. 90. n. 39. quod non extendatur de caſu ad caſum. Idem Maur. Aretin. ſect. 3. c. 6. n. 31. neq; de perſona ad perſonā. Idem d. ſect. 5. c. 2. n. 41. & 61. neq; de tēpore ad tēpus, Idē vbi ſup. n. 44. Barz. dec. 20. n. 12. Attamen quando eſſet concepta verbis generalibus ſecus eſſe; vt ibidem probat Pyr. Maur. n. 82. cum ſeq. & potiſſimum iſta fideiuſſio in iudicio diſcuſſionis præſtanda per creditores habentes creditum liquidum ex inſtrumento publico de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus, & contribuendo æqualibus, quæ in Romana Curia viget, atque Neap. ex dec. de Franc. 200. n. 5. & Seraſin. dec. 1311. n. 3. probat idem Maur. Aretin. eo tract. ſect. 3. cap. 12. aliàs 21. fol. 91. & de hac fideiuſſione peculiariter agit Muſcat. in praxi fideiuſſ. par. 1. modo 16. per totum, vbi aſſerit tam in M.C. quàm in S.C. verſari, quæ potiſſimum tendit in fauorem creditorum anteriorum, atq; emptorum, vt ſubdit n. 4. & propterea cùm ſit fauorabilis creditoribus, ſuccedit regula vulgata, fauores ampliandi, cap. odia, de reg. iur. in 6. & eò magis attenta generalitate ipſius ob verba illa expreſſa cui, quibus, & quando, nulla mentione facta de perſona particulari, ſed tantùm in genere, ſicque vrgente creditore anteriori, potiora iura habente, in promptu proculdubio poterit pecuniam alteri liberatam auocare, pro qua auocatione fideiuſſionem incuſare, per quam ipſam pecuniam extare non dubitatur, vt ibi Muſcat. n. 3. firmat, ad quod optimè D. Reg. Fab. Capyc. Galeota lib. 2. controuerſ. 28. nu. 30. probat, quando creditor, cui liberata eſt pecunia cum cautione, teneatur illam reſtituere creditori anteriori superuenienti, attenta iſta forma fideiuſſionis, reſtituendi cui, quibus, & quando, vbi licèt ſub diſtinctione concludere videtur, quod quando creditor promittit reſtituere pecuniam in genere, cui, quibus, & quando, quia facit fideiuſſio ipſa ex ære pecuniam, ex leg. 1. & 2. ff. de vſufruct. & earum rerum, quæ vſu conſum. cū alijs relatis à Præſid. de Franch. dec. 75. n. 9. ſubdit n. 31. talem cautionem apud creditorem conſumentem pecuniam, eſſe loco proprietatis, ex Gayl. lib. 2. cap. 47. n. 4. eo caſu tenetur ex propria obligatione reſtituere pecuniam in genere, quod genus perire non poteſt, non mirum ſi ſemper, & vbique teneatur creditor poſterior reſtituere tantumdem, leg. incendium. C. ſi cert. pet. vbi alia plura congerit n. 32. & 33. & conſequēter fideiuſſor, aliàs talis fideiuſſio nō deſeruiret, neq; eſſet neceſſaria, & omnes fideiuſſiones ſimiliter præſtitę eſsēt de vēto, & nūquā anteriores creditores eorū credita cōſequerētur, & poſteriores creditores eſsēt melioris cōditionis.

Fideiuſſor de præſentando debitorem infra certum tempus in carceribus, vel de ſoluendo creditori quantitatem, pro qua carceratus reperiebatur, ſi cōtingerit eius principalem ad exilium condemnatum fuiſſe, vel aliter eius ſtatum mutaſſe, an teneatur ad debiti ſolutionem, ſi non præ-

Digitized by Google

præſentauerit illum, deciſum fuit affirmatiuè pro Sentio de Martino cum Mario Barbaro, teſtatur D. Regens Hector Capyc. Latro conſultat. 53.

Filia pro dote paragii à patre relicta an præferri debeat creditoribus fratris, ex facto deſumebatur, Marcellum Pignonum Marchionem Orioli in ſuo teſtamento legaſſe ducatos 20000. ſoluẽdos D. Lucretiæ ab eius filio Aurelio, ac hærede pro dote, qui poſt mortem patris multa contraxerat debita, & quamuis matrimonio collocaſſet ipſam D. Lucretiam cum Annibale Capycio Latro, & inter cætera aſſignauerat ducatos bis mille relictos eidem D. Lucretiæ à Fratre Proſpero Pignono, ac promiſerat alios ducatos 9000. ex dicta ſumma ducatorum 20000. relictis à patre, cùm ipſa fuiſſet excluſa à Marchioniſſa va . . . ſui fratris creditrice anteriori, comparuit in S. C. & inſtitit declarari pro dict. paragio ſuæ dotis ducatorum 9000. præferri creditoribus ſui fratris, vnde videbatur ius ſibi nullatenus foueſe, poſtquam hæreditas per filium adita, amplius non dicitur hæreditas, ſed patrimonium filij, l. ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulg. & pupil. gl. & DD. in leg. 1. §. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. & Marant. quos probat Gallus de except. contra teſt. tit. 1. except. 3. par. 1. n. 45. vnde dicebatur hæreditas filij, non patris, Anna alleg. 70. n. 53. Pięſ. de Franc. dec. 91. n. 4. Inſuper quia mutatione perſonæ mutantur bona, Anna allegat. 117. num. 4. & mutata perſona mutatur conditio rei, Idem alleg. 70. n. 34. Sicque ipſe de ea diſponere potuerat ad ſui libitum, & alteri obligare, nam quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, leg. in re mandata, C. mand. & propterea illius creditores præferri debuerant, tum vigore cautelarum, tum etiam quia reſpectu dicti filij ipſa erat poſterior. Nec propterea vis facienda erat in legato ſibi facto à patre, quoniam hæreditatis appellatione legata, & fideicommiſſa non continentur, Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. n. 2. Inſuper quia feudum non dicitur obligatum pro dote, & paragio, Pet. de Gregor. de dote, & paragio, q. 3. n. 6. Quinimò tale debitum paragij non inducit hypothecam ſuper feudo, probat Conſil. Theodor. in allegat. 7. num. 2. & 6. & propterea non datur actio hypothecaria, Muta dec. 90. n. 15. Vnde paragium debetur actione perſonali, non autem hypothecaria, quamuis in ſubſidium poterit peti actione in rem ſcripta contra poſſeſſorem, Camil. de Medic. conſ. 124. n. 15. tamen filius actione perſonali conueniri debet à ſorore ad illud tradendum, ex And. in Conſt. In aliquibus notat de Marinis quotid. reſol. cap. 250. n. 9. quo fit, vt creditores in actione reali præferantur creditoribus in actione perſonali, ex aduerſo excogitari debet, qualiter dos de paragio eſt onus feudi, ex And. in dicto Cõſt. In aliquibus perpẽdit Pet. de Gregor. d. q. 3. n. 1. de Marinis cap. 128. n. 9. cum alijs infrà verbo paragium, Caſtill. dec. 109. n. 85. taliter quod cenſetur onus intrinſecum, & dicitur eſſe in bonis eius, cui debetur, Anna in allegat. 70. n. 20. ſubdens n. 22. fratrem teneri ſorori ad paragium, prout ad legitimam ſibi competentem, & proptereà paragium cùm dicatur æs alienum, vt æs alienum à feudo deducitur, Pet. de Gregor. vbi ſuprà, n. 4. & q. 28. n. 7. Iddirco paragium ſorori debitum eſt onus feudi, idem Reg. Capyc. Galeot. contr. iur. tom. 2. controu. 7. n. 8. nõ tamen intrinſecum, Amatus Præſidens conſ. 11. nu. 18. Inſuper quia hæreditaria onera ſunt vel legatorum, vel debitorum, vt inquit Barry de ſucceſſ. tom. 1. titul. legata quis præſtar. debeat, n. 1. Vnde quemadmodum omnis res tranſit cum onere ſuo, leg. is, cui opus, ff. de noui oper. nunc. cum alijs apud Barboſ. princ. iur. lit. R. n. 47. ita etiam hæreditas, quæ non eſt actio, ſed eſt ius vniuerſale comprehendens mobilia, & immobilia, corporalia, & incorporalia, Mandell. conſ. 310. nu. 25. & continet æs alienum, Anchar. lib. 1. q. 33. n. 4. ad quod tenetur hæres exoluere, vt proſequitur Marta in ſumma legali, par. 4. quæſt. 18. art. 2. à n. 57. cum ſeqq. præſertim paragium, quod eſt onus feudi perſonale, licèt in ſubſidium fiat executio ſuper corpore feudi, D. Reg. Hector Capyc Latro conſult. 111. num. 6. vol. 2. Et fortius in ſucceſſione feudi, etenim onera hæreditaria præſtanda ſunt ab hærede feudi, & allodio pro rata omnium bonorum, quod idem eſt, ac per æs, & libram, latè probat Bilocta in ſuis concl. feud. concl. 11. D. Reg. Hector Capy Latro dec. 92. n. 6. D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. Illuſt. tom. 2. controu. 21. n. 29. & 32. & deciſum refert D. Reg. de Ponte conſ. 14. nu. 25. & 26. vol. 1. & non mirum ſi ſtatim patre defuncto paragium debeatur filię ab eius fratre, nullo nuptiarũ tempore expectato, ex Luca de Penna in l. vnica, col. fin. verſ. verum autem ſoror, C. de impon. luc. deſcript. lib. 10. quem citat Io. Guill. inter comment. Grammat. ad Conſt. In aliquibus, n. 7. quos probat nouiſſimè Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 247. nu. 14. Ex eo, quia dos de paragio nedum ſuccedit loco legitimæ, Intrigl. dec. 31. nu. 4. Muta dec. 90. nu. 40. Pet. de Greg. dicto tract. q. 2. nu. 7. & q. 9. nu. 4. Maſtr. dec. 1. n. 8. & dec. 107. n. 5. dec. 200. nu. 27. Franc. dec. 559. n. 15. ex quo eſt loco debiti iure naturæ, Franc. dec. 61. n. 5. ſed etiam portio bonorum in hæreditate exiſtentium, Milan. dec. 5. n. 71. lib. 1. Dom. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 93. n. 17. tom. 2. Immò portio feudi, Cutell. dec. 25. n. 16. Franc. dec. 618. n. 2. Bilocl. d. concl. feud. concluſ. 16. n. 2. & concl. 13. n. 1. Ex quo ipſa dos de paragio datur in compenſationem partis feudi, à qua maſculus excludit fœminam, Muta dicta dec. 90. n. 11. & ſeq. Sicque ratione excluſionis dos de paragio debetur ſorori per primogenitum, Pet. de Greg. d. tract. q. 1. n. 14. Muta dec. 26. n. 29. Maſtr. d. dec. 200. n. 15. & non ab re dos de paragio dicitur debitum neceſſarium patris, Intrigl. dec. 35. n. 7. à filio ſucceſſore ſoluẽda, imò cogendus iure actionis ad ſoluendum, ex And. in d. Conſt. In aliquibus notat Pet. de Greg. dicto tract. q. 32. ſub n. 3. hoc eſt actione perſonali, & in rem ſcripta, vel actione reali, Muta dict. dec. 90. n. 8. & 9. Franc. dec. 19. n. 2. & ſuperaddito legato paterno facto in beneficium filiæ de dote paragij prædicta, ob quod competeret actio hypothecaria, licèt in burgenſaticis, Muta ibidem n. 18. & in ſubſidium etiam contra tertium poſſeſſorem, latè Bilocl. d. concluſ. feud. concl. 14. n. 1. Non obſtant in contrarium adducta, quia loquuntur, quando ageretur contra ipſum proprium creditorem, ſecus quando contra diuerſum. Et ſic facta relatione in S. R. C. per Regium

Conſil. Pomponium Saltum die 18. Nouembris 1600. fuit prolata ſententia in fauorem ipſius D. Lucretiæ, per quam fuit dictum, quod pro concurrenti quantitate paragij præferatur ſuper bonis Marchionis eius patris creditoribus Marchionis eius fratris, &c. in Banca de Ferrarijs, nunc Speta, & ſic pluries deciſum retuli in 1. par. verbo creditores hypothecarij, de quo meminit poſt And. Capan. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 131. n. 54. tom. 2.

Filia an agat contra tertios poſſeſſores bonorum paternorum pro legitima, deciſum fuit per S.C. priſcis temporibus negatiuè, vt refert Grammat. in addit. ad Afflict. in dec. 162. ex Ant. de Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. de inoff. dot. quem ſectatur Barbat. in tract. de aſſiſtent. gloſ. 12. n. 57. vbi allegat Camill. Salern. in Conſuet. Si qua mulier, in addit. incip. quoniam tractat, de quo in 1. par. noſtri Compendii verbo paragium, qui contrarium aſſerit iudicatum, ſed ratio fuit, quemadmodum ipſe refert, quia emptores illorum bonorum in iudicio deductorum emerant pro valdè minori pretio, quam re vera bona valerēt, vt deductum, & probatum fuerat.

Filia an excludat patrē vigore ſubſtitutionis aui, & pariter matrem ſuorum conſobrinorum decedentium in pupillari ætate, ex quo prætendebant eſſe caſus omiſſus, ex facto liquebat, Ambroſium Balzanum inſtituiſſe ſuos hæredes Ioſephum, & Matthiam eius filios, & ſubſtitutionē inuicem reciprocam feciſſe, & caſu, quo omnes morerentur, ſubſtituit eius fratrem, &c. defuncto Matthia cum filiis, & illis poſtea decedentibus in pupillari ætate concurrebant ad dictam hæreditatem dictus Ioſeph pro bonis obuentis ab ipſo Ambroſio, & Claudia filia Ioſephi, & neptis defuncti, vigore fideicommiſſi prædicti, ac etiam Syluia Palomba mater dictorum filiorum Matthiæ, ex quo talis ſubſtitutio non comprehendebat iſtum caſum, quibus omnibus diſcuſſis, & bene digeſtis fuit per S. C. deciſum, bona ſpectare ad Claudiam ex fideicommiſſo Ambroſij, in Banca Cioffi, teſtatur Horat. Montan. controu. forenſ. controu. 41.

Filia dotata excluſa à ſtatuto quādo faciat partem, licet non admittatur ad partem in computanda vita, & militia inter alios filios, fuit deciſum in hoc caſu facere partem quoad liquidandam vitam, & militiam, ità ex Reg. Reuert. deciſ. 5. vol. 1. teſtatur And. Capan. in calce tract. de vita, & militia in recollecta deciſionum dec. 1. vbi in additione alios adduxit Doct. teſtificantes, ità pluries deciſum.

Filia fœmina an contineatur appellatione filiorum in diſpoſitione hominis, vtputa ſi pater inſtituiſſet hæredem eius filium maſculum, & ſi poſthumus naſciturus eſſet maſculus, vt ambo ſuccederent, ſin autē filia fœmina, dari ei iuſſit dotem ducatorum 3000. tempore maritagij, verùm decedentibus prædictis filijs, aut filio in pupillari ætate, vel quandocunque abſque filijs legitimis, & naturalibus, vnus alteri ſuccedat, & omnibus morientibus ſubſtituit eius fratrē, ſicque vno filio exiſtente mandauit, vt talis frater ſuccederet, & eius filij, nata inde poſthuma, & illine mortuo filio inſtituto in pupillari ætate, difficultati contingit, an poſthuma, vel ſubſtitutus admitti debeat, cùm mentio facta fuerat de maſculis, fuit per S.C. deciſum in fauorem dictæ fœminæ, & confirmatum decretum præambuli factū in eius beneficium, ita refert Io. Baptiſta Hodierna in addit. ad Sur. d. dec. 9. n. 39. in noua compilatione.

Filia fœmina a patre dotata, cui renunciauerat in forma, an omnibus defunctis fratribus conſequi poſſit medietatem bonorum antiquorum iuxta Conſuetudinem Neapolitanam, non obſtante illorum diſpoſitione facta in beneficium extranei ab vltimo moriente cōtra ipſam filiam, in iure allegauit pro Venerabili Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ Neap. contra Hieronymam Petram Bartholomæus de Franco V.I.D. vt ex eius allegationibus clareſcit inter cætera in illis contenta. Reſpectu verò medietatis bonorum antiquorum prætenſæ per dict. Hieronymam dicitur, quod reſpectu ſummæ ducatorum 1500. quos aſſerit dicta Hieronyma in 6. articulo conuertiſſe in emptionem quondam Honofrium Petram vltimum morientem ſuper Arrendamento olei, & ſaponis, dum non ſunt bona antiqua, ſed bona nouiter quæſita per dictū vltimum morientem, de eo non eſt diſputandum. Reſpectu autem alterius ſummæ debitæ ſuper arrendamento ferri Calabriæ, dicitur, quod Pars non eſt in probatis, quod illa eadem emptio, quam in teſtamento aſſeruit teſtator feciſſe ſuper dicto Arrendamento, durat hodie, quia ſi illa fuiſſet per hæredes alienata, & poſtea per eoſdem hæredes fuiſſent factæ aliæ emptiones de alia eorum noua pecunia, emptiones cenſerentur nouæ, & non antiquæ, & ſic non ſubiectæ Conſuetudini. Et quamuis pars prætendat, dictam emptionem ſuper dicto Arrendamento olei, & ſaponis licèt nouiter factam per vltimum morientem de pecunia antiqua reperta in arcis, & prædicta probaſſe aſſerat per teſtes, & proindè cenſeri antiquam. Reſpondetur, non eſſe credendum prædictis teſtibus inuerisimilia deponentibus, cauſam ſcientiæ non reddentibus, quomodo enim teſtes potuerunt ſcire identitatem pecuniæ conuerſæ in amptionem. Item dato, & non conceſſo, quod emptio fuerit facta de pecunia antiqua, non tamen per hoc ſequitur, quod emptio fuerit facta de pecunia antiqua, ſed noua, & non ſubiecta Conſuetudini huius Ciuitatis, prout optimè probant Doct. auctoritatibus, & rerum iudicatarum cumulo D. Reg. de Ponte de poteſt. Pro. reg. tit. de ſucceſſ. mulier. n. 12. cum ſeq. fol. mihi 443. Item dicitur, quod reſpectu Conſuetudinis Neap. eſt excluſa prædicta Hieronyma, ſtante eius renunciatione, quæ licèt renunciauerit bonis paternis tantùm, tamen cùm adiecerit illa verba, quod ſit perpetuò excluſa à prædictis bonis ſemper, & perpetuò; & in futurum, cenſebitur perpetuò excluſa ab eiſdem bonis, ita vt virtute Conſuetudinis non poſſit ſuccedere, prout in ſimili deciſum refert D. Præſ. de Franc. in deciſ. 307. tantò magis, quia in prædicta renunciatione adſunt infraſcripta verba, videlicet, quod in prædictis bonis paternis non poſſit ſuccedere, licèt ei deuoluantur per lineam, hæreditatem, & ſucceſſionem paternam, quæ verba, per lineam, non poſſunt applicari, niſi in caſu, quo bona paterna ad alium perueniant. Et tandem dicitur, quòd cum in hæreditate vltimi morientis non

us non fiat remanſa alia bona, prout pars prætendit, niſi emptio ſuper Arrendamento ſerici Calabriæ, quæ cum exigantur extra Ciuitatem, licèt ſolutio per Arrendatorem fiat in Ciuitate, dicuntur bona extra diſtrictum, ita vt non cenſeantur ſubiecta Conſuetudini huius Ciuitatis, licèt contractus ſit factus in Ciuitate, & ſolutio promittatur in Ciuitate, & capitalis ſolutio in caſu reſciſſionis ſimiliter promittatur in Ciuitate, vt probat D. Reg. Rouitus in Pragm. 1. de iure, & exaction. fiſcal. num. 64. & 8. vbi refert, per S. C. fuiſſe iudicatum in prima inſtantia, & in gradu reclamationis ſententiam fuiſſe confirmatam facta relatione in Collaterali Conſilio, & proinde prædicti annui introitus debent iudicari vti ſiti extra diſtrictum, & ideò non comprehendi in diſpoſitione Conſuetudinum Neapolitanarum. Hæc ille. Pro ipſa Hieronyma fuerunt allegata contenta ſupra in verbo, fideicommiſſum relictū, vbi deciſio refertur. Quoad primum dictum, ſi emptio facta de pecunia antiqua, cenſeatur facta, vt remaneat ſubiecta Cōſuetudini Neap. erit videre apud Donat. Ant. de Marinis quotid. reſol. cap. 70. n. 22. & ſeq. vbi deciſiones affert, & nos latius in 3. par. verbo bona empta. Quo verò ad aliam quæſtionem, ſi emptiones annuorum introituum ſuper Arrandamentis extra Ciuitatem iudicandæ ſint, eſſe extra diſtrictum, vel intra, ſimiliter agit prædictus Donatus Ant. vbi ſuprà num. 33. vbi deciſionem poſuit, eſſe in diſtrictu.

Filius matris præmortuæ an admittatur cum alijs Amitis ad ſucceſſionem propinquorum, non obſtante eius matris renunciatione, incidit præſentis temporibus dubitari in S. Conſ. in cauſa Thomæ Ruſſi cum Viſagia, & ſororibus Longa ſuper hæreditate Clementis Gattulæ, & Anelli Gattulæ, de qua deciſione mentionem faciunt Io. Ang. Piſanell. in Conſuet. Si moriatur, incipit Bart. in leg. qui ſuperſtitis, in fine, fol. 90. & Minad. in Conſt. In aliquibus notab. 3. n. 11 nouiſſimè Morot. in conſ. 22. Placuit hic ſubijcere verba ſententiæ in mei poſſe deuentæ pro facti ſecuritate. Per hanc noſtram, &c. declaramus, eundem Thomaſium Ruſſum admittendum eſſe, & admitti debere ad ſucceſſionem bonorum burgenſaticorum, & hæreditatis dicti quōdam Mag. A. M. D. Clementis Gattulæ pro quarta parte exiſtentium extra diſtrictum huius Ciuitatis Neap. tantùm, quò verò ad bona, & ſucceſſionem dicti quondam egregij Anelli Gattulæ ſimiliter decernimus, & declaramus, eundem Thomaſium Ruſſum admittendum eſſe, & admitti debere ad ſucceſſionē bonorum burgenſaticorum dicti quondam Anelli pro tertia parte exiſtentium tam intus, quàm extra hanc Ciuitatem Neap. & proinde pronunciamus, & declaramus, præfatas Biſagiam, Vincentiam, Delicatam, & Loiſellam ſorores coniunctas principales, vti principales, & egregium Alexandrum Imparatum earum, & ipſius quondam Paulæ procuratorem, vt procuratorem pro eis condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout nos huiuſmodi noſtra ſententia condemnamus ad reſtituendum, tradendum, & aſſignandum, ac relaxandum dictas tertiam, & quartam partes bonorum prædictorum eidem Thomaſio Ruſſo, vt ſuprà actori, vnà cum fructibus ex dictis bonis perceptis liquidandis tempore executionis huius noſtræ ſententiæ, &c. Nicolaus Maiorana, Antonellus Falangonus Act. & idem deciſum aſſerit ibi Piſanellus in cauſa Comitis Muri cum illis de Ieſualdo, vt infrà in verbo Nepotes.

Filius alicuius Officialis Miniſtri ſi mortuo patre, cui officium conceſſum erat, & pariter filijs, vigore priuilegij Regalis, ipſoque filio in minori ætate exiſtente, propter quod alteri adminiſtratio conceſſa fuerat per R. C. ſimpliciter, nulla mentione facta de prædictis, an poſſit idem officium petere, vt ſibi debeatur, nōn obſtante conceſſione prædicta, ex facti nota compertum apparet, Thomaſellum Riccium poſſediſſe officium Cuniatoris monetarum in Regia Sicla Neap. vigore emptionis peractæ cum alio poſſeſſore, quo defuncto in anno 1625. relictis duobus filijs minoribus, qui, nec etiam eorum mater inſtiterant in R. C. vt officium vni ipſorum concederetur, & interim eorum nomine ab alio exerceretur iuxta priuilegium Reginæ Ioannæ Primæ conceſſum operarijs dict. Regiæ Siclæ, quod moriente aliquo operario in capite, ſuccedere potuiſſent eorum filij legitimi, & naturales, ſeù fratres ipſorum, in cuius poſſeſſione tales operarij ſemper ſteterunt pacificè, & quietè, iuxta exempla producta in eadem Regia Camera in proceſſu, & propterea ſtante obitu ipſius Thomaſelli Horatius Abrunzinus certo modo ſe ingeruit in dict. officio, illud vſurpando, aſſerendo, nullum extare hæredem, licèt poſteà in anno 1637. comparuiſſet Saluator Riccius vnus ex filijs dicti Thomaſelli iam maior factus, inſtando vigore dicti priuilegij ſibi conſignari poſſeſſionem officij, quo perueneto ad aures ipſius Horatij, porrexit memoriale Excellentiſs. Proregi, per quem fuit mandatum Regenti Rouito, vt prouideret, qui ſine alio ordine, inaudito Saluatore, mandauit, vt nōn amoueretur prædictus Horatius, & tale decretum poſtmodùm fuit confirmatum per R. C. ad relationē Præſidentis Vaaa, quod videbatur iuri conſentaneum eſſe, vt poſſeſſor manuteneri ſemper debeat in ſua poſſeſſione, cùm poſſidentis melior ſit conditio, leg. ſi debitor, ff. de pignor. cum alijs apud Barboſ. princ. iur. lit. P. num. 31. nec aliter à ſua poſſeſſione amouendus, Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. nu. 448. A quo decreto cùm fuiſſet appellatum, & obtentum, vt fieret relatio in eadem Camera; demum ad relationem Fabij Galeotæ Capycij, & Regij Conſil. ſui ſucceſſoris fuit ordinatum, vt non moleſtaretur dictus Horatius pro reſtitutione dicti officij ad inſtantiam dicti Saluatoris, ſtante quod per multos annos illud bene exercuerat, penès Carbonum Act. Mag. quod etiam videbatur ei de iura ſuffragari, attenta ſeruitiorum bene præſtitorum qualitate, nam etſi ſeruitia facta ex debito officij, maximè ſalario conſtituto, non præſtant actionem ad remunerationem petendum, nec debetur euictio dati ex ea cauſa, vt inquit Reg. de Ponte conſ. 149. n. 10. vol. 2. adhuc ſemper erunt in conſideratione habenda, quia benefacere tenemur benefacienti, leg. ſed ſi lege, §. conſuluit, de pet. hæredit. Barboſ. in princ. iuris, lit. B. num. 2. vbi ſubdit, ad remunerationem tenetur beneficium faciens,

vel

Digitized by Google

ex l. ſi remunerãdi, §. idem Papinianus, ff. mand. Nihilominus cùm fuiſſet ab ipſo decreto reclamatum, & ordinatum per D. Antonium Caracciolum cauſæ Commiſſarium, quod viſa perſona ipſius Saluatoris prouidebitur, ſicque cùm ad præſens agi videatur de reſtitutione officij reſpectu Horatij, & reſpectu Saluatoris de illius reintegratione, videtur de iure poſſe confirmari illud in perſona ipſius Horatij, cum auctoritate Prætoris, hoc eſt Regiæ Cameræ poſſidebat, vnde iuſtè poſſidere videbatur, ad tex. in leg. iuſte poſſidet, ff. de acqu. poſſ. Barboſ. in opuſc. princ. iuris, lit. I. num. 66. & amplius, quia io eo fuerat manutentus vigore prædicti decreti, quo fit, cùm ius habere videretur in actu, & non in habitu, cùm inter ſe differre videantur, vt refert Rebuff. in tract. nominationum. q. 4. n. 9. & citra dubium poſſeſſor rei dicitur habere ius in re, Statil. Pacif. de Salui. interd. inſp. 1. cap. 5. nu. 65. ſed nominatus licèt acquirat ius per nominationem, tale ius eſt quoddam ius præparatorium ad beneficium, vt ibi Rebuff. in primo notab. quemadmodum in electo dicitur, cui ius quæritur in habitu, ſecundùm gl. in cap. quanto 63. diſt. Franc. Marc. dec. 1351. & ſucceſsiuè ius ad rem, non in re, vt idem Marc. dec. 946. nu. 3. notat. Idcirco ipſe veniret præferendus in pari cauſa, nam ius in re eſt tantæ efficaciæ, vt in quibuſuis reuocationibus tam particularibus, quàm generalibus ſemper excipiũtur illi, quibus ius quæſitum eſt in re, ad text. in cap. ſi is, cui, cum gloſſ. de præb. in 6. & cap. fin. de conceſſ. pręben. in 6. Reg. Rouit. dec. 82. n. 18. Sed ex parte ipſius Saluatoris replicabatur, de iuris communis diſpoſitione eſſe certum, tam in officijs, quàm in cęteris miniſteriis Principi debitis filios ſuccedere eorum parentibus, hoc eſt, non ſolùm in honoribus, quorum continuatio in filios vniuerſi Orbis conſenſu roboratur, vt ex Matienz. comprobat Reg. Conſtant. in leg. 1. n. 32. C. de filiis offic. lib. 12. ſed verius in officijs, in quibus citra dubium filius patri ſuccedit, eo maximè ſi reperiatur idoneus, prout ex leg. petitionum. §. ſi filius, C. de aduoc. diuer. Iud. probat Rebuff. in leg. general. C. de ſuſcept. prop. lib. 10. & fortius, vbi emolumentum eſt, tunc filius in omnibus aliis præfertur, vt notat gloſſ. in leg. 1. C. de filiis offic. lib. 12. ſimiliter in omnibus aliis miniſteriis, vt apertè oſtenditur in leg. in filiis, C. de decurion. lib. 10. Et fortiùs erit attendendum, vbi priuilegium extaret, quemadmodum in noſtro facto percipitur ex allegato priuilegio Reginæ Ioannæ, nam priuilegium alicui conceſſum, ad filios propagari cõſentaneum erit, ad text. in leg. ſi quis in ſacris, C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Hinc priuilegium alicui conceſſum non ſolùm tranſit ad deſcendentes, ſed etiam ad aſcendentes. vt notat Io. de Platea in leg. in ſacris, num. 1. C. eod. tit. Quo fit, vt cùm ipſe Thomaſellus ab hac luce migraſſet, relictis dictis filiis, ex quibus ipſe Saluator proclamat nunc ad illius recuperationem, poſtquam ſtante eius minori ætate, quamuis eo inuito alteri conceſſum ſit, id prouiſionis cauſa conceſſum videri oſtenditur in cap. Regn. Item quod prędicti officiales non adiment, & propterea attenta eiuſdem Saluatoris inſtantia, adhuc ſuperueniente maiori ætate, & habilitate, dubitari non debet, quin ſit reintegrandus, eo quia licèt tempore obitus minor perſiſterat, & ſic inhabilis ad illius exercitationem, poſtquã tamen maior effectus ſit, debet reintegrari per ſuperuenientiam habilitatis, quoniam talis inhabilitas non afficit, ita ex Bal. in leg. is poteſt, §. fin. ff. de acquir. hæred. probat Muta in cap. 7. Regis Martini, num. 26. tom. 3. eo quia quotieſcunque electio alicuius non haberet effectum propter impedimentum in perſonam electi, quod eum inhabilem reddit ad officium, diceretur caſus vacationis, ad text. in cap. ſi electo, ibi, at ſi noua cauſa, de elect. in 6. Reg. Rouit. dict. dec. 82. nu. 9. & ſuperueniente habilitate locus erit retractationi, & maximè, quia non in ſimplici electo, ſeu nominato verſatur, ſed in ſucceſſore in officio, qui iure proprio ſuccedit, vt inquit Reg. Rouitus conſ. 83. n. 21. vol. 2. & verificatur in particulari ſucceſſore, vt ipſemet oſtendit in conſ. 105. num. 3. eod. vol. & tunc dicetur particularis ſucceſſor, vbi vocatur ad certum genus patrimonij, ad text. in leg. ex facto, la ſeconda, §. 1. ff. de hæred. inſt. cum alijs apud eundem Reg. Rouit. conſ. 94. nu. 28. tom. 1. poſtquã ipſe Saluator dicitur habere officium à Rege, à quo quis ex ſola Regis munificentia illud conſequitur, dum elargitur, leg. cum multa, C. de bonis, quę lib. ex Reg. Reuert. deciſ. 56. part. 4. relato per dict. Rouit. in dict. cõſ. 105. ſub n. 23. vol. 2. Etenim nominatus ad dignitatem, vel ſucceſſionem vigore priuilegii, dicitur habere à concedente, non à nominante, Reg. de Ponte conſ. 109. num. 5. 6. & 7. vol. 2. qua de re maiorem prærogatiuam habere cernitur Saluator, & propterea dum Horatius ſe intromiſerat in dicto officio abſque aliqua conceſſione, videtur illud vſurpaſſe, & iure conſtitutum eſt, quod nemo debet vſurpare officium alienum, Rebuff. in leg. 1. C. de decur. lib. 12. Hinc eſt, quod cùm ipſe Saluator nullam cauſam priuationis officij commiſerat, & priuari non poterit, & ſic per indirectum hoc contingere poſſit, eoque ſuppoſito in iure, quoties officialis ſuſpendendus erit, tunc militaret, quando ex informatione aliquid ſubſtantiale conſtaret, non tamen ex ſolo delicti titulo, Reg. de Ponte dec. 7. num. 10. vel quando erit priuandus, & tunc plena probatio exigeretur, vt ibi num. 5. probat. Cæterùm autem dum Saluator adhuc reperiatur ſic de facto officio priuatus, nulla ſubſiſtente legitima cauſa, poterit remedium ſpolii intentare pro recuperatione illius, vt tradit Maſtr. de Magiſtr. lib. 1. cap. 27. n. 24. hinc Doct. inferunt ad quæſtionem illam, ſi remotus ab officio poſſit ad illud idem promoueri, quamuis de iuris vigore id permiſſum non ſit, ad text. in l. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 12. tamen ibi Rebuff. putat, intelligendum eſſe, ſi cauſatiuè, vel ignominioſè fuerit remotus, per text. in l. 2. C. eod. Inſuper pro conualidatione præmiſſorum dicebatur, qualiter officia officialium benemeritorum ſolent ab antiquis temporibus concedi eorum filijs in Regno Hiſpaniæ, Regeſque iam ab hodie quaſi obligati ſunt, Valaſc. conſult. 129. n. 13. & officia licèt non ſint tranſitoria ad hæredes, tamen ſtantibus meritis filiorum poſſunt in modum ſupplicationis per Principem continuari, Muta in cap. 35. nu. 92. & ſeq. tom. 1. ſicque facta relatione per eundem D. Pręſidentem fuit confirmata conceſſio dicti officij

in per-

Digitized by Google

in perſonam ipſius Horatii, & vt percepi à fidedignis, mota fuit R.C. quia dict. capitulum non erat in viridi obſeruantia, & conſequenter collatio dicti officii ſpectabat ad eandem R.C.

Filius, qui poſt mortem patris effectus maior ſe abſtinuerat à paterna hæreditate, debitum paternum certo creditori ſoluerat, à quo ceſſionem in forme conſequutus fuerat, vbi enunciabantur verba illa, & aliorum cohæredum, & cùm fuerit ab alio creditore conuentus ad ſolutionem alterius crediti, an ex his cenſeatur hæreditatem adire, ita vt condemnari debeat ad ſolutionem petitam, Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controu. 37. articulum plenè examinat, & demum in fine tradit, Matthæum Gaudioſum fuiſſe abſolutum ab actione perſonali, & vltra adducta per eum videbetur dicendum, eum teneri, eo, quod ſoluens debita hæreditatis dicitur adire, Megon. dec. Florent. 44. num. 5. ſubdens, quod aditio inducitur per ſolutionem debitorum, aſſequitur Surd. conſ. 12. num. 47. vol. 1. ſubdens num. ſeq. etiam ex ſola oblatione ad ſoluendum, quemadmodum exigendo creditum hæreditarium, vt poſt Surd. vbi ſuprà num. 50. Sforz. Odd. de reſtit. in integ. q. 62. num. 54. & 57. Maſcard. de probat. concluſ. 44. n. 45. Verùm quia ederat proteſtatio præcedens, ex qua releuari poterat, idcirco aditio hæreditatis non inducitur per actum proteſtationi contrarium, quando faciens actum non poteſt eſſe hæres, aliàs ſecus, Maſcard. dict. tract. concluſ. 47. nu. 13. ſoluere enim debita alicuius quilibet poterit, leg. ſoluendo, ff. de neg. geſt. & quod non ſit hæres, & ex ſolutione præuia ceſſione acquireret ius ſuper bonis debitoris.

Filius priuilegiati habentis priuilegium fori, vt ſunt mercatores lanæ, & ſerici, an gaudeat eodem priuilegio fori paterni, fuit pluries deciſum affirmatiuè, cùm ſufficiat ſola deſcriptio patris in matricula, refert Dom. Regens Sanfelicius dec. 21.

Filius rebellis conceptus poſt gratiam à patre adeptam quoad pœnam tantùm an ſit capax ſucceſſionis fideicommiſſi gentilitii, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, teſtatur Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 127. num. 13. in poſtrema editione.

Filius naturalis hæres inſtitutus à patre an ſuccedat etiam in bonis ſubiectis Conſuetudini Neap. in præiudicium agnatorum, deciſum fuit per S.C. negatiuè, hoc eſt, vt ſuccedat præter in bonis ſubiectis Conſuetudini, ad hoc vt agnatis proximioribus deferentur, teſtatur Donat. Ant. de Marinis quotid. reſol. cap. 270. n. 7. in nouiſſima compilatione.

Filius in familia retentus, ſi velit ſe abſtinere ab hæreditate, an interim conueniri poſſit à creditoribus paternis, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa Marchionis S. Viti cum Duce Fragniti die 4. Maij 1643. in banca Solatii ex gloſſ. in leg. neceſſariis, verſ. teneantur, ff. de acquir. hæred, & pariter ex cauſa refutationis feudorum à patre factæ filio contemplatione matrimonii, cum clauſula, ex nunc pro tunc ſequuta morte, quo caſu refutatio haberi non poteſt, niſi iure hæreditario, ita eo referente tradit D. Conſiliar. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. c. 1. num. 31.

Filius Doctoris ob crimen enorme non gaudet nobilitate paterna, vt in facto deciſum fuit per Reg. Audientiam Capitinatæ contra filium Doctoris ob crimen furti commiſſum in ſtrata publice, & confirmatum per M. C. refert Reg. Sanfel. dec. 56. n. 12.

Filiusfamilias videns patrem creditorum mole grauatum, ſi aliquod debitum illius in ſe ſuſcipiendo ſe obligauerit citra patris conſensũ, an poſsit ſe tueri exceptione Macedoniani, deciſum fuit per S. C. in cauſa Petri Bonenno cum Io. Dominico de Creſcentio in anno 1605. affirmatiuè, Nouar. in pragm. 1. collect. 1. n. 8. de S.C. Macedon.

Filiusfamilias, qui cum patre ſe obligauerat renunciando expreſſim beneficio iuris ſibi conceſſo, an ea non obſtante poſſit ſe tueri dicto beneficio, pluries deciſum fuit per S. C. etiã iunctis aulis affirmatiuè in cauſis relatis per Molf. conſ. 42. & nouiſſimè per Nouar. in Pragm. 1. collect. 1. n. 27. de S. C. Macedon.

Filiusfamilias hæres ſui fratris an teneatur rationes reddere patri, in cuius poſſe bona materna, & hæreditatem dicti defuncti peruenerant, & per ea, quæ ſunt de iure determinate videtur affirmandum, poſtquam hæres creditoribus, legatariis, & fideicommiſſariis rationem reddere de bonis defuncti obnoxius eſt, vt probat Eſcobar de ratiocin. cap. 3. n. 14. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. n. 3. Ex aduerſo replicabatur, ex facti ſerie apparere, bona omnia materna extare penès Fabium de Boctunis patrem Fabritij, & Troiani, & ſic per decretum S.C. conſtare, dum fuerat ſubſcriptum decretum interpoſitum die 28. Februarii 1595. Decreto ipſius S.R.C. declaratum eſt, ad dict. Mag. Fabium perueniſſe integras dotes quondam Mag. Camillæ Caracciolæ duc. 2500. in pecunia, & duc. 250. in mobilibus, quæ mobilia erãt conſumpta, exceptis bonis aureis, & ornemen[illegible] lle, dictumque Fabium recepiſſe duc. 400[illegible] nno in actis præſentato contentos, deque [illegible] duc. 600. pariter ſolutis per Spect. Comitem [illegible] Angeli recepiſſe duc. 576. 1. 10. Inſuper declaratum eſt, dictum Mag. Fabium fuiſſe, & eſſe vſufructuarium tantùm bonorum ei obuentorum ex ſucceſſione quondam Fabritii eius filii, quodque procedatur ad diſcuſſionem aliarum partitarum in relatione contentarum, pro qua partes compareant ſingulis diebus, & horis, hoc ſuum, &c. Io. Thomas Salamance, Annibal Cæſarius Secreterius, in banca Aſcanii Longhi Mag. Act. ſi enim bona erant in ſui poſſe, cur rationes à filio ſuperſtite expoſtulare auſus eſſet? & ampliùs dum erat ipſe Fabius vſufructuarius portionis ſibi debitæ ex hæreditate ſui filii, quamuis proprietas apud filium ſuperſtitem reſediſſet, adhuc rationes reddere non tenebatur. Sed is, penès quem vſusfructus reperiebatur, ex quo vſufructuarius finito vſufructu proprietario rationẽ reddit, inquit Eſcob. dict. cap. 3. n. 3. ergo fruſtra rationum redditio expoſtulabatur, & ampliùs ob litem inter eos exiſtentem facilè id animo calumniandi, & vexandi fuerat petitum, & propterea in alio decreto interpoſito per idem S. C. die 20. Maii 1597. inter cætera leguntur in calce hæc verba, ſcilicet, quoque Troianus prædictus non moleſtetur ob redditionem computi contra ipſum

præ-

Digitized by Google

prætenſam vti hæredem quondam Fabritii de Boctunis, hoc ſuum, &c. in eadem banca.

Filiusfamilias poſtquam effectus ſui iuris ratificauerit inſtrumentum aliàs à ſe factum ſimul cum patre pro debito ſpectante ad patrem, an per huiuſmodi ratificationem perdat beneficium L. quod cum eo, deciſum fuit negatiuè in cauſa Philippi Sarachi contra Franciſcum Magheri in anno 1591. die 11. Ianuarii, in banca Longhi, retulit Reg. Rouit. in Pragm. 1. de S.C. Maced. à num. 28. ad 34. Aſſequitur Io. Maria Nouar. in tract. de datione inſolutum, q. 34. n. 21.

Filiusfamilias minor obligatus inſimul cum patre in aliquo contractu, vitia metum reuerentialem, ſi concurrat metus compulſiuus, non erit moleſtandus, ſed abſoluendus, quocirca in cauſa Franciſci Antonii Pecoratij, dum Antonius Centoldus in affictū acceperat officium Actuariatus Curiæ Terræ Angri ab Alphōſo de Roſa, & aliis, pro quo fideiuſſerat Iacobus Andreas Pecoratius, qui coegit per vim, & metum ipſum Franciſcū Antonium ſimiliter ad ſe obligandū pro d. cauſa, & incuſata obligatione in carcere conſtitutus præfatus Franciſcus Antonius ſupplicationem porrexit in S.C. allegando, dictam obligationem nullam eſſe, vti factam per vim, & metū, propter quod nullā declarari inſtabat, & in termino iam verificauerat per plures teſtes, qualiter perſiſtēdo in Gymnaſio, in minori ętate conſtitutus, fuit coactus a dicto ſuo patre, mediantibus minis, & verberibus ad ſe obligandum in dicto affictu, nam & ſi ſolus metus reuerentialis inſimul cum læſione ſufficiens erit ad irritandum actum, ita Dec. in cap. cauſam matrimonii, nu. 22. de offic. del. quem ſequitur Oſac. dec. Pedemont. 179. & ſeq. Capyc. dec. 159. n. 34. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 1. n. 87. & 88. Octau. Caracciol. dec. Sicil. 17. n. 5. Amat. deciſ. Ancon. 46. n. 10. etenim minores præſumuntur læſi ob metum reuerentialem patris, Muta dec. 25. n. 28. & ſeq. adeò quod dum ipſe Franciſcus Antonius ſuſceperat dictam obligationem, eo ipſo, quod fideiuſſit dicitur læſus, etiam ſi pro patre interceſſiſſet, ad text. vbi gloſ. in leg. ait Prætor, §. non ſolum, lo 1. ff. de minor. cum aliis apud Valent. Franc. in tract. de fideiuſſ. cap. 2. nu. 119. Picus dec. Roman. 61. n. 3. poſt comment. ad ſtatut. Vrbis; multò magis quando vltra metum reuerentialem præcederent minæ, aut verbera, ex quibus reſultaret inualiditas contractus, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam in leg. 2. §. quæ onerandæ, in fine ff. quar. rer. act. non det. ſequitur Menoch. qui alios cumular in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. n. 11. Anna alleg. 114. nu. 2. latiùs D. Ant. da Cabrera Auend. in tract. de metu, lib. 1. cap. 14. per totum, vltra Baldaſſ. Mongoll. in tractat. de his, quæ vi, metus cauſa fiunt, cap. 9. per totum. Demum ex his fuit prolata ſententia in beneficium ipſius filiifamilias, & contractus reſciſſus, vt ex actis in banca Carboni.

Filiusfamilias ſe obligans cum conſenſu patris in beneficium creditorum paternorum, an validè ſe obliget. Horat. Montan. controu. forenſ. controu. 39. articulum plenè diſcutit pro vtraque parte, & demum concludit pro validitate obligationis, aſſerens, ita iunctis aulis fuiſſe deciſum per S.C. in cauſa Principis Collis cum Duciſſa Termularum in banca de Felice.

Filiusfamilias, qui abſque conſenſu patris ſe obligauerat, dum ſeorſum ab eo habitaret, an iuuetur beneficio Senatuſconſulti Macedoniani, relata fuit deciſio ſupra in verbo contractus, & infrà verb. Obligatio.

Filiusfamilias titulatus habitans cum patre ſi ſe obligauerit, tenetur ad debitum contractum, cùm ob talem dignitatem ſit liberatus à patria poteſtate, & ſic deciſum per M.C. ex Nonario deciſ. 244. tradit Epiſcopus Riccius collect. dec. 3898. in fin. part. 9.

Filij Præſidentium R.C.S. aut Rationalium ipſius an ſint immunes à iure ſigilli, deciſum fuit per eandem R.C. affirmatiuè, vt teſtatur D. Reg. Fab. Galeota in reſp. fiſcal. 1. in differt. n. 69.

Filij primi, & ſecundi matrimonii an æquis portionibus ſuccedere debeant in bonis maternis, ſeu illius dotibus, non obſtante matris diſpoſitione collata in tempus mortis in beneficium ipſorum, obſtante numero filiorum, qui erant duo ex primo matrimonio, & tres ex ſecundo matrimonio, dum nequiuerat diſponere, niſi de decima parte, attenta diſpoſititione iuris Conſuetudinarii Neapolitani, deciſum fuit per S.C. vt æqualiter ſuccederent, in cauſa Honofrii, & ſororum de Franco cum Franciſco, & Hieronymo Marra, in banca Iadoniſii, refert Don. Ant. de Marinis quotid. reſol. cap. 274. n. 33.

Filij nati ex matrimonio contracto inter coniuges, cuius contemplatione facta fuerat donatio coniugi pro ſe, filiis, & hæredibus naſcituris, cum prohibitione alienandi, an ſuccedant in bonis donatis, vti hæredes patris, an verò ex propria perſona, quamuis bona donata nedum eſſent burgenſatica, ſed etiam feudalia, ita vt non teneantur ad reſtitutionem dotium, & anteſati vxori, deciſum fuit in fauorem D. Violantæ de Capua contra Marchionem Latertiæ prętendentem, bona ipſa ad eum pertinere ex propria perſona, & cauſam dictæ donationis refert D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 79. & conſult. 80. vbi de eadem materia agit, ſubiungendo ex nouis motiuis à parte aduerſa ponderatis reſpectu feudalium, primò, quia Petrus Ant. Aczia donator noluit mutare feudi naturam, neque facere fideicommiſſum in feudo Laterriæ. Secundò, quia etſi voluiſſet, aſſenſus Proregis, neque confirmatio Regis eidem profuiſſet, ſed his ibidem reſolutis comprobatur deciſio, & deciſionem S.C. poſuit nu. 44. quemadmodum priùs idem deciſum fuit in fauorem Eccleſiæ Spiritus Sancti contra illos de Thomaſello, quemadmodum ex allegationibus deſuper factis apparet, & ibidem relatis in conſultat. 81. & ſeq.

Filij baſtardi alicuius Doctoris an gaudeant nobilitate paterna in delictis, fuit deciſum negatiuè, Reg. Sanfel. dec. 56. n. 12.

Fiſcus creditor alicuius ex litigantibus in S. C. vbi remiſſionem petiit ad R.C. a qua fuit excluſus, an poſſit aſſiſtere pro ſuo intereſſe, & proponere exceptiones, quas ille opponere omiſit in S. C. vbi lis pendebat, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. inter Regium Fiſcum, & hæredes quōdam Portiæ Caracciolæ cum Aſtorgio Agneſe adminiſtratore hæreditatis Mariæ Caraſæ Duciſſæ Cerzæ, refert D. Reg. Sanfelic. in Addit. ad

eius

Digitized by Google

eius dec.70.n.24.de qua deciſione etiã meminit D.Reg.Hect.Capyc.Latro conſul.65.n. 28.

Fiſcus an poſſit proſequi iudicium criminale accuſatore appellante, & inde renunciante, concluditur negatiuè,& inde per M. C. fuit iudicatum,licèt Fiſcus habito recurſu ad ſuam Excellentiam obtinuerit reſcriptum, per quod fuit iuſſum,vt renideretur cauſa, D.Reg.Sanfel.dec. 22 n.21.& 23.

Fiſcus habet intentionem fundatam tam reſpectu ciuilis,quàm criminalis iuriſdictionis,& proinde præſumitur læſus facta conceſſione rei publicum damnum continentis, & ita fuit deciſum per R.C. vt refert D.Reg.Fab. Capyc. Galeota in reſponſ.29.n.92.& 94.

Foriudicari an poſſit quis iuxta diſpoſitionẽ nouellæ Pragmaticæ emanatæ contra delinquentes cum ſclopo infra quindecim diea, ſi emittens ictumcontra inimicum non aliter offenderet,ſed illicò cum magno cultro eum occideret,licèt per M.C.fuiſſet prouiſum, vt ordinariè procederetur,iuxta Conſt. Regni Ad ſententiã foriudicationis,deducta cauſa ad S.C. fuit deciſum, procedendum eſſe iuxta formam dict. Pragmaticæ,vt refert Donat. Antonius de Marinis quotidian. reſolut. capit. 314. in noua impreſſione.

Foriudicatus, qui gratiam obtinuit à Protege, vt inſeruiret in bello per triennium, non obſtante remiſſione partis ſub pœna mortis incurrenda in caſu contrauentionis, ad quam ſe obligauerat, ſi ea pendente delinqueret, committendo crimen ſodomiticum,licèt non plenè probatum ob quod veniret torquendus potius, an per mutationem ſtatus militiæ aliter contra eũ erat procedendum, ſtante, quòd gratia non erat conditionalis, ſed modalis, ex parte Fiſci dicebatur,adhuc non completo ſeruitio foriudicatum dici, ſicque delinquendo ſententiam contra ipſum latam exequi debere, & ita deciſum tradit D. Reg. Sanfelic. deciſ. 48. à numer. 5. ad finem.

Forma reſcribendi per Magiſtros Actorum S.R.C. quando remittuntur cauſæ ad M. C.deuolutæ per viam appellationis, quæ nam ſit, fuit ſuper hoc interpoſitum decretum per idem S. C. iunctim congregatum, vbi hæc ſequentia verba enunciantur in principio,videlicet. De mãdato Regio ex prouiſione facta per S.R.C. quoniam ad aures Spectabilis Protegentis Didaci Lopez Suarez d. Sac. Conſ. Propræſid. peruenit,quod per Actorum Magiſtros eiuſdem S.C.eorumque Scribas non obſeruetur antiquum ſolitum, & conſuetum circa nonnulla eorũ officia tangentia, volenſque præfatus Spectab. Propræſidens prædictis abuſibus obuiase, & de opportuno remedio prouidere, diſcuſſis omnibus in dicto S.C.fuit ordinatum, quòd mãdetur dictis Actorum Magiſtris,& Scribis, quod in ſententiis appellationum à decretis M. C. V. per eos extendendis, & in ſententiis confirmantibus dicta decreta abſque nouis probationibus, debeant etiam ponere clauſulam, & proindè reſcribatur ordo M.C.V. quod ſuum exequatur decretum, &c. reliqua verò verba referuntur infra in verbo Inhibitoriæ. Et quod ita ſe habet forma ſententiæ prolatæ per S. C. dicendo, bene iudicatum,& malè appellatum,& propterea reſcribendum, quod ſuam exequatur ſententiam, refert Muſcat.in praxi S.C.lib.2 part.3.gloſſ.reformando,n.9.

Frater an teneatur dotare ſororem de paragio, And.in Conſt.In aliquibus,col.2.ibi,frater,dixit, quod frater tenetur ad iſtud paragium,non tanquam merè dotem, ita quod ſi non ſtat matrimonium,illud non habeat,ſed tanquam ad portionem legitimæ, eum ſequuti ſunt Anna in alli 70.n.22.& 40.Pet.de Greg.de dote,& paragio,q.2.n.3. Paulus Staib.conſ.69.num.14. Reg. Hector Capyc.Latro conſult.25.n.35.vol.1.quia paragium ſubrogatum eſt in locum legitimæ, Camill.de Medic.conſ.11.n.7.conſ.75.n.20. latè D.Reg.Hect.Capyc.Latro conſult.93.tom.2. nu. 17.& 20.D.Reg.Fab.Capyc.Galeota controuerſ. iur.tom.2.contrþou.15.n.30.34.& 40.Immò ſi frater dotauerit ſororem in vita patris, eo mortuo tenetur ad paragium, Conſil. de Georg. alleg.9. n.39.& hoc ampliat Reg. de Ponte conſ.18.n.4. vol. 2. quod tenetur frater ſorori ad dotem de paragio pro feudis maternis, ex eo, quia paragium debetur ſorori in bonis paternis,& maternis tantùm,non tamen fraternis,Camill.de Medic.conſ.11.n.12.conſ.59.n.16. Et ideò in cauſa Franciſcæ Caſanouæ cum Io.Carolo Caſanoua fuit prolata ſequens ſententia, videlicet, In Dei nomine amen, viſis ſupplicationibus, &c. viſis denique videndis,&c. Dicimus,pronunciamus, ſententiamus, decernimus,& declaramus, dict. Io.Carolum principalem fore condemnandum, & condemnari debere, prout ipſum per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam condemnamus ad ſupplendum dotem de paragio d. Mag. Franciſcæ principali, & prædicto ſupplemento ſoluendum alios ducatos 800. de carolenis, taliter ſupplementum ipſum arbitrantes, à cæteris autem hinc inde per dictas partes tam in dicta cauſa conuentionis, quàm reconuentionis petitis partes ipſas abſoluendas fore,& abſolui debere,prout huiuſmodi noſtra diffinitiua ſententia abſoluimus, & penitus liberamus, neutram partem in expenſis condẽnantes.&c.Hector Minutulus. Lecta lata die 4.menſis Auguſti 1546. Neap.in S.R.C. publicata pro Tribunali ſedente. Nicolaus Vincentius Cæſarius Mag. Actor. nunc Spera.

Frater an poſſit nedùm accuſare, ſed pariter adulterum,& ſororem occidere, concluditur negatiue,vnde per M.C.fuit frater exilii pœna damnatus, quia ſororem adulteram incontinenti occiderat,& adulterum vulnerauit, D.Reg.Sanfel. dec.264.

Frater an teneatur iterum ſororem dotare, ſi dos fuerit à viro conſumpta, relata fuit deciſio in verbo Dotare.

Fructus an veniant in reſtitutione rei remedio l.2.C.de reſc.vend.concluditur negatiuè, ſicque indifferenter per S.C.iudicatur,fructus compenſati cum intereſſe,ex dec.Præſ.de Franch.probat D.Reg.Sanfel.dec.125.

Fructus bonorum antiquorum debiti proximioribus,an à die petitionis,vel obitus debeantur,latiùs fuit de hoc deductum in tertia parte noſtri compendii,verbo fructus, & per ea,quæ ibidem deduxi,concludi videtur,deberi à die obitus defuncti,& iuxta hanc opinionem iudicatum fuit tàm per M.C.quàm per S.C. quibus addo aliam

deriſionem aliàs ſuper hoc ſactam per idem S.C. cuiua tenor eſt, videlicet, die 17 menſis Decembris 1585. Neap. ſacto verbo de prædictis in S.R.C. per Magn. V.I.D. Marcum Antonium Fata Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. declaratum eſt, fructus quartæ partis debitæ Magn. Iuliæ de Anna virtute ſententiæ S. C eſſe liquidandos in beneficium ipſius Iuliæ à die mortis Magn. quondam Berardini de Anna, hoc ſuum. &c. M. Antonius Fata. Annibal Cæſarius Secret. penes Balſamum Magiſtrum Actorum, quanquam Præſ. de Franch. in dec. 374. de hac eademmet cauſa agens, licèt o.1. idem concludere videatur, adhuc non affert deciſionem, ſed ſubdit dicendo, quod partes cõuenerũt, vt à die obitus liquidarentur, ideò credo poſtea deciſum fuiſſe, vt ſuprà.

Fructus percepti ex bonis antiquis an excomputari debeant in ſortem principalem, vel in cauſam fructuum, de hoc incidit difficultas in cauſa Iuliæ, & Iuſtinæ de Anna cum Iſabella Billi, & videbatur dicendum, excomputari debere in ſortem ad ſimilitudinem illius, qui mittitur in poſſeſſionem rei obligatæ, vt teneatur excomputare in ſortem fructus perceptos ex illis rebus, ex Bart. & Bal. in l. ſi is, qui, §. 1. ff. de pignor. cum aliis apud Molfeſ. in 2. tomo ſuper Conſuet. Neap. part. 6. q. 1. n. 14. Sicut fructus percepti ex re pignorata, laté Præſ. Amatus conſ. 87. n. 5. latiùs D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 125. n. 47. ad 50. tom. 2. Ex aduerſo dici poterat, eſſe certum, quòd ſi teſtator expreſsè dixerit, quod fructus medietatis bonorum excomputentur in dicta medietate, non poſſint excomputari in illa, ex quo tales fructus ſunt patrimonium hæredis, vt proſequitur Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par. 3. q. 6. n. 15. & ſeq. & melius in 2. tomo, part. 2. q. 20. n. 4. vbi cenſuit, quod ſi teſtator inſtituerit hæredem ſuum creditorem, non poterit fructus in ſortem excomputare, niſi expreſsè hoc teſtator mandaſſet, & credo, quia iſti fructus ad hæredes, ſeu proximiores veniunt ex cauſa lucratiua, non onoroſa, conferunt nouiſſimè congeſta per D. Reg. Hect. Capy. Latro dec. 62. vbi agit de fructibus bonorum antiquorum maturatis, & non exactis, ſi veniant ſub diſpoſitione Conſuet. Neap. vbi in fauorem hæredis concludendo cenſuit, fuiſſe denegatum ſequeſtrum. Et propterea in cauſa Iuliæ, & Iuſtinæ de Anna cũ Iſabella Billi cùm fuiſſet prolata ſententia die 20. Nouembris 1587. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Franciſci de Curte in fauorem ipſarum de Anna ſuper conſecutione medietatum bonorum antiquorum, de quorum liquidatione agebatur, dum medietas certæ domus fuerat aſſignata, & liquidata fuiſſet portio in ducatis 816. ſeguntur hæc verba reſpectu excomputationis fructuum, videlicet. Et inſuper declaratum eſt, quòd quantitates liberatæ dictis Magn. Iuliæ, & Iuſtinæ per mortem dicti Io. Berardini cedant in cauſam dictorum fructuum ſpectantium ad dictas Magn. Iuliam, & Iuſtinam ex dicta medietate bonorum antiquorum, non autem in cauſam ſortis, ſeu capitalis prædictorum ducatorum 816. vt ſup. liquidatorũ, hoc ſuum, &c. Franciſcus de Curte, Annibal Cęſarius Secretarius in banca Balſami Mag. Act. in quo [illegible] erit, quia iſtæ ſorores de Anna erant ſorores dicti quondam Bernardini, & Io. Baptiſtæ de Anna filiorum quondam Iacobi de Anna, & ſic erant conſtituti omnes in primo gradu, & de iure comprobatum extitit, regulam illam ſuprà adductam limitari, & non habere locum in filiis primi gradus, in quibus ex iuris diſpoſitione fructus etiam ex teſtatoris iudicio percepti non computari in ſortem tam quòad legitimam, quàm trebellianicam, Molfeſ. dicta part. 3. quæſt. 6. num. 21. vbi ad inſtar legitimæ hãc medietatẽ deberi concludit, & his conueniunt deciſiones in ſimilibus congeſtæ, ſi pecunia liberata in cauſam declarandam in ſortem, vel vſuras excomputari debeat, & deciſum fuit in fructibus excomputari, vt diſi ſuprà to 3. par. verb. pecunia, ſect. 2.

Fructus bonorum antiquorum ad quam rationem liquidari debeant, fuit per S.C. facta liquidatio ad rationem ducatorum ſex pro centenario, hoc eſt in ſententia lata in fauorem Iulię, & Iuſtinæ de Anna in anno 1587. die 20. Nouembris ad relationem Regii tunc Conſiliarii Franciſci de Curte in illis verbis, videlicèt, fructus verò prædictæ medietatis bonorum antiquorum debitos prædictis Iuliæ, & Iuſtinæ fore, & eſſe liquidandos ad rationem ducatorum ſex pro centum, &c. penès Balſamum Magiſtrum Actorum.

Fructus percepti ex venditione rei ſtabilis an cõpenſentur cum intereſſe pretii ſoluti ob nullitatem contractus initi, huoc articulum in materia reſciſſionis contractus ex remedio l. 2. C. de reſcind. vend. attingit Præſ. de Franch. dec. 496. nu. 3. vbi plura hinc inde deduxit, aſſerendo diuerſimode iudicatum fuiſſe, & ſententia ſuper rei, & fructuum relaxatione lata contractus arguit nullitatem, Idem dec. 523. nu. 20. Nihilominus breuitati ſtudendo, & ſolis rerum iudicatarum auctoritatibus contentus, primò ſe offert deciſio S.C. in cauſa Ioſephi Melluſii cum Iulio Cæſare Ruſſillo, vbi fuit reſeruata melior deliberatio circa hoc, attenta nullitate contractus, de qua ſententia mentio habetur ſuprà in verbo Emptor, quo de re in eadem cauſa pro explicatione dicti capitis fuit prolata alia ſequens ſententia per S.C. viſis, deniq; videndis, &c. S.R.C. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam explicando meliorem deliberationem reſeruatam in ſententia per noſtrum S.C. lata ſub die 3. Nouembris 1592. dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, Iulium Muſcillum procuratorem dicti quondam Iulij Cæſaris Ruſſilli in damnum eius hæredum, necnon Marium de Campora procuratorem, vt procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dandum, ſoluendum, & aſſignandum ſupradicto Ioſepho Melluſio, ſeù eius procuratori, vt procuratori intereſſe ducatorum 5800. ſolutorum per dictum Ioſephum in partem pretij Caſtri Ciuitatis Luparellæ dicto quondam Iulio Cæſari, nec non interuſurium medio tempore ſolutum pro reſiduo pretii Terræ prædictæ, iuxta liquidationem faciendam tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, in qua liquidatione, vt ſuprà facienda compenſandos eſſe, & compenſari debere, prout compenſamus pro concur-

concurrenti ſumma fructus perceptos per dict. Ioſephum ex Terra prædicta, iuxta liquidationem ſimiliter faciendam tempore executionis vt ſuprà, neutram partem in expenſis condemnantes ex cauſa, hanc eandem ſententiam diffinitiuam in ſuis ſcriptis exinde taliter proferentes, &c. Io. Thomas Salamanca. Præſens ſententia lecta, lata, & publicata fuit die 9. Maij 1597. Neap. &c. Aſcanius Longus Act. Mag. Et iterum in cauſa Illuſt. Marchioniſſæ Cluſani cum D. Hectore de Ruggiero cùm fuiſſet prolata ſententia nullitatis contractus, & reſeruata melior deliberatio circa fructus, & intereſſe, fuit per idem S. C. prolata ſequens ſententia, videlicet. In Dei nomine amen. Viſa ſententia lata per noſtrum S. C. ſub die 19. Nouembris 1602. viſaque compatitione præſentata in dicto S. C. ſub die 3. Decembris prædicti anni 1602. pro parte D. Hectoris de Ruggerio contra Illuſt. Marchioniſſam Cluſani, fol. 13. ac replicatione, ſiue inſtantia facta per procuratorem dicti Ill. Marchioniſſæ ſub die 4. Decembris prædicti anni 1602. fol. prædicto à tergo, quorum tenor eſt, videlicet. In S. R. C. Laurentius Manfreda. Dicti à principio contractum, &c. viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, explicando prouiſionem reſeruatam in prædicta ſententia S. C. lata ſub die 19. Nouembris 1602. præfatam Ill. Marchioniſſam Cluſani, & eius procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos, quo ſuprà nomine præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dandum, ſoluendum, & aſſignandum præfato D. Hectori de Ruggerio fructus per ipſam Marchioniſſam perceptos Caſalis Lancuſorum, ſeù Terræ Lancuſiorum liquidandos tempore executionis noſtræ præſentis ſententiæ, necnon præſentimet noſtra diffinitiua ſententia præfatum D. Hectorem condemnamus ad ſoluendum præfatæ Illuſt. Marchioniſſæ Cluſani intereſſe pretij prædicti Caſalis, ſeù Terræ Lancuſiorum ſimiliter liquidandum tempore executionis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ à tempore prædicti contractus venditionis Terræ prædictæ, & facto per ipſum D. Hectorem depoſito ducatorum 1500. in prædicta ſententia S. C. contentorum eidem D. Hectori de Ruggerio reſtituatur prædictum Caſale, ſeù Terra Lancuſiorum, ſic explicando prædictam prouiſionem reſeruatam in ſententia, vt ſuprà præcalendata, &c. Octauianus Cæſar. Lecta, lata, & publicata fuit die 5. menſis Iulij 1603. præſens ſententia in aula S. C. ibidem aſſiſtentibus, & pro Tribunali ſedentibus Regijs Conſiliarijs Octauiano Cæſare Relatore, Fœlice de Ianuario, & Io. Ruiz de Valdiueſſo, præſentibus nonnullis eiuſdem S. C. Act. Mag. & Scribis in numero opportuno. Franciſcus Antonius de Viuo pro de Felice Act. Mag.

Fructus pro paragio, ſiue dote de paragio debentur, refert Muta dec. 90. n. 36. & ita deciſum retuli infrà in verbo paragium; & ad quam rationem, pariter ibi refertur, ad quod etiam probandum refert Reg. Galeota controu. tom. 2. controu. 35. n. 47. 53. & ſeq. aliàs deciſum per S. C. vt retuli in 3. part. verbo Intereſſe.

Fructus percepti à re iudicata alicui creditori an compenſentur cum meliorationibus, ſeù cum quantitatibus ſolutis anterioribus creditoribus, de quo ſuprà eod. verbo Creditor, deciſum fuit per S. C. die 26. Octobris 1622. in cauſa Mideæ Caſanouæ cum Nicolao Sforza, & Ventura dello Maſtro, declarando decretum aliàs interpoſitum per S. C. quod fructus percepti per dictum Nicolaum Sforzam, & Venturam dello Maſtro excomputentur cum intereſſe, teſtatur nouiſſimè Reg. Sanfel. in dec. 119. tom. 1. vt apparet in banca Butrelli, nunc de Litto, & videnda ſunt congeſta ſuprà eod. verb. Creditor.

Fructus percepti à creditore ex re ſibi adiudicata compenſari an debeant cum meliorationibus factis, vel quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus, relata fuit deciſio ſuprà in verb. creditor, & verb. compenſare.

Fructus percepti poſt aditam hæreditatem an cedant lucro hæredis, aliqui dixerunt affirmatiuè, vt apud Eſcob. de ratiocin. qu. 9. n. 82. cum aliis relatis per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 13. n. 4. vbi n. 6. inquit, aliquos tenere contrariũ, vt apud Manent. dec. 34. & ita nouiſſimè deciſum per S. C. in cauſa Montis Paueſiorum cum Marchioniſſa Cuſani.

Functiones fiſcales exiſtentes extra Ciuitatem Neap. exiguntur à Neapolitanis, & illas eſſe bona extra diſtrictum, nec ſubijci Conſuetudini Neap. fuit iudicatum in cauſa D. Berardini, & D. Pompei de Cardenas die 6. Martij 1616. ad relationem Reg. Conſil. Valdiueſſi, tradit Nouar. in rubric. de iur. & exact. fiſcal. collect. 1. num. 14.

Functiones granorum quadraginta octo pro foculari reale munus, ac ordinarium dicitur, vt fuit deciſum per R. C. die 5. Nouembris 1569. ex D. Reg. Moles de regal. quæſt. 5. dec. 5. notat Nicol. Ant. Marotta in tract. de collecta, ſeù bonatenentia, cap. 4. n. 3.

Fur committens furtum in Eccleſia an gaudeat immunitate illius, concluditur negatiuè per D. Reg. Sanfel. dec. 170.

Fur manifeſtus an dicatur is, qui captus eſt poſt aliquos dies poſt factum furtum, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. in cauſa magni furti, D. Reg. Sanfel. dec. 172.

Fur furtipiens ab Eccleſia res non aſcendentes ad valorem vnciæ qua pœna puniri debeat, deciſum fuit, pœna mortis eſſe plectendũ, vt diſentit, & deciſum retulit D. Reg. Sanſel. dec. 35.

Fur, qui in tractatu furti committendi in aliquo Conſeruatorio puellarum interuenerat, non tamen ex caſſatione, ſed ante oſtium excubabat, & priùs quàm bona accepiſſet fuit captus, qua pœna erit afficiendus, deciſum fuit per M. C. facta relatione in Collaterali Conſilio, puniendum eſſe pœna mortis, ita D. Reg. Sanfelicius dec. 36.

Fur, qui rem raptam ſciens delictum fornauit qua pœna erit afficiendus, deciſum fuit, pœna triremium per decennium, refert D. Reg. Sanfelic. dec. 36. n. 8.

Fur an dicatur emens aliquid in capſa vbi repoſita erat magna quantitas argenti, quam poſtea occultauit, concluditur affirmatiuè, & cùm in caſu occurſo fuiſſet tortus, fuit ad triremes tranſmiſſus, D. Reg. Sanfel. dec. 38.

Fur deprehenſus cum re furtiua magni valoris dici-

ſis creditoribus eiuſdem gabellæ ad rationem ducatorum quindecim, aut viginti pro centenario, & fecerunt ſibi facere ceſſiones totius ſummæ, quarum vigore prætendebant ſoluiſſe, & excõputaſſe, immò contraponere dictæ ſummæ ducat. 70000. in damnum nedum locorum piorum, ſed etiam cæterorum creditorum, qui iuſtiterunt pro dicto depoſito, non obſtantibus prædictis ſimulatis ceſſionibus, vnde contingit ſuper hoc diſceptari in Collaterali Conſilio, & pro eorum iurium tuitione ad excluſionem prætenſorum pro parte dictorum Aſſictatorum dicebatur. Primò, quod de inſtrumentis ceſſionum non fuerat data nota, neque ſolutum ius dirictuum vnius pro centenario iuxta nouellam Pragmaticam, & propterea nulla ratio habenda erat. Secundò, qualiter pro primis ducatis 29200. obſtabat pactum ſpeciale inſtrumenti aſſictus, propter quod erant obligati ſoluere in contantis infra menſem finito aſſictu, vt diuiderentur inter creditores, ſicque dum emerant prædictas apocas à creditoribus, pacto contrauenerunt, nec propterea excuſari poterant ſoluiſſe eiſdem creditoribus, qui vendiderant apocas tanto minus, & remanſerunt contenti facere ceſſiones, quia attento tali pacto, ac etiam ſtante obligatione ſoluendi Ciuitati, et Deputatis creditorum vniuerſaliter, vt diuideretur talis ſumma. Tertiò, reſpectu aliorum duc. 40000. obſtat nedum dictum pactum, ſed decretum excomputi, per quod fuit ordinatum, vt depoſitarét illos in publico banco, vt diuiderentur inter creditores, & dum tanto minus emerãt apocas, & non depoſuerant dictam ſummam, tam pacto, quàm decreto contrauenerunt, nec proinde excuſare ſe poſſunt, emiſſe illas ante dictam concluſionem, quia obſtabat pactum, vt ſuprà: ſecundò, quia realiter non emerant prius, quia prætendebant maius excomputum, nec eis erat expediens prius emere, & ſi prius ſoluiſſent, vtique demonſtraſſent tempore dicti excomputi. Quartò, attenta iuris diſpoſitione principaliter dicebatur, in foro conſcientiæ non potuiſſe fieri tales emptiones apocarum, adeò quod ſunt obnoxij ad reſtitutionem, nam etſi perſona intermedia poterit emere apocas introituũm ab alio proximiori, quantitate data pro portione ſuæ induſtriæ, circa exactionem, ac difficultatem exigendi eius, qui vendidit, nihilominus hoc genus emendi pro tam minori pretio nequeunt admittere Arrendatores, ac Catatarij, qui ſunt idem debitores, ex quo reſultare videtur inexigibilitas non ſoluendo, & emendo minus, tenetur ad reſtitutionem damni; S. Thomas in Opuſculo 67. in fine de iuſtitia, & iure optimo videndus Pater Molina tom. 2. de iuſtitia, & iure, diſp. 313. per totam, Leſſius in ſimili tract. de iuſtitia. & iure, lib. 2. cap. 21. dubio 9. in fine, Salas de contract. tit. de empt. & vendit. dubio 46. n. 2. verſ. illud etiam aduertunt, Barthol. de Sancto Fauſto tom. 2. Specul. confeſſ. diſp. 5. de empt. & vend. quæſt. 22. & 23. De iure autem eiuſis adſunt tres opiniones in huiuſmodi caſu, prima, quod teneantur crimine ſtellionatus, ſecunda, quod teneantur pœna legis Iuliæ de reſiduis, tertia, quod teneantur pœna extraordinaria, & ad triplum, ad præſens licèt non tractetur de impoſitione talis pœnæ, ſed tantùm, quod ſolutiones non debent admitti, niſi pro rata verè ſoluta, quemadmodum in iure fundat D. Reg. Sanfelic. dec. 284. & 285. tom. 2. Quintò, quia per plura decreta fuerunt requiſiti, vt ſoluerent creditoribus, & noluerunt implere, cur igitur emerunt contraueniendo decretis. Sextò, præuia comparitione fuit proteſtatio notificata, quod non facerent tales emptiones, ſed effectiuè ſoluere deberent, & ſic in mala fide conſtituti videntur ſimulatè ſoluendo, præuiis dictis emptionibus, ac ceſſionibus. Septimò, In concurſu creditorum neutiquam admitti poſſunt dictæ ceſſiones, niſi pro rata verè ſoluta, & amplius, quia debuerat fieri diuiſio pro rata, dum prætendebant excomputum, & ſic beneficati poterant ducati 10000. tantum pro dictis emptionibus factis, ipſis remanentibus debitoribus in ducatis 60000. Reſtat probari fraudem commiſſam in emptionibus dictarum partitarum, quod euidenter probari comperitur ex eo, quod dum erant debitores, iuxta ſolitum apocas generales facere deputatis creditoribus, vt fuerat obſeruatum, emerant à priuatis creditoribus apocas particulares, quas non conſecerant, ac etiam, quia ſolutio facienda erat nomine Arrendamenti, & Gubernatorum in genere. Igitur emendo particularis Catatarius nomine proprio, non poterat Arrendamentum in genere exonerare, & contrarium faciendo particulari nomine agitur, vt pro nihilo partitas emeret. Amplius tales ſolutiones non aliter probantur, quàm per confeſſiones partium in materia ſuſpecta; & ſic præſumitur fraus, & ſimulatio, vt in terminis ceſſionis fundat ex communi opinione Doct. Farinac. in repert. de contractibus, in fragmentis, verb. Ceſſio, n. 4. fol. 14. & eò magis ex notorio, & publica voce, & fama cõpertũ patet, emptiones tam vili pretio eſſe factas. Hæc inter cætera ex allegationibus deſuper editis per ſolertiſſimum virum Io. Thomam Tironum I.C. Neap. benemeritum. Fuit iudicatum vt ſuprà in verb. Arrendatores, & his addo recollecta nouiſsime per admodum Reuerendum D. Ioſephum de Ianuario in ſuis reſolutionibus moralibus, reſolut. 43. vbi hanc materiam emptionum chirographorum doctiſsimè exarat, ſi licito iure fieri poſsint, vel non, & negatiuam ſententiam aſſequitur, vt ibi erit videre.

Gabellori, ſeù Arrendatores, ſi non adimpleuerint ad quæ tenentur, ob quod gabellæ, ſeù arrendamenta iterum vendi debent in eorum damnum, ſi fortè facta fuerit eorum venditio, vnde contingit augmentum, an in eorum commodum cedere debeat, vel in Fiſci vtilitatem, de hoc latiùs verba feci ſuprà in verbo Augmentum, vbi promiſi alias deciſiones deſuper factas hic referre, & prout mihi relatum fuit, & percepi, ita fuiſſe in pluribus arrendamentis practicatum, ac deciſum, ſed nouiſſimè articulo ipſo meliùs propoſito, in ſuſpenſo permanet, & adhuc pendet deciſio facienda per R. C. ponam alibi, Deo dante, Interea erunt ibi recollecta perpendenda, quę adhuc non ſunt deducta, & his addenda ſunt recollecta per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu. 54. n. 8. & ſeq. vbi probat, quod augmentum intrinſecum, ſiue extrinſecum rei conceſſæ ex quacunque diſpoſitione per nomen collectiuum accedens

Digitized by Google

dens ſpectare ad ceſſionarium, & ibi plura, ac iterum tom. 1. controu. 21. n. 50. probat, quod augmentum rei emptæ ex pecunia poſterioris creditoris potioris, tamen ex cauſa, ſiue perueniat ex tempore, ſiue ex induſtria, quæ præſumitur, communis debitoris eſt.

Graduari an debeat priùs cedens, quàm ceſſionarius, inſpecta eorũ anterioritate, vel ambo ſimul in concurſu creditorum, cùm nuptui fuiſſet tradita Domina Conſtantia de Sangro de Caretto, D. Lælio Pignono Marchioni Orioli, fuerunt promiſſi in capitulis matrimonialibus à Ioanne Franciſco de Sangro Duce Turris Maioris eius patre, ac à Paulo de Sangro Marchione Caſtrinoui eius fratre ducati 20000. pro dote, & dictum fuit, dotari de bonis paternis, & maternis, poſt hæc fuit celebratum albaranum ab ipſo Paulo, & ab Andriana Carafa Duciſſa Turris Maioris matertera ipſius D. Conſtantiæ aliorum ducatorum 4000. cum intereſſe ad rationem ducatorum octo pro centenario pro augmento dotis ducat. 20000. cum pacto, quod dicti duc. 4000. ſint eiuſdem qualitatis, & eiuſdem priuilegij dotis, ac ſi fuiſſent promiſſi in capitulis matrimonialibus, quemadmodum ex dicto albarano omni ſolemnitate vallato percipiebatur, cuius vigore D. Alexander Pignonus de Caretto filius, & hæres ipſius D. Conſtantiæ obtinuit ſententiam contra Illuſt. Principem Sancti Seuerij, & D. Duciſſam inſolidum pro dictis ducatis 4000. cum intereſſe conuento, & confirmata præuio decreto interpoſito per viam reſtitutionis in integrum, & quia ob concurſum creditorum prætendebatur ex parte ipſius Illuſt. Principis, quod ipſe D. Alexander nequiuerat ſatisfieri pro dicto credito duc. 4000. vti creditur in anno 1586. Ideò præfatus D. Alexãder aſſerebat, quod dicti ducati 4000. erant ex cauſa portionis dotium Hippolytæ de Caretto matris ipſius D. Conſtantiæ, quæ ſiquidem dotes fuerunt duc. 20000 ſolutorum Duci Turris Maioris, virtute inſtrumenti anni 1542. cum aſſenſu Regio. Idcirco intendebat vti prædictis rationibus, poſtquam licèt in capitulis ipſius D. Conſtantiæ apparebat dotata de bonis paternis, & maternis, adhuc tamen non fuerat ſpecificata quantitas paterna, neque quantitas materna, & eo amplius dum ipſe Dux erat diues, & facultatibus plenus, intelligebatur dos ipſa de bonis paternis tantùm, & pro reliquis ducatis 4000. intendebat vti rationibus dotis Auernę pro portione ſpectante ad ipſam D. Conſtantiam eius matrem, quanquam ex aduerſo prætenderetur, quod dum fuiſſet facta ſolutio duc. 12500. eidem D. Conſtantiæ ex pecunia peruenta à Petro, & Franciſco Vollari, in quorum beneficium ipſa D. Conſtantia fecit ceſſionem, & idcirco Illuſt. Princeps ceſſionatius ipſorum de Vollaro voluerat ſe tueri iuribus anni 1542. attamen replicabatur, quod ceſſio facta fuerat, dummodò nec directè, nec indirectè afficeret ipſam D. Conſtantiam cedentem, & non aliter, ob quod dum tractabatur de dote, talis ceſſio non poterat operari in præiudicium ipſius D. Conſtantiæ cedentis, ſed ipſa debet, ſeù ipſe Marchio filius, & hæres præferri, & vti iuribus ſupradictis, & non dicti Vollari ceſſionarij, & ſucceſſiuè d. Illuſt. Princeps repræſentans dictos de Vollaro, vt de iure fundari proponitur, quemadmodum ex ſequentibus allegationibus congeſtis per Franciſcum Cenſalium I. C. probatiſſimum, ac Neapolitanum Aduocatum. Ex ſuppoſitione in facti ſerie indubitata, quod ceſſio per D. Conſtantiã de Sangro Marchioniſſam Orioli matrem facta Petro, & Franciſco Vollaro ſub die 22. menſis Aprilis 1586. pro ducatis 12500. pro ſuis dotibus debitis per quondam Paulum de Sangro Marchionem Caſtrinoui germanum fratrem, fuerit ſiquidem tranſlatiuè, & non extinctiuè facta præfatis de Vollaro, verùm cum ſpeciali pacto, & conditione, quod ipſa D. Conſtantia, &c. ex cauſa dictæ ceſſionis ad aliquid non teneantur ipſis de Vollaro, etiã ex defectu cautelarum, & priuilegiorum, nec ex quauis alia cauſa, ſed illa iura intelligantur eſſe talia, qualia, ſi qua, & prout competunt, & dummodò non afficiant ipſam cedentem directè, nec indirectè, & rata manente ceſſione prædicta, & citra præiudicium ipſius, & non aliter ſuccedunt indubitatæ iuris concluſiones infrà ſolidiſſimè adnectendæ ad beneficium eiuſdem Marchionis Orioli præfatæ D. Conſtantiæ filij, & hæredis. Prima ergo ſit concluſio, quamlibet ceſſionem ex hominis diſpoſitione, & non legis factam minùs poſſe valere, & operari contra cedentem, vt ex text. in leg. 2. C. de fidaiuſſ. & ex traditis per Bal. in l. 2. C. an ſeru. ex ſuo facto deducit D. de Franc. dec. 260. ſub n. 2. Faber in ſuo Cod. tit. 28. pro ſocio, defin. 8. verſ. præſertim, de Marinis quotid. reſolut. cap. 158. n. 3. qui allegat tex. in l. ſi peculiũ. §. ſicut, ff. de pec. leg. Bal. in d. leg. 2. C. an ſeru. Dec. conſ. 104. in princ. quę concluſio abſque vllo difficultatis ſcrupulo obtinet, vbi iura fuerint ceſſa talia, qualia, ſi qua, & prout competunt (prout in contingenti noſtro caſu) ſecundùm eundem D. Præſ. de Franc. dec. 427. & D. Reg. da Ponte conſ. 64. n. 2. & Menoc. lib. 3. præſumpt. 44. n. 14. & 15. Secunda ſit concluſio, quod vbi in inſtrumento ceſſionis fuiſſet dictum (ſicuti in præſenti caſu noſtro fuit expreſsè conuentum, & in ſtipulationem deductum) quod ceſſio non operetur, nec directè, nec indirectè contra cedentem, & non aliter, nequaquam ceſſionatius poſſet cum cedente concurrere, ſiue ad præoccupandum locum cedentis, eadem ipſa vti ceſſione ſic qualificata, ſiue cõditionata, ſacũdũ ea, quæ deduxit, ac iudicata meminit idem de Ponte conſ. 119. vol. 2. & conſ. 64. ante num. 1. verſ. quo caſu etiam iura Comitiſſæ remanerent illæſa, & efficacia, poſtquam ceduntur iura, dummodò nec directè, nec indirectè operentur contra cedentem, &c. vol. 2. Viſcont. in addit. ad Præſ. de Franch. dec. 260. verſ. in ead. deciſ. n. 1. qui allegat Alex. conſ. 140. n. 6. vol. 2. Rol. conſ. 88. n. 44. vol. 1. & alios perpendit. Quæ concluſio etſi in eo modificetur, vbi tam per cedentem, quàm per ceſſionarium agatur contra communem debitorem, quod debeat cedens, & ceſſionatius in pari loco, & gradu graduari, prout deciſum refert de Franc. praall. dec. 260. in fine, quin & ſub præcedenti n. 5. ex Iacobut. ad Socin. & alijs probauit, pro rata cõcurrere debere, & poſt ipſum Præſidem de Frãc. nouiſſimè deducit de Marin. quotid. reſol. cap. 260. n. 14. qui poſt Ang. in ſuo conſ. 208. addit D. Reg. de Ponte dec. 34. n. 25. attamen quia D. Alex.

ex l. ſi remunerãdi, §.idem Papinianus, ff.mand. Nihilominus cùm fuiſſet ab ipſo decreto reclamatum, & ordinatum per D. Antonium Caracciolum cauſæ Commiſſarium, quod viſa perſona ipſius Saluatoris prouidebitur, ſicque cùm ad præſens agi videatur de reſtitutione officij reſpectu Horatij, & reſpectu Saluatoris de illius reintegratione, videtur de iure poſſe confirmari illud in perſona ipſius Horatij, cum auctoritate Prætoris, hoc eſt Regiæ Cameræ poſſidebat, vnde iuſtè poſſidere videbatur, ad tex. in leg. iuſtè poſſidet, ff.de acqu. poſſ. Barboſ. in opuſc. princ. iuris, lit. I. num.66. & amplius, quia in eo fuerat manutentus vigore prædicti decreti, quo fit, cùm ius habere videretur in actu, & non in habitu, cùm inter ſe differre videantur, vt refert Rebuff. in tract. nominationum. q.4.n.9. & citra dubium poſſeſſor rei dicitur habere ius in re, Statil. Pacif. de Salui. interd. inſp.1. cap.5. nu.65. ſed nominatus licèt acquirat ius per nominationem, tale ius eſt quoddam ius præparatorium ad beneficium, vt ibi Rebuff. in primo notab. quemadmodum in electo dicitur, cui ius quæritur in habitu, ſecundùm gl. in cap. quanto 63. diſt. Franc. Marc. dec.1351. & ſucceſsiuè ius ad rem, non in re, vt idem Marc. dec.946. nu.3. notat. Idcirco ipſe veniret præferendus in pari cauſa, nam ius in re eſt tantæ efficaciæ, vt in quibuſuis reuocationibus tam particularibus, quàm generalibus ſemper excipiũtur illi, quibus ius quæſitum eſt in re, ad text. in cap. ſi is, cui, cum gloſſ. de præb. in 6. & cap. fin. de conceſſ. pręben. in 6. Reg. Rouit. dec.82. n.18. Sed ex parte ipſius Saluatoris replicabatur, de iuris communis diſpoſitione eſſe certum, tam in officijs, quàm in cęteris miniſteriis Principi debitis filios ſuccedere eorum parentibus, hoc eſt, non ſolùm in honoribus, quorum continuatio in filios vniuerſi Orbis conſenſu roboratur, vt ex Matienz. comprobat Reg. Conſtant. in leg. 1. n.32. C.de filiis offic. lib.12. ſed verius in officijs, in quibus citra dubium filius patri ſuccedit, eo maximè ſi reperiatur idoneus, prout ex leg. petitionum, §. ſi filius, C.de aduoc. diuer. Iud. probat Rebuff. in leg. general. C.de ſuſcept. prop. lib.10. & fortius, vbi emolumentum eſt, tunc filius in omnibus aliis præfertur, vt notat gloſſ. in leg.1. C.de filiis offic. lib.12. ſimiliter in omnibus aliis miniſteriis, vt apertè oſtenditur in leg. in filiis, C. de decurion. lib. 10. Et fortiùs erit attendendum, vbi priuilegium extaret, quemadmodum in noſtro facto percipitur ex allegato priuilegio Reginæ Ioannæ, nam priuilegium alicui conceſſum, ad filios propagari cõſentaneum erit, ad text. in leg. ſi quis in ſacris, C.de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. Hinc priuilegium alicui conceſſum non ſolùm tranſit ad deſcendentes, ſed etiam ad aſcendentes, vt notat Io. de Platea in leg. in ſacris, num.1. C. eod. tit. Quo fit, vt cùm ipſe Thomaſellus ab hac luce migraſſet, relictis dictis filiis, ex quibus ipſe Saluator proclamat nunc ad illius recuperationem, poſtquam ſtante eius minori ætate, quamuis eo inuito alteri conceſſum ſit, id prouiſionis cauſa conceſſum videri oſtenditur in cap. Regn. Item quod prædicti officiales non adiment, & propterea attenta eiuſdem Saluatoris inſtantia, adhuc ſuperueniente maiori ætate, & habilitate, dubitari non debet, quin ſit reintegrandus, eo quia *licèt* tempore obitus minor perſiſterat, & ſic inhabilis ad illius exercitationem, poſtquã tamen maior effectus ſit, debet reintegrari per ſuperuenientiam habilitatis, quoniam talis inhabilitas non afficit, ita ex Bal. in leg. is poteſt, §. fin. ff. de acquir. hæred. probat Mura in cap. 7. Regis Martini, num.16. tom. 3. eo quia quotieſcunque electio alicuius non haberet effectum propter impedimentum in perſonam electi, quod eum inhabilem reddit ad officium, diceretur caſus vacationis, ad text. in cap. ſi electo, ibi, at ſi noua cauſa, de elect. in 6. Reg. Rouit. dict. dec.82. nu.9. & ſuperueniente habilitate locus erit retractationi, & maximè, quia non in ſimplici electo, ſeu nominato verſatur, ſed in ſucceſſore in officio, qui iure proprio ſuccedit, vt inquit Reg. Rouitus conſ.83. n. 21. vol.2. & verificatur in particulari ſucceſſore, vt ipſemet oſtendit in conſ. 105. num. 3. eod. vol. & tunc dicetur particularis ſucceſſor, vbi vocatur ad certum genus patrimonij, ad text. in leg. ex facto, la ſeconda, §.1. ff. de hæred. inſt. cum alijs apud eundem Reg. Rouit. conſ. 94. nu. 28. tom.1. poſtquã ipſe Saluator dicitur habere officium à Rege, à quo quis ex ſola Regis munificentia illud conſequitur, dum elargitur, leg. cum multa, C.de bonis, quę lib. ex Reg. Reuert. deciſ. 56. part.4. relato per dict. Rouit. in dict. cõſ. 105. ſub n.13. vol.2. Etenim nominatus ad dignitatem, vel ſucceſſionem vigore priuilegii, dicitur habere à concedente, non à nominante, Reg. de Ponte conſ.109. num.5.6.&7. vol.2. qua de re maiorem prærogatiuam habere cernitur Saluator, & propterea dum Horatius ſe intromiſerat in dicto officio abſque aliqua conceſſione, videtur illud vſurpaſſe, & iure conſtitutum eſt, quod nemo debet vſurpare officium alienum, Rebuff. in leg.2. C.de decur. lib.12. Hoc eſt, quod cùm ipſe Saluator nullam cauſam priuationis officij commiſerat, & priuari non poterit, & ſic per indirectum hoc contingere poſſit, eoque ſuppoſito in iure, quoties officialis ſuſpendendus erit, tunc militaret, quando ex informatione aliquid ſubſtantiale conſtaret, non tamen ex ſolo delicti titulo, Reg. de Ponte dec.7. num.10. vel quando erit priuandus, & tunc plena probatio exigeretur, vt ibi num.5. probat. Cæterùm autem dum Saluator adhuc reperiatur ſic de facto officio priuatus, nulla ſubſiſtente legitima cauſa, poterit remedium ſpolii intentare pro recuperatione illius, vt tradit Maſtr. de Magiſtr. lib.1. cap.17. n. 24. hinc Doct. inferunt ad quæſtionem illam, ſi remotus ab officio poſſit ad illud idem promoueri, quamuis de iuris vigore id permiſſum non ſit, ad text. in l.3. C.de diuerſ. offic. lib.12. tamen ibi Rebuff. putat, intelligendum eſſe, ſi cauſatiuè, vel ignominioſè fuerit remotus, per text. in l. 2. C. eod. Inſuper pro conualidatione præmiſſorum dicebatur, qualiter officia officialium benemeritorum ſolent ab antiquis temporibus concedi eorum filijs in Regno Hiſpaniæ, Regeſque iam ab hodie quaſi obligati ſunt, Valaſc. conſult.129. n.13. & officia licèt non ſint tranſitoria ad hæredes, tamen ſtantibus meritis filiorum poſſunt in modum ſupplicationis per Principem continuari, Muta in cap.35. nu.92. & ſeq. tom.1. ſicque facta relatione per eundem D. Pręſidentem fuit confirmata conceſſio dicti officij

in per-

Digitized by Google

in perſonam ipſius Horatii, & vt percepi à fide dignis, mota fuit R. C. quia dict. capitulum non erat in viridi obſeruantia, & conſequenter collatio dicti officii ſpectabat ad eandem R. C.

Filius, qui poſt mortem patris effectus maior ſe abſtinuerat à paterna hæreditate, debitum paternum certo creditori ſoluerat, à quo ceſſionem in forma conſequutus fuerat, vbi enunciabantur verba illa, & aliorum cohæredum, & c. ſi fuerit ab alio creditore conuentus ad ſolutionem alterius crediti, an ex his cenſeatur hæreditatem adire, ita vt condemnari debeat ad ſolutionem petitam, Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controu. 37. articulum plenè examinat, & demum in fine tradit, Matthæum Gandioſum fuiſſe abſolutum ab actione perſonali, & vltra adducta per eum videbatur dicendum, eum teneri, eo, quod ſoluens debita hæreditatis dicitur adire, Magon. dec. Florent. 44. num. 5. ſubdens, quod aditio inducitur per ſolutionem debitorum, aſſequitur Surd. conſ. 12. num. 47. vol. 1. ſubdens num. ſeq. etiam ex ſola oblatione ad ſoluendum, quemadmodum exigendo creditum hæreditarium, vt poſt Surd. vbi ſuprà num. 50. Sforz. Odd. de reſtit. in integ. q. 62. num. 54. & 57. Maſcard. de probat. concluſ. 44. n. 45. Verùm quia aderat proteſtatio præcedens, ex qua releuari poterat, idcirco aditio hæreditatis non inducitur per actum proteſtationi contrarium, quando faciens actum non poteſt eſſe hæres, aliàs ſecus, Maſcard. dict. tract. concluſ. 47. nu. 13. ſoluere enim debita alicuius quilibet poterit, leg. ſoluendo, ff. de neg. geſt. & quod non ſit hæres, & ex ſolutione præuia ceſſione acquireret ius ſuper bonis debitoris.

Filius priuilegiati habentis priuilegium fori, vt ſunt mercatores lanæ, & ſerici, an gaudeat eodem priuilegio fori paterni, fuit pluries deciſum affirmatiuè, cùm ſufficiat ſola deſcriptio patris in matricula, refert Dom. Regens Sanfelicius dec. 21.

Filius rebellis conceptus poſt gratiam à patre adeptam quoad pœnam tantùm an ſit capax ſucceſſionis fideicommiſſi gentilitii, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, teſtatur Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 127. num. 13. in poſtrema editione.

Filius naturalis hæres inſtitutus à patre an ſuccedat etiam in bonis ſubiectis Conſuetudini Neap. in præiudicium agnatorum, deciſum fuit per S. C. negatiuè, hoc eſt, vt ſuccedat præter in bonis ſubiectis Conſuetudini, ad hoc vt agnatis proximioribus deferantur, teſtatur Donat. Ant. de Marinis quotid. reſol. cap. 270. n. 7. in nouiſſima compilatione.

Filius in familia retentus, ſi velit ſe abſtinere ab hæreditate, an interim conueniri poſſit à creditoribus paternis, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Marchionis S. Viti cum Duce Fragniti die 4. Maij 1643. in banca Solarii ex gloſſ. in leg. neceſſariis, verſ. teneantur, ff. de acquir. hæred, & pariter ex cauſa reſutationis feudorum à patre factę filio contemplatione matrimonii, cum clauſula, ex nunc pro tunc ſequuta morte, quo caſu reſutatio haberi non poteſt, niſi iure hæreditario, ita eo referente tradit D. Conſiliar. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. c. 5. num. 31.

Filius Doctoris ob crimen enorme non gaudet nobilitate paterna, vt in facto deciſum fuit per Reg. Audientiam Capitinatæ contra filium Doctoris ob crimen furti commiſſum in ſtrata publica, & confirmatum per M. C. refert Reg. Sanfel. dec. 56. n. 12.

Filiusfamilias videns patrem creditorum mole grauatum, ſi aliquod debitum illius in ſe ſuſcipiendo ſe obligauerit citra patris conſenſũ, an poſsit ſe tueri exceptione Macedoniani, deciſum fuit per S. C. in cauſa Petri Bonanno cum Io. Dominico de Creſcentio in anno 1605. affirmatiuè, Nouar. in pragm. 1. collect. 1. n. 8. de S. C. Macedon.

Filiusfamilias, qui cum patre ſe obligauerat renunciando expreſſim beneficio iuris ſibi conceſſo, an ea non obſtante poſſit ſe tueri dicto beneficio, pluries deciſum fuit per S. C. etiã iunctis aulis affirmatiue in cauſis relatis per Molſ. conſ. 42. & nouiſſimè per Nouar. in Pragm. 1. collect. 1. n. 27. de S. C. Macedon.

Filiusfamilias hæres ſui fratris an teneatur rationes reddere patri, in cuius poſſe bona materna, & hæreditatem dicti defuncti peruenerant, & per ea, quæ ſunt de iure determinata videtur affirmandum, poſtquam hæres creditoribus, legatariis, & fideicommiſſariis rationem reddere de bonis defuncti obnoxius eſt, vt probat Eſcobar de ratiocin. cap. 3. n. 14. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. n. 3. Ex aduerſo replicabatur, ex facti ſerie apparere, bona omnia materna extare penès Fabium de Boctunis patrem Fabritij, & Troiani, & ſic per decretum S. C. conſtare, dum fuerat ſubſcriptum decretum interpoſitum die 28. Februarii 1595. Decreto ipſius S. R. C. declaratum eſt, ad dict. Mag. Fabium peruenisse integras dotes quondam Mag. Camillæ Caracciolæ duc. 2500. in pecunia, & duc. 250. in mobilibus, quæ mobilia erãt conſumpta, exceptis bonis aureis, & ornamen[illegible], dictumque Fabium recepiſſe duc. 400[illegible] in actis pręſentato contentos, deque [illegible] duc. 600. pariter ſolutis per Spect. Comitem [illegible]angeli recepiſſe duc. 376. t. 10. Inſuper declaratum eſt, dictum Mag. Fabium fuiſſe, & eſſe vſufructuarium tantùm bonorum ei obuentorum ex ſucceſſione quondam Fabritii eius filii, quodque procedatur ad diſcuſſionem aliarum partitarum in relatione contentarum, pro qua partes compareant ſingulis diebus, & horis, hoc ſuum, &c. Io. Thomas Salamanca, Annibal Cæſarius Secretarius, in banca Aſcanii Longhi Mag. Act. ſi enim bona erant in ſui poſſe, cur rationes à filio ſuperſtite expoſtulare auſus eſſet? & ampliùs dum erat ipſe Fabius vſufructuarius portionis ſibi debitæ ex hæreditate ſui filii, quamuis proprietas apud filium ſuperſtitem reſediſſet, adhuc rationes reddere non tenebatur. Sed is, penès quem vſusfructus reperiebatur, ex quo vſufructuarius finito vſufructu proprietario rationẽ reddit, inquit Eſcob. dict. cap. 3. n. 3. ergo fruſtra rationum redditio expoſtulabatur, & ampliùs ob litem inter eos exiſtentem facilè id animo calumniandi, & vexandi fuerat petitum, & propterea in alio decreto interpoſito per idem S. C. die 20. Maij 1597. inter cætera leguntur in calce hæc verba, ſcilicet, quodque Troianus prædictus non moleſtetur ob redditionem computi contra ipſum

præ-

prætenſam vti hæredem quondam Fabritii de Boctunis, hoc ſuum, &c. in eadem banca.

Filiusfamilias poſtquam effectus ſui iuris ratificauerit inſtrumentum aliàs à ſe factum ſimul cum patre pro debito ſpectante ad patrem, an per huiuſmodi ratificationem perdat beneficium l. quod cum eo, deciſum fuit negatiuè in cauſa Philippi Saiacht contra Franciſcum Magheri in anno 1591. die 11. Ianuarii, in banca Longhi, retulit Reg. Rouit. in Pragm. 1. de S.C. Maced. à num. 28. ad 34. Aſſequitur Io. Maria Nouar. in tract. de datione inſolutum, q. 34. n. 21.

Filiusfamilias minor obligatus inſimul cum patre in aliquo contractu, vltra metum reuerentialem, ſi concurrat metus compulſiuus, non erit moleſtandus, ſed abſoluendus, quocirca in cauſa Franciſci Antonii Pecoraij, dum Antonius Centoldus in affictũ acceperat officium Actuariatus Curiæ Terræ Angri ab Alphõſo de Roſa, & aliis, pro quo fideiuſſerat Iacobus Andreas Pecoratius, qui coegit per vim, & metum ipſum Franciſcũ Antonium ſimiliter ad ſe obligandũ pro d. cauſa, & incuſata obligatione in carcere conſtitutus præfatus Franciſcus Antonius ſupplicationem porrexit in S.C. allegando, dictam obligationem nullam eſſe, vti factam per vim, & metũ, propter quod nullã declarari inſtabat, & in termino iam verificauerat per plures teſtes, qualiter perſiſtẽdo in Gymnaſio, in minori ętate conſtitutus, fuit coactus à dicto ſuo patre, mediantibus minis, & verberibus ad ſe obligandum in dicto affictu, nam & ſi ſolus metus reuerentialis inſimul cum læſione ſufficiens erit ad irritandum actum, ita Dec. in cap. cauſam matrimonii, nu. 22. de offic. del. quem ſequitur Oſac. dec. Pedemont. 179. & ſeq. Capyc. dec. 159. n. 34. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 1. n. 87. & 88. Octau. Caracciol. dec. Sicil. 17. n. 5. Amat. deciſ. Ancon. 46. n. 10. etenim minores præſumuntur læſi ob metum reuerentialem patris, Muta dec. 15. n. 28. & ſeq. adeò quod dum ipſe Franciſcus Antonius ſuſceperat dictam obligationem, eo ipſo, quod fideiuſſit dicitur læſus, etiamſi pro patre interceſſiſſet, ad text. vbi gloſ. in leg. ait Prætor, §. non ſolum, lo 1. ff. de minor. cum aliis apud Valent. Franc. in tract. de fideiuſſ. cap. 2. nu. 119. Picus dec. Roman. 61. n. 3. poſt comment. ad ſtatut. Vibis, multò magis quando vltra metum reuerentialem præcederent minæ, aut verbera, ex quibus reſultaret inualiditas contractus, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam in leg. 2. §. quæ onerandæ, in fine ff. quar. rer. act. non det. ſequitur Menoch. qui alios cumulat in tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. n. 11. Anna alleg. 114. nu. 2. latiùs D. Ant. de Cabrera Auend. in tract. de metu, lib. 1. cap. 14. per totum, vltra Baldaſſ. Mongoll. in tractat. de his, quæ vi, metus cauſa fiunt, cap. 9. per totum. Demum ex his fuit prolata ſententia in beneficium ipſius filiifamilias, & contractus reſciſſus, vt ex actis in banca Carboni.

Filiusfamilias ſe obligans cum conſenſu patris in beneficium creditorum paternorum, an validè ſe obliget. Horat. Montan. controu. forenſ controu. 39. articulum plenè diſcuſſit pro vtraque parte, & demum concludit pro validitate obligationis, aſſerens, ita iunctis aulis fuiſſe deciſum per S.C. in cauſa Principis Collis cum Duciſſa Termularum in banca de Felice.

Filiusfamilias, qui abſque conſenſu patris ſe obligauerat, dum ſeorſum ab eo habitaret, an iuuetur beneficio Senatuſconſulti Macedoniani, relata fuit deciſio ſupra in verbo contractus, & infrà verb. Obligatio.

Filiusfamilias titulatus habitans cum patre ſi ſe obligauerit, tenetur ad debitum contractum, cùm ob talem dignitatem ſit liberatus à patria poteſtate, & ſic deciſum per M.C. ex Nonario deciſ. 244. tradit Epiſcopus Riccius collect. dec. 3898. in iii. part. 9.

Filij Præſidentium R.C.S. aut Rationalium ipſius an ſint immunes à iure ſigilli, deciſum fuit per eandem R.C. affirmatiuè, vt teſtatur D. Reg. Fab. Galeota in reſp. fiſcal. 1. in diſſert. n. 69.

Filij primi, & ſecundi matrimonii an æquis portionibus ſuccedere debeant in bonis maternis, ſeu illius dotibus, non obſtante matris diſpoſitione collata in tempus mortis in beneficium ipſorum, obſtante numero filiorum, qui erant duo ex primo matrimonio, & tres ex ſecundo matrimonio, dum nequiuerat diſponere, niſi de decima parte, attenta diſpoſitione iuris Conſuetudinarii Neapolitani, deciſum fuit per S.C. vt æqualiter ſuccederent, in cauſa Honofrii, & ſororum de Franco cum Franciſco, & Hieronymo Matta, in banca Iadoniſii, refert Don. Ant. de Marinis quotid. reſol. cap. 274. n. 33.

Filij nati ex matrimonio contracto inter coniuges, cuius contemplatione facta fuerat donatio coniugi pro ſe, filiis, & hæredibus naſcituris, cum prohibitione alienandi, an ſuccedant in bonis donatis, vti hæredes patris, an verò ex propria perſona, quamuis bona donata nedum eſſent burgenſatica, ſed etiam feudalia, ita vt non teneantur ad reſtitutionem dotium, & antefati vxori, deciſum fuit in fauorem D. Violantæ de Capua contra Marchionem Latertiæ prętendentem, bona ipſa ad eum pertinere ex propria perſona, & cauſam dictæ donationis refert D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 79. & conſult. 80. vbi de eadem materia agit, ſubiungendo ex nouis motiuis à parte aduerſa ponderatis reſpectu feudalium, primò, quia Petrus Ant. Aczia donator noluit mutare feudi naturam, neque facere fideicommiſſum in feudo Latertiæ. Secundò, quia etſi voluiſſet, aſſenſus Proregis, neque confirmatio Regis eidem profuiſſet, ſed his ibidem reſolutis comprobatur deciſio, & deciſionem S.C. poſuit nu. 44. quemadmodum priùs idem deciſum fuit in fauorem Eccleſiæ Spiritus Sancti contra illos de Thomaſello, quemadmodum ex allegationibus deſuper factis apparet, & ibidem relatis in conſultat. 81. & ſeq.

Filij baſtardi alicuius Doctoris an gaudeant nobilitate paterna in delictis, fuit deciſum negatiuè, Reg. Sanſel. dec. 56. n. 12.

Fiſcus creditor alicuius ex litigantibus in S. C. vbi remiſſionem petiit ad R.C. a qua fuit excluſus, an poſſit aſſiſtere pro ſuo intereſſe, & proponere exceptiones, quas ille opponere omiſit in S. C. vbi lis pendebat, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. inter Regium Fiſcum, & hæredes quõdam Portiæ Caracciolæ cum Aſtorgio Agneſe adminiſtratore hæreditatis Mariæ Caraſæ Duciſſæ Cerzæ, refert D. Reg. Sanſelic. in Addit. ad

eius

Digitized by Google

eiùs dec. 70. n. 24. de qua deciſione etiã meminit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſul. 65. n. 28.

Fiſcus an poſſit proſequi iudicium criminale accuſatore appellante, & inde renunciante, concluditur negatiuè, & inde per M. C. fuit iudicatum, licèt Fiſcus habito recurſu ad ſuam Excellentiam obtinuerit reſcriptum, per quod fuit iuſſum, vt reuideretur cauſa, D. Reg. Sanfel. dec. 22 n. 21. & 23.

Fiſcus habet intentionem fundatam tam reſpectu ciuilis, quàm criminalis iuriſdictionis, & proinde præſumitur læſus facta conceſſione rei publicum damnum continentis, & ita fuit deciſum per R. C. vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in reſponſ. 29. n. 92. & 94.

Foriudicari an poſſit quis iuxta diſpoſitionē nouellæ Pragmaticæ emanatæ contra delinquentes cum ſclopo infra quindecim dies, ſi emittens ictum contra inimicum non aliter offenderet, ſed illicò cum magno cultro eum occideret, licèt per M. C. fuiſſet prouiſum, vt ordinariè procederetur, iuxta Conſt. Regni Ad ſententiã foriudicationis, deducta cauſa ad S. C. fuit deciſum, procedendum eſſe iuxta formam dict. Pragmaticæ, vt refert Donat. Antonius de Marinis quotidian. reſolut. capit. 314. in noua impreſſione.

Foriudicatus, qui gratiam obtinuit à Prorege, vt inſeruiret in bello per triennium, non obſtante remiſſione partis ſub pœna mortis incurrenda, in caſu contrauentionis, ad quam ſe obligauerat, ſi ea pendente delinqueret, committendo crimen ſodomiticum, licèt non plenè probatum ob quod veniret torquendus potius, an per mutationem ſtatus militiæ aliter contra eũ erat procedendum, ſtante, quòd gratia nõn erat conditionalis, ſed modalis, ex parte Fiſci dicebatur, adhuc non completo ſeruitio foriudicatum dici, ſicque delinquendo ſententiam contra ipſum latam exequi debere, & ita deciſum tradit D. Reg. Sanfelic. deciſ. 48. à numer. 5. ad finem.

Forma reſcribendi per Magiſtros Actorum S. R. C. quando remittuntur cauſæ ad M. C. deuolutæ per viam appellationis, quæ nam ſit, fuit ſuper hoc interpoſitum decretum per idem S. C. iunctim congregatum, vbi hæc ſequentia verba enunciantur in principio, videlicet. De mãdato Regio ex prouiſione facta per S. R. C. quoniam ad aures Spectabilis Proregentis Didaci Lopez Suarez d. Sac. Conſ. Propræſid. peruenit, quod per Actorum Magiſtros eiuſdem S. C. eorumque Scribas non obſeruari antiquum ſolitum, & conſuetum circa nonnulla eorũ officia tangentia, volenſque præfatus Spectab. Propræſidens prædictis abuſibus obuiare, & de opportuno remedio prouidere, diſcuſſis omnibus in dicto S. C. fuit ordinatum, quòd mãderet dictis Actorum Magiſtris, & Scribis, quod in ſententiis appellationum à decretis M. C. V. per eos extendendis, & in ſententiis confirmantibus dicta decreta abſque nouis probationibus, debeant etiam ponere clauſulam, & proindè reſcribatur ordo M. C. V. quod ſuum exequatur decretum, &c. reliqua verò verba referuntur infra in verbo Inhibitoriæ. Et quod ita ſe habet forma ſententiæ prolatæ per S. C. dicendo, bene iudicatum, & malè appellatum, & propterea reſcribendum, quod ſuam exequatur ſententiam, refert Muſcat. in praxi S. C. lib. 2 part. 3. gloſſ. reformando, n. 9.

Frater an teneatur dotare ſororem de paragio, And. in Conſt. In aliquibus, col. 2. ibi, frater, dixit, quod frater tenetur ad iſtud paragium, non tanquam merè dotem, ita quod ſi non ſtat matrimonium, illud non habeat, ſed tanquam ad portionem legitimæ, eum ſequuti ſunt Anna in alli 70. n. 22. & 40. Pet. de Greg. de dote, & paragio, q. 2. n. 3. Paulus Staib. conſ. 69. num. 14. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 25. n. 35. vol. 1. quia paragium ſubrogatum eſt in locum legitimæ, Camill. de Medic. conſ. 11. n. 7. conſ. 75. n. 20. latè D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 93. tom. 2. nu. 17. & 20. D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. iur. tom. 2. contro. 15. n. 30. 34. & 40. Immò ſi frater dotauerit ſororem in vita patris, eo mortuo tenetur ad paragium, Conſil. de Georg. alleg. 9. n. 39. & hoc ampliat Reg. de Ponte conſ. 18. n. 4. vol. 2. quod tenetur frater ſorori ad dotem de paragio pro feudis maternis, exeo, quia paragium debetur ſorori in bonis paternis, & maternis tantùm, non tamen fraternis, Camill. de Medic. conſ. 11. n. 12. conſ. 59. n. 16. Et ideò in cauſa Franciſcæ Caſanouæ cum Io. Carolo Caſanoua fuit prolata ſequens ſententia, videlicet, In Dei nomine amen, viſis ſupplicationibus, &c. viſis denique videndis, &c. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dict. Io. Carolum principalem fore condemnandum, & condemnari debere, prout ipſum per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam condemnamus ad ſupplendum dotem de paragio d. Mag. Franciſcæ principali, & prædicto ſupplemento ſoluendum alios ducatos 800. de carolenis, taliter ſupplementum ipſum arbitrantes, à cæteris autem hinc inde per dictas partes tam in dicta cauſa conuentionis, quàm reconuentionis petitis partes ipſas abſoluendas fore, & abſolui debere, prout huiuſmodi noſtra diffinitiua ſententia abſoluimus, & penitus liberamus, neutram partem in expenſis condẽnantes. &c. Hector Minutulus. Lecta lata die 4. menſis Auguſti 1546. Neap. in S. R. C. publicata pro Tribunali ſedente. Nicolaus Vincentius Cæſarius Mag. Actor. nunc Spera.

Frater an poſſit nedùm accuſare, ſed pariter adulterum, & ſororem occidere, concluditur negatiue, vnde per M. C. fuit frater exilii pœna damnatus, quia ſororem adulteram incontinenti occiderat, & adulterum vulnerauit, D. Reg. Sanfel. dec. 264.

Frater an teneatur iterum ſororem dotare, ſi dos fuerit à viro conſumpta, relata fuit deciſio in verbo Dotare.

Fructus an veniant in reſtitutione rei remedio l. 2. C. de reſc. vend. concluditur negatiuè, ſicque indifferenter per S. C. iudicatur, fructus compenſari cum intereſſe, ex dec. Præſ. de Franch. probat D. Reg. Sanfel. dec. 125.

Fructus bonorum antiquorum debiti proximioribus, an à die petitionis, vel obitus debeantur, latiùs fuit de hoc deductum in tertia parte noſtri compendii, verbo fructus, & per ea, quæ ibidem deduxi, concludi videtur, deberi à die obitus defuncti, & iuxta hanc opinionem iudicatum fuit tàm per M. C. quàm per S. C. quibus addo aliam

deciſionem aliàs ſuper hoc factam per idem S.C. cuius tenor eſt, videlicet, die 17 menſis Decembris 1585. Neap. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magn. V.I.D. Marcum Antonium Fata Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. declaratum eſt, fructus quartæ partis debitæ Magn. Iuliæ de Anna virtute ſententiæ S.C eſſe liquidandos in beneficium ipſius Iuliæ à die mortis Magn quondam Berardini de Anna, hoc ſuum. &c. M. Antonius Fata. Annibal Cæſarius Secret. penes Balſamum Magiſtrum Actorum, quanquam Præſ. de Franch. in dec. 374. de hac eademmet cauſa agens, licèt n.1. idem concludere videatur, adhuc non affert deciſionem, ſed ſubdit dicendo, quod partes cõuenerũt, vt à die obitus liquidarentur, ideò credo poſtea deciſum fuiſſe, vt ſuprà.

Fructus percepti ex bonis antiquis an excomputari debeant in ſortem principalem, vel in cauſam fructuum, de hoc incidit difficultas in cauſa Iuliæ, & Iuſtinæ de Anna cum Iſabella Billi, & videbatur dicendum, excomputari debere in ſortem ad ſimilitudinem illius, qui mittitur in poſſeſſionem rei obligatæ, vt teneatur excomputare in ſortem fructus perceptos ex illis rebus, ex Bart. & Bal. in l. ſi is, qui, §. 1. ff. de pignor. cum aliis apud Molfeſ. in 2. tomo ſuper Conſuet. Neap. part. 6. q. 1. n. 14. Sicut fructus percepti ex re pignorata, latè Præſ. Amatus conſ. 87. n. 5. latiùs D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 125. n. 47. ad 50. tom. 2. Ex aduerſo dici poterat, eſſe certum, quòd ſi teſtator expreſsè dixerit, quod fructus medietatis bonorum excomputentur in dicta medietate, non poſſint excomputari in illa, ex quo talea fructus ſunt patrimonium hæredis, vt proſequitur Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par. 3. q. 6. n. 15. & ſeq. & melius in 2. tomo, part. 2. q. 20. n. 4. vbi cenſuit, quod ſi teſtator inſtituerit hæredem ſuum creditorem, non poterit fructus in ſortem excomputare, niſi expreſsè hoc teſtator mandaſſet, & credo, quia iſti fructus ad hæredes, ſeu proximiores veniunt ex cauſa lucratiua, non oneroſa, conferunt nouiſſimè congeſta per D. Reg. Hect. Capy. Latro dec. 62. vbi agit de fructibus bonorum antiquorum maioratis, & non exactis, ſi veniant ſub diſpoſitione Conſuet. Neap. vbi in fauorem hæredis concludendo cenſuit, fuiſſe denegatum ſequeſtrum. Et propterea in cauſa Iuliæ, & Iuſtinæ de Anna cũ Iſabella Billi cùm fuiſſet prolata ſententia die 20. Nouembris 1587. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Franciſci de Curto in fauorem ipſarum de Anna ſuper conſecutione medietatum bonorum antiquorum, de quorum liquidatione agebatur, dum medietas certæ domus fuerat aſſignata, & liquidata fuiſſet portio in ducatis 816. leguntur hæc verba reſpectu excomputationis fructuum, videlicet. Et inſuper declaratum eſt, quòd quantitates liberatæ dictis Magn. Iuliæ, & Iuſtinæ per mortem dicti Io. Berardini cedant in cauſam dictorum fructuum ſpectantium ad dictas Magn. Iuliam, & Iuſtinam ex dicta medietate bonorum antiquorum, non autem in cauſam ſortis, ſeu capitalis prædictorum ducatorum 816. vt ſup. liquidatorũ, hoc ſuum, &c. Franciſcus de Curte, Annibal Cæſarius Secretarius in banca Balſami Mag. Act. in quo aduertendum erit, quia iſtæ ſorores de Anna erant ſorores dicti quondam Bernardini, & Io. Baptiſtæ de Anna filiorum quondam Iacobi de Anna, & ſic erant conſtituti omnes in primo gradu, & de iure comprobatum extitit, regulam illam ſuprà adductam limitari, & non habere locum in filiis primi gradus, in quibus ex iuris diſpoſitione fructus etiam ex teſtatoris iudicio percepti non computari in ſortem tam quòad legitimam, quàm trebellianicam, Molfeſ. dicta part. 3. quæſt. 6. num. 21. vbi ad inſtar legitimæ hãc medietatẽ deberi concludit, & his conueniunt deciſiones in ſimilibus congeſtæ, ſi pecunia liberata in cauſam declarandam in ſortem, vel vſuras excomputari debeat, & deciſum fuit in fructibus excomputari, vt dixi ſuprà in 3. par. verb. pecunia, ſect. 2.

Fructus bonorum antiquorum ad quam rationem liquidari debeant, fuit per S.C. facta liquidatio ad rationem ducatorum ſex pro centenario, hoc eſt in ſententia lata in fauorem Iuliæ, & Iuſtinæ de Anna in anno 1587. die 20. Nouembris ad relationem Regii tunc Conſiliarii Franciſci de Curte in illis verbis, videlicèt, fructus verò prædictæ medietatis bonorum antiquorum debitos prædictis Iuliæ, & Iuſtinæ fore, & eſſe liquidandos ad rationem ducatorum ſex pro centum, &c. penès Balſamum Magiſtrum Actorum.

Fructus percepti ex venditione rei ſtabilis an cõpenſentur cum intereſſe pretii ſoluti ob nullitatem contractus initi, hunc articulum in materia reſciſſionis contractos ex remedio l. 2. C. de reſcind. vend. attingit Præſ. de Franch. dec. 496. nu. 3. vbi plura hinc inde deduxit, aſſerendo diuerſimode iudicatum fuiſſe, & ſententia ſuper rei, & fructuum relaxatione lata contractus arguit nullitatem, Idem dec. 523. nu. 20. Nihilominus breuitati ſtudendo, & ſolis rerum iudicatarum auctoritatibus contentus, primò ſe offert deciſio S.C. in cauſa Ioſephi Melluſii cum Iulio Cæſare Ruſſillo, vbi fuit reſeruata melior deliberatio circa hoc, attenta nullitate contractus, de qua ſententia mentio habetur ſuprà in verbo Emptor, qua de re in eadem cauſa pro explicatione dicti capitis fuit prolata alia ſequens ſententia per S.C. viſis, deniq; videndis, &c. S.R.C. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam explicando meliorem deliberationem reſeruatam in ſententia per noſtrum S.C. lata ſub die 3. Nouembris 1592. dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramos, Iulium Muſcillum procuratorem dicti quondam Iulij Cæſaris Ruſſilli in damnum eius hæredum, necnon Marium de Campora procuratorem, vt procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dandum, ſoluendum, & aſſignandum ſupradicto Ioſepho Melluſio, ſeù eius procuratori, vt procuratori intereſſe ducatorum 5800. ſolutorum per dictum Ioſephum in partem pretij Caſtri Ciuitatis Loparellæ dicto quondam Iulio Cæſari, nec non interuſurium medio tempore ſolutum pro reſiduo pretii Terræ prædictæ, iuxta liquidationem faciendam tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, in qua liquidatione, vt ſuprà facienda compenſandos eſſe, & compenſari debere, prout compenſamus pro

concur-

Digitized by Google

concurrenti ſumma fructus perceptos per dict. Ioſephum ex Terra prædicta, iuxta liquidationem ſimiliter faciendam tempore executionis vt ſuprà, neutram partem in expenſis condemnantes ex cauſa, hanc eandem ſententiam diffinitiuam in ſuis ſcriptis exinde taliter proferentes, &c. Io. Thomas Salamanca. Præſens ſententia lecta, lata, & publicata fuit die 9. Maij 1597. Neap. &c. Aſcanius Longus Act. Mag. Et iterum in cauſa Illuſt. Marchioniſſæ Cluſani cum D. Hectore de Ruggiero cùm fuiſſet prolata ſententia nullitatis contractus, & reſeruata melior deliberatio circa fructus, & intereſſe, fuit per idem S. C. prolata ſequens ſententia, videlicet. In Dei nomine amen. Viſa ſententia lata per noſtrum S. C. ſub die 29. Nouembris 1602. viſaque comparitione præſentata in dicto S. C. ſub die 3. Decembris prædicti anni 1602. pro parte D. Hectoris de Ruggerio contra Illuſt. Marchioniſſam Cluſani, fol. 113. ac replicatione, ſua inſtantia facta per procuratorem dicti Ill. Marchioniſſæ ſub die 4. Decembris prædicti anni 1602. foli prædicto à tergo, quorum tenor eſt, videlicet. In S. R. C. Laurentius Manfreda dicit à principio contractum, &c. viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, explicando prouiſionem reſeruatam in prædicta ſententia S. C. lata ſub die 29. Nouembris 1602. præfatam Ill. Marchioniſſam Cluſani, & eius procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos, quo ſuprà nomine præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dandum, ſoluendum, & aſſignandum præfato D. Hectori de Ruggerio fructus per ipſam Marchioniſſam perceptos Caſalis Lancuſorum, ſeù Terræ Lancuſiorum liquidandos tempore executionis noſtræ præſentis ſententiæ, necnon præſenti met noſtra diffinitiua ſententia præfatum D. Hectorem condemnamus ad ſoluendum præfatæ Illuſt. Marchioniſſæ Cluſani intereſſe pretij prædicti Caſalis, ſeù Terræ Lancuſiorum ſimiliter liquidandum tempore executionis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ à tempore prædicti contractus venditionis Terræ prædictæ, & facto per ipſum D. Hectorem depoſito ducatorum 1500. in prædicta ſententia S. C. contentorum eidem D. Hectori de Ruggerio reſtituatur prædictum Caſale, ſeù Terra Lancuſiorum, ſic explicando prædictam prouiſionem reſeruatam in ſententia, vt ſuprà præcalendata, &c. Octauianus Cæſar. Lecta, lata, & publicata fuit die 5. menſis Iulij 1603. præſens ſententia in aula S. C. ibidem aſſiſtentibus, & pro Tribunali ſedentibus Regijs Conſiliarijs Octauiano Cæſare Relatore, Fœlice de Ianuario, & Io. Ruiz de Valdiuieſſo, præſentibus nonnullis eiuſdem S. C. Act. Mag. & Scribis in numero opportuno. Franciſcus Antonius de Viuo pro de Felice Act. Mag.

Fructus pro paragio, ſiue dote de paragio debentur, refert Muta dec. 90. n. 36. & ita deciſum retuli infrà in verbo paragium; & ad quam rationem, pariter ibi refertur, ad quod etiam probandum refert Reg. Galeota controu. tom. 2. controu. 55. n. 47. 33. & ſeq. aliàs deciſum per S. C. vt retuli in 3. part. verbo Intereſſe.

Fructus percepti à re iudicata alicui creditori an compenſentur cum meliorationibus, ſeù cum quantitatibus ſolutis anterioribus creditoribus, de quo ſuprà eod. verbo Creditor, deciſum fuit per S. C. die 26. Octobris 1622. in cauſa Mideæ Caſanouæ cum Nicolao Sforza, & Ventura dello Maſtro, declarando decretum aliàs interpoſitum per S. C. quod fructus percepti per dictum Nicolaum Sforzam, & Venturam dello Maſtro excomputentur cum intereſſe, teſtatur nouiſſimè Reg. Sanfel. in dec. 119. tom. 1. vt apparet in banca Butrelli, nunc de Litto, & videnda ſunt congeſta ſuprà eod. verb. Creditor.

Fructus percepti à creditore ex re ſibi adiudicata compenſari an debeant cum meliorationibus factis, vel quantitatibus ſolutis creditoribus anterioribus, relata fuit deciſio ſuprà in verb. creditor, & verb. compenſare.

Fructus percepti poſt aditam hæreditatem an cedant lucro hæredis, aliqui dixerunt affirmatiuè, vt apud Eſcob. de ratiocin. qu. 9. n. 82. cum aliis relatis per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 13. n. 4. vbi n. 6. inquit, aliquos tenere contrariũ, vt apud Manent. dec. 34. & ita nouiſſimè deciſum per S. C. in cauſa Montis Pauchiorum cum Marchioniſſa Cuſani.

Functionas fiſcales exiſtentes extra Ciuitatem Neap. exiguntur à Neapolitanis, & illas eſſe bona extra diſtrictum, nec ſubijci Conſuetudini Neap. fuit iudicatum in cauſa D. Berardini, & D. Pompei de Cardenas die 6. Martij 1616. ad relationem Reg. Conſil. Valdiueſſi, tradit Nouar. in rubric. de iur. & exact. fiſcal. collect. 1. num. 14.

Functiones granorum quadraginta octo pro foculari reale munus, ac ordinarium dicitur, vt fuit deciſum per R. C. die 5. Nouembris 1569. ex D. Reg. Moles de regal. quæſt. 5. dec. 5. notat Nicol. Ant. Marotta in tract. de collecta, ſeù bonatenentia, cap. 4. n. 3.

Fur committens furtum in Eccleſia an gaudeat immunitate illius, concluditur negatiuè per D. Reg. Sanfel. dec. 270.

Fur manifeſtus an dicatur is, qui captus eſt poſt aliquos dies poſt factum furtum, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. in cauſa magni furti, D. Reg. Sanfel. dec. 172.

Fur ſurripiens ab Eccleſia res non aſcendentes ad valorem vnciæ qua pœna puniri debeat, deciſum fuit, pœna mortis eſſe plectendũ, vt diſcutit, & deciſum retulit D. Reg. Sanſel. dec. 35.

Fur, qui in tractatu furti committendi in aliquo Conſeruatorio puellarum interuenerat, non tamen ex caſſatione, ſed ante oſtium excubabat, & priùs quàm bona accepiſſet fuit captus, qua pœna erit afficiendus, deciſum fuit per M. C. facta relatione in Collaterali Conſilio, puniendum eſſe pœna mortis, ita D. Reg. Sanfelicius dec. 36.

Fur, qui rem raptam ſciens delictum ſeruauit qua pœna erit afficiendus, deciſum fuit, pœna triremium per decennium, refert D. Reg. Sanfelic. dec. 36. n. 8.

Fur an dicatur emens aliquid in capſa vbi repoſita erat magna quantitas argenti, quam poſtea occultauit, concluditur affirmatiuè, & cùm in caſu occurſo fuiſſet tortus, fuit ad triremes tranſmiſſus, D. Reg. Sanfel. dec. 38.

Fur deprehenſus cum ſe furtiua magni valoris

Digitized by Google

dicitur fur manifeſtus, qua nam pœna puniri debeat ſi illud intus Ciuitatem Neap. commiſerit, nedum de iure Regni, ſed etiam de iure communi probat D.Reg.Sanfelic.in dec.39.eſſe pleɛtendum pœna mortis, & ita deciſum aſſerit.

Fur pro tertio furto magni valoris licèt pro duobus primis minimis fuit punitus, an pœna mortis pleɛti debeat, deciſum fuit affirmatiuè, ſic atteſtante D.Reg.Sanfel.dec.39.n.7.

Fur, qui cum ad aliud eſſet in via publica tranſeuntem furatus eſt, & cum armis non prohibitis vulnerauit, verùm non niſi ſemel hoc delictum patrauerat, attenta modica ſumma carolenorum viginti, qua pœna puniri debeat, maior pars Iudicantium inclinauit in ſententiam triremiũ, & pœnam perpetuò infligendam fore, D.Reg.Sanfelic.dec.40. n.4. vbi in fine concludit, & deciſum refert, aliter ſe habere in Ciuitate Neap. nam contra tales committentes furtum, quamuis minimum intus Ciuitatem pœna mortis vrgeret, & ita in facto deciſum teſtatur.

Fures exteri aduenientes Neap. cum re furata an includantur in delegatione conceſſa M.C. contra fures, deciſum fuit negatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 41.

G

GABELLA imponi an poſſit contra meretrices, vt certum quid ſoluant, nam priſcis temporibus quamuis impoſita reperiatur gabella meretricibus, vt certum quid ſoluere deberent Gabelloto ſingulis hebdomatis, nihilominus hoc proceſſerat, vt tales meretrices in certum locum collocarentur, nec habitare præſumerent inter honeſtas mulieres, vt patet diſpoſitũ inter Capitula Regis Catholici, cap. 58. fol. mihi 46. meminit de hac gabella Borrel.de Mag edict.lib.3.cap.13.n.13.ſubdẽs n. 15. Athenis vectigal meretricum à Solone ſtatutum. Et cùm diu fuiſſet exacta per Regiam Curiam, quæ nouiſſimè inter alias ceſſerat Ciuitati Neap. in excambium, & viſo inconuenienti, quod ex hac gabella in diea oriebantur ſcandala, quia ob maleuolentiam aliquæ perſonæ honeſtæ ab æmulis, & inimicis incuſabantur, eſſe meretrices, vnde multa ſcandala, & inimicitiæ, rixæ, & delicta oriebantur, fuit tamen ad inſtantiam Electorum eiuſdem Fideliſſimæ Ciuitatis interpoſitum decretum per Spectab. Regentem Regiam Cancellariam D. Matthiam Caſanate Giafferium, ſiuè Præfectum Annonæ delegatum per ſuam Excellentiam, vt ſub pœna Miniſtri, & cæteri Officiales dictæ gabellæ deſiſtere debeant à tali exactione, & conſignare debeant libros, acta, & ſcripturas Secretario Annonæ, vt diſmitteretur gabella prædicta in futurum, cuius decreti vigore fuit emanatum bannum per Ciuitatem, & affixæ copiæ per loca ſolita illius ad inſtantiam prædictorum Electorum. Hæc poſuerunt in obſeruantia de anno 1640. & menſe Auguſti, ad hoc tamen, vt notitia in futurum haberetur, & quid de iure diſpoſitum eſt, videatur Pet. Rauen. in ſuo aureo repertorio, verbo Gabella, ibi dicens, ſi Ciuitas per priuilegium habet poteſtatem imponendi gabellas, non poterit imponere gabellas mulieribus in Lupanari exiſtentibus, quoniam illud lucrum eſt neſandiſſimum, Ang. in auth. de lenon. in prin. hæc ille. Tolerantur autem ſimiles perſonæ ad euitandum peiora, Borrel. vbi ſuprà num.8.

Gabella an integrè ſolui debeat, nulla diminutione facta de fida animalium, vel in apprecio erit habẽda ratio illius, per R.C.S. fuit ſuper hoc interpoſitũ ſequens decretum, videlicet: Die 28. Februarij 1565. Viſa dicta cõparitione per Mag. V.I.D. Dominum Thomam Salernitanum Præſidentem Reg.Cam. & cauſæ Commiſſarium, & facto de contentis verbo in dicta Regia Camera coram Excell. Domino Locumienente, & aliis Mag. Dominis Præſidentibus, fuit per d. R.C. prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, deductionem fidæ animalium eſſe faciendam in illo loco, vbi viuitur per apprecium, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, in illo autem loco, vbi viuitur per gabellas debeant ipſæ gabellæ ſolui integrè abſque deductione d fidæ. hoc ſuum, &c. Thomas Salernitanus, Io. Baptiſta Criſpus pro Mag. Act. Conſenſu Paulus pro Notatore. Pro ornatu iſtius deciſionis erit aduertendum, quod affidare animalia eſt concedere vſum cum ſecuritate, vt inquit Polyd. Ripa obſeruat.332.n.5. hinc affidatio animalium in paſcuis non eſt propriè conceſſio paſcuorum, aut fructuum, ſed vſus paſcuorum, Idem obſeruat.333.n.9. ſicuti è contra diffidare animalia eſt prohibere ab vſu, Idem dict. obſeruat. 332.n.4. & nil aliud continet, niſi certum ius exigendi pro fida, & è contra pro diffida exigendi pœnam, prout ex And. in Cõſt. Si quando, & melius Luca de Penna in l. inſignis, C. de paſc. public. lib. 11. notat Capyc. in ſua inueſt. feud. verb. fidis, & diffidis, quæ ſiquidem iura competunt tam Baroni, vt inquit Capiblanc. in Pragm. 1 s.n.193. de Baron. Nouar. de grauamin. tom.1. in grauam.37. & grauam.72. part.3. quàm etiam Vniuerſitatibus habentibus paſcua, tradit Paul. Staib. conſ. 10.n.13. pro quibus iuribus ſunt Vniuerſitates, vt probat Rendell. de defenſis, & paſcuis Vniuerſi. par. 3. cap. 5. cùm igitur pro animalibus ſoluatur gabella, vt tradit Franciſcus Perſon. de gabell. n.99. & Ferret. eod. tract. à n. 43. cum ſeq. hæſitari contingit, ſi ipſa ſolui debeat facta diminutione fidæ, aut diffidæ. Etenim gabella, ſeù tributum de fructibus ſoluenda, debet intelligi deductis expenſis, Capyc. dec. 20.n.8. Ideò fuit deciſum, vt ſuprà, nam vbi viuitur per apprecium, in eo etiã animalia ſunt connumerata, ideò non debent duplici onere grauari.

Gabella pro re legata erit ſoluenda per hæredem, quam tenetur præſtare legatario, vt probaui, & obtinui in 3. part. verb. hæres, cui addo Surd. in conſ. 239. n.2. vol.2. ex Bart. in l.1. in fine, ff. de alim. & cib. leg.

Gabella an ſolui debeat de frumento, conceſſa facultate extrahendi biſcoctos, quæ de frumento conficiuntur, relata fuit deciſio ſup. in verb. Extractio.

Digitized by Google

Gabella ſolui an debeat per homines alicuius Caſalis pro bonis introductis in Ciuitatem, vbi gabella ſoluitur, licèt videatur negandum, prout aliqui ex Dominis de S.C. voluerunt, non eſſe obnoxiam Terram Meliti ad ſolutionem gabellarum in cauſa Magnificorum Io. Baptiſtæ, & Berardinæ Vulcanæ coniugum, ac Mag. Franciſci de Toſſa filij primogeniti dictorum coniugum cum fideliſſima Ciuitate Neap. & eius Electis, tamen die 5. Iunij 1562. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Io. Andreæ de Curte fuit declaratum, bene fuiſſe ſententiatum in fauorem dictæ Ciuitatis, & malè reclamatum pro parte dictorum coniugum, ideoque eis Magn. coniugibus, & dicto Franciſco nominibus, quibus ſupra imponatur perpetuum ſilentium, vt habui ex quibuſdam manuſcriptis in mei poſſe pertinentis, vnde pro confirmatione prædictæ ſententiæ conferunt recollecta nouiſſimè per And. Molfeſ. in Conſuet. Neap. part. 2. tit. de perſonis, quæſt. 9. vbi plura deduxit pertinentia ad Caſalia cum Ciuitate, annuens, Caſalia iudicari ſicut iudicatur ipſa Ciuitas, & quæ ſeruantur in Ciuitate, ſeruentur in illis, & eſſe de iuriſdictione eiuſdem Ciuitatis, niſi contrarium probetur, quo caſu ſi eſſent diuiſæ quoad iuriſdictionem, in aliis remanent Ciues ipſius Ciuitatis.

Gabellas ſoluere an teneantur Barones pro negotiatione, quam faciunt, concluditur affirmatiuè, ſed pro fructibus feudi, vt decidit S.C. in cauſa Terræ Lauriæ cum Marchione, in Banca Cioffi, Nouar. in Prag. 12. collect. 12. n. 16. de Baron.

Gabellori an teneantur conſignare Baroni carnes alterius generis, ſeù ſpeciei, quæ non macellantur congruo tempore, vel eas, quæ ordinariè macellantur dietim pro ſeruitio eius domus, & familiæ, & cōſequēter ad mittendum foras ad illas emendas, videbatur concludendum in fauorem ipſorum Baronum, qui ſunt perſonæ nobiles, ac in dignitate conſtitutæ, nam vaſallos habere eſt quædam dignitas, cui iuriſdictio ineſt, Afflict. in rub. de his, qui feud. dar. poſſ. nu. 6. Etenim dicuntur, & ſunt Regij Officiales, Præſ. de Franc. dec. 574. n. 3. Vnde infertur, quod nobili debentur alimenta ſecundùm ſuam nobilitatem, nec ille cogitur veſci cibo ruſticorum, cap. non cogantur 41. diſt. prout ex Bal. & alijs probat Surd. de aliment. tit. 4. q. 18. n. 8. & ibi n. 9. ſubdit, quod nobili alimenta debentur etiam pro famulis ſecundùm conditionem ſuam, poſtquam ruſtico non debentur cibi delicati, nec panis albus, ſed cœpę, caſeus, & panis fabaceus, ex gloſſ. in l. ſeruis vrbanis, verſ. ex libellis, & verb. cibarijs, ff. de leg. 3. & aliis comprobat ibi Surd. n. 12. ſubdens n. 13. quod tradens ruſtico pauperi cibos delicatos peccat venialiter, cui addo Vinc. Carrar. in tract. de Medic. & illius officio, part. 2. n. 77. adeò quòd cùm vaſallus teneatur intactam perſonam Domini ſeruare, ac eius bona omnibus, quibus poteſt modis, Afflict. in cap. 1. §. præterea, num. 41. quæ ſit prima cauſa beneficiū amittendi: mortuos ſepeliri non minus expedit Reipublicæ, quàm viuentes conſeruari, Ioſeph Ludou. dec. 78. n. 23. & vita hominis eſt res inæſtimabilis, l. fin. ff. de his, qui deiec. vel effund. Afflict. in Conſt. Si damna, n. 11. Ex aduerſo replicari poterit, officium ipſorum verſari in ſolitis, & conſuetis, adeò, quòd pactum inter Datiarios, & Macellarios macellādi pro toto anno pro vſu Ciuiū intelligitur de animalibus ſolitis macellari, vt refert Io. Mar. Nouar. de grau. vaſ. tom. 2. in grauam. 36. n. 4. Et propterea grauarentur vaſalli ſi cogerentur macellare vitulas, iuuencas, & vaccas tempore, quo ipſi habent animalia deſtinata, & ſolita macellari in Regione, præſertim in terris paruis, ex quo ibi non facilè venduntur, & eſſent ipſi potius in damno, quàm in lucro, quemadmodum n. 3. præcedenti conſiderat, vbi n. 1. refert deciſionem factam per S.C. ad relationem Regij tunc Conſiliarij de Altomare, fuiſſe iudicatum in fauorem Ciuitatis Grauinæ cum Illuſt. Duce eius Domino, non poſſe cogi Datiarios, & Buccerios ad macellandas vitulas, iuuencas, & vaccas pro vſu dicti Ducis, & ſuæ familiæ, ſed ſolùm teneri illa animalia macellare, quæ pro tempore ſunt deſtinata ad macellandum, & ad hunc effectum à Datiarijs, & Buccerijs habetur, & in Regionibus tunc eſt conſuetum macellari, quocirca in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius Domino bene fuit iudicatum die 10. Aprilis 1568. ad relationem Regij Conſil. Bermudez, quod Gabelloti non teneantur conſignare aliud genus carnis pro ſeruitio domus, & familiæ Baronis, niſi quod venditur inter ciues, quando de bufala bufale, de pecora pecus, de porco porcus, & neque mittere ad emendum foris, in banca Cioffi, & ita etiam deciſum fuit per idem S.C. ad relationem Reg. Conſil. Franc. Blanciæ die 4. Martij 1546. in cauſa Vniuerſitatis Turris Maioris cum Marchione eius Domino in 44. grauamine, Act. Io. Porrio.

Gabelloti, ſeù Affictatores, aut Cōductores Arrendamenti, ſeù gabellæ an poſſint emere à creditoribus illius ſummas eis debitas tanto minus, quam debetur, factis ab illis ceſſionibus, vt poſſint ſatisfacere affictui conceſſo à Ciuitate pro certo, ac determinato pretio, quemadmodum in facti contingentia euenit in cauſa fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, & creditorum illius cum Arrendatoribus gabellæ farinæ, ſuppoſita conductione dictæ gabellæ facta ab Electis prædictæ Ciuitatis per annos quatuor Petro Antonio de Neapoli, & ſuis Caratarijs pro ſumma duc. 386000. ſingulis annis ſoluendorum Deputatis diuerſorum creditorum conſignatariorum eiuſdem gabellæ, cum pacto, quod id, quod remaneret pro reſiduo pretij, in fine affictus deberent ſoluere infra menſem poſt finitum affictum in contantis, finito affictu prędicto die 6. Ianuarij 1642. fuit relaxatus ordo à Tribunali Reuiſionum Rationali illius, quod nullatenus deberet notare ceſſiones pro releuamine ſolutionum. Inde in menſe Iunij fuit expedita ſignificatoria ducatorum 130000. per quam fuit ordinatum, quod ducatos 20200. debuiſſent ſoluere ſtatim in contantis in banco, & reliquos infra duos menſes, intra quos procurare debuiſſent excomputum, ſi fortè competebat, pro quo poſteà in menſe Auguſti fuerunt relaxati ducati 60000. eiſdem Affictatoribus, dummodo illicò reſtantem ſummam depoſitarent in banco, vt diuiderentur inter creditores per æs, & libram, & cùm non fuiſſet impletum, ſed cogitauerunt emere partitas diuerſarum pecuniarum à diuerſis cre-

ſis creditoribus eiuſdem gabellæ ad rationem ducatorum quindecim, aut viginti pro centenario, & fecerunt ſibi facere ceſſiones totius ſummæ, quarum vigore prætendebant ſoluiſſe, & excõputaſſe, immò contraponere dictæ ſummæ ducat. 70000. in damnum nedum locorum piorum, ſed etiam cæterorum creditorum, qui inſtiterunt pro dicto depoſito, non obſtantibus prædictis ſimulatis ceſſionibus, vnde contingit ſuper hoc diſceptari in Collaterali Conſilio, & pro eorum iurium tuitione ad excluſionem prætenſorum pro parte dictorum Affictatorum dicebatur. Primò, quod de inſtrumentis ceſſionum non fuerat data nota, neque ſolutum ius dirictuum vnius pro centenario iuxta nouellam Pragmaticam, & propterea nulla ratio habenda erat. Secundò, qualiter pro primis ducatis 29100. obſtabat pactum ſpeciale inſtrumenti affictus, propter quod erant obligati ſoluere in contantis infra mentem finito affictu, vt diuiderentur inter creditores, ſicque dum emerant prædictas apocas à creditoribus, pacto contrauenerunt, nec propterea excuſari poterant ſoluiſſe eiſdem creditoribus, qui vendiderant apocas tanto minus, & remanſerunt contenti facere ceſſiones, quia attento tali pacto, ac etiam ſtante obligatione ſoluendi Ciuitati, ac Deputatis creditorum vniuerſaliter, vt diuideretur talis ſumma. Tertiò, reſpectu aliorum duc. 40000. obſtat nedum dictum pactum, ſed decretum excomputi, per quod fuit ordinatum vt depoſitarét illos in publico banco, vt diuiderentur inter creditores, & dum tanto minus emerãt apocas, & non depoſuerant dictam ſummam, tam pacto, quàm decreto contrauenerunt, nec proinde excuſare ſe poſſunt, emiſſe illas ante dictam concluſionem, quia obſtabat pactum, vt ſuprà: ſecundò, quia realiter non emerant prius, quia prætendebant maius excomputum, nec eis erat expediens prius emere, & ſi priùs ſoliſſent, vtique demonſtraſſent tempore dicti excomputi. Quartò, attenta iuris diſpoſitione principaliter dicebatur, in foro conſcientiæ non potuiſſe fieri tales emptiones apocarum, adeò quod ſunt obnoxij ad reſtitutionem, nam etſi perſona intermedia poterit emere apocas introituum ab alio proximiori, quantitate data pro portione ſuæ induſtriæ, circa exactionem, ac difficultatem exigendi eius, qui vendidit, nihilominus hoc genus emendi pro tam minori pretio nequeunt admittere Arrendatores, ac Caratarij, qui ſunt idem debitores, ex quo reſultare videtur inexigibilitas non ſoluendo, & emendo minus. tenetur ad reſtitutionem damni: S. Thomas in Opuſculo 67. in fine de iuſtitia, & iure optimo videndus Pater Molina tom. 2. de iuſtitia, & iure, diſp. 313. per totam, Leſſius in ſimili tract. de iuſtitia. & iure, lib. 2. cap. 21. dubio 9. in fine, Salas de contract. tit. de empt. & vendit. dubio 40. n. 2. verſ. illud etiam aduertunt, Barthol. de Sancto Fauſto tom. 2. Specul. confeſſ. diſp. 5. de empt. & vend. quæſt. 22. & 23. De iure autem ciuili adſunt tres opiniones in huiuſmodi caſu, prima, quod teneantur crimine ſtellionatus, ſecunda, quod teneantur pœna legis Iuliæ de reſiduis, tertia, quod teneantur pœna extraordinaria, & ad triplum, ad præſens licèt non tractetur de impoſitione talis pœnæ, ſed tantùm, quod ſolutiones non debeant admitti, niſi pro rata verè ſoluta, quemadmodum in iure fundat D. Reg. Sanfelic. dec. 284. & 285. tom. 2. Quintò, quia per plura decreta fuerunt requiſiti, vt ſoluerent creditoribus, & noluerunt implere, cur igitur emerunt contraueniendo decretis. Sextò, præuia compatitione fuit proteſtatio notificata, quòd non facerent tales emptiones, ſed effectiuè ſoluere deberent, & ſic in mala fide conſtituti videntur ſimulatè ſoluendo, præuiis dictis emptionibus, ac ceſſionibus. Septimò, In concurſu creditorum neutiquam admitti poſſunt dictæ ceſſiones, niſi pro rata verè ſoluta, & amplius, quia debuerat fieri diuiſio pro rata, dum prætendebatur excomputum, & ſic beneficari poterant ducati 10000. tantum pro dictis emptionibus factis, ipſis remanentibus debitoribus in ducatis 60000. Reſtat probari fraudem commiſſam in emptionibus dictarum partitarum, quod euidenter probari comperitur ex eo, quod dum erant debitores, iuxta ſolitum, apocas generales facere deputatis creditoribus, vt fuerat obſeruatum, emerant à priuatis creditoribus apocas particulares, quas non confecerant, ac etiam, quia ſolutio facienda erat nomine Arrendamenti, & Gubernatorum in genere. Igitur emendo particularis Caratarius nomine proprio, non poterat Arrendamentum in genere exonerare, & contrarium faciendo particulari nomine agitur, vt pro nihilo partitas emeret. Amplius tales ſolutiones non aliter probantur, quàm per confeſſiones partium in materia ſuſpecta, & ſic præſumitur fraus, & ſimulatio, vt in terminis ceſſionis fundat ex communi opinione Doct. Farinac. in repert. de contractibus, in fragmentis, verb. Ceſſio, n. 4. fol. 14. & eò magis ex notorio, & publica voce, & fama cõpertũ patet, emptiones tam vili pretio eſſe factas. Hæc inter cætera ex allegationibus deſuper editis per ſolertiſſimum virum Io. Thomam Tironum I.C. Neap. benemeritum. Fuit iudicatum vt ſuprà in verb. Arrendatores, & his addo recollecta nouiſsime per admodum Reuerendum D. Ioſephum de Ianuario in ſuis reſolutionibus moralibus, reſolut. 43. vbi hanc materiam emptionum chirographorum doctiſsimè exarat, ſi licito iure fieri poſsint, vel non, & negatiuam ſententiam aſſequitur, vt ibi erit videre.

Gabelloti, ſeù Arrendatores, ſi non adimpleuerint ad quæ tenentur, ob quod gabellæ, ſeù arrendamenta iterum vendi debent in eorum damnum, ſi fortè facta fuerit eorum venditio, vnde contingit augmentum, an in eorum commodum cedere debeat, vel in Fiſci vtilitatem, de hoc latiùs verba feci ſuprà in verbo Augmentum, vbi promiſi alias deciſiones deſuper factas hic referre, & prout mihi relatum fuit, & percepi, ita fuiſſe in pluribus arrendamentis practicatum, ac deciſum, ſed nouiſſimè articulo ipſo meliùs propoſito, in ſuſpenſo permanet, & adhuc pendet deciſio facienda per R. C. ponam alibi, Deo dante, Interea erunt ibi recollecta perpendenda, quę adhuc non ſunt deducta, & his addenda ſunt recollecta per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu. 54. n. 8. & ſeq. vbi probat, quod augmentum intrinſecum, ſiue extrinſecum rei conceſſæ ex quacunque diſpoſitione per nomen collectiuum accedens

Digitized by Google

dens ſpectare ad ceſſionarium, & ibi pluta, ac iterum tom. 1. controu. 21. n. 50. probat, quod augmentum rei emptæ ex pecunia poſterioris creditoris potioris, tamen ex cauſa, ſiue perueniat ex tempore, ſiue ex induſtria, quæ præſumitur, communis debitoris eſt.

Graduari an debeat priùs cedens, quàm ceſſionarius, inſpecta eorũ anterioritate, vel ambo ſimul in concurſu creditorum, cùm nuptui fuiſſet tradita Domina Conſtantia de Sangro de Caretto, D. Lælio Pignono Marchioni Orioli, fuerunt promiſſi in capitulis matrimonialibus à Ioanne Franciſco de Sangro Duce Turris Maioris eius patre, ac à Paulo de Sangro Marchione Caſtrinoui eius fratre ducati 20000. pro dote, & dictum fuit, dotari de bonis paternis, & maternis, poſt hæc fuit celebratum albaranum ab ipſo Paulo, & ab Andriana Caraſa Duciſſa Turris Maioris matertera ipſius D. Conſtantiæ aliorum ducatorum 4000. cum intereſſe ad rationem ducatorum octo pro centenario pro augmento dotis ducat. 20000. cum pacto, quod dicti duc. 4000. ſint eiuſdem qualitatis, & eiuſdem priuilegij dotis, ac ſi fuiſſent promiſſi in capitulis matrimonialibus, quemadmodum ex dicto albarano omni ſolemnitate vallato percipiebatur, cuius vigore D. Alexander Pignonus de Caretto filius, & hæres ipſius D. Conſtantiæ obtinuit ſententiam contra Illuſt. Principem Sancti Seuerij, & D. Duciſſam inſolidum pro dictis ducatis 4000. cum intereſſe conuento, & confirmata præuio decreto interpoſito per viam reſtitutionis in integrum, & quia ob concurſum creditorum prætendebatur ex parte ipſius Illuſt. Principis, quod ipſe D. Alexander nequiuerat ſatisfieri pro dicto credito duc. 4000. vti creditur in anno 1586. Ideò præfatus D. Alexãder aſſerebat, quod dicti ducati 4000. erant ex cauſa portionis dotium Hippolytæ de Caretto matris ipſius D. Conſtantiæ, quæ ſiquidem dotes fuerunt duc. 20000 ſolutorum Duci Turris Maioris, virtute inſtrumenti anni 1542. cum aſſenſu Regio. Idcirco intendebat vti prædictis rationibus, poſtquam licèt in capitulis ipſius D. Conſtantiæ apparebat dotata de bonis paternis, & maternis, adhuc tamen non fuerat ſpecificata quantitas paterna, neque quantitas materna, & eo amplius dum ipſe Dux erat diues, & facultatibus plenus, intelligebatur dos ipſa de bonis paternis tantùm, & pro reliquis ducatis 4000. intendebat vti rationibus dotis Auernę pro portione ſpectante ad ipſam D. Conſtantiam eius matrem, quanquam ex aduerſo prætenderetur, quod dum fuiſſet facta ſolutio duc. 12500. eidem D. Conſtantiæ ex pecunia peruenta à Petro, & Franciſco Vollari, in quorum beneficium ipſa D. Conſtantia fecit ceſſionem, & idcirco Illuſt. Princeps ceſſionarius ipſorum de Vollaro voluerat ſe tueri iuribus anni 1542. attamen replicabatur, quod ceſſio facta fuerat, dummodò nec directè, nec indirectè afficeret ipſam D. Conſtantiam cedentem, & non aliter, ob quod dum tractabatur de dote, talis ceſſio non poterat operari in præiudicium ipſius D. Conſtantiæ cedentis, ſed ipſa debet, ſeù ipſe Marchio filius, & hæres præferri, & vti iuribus ſupradictis, & non dicti Vollari ceſſionarij, & ſucceſſiuè d. Illuſt. Princeps repræſentans dictos de Vollaro, vt de iure fundari proponitur, quemadmodum ex ſequentibus allegationibus congeſtis per Franciſcum Cenſalium I. C. probatiſſimum, ac Neapolitanum Aduocatum. Ex ſuppoſitione in facti ſerie indubitata, quod ceſſio per D. Conſtantiã de Sangro Marchioniſſam Orioli matrem facta Petro, & Franciſco Vollaro ſub die 22. menſis Aprilis 1586. pro ducatis 12500. pro ſuis dotibus debitis per quondam Paulum de Sangro Marchionem Caſtrinoui germanum fratrem, fuerit ſiquidem tranſlatiuè, & non extinctiuè facta præfatis de Vollaro, verùm cum ſpeciali pacto, & conditione, quod ipſa D. Conſtantia, &c. ex cauſa dictæ ceſſionis ad aliquid non teneantur ipſis de Vollaro, etiã ex defectu cautelarum, & priuilegiorum, nec ex quauis alia cauſa, ſed illa iura intelligantur eſſe talia, qualia, ſi qua, & prout competunt, & dummodò non afficiant ipſam cedentem directè, nec indirectè, & rata manente ceſſione prædicta, & citra præiudicium ipſius, & non aliter ſuccedunt indubitatæ iuris concluſiones infrà ſolidiſſimè adnectendæ ad beneficium eiuſdem Marchionis Orioli præfatæ D. Conſtantiæ filij, & hæredis. Prima ergo ſit concluſio, quamlibet ceſſionem ex hominis diſpoſitione, & non legis factam minùs poſſe valere, & operari contra cedentem, vt ex text. in leg. 2. C. de fideiuſſ. & ex traditis per Bal. in l. 2. C. an ſeru. ex ſuo facto deducit D. de Franc. dec. 260. ſub n. 2. Faber in ſuo Cod. tit. 28. pro ſocio, defin. 8. verſ. præſertim, de Marinis quotid. reſolut. cap. 158. n. 3. qui allegat tex. in l. ſi peculiũ. § ſicut, ff de pec. leg. Bal. in d. leg. 2. C. an ſeru. Dec. conſ. 104. in princ. quę concluſio abſque vllo difficultatis ſcrupulo obtinet, vbi iura fuerint ceſſa talia, qualia, ſi qua, & prout competunt (prout in contingenti noſtro caſu) ſecundùm eundem D. Præſ. de Franc. dec. 427. & D. Reg. de Ponte conſ. 64. n. 2. & Menoc. lib. 3. præſumpt. 44. n. 14. & 15. Secunda ſit concluſio, quod vbi in inſtrumento ceſſionis fuiſſet dictum (ſicuti in præſenti caſu noſtro fuit expreſsè conuentum, & in ſtipulationem deductum) quod ceſſio non operetur, nec directè, nec indirectè contra cedentem, & non aliter, nequaquam ceſſionarius poſſet cum cedente concurrere, ſiue ad præoccupandum locum cedentis, eadem ipſa vti ceſſione ſic qualificata, ſiue cõditionata, ſecũdũ ea, quæ deduxit, ac iudicata meminit, idem de Ponte conſ. 119. vol. 2. & conſ. 64. ante num. 1. verſ. quo caſu etiam iura Comitiſſæ remanerent illæſa, & efficacia, poſtquam ceduntur iura, dummodò nec directè, nec indirectè operentur contra cedentem, &c. vol. 2. Viſ. cont. in addit. ad Præſ. de Franch. dec. 260. verſ. in ead. deciſ. n. 1. qui allegat Alex. conſ. 140. n. 6. vol. 2. Rol. conſ. 88. n. 44. vol. 1. & alios perpendit. Quæ concluſio etſi in eo modificetur, vbi tam per cedentem, quàm per ceſſionarium agatur contra communem debitorem, quod debeat cedens, & ceſſionarius in pari loco, & gradu graduari, prout deciſum refert de Franc. præall. dec. 260. in fine, quin & ſub præcedenti n. 5. ex Iacobut. ad Socin. & alijs probauit, pro rata cõcurrere debere, & poſt ipſum Præſidem de Frãc. nouiſſimè deducit de Marin. quotid. reſol. cap. 260. n. 14. qui poſt Ang. in ſuo conſ. 208. addit D. Reg. de Ponte dec. 34. n. 23. attamen quia D.

Alex.

Alexãder Pignonus de Caretto Marchio Orioli D. Conſtantiæ cedẽtis filius habet eadẽ illa dotis priuilegia, quæ & mater ipſa obtinebat, quæ vt ſuus hæres repræſentat, ſecundum fundata per Theſaur. quæſt. forenſ. q. 5 lib. 1. qui ſub n. 5. ita per Senatum recenſet determinatum, & dicti Vollari D. Conſtantiæ quamuis ex eadem dotium cauſa ceſſionarij, vti extranei minus obtinent, vel potiri valebunt dotis priuilegijs, quemadmodum ex Afflict. dec. 306. ac Minſyng. obſeru. 3. cent. 3. firmat Epiſcopus Riccius collect. 2273. in fine, meritò omni iure veniat præferendus ad ipſos ceſſionarios extraneos, nequaquam aduerſante ceſſione, quæ ex ſpeciali pacto fuit concepta, ne haberet afficere cedentem nec directè, nec indirectè, & non aliter, quę clauſula (nec aliter) eſt præcisè conditionalis, & actum omni modo ſuſpendit, ſecundùm Boer. dec. 143. n. 11. Guidon. Pap. dec. 163 Barboſ. de diction. in dictione 186. & Marta de clauſulis, part. 3. clauſ. 51. Rouit. ſuper Pragm. 1. de titul. abuſ in ſcrib. ioll. n. 163. fol. 639. Bal. in cap. 1. § denique, col. fin. iir, quæ ſit prima cauſa beneficiũ amittendi, quæ clauſula minus erat adiecta in inſtrumento ceſſionis, de quo per D. de Franc. præcitata dec. 260. in fine, quamuis eſſet conuentum ſimpliciter, quod ceſſio non haberet afficere cedentem, nec directè, nec indirectè, aberat enim dictio (non aliter) prout in hoc noſtro caſu, quæ præcipuè eſt conditionalis, actúque ſuſpendit, iuxta fundata, & in ſuperioribus demonſtrata, quibus addimus D. Reg. Capyc. Latro in dec. 30. ſub n. 8. & 9. qui aliorum fundatiſſimis placitis concludit, nedum virtute dictæ clauſulæ conditionalem reddi contractum, diſpoſitionem, ſeù ceſſionem, ſed etiam indiuiduum, quaſi præciſa ſit contrahentium mens, non eſſe contracturos, ita quod taliter indiuiduus contractus, ſiuè diſpoſitio indiuidua reddatur, vt non poſſit ſcindi, aut diuidi. Ideoque, etſi fuiſſet dictum, quod tam in pari loco cedens quàm ceſſionarius graduarentur, & ſic pro rata concurrerent, nihilominus ad exemplum trahi non valeret in terminis præſentis caſus, in quo etiam verba illa leguntur, quod ceſſio non habeat afficere, nec directè, nec indirectè, & inſimul eſt adiectum (& non aliter) maximè quod D. Conſtantia alijs præterquam ipſis Vollaris non ceſſit, vt hinc facta prima ceſſione, ſecunda, & tertia, foret ineſficax, & inanis, ſibique quòad prælationem præiudicaret, iuxta dec. Minad. 29. quinimmò ceſſionem ipſam ſub illa formalitate concepit, ſecundùm quam ceſſionarius non debet eſſe melioris conditionis, ac ipſamet Marchioniſſa cedens, ſicut regulariter minus debet, prout indiuidualiter probauit Sanctiſſ. Gregor. XV. deciſ. Rotæ 47. ſub n. 4. allegando tex. in l. in omnibus, § non debet, ff. de reg. iuris, Natta conſ. 398. n. 3. & alios, præſertim vbi ceſſiu in ſum contineat reſeruationem ad beneficium cedentis, ſecundùm ea, quæ in ſuo caſu conſiderauit Seraſin. dec. 663. n. 3. His accedit, quod mulieri permittendum non eſt, vt deteriorem faciat ſuæ dotis conditionem, tex. in l. Atticilinus, ff. de pact. dot. Faber in ſuo codice, tit. 21. defin. 26. verſ. non aliud, quia fauor dotis præcipuam habet cauſam, ne mulier ſit indotata, l. 1. ff. ſol. matrim. hinc etiam alienata ab vxoreeum conſenſu mariti, tam conſtante matrimonio, quàm ſoluto matrimonio, poteſt mulier recuperare, Bal. Nouel. de dote lib. 2. part. 7. priuil. 1. n. 14. limit. 2. circa medium, & alios comprobat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 292. n. 23. & 24. to. 1. Quod priuilegiũ eſt dotis, vt poſſit mulier vti primæuis iuribus pro conſeruatione dotium maternarum, nec quidem D. Conſtanſtia cedere poterat, Bal. Nouel. de dote, part. 8. priuil. 19. fol. 239. tom. 9. tr. par. 11. fol. 32. Tiraq. de retract. § 26. gloſſ. 1. n. 83. Surd. conſ. 205. n. 21. quia priuilegia dotis non tranſeunt niſi ad filios, non iure hæreditario, ſed filiationis, l. vnica, in verbo ad hæredem, C. de priuil. dot. & ibi Bart. n. 1. Grat. dicto cap. 143. num. 42. 43. & 44. fol. 346. cùm ſuccedens in ius alterius non aſſequatur illa, quæ ſuo auctori competebãt ex priuilegio, ſic tradit Bal. in l. ſi filiùs, n. j. C. de bonis proſcript. & ita deciſum teſtatur Theſaur. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 5. num. 5. Cùm igitur mulier ex particulari priuilegio pro conſeruatione dotis primæuis iuribus vtitur, nam ſemper in dote iura primæua reuiuiſcunt, per text. in l. qui res, ff. de ſolut. vt poſſit de dotibus ſatisfieri neceſſariò ſequitur, quod in ceſſione per ipſam facta non comprehendantur iura ſibi ex priuilegio conceſſa, eò magis, quia remaneret defraudata, & indotata de eius portione dotiũ maternarum. Tertia tandem fit concluſio, quod vbi Dux Turris Maioris ad ducat. 10000. pro dote dict. D. Conſtantiæ ſe obligauit de bonis paternis, & maternis ſimpliciter, & nulla facta diſtinctione, vt ex facti ſerie oſtenditur, cum conditione, quod Orioli Marchio maritus renunciationem dictæ D. Conſtantiæ vxoris futurã promitteret, tam pro bonis maternis, quam ſuper legato ſibi à quondam Violante de Sangro Auia facto, quæ tamen renunciatio ad effectum non fuit producta, & nihilominus ex iure præſcripto non expreſſa quantitate tanta de paternis, & tanta de maternis, præſumitur dos conſtituta ſolummodò de bonis paternis, ad tex. in l. fin. C. de dot. promiſſ. immò etiam ſubſequuta renunciatione, adhuc ea non obſtante dict. D. Conſtantia, ſiue hæres eius experere valuiſſet, prout recenſet Afflict. in dec. 178. n. 13. & poſt Pariſ. Neulz & Bertaz. comprobat de Ponte conſ. 74. n. 9. vol. 1. Mangrell. ad Bart. in præcit. l. fin. C. de dot. prom. Card. Tuſc. concluſ. 780. nu. 147. rub. dotare qui tenentur, Coſta de portion. ratæ, q. 62. Epiſcopus Riccius collect. dec. 164. Maſtrill. dec. 186. n. 6. Faber in ſuo Cod. tit. de dot. promiſſ. defin. 7. ergo ex fundatis eidem D. Conſtantiæ Marchioniſſæ, ſiue eius hæredi actio ſupereſt pro ipſis dotibus maternis, ſeù earum portione expetendis, ſic etiam & pro conſequendo legato ab Auia facto. Ex quibus omnibus arbitror, Marchionem Orioli eius filium, & hæredem eſſe præferendum, & ſatisfaciendum de integra quantitate ducat. 4000. cum intereſſe, non obſtante ceſſione præmiſſa. Cætera ſuppleat Religio Dominorum Iudicantium. Franciſcus Cenſalius. Facta relatione in S. R. C. per D. Don Franciſcum Merlinum Pignatellum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium, deciſum fuit per idem S. C. quòd graduentur pari loco cedens, & ceſſionarius, apud acta Sollatij Act. Mag. Idem articulus fuit aliàs deci-

ſus per

ſus per S.C. etiam iunctis Dominis duarum aularum, quem retuli in 3. part. noſtri Compendij in verbo Cedens, vel Ceſſionarius, vbi allegationes vtriuſque opinionis recenſentur, verùm quia ex narratione ſupradictę facti ſeriei alia apparebant in facto deducta, ideò libui hic inſerere pro communi vtilitate.

Gratia facta delinquenti à Prorege abſque voto Dom. Regentium an valeat, fuit deciſum negatiuè per Collaterale Conſilium ad relationem M.C. in cauſa Horatij Alphani inquiſiti de homicidio, penès Maiorinum, ita Horat. Montan. controu. forenſ. controu. 6a n. 2.

Gratia cōceſſa per Principem delinquēti, non cōcordata parte, nec pace, nec remiſſione ab ea obtēta, ad quā obtinendam dilationē ſemeſtrē ipſe Princeps conceſſerat, dummodò non accederet ad loca, in quibus partes degebant, ſi tamen fuerit apprehenſus in loco vetito, an non obſtante gratia puniri debeat pœna delicti, concluditur affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 49.

Gratia, ſiue guidaticum conceſſum à Prorege delinquenti, dummodò non intret in Ciuitatem Neap. eius Burgos, & Caſalia ſua propria, & vbi reſident partes offenſę, ſi fuerit apprehenſus in continentijs Caſalis, quæ eſt patria inquiſiti, in qua habitabant partes offenſæ, an ea fruatur, deciſum fuit negatiuè, D. Regens Sanfelicius dec. 50.

Gratia, ſiuè guidaticum conceſſum à Principe delinquenti cum dilatione biennali ad obtinendum partis remiſſionem, annullatiua adiecta clauſula, & cum prohibitione accedendi ad locum, in quo partes degunt offenſæ, an per acceſſum ad illum ei ſuffragetur, licèt per M.C. fuiſſet deciſum, eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa, deducta inde appellatione ad S.C. fuit per ipſum deciſum, eſſe reponendum in priſtinam libertatem, & confirmatum in reclamatione, D. Reg. Sanfel. dec. 51.

Gratia obtenta à Principe de omnibus delictis per aliquem commiſſis, obtenta pace offenſorum infra annum, an præiudicet Baroni, cui fuerunt per eundem Principem reſeruata iura, dum Baro comparuerat ad eandem impediendam, cùm ſit ſuus vaſallus, & delicta fuerint commiſſa in eius territorio, deciſum fuit in fauorem rei, ex traditis per D. Reg. Sanfel. dec. 55. à n. 1. ad 11.

Grauamina propoſita contra Baronem per Vniuerſitates reſpicientia intereſſe particularium, admitti an debeant, per S.C. fuit prouiſum, quando grauamina reſpiciunt intereſſe particularium, quod ipſis comparentibus prouidebitur, Io. Maria Nouar. de grauam. vaſal. tom. 3. in grauam. 5. n. 11.

Guidaticum conceſſum debitori contra omnes creditores, exceptis Ciuibus Neapolitanis, non extenditur contra creditorem, qui ex continuo incolatu per decennium effectus erat Ciuis Neapolitanus, vt fuit deciſum per S.C. in cauſa Aeliani Spinulæ contra Baronem Pulſani, Nouar. in Prag. 1. collect. 2. n. 4. de ceſſ. bon.

Guidaticum ſi ſit conceſſū ab aliquo poteſtatē habente à Principe guidandi delinquentes, dummodo militiæ inſeruiuerint, alicui delinquenti, qui non aliter conditionem guidatici adimplendo ſe deſcribi fecit militiæ, homicidium inde perpatrando, & captus ſub ſpe eiuſdem guidatici, prætendens eo frui, vel ſaltem in priſtinum ſtatum reponi, an erit ei deferendū, vt contingit in cauſa Leonardi Fuſchi, & ſociorum diſcuti, qui cùm fuiſſent carcerati ob homicidium per eos patratum, oppoſuerant exceptionem guidatici, vnde pro Fiſci, & querelantium defenſione fuerunt ſequentia in iure allegata à ſubſcripto Aduocato, ſcilicet Abolere crimina ſolius Principis eſt: qui tamen non ſimpliciter, ſed reorum qualitate perpenſa, & delictorum ſubſtantia tunc demum ad abolitionem perueniet, cum Reipublicæ bonum, & iuſtitiæ cultū expoſcat. Supplicia enim in facinoroſos homines adinuenta non aliter minui debent, quàm ſi Reipublicæ ſtatus permittat, alioquin iuſtitiæ culmen per gratiam opprimeretur, quod eſſet iniquum, l. addictos, C. de appell. In præſenti igitur ſpecie neſcio, quo pacto impunitatem ſperare poſſint Leonardus de Fuſco, & ſocij vigore aſſecutationis, ſeù guidatici recepti ab Illuſt. Comite Celani, præuia poteſtate ab Excellentiſſimo Domino ſibi conceſſa per reſcriptum, repugnant enim nedum verba guidatici, ſed etiam intentio Principis concedentis, nam ſi verborum ſeries attendatur, guidaticum illud ea demum ratione conceditur, quia ſcilicet delinquētes militiæ adſcripti ſunt, dum ibi dicitur, *ſi è aſſentato per vno de noſtri ſoldati*, at quoniam nemo ipſorum aſſentatus reperitur, prout ex fide Regij Scribæ Portionis apparet, igitur guidaticum erit ipſo iure nullum. Repugnat quoque Principis intentio concedentis, quia non aliter illos ad abolitionem admitti, niſi cùm fuerat certioratus ipſe Princeps de qualitate reorum, & criminum, per ea verba reſcripti: *à los quales ſe los perdonarà los delitos, aſta el dia, que le aſſentare, hauiendome dado quenta de los que ſon*: quæ quidem verba duplicem conditionem important, prima eſt, aſcriptionis ad militiam, ſiuè aſſenti, altera eſt, vt reorum notitia à Principe habeatur, & vtraque conditio reſoluitur in ſuſpenſiuam, ita vt non competat libertas, niſi ſequuto adimplemento, ita deciſum in Rota Romana dec. 646. n. 10. & 11. part. 1. vt refert Reg. Rouit. in Pragm. 1. de guidat. n. 51. exponens text. in l. Mæuia, ff. de manumiſſ. teſt. & in terminis ſaluiconductus conditionalis, quod non poſſit quis eo vti, deficiante, vel non adimpleta conditione, tradit Farinac. q. 29. n. 78. per text. in l. Thais ancilla, ff. de fideicommiſſ. lib. l. legata, ff. de cōd. & demonſt. Ceph. conſ. 207. n. 52. vol. 2. Immò deficiente conditione in ſaluo conducto appoſita idem eſt, ac ſi factus, vel conceſſus non eſſet, l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. l. neceſſariò, §. ſi pendente, ff. de peric. & com. rei vend. Paria quidem ſunt, ſaluum conductum non eſſe conceſſum, vel conceſſum ſub conditione, quæ non fuerit adimpleta, Ripa reſp. 2. n. 23. Cephal. conſ. 183. n. 52. lib. 1. & alios refert, & allegat Farin. loco citato. Cùm igitur Ill. Comes nullam de reis, vel de criminibus notitiam dederit Suæ Excellentiæ, ſequitur, reſcriptum nullum poſſe ſortiri effectum, per ſuprà dicta, clarum eſt enim, Principem tunc demùm voluiſſe delinquentibus indulgere, cùm de ipſis, eorumque criminibus ſibi plenè innoteſcat, ne fortaſſe alicui præiudicium fiat, cōtra regulam tex. in l. 2.

§.meritò,& §.ſi quis à Principe,ff.ne quid in loco publ.cap.ex ruarum,de auth.& vſu pall.Illud ſanè aduertendum ſummopere velim, Principem noluiſſe futura crimina abolere,ſed præterita tantùm, vt colligitur ex definitione ipſius abolitionis tradita per Accurſ in rub. de abol. eſt enim, vt ipſe ait, accuſationis inſtitutæ peremptio,vt ſic abolitio referenda ſit ad crimina tantùm,accuſatione agitata, non ad ea,quæ delationem nondum ſenſerunt,l.2.C.de gen.abol. debet enim delictum præcedere gratiam , vt Bal.inquit in c.2.de Cap.qui cur.vend.in vſibus feud & in ſpecie, quod indultus non trahatur ad delicta commiſſa poſt publicatum indultum, Niger in cap. Regni Miſericordiam,n.20. vbi plura allegat, licèt enim Princeps ſit ſupra ius poſitiuum , non tamen eſt ſupra ius illud, quod naturali æquitate fundatum eſt,Hipol.de Marſil. in §.ſi quis, n.39. in praxi, & in conſ. 241.n.13. Menoch.de arbit. Iudic.lib.1. q.13.n. 3.& ſeq. Decian. in tract.crim.lib.2.tit.de conſt. Princ.cap.30.n.8 cum ſeq.Nam,& reuera repugnare quodammodo videtur, & contradicere, quod Princeps poſſit ea, quæ ſunt contra iuſtitiam, etiam de poteſtate abſoluta, quemadmodum & Deus ex parte potentiæ etiam abſolutæ non poteſt ea,quæ contradictionem implicant, vt per D. Tho.part.1. quæſt.25 art. 3.& in quæſt. de potentia Dei, art.6.ac etiam lib.2. contra gentiles,cap.22. & 25. ita Princeps, cuius poteſtas dirigitur ad bonum,& vtilitatem publicam, non autem ad malum, & ad ipſius, vel alterius priuati vtilitatem,non poteſt ea,quæ contra iuſtitiam ſunt, vt eleganter tradit Topius Politian. in tract.de poteſt.Princ.ſæcul.§ 8.repugnat igitur intentio Principis, quia non præſumitur velle quod non legitimè poteſt. At quoniam de ſecuritate agitur in præſenti re ab inferiore concesſa abſque cauſæ cognitione, diſtinguendum erit,quod aut promiſſio eſt. aut gratia,aut vtrumque ſimul,ſi promiſſio,debet reſtringi,vt non comprehendat perſonas,quas comprehendere eſſet iniquum, l.quidam cùm filium,ff.de verb. obl. eſt enim iuſtificanda promiſſio , vt non comprehendat aliter criminoſos,iuxta tex. in l Barbarius, ff. de off. Præſ. ſi verò gratia eſt, tunc quia reſcriptum imitatur ius commune, l.ex facto. ff.de vulg.& pupill. non poterit comprehendere eos, qui de iure comprehendi minus poſſent,vt not.in l.fin. C.de furt. & ſic nullo modo poterit comprehendere eos,qui nondum milites ſunt, ideſt, qui non adhuc militaria inſignia obtinuerunt, iuxta tex.in l. ex tempore.ff de milit.teſt.At ſi dicamus,vtrumque ſimul continere , adhuc includuntur ea , quæ Princeps non eſſet veriſimiliter conceſſurus, l.obligatione generali,ff.de pignor.& latè diſcutit Vital.Gamb. in tract.clauſ. in clauſ.nil innouati ſecur. pend.n.12. quis ſanè mentis credere poſſet, Principem noſtrum iuſtitiæ cultorem, æqui amantiſſimum,prudentiæ fontem,probitatis ſpeculum, Religionis protectorem,voluiſſe per publicum proclama futura crimina abolere, præſertim ea , de quibus rei inquiruntur, quæ omni miſeratione indigna acerbiſſimam animaduerſionem merentur . Huc illa pertinent, quæ magiſtraliter tradit de Franc. dec. 360. & 468.vbi concludit, non poſſe aliquem indultu gaudere, quotieſcunque deliquerit ſub ſpe futuræ indulgentiæ, & Viſil. ad Afflict. dec. 149. Anna in cap.1.n.138.de vaſall.decrep. ætat. Berous q.61.in fine,Arius Pinel. in l. 2. par.3. cap. 2.n.22.cum ſeq.C. de reſcind. vend. Cæterùm his, quæ ex aduerſo proponuntur reſpondere oportet, prætenditur enim ea parte reorum, vt ſi indultu gaudere non poſſint,ſaltem ad priſtinum reponantur,ne ſub fide Regia decepti detrimentum patiantur, & quidem Regiam fidem frangere pernicioſum eſſet , adeò vt nonnulli crediderint, aſſecurationem etiam minus legitimè conceſſam,vtpote quia concedi non debuerat,vel quia abſque cauſa conceſſa eſt,vel à Iudice non habente cauſam concedendi poteſtatem, adhuc ſeruandam eſſe, vt doctiſſimè concludit eruditiſſimus Dominus meus Merlinus lib.1.controu.forenſ.cap.53. per totum, verùm ſi conſiderentur ea, quæ eo loco diſceptantur,ſatis diuerſa exiſtimabuntur ab his,quæ hodie ſunt in cauſa. Agitur enim ibi de eo, qui guidaticum ceperat , ſiuè ſaluumconductum non ſubreptitium, neque per edictum à Principe emanatum ante delictum, quemadmodum accidit in caſu noſtro, in quo ex coniecturata mente concedentis aliter interpretari debet, eſt enim ſecuritas interpretanda ſecundùm coniecturatam voluntatem concedentis, vt per Dec.conſ.51.vol.1.verſ.literæ,n.1. in fine. Magalott.in tract.de ſaluoconducto, par.4.nu.10. col.5. mens autem , & voluntas concedentis eam fuiſſe credendum eſt, vt non aliter admitti debeant ad militare munus delinquentes, niſi qui delictũ commiſerint ante Regium proclama, alioquin ſecuritas excederet poteſtatem concedentis, ea ſcilicet ratione, quia Princeps non præſumitur voluiſſe facere quod de iure nequit,l.cùm non facilè, ff. ſi cui pluſquam per l.Falcid. l. nepos Proculo, ff.de verb.ſign. Crau. conſ.241.n.20. & Menoch. conſ. 244.n.11. Prætereà clarum eſt in iure, hoſti quoque ſeruandam eſſe fidem, dummodò tamen & ipſe fidem ſeruet, vt per gloſſ. in cap.noli exiſtimare , in verbo hoſti 23.q.1.quæ quidem fides nullo modo ab his, de quibus hodie agitur ſeruata reperitur, immò ipſi decipere conantur Principem, dum præter eius intentionem,& vltra terminos poteſtatis conceſſæ ad indulgentiam aſpirant, concedit vtique Princeps, vt guidatico gauiſuri ad militare munus accedant,eiuſque inſignia recipiant,at ipſa conceſſio dirigitur ad eos, qui deliquerint priùs, vt ſe militiæ adſcribant, ipſi verò, de quibus agitur, neque delictum edicti tempore commiſerant,neque militaria inſignia receperant tempore capturæ, quamobrem non decepti,ſed decepturi,non ſub fide Regia detrimentum patiuntur, ſed ſub fallacia dolum inijcere nituntur. Nihilominus videbimur ab inſtituto recedere, ſi dicamus , non debere illos gaudere,nec reponi,ſtante quod non impleuerunt promiſſa aſſecuranti , iuxta text.in l. cùm proponas 2.huius nominis,C.de pact. leg.Iulianus,§.offerri,ff.de act.empt.leg.qui fidem,ff.de tranſact. eſt enim quædam ſpecies contractus innominati, vt ſcilicet guidatico gaudeant, & ſe militiæ adſcribant,ceſſat vtique vis contractus, ſi id non fiat, quamobrem cùm poſt plures dies à recepto guidatico neque ſe militiæ adſcripſ-

tinte

tint, neque in habitu militari inceſſerint, ſed latitantes, & bannitorum armis onuſti capti ſint, proculdubio credendum erit, illos non habuiſſe animum recipiendi guidaticum, niſi ad finem decipiendi Fiſcũ, & dolum committendi, prout in propriis terminis concludit Farin. in tit. de carcer. & carcer. q. 29. n. 65. allegans Burſat. cõſ. 345. n. 51. & 53. lib. 4. & Hipol. Riminald. conſil. 490. n. 8 11. & 25. Aduertant, quæſo, Domini acerbitatem criminis, de quo inquiruntur, agitur enim non ſolùm de ſimplici homicidio, quod quidem grauiſſimum eſſet, & omni lege prohibitum, vt habetur Geneſ. cap. 9. & Exod. cap. 21. ſed de homicidio proditioni annexum, cùm enim homicidium ſub pace committitur, nedum proditionem, ſed ferè aſſaſſinium ſapit, cap. 1. §. ſi quis alium, de pace ten. in vſib. feud. & habetur per Vulpell. conſ. 52. n. 3. cum prohibitione etiam Sacramentalis confeſsionis, quod quàm barbarum, & inhumanum ſit in Chriſtiano populo Auſtriacæ ſubdito Monarchiæ, nemo eſt, qui neſciat, illud ſanè conſiderandum eſt, quod Symmac. l. 10. epiſtolarũ, epiſt. 44. ſcribit, moribus ſatis familiare, atque cognatum eſt, armate ſpiritus impunitatis exemplo, cur enim ſecundum deſperet effugium, qui laqueos criminis prioris euaſit? & Tacitus li. 3. Annal. quod ſi prohibita impunè tranſcendat, neque metus vltra, neque pudor eſt, &c. Fuluius Daneſius. Facta ralatione per Iudicem Dantem Oliusdiſium fuit deciſum, eos eſſe excluſos à tali guidatici exceptione, vt ex actis in banca Anaſtaſij, penès Cęſaranum Scribam. Poſt hęc inſurrexit dec. 105. D. Hect. Cap. Latro de eodem loquens.

Guidatus ſub conditione faciendi ſeruitia Regiæ Curiæ in perſequutione delinquentium, eos vel capiendo viuos, vel occidendo, an per ſe ipſum hoc ſeruitium implere debeat, vel per alium ſuo nomine, eſt certum ſecundùm opinionem Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, n. 13. verbo Cæterùm de Conſt. & Foller. in Pragm. 1. de exul. ſub n. 4. quos citat Io. Grand. de bello exulem in prædicamento quantitatis, quæſt. 3. nu. 2. quod indultandus debet capere proprijs manibus bãnitum, vt conſequatur præmium guidatici, ſeu indultus, quia bannum fundat ſe in perſonam capientis, & occidentis, & optimè Carau. in dicta Pragm. 1. n. 39. id confirmando ex Bartol. Ang. & Dec. probat, quod ſtatutum loquens in faciente, non vendicat ſibi locum in mandãte, & fortificatur etiam ex alijs verbis eiuſdem Pragmaticæ, ibi, *e conſignarà in poter della Regia Corte*, ad quod ibi Carau. n. 44. ſubdit, quod capiens aliquem bannitum viuum, vel occidens ipſum, debet in poſſe Curiæ conſignare, ſupple viuum, vel mortuum, & in mortuo ſat erit conſignare caput, prout in praxi receptum eſſe tradit, quamuis idem Reg. Rouit. in addit. ad Carau. vbi ſupra eod. nu. 16. alleget Bellug. in ſuo Specul. Princ. tit. de Princip. proh. rub. 27. nu. 25. verſ. ſed in contrarium in §. milites, contrarium in propriis terminis concludentem, & in conſignatione facienda præfatus Carau. n. 170. aſſeruit, quod capiens, vel occidens bannitum, licèt ipſe non conſignet, ſed alius eius nomine in poſſe Curiæ, gaudebit præmio. Nihilominus in cauſa Stephani de Ruggerio olim guidati à Commiſſario Lanfranco, preces porrigendo ſuæ Excellentiæ, qualiter dum perſequutus fuiſſet quendam delinquentem, qui intus Ciuitatem Neap. ſe contulerat, & dum intenderet ipſum in manibus habere, ſupplicauit, vt licentiam concederet per tres dies intrandi Neap. ad complendum ſeruitium, aut quod per alium fieri potuiſſet ſuo nomine, & quod ipſi attribueretur, ac ſi de perſona interueniſſet, iam quod ſuis ſumptibus, ac diligentia hoc fieri propoſuerat, fuit ſuper hoc interpoſitum ſubſcriptum decretum per Collaterale Conſilium, videlicet. Die 21. Aprilis 1617. Neap. Facta de prædictis relatione ſuæ Excellentiæ in Collaterali Conſilio per Magnificum, & Spectabilem Reg. Didacum Lopez Suarez Commiſſarium, &c. Præfatus Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. mandat, quod prædictum ſeruitium in præſenti memoriali expreſſum faciendum per Berardinum de Ruggerio in beneficium Regiæ Curiæ intra hanc fideliſſimam Ciuitatem, eiuſque Burgos, intelligatur nomine prædicti Stephani de Ruggerio guidati dictæ Regiæ Curiæ eſſe factum, ſtantibus cauſis, & rationibus in memoriali expreſſis, hoc ſuum, &c. Conſtantius Reg. Lopez Reg. Villalobos Proreg. Alderiſius Proreg. penès Io. Antonium Giſelmum Regium à mandatis Scribam.

H

HAERES cum beneficio legis, & inuentarij ſe obligãs pro debito defuncti proprio, priuato, & principali nomine, & cũ quibuſuis clauſulis, abſq; tamẽ expreſſa renunciatione beneficij inuentarij, an teneatur vltra vires hæreditarias ſoluare, & reficere de ſua propria pecunia, hæc altercatio cauſam dedit, vt generale decretum iunctis omnibus Conſiliarijs S.C. promulgaretur ad ſedandas lites præteritas, & futuras, quare operæpretium eius tenorem libuit hic inſerere, etiam ob alias lites inde exortas. Die 16 Maij 1623. Neap. congregato dicto S.R.C. ordine Spectab. Io. Baptiſtæ Valenzuela Velaſquez Regentis Regiam Cancellariam, & officium Præſidis S.C. & Prothonotarii, &c. Pro decidendo dubio prædicto, interuenientibus præfato Spectabili Præſide, vnà cum infraſcriptis Magnificis Regijs Cõſiliariis, &c. prouiſum, & decretũ eſt, hæredem cum beneficio legis, & inuentarij obligatum pro debito defuncti etiam proprio nomine, & ſpeciali, & in ſolidum, & quibuſuis alijs clauſulis non teneri vltra vires hæreditarias, niſi expreſſa, & ſpecialis renunciatio beneficij prædicti interueniat, vel obligatio ſatisfaciendi etiam vltra vires hæreditarias, verùm facta diſcuſſione inuentarii fiat etiam in proprijs bonis hæreditariis, hæc ſunt, &c. Valenzuela Regens Cancellariam, & officium Præſidis S.C. Iacobus de Franchis, Pyrrus Paganus, Põponius Salutus,

Villalobos, Salinas, Ioannes Baptiſta Melior, Ferdinandus Braucia, Scipio Rouitus, Io. Franciſc. Sanfelicius, Octauius Piccolellis, Camillus de Petro, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius. Hanc formam deſcripſit Epiſcopus Riccius collect. 3412. in fine par. 8. & à nobis in 2. par. verbo Exceptio excuſſionis, de qua meminit Barbar. de aſſiſtentia, gloſſ. 1. n. 67. & nouiſsimè D. Reg. Sanfel. dec. 212. Quanquam priſcis temporibus de hoc articulo fuiſſet difficultatum, non tamen is deciſus, vt erit videre apud Præſid. de Franc. dec. 323. ſed contra hæredem concludi videtur, de quo meminit ibi Ricc. in princ. & nos in 1. part. verbo hæres cum beneficio, vbi alios eum citantes allegaui, nam hæres cum beneficio legis, & inuentarij ſi ſe obligauit proprio nomine, cenſetur renunciaſſe beneficio inuentarij, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 533. nu. 30. & vltra producebatur dec. Minad. 25. dicentis, fuiſſe deciſum in fauorem hæredis, vt non teneretur hæres inſolidum, de quibus deciſionibus memor eſt Conſil. Theodorus in alleg. 6. nu. 20. 21. & 23. quanquam Reg. Rouitus dicat contra Minadoum obtinuiſſe per S. C. in cauſa Marchionis Oriæ cum D. Ioanne Figaroa ex dictis per eundem Præſ. de Franch. in deciſ. 648. in qua apparet deciſum, vt hæres non teneatur, niſi vt hæres cum beneficio inuentarij, verùm facta diſcuſſione inuentarij, ſi appareret, eſſe bona hæreditaria penès eum, qui pro quantitate contra hæredem in bonis, & in perſona exequeretur, de eodem meminerunt Statil. Pacif. dec. Rom. 138. n. 8. & ſeq. vltra Ricc. vbi ſuprà, & Gratian. diſcept. forenſ. dict. cap. 553. nu. 33. qui præfatas allegat, nouiſsimè Regens Hector Capyc. Latro dec. 115. & alij per nos relati in dicta prima parte, verbo Hæres cum beneficio legis, il primo, vbi alias duas deciſiones inde factas retuli in cauſa Marchionis Montiſfortis, & in cauſa Comitis Pacentri, de quibus memor eſt Riccius vbi ſuprà, quare ad ſedandas deciſiones inuicem contrarias fuit prolatum decretum prædictum, & pariter in apocabanti facta per aliquem vti hæredem, & proprio nomine, fuit per M. C. deciſum, eſſe faciendum depoſitum, non obſtante diſcuſsione inuentarij, in cauſa per me relata in d. verbo hæres cum beneficio, il ſecondo.

Hæres alicuius an teneatur ad illius debita per ſuam aſſertionem in ſcripturis factam, dicendo, eſſe hæredem illius, de hoc incidit pertractari in S. C. in cauſa Doralicis Spataforæ cum Rinaldo de Graffijs, qui in certis ſcripturis aſſeruerat, eſſe hæredem ſui fratris Ioannis Baptiſtæ licèt pro eius defenſione fuerint ſequentia adducta, inter cætera in allegationibus editis per Franciſcum Mariam Pratum V. I. D. eius Aduocatum, videlicet. Intentato iudicio de anno 1634. in S. C. pro parte Doralicis Spataforæ aſſertæ vxoris quondam V. I. D. Io. Baptiſtæ de Graffiis nobilis Ciuitatis Capuæ contra Rinaldum de Graffiis dict. Ioannis Baptiſtæ fratrem, ſuper reſtitutione dotium conſignatarum dicto eius viro, vt ſolutione anteſati viri hæredem ipſius, & poſtmodùm alio libello producto de anno 1635. in menſe Martij, in quo eundem Rinaldum, tanquam poſſeſſorem bonorum ſpectantium pro rata Io. Baptiſtæ, vnà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, petiit condemnari ad relaxationem ipſorum, notificato dicto Rinaldo, ac impartito termino in cauſa plura formiter fuerunt oppoſita ad excludendas petitiones Doralicis, quæ in ſubſtantia ad tria reducuntur. Primum ſcilicet, Rinaldum non eſſe, nec fuiſſe hæredem Ioannis Baptiſtæ fratris vllo tempore. Secundum, bona per ipſum poſſeſſa deueniſſe ex perſona propria vigore fideicommiſſi ordinati in beneficium familiæ per Rinaldū de Graffiis ſeniorem. Tertium, matrimonium inter Doralicem, & Io. Baptiſtam non fuiſſe validum, quæ omnia leguntur ex comparitione præſentata, & ſupplicationibus. Et quatenus ad primum de qualitate hæreditaria per partem prætenſa in perſonam Rinaldi, in primis aſſerimus, partem minimè docuiſſe de aditione hæreditatis, nec documentum aliquod produxiſſe ad id demonſtrandum, ſed totam vim conſtituit in aſſertione facta in reſcripto Summi Pontificis obtento per ipſum Rinaldum, appellando à ſententia lata per Epiſcopum Puteolanum, in quo apparet, mentionari Rinaldum hæredem Io. Baptiſtæ, nec non in ſententia Curiæ prædictæ, per quam prouiſum extitit, bene iudicatum per Curiam Saroenſem, & malè appellatum pro parte ipſius Rinaldi nomine, vt in actis, inſuper ponderat, fuiſſe expeditum, Regium exequatur ſuper breue obtento per Rinaldum, in quo enunciabatur hæres, & fuiſſe per ipſum præſentatum. Quibus omnibus vti ſatis è longè deductis ea aſſertus reſponſio, enunciationem prædictam proceſſiſſe ex errore à perſona degente in Vrbe, cui fuit commendata expeditio breuis, quę non potuit Rinaldo præiudicare, tamen quia in alio iudicio, in quo non erat quæſtio, an fuerit hæres nunc, ſed tamen proſequebatur nullitatem matrimonij, appellando à decretis in contrarium latis per Curias Eccleſiaſticas, & licèt in ſententia Curiæ Puteolanæ dictum fuerit (nomine, vt in actis) non per hoc oritur, verba illa denotare, ipſum fuiſſe hæredem, ea enim iuris concluſio aſſeritur in materia, vt ſi quis aliquid aſſerat, & ſubiungat, prout patet ex tali ſcriptura, nil ponit in eſſe, niſi id, quod legitur in illa ſcriptura, Bart. in l. ſi ſic, §. 1. ff. de leg. 1. cùm idem ſit, non eſſe, vel eſſe, & non apparere, cùm igitur non docuerit pars, quid veniat incluſum in actis, vtique vana eſt eius aſſertio, & nobis ſufficit dicere, hoc non eſt in proceſſu, per text. in cap. quoniam contra, de probat. & in puncto notat D. Conſil. Theod. alleg. 56. nu. 18. Hinc eſt, quod cùm hæreditatis aditio ſit facti, l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. ei, qui dicit hæreditatem aditam incumbit onus probandi, Dec. conſ. 442. D. de Franch. dec. 60. nu. 3. poſt Bart. in dict. leg. pro hærede, & in l. gerit, ff. eod. etiam ſi hæreditas ſit opulenta, quo caſu licèt nonnulli tenuerint, aditionem præſumi, quos refert Franc. dict. dec. n. 9. tamen ipſemet teſtatur ibidem n. 22. contrarium vnanimi conſenſu fuiſſe deciſum per S. C. re diſcuſſa in Collaterali Conſilio ipſo referente no. 10. & ante eum Magon. dec. 44. nu. 31. & ſeq. Quibus accedit D. Conſil. Merlinus controu. forenſ. cap. 89. nu. 11. inquiens, nunquam præſumi aditionem, niſi ſpecificè probetur, vnde non probato aliquo

acta

actu extrinſeco, & poſitiuo, qui exerceri non poſſit citra ius, & nomen hæredis, non poteſt induci aditio hæreditatis, & ibi plures deciſiones recenſet Senatus Mantuani apud Surdum, & Senatus Pedemontani apud Theſaurum, ſubdens n. 10. ne quidem poſſeſſionem bonorum inducere aditionem, quia poteſt illa referri ad aliud ius, putà pignoris, vel legati, & ſimilium, ita quod in dubio potius præſumitur non aditio, quæ magis periculoſa eſt hæredi, quàm agnitio legati, ſeu retentio ex alio iure, ad quod probandum allegat Surd. deciſ. 267. & Ludouiſ. Summum deinde Pontificem dec. 98. n. 7. Cuius rei eam expendit rationem idem Merlin. cap. 89. in fine, quia quilibet præſumitur poſſidere eo iure, quo ſibi eſt vtilius, ideoque concurrente in eadem perſona duplici cauſa, poſsidendi, & vtiliori, eſt iudicandum poſsidere, per text. in l. ſi paterna, & ibi Doct. de repud. hæred. Magon. d. dec. 44. num. 33. Modò ad rem noſtram nullus actus ſpecificus aditionis toto proceſſu perfecto inuenitur, immò ſtatim ac iudicium reſtitutionis dotium Rinaldo innotuit, illicò declarauit, non fuiſſe hæredem, & confeſsiones omnes reuocauit, & benè faciunt tradita per D. Merlinum, vt licèt fuerit per ipſum proſequutum iudicium inualiditatis matrimonij, id non egit vti fratris hæres, ſed proprio nomine, nedū vt ſibi, & eius familiæ ſplendori conſuleret, verùm etiam vt bona fideicommiſſo ſubiecta per ipſum particulari nomine puſſeſſa à prætenſionibus partis illæſa conſeruaret. Hæc ille. Nihilominus fuit contra ipſum deciſum, vt ſuprà in verbo Authentica res, quæ. Addi poterat hæc opinio ſubſtentari ex eo, quod vulgò dicitur in filio, iuxta Apoſtoli dictum, eſt filius, ergo hæres, nam eo ipſo hæres probatur, quod probatur filius, Carthar. dec. Genuę 44. n. 10. & tamen quando quicunque dicit filium hæredem, tenetur probare & non aſſet locus dicto Apoſtoli, ita ex Surdo in conſ. 359. n. 17. lib. 3. notat Gratian. diſcept. foreuſ. cap. 330. nu. 12. Hoc igitur procederet in agendo, multos citat Cattoc. dec. 43. n. 5. & 2. aſſerentes, ei incumbere onus probandi, Mura dec. 55. n. 13. Gratian. cap. 215. n. 15. & dict. cap. 330. n. 10. ſecùs tamen in conueniendo, quando fuerit conuentus ab alijs vti hæres, Amat. dec. Ancon. 61. n. 7. Cencius de cenſibus par. 2. cap. 2. q. 5. art. 7. n. 7. Conſil. Paſchal. de vir. pat. poteſt. par. 4. cap. 1. n. 30. & ad hoc vt poſſit conueniri vti hæres, debet filius ita ſe declarare, vt probat ibi Gratian. hoc eſt per ſcripturas, nominando ſe hæredem, tunc ſibi præiudicaret in illa cauſa, etiam reſpectu aliorum, vt in caſu Præſ. de Franc. dec. 694. vbi ita deciſum refert, & latè articulus examinatur nouiſsimè per Mancin. in tract. de confeſſ. cap. 2. n. 53. & ſeq. Coſta conſ. 7. num. 60. & 61. Quod adeo verum eſt, ſupradictam concluſionem eſſe veram, filius ergo hæres, quod ſtatim mortuo patre fundata eſt contra eum intentio creditorum, vt illis effectualiter teneatur, niſi ſe abſtinuiſſe probaret, aut per creditores probata fuiſſet eius voluntas, vt probat Aſcan. Clem. de pat. poteſt. effectu 16. ſub n. 61. verſ. penultimò quęro, & propterea idem erit dicendum in alijs extraneis hæredibus, niſi fuerit probatum, eos eſſe hæredes, & conueniri non poſſe, Coſta vbi ſup. Nihilominus quia hæreditas ſolo animo aditur irreuocabiliter, l. gerit, ff. de acquir. hær. Monticul. in tract. de inuent. cap. 10. ſub n. 85. ideò aditio hæreditatis probatur per actum verbi, ſeù per verba emiſſa adeuntis, ſimiliter per literas, epiſtolas, & depoſitionem, ſiuè reſpōſionem factam, latiùs Simon de Prętis de interp. vltim. vol. lib. 5. dubio 3. n. 61. & ſeqq. & talis animus declaratur verbo, vel in ſcriptis, Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 35 & operatur, quod ſi in ſcriptis fuerit declaratum, ſe eſſe hæredem, cenſetur confeſsio facta, ita quod amplius illam confeſsionem impugnare non poſsit, ex Gozad. conſ. 3. n. 29. probat Manc. dicto tract. cap. 3. artic. 1. n. 61. niſi aliter doceret, vt in præcedenti n. 59. probauit, immò ſi aſſeruit, ſe eſſe hæredem aliquis, cùm non ſit, haberetur pro hærede in eius odium in fauorem creditorum, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 101. num. 32. cum quibus talis confeſsio facta fuerit, ad text. in l. fin. vbi gloſſ. ff. de inter. act. vbi Doct. Franc. dec. 664. n. 2. Menoch. dict. lib. 4. præſumpt. 100. n. 22. & ampliùs, quia præſentauerat ſcripturam, vbi enunciabatur eſſe hæredem, eam approbare videbatur. Thoro.

Hæres omittens ponere in inuentario aliquod corpus doloſè, ad quid teneatur, deciſum fuit per S. C. teneri ad duplum in cauſa Scipionis Magnacerbi Baronis Candidæ cum illo de Alexandria, in banca de Ferratijs, nunc Spero, vt refert Ill. Epiſcopus Riccius collect. 3782. in fine par. 8.

Hæres exigens bis debitum non incurrit in pœnam Pragmaticæ ob ignorantiam ſuam præſumptam, vt iudicauit M. C. V. teſtatur Nouar. in Prag. 7. collect. 7 n. 6. de falſis.

Hæres vniuerſalis ſi aliquod legatum, vel plura ei facta fuerint, ac etiā particulariter inſtitutus in illis, an poterit legata retinere, & hęreditatem repudiare, Barry de ſucceſſ. tom. 2. lib. 11. tit. quę repud. poſſ. n. 8. hanc quęſtionem examinat, dicens, non poſſe ex Papon. lib. 9. tit. de ſubſtit. verſ. Pour correction, & mouetur ex l. cuidam elogio, C. de iure delib. idem dicit Turret. q. 99. de effect. clauſ. codicill. ſed poſteà contrariam opinionem ſectatur, poſſe nempe hæreditatem repudiare, & legatum retinere, ex Alex. conſ. 20. n. 12. lib. 3. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. §. 20. n. 212. & Cuiac. lib. 14. obſeruat. 29. vbi cenſuit de prælegato integro, & hāc ſententiā probari dixit in l. filio pater, l. quęſitum, §. duobus, l. qui filiabus, §. vlt. & l. ſeq. ff. de leg. 1. l. cum reſponſo, C. eod. l. apud, §. ſi quis, de doli except. quamuis ibidem ſubſequatur, id non poſſe retinere, niſi etiam retineat hæreditatem, ſi appareat, teſtatorem voluiſſe, hæredem non admitti ad legatum, niſi etiam hæreditatem retineat, ex Cuiac. ad l. 83. de leg. 1. & addit, de ea voluntate apparere, ſi pluribus hæredibus inſtitutis inter eos teſtator diſtribuiſſet maiorē hęreditatis partem in prælegatis, nam licèt verba eſſent legatorum, mens eſſet de hæreditate diſtribuenda, & citat pro hoc exēplo l. 9. eo. Hæc ille. Vnde ex hoc videbatur dicendū, nō potuiſſe ad Lucretiam de Thoro meam neptem pertinere legata, & hæreditatem maternam repudiare, dum ab eius matre inſimul cum Angela de Thoro fuerat hęres inſtituta generaliter, & ipſis multa legata, prælegata

legataque facta, quę vniuerſam hæreditatem eneruabāt, & ſucceſſiuè attenta tacita teſtatricis voluntate, hæredes eſſe voluiſſe præſumebatur. Quinimmò hæres repudiando hæreditatem diceretur contrauenire, Marta in ſumma legalis ſucceſſ.par.4.q.18.art.2.nu.49. hinc ſi hæres acceptauerit hæreditatem pro parte integrali, efficitur hæręs in totum, l.ſi ex aſſe, ff.de acquit. hæt. is enim, qui vniuerſalis inſtitutus eſt hæres, non poteſt hæreditatem ſcindere, & pro parte adire, ex Cuiac. probat Thomat. dec.Macerat.50.n.319.Gerius Spin. conſ.30.n.4. Hæres ex aſſe non poteſt pro parte adire, quin dicatur ex toto in effectu adire, Soc. Iun. conſ.59. n.28. Prætereà, quia ex regula illa vulgata, quod hæres ſimul nunquam deſinit eſſe hæres, ad tex. in l.& ſi fine, §.ſed quod, Papinianus, ff.de min.l.ei qui ſoluendo, ff de hæred.inſt. Mantica de coniect. vlt.volunt.lib.11.tit.18.n.47. Menoch. de præſumpt.lib 4.tit.141. n.7.& præſumpt.183.n.30. Honded. conſ.58.n.82.vol.1. Ludou.Bellus conſ.164.n.9.conſ.227.n.9.Maluaſia conſ.12.n.59. ex eo, quia hæres adeundo quaſi contrahit cum legatariis, & fideicommiſſarijs, idem Mantica lib.2.tit.1.n.35. Honded.conſ. 39.n.25. vol.1.Rol. conſ.30.n.30. vol 4. Farinac.deciſ.ciuil. 477.n.4.vol.1.Rol.conſ.30.n.30.vol.4.conſ.8.n.25. vol. 2. & conſequenter hæres acceptando omnibus obligatur inſolidum. Phan.de inuent. in præfat.n.1.Honded.conſ.34.n.4. vol.1. adeò quod hæres adeundo dicitur conſentire, & ſe teneri quatenus lex velit, Marta de ſucceſſ. par.4.q.3.art.2.nu.8.ideò non poteſt deſinere eſſe hæres, idem Mantic. lib.4.tit.5.art.14 nu.3. nec licitum erit hæreditatem ſemel aditam repudiare, l. ſicut, C.de repud.hæred. Phanuc. in præfat.tract.de inuent.n.30.Cioff.conſ.41.n.11. vol.2.nec valeret repudiatio, ac illius ratificatio, Calcan.conſ.77.n 6. Reſpectu primæ oppoſitionis dicebam, qualiter tutores, & curatores in adeundo hæreditatem minoris videre, & diligenter perſcrutari debent, an ſint luctoſa, vel damnoſa, & ſi cognoſcant illam damnoſam, debent cū beneficio legis, & inuentarij dictam hæreditatem adire, aliàs tenētur ad damna, expenſas, & intereſſe minorum, & contra eos poterit iurari in litem, vt ex Pariſ. cōſ.25.n.44.vol.2. Ploto in l.ſi quando, n.228. verſ.minoribus, C. vnde vi perpendit, Caualc.de tutor. & curat.n.67. Ideò nulli dubium eſt, quin hæres cum inuentario poſſit aditam hæreditatem repudiare, vt ex Ang.probat Montecul. in tract. de inuent. cap.12.n. 254.& in Antiphanuc. n. 47. maximè quando non eſſet hæreditas ſoluendo, vt ſub n.50.concludit, eò maximè quando eſſet facta in iudicio, ſecundùm Azonem inquit gloſſ. in l.4. verſ.repudiantis, C.de repud. hæred. & conſequenter hæres ab inteſtato, vel ex teſtamento poterit repudiare hæreditatem, & retinere tertiam, vel quartam ſibi à lege, vel ſtatuto reſeruatam. Borgn.dec.1.n.37.par.4.pariterque legata ſibi facta retinere, & hæreditatem repudiare, ex Surdo conſ.107.n.10. notat Coſta Sicul. cōſ. 81. n.17. cùm de iure hæres poſſit conſequi legatū ſibi relictū iure retentionis, Botta conſ.40. nec propterea officit regula illa ſecundi capitis, quod hæres ſemel nunquam deſinit eſſe hæres, quoniam intelligenda erit, quod ſit hæres nomine tantùm, vt tradit Montic. in dicto Antiphanuc. ſub n.50. & poteſt de iure ciuili deſinere, Surd.conſ.125.n.49.ad quod Pariſ.conſ.101 n.177.& ſeq. vol.2. maximè exiſtente inuentario, quod id operatur, Bellus d.conſ.227.n.10.& cùm fuiſſet præuia expoſtulatione reſtitutionis in integrum facta per me, vti curatorem admitti ad talem repudiationem, ex quo ſi tutor, vel curator adiuit hæreditatem damnoſam, poteſt ipſemet nomine minoris reſtitutionem in integrum petere, Sforz. Odd.de reſtit.in integrum, quæſt.31.n.29.Graſſ.lib.2.art.omiſſio hæreditat. q.14.nu.1.Peracta relatione in M.C.per Io.Baptiſtam Muſceptulam Iudicem illius die 27. Ianuarij 1640.deciſum fuit, eſſe interponendum decretum, & auctoritatem præſtandam, ſtante renunciatione hæreditatis licere retinere legata, ſaluis iuribus creditoribus ſuperuenientibus, quando legitimi apparuerint, in banca Saccardi. Et his conuenit illud ſimile, quando hæres cum beneficio legis, & inuentarij vellet, quod ſuum creditum ſeparetur ab hæreditate, citatis creditoribus, & legatarijs implorare poterit Iudicis officium, Surd. conſ. 7. n. 32. & conſ. 128. n.25. vol. 1. nam hæres repudiando non deſinit eſſe hæres in præiudicium aliorum creditorum, gloſſ.in l.4.verſ.repudiantis. C.de repud.hæred. ſed repudians hæreditatem ad nihilum tenetur, Molfeſ. in Conſuet.Neap.par.4. tit.de renunc. q.6. n.6.& 7. quamuis inſurrexiſſent aliqui legatarij, & creditores prætendentes ſatisfieri ſuper bonis particulariter relictis ipſi Lucretiæ particularis hęredi certarum rerum ſibi relictarum, allegaui conſ.Decij 387. vbi peculiariter agit de legatario particulari certarum rerum, vt non teneatur ad debita hæreditatia, poſtquam id ad hæredem vniuerſalem pertineat, vt ibi. Et ſi ipſa pariter hæres vniuerſalis exiſteret, adhuc tamen ſuper reliquis bonis remanſis erat inueſtigandum, in quibus creditores poterant concurrere pro eorum creditis, de quo non dubitabatur ob eorum hypotheeas, ſed reſpectu legatariorum licèt ſit probatum, quod legatarij pares eſſe debeant, l. cum quærebatur, ff.ad l.Falcid. Alex.in l.vsūfructum, ff. eod. Iaſ. in l. 1. lect.2. n. 2. ff.ad Trebell. Pariſ. conſ.96.n.24.vol.2.quos probat Anton.Sanſon. inter conſ.vlt.volunt.tom.2.conſ.51.n.25.In legatario tamen rei particularis ſecùs eſſe videtur, nam legatarius in re legata quodammodo eſt hęres, Rol. conſ.54.n.41. vol.3. Gerius Spin. conſ.31. n 6 & legatarius eſt ſucceſſor in re particulari, Nizol. alleg.19. n.14. & licèt legatarius habeat obligata omnia bona defuncti pro conſecutione illius, Capra conſ.78.nu.8. multò fortius procedit in legatario particulari, qui habet actionē realē ſine ceſſione, & ad eū tranſit dominium recta via ſine traditione, Neguſant.de pignor.3.membro 2.par.n.31. ideò cęteris legatarijs præfarendus erit, & conſequenter onus æris alieni non competere legatario rei particularis, dixit Curt. Iun.conſ.305. n.22.

Hæres an teneatur recognoſcere ſcripturam defuncti, relata fuit deciſio in tertia parte, verbo hęres, & illis adde Merendam controu. iur.lib. 15.cap. 46. vbi prolixiùs articulum examinat in tertio tomo.

Hæres

Hæres debitoris vigore apocę bancariæ an conueniri poſſit executiuè vigore Regiæ Pragmaticæ 64. § 2. & 6. de offic. procur. Cęſ. qua cantum eſt, quod debitores vigore dictarum apocarum bancorum nequeunt audiri, niſi facto depoſito in publico banco, aut ipſis conſtitutis in carcere, ac ſi eſſent obligationes ſtipulatæ penès acta, aut inſtrumenta liquidata via ritus M.C. & videtur affirmandum, ex quo hæres debitoris, vel creditoris comprehenditur ſub ſtatuto loquente de debitore, vel creditore, Ant. de Amat. var. reſol. tom. 2. reſol. 58. n. 17. vnde Coler. in tract. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. n. 334. ex multis probat, quod ſi extaret ſtatutum in loco, quod debitores pro debitis capiantur, & carcerentur, virtute talis ſtatuti poſſit detineri etiam hæres debitoris, quantumuis eius in inſtrumento non fieret mentio, cum alijs congeſtis nouiſſimè per Mauſon. in tract. de cauſis execut. lib. 1 ampliat. 14. n. 17. & rationem reddit ibidem Coler. num. 136. quod licèt ſtatuta odioſa non debent extendi de perſona ad perſonam, tamen hæc procedunt in perſonis extraneis, quæ non reputantur eędem cum defuncto, ſecùs ſi repræſentent perſonam, prout in hærede, ex Alex. & Rebuff. ibi citatis, ſubdens, quare ſic in vno, quàm in alio, & addit, quia lex, & ſtatutum ſemper ſit maioris potentiæ, & effectus, quod pactũ hominis, quod legi ſubeſt, ex Iaſ. ibi relato, & iuxta hãc ſententiã exiſtente tali ſtatuto iubẽte, debitorẽ carcerari, vt intelligatur etiam de hærede debitoris, confirmat Gamma dec. 369. n. 2. & deciſum fuiſſe tradit in contingentia facti per illum Senatum, & quod teneatur de perſona etiam inſpecto iure cõmuni ex multis corroborat Mauſon. vbi ſuprà, n. 20. cum alijs relatis per Antoninum Monacum in tract. de execut. in veſt. ca. 12. n. 46. Ex aduerſo autem vrgent aliqui Doctores aſſerentes, nunquam de perſona teneri hęredem ex contractu defuncti, etiam ſi tale ſtatutum ſubeſſet, vt ex Craſſo, Bart. Iaſ. & Coler. ibidem firmat Manſon. n. 19. Et præſertim, quod rigor apocarum banci non debeat ſeruari contra hęredes debitorum ſpecificè admittit Nouar. in collect. Prag. allegatæ 10. n. 13. Cuius opinioni adhæreo, ſed rationibus meliùs fulcita opinione iam dicta, & quamuis Doctores ſupra citati conati ſint ſub diſtinctione concordare opiniones inuicem repugnantes, ſi ſtatutum ad rem, vel ad perſonas dirigatur, vt opinatur ex Socino Coler. loco relato. Nihilominus ponderando verba noſtri ſtatuti, videtur eius diſpoſitionem eſſe mixtam, poſtquam in d. §. 2. loquitur expreſſim in rem, ſic dicendo, *che aduerſo dell'inſtromento liquido, ancor che non ſi proceda via ritus, & aduerſo le poliſe di banco, ò d'albarani firmati di mano del debitore riconoſciuto, o firmate da tre teſtimonij non ſi poſſa allegar dal debitore eccettione alcuna, niſi prius facto depoſito, ouero conſtituto il debitore in carcere, &c.* & ſic in rem loqui cernitur, in §. 6. loquitur expreſſim in perſona, dum inquit. *Item volemo, & commandamo, che quelli, li quali ſaranno conuenuti in vigor di poliſe dirette al banco fatta la recognitione di eſſe, ouero ſaranno legitimamente prouate non ſiano inteſi, eccetto fatto il depoſito in publico banco, ouero coſtituta il debitore in carcere, &c.* Et in hac ambiguitate, quoties emergerit quæſtio mixta inter Iudices, quorum alter cognoſcit de perſonalibus actionibus, alter de realibus, vterque de ea cognoſcere poſſe cenſuit, ex Cyn. Euerard. in ſua topica loco à coniunctione, ſeù cõbinatione duarum legum ſub n. 5. verſ. per hunc arguendi modum, ſed meliùs nu. 7. ex Anchar. tradit, quoties duæ eſſent conſtitutiones contrariæ, vna quoad perſonas, alia quòad res, illa erit obſeruanda, ex qua magis, & euidens vtilitas reſultaret, & citra dubium vtraque conſtitutio noſtra tendit in fauorem creditorum vigore dict. apocarum, ſiuè tenderet contra perſonam, ſiuè bona, debent enim Iudices laborare, quod creditores ſibi debitum proſequantur, inquit Præſ. de Franc. dec. 164. ſub n. 7. ſed quantum pertinet ad debitores, eorumque hæredes videtur talis diſpoſitio rigoroſa, immò odioſa, ob quod erit in hoc conſiderandum, quæ nam & ipſius Pragmaticę diſpoſitio attendenda, an prima, quæ in rem loquitur, & eo caſu non teneri videtur de perſona, ſed realiter, poſtquam hæres tenetur ſoluere debita, non legatarius, Franc. dec. 246. n. 1. An verò ſecunda, quæ loquitur in perſona, tunc hæres comprehenderetur ex ſuprà adductis, & in hoc ſi attendatur vulgata regula iuris, quod vltima derogant prioribus, l. ſi mihi §. in legatis, ff de leg. 1. leg. pacta nouiſſima, Cod. de pact. cernitur vltimam diſpoſitionem dictæ Pragmaticæ eſſe attendendam, quæ loquitur in perſonam, & in hoc caſu erit conſiderandum realiter, aliam eſſe perſonam debitoris, cum qua ita rigoroſè procedendum erit, & alia perſona hæredis, quæ etſi ſit vna cum defuncto, l. vnica, C. vt act. ab hæred. Barz. dec. 51. n. 10. Mattius dec. Sen. 89. n. 17. Benint. dec. 12. n. 2. Iac. Thoming. dec. 11. n. 2. Hoc ſanè intelligunt Doctores iuris fictione, Barz. dec. 64. n. 10. Surd. conſ. 425. n. 30. Iuſtum enim erit, vt pœna ſuos auctores ſequatur, l. ſancimus, C. de pœnis. Quinimmò Coler. loco relato n. 331. aſſerit, in conſimilibus cauſis executiuis contra hæredem nullatenus procedendum eſſe, niſi priùs ipſo certificato, ex Bart. & Ant. Maſſa ibi relatis, & ſi non tam executiuè, ſaltem ſummariè, etenim hæres debitoris, & creditoris ad paria non iudicantur, inquit Carau. in titu 178. n. 2. ibique docet, quod licèt hæres creditoris poterit contra debitorem agere ſuper tenore inſtrumenti, ac ſi eſſet ipſemet creditor, non tamen contra hæredem debitoris huiuſmodi procedi poſſit via ritus, tam celeriter, extraordinariè, & executiuè, cum alijs allegatis per Galter. in ſua praxi inſtrum. 2. ſecundæ partis principalis, rub. vnica, n. 27. & ſeq. ſed vt dixi, ſummariè tantùm. Ideirco in cauſa Sebaſtiani Infante creditoris quondam Laurentij de Martino vigore apocæ bancariæ ducatorum octuaginta quinq; mutuatorum, qui poſt mortem debitoris conueniri fecit Syluiam Baſilem vxorem dicti Laurentij, & matrem Ioſephi de Martino ad illorum ſolutionem ſummariè, ſtante lapſu temporis, & capta informatione verificationis apocæ fuit per M. C. V. ad relationem Iudicis de Herrera die 5. Iulij 1633. liberata quantitas prædicta ex depoſito ducatorum mille facto per Anellum Galterium, & Blaſium Maſſeianum, vt ex actis in banco Vallifochi.

Hæres

Digitized by Google

Hæres cum beneficio legis, & innentarij obligatus pro debito defuncti etiam proprio, & principali nomine, & inſolidum, abſque tamen expreſſa renunciatione beneficij inuentarij, an teneatur vltra vires hæreditarias ſoluere, & de proprio reficere, fuit ſuper hoc interpoſitum decretum generale, vt eſt relatum ſupra eo. verbo Hæres. De hac deciſione mentionem fecimus in 2. parte noſtri compendii, verbo Exceptio diſcuſſionis inuentarii, vbi deduxi allegationes incidentis caſus vtriuſque partis, antequam fuiſſet promulgatum allegatum decretum, vt ibi erit videre, quoniam dedit cauſam edicto, quam etiam refert Reg. Sanfel. dec. 11 a. & Reg. Hector Latro Capyc. dec. 18. Verùm quia poſtmodùm inſurrexerunt aliæ difficultates, & ſparſim in voluminibus eiuſdem Compendii reperiuntur deſcripti, placuit illas ſub hoc decreti themate recolligere, vt faciliùs inueniantur. Et primò fuit dubitatum, an hæres defuncti, qui ſe obligauit pro debito ipſius defuncti hæreditario ſuo proprio, priuato, & principali nomine vti extraneus creditori hæreditario ad ſoluendum debitum cum vſuris decurſis, & lite aſſiſtentiæ inſtitura per creditorem ob defectum ſolutionis tertiarum decurſarum ſuper corpore obligato, ſubſequuta inter eos tranſactione celebrantes inſtrumentum obligatorium, poſſit ſe iuuari beneficio inuentarii, cui expreſſe non fuerat renunciatum, non obſtante geminata eius obligatione, deciſum fuit, quod ſuſpenſo decreto M. C. procedatur ad executionem decreti circa reſciſſionem contractus, vt erit videre in tertia parte noſtri Compendii, verbo Hæres defuncti. Secundò, an hæres conuentus à creditore defuncti, cum quo ſe obligauerat nomine proprio, poſſit opponere exceptionem litis pendentiæ concurſus creditorum defuncti, vt coram Iudice illorum comparere teneatur, deciſum fuit negatiuè, videatur ſuprà in 3. parte, verbo Hæres conuentus. Tertiò, inſtrumentum an poſſit liquidari contra hæredem alicuius, qui ſe obligauerat proprio, & principali nomine, non obſtante litis pendentia de eodem negotio, ac aliis exceptionibus oppoſitis, præſertim quia non renunciauerat beneficio legis, & inuentarii, ob quod eo gaudere potuiſſet, & ſi ſe obligauerat proprio nomine, iuxta allegatam deciſionem fuit deciſum, quod procederetur ad interrogationem, vt dixi ſuprà in 3. part. verb. Inſtrumentum an poſſit liquidari. Quartò, quid ſi pro cauſa dotis filiusfamilias ſe obligauerit, & ſi non fuerit renunciatum tali beneficio, nam certum eſt de iure, quod omnes obligantur fauore dotis illam promittentes, ad text. in l. promittendo, ff. de iure dot. vbi gloſſ. in verbo conditioniſque ſubiunxit, ſiuè laici, ſiuè clerici, ſiuè in poteſtate, ſiuè ſui iuris, dummodo tamen legitimæ ætatis, & ſic in contingenti caſu promittentis correſpondere ad tot annuos introitus proprio, principali, & priuato nomine pro reſtitutione dotis faciendæ, vt non poſſit ſe iuuare beneficio generalis decreti promulgati in beneficium hæredum ſe obligantium, deciſum apparet in dict. part. 3. verbo Hæres obligatus.

Hæres extraneus an excludatur à filia, quæ neceſſariò ſuccedit in feudo, hoc eſt in tenuta illius empti ſub haſta à teſtatore, non impetrato Regio aſſenſu, Domini fuerunt in vtraque opinione inuicem contrarii, ideò ſuperſeſſum, vt dirimatur diſparitas, ex quo de veritate teſtamenti dubitabatur, ita D. Regens Sanfelicius dec. 292.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarii, qui ſe proprio, priuato, & principali nomine ſe obligauit ſoluere debitum hæreditarium, an poſſit creditori exceptionem diſcuſſionis inuentarii opponere, licèt fuiſſet deciſum, inſolidum teneri per S.C. vt refert D. Reg. Hector Capyc. Latro in conſult. 31. attamen, vt ibi ſubdit, inde conuocatis omnibus Conſiliariis, fuiſſe per idem S.C. iudicatum pro maiori parte Iudicantium hæredem cum beneficio legis, & inuentarij obligatum pro debito defuncti etiam proprio, & principali nomine, & inſolidum, & ſub quibuſuis aliis clauſulis non teneri vltra vires hæreditarias, niſi expreſſa, & ſpecialis renunciatio inuentarii prædicti interueniat, & obligatio ſatisfaciendi vltra vires hæreditarias, verùm facta diſcuſſione inuentarii executio fiat etiam in bonis propriis, & de perſona, quatenus ad eum peruenit de bonis hæreditariis, de qua deciſione diximus in 2. par. Compendii, verbo Exceptio diſcuſſionis innentarii.

Hæres an poſſit vendere res hæreditarias, & de pretio ſoluere onera, debita, & legata, videtur negandum, poſtquam hæres non poteſt cogi ad vendendum bona hæreditaria à creditoribus defuncti, ex multis probat Reg. Rouit. in conſ. 18. nu. 15. 18. 19. & 20. tom. 1. ante eum Phanuc. de inuentar. part. 5. n. 152. Et in legatis pecuniæ refertur, quod hæres cum beneficio innentarii licèt teneatur ſoluere legatum pecuniæ in pecunia, ſi tamen inuenerit emptorem, qui velit emere res hæreditarias ab hærede abſque obligatione propria, ſecùs ſi non innenit, & ita deciſum tradit Hieron. de Leo dec. Valent. 185. n. 3. & 4. Prætereà hæres cogere poſſet creditores hæreditarios, non exiſtente pecunia hæreditaria, vt in ſolutum accipiant res hæreditarias, ex text. in l. fin. §. & ſi præfatam, C. de iure delib. vbi Doctores, cum alijs relatis per Cancer. var. reſol. tom. 1. cap. 2. n. 134. & ſeqq. ad 143. vbi ita indicatum dixit, Surd. latè dec. 30. Anchar. quæſt. 56. par. 3. n. 5. Laurent. Syluan. conſ. 92. n. 1. tom. 2. Rolan. de inuent. part. 4. §. alia, & non, fol. 86. Honded. conſ. 52. n. 92. Reg. de Ponte conſ. 37. n. 8. vol. 2. latiùs Seſſe dec. Aragon. 88. n. 12. Ex aduerſo autem dicebatur, quod hæres cum inuentario cogi poſſit ad ſoluendum in pecunia creditoribus, ſi ſibi hoc non noceat, Rol. de inuent. part. 4. §. quæro, an ſit dare, fol. 86. à tergo. At ſi pecunia non extaret, & tunc ſi hæres non vult dare res hæreditarias inſolutum creditoribus, & hæreditas ſoluenda eſſet, non tamen reperitur pecunia, hæres compellitur illas vendere, ex Iacobo de Arena, & Cyno probat Mõticul. in tract. de inuentario, cap. 10. n. 27. & 90. & hæres damnatus vendere intelligitur iuſto pretio, ita Mantic. de coniect. vlt. vol. li. 3. tit. 18. n. 14. & quando id fieri poteſt ſine eius damno, Nouar. de dation. inſolutum, q. 3. n. 11. ſect. 3. Et maximè inſtantibus creditoribus, vt ſubdit ibi Phanuc. n. 153. nam in iſto caſu, quando hæreditas eſſet opulenta, hæres cogitur vende-

re, vt ſatisfaciat creditoribus, Surd. dec. 318. nu. 2. nam hæredes cum beneficio legis, & inuentarij quando hæreditas eſt opulenta, tenentur ſoluere in pecunia numerata, Amat. dec. Ancon. 91. nu. 12. Et tutius eſſet accedente Iudicis decreto, ſicque in cauſa D. Octauij Villagut Caratæ cum D. Franciſco, & Ferdinando Caraſa, cum fratribus, ac alijs litis conſortibus, & Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, inter cætera contenta in ſententia lata de mẽſa Iunij 1575. ad relationem Regij tunc Conſiliarii Vincentij de Franchis, penès Iuuenem, ſeù Cantone hæc verba enunciantur. Et nouiſſimè declaramus pro ſatisfacienda prædictis, & aliis oneribus hæreditatis licuiſſe, & licere dicto D. Octauio vendere tot ex bonis hæreditariis aſcendentia ad ſummam onerum prædictorum iuxtà liquidationem quantitatis aliorum onerum, & declarationem bonorum prædictorum faciendam tempore executionis præſentis noſtræ ſententiæ, neutram partem in expenſis ex cauſa condemnantes, &c.

Hæres alicuius, qui præuia tranſactione cum cohærede facta ſe accollauit ſoluere legata defuncti, de quibus ſoluerat certam ſummam, an teneatur ea ſoluere de bonis ſibi inſolutum datis à defuncto, quemadmodum in facto euenit, dum D. Catharina Caracciola Duciſſa Montiſleonis legaſſet ducatos 10000. Domui Profeſſæ Societatis Ieſu de Neap. pro quibus obtinuit ſententiam à S. C. contra Illuſtr. Ducem Nucetiæ, & D. Hieronymam Pignatellam modernam Duciſſam ad ſoluendum dictos ducatos 10000. cum intereſſe, qui ſoluta certa quantitate remanſerant debitores in ducatis 7270. cum intereſſe, pro quibus eadem Domus obtinuerat decretum contra præfatos hæredes, quod infra decem dies ſoluerent dictos ducatos 7270. aliàs prouidebitur, quod ſequeſtrentur omnia eorum bona, fructus, & introitus, verùm quia inter præfatos hæredes celebrata fuerat tranſactio, in qua inter cætera aſſerebatur, quod legata ipſius D. Catharinæ ſoluerẽtur per dictam D. Hieronymam eius filiam, inſtitit eadem Domus profeſſa exequi contra præfatam D. Hieronymam, & per S. C. fuit prouiſum, quod ipſa D. Hieronyma integram quantitatem contentam in dicta ſententia ſolueret, ſeruata forma tranſactionis, & pro executione dictæ ſententiæ fuit prouiſum, quod ipſa D. Hieronyma infra ſex dies ſolueret eidem Venerabili Domui profeſſæ ducatos 6700. ex reſta ducatorum 10000. dicti legati, aliàs exequatur, & conſignentur litteræ executoriales, & ſequeſtrentur fructus, & introitus Terræ Cirignolæ, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum ex parte ipſius D. Hieronymæ prætendentis, non eſſe obligatam ſoluere dictum legatum ſuper introitibus dictæ Terræ, vti ei inſolutum datæ pro ſuis dotibus anterioribus, & quod legatum prædictum ſatisfieri deberet ſuper aliis bonis hæreditariis ſuę matris, non obſtante dicta tranſactione facta cum dicto Illuſt. Duce. Et ſi pro legatario replicatum fuiſſet, ei ſufficere, quod ipſa Duciſſa ſit hæres ſuę matris, & cõſequenter eam ad onera hęreditaria teneri, non autem legatarium, Prat. de Franc. dec. 246. n. 1. Paul. Aemil. Gallus de exception. contra teſt. in 12. except. ſub tit. 4. part. 2. n. 3. & 66. Et propterea cùm fuerit adita hæreditas ab ipſa, & inde hæreditas adita ſit patrimonium hæredis, idem Franc. dec. 91. nu. 4. & dec. 307. n. 3. Eſcobar de ratiocin. cap. 9. n. 179. & hæreditas adita deſinit eſſe hęreditas, Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpec. 3. cap. 2. num. 523. nam per aditionem efficitur dominus, Gratian. 3. p. c. 180. n. 9. Pacif. dict. inſpec. 3. cap. 4. num. 363. adhuc tamen bona teſtatoris adita hęreditate non perdunt nomen, idem Franc. dec. 307. n. 10. nec etiam bona hęredi acquiſita deſinunt habere ſuam naturam, idem dec. 87. n. 6. & ſucceſſiuè dum per aditionem ipſam hæreditatis videatur quaſi contraxiſſe cum creditoribus, Eſcobar dict. tract. dict. cap. 9. n. 81. Io. de Amic. conſ. 3. n. 18. non minus ſi ad debita, & legata ſoluenda obnoxius erit, Gallus vbi ſuprà, ex quo adeundo contrahit veram obligationem, de obſeruando omnia in teſtamento contenta, Gratian. cap. 839. n. 4. Et eò amplius, quia ex dicta tranſactione aſſumpſerat in ſe onus ſoluendi legata, quo fit, vt accollans ſibi certa onera, ſoluere teneatur, licèt pro aliis non, Muta dec. 47. n. 6. & ſeq. & conſequenter hæres cum beneficio legis, & inuentarii promittens creditoribus, aut legatariis ſoluere, intelligendum erit de bonis hæreditariis, ex Bal. notat Anna ſing. 234. inter quæ bona erat feudum prædictum, aſtringitur enim hæres vigore ſuæ promiſſionis ſoluendi legata, licèt beneficio inuentarii ſuffragetur, latè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 34. nu. 28. & ſeq. Immò fortiùs quia cęperat ſoluere petitum legatum, & ſoluens dicitur agnoſcere debitum, & actum ratificare, Magon. dec. Lucenſ. 143. n. 1. E conuerſo replicabatur, allegata in ſe vera eſſe reſpectu bonorum hæreditariorum, non autem bonorum propriorum hæredis, quæ licèt obligari poſſint, tamen expreſſam teſtatoris voluntatem requirunt, vt cenſeri debeant obligata. Porrò ipſa bona hæredis obligari poſſunt expreſsè, Franc. dec. 53. n. 7. & dec. 321. n. 8. quem probat cum aliis D. Conſil. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 3. cap. 1. n. 35. & ſic defunctus poterit nedum donare, ſed obligare bona hęredum, Gratian. cap. 182. n. 26. & cap. 134. n. 29. nam ſicuti bona hęredis non veniunt in obligatione contrahentis, Franc. dict. dec. 53. n. 6. ita etiam in diſpoſitione vltimę voluntatis, nam bona hęredum poſſunt per teſtatorem relinqui, Gratian diſcept. forenſ. cap. 662. n. 7. niſi expreſsè id fuerit per defunctum ordinatum, ſicuti hæredis bona pignori ſubiacere poſſunt, ſi teſtator iuſſerit pro legatis pręſtandis, vel debitis ſoluendis, tunc talis diſpoſitio erit per hęredem adimplenda, vt proſequitur Phanuc. de inuent. part. 7. n. 141. vbi id optimè declarat procedere quòad perſonalem actionem, nõ tamen realem, vt cenſeatur ius, ſeù dominium tranſlatum ipſo iure, ſed accedente conſenſu hæredis, ex quo per aditionem hæreditatis ſolùm reſultat conſenſus de adimplendo mandata teſtatoris, ſed non, quod transfeat, vel transferatur ius ſuum, vt ſubdit nu. 143. Quocirca facta relatione in S. C. per Reg. Conſil. Io. Baptiſtam Meliorem, fuit deciſum, bene prouiſum per D. cauſæ Commiſſarium, verùm quòad ſequeſtrum partes informent, & compareant ad audiendum prouiſionem faciendam, vt ex actis in banca de Mar-

Digitized by Google

tino,& in hoc aduertendum eſſe videtur, quod quamuis promittens ſoluere legata, teneatur de ſuo proprio, licèt feciſſet inuentarium, Aymon conſ.214. nu.7. Corn. & Phanuc. quos probat Gratian.cap.647.n.26.cum ſeqq. procederet tamen, quoties obligaret bona ſua propria, vel ſi promiſiſſet inſolidum legata ſoluere, vt idem Gratian. cap.264. n.8.& 9. Cæterùm autem in ſolutione facienda de viribus patrimonij, ſeù de bonis teſtatoris, hæres non tenetur de proprio, quamuis non fecerit inuentarium, Idem cap.658.nu. 17.21. & 22. ſicque hæres adeundo non dicitur conſentire, niſi quatenus lex diſponat, Idem cap.264. n.24. hoc eſt ſaluo iure inuentarij, idem Gratian.d.cap.264.n.1.

Hæres adiecti in inſtrumento an poſſit liquidare inſtrumentum contra debitorem, de hoc fuit facta mentio in 2. parte noſtri compendij, verbo Hæres adiecti, in cauſa Theſaurarii Regni, vbi relata fuit deciſio S. C. de qua memor eſt Reg.Sanfelic.dec.113.in fin. verum quia poſtea fuit dictum de nullitate coram Excellentiſſimo Prorege in Collaterali Conſilio, per quod fuit iuſſum, vt ibi relatio fieret, & iura debitoris cum facto in mei poſſe peruenerunt, placuit hìc ea inſerere, vt benè facti ſeries innoteſcat, ſupplendo prędictis. De anno 1613. die 25. Septembris Cæſar Caracciolus vti Procurator D. Philippi Branciæ Marchionis Montiſleonis, & Larinæ vendidit eidem Domino Theſaurario Terram Montiſleonis pro pretio ducatorum 26944. hoc eſt pro ducatis 23000. feudalia, & ducatos 3940. conſequendos à diuerſis particularibus, ſub verbo ſignanter, promiſit Theſaurarius ſoluere ducatos 13000. die 20. Nouembris primi venturi, & alios ducatos 13944. infra duos annos, incipiendos à prima die Septemb. & ſoluere quolibet ſemeſtre interuſuriū ad rationem ſeptem pro centenario, vſque quò ſoluerentur dicti ducati 26944. ſtante quod dicta dilatio duorum annorum concedebatur pro commoditate ipſius Theſaurarij, vt ex inſtrumento liquebat. Promiſerat etiam dictam ſolutionem prædicto Cæſari, & Io. Vincentio Gargano ſimiliter præſenti Notario, & Clementi Romano vti principali, & inſolidum, præfatus D. Philippus receperat inde expreſsè in cauſam capitalis ducatos 14000. in duabus vicibus, hoc eſt ducatos 6500. & ducatos 2500. In anno 1616. dictus Io. Vincentius Garganus adiectus citauit ſuper tenore inſtrumenti dictum Theſaurarium pro ducatis 20444. & licèt non reperiretur citatio, attamen apparebat ex libro Ciuilium fuiſſe citatum pro dicta ſumma, & fidem fecerat Actuarius cauſæ, ac etiam repertum fuit adnotatum manu Iudicis in dorſo inſtrumenti Curia ſedente fuerunt productæ ſolutiones factæ vſque ad illum diem, quæ aſcendebant ad ducatos 7200. Appellauit Theſaurarius ab indebita citatione, & non proſequutus fuit litem, ſed medio tempore Theſaurarius ſoluit alios ducatos 7500. expreſsè in cauſam capitalis pro complemento ducatorum 14000. & poſtea in anno 1618. fuit factum verbum in S. C. & fuit dictum, remiſſa eſt, fuit ab hoc decreto appellatum, & in anno 1619. de mēſe Iul. fuit reuocatū tale decretū per S.C. & quod cauſa remaneat in S.C. & coram Conſil. de Georgio, qui creditor petijt, & habuit nonnullas liberationes pecuniarum, reclamauit Marchio à tali decreto, & poſt quatuor annos in anno 1621. fuit dictum, quod ſuſpenſo decreto, quod cauſa remaneat M. C. V. procederet ad interrogationem, pro parte Theſaurarii fuit dictum de nullitate iſtius decreti, & per S.C. fuit dictum, nullitates non obſtare, & dùm voluiſſet M.C. procedere ad interrogationem, facto acceſſu idem Io. Vincētius dederat comparitionem inſtando licentiari Theſaurarium, ſtantibus ſolutionibus prædictis, ob quod ipſa M.C. agnoſcendo ſolutiones, & iuſtitiam Theſaurarij decreuit, quod iterum citetur. ab hoc decreto appellauit Marchio, & per S.C. fuit dictum, vt procederetur ad interrogationem, & dùm voluiſſet ipſa M.C. procedere ad interrogationem, compertum fuit, ipſum Io. Vincentium Garganum citantem, cuius nomine iudicium agitatum fuit, ab hac luce diceſſiſſe, relicta hærede ſua Magdalena à Coſta, & per idem S. C. poſtremò decretum fuit, quod procederetur ad interrogationem cum iſta hærede adiecti, aſſignando rationem decreti, quia Io. Vincentius ſtipulatus fuit etiam tanquam principalis, & inſolidum, & dum voluiſſet fieri interrogatio cum dicta hærede, fuit dictum de nullitate ex parte Theſaurarij iſtius vltimi decreti, & præſentatæ fuerunt in aula vnà cum depoſito, & M.C. noluit recipere, neq; admittere, & ab hoc decreto ipſe Theſaurarius ſentiens ſe grauari, appellauit ad Collaterale Conſilium, ad quod ſpectat interpretari ritus, vnde pro iuſtitia Theſaurarii duo principaliter proponebantur, vnum circa iuſtitiam, aliud circa ordinem, per quæ ſperabat releuari. Reſpectu eius, quod pertinet ad iuſtitiam producebatur, qualiter pretium ducatorum 26944. ideſt duc. 29. feudales, & ducat. 3944. ex particularibus promiſſi infra biennium cum pacto executiuo, tractatur de pacto, quod elapſo biennio currerent tertiæ, & poſſit liquidari, & dum ſoluiſſet vltra alios ducatos 14000. in cauſam capitalis alios ducatos 11000. vt apparebat ex proceſſu, quibus vnitis aſcendunt ad ſummam ducatorum 25000. ſolutorum, quos negare non poſſunt, & pars id acceptauit, vnde ſubſequebatur, quod dicti ducati 11000. ſoluti ſimpliciter in partem pretii, cenſentur ſoluti in cauſam capitalis, quia non currebant tertiæ ex pacto, & non pro biennio, & pro illis cum pacto reſciſſorio, vnde cedebant in cauſa capitalis, per ea, quæ dicunt Doctores relati ab Anna in allegat. 54. & 112. n.3. Menoch. de arbit. Iudic. caſ. 493. nu. 14. vltra quod nec etiam poterant currere tertiæ pro particularibus venditis, quia verum eſt, quod fuerunt venditi ſub verbo ſignanter, & promiſerat exigibiles cum euictione generali in forma, & dicti ducati 20000. particularium debitorum fuerunt euicti, quia litem inſtituerunt in S.C. petentes non moleſtari, & Theſaurarius laudauerat in Auctorem Marchionem, vt ex ſcripturis præſentatis Curia ſedente, immò cùm fuiſſent ad inſtantiam Theſaurarii carcerati, Conſil. Rouitus deſtinauit Commiſſarium ad diſcaſſandum carceres, & licèt Marchio ipſum condemnare feciſſet, attamen dixerunt de nullitate, & vti pauperes fuerunt admiſſi abſque depoſito, ob quod Theſaurarius fuit

impe-

Digitized by Google

impedit ua illos exigere. Et quando Marchio dixiſſet, quod ſi benè non adſit pactum contentum tertiatum, tamen debet ceſſare intereſſe ad eandem rationem. Theſaurarius replicat, quod hæc eſt actio illiquida, & quando ſuos greſſus dirigeret, pro hoc ſuas reſponſiones habebit, id eſt quod imminet euictio Terræ ea cauſa litis, quam habet Io. Vincentius Brancia, propter quod de iura debetur intereſſe ad rationem fructuum perceptorum, & non conuentum, vt dixit Afflict. in dec. 20. in fine, & alia corpora, quæ non fuerunt reperta extincta, ac alia iura, quæ omittuntur, ſed enunciantur duntaxat, vt odor iuſtitiæ notus ſit, reaſſumendo inſuper omnia, concluditur, quod dum ſunt ſoluti ducati 25000. ac alij 2000. à particularibus euicti, remanet exploſa actio executiua, & non poteſt liquidari, & hoc eſt reſpectu iuſtitiæ. Quantum verò ad ordinem dicitur, quod nullitates diſcuti debent, quia non fuit dictum de nullitate eorum decretorum factorum in vita ipſius Io. Vincentij Gargani, ſed de vltimo mandante, procedi ad interrogationem cum eius hærede, quæ continet diuerſam rem euidenter, & ideò dum noluerat M. C. admittere nullitates, notoriè grauauerat Theſaurarium, quæ ſunt ſequentes, videlicet. Prima nullitas eſt, quod Io. Vincentius Garganus, ad cuius inſtantiam agitur iudicium liquidationis penès acta cauſæ coram Domino cauſæ Commiſſario, præſentauit comparitionem, in qua petiit, dictum Io. Baptiſtam licentiari, cumque ad præſens aſſerta hæres intendat proſequi iudicium liquidationis, & per S. C. fuit ordinatum, quod procedatur ad interrogationem cum ea, hoc eſt contra text. in l. cum a matre, C. de rei vendic. in qua hæres contra factum defuncti minimè venire poteſt. Secunda nullitas eſt, quia dum aſſerta hæres tempore liquidationis, ſeù rectæ Curiæ non comparuit, non poraſt facere interrogationem, vt teſtatur practicati Carau. in ritu 178. n. 1. vnde eſt contra dictam praxim, & obſeruantiam, quæ vim legis obtinat, vulgatis Iuribus. Tertia nullitas eſt, quia hæres adiecti non poteſt agere, vt ait text. in l. cùm quis, ff. de verb. oblig. & ſi dicatur, quod adiectus ſtipulatus fuit etiam tanquam principalis: reſpondetur, hoc operari, illum poſſe petere aliàs de iure, licèt adiecto ſolui poſſit, tamen actionem petendi non habet, vt inquit text. in l. qui ſtipul. ff. de ſol. l. & ſi §. 1. de conſt. pec. gratia enim recipiendæ ſolutionis poſitus eſt, per gloſſ. & Doctores in dictis locis. Et vt omnis ceſſet difficultas, ſi qua eſſet ex verbis rubricæ decreti S. C. cuius formalia verba ſunt hæc. Viſo inſtrumento, in quo interuenit in ſtipulatione Ioannas Vincentius Garganus cum aliis, quibus per dictionem coniunctiuam, & inſolidum fuit promiſſa ſolutio, ex quibus verbis colligitur ratio deciſionis fundata in natura illius dictionis, &, quæ eſt cõiunctiua, & repetitiua qualitatis præcedentis, Bart. in l. Seio, §. Caio, ff. de fund. inſt. inſtrum. leg. Aret. in l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig. latè Peregr. de fideicom. art. 16. n. 10. vbi latè tractat materiam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, quapropter cùm Procurator dicti Marchionis ſtipulatus fuiſſet pro dicto Marchione, eiuſque hæredibus, & deinde ſequuntur hæc verba: Et etiam ibidem præſente Io. Vincentio Gargano de Neap. nec non & Clementi Romano de Neap. abſenti tanquam principalibus, & propriis eorum nominibus, & cuilibet eorũ inſolidũ, &c. licet nõ ſit expreſſum pro eorum hæredibus, nihilominus ſubintelligitur ex natura, & qualitate dictionis coniunctiuæ prædictæ. Sed aduertendum eſſe ſuadetur in materia huius dictionis coniunctiuæ, quod non ſemper, & indiſtinctè coniungit cum præcedentibus qualitatibus, vt magiſtraliter voluit Bart. in dicta l. Seio, §. Caio, ſed ita diſtinguendum Bart. dicit, quod aut copula cadit inter res, quæ ponuntur in vna oratione, quandoq; inter perſonas, primus non eſt caſus noſter, in ſecundo caſu diſtinguit, quod aut dictio, &, eſt poſita in eadem oratione, & tunc aut qualitas, ſeù conditio adiecta primo poteſt vniformiter cadere in ſecundo, & intelligitur repetita, ſi verò non poteſt vniformiter cadere, non intelligitur repetita, allegat text. in l. fin. § Seio, ff. de leg. 2. Aret. conſ. 1. col. 3. Socin. Iun. conſ. 134. n. 32. vol. 2. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. nu. 35. & 36. Peregr. dict. art. 13. n. 35. & ideò cum in ſtipulatione nulla de hærede adiecti ſit facta mentio, & in illum caſum tantùm hæres adiecti poſſit agere, & ſolutionem recipere, vt voluit gloſſ. in l. ſi ità ſtipulatus, ff. de verb. oblig. nam aliàs rectè ſoluitur hæredi adiecti, voluit textus in leg. cùm quis, de verb. obligat. vbi communiter Doctores, & rationes à Doctoribus adductæ, quare adiecti hæredi non poſſit ſolui, non vniformiter cadere, ſequitur, quod illa dictio, ſeù, coniunctiuè non poſſit operari repetitionem præcedentis qualitatis. Rationes quare adiecti hæredi non poſſit ſolui, plures ſunt. Primò Bart. in l. cùm quis, de verb. oblig. quia adiectus mandatario æquiparatur, l. Iuliæ, §. 1. de verb. oblig. morte igitur adiecti facultas finitur, ſicuti mandatarius, & hac ratione dixit Alex. ibi tranſiſſe omnes Doctores. Secundò eiuſdem Bart. in l. ſi ſtipulatus, ff. de ſolut. quia ſolutio quæ in perſonam adiecti confertur, eſt meri facti, & ideò ad hæredes non tranſeat, l. quod hæredi, in princ. ff. de cond. & demonſt. Tertiò refert gloſſ. Accurſ. in l. ſi ſtipulatus, quia certam conditionem habuit ſtipulatio, quam promiſſor mutare non potuit. Quartò affertur à Iaſ. in dict. l. cum quis, & naturalem eſſe dixit, quia creditor confiſus de illo, quod ſoluit, adiecit, eius perſonam approbauit, cum accidere poſſit, quod ſit diuerſi ingenii, diuerſorum morum, & non eiuſdem conditionis, l. cuius bonis, ff. de cur. fur. & ratio rationis, quia probo viro ſuccedit improbus, legali illegalis, Bart. in l. generaliter, ff. de reb. cred. & ideò cùm non vniformiter hę rationes cadere poſſint in adiecto, ſequitur, quod illa dictio coniunctiua non poterit operari repetitionẽ dictæ qualitatis hæreditariæ. Additio. Non eſt dubium, quin attenta iuris diſpoſitione adiectus non poſſit agere aduerſus obligatum, ex gloſſ. in §. ſeù verſ. planè, Inſt. de inutil. ſtipulat. Stracca in tract. de adiecto, n. 46. Pyrr. Maur. de ſol. cap. 5. n. 83. hoc eſt ſine mandato creditoris, latè Amat. deciſ. Ancon 80. n. 1. Pyrr. Maur. in tract. de ſolut. cap. 49. n. 3. Magon. dec. Lucenſ. 34. De Marin. quotid. reſolut. cap. 4. n. 2. Bara. dec. 26. nu. 1. Ant. de Virgil. in tract. de legit. perſon. cap. 13. n. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 49. nu. 9.

Digitized by Google

Cancer. var. reſolut. lib. 2. cap. 6. n. 131. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 1. part. 1. nu. 31. etiam adiectus inſtrumento publico agere non poteſt, vt ſubdit ibi Ant. de Virgil. n. 6. & rationem aſſignat ibi Barz. nu. 8. quia nulla obligatio in eius perſona conſiſtit, Fontanell. vbi ſuprà num. 40. & conſequenter adiectus ſolutioni non acquirit obligationem, Matta conſ. 76. nu. 6. & adiecto ſolutioni promittens non obligatur, Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſ. ſect. 8. cap. 51. n. 2 & 3. & fortiùs neque inſtrumenta liquidare. Conſequens erit, vt nec etiam eius hæres agere, neque liquidare poſſit, nam ſicut quod poteſt auctor meus, à quo habeo cauſam, poſſum ego, Anna allegat. 128. n. 2. ita è contrà, ſed tamen pro tuitione deciſionis eiuſdem S.C. aduertendum erit, ſuprà allegata vera in ſe eſſe, quando adiectus ſimpliciter fuiſſet ſolutioni, nam tunc abſque dubio nullum ius agendi haberet, Barz. vbi ſuprà n. 1. Cæterùm autem quando per alia verba non ita ſimpliciter fuiſſet adiectus, propter quæ principalis conſpiceretur eſſe, vt percipiebatur ex dictis verbis inſtrumenti, vti principali, & inſolidum, &c. per quæ verba S.C. fuit motum ad ita decernendum, videbatur aliter procedere concluſio adiecti, & ſi benè ex dictione, &, videatur per ipſam copulam contracta obligatio copulatiuè, nihilominus ſolutioni adiectus quia ſit per alternatiuã, & non per copulam, vt inquit Maurus d. cap. 5. num. 82. quod etiam diſtinctè proſequitur Ant. de Virgil. vbi ſuprà nu. 5. & ante eos Surd dec. 229 n. 29. Fontanella de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 1. part. 1. n. 34. videtur adiectus inefficacem habere obligationem, niſi fortè ipſemet contraxerit, vt infra dicetur. Attamen per dicta verba, principali, & inſolidum, videbatur adiectus etiam nomine proprio, & principaliter conſtitutus, quæ quidem verba ponderat Bertazol. de clauſul. gloſſ. 7. ſub clauſ 39. in princ. nam talis dictio principalis is dicitur, ad quem vtilitas contractus deuenit, probat Maur. Aretin. in dicto tract. de fideiuſſor. ſect. 3. cap. 1. n. 2. qui in ſect. 6. cap. 41. à n. 37. ad 42. hanc intuetur clauſulam in fideiuſſore, ſi vt principalis haberi debeat, quando ſe obligauerit, etſi non fuerit dictum, vt principalis, & affirmatiuè concludit, quando in eodem inſtrumento ſe oblgauerit, ſecùs in diuerſo, & dictio, inſolidum, ſignificat integritatem, reiecta omni diminutione, l. 1. & Auth. hoc itaque, C. de duob. reis, Marta, & Mar. Anton. quos probat Barboſ. de clauſ. clauſ. 33. in princ. Gratus de diction. in diction. 99. in princ. & attribuit totum vnicuique, l. 3. C. de fideiuſſ. l. ſi non ſingula, ff. ſi cert. pet. l. ſi diuerſa. C. loc. Bertazol. vbi ſuprà, n. 1. Barboſ. ibidem num 4. Ita quod talis inſolidum obligatio licèt verſari videatur in promittentibus, nõ tamen in vendentibus, vt opinatur ibidem Bertazol. in princ. adeò vt dum in venditoribus dictæ Tertę verſari videatur, ob quod talis inſolidum obligatio reſpectu ipſorum militare non videatur, & ſucceſſiuè agere inſolidum contra reos, adhuc tamen, quia agebatur de promiſſione pretij facta pluribus inſolidum, videntur omnes ipſi contrahentes principaliter conſtituti inſolidum, & adiecti in cauſam propriam, vt pariter agere vnicuique inſolidum conſentaneum erit, immò qualiter dum Garganus contraxit, non aliter dici poteſt adiectus ſolutioni, ex quo ipſe contraxit, & præcedit in obligatione, & ſibi ſolui ſtipulatus fuit, vt ex Bart. in l. eum, qui, §. qui ſibi, ff. de verb. obl. Caſtr. in cõſ. 36. iatis clara, lib. 1. quos ſequitur Magon. dict. deciſ. 14. n. 7. & conſequenter, vt ſubdit n. 8. ea Ruin. Pariſ. & Becc. videtur eſſe adiectus in re ſua. Maurus Aretin. dict. cap. 5. num. 77. quod etiam ſequitur Cancer. vbi ſuprà, limitando regulam ipſam de adiecto non valente agere, non procedere, quãdo adiectus feciſſet contractum, ex quo veniebat ſolutio facienda, tunc ſiquidem eſt regula, qui mecum cõtraxit, mecum agat, l. eum, qui, ff. de act. & oblig. l. ſi is, C. depoſ. l. his ſolis, ff. de condit. indeb. Magon. vbi ſuprà. ſicque adiectus ad ſui vtilitatem, & vt procurator in rem ſuam agere iure optimo poterit, ſubſequitur ibid. Fontan. n. 38. & conſequenter inſtrumentum liquidare ex obligatione contracta de facie ad faciẽ.

Hæres pendente termino iuris ad conficiendum inuentarium an conueniri poſſit ad inſtantiam creditoris defuncti, fuit deciſum iunctis aulis in cauſa hæredis quondam Cæſaris Palatutij cum hæredibus quondam Vincentij Portij, vt ſuperſederetur in executione ſententiæ latæ contra Cæſarem in actione perſonali, & prouiſum, quod gaudeat termino iuris ad conficiandum inuentarium, & interim ſequeſtrentur fructus hæreditatis, ne dilapidentur, ita D. Reg. Sanſel. dec. 211.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij obligatus pro debito defuncti proprio, priuato, & principali nomine, an teneatur vltra vires hæreditarias ſoluere, & reficare de propria ſua pecunia, deciſum fuit negatiuè iunctis omnibus Regiis Conſiliariis S.C. niſi expreſſa, & ſpecialis renunciatio beneficij inuentarii prædicti interueniat cum obligatione ſatisfaciendi vltra vires hæreditatis, verum facta diſcuſſione inuentarii exequutio fiat etiam in bonis propriis, & de perſona, quatenus ad eum peruenit de bonis hæreditatis, tradit nouiſſimè D. Regens Sanſel. in dec. 212. de quo ſuprà eo. verb. Hæres.

Hæres adiecti ſolutioni, cui erat facta promiſſio proprio, priuato, & principali nomine inſimul cum creditore, cui nomen ceſſum fuit, an poſſit liquidare inſtrumentum via ritus, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. teſtatur D. Reg. Sanſel. in dec. 223. n. 13.

Hęres an teneatur deponere vt principalis ea, quę ex præterito fuerunt geſta per defunctũ, videtur dicendum, ad hoc eſſe obnoxium pro releuamine petentis eius depoſitionem, ad quod facere videtur deciſio per nos relata in 3. p. verb filius patris hæres, vbi apparet, fuiſſe deciſũ cõtra filiũ hæredem patris, vt teneatur recognoſcere etiam ſcripturas præteritas per patrem factas, prætereà hæres id poteſt facere, quod potuit defunctus, Coſta de iuris, & facti ignorat. diſt. 37. in allegat. nu. 43. & in ſumma hæres, vel ſucceſſor admittitur ad iurandum de geſtis per defunctum regulariter, eo maximè quando eſſet de eis informatus, copioſè Plotus in tract. de in litem iurand. §. 29. n. 4. & 6. & eiuſdem eſt poteſtatis hæres, cuius eſt defunctus, Io. Ant. Bellon. conſ. 17. n. 57. & præſumitur habere ſcientiam earum rerum, quæ apud defunctum fuerunt,

Borgn.

Digitized by Google

Borgn. deciſ. 38. n. 8. & 21. part. 1. Ex aduerſo eſt certum in iure, quod hæres non poteſt defuncti factum impugnare, alterare, aut mutare, l. cum à matre, C. de rei vend. cum aliis apud Surdum dec. 161. n. 20. neque hæres poterit confirmare priuatam ſcripturam, quam teſtator voluit habere vim teſtamenti, Surd. dec. 53. n. 12. neque poterit declarare id, quod dependebat à voluntate contrahentis, per illa verba, ſi placuerit, Mandel. conſ. 626. n. 10. Et non mirum ſi non tenetur deponere pro geſtis defuncti ex præteritis, quia neque libellum à defuncto porrectum declarare poterit, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 155. n. 29. aut libellum obſcurum, Mandel. conſ. 741. n. 15. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 27. quoniam hæres habet iuſtam cauſam ignorantiæ, l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & eò fortius hæres non cogitur iurare ſuper facto defuncti, quod probabiliter ignorat, Vveſemb. conſ. 13. ſub n. 30. Et per iſtam rationem inquit Carau. in ritu 178. n. 3. quem ſequitur Dominus meus Reg. Hector Capyc. Latro dec. 115. n. 13. & 14. quod ideò cogi non poteſt hæres, quod cõpareat reſponſurus ſuper tenore inſtrumenti, qui præſumitur ignorare, nec etiam interrogari poteſt, ſi illud habeat pro vero, iuxta formam traditam per ritum 166. cùm ab ipſo non fuerit ſtipulatum, vel confectum, & licèt hæc ratio impugnetur à Grauin. ibi relato, tamen ipſe cum hac opinione reſidet, quocirca ſi non eſſet informatus de geſtis prædefuncti, admitti non debet ad iurandum, de quo Iudex priùs informari debet, vt probat ibidem Piot. ſub nu. 3. & ſeq. & etiamſi hæres iurare compelleretur, quã do veritatem facti nouiſſet, ſecùs tamen ſi illud ignorauerit, ex Bal. notat Imbert. in anchyridio, iur. Galliæ, verbo iuſiurandum, verſ. quod tamen. Et ita fuit deciſum per S. C. ad relationem Regij Conſiliarij Andreæ Prouenzalis in cauſa D. Federici de Toledo cum Monaſterio Diuæ Mariæ Magdalenæ de Neap. in fauorem hæredis, in bãca Burrelli Mag. Act. nũa de Litto.

Hæres ſcriptus in teſtamento an eius vigore immitti debeat in poſſeſſionem bonorum hæreditatis, obſtantibus tribus obiectionibus factis contra teſtamentum ad inſtantiam alterius prætendentis ſuccedere ab inteſtato. Primò, ex quo teſtamentum non fuit poſt ipſius ſcripturam coram teſtibus relectum, nec publicatum. Secundò, ex quo in fine teſtamenti non aderat Notarij ſubſcriptio. Tertiò, ex defectu teſtium, cùm omnes fuerant Religioſi Mendicantes, & tres Capuccini, qui abſque licentia eſſe non poterant teſtes, quibus reſolutis per tramites iuris per D. Reg. Hect. Capyc. Latro in conſultat. 14. demùm in celce conſult. 15. refert deciſum fuiſſe, vt infra quatuor dies audirentur partes, & interim hæredes quondam Io. Baptiſtæ Bonelli manutenerentur in poſſeſſione bonorum quondam Io. Bonelli tam intra, quàm extra Regnum, penès Izzum.

Hæres vnus conuentus ex hæredibus poſſidens totam rem hæreditariam, quando lis eſſet conteſtata cum defuncto poſſeſſore, an inſolidum, vel pro rata teneatur, deciſum fuit ad relationem M. C. per S. C. teneri pro rata hæreditaria, teſtatur D. Conſil. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſolution. lib. 2. cap. 38. numero 3.

Hæres vti hæres conuentus ab aliquo creditore defuncti prætendente, non eſſe hæredem, ſi vti hæres fuerit condemnatus non aliter confecto inuentario, an poſſit inuentarium facere à die latæ ſententiæ, quemadmodum incidit diſceptari in S. C. in cauſa Doralicis Spataforæ cum Rinaldo de Graſſijs, qui cùm fuiſſet ab ea conuentus vti hæres quondam Io. Baptiſtæ eius fratris ſuper ſolutione nonnullarum pecuniarum quantitatum, demum condemnatus vti hæres, quod ſemper negauerat, aſſerendo, ſe non fuiſſe, nec eſſe hæredem, cumque vigore dictæ ſententiæ præfata Doralia petiiſſet, executionem, qui ſuper bonis ipſius Rinaldi, oppoſuit, ſe eſſe hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, & ſuper hoc interpoſito decreto per S. C. ad relationem Domini Scipionis Theodori Regij Conſil. & cauſæ Commiſſarij, quod exhiberet inuentarium, replicauit Rinaldus, velle nunc procedere ad confectionem illius, contradicebat Spatafora, aſſerendo, quod tempora non ſuffragebantur, eò quia præſupponebatur, dictum Io. Baptiſtam mortuum eſſe in anno 1633. & ſic erant elapſa tempora à iure præfixa conficiendi inuentarium trium menſium, l. ſcimus, §. fin. autem, C. de iure delib. Craſſ. de ſucceſſ. tom. 2. §. inuentarium, capite 2. Phanuc de inuentario, part. 1. nu. 1. Baldaſſ. Thomaſ. in ſuis tract. varis tract. 6. tit. 8. cap. 2. n. 5. Gratian. cap. 711. n. 2. & 3. Hieron. da Leo dec. Valent. 107. n. 21. & ſic a die aditionis, non tamen à die ſententiæ latæ. Sed benè pro parte ipſius Rinaldi dicebatur, ſe hæredem fuiſſe declaratum in dicta ſententia, quę ipſum pro hærede habuit, non obſtante eius contradictione, & propterea dum iam fuerat hæres habitus, attenta lite cum ipſa creditrice vrgente, intendebat inuentarium facere, connumerando tempus à die ſententiæ prædictæ latæ, & hoc de iure probari aſſerebat, poſt quam Monticul. in tract. de inuentario hæredis, cap. 8. n. 7. hæc verba protulit, quæritur, an hæredi, qui controuerſiam patitur, atque litibus vexatur ſuper hæreditate tempus currat faciendi inuentarium, ita vt eo tranſacto poſteà conficere non poſſit? Bal. in l. defenſionis facultas, C. de iure Fiſci, lib. 10. tenet non currere, Alex. in dict. §. ſin autem dubius reprobat, ſubdens, quod deciſio Bal. notabilis eſt, ſi vera eſt, & ſanè ita eſt, vt dicit Alexander, atque ex eodem Bald. opinio refutatur, quia ea ſtãte sẽper hæres noua iurgia, controuerſiaſq; ſuſcitaret ad remorãdos creditores, & legatarios, quod iuri, æquitatique non cõuenit, Rol. tamen ſaluat Bal. vbi hæres non poſſidet, & ſic duo requirit Rol. aditionem, & poſſeſſionem in 2. part. ſui tractatus, & in conſ. 73. lib. 2. hæc Monticul. Eumque aſſequitur Phanuc. in eod. tract. de inuent. part. 1. n. 14. vbi ad idem allegat Paul. de Caſt. & alios Doctores in l. 2. C. de iure delib. idem Baldaſſ. Thomaſ. vbi ſuprà, n. 23. qui allegat Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 15. n. 318. Sicque facta relatione in S. C. per eundem D. Reg. Conſil. Scipionem Theodorum de anno 1640. fuit prouiſum, quod liceat eidem Rinaldo inuentarium complere infra alios dies viginti, ſtante quod egerat prius in Magna Curia Vicariæ, vt patet ex actis in banca Borrelli ſub patrocinio Franciſci Mariæ Prati I. C. & Aduocati Neap.

Hæres

Hæres inſtitutus ab aliquo in teſtamento, ſi petierit interponi decretum præambuli cum beneficio legis, & inuentarij, & interpoſito decreto vt caperetur informatio, & illoc poſt nouem menſes ſimiliter inſtiterit, cum effectu declarari hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, ſeruata forma primæ petitionis, an proinde debeat declarari hæres, non obſtante exceptione ex aduerſo oppoſita ſuper legitimatione perſonæ, dum petitiones fuerant præſentatæ per procuratores ad lites, eò quia ſpeciale mandatum exigebatur ad adeundum hæreditatem, licèt vltima petitio fuerat à principali ratificata, qua ſtante obijciebatur, non aliter potuiſſe declarari hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, ſed ſimpliciter, quia tempora non largiebantur fuerunt infraſcripta in facto, & in iure allegata per ſubſcriptum benemeritum Aduocatum. Diem functo in Ciuitate Tarragonæ Excell. D. Federico Columna Principe Paliani, ac Buteræ, Magno Comeſtabili huius Regni, Prorege in Regno Valentiæ, ac Generali Gubernatore armorum in dicta Ciuitate Tarragonæ ſub die 25. Septembris 1641. ac relicta ſibi vniuerſali hærede omnium bonorum burgenſaticorum Excell. Domina D. Margharita de Auſtria Brancifortte Principiſſa Buteræ eius vxore in eius vltimo, quod condidit teſtamento die 23. eiuſdem menſis, & anni, petiit eadem D. Principiſſa ſub die 28. Ianuarii 1642. in M. C. V. in banca Pinti, expediri decretum præambuli, ipſamque declarari hæredem vniuerſalem dictorum bonorum burgenſaticorum cum beneficio legis, & inuentarii, & capta informatione de morte prædicti D. Principis, præcedente decreto lato ſub die 31. eiuſdem menſis, quod capiatur informatio iuxta ſtilum, ſiluit hoc negotium per menſes nouem, & dies ſeptem, tandem iterum inſtitit ſub die 5. Nouemb. 1642. declarari hæredem cum dicto beneficio legis, & inuentarii, ſeruata forma dictæ primæ petitionis, non obſtantibus oppoſitis per Excellentiſſimum D. Magnum Comeſtabilem D. Marcum Antonium Columnam. Qua vltima petitione notificata Procuratori dicti Magni Comeſtabilis hæredis in feudalibus prædicti D. Principis eius fratris, fuit inſtatum pro legitimatione perſonæ, ex quo tam prima, quàm ſecunda petitio fuerunt præſentatæ per Procuratores ad lites, cùm ſpeciale mandatum requiratur ad adeundam hæreditatem, qua de re fuit dicta vltima inſtantia confirmata per dictam D. Principiſſam, vti de ſuo ordine factam, productam, & præſentatam ſub die 8. Nouembris 1642. Et ſtante dicta ratificatione fuit per dictum Magnum Comeſtabilem inſtatum ſub die 14. Nouembris 1642. non eſſe expediendum decretum præambuli cum beneficio legis, & inuentarii, quia tempora non largiebantur, iuxta cautelam traditam per Caſtr. conſ. 274. nu. 1. lib. 1. ibi, ſit ergo cautus Aduocatus agentis contra hæredem, qui obicit de inuentario iam confecto, vel conficiendo, dum aſſerit, ſupereſſe de tempore, vt replicet, quod nec conficere poteſt, nec iam confectum, eum iuuat, eò quod ante ipſum inchoatum, velut certus de hæreditariis viribus hæreditatem agnouit, vel ſe ei immiſcuit, vel pro hærede ſe geſſit purè, ſub qua inſtantia fuit expedita citatio ad dicendum ſuper expeditione decreti præamboli iunctis aulis, ſtante ordine Spectabilis Regentis eiuſdem M. C. ad inſtantiam ipſius D. Magni Comeſtabilis. Tandem inaudito dicto D. Magno Comeſtabili per dictam M. C. iunctis aulis ad relationem Iudicis Coppulæ fuit ſub die 31. Ianuarii 1643. expeditum dictum decretum præambuli, per quod fuit declarata hæres ex teſtamento prædicta Domina Principiſſa bonorum burgenſaticorum quondam Domini Principis eius viri, cum beneficio legis, & inuentarii conficiendi, à quo decreto appellauit dictus Magnus Comeſtabilis, & obtinuit fieri verbum in S. C. Quare nos iura prædicti Magni Comeſtabilis, ac aliorum creditorum tuentes, ampliſſimè fundabimus, decretum prædictum eſſe moderandum, ac proinde admittendam dictam Dominam Principiſſam ad confectionem inuentarii, & illius beneficio non gaudere, quatenus illud poſt dictam oppoſitionem appellatione pendente confecerit. Exploratiſſimi enim iuris eſt, hæredem non teneri, ſed tantummodò quando creditoribus, & legatariis vltra vires hæreditarias teneri nolit, l. fin. §. ſi quis autem temerario, vbi Doct. C. de iure delib. ſic etiam probant poſt infinitos, quos adducunt Rol. in tract. diuerſ. de inuent. q. 15. n. 1. Monticul. in eodem tract. q. 228. n. 1. illudque erit conficiendum intra trimeſtre, dict. l. fin. §. ſin autem dubius, Rol. in dict. tract. quæſt. 73. & nouiſſimè Borrel. qui alios citat in ſumma deciſ. tit. 18. de inuentario in communi, n. 5. tom. 3. Hinc dubitatum eſt inter Doctores, à quo tempore incipiat trimeſtre tempus ad conficiendum inuentarium, an ſcilicet à die ſcientiæ, & delatæ hæreditatis, an verò à die aditionis illius, & prima opinio eſt, quod intelligatur à die, quo quis ſcit, hæreditatem ſibi eſſe delatam, vt ex tex. in dict. §. ſin autem dubius, vai ſ. delatam, & ex gloſ. in authent. ſed cùm teſtator, in verbo ſtatutum, C. ad legem falcid. tanent Io. And. Odoff. Abb. & alii relati per Rol. dict. tract. q. 68. num. 1. per Craſſ. eodem tract. q. 541. n. 1. qua opinione attenta dicta D. Principiſſa eſt excluſa à beneficio prædicto, ſcientia enim delatæ hæreditatis fuit de menſe Nouembris 1641. & propterea declarando eius animum pro aditione hæreditatis prædictæ inſtitit in Collaterali Conſilio ſub die 28. Nouembris 1641. manuteneri in poſſeſſione feudalium, & tottoitunm prædictæ hæreditatis, tam vt valeret ſatisfieri de eius prætenſis creditis, quam pro tuitione iurium ſibi ſpectantium vti hæredi vniuerſali in burgenſaticis, quorum maior pars ſunt in Tertiis Status huius Regni, quorũ petiit retentionem, ſuper quibus inſtantiis fuit inaudito dicto Magno Comeſtabili per Collaterale Conſilium prouiſum ſub die 29. Nouembris 1641. quod intimetur parti, & interim nihil innouetur, vigore cuius decreti fuerunt expeditæ prouiſiones, & earum vigore exegit dicta D. Principiſſa ducatos 400. ſub die 4. Ianuarii 1642. per medium banci, vnde exactio intelligitur facta à dicta D. Principiſſa, ſeruata forma dictæ petitionis, & ſic vti hærede, quare non facto inuentario intra trimeſtre à die 28. Nouembris 1641. non poteſt modo declarari, quod ſit hæres cum beneficio legis

legis, & inuentarii, ſed tantùm ſimpliciter, abſque dicto beneficio ſecundùm prædictam opinionem, quam veriſſimam eſſe in caſu, de quo agitur infrà latiùs demõſtrabimus. Tamẽ ſi ſecũdò attendamus cõtrariã, & magis ęquam opinionẽ, vt intelligatur trimeſtre tempus à die aditæ hæreditatis, quam communem appellat Rom. conſ. 84. & frequentiori calculo receptam Alexand. in dict. l. fin. in princ. col. 3. vbi etiam Iaſ. col. fin. per text. in d. §. ſin autem dubius, iuncta gl. in d. verb. delatam, quæ ſupplet, & aditam hæreditatem, & per text. in dict. l. fin. §. ſi verò poſtquam, vbi expreſsè requiritur, quod ſit adita hæreditas, quos etiam aliis relatis refert, & ſequitur Rol. dict. quæſt. 68. n. 1. verſ. ſecunda opinio, per totum nu. 5. ſequitur etiam Craſſus dict. q. 25. n. 1. & latiſſimè Niger Ciriac. controu. 127. n. 5. lib. 1. controuerſ. forenſ. ac etiam Borrel. in ſumma deciſ. tit. 29. de inuent. hæred. cum beneficio legis, n. 14. & ſeq. tom. 3. & nouiſſimè Gratian. lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 563. nu. 27. & 28. adhuc ſumus in tuto, ſiquidem non ſolùm ſunt elapſi tres menſes ad inuentarium conficiendum à die inſtantiæ factæ in Collaterali Conſilio ſub die 28. Nouembris 1641. qua inſtitit pro manutentione bonorum pro iuribus ſibi vti hæredi, vt ſuprà, ſed etiam à die petitionis factæ in M. C. ſub die 8. Nouembris 1641. immò inuentarium, non ſolùm non fuit inchoatum infra 30. dies, & ſic infra menſem à die ſcientiæ delatæ hæreditatis, vel à die aditionis ipſius, iuxta dict. §. ſin autem dubius, & Doctores relatos per Roland. dict. tract. q. 70. & 74. ſed etiam nec inceptum, & completum infra alios dies ſexaginta, ſiuè duos alios menſes, ſecundùm dec. 571. Guid. Pap. quam ſequutus eſt poſt alios Rol. dicta quæſt. 73. nu. 2. & dict. q. 74. ſic etiam Craſſus vbi ſuprà, n. 2. infinitos alios adducit Cancer. var. reſol lib. 3. cap. 2. de inuentar. n. 19. & 20. Tergiuerſari enim non poteſt de aditione prædictæ hæreditatis facta per dictam D. Principiſſam, nam licèt aditio hæreditatis ſit difficilis probationis, l. 2. & 3. ff. de interrog. act. Dominus meus Marchio Torelli Reg. Capyc. Latro, magnarũ, & illuſtrium rerum ſcientia, & vſu peritiſſimus, ac nunquam ſatis laudandus dec. 8. n. 15. poſt Maſcard. de probat. concl. 40. n. 1. & Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 9. n. 5. Nigrum Cyriac. controu. 244. n. 31. lib. 2. controu. forenſ. & non præſumatur, cùm ſit quid facti, Maſcard. dict. concl. 40. nu. 8. quem & aliis relatis ſequitur nouiſſimè D. Præſ. Bellonus de iure accreſc. cap. 5. q. 48. n. 11. to. 1. D. de Franc. dec. 60. n. 3. & 10. ac dec. 80. n. 8. Magon. dec. Florent. 148. Attamen negare nequit D. Principiſſa, quod hæreditas ſola animi deliberatione acquiritur, vt in l. pro hærede, & l. gerit, ff. de acquir. hæredit. §. vlt. Inſt. de hæred. qual. & differ. cum concord. adductis per D. Reg. Capyc. Latro dict. dec. 8. n. 2. & ante eum Maſcard. loco citato, n. 3. Marant. in l. is poteſt, n. 42. ff. de acquir. hæred. & Mantic. vbi ſuprà, n. 3. etiam quod nihil hæreditatis attingatur, Iaſ. in dict. l. pro hærede, nu. 4. Achil. de Graſſ. dec. vlt. tit. de teſtam. Thomat. dec. 118. n. 18. Et licèt de hoc animo conſtare debeat per actus poſitiuos, dum non ſumus in ſuis, ſed in extraneis hæredibus, ad tradita per Bald. conſil. 432. in princ. lib. 3. & conſ. 298. circa finem, verſ. ſed in contrarium, lib. 5. quibus adſtipulantur Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 99. à n. 6. ad finem, & Thorus voto 70. num. 20. quia cùm animus ſit quid occultum, & latens, non poteſt, niſi percipi per extrinſeca, l. quidã in ſuo, ff. de cond. inſt. notat etiam gloſſ. in l. is, qui, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, quæ extrinſeca cognoſcuntur, vel verbis, vel factis, nam iſtis modis poteſt hominis voluntas declarari, vt in l. reprehendenda, vbi Bal. & alii, C. de inſt. & ſubſtit. l. Paulus reſpondit, ff. rem rat. hab. Specul. in titul. de ſucceſſ. ab inteſtat. verſ. pone quidam, plures cumulat Menoch. præſumpt. 102. nu. 1. lib. 4. Nihilominus in caſu, de quo agitur non ſolùm de animo expreſſo conſtat per expreſſionem verbalem, quæ inter actus poſitiuos connumeratur, Bal. conſ. 214. lib. 2. ſed per plures alios actus poſitiuos facti, cùm aditio præſumatur altero de duobus modis, verbis, aut factis, Menoch. præſumpt. 99. n. 6. lib. 4. de præſumpt. Crauet. conſ. 148. n. 10. cùm voluntas hominis declaretur factis ſicut verbis, vt ſuprà probauimus. Primus actus poſitiuus eſt expreſſio verbalis in ſcriptis tam in Collaterali Conſilio ſub die 28. Nouembris 1641. quàm in dicta M. C. V. dum inſtitit, declarari hæredem ratificando petitionem factam per eius Procuratorem ad lites, & ſic hæreditatem ſibi delatam adiuiſſe cenſetur, l. ſi filius 12. ff. de inter. à iure fact. Alexand. conſ. 34. col. 2. verſ. opponitur etiam, lib. 3. Anton. Faber de error. Pragm. tomo 1. decad. 2. error. 10. n. 7. immò ſufficit omne teſtimonium voluntatis, vt probat Bal. conſ. 263. in princ. lib. 1. Zabar. cõſ. 37. eo enim ipſo, quod quis petit, vel agnoſcit, videtur ſe gerere pro hærede, l. puberem, C. de iure delib. quam adducit Thorus voto 70. n. 3. & ſufficeret, ſi Procuratorem ad adeundam hæreditatem tantùm conſtituiſſet, prout cõſtituit ſub die 24. Decembris 1641. ex tali enim conſtitutione Procuratoris cenſetur adita hæreditas, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 101. n. 26. Marant. in l. is poteſt, nu. 70. ff. de acquir. hæred. Maſcardus concl. 49. de probat. D. de Franch. dec. 60. nu. 5. Hinc ſi quis dixerit, ſe velle adire hæreditatem, & deinde intra tres menſes hæc verba non renocauit, intelligitur adiiſſe, l. vlt. §. ſimili modo, C. de iure delib. quæ licèt loquatur de repudiatione, tamen de aditione quoque debet intelligi, vt ex Aſinio probat Mantica de coniect. lib. 18. tit. 11. n. 3. verſ. Item ſi quis dixerit. Eò magis quia dicta Domina Principiſſa vti hæres dicti Domini Principis eius viri inſtitit in dict. M. C. ſub die 6. Februarii 1642. inhiberi eidem M. C. quod non procederet ad confectionem preambuli dicti quondam Principis ab inteſtato in perſonam eius fratrum de Columna, ſtante inſtitutione vniuerſali in dicto teſtamento facta in eius perſonam, & inhibitionem obtinuit, ſimiliter petijt coram Spectabili Reg. Zufia ſub dicta die 6. Februarij 1642. inhiberi dict. M. C. quod non procederet ad confectionem preambuli dicti quondam Comeſtabilis D. Philippi Columnæ patris in perſonam Eminentiſſimi Cardinalis Columnæ filij, ſtante intereſſe ipſius D. Principiſſæ hæredis dicti quondam Principis, ſuper qua petitione fuit inhibitum dictæ M. C. per dictum Spectabilem Reg. Zufiam. Et

propterea

Digitized by Google

propterea comparens in iudicio vti hæres adire cenſetur, ita vt alia aditione non ſit neceſſe, Alexand. conſ. 34. col. 2. verſ. opponitur etiam, lib. 3. Aret. conſ. 136. in princ. Mauric. de coniect. lib. 12. tit. 12. nu. 13. Niger Ciriac. lib. 1. controu. forenſ. controu. 127. num. 6. hinc etiam verbis enunciatiuis prolatis ad hunc finem ab eo, qui adire poteſt aditio probatur, Farinac. deciſ. 276. n. 1. part. 1. poſth. Ludou. dec. 460. n. 1. & 2. & ante eos Thomat. dec. 118. n. 17. & 19. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 11. ſub n. 10. & dec. 325. n. 8. alios citat Craſſ. lib. 2. recept. ſent. artic. Acquiſitio hæred. q. 7. n. 13. Niger Ciriacus lib. 2. controu. forenſ. controuerſ. 244. n. 5. 7. & 8. maximè ſi enunciatio ſit facta per modum cauſæ, vt in inſtantia facta in M.C.V. & in Collaterali Conſilio pro inhibitione præambuli Magni Comeſtabilis D. Philippi, non enim poterat comparere, niſi vt hæres Principis, prout ſic aſſeruit, vt ex Maſcar. concl. 41. nu. 11. & 12. probat Niger Ciriac. vbi ſup, nu. 9. ſic etiam dicens, hæreditatem ad ſe pertinere, vt in caſu noſtro adire cenſetur, vt per Gram. dec. 103. n. 205. Bart. in l. ſi filiusfam n. 2. ff. de tutel. quem refert, & ſequitur Bal. in l. potuit, n. 13. C. de iure delib. qui etiam dixit hoc idem procedere, vbi quis dixerit, ego ſum hæres, idem voluit Ant. Perez Siglier in manipulo florum, nu. 3. in volumine ſuorum conſiliorum, & ſic deciſum teſtatur D. de Franc. dec. 694. vbi Addent. omnes, & aliam deciſionem S.C. refert Thorus voto 24. n. 17. in cauſa N. Florilli cum Franciſco Anaſtaſio in banca Cioſſi, & voto 84. nu. 325. Et in proprijs terminis dum quis mouit actionem ſuper hæreditate, vt dicatur adiuſſe, fuit deciſum per Rotam Romanam 4. Nouembris 1581. coram Blanchetto, vt refert Epiſcopus Riccius collect. 3476. verſ. amplia 12. par. 8. & ſic præambulum non eſt neceſſarium, ſed ſufficit declaratio, quod ſit hæres, quæ pro aditione habetur, Niger Ciriac. vbi ſuprà n. 7. & 8. ſequitur Mantica loco citato ſub n. 5. Menoc. dict. lib. 4. præſumpt. 100. nu. 22. qui actus fieri non poterat citra ius, & nomen hæredis, & propterea adire cenſetur, l. pro hærede, & l. pupillus, aliàs Iulianus, §. fin. ff. de acquir. hæred. Ludouiſ. dicta dec. 460. nu. 6. D. Reg. Capyc. Latro dict. deciſ. 8. nu. 3. Afflict. dec. 14. n. 7. D. de Franch. dec. 80. n. 2. Menoc. de præſumpt. in præſumpt. 101 nu. 18. Rota Genuæ dec. 105. Quod procedit, etiam ſi ſcriptura, in qua ſit facta, d. confeſſio ſit inualida, adhuc enim aditionem probat, cùm ex actu nullo etiam declaratur voluntas, l. in teſtamento, ff. de fideicom. miſſ. libert. l. fin. vbi Bart. ff. de reb. eor. Dec. in cap. cùm acceſſiſſent, nu. 88. extra de conſt. Maſcard. de probat. concl. 40 n. 2. cum alijs per Menoch. dict. præſumpt. 100. n. 3. & per Craſſ. dicto articul. acquiſitio hæreditatis, q. 8. n. 3. ac etiam ſi ſit facta parte abſente, quia declaratio voluntatis non requirit partis præſentiam, Crauett. conſ. 148. n. 10. Vnde etiam attentis dictis petitionibus factis in M.C. & in Collaterali Conſilio, in quibus hæredem quondam D. Principis ſe vocauit non eſt admittenda eadem D. Principiſſa ad dictum beneficium inuentarij, ſtante lapſu termini ad illud conficiandum. Nec haberi poteſt ratio de comparitionibus præſentatis in M.C.V. per dictos eius Procuratores ſub die 28. Ianuarij 1642. & ſub die 5. Nouembris eiuſdem anni, quandoquidem dicti Procuratores erant tantùm ad lites, & ad adeundam hæreditatem ſpeciale requiritur mandatum, l. Paulus reſpondit per Procuratorem, ff. de acquir. hæred. Ludou. dec. 460. n. 3. & licèt vltima petitio præſentata ſub die 5. Nouembris 1642. per dictum eius Procuratorem ſit ratificata per dictam D. Principiſſam ſub die 8. Nouembris 1642. cùm nulliter fuerit præſentata à Procuratore non habente ſpeciale mandatum, ratificatio debat intelligi vt ex nunc, idaſt à die petitionis dicti Procuratoris, arg. l. obſeruare, ff. de offic. Proconſ. & leg. vbi Bart. optimè, & ſingulariter Honded. conſ. 38. n. 21. ibi non operatur ratificatio, quod actus nullus valeat vt ex tunc à tempore, quo actus fuit geſtus, ſed tantùm facit illum valere ex nunc à tempora ratificationis, ſic etiam probat Surd. dec. 70. n. 17. & dec. 245. vbi n. 4. verſ. fuit tamen concluſum, ſic iudicatum per illum Senatum teſtatur. Secundus actus eſt retentio bonorũ mobiliũ, ſcripturarũ, inſtrumentorum, & nominum debitorum hæreditariorum penès ſe, ex tali enim retentione cenſetur adita hæreditas, Bart. in l. gerit, nu. 28. Maranta in l. is poteſt, poſt nu. 57. ff. de acquir. hæred. immò ex retentione dictorum inſtrumentorũ, & nominum debitorum, cenſetur apprehendiſſe illorum poſſeſſionem, ad tax. in l. 1. C. de donat. latè Doctores in l. 3. maximè Alex. ff. de acquir. poſſ. Bal. in l. penſionem, n. 5. de pact. & adita hæreditate ipſo iure tranſeunt nomina debitorum, l. cùm hæredes, ff. de acquir. poſſeſ. & eſt textus punctualis in l. fin. ff. quor. bon. & quamuis aditio ſit facta in parte hæreditatis, tamen intelligitur adita tota hæreditas, l. 1. ff. de acquir. hæred. quæ eſt præſumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, gloſſ. in l. ſi duo, cod. tit. Mantica de coniect. lib. 12. tit. 12. nu. 19. Tertius actus eſt, nam exegit nomina debitorum mediante ipſius perſona, vt ex partita banci ſub die 4. Ianuarij 1642. ducat. 400. Et licèt prædictam quantitatem exegerit vigore prouiſionum Collateralis Conſilij pro executione decreti lati ſub die 29. Nouembris 1641. attamen illud decretum fuit latum ſuper memorialibus porrectis, & præſentatis per ipſam, vt ex rubrica decreti prædicti, in quibus inſtitit pro retentione bonorum feudalium, & introituum huius Regni pro conſecutione ſui crediti, ac tuitione iurium ei ſpectantium vti hæredi burgenſaticorum, & proinde exactio fuit facta iuxta petita, & ſic hæreditatem adiuit, exigendo nomina debitorum, l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæred. Soc. conſ. 45. lib. 4. Menoch. præſumpt. 101. n. 18. vbi alios adducit lib. 4. Farinac. dec. 644. ſub num. 3. par. 2. poſth. Ludou. dec. 98. nu. 2. Craſſ. lib. 2. recept. ſent. dict. art. acquiſitio hæreditatis, quæſt. 10. n. 18. & 19. Marant. in d. l. is poteſt, num. 78. Mantica dict. tit. 12. n. 14. & alij apud Nigrum Ciriacum dict. controu. 244. n. 12. ac etiam exigit alios ducatos 6880. à die 9. Decembris 1641. vſque ad 20. Februarii 1642. etiam mediante perſona eius Procuratorum, nec dicatur, quantitates prædictas exegiſſe etiam vigore prouiſionum, tamen quia decretum prædictum latum ſub die 29. Nouembris 1641. fuit reuocatum

per

per ſequeſtrum ordinatum ſub die 5. Decemb. 1641. & ſic exegit vti hæres, tum quia etiam ſi exigiſſet vigore dictarum prouiſionum, adhuc exegit vti hæres, ſeruata forma petitionis, ſuper qua fuit interpoſitum decretum. Vnde quatenus fructus maturati in vita teſtatoris ſpectarent ad ipſam hæredem in burgenſaticis, dum fuerunt ab ipſa exacti, cenſetur adiiſſe hæreditatem, & hæreditario nomine exigiſſe, quod facere nequiuerat vti creditris, tum quia creditori retentio tantùm aliquando conceditur, tum etiam, quia non præſumitur velle retinere pro credito, quod ei competit alio titulo lucratiuo, dum pro prætenſo credito dotis, & anteſati poſt dictas exactiones factas inſtitit ſatisfieri ſuper feudalibus, ſuper quibus petijt, aſſiſtentiam ſibi præſtari, nulla facta mentione de retentione bonorum mobilium, nec de exactione in computum crediti, & ſic præſumitur velle illa retinere titulo hæreditario, vt ex petitione ſub die 15. Februarij, & ſic enixam habemus voluntatem dictæ aditionis, quæ in prædicto caſu præſumitur, dum altàs eſſet inconueniens, quod D. Principiſſa iniuſtè poſſideret, & retineret mobilia, ac pecunias exactas, ad tradita per Bart. in l. gerit, n. 20. ff de acquir. hæred. Anchar. conſil. 252. n. 3. verſ. ad huius deciſionem, quos refert, & ſequitur Farinac. dec. 638. n. 1. in fine, par. 2. ad quam probandam ſufficeret dicta procuratio facta ad exigendum, ſecundùm Bal. conſ. 263. lib. 1. etiam quod non ſit facta hæreditario nomine, nam adhuc inducitur aditio, ex quo non poteſt exigere, niſi ſit hæres, vt per eundem Bal. loco citato ſub nu. 7. verſ. auget dubitationem, Burſ. conſ. 463. n. 10. quos ſequitur Niger Ciriac. dict. controu. 244. n. 11. & in dubio exactio præſumitur facta titulo hæreditario, non iure crediti, vt deciſum teſtatur Puteus dec. 437. lib. 1. aliamque deciſionem refert Epiſcopus Riccius collect. 2808. verſ. ſed quæro, in caſu præſenti ſumus in claris, tam ex prædictis, quàm etiā dū D. Principiſſa ſub die 24. Decembris 1642. vti hæres vniuerſalis in burgenſaticis vigore dicti teſtamenti conſtituit Procuratorem Pompeum Columnam ad exigendum, & recuperandum omnia bona dicti eius viri in Ciuitate Tarragonæ, & in alijs locis Hiſpaniæ, ac ad illa vendendum, & de pretio ſatisfaciendum creditoribus dicti eius viri, quæ bona vigore prædictæ procurationis fuerunt recuperata, ac vendita, & pretium pro parte fuit ſatisfactum creditoribus, & legatariis in dicto teſtamento deſcriptis, dum enim conſtituit vti hæres procuratorem ad exigendum, cenſetur adiiſſe hæreditatem, vt es Bal. conſ. 63. notat Marant. in dict. l. is poteſt, nu. 49. Rota Genuæ dec. 105. eoque magis, dum in dicto mandato fuit per dictam D. Principiſſam conceſſa poteſtas bona hæreditaria vendendi, ex hoc enim etiam hæreditas adita iudicatur, l. pro hærede, l. proinde, ibi res tempore perituras à cōtrario ſenſu, & l. ſi quis bona, §. ſed ſi mādauit, ff. de acquir. hæred. Veral. dec. 26. par. 2. Corn. conſ. 165. col. 9. in fine, vol. 2. Marant. loco citato nu. 55. D. de Franch. dec. 80. nu. 1. & etiam quia voluit, vt de pretio perueniendo ex venditione bonorum hæreditariorum ſatisfaceret Procurator debita prædicti D. Principis in teſtamento enunciata, & alios ducatos 400. de 1-tos per D. Principem illis de Cordone perſoluit, & proinde per ſolutionem debiti hæreditarij cenſetur adita hæreditas, l. 2. C. de iure delib. Farinac. qui ſic deciſum teſtatur dec. 638. nu. 5. par. 2. Ludouiſ. dict. dec. 98. n. 5. Surd. dec. 303. n. 16. Corn conſ. 310. col. 1. vol. 3. Alexand. conſil. 32. colu. 1. vol. 3. Dec. conſ. 449. Magon. deciſ. Lucenſ. 24. n. 20. & alij apud Marant. loco ſuprà indicato, nu. 72. ac etiam per ſolutionem legatorum, Caſt. conſ. 292. col 3. verſ. ſuper ſecundo, vol. 2. Socin. conſ. 295. col. 2. vol. 2. Maranta vbi ſuprà, n. 74. Seratin. dec. 1407. n. 4. Coccin. deciſ. 168. n. 1. Subſtantia namque aditionis eſt ſcientia delatæ hæreditatis, Rota diuerſ. dec. 541. par. 1. quæ ſcientia adeſt in caſu noſtro, dum in eodem mandato procurationis D. Principiſſa aſſerit ſe hæredem burgenſaticorum vigore teſtamenti rogati ſub die 23. Septembris 1641. in Ciuitate Tarragonæ per Notarium Michaelem Gibert, & proinde aditio tergiuerſari non poteſt. Nec dicatur, in dicta procuratione fuiſſe expreſsè dictum, quod aditio dictę hæreditatis fieret per Procuratores cum beneficio legis, & inuentarij, quandoquidem ibi habuit pro abſoluto D. Principiſſa hæreditatem adijſſe, dum hæredem ſe eſſe fatetur, & proinde ſubdit verba illa, ſi neceſſe fuerit, eò magis dum per prius D. Principiſſa ſimpliciter hęreditatem prędictam adiuerat, ac etiam quia exegerat pecuniarum quantitates hęreditatis ante conſtitutionem dicti procuratoris, & tandem dum neque fuit producta aditio cum dicto beneficio legis, & inuentarij facta per dictum Procuratorem, qui pretium bonorum venditorum D. Principiſſæ conſignauit, ac etiam ſcripturas, & mobilia non vendita, nec etiam inuentarium produxit dictorum bonorum exiſtentium extra hoc Regnum, pro cuius confectione datur annus à die mortis teſtatoris, vt in dict. l. fin. §. ſin autem à locis, C. de iure delib. ibi, ſin autem à locis, in quibus res hęreditariæ, vel maxima pars earum poſita eſt, hęredes abeſſe contingerit, tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum damus ad huiuſmodi inuentarij conſūmationem, ſufficit enim pręfatum tempus, & ſi longiſſimis ſpatijs diſtant, ſequitur D. Conſil. Gizzarel. dec. 42. n. 3. qui n. 26. & 27. pluries deciſum refert, inuentarium confectum poſt tempus à iure conſtitutū non prodeſſe, iuxta tex. in d. l. fin. §. ſin autem hoc aliquis. Quartus eſt actus, nam paſſa fuit conueniri vti hęres dicti quondā D. Principis à D. Camillo Columna pro recognitione albarani confecti per D. Principem in eius beneficium, & quia illud continebat, nedum actionem feudalem, pro qua fuit notificatus Procurator D. Comeſtabilis, ſed etiam burgenſaticam, ratione cuius fuit citata D. Principiſſa in eadem banca Pinti, vbi inſtiterat D. Principiſſa pro expeditione decreti pręambuli. Minus obſtat pręrenſio D. Principiſſę, tempus conficiendi inuentarium currere à die interpoſitionis decreti præambuli in M. C. non autem à die petitionis interpoſitionis illius, vel aditionis, ſiuè immixtionis, & quod dum non fuerat decretum prędictum interpoſitum, tempus non incępit currere. Pro reſponſione enim animaduertendum puto, quod pręambulum de iure communi non eſt notum, ſed tantùm aditio,

Digitized by Google

vel immixtio, illudque fuit adinuentum per ritus M. C. V. pro liquidando inſtrumento ad inſtantiam hæredis creditoris, ſiquidem in ritu 167. in fine ſtatuitur, vt hæres, qui voluerit inſtrumentum liquidare contra debitorem paternum, doceat ſe hæredem per publica inſtrumenta, & in ritu 181. ampliando fuit ordinatum, quod ſi hæres non habeat publicum inſtrumentum, per quod conſtat ſe eſſe hæredem, poſſit dare petitionem, & probare per quaſcunque probationes, ſe eſſe hæredem, & interpoſito decreto, quod ſit hæres, liquidabit inſtrumentum, & Carau. ibi n. 2. & 3. ponit formam petitionis, & decreti, & in alio ritu 286. fuit ſimiliter ſtatutum, quod hæredes volentes liquidare inſtrumentum, debent præſentare petitionem præambuli, & ſic debet præcedere præambula probatio, quod ſit hæres, vt valeat inſtrumentum liquidare iuxta ritum 181. vbi Carau. nu. 1. præambulum enim dicitur liquida probatio aditionis hæreditatis, D. Conſil. Theodorus alleg. 17. nu. 41. in quo perfecta vtriuſque iuris ſcientia, atque ingens aliarum virtutum cumulus eſt, immò ſi decretum præambuli non contineat expreſsè clauſulam liquidandi inſtrumenta, nec poterit liquidare, vt teſtatur Thorus voto 84 n. 335. & 336. Et proptereà tale præambulum neceſſariò ſolùm in liquidatione inſtrumenti requiritur, vt dictant ritus prædicti M. C. quamuis hodie generaliter deſeruiat in omnibus caſibus, in quibus neceſſe eſt demonſtrare, quem eſſe hæredem alicuius. Hinc videmus, quod ſi quis agat iudicio ordinario vti hæres alicuius, & præſentat tantummodò teſtamentum, in quo fuit inſtitutus hæres, obtinet, etſi non producat præambulum, nam eo ipſo, quod dicit eſſe hæredem, & præſentat teſtamentum, adire cenſetur, vt ſuprà fundauimus, quod ſecùs erit, ſi ageretur contra aliquem vti hæredem debitoris, nam etiam ſi per teſtatorem produceretur teſtamentum ad probandum conuentum eſſe hæredem debitoris, non obtinebit, illo negante eſſe hæredem, niſi doceat, illum ſe immiſcuiſſe hæreditati exigendo à debitoribus, vel ſoluendo creditoribus hæreditatis, ad tradita per Bellug. in Specul. Princip. loco infrà citando. n. 56. verſ. tedeamus, vel producat aliquam confeſſionem factam per ſcripturam, in qua ſe hæredem aſſerit debitoris, quæ plenè probat aditionem, ex ſuprà adductis. Hinc inoleuit praxis in his Tribunalibus ſemper obſeruata, vt fiant præcepta per Iudicem conuentis ad declarandum, ſi ſunt hæredes, & ſi tenent, & poſſident bona hæreditaria, de qua teſtatur Bellug. in Specul. Princip. rub. 41. §. leges Regni, nu. 56. verſ. ideò eſt bona cautela, quem ſequitur Gallupp. in praxi S. C. in nouiſſima impreſſione, par. 1. cap. 6. n. 22. D. Conſil. Gizzarel. dec. 48. ſub nu. 1. Muſcatel. magnus practicus in praxi S. C. par. 3. gloſſ. hæreditaria, per totam, D. Reg. Rouitus ſummæ eruditionis, ac magni nominis, cuius doctiſſima commentaria, conſilia, & deciſiones veram, ac perpetuam laudem merentur, in Pragm. 6. de offic. Iudic. Ex quibus ſatis clarè liquet, ad probandum aliquem eſſe hæredem, & hæreditatem adiiſſe, non eſſe neceſſarium præambulum, & proinde cùm conſtet de aditione per plures actus, & tempus conficiendi inuentarium ſit elapſum, tenetur D. Principiſſa creditoribus, & legatarijs etiam vltra vires hæreditarias, dict. l. fin. §. ſin verò, Rol. de inuent. q. 22. quæ nec per viam reſtitutionis in integrum admitti poteſt ad illud conficiendum, mulieri enim ſuffragatur reſtitutio in integrum ſolùm aduerſus ſolemnitates omiſſas, vt deciſum teſtatur D. Præſ. de Franc. cuius omnes vno ore prædicant virtutem, & exactiſſimam iuris ſcientiam, dec. 229. aliaſque deciſiones refert Regens Capye. Latro conſult. 57. n. 4. qui licèt ſupra nu. 17. & ſeq. adducat nonnullos Doctores, tenentes etiam, aduerſus non confectionem inuentarij mulierem in integrum reſtitui, tamen prædicti Doctores loquuntur, quando peritiores conſulere non poterat mulier, quod ceſſat in caſu præſenti, ac etiam quia contrarium fuit deciſum, vt ſuprà adduximus. Nec allegata impedimenta per dictam D. Principiſſam ſubſiſtunt, non primum, quod fuit impedita à dicto Magno Comeſtabili pro expeditione decreti præambuli, nam licèt ipſe comparuiſſet, non tamen impugnauit teſtamentum præſentatum abſque legalitate, immò illud expreſsè approbauit, & inſtitit tractari iunctis aulis propter grauitatem negotij, & perſonarum, dum non erat expediendum pro bonis fideicommiſſo aſcendentium ſubiectis, ſeruata forma teſtamenti Magni Comeſtabilis D. Philippi producti, & portionum debitarum vigore Conſuetudinis Neapolitanæ pro bonis antiquis ſitis intra diſtrictum, & ſic nullum præſtitit impedimentum, ſed tantùm inſtitit audiri pro dictis eius iuribus, & propterea erat audiendus pro ſuo intereſſe, & qui iure ſuo vtitur, nemini iniuriã facit, l. Grachus, C. ad l. Iul. de adult. cum alijs concordantibus adductis per D. Conſil. Gizzarel. dec. 7. n. 62. & non prohibebatur D. Principiſſa interim conficere inuentarium, dum iam adiuerat hæreditatem, & præambulum ſolummodò declarat, quem eſſe hæredem, ſtante inſtantia facta, quod eſt hæres. Immò ſi impedimentum dici poſſet, facilè illud reparare poterat procurando expeditionem cauſę, quod nullatenus egit in tot menſibus, & proinde hæres non excuſatur, & cenſetur, ac ſi non fuiſſet impeditus, & tempus currit, vt notabiliter habetur in l. quibus diebus, in princ. ff. de cond. & demonſt. in l. ſed ſi per Prætorem, §. ait Prætor, ff. ex quibus cauſ. major. Gratian. cap. 798. nu. 7 lib. 4. diſcept. forenſ. vbi alia iura citat, Rol. dict. q. 80. nu. 2. & propterea non eſt ei ſubueniendum, dum potuit impetrare quod facilè obtinuiſſet, l. 1. § fin. ff. de aqua quotid. & æſtiua, D. de Medic. conſ. 127. per totum, tunc enim non dicitur impeditus, Gratian. vbi ſuprà, n. 23. Cene. de cenſ. q. 59. n. 36. & dec. 328. n. 5. in nouiſſ. impreſſ. & dum poterat remoueri recurrẽdo ad M. C. non excuſatur, Surd. dec. 189 nu. 31. & dec. 203. n. 16. Secundum impedimentum, quod teſtamentum productum non erat legale, & quod proinde procurauit aliud cum legalitate ſub die 10. Octobris 1642. quod præſentauit ſub die 15. Nouembris 1642. ſimiliter tollitur, nam vt diximus, D. Magnus Comeſtabilis teſtamentum productum abſque legalitate non impugnauit, & M. C. poterat expedire dictum decretum præambuli, dum nulla aderat oppoſitio D. Magni Comeſtabilis, cutus interera 1, ſecundò, quia-

dò, quia terminus trium menſium currit à die ſcientię delatæ hæreditatis, vel à die aditionis illius, non autem à die expeditionis decreti præambuli, tertiò, nam hoc impadimentum ſibimet dedit ipſa D. Principiſſa, dum præſentauit illud non legale, & intra tres menſes ad plus procurare poterat cum legalitate, dum vltimum, quod præſentauit, ad eius manus peruenit infra dies 35. dum fuit exemplaium in Ciuitate Tarragonæ ſub dicta die 10. Octobris 1642. & fuit præſentatum ſub die 15. Nouembris 1642. & ſic dum intra ſeptem menſes non procurauit, ſibi imputet. Vltimò, vt diximus, ſufficit, quod daclaraſſet, ſe eſſe hæredem, vel bona hæreditaria retinuiſſet, & exegiſſet, vt hæreditatem adire dicatur, cùm præambulum tantùm interponatur, vt declaretur, quod ſit hæres. Nec tandem obſtat alia exceptio, in qua totum fundamentum facit D. Principiſſa, hunc articulum fuiſſe aliàs propoſitum, & deciſum per Collaterale Conſilium ad eius beneficium, ſiquidem in ſecunda nullitate propoſita per dictum Magnum Comeſtabilem die 16. Septembris 1642. aduerſus decretum, per quod fuerat prouiſum, quod aſſignentur Statua Atiſſæ, & Manupelli, aliæque Terræ D. Principiſſæ in computum eius crediti, cum cautione de reddendo computum, &c. fuit expreſsè dictum, decretum prædictum eſſe nullum ex duobus, præcipuè Primò, quia dum D. Principiſſa eſt hæres vniuerſalis in burgenſaticis, ac etiam exegit bona hæreditaria poſt mortem, ſtatim cenſetur nedum confuſa, ſed penitus extincta actio, & prætenſum creditum, ex l. debitori, C. de pact. & l. ſi debitori creditor, ff. de fideiuſſ. Secundò, nam quatenus hæreditatem non adiuerit, non poterat interponi decretum prædictum, dum antequam declaretur, an ſit hæres, non poterat agere, l. vt debitum, C. de hæred. act. dum per Collaterale Conſilium omnia prædicta fuerunt reiecta, pronunciando, nullitates non obſtare mediante decreto ſub die 12. eiuſdem menſis, & anni interpoſiti. Siquidem, ſicuti inanis eſt prætenſio, ita facili negotio reſoluitur, nam Domini Regentes nec etiam ſomniati ſunt hunc articulum decidere, quia hoc non fuit diſcuſſum, non enim fuerunt productæ exactiones, ac procurationes, & confeſſiones, vt ſuprà factæ, & productæ in M.C. & in hoc ſufficiat pro teſtimonio veritatis viuæ vocis oraculum integerrimi Iuris peritiſſimi, ac acutiſſimi ingenij Domini mei Præſidis S.C. qui in dicto articulo nullitatis in Collaterali Conſilio votauit, & iam in deciſione huius cauſæ interuenit, & præeſt. Ideoq; in ſecunda nullitate fuit oppoſitum, quod quatenus D. Principiſſa prætenderet, adhuc non adiiſſe hæreditatem, tamen decretum erat nullum, ex dict. l. vt debitum, dum non erat daclarata hæres, tamen quia fuit deciſum, nullitates non obſtare, fuit habitum pro vero, à D. Principiſſa fuiſſe aditam hæreditatem, quia aliàs non fuiſſet admiſſa ad agendum, ad tex. in dict. l. vt debitum, & ſic dictum decretum reijciens nullitates fuit fundatum ſuper illa ratione ſuprà adducta, quia dicta D. Principiſſa adierat hæreditatem. Et ex his indicandum ſpero, eſſe reuocandum decretum præambuli cum beneficio legis, & inuentarij bonorum burgenſaticorum dictæ D. Principiſſæ eius vxoris, ſeruata forma teſtamenti, & declarari, illam eſſe hæredem, abſque beneficio legis, & inuentarij, ac demptis portionibus debitis dicto D. Magno Comeſtabili, & ſtatibus ſuper bonis antiquis in diſtrictu exiſtentibus, ſeruata forma Conſuetudinis Neapolitanæ, & reſpectu bonorum fideicommiſſo ſubiectorum audiri Eminentiſſimum Cardinalem Columnam Ducem Paliani hæredem vniuerſalem dicti Magni Comeſtabilis patris. Michael Angelus Gizzius. Verùm quia inſurrexerunt aliæ difficultates ſuper eodem negotio, propterea aliæ fuerunt additæ reſponſiones in facto, & in iure, vt demonſtratur in ſequentibus allegationibus.

Hæres inſtitutus ab alio abſente aſſerendo ſe hæredem, nulla facta mentione de beneficio inuentarij, item data tali aſſertione an ſufficiat ſemel petiiſſe declarari hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, præterea ſi benè heres exegerat certam ſummam pecuniarum hereditatis, illam vti creditrix, & citra ius, & nomen hæredis exegerat, inſuper ſi benè annus elapſus fuerat ad conficiendum inuentarium, proceſſerat ex impedimento coheredis, ac etiam quia exigitur citatio creditorum ad conficiandum inuentarium, quæ non poteſt expediri ex ſola preſentatione teſtamenti, cùm debeat præcedere decretum præambuli, demum, quia coheres in feudalibus cùm non ſit creditor, fruſtrà allegata opponere videbatur, cùm ipſe contribuere teneatur in ſolutione crediti hæredis inſtituti, ac aliorum creditorum per contributum, & actio crediti hæredis inconfuſa pro ea parte, pro qua eſt hæres, non autem pro alijs, quocirca ad repulſam prædictorum fuerunt ſequentia in iure allegata per ſolertiſſimum Aduocatum. Etſi ex his, quæ in alio reſponſo deducta ſunt clariſſimè liqueat de iuſtitia dicti Magni Comeſtabilis Columnæ, ac aliorum creditorum, qui poſteà comparuerunt ad excluſionem D. Principiſſæ Buteræ, vt nullatenus valeat declarari hæres cum beneficio inuentarii, ſed tantùm ſimpliciter abſque dicto beneficio, attamen quia aliqua fuerunt motiua excitata per D. Aduocatum D. Principiſſæ ad adumbrandum notoriam iuſtitiam dicti D. Magni Comeſtabilis, ac aliorum creditorum, exiſtimaui, quamuis non neceſſariò, oppoſita refellere, vt omnis ceſſet dubitandi anſa Dominis ius dicentibus. Dicit primò D. Aduerſarius, quod licèt in memorialibus porrectis S.E. ſub die 28. Nouembris 1641. aſſerat D. Principiſſa, eſſe hæredem quondam D. Principis Buteræ in burganſaticis, nulla facta mentione de beneficio inuentarij, ac etiam in mandato procurationis per ipſam facto ſub die 24. Decembris 1641. vti hæredem dicti D. Principis in perſonam Pompei Columnæ, nulla facta proteſtatione de dicto beneficio inuentarij, attamen erat prohibita petere declarari hæredem cum dicto benaficio inuentarij intra trimeſtre datum ad conficiendum inuentarium, prout petiit ſub die 28. Ianuarij 1642. eò magis, quia ex dicto mandato procurationis colligitur mens, & voluntas ipſius adeundi hæreditatem cum dicto beneficio inuentarii. Secundò dicit, quod licèt poſt 28. Ianuarii 1642. in aliis duabus inſtantiis factis in Collatarali Conſilio ſub die 6. Februarii 1642. in quibus ſe hæredem vocauit dicti quon-

dam Principis abſque expreſſione beneficij inuentarij, nihilominus quia ſufficit, ſemel ipſam periiſſe declarari hæredem cum dicto beneficio inuentarij per actus contrarios poſteà ſubſequutos, nullum ſit præiudicium petitioni factæ cum beneficio inuentarij. Tertiò, etſi exegerit pecuniarum quantitatem hæreditatis poſt mortem quondam Principis, illam exigit vti creditrix citra ius, & nomen hæredis, ac etiam vti Vicaria Generalis vigore prouiſionum Collateralis Cõſilij expeditarum ſub die 29. Nouembris 1641. Quartò, quod licèt ſit elapſus annus ad conficiendum dictum inuentarium bonorum exiſtentium extra Regnum, tam à die 24. Decembris 1641. quo procuratorem conſtituit dictum Pompeum, vt ſup. quàm à die 28. Ianuarij 1641. quo petiit declarari hæredem cum beneficio inuentarij in M. C. tamen hoc euenit ex impedimento dato per dictum D. Comeſtabilem, dum petiit in menſe Februarij 1642. cauſam tractari iunctis aulis M.C.V. eò magis, quia M.C. noluit decretum præambuli expedire, quia teſtamentum productum non erat cum legalitate, & quod proinde annus reſpectu bonorum extra Prouinciam non incepit currere, ſtantibus dictis impedimentis. Quintò, quia dum ad conficiendum inuentarium ſolemne requiritur citatio creditorum, & intereſſe prætendentium, quæ non poteſt expediri ex ſola præſentatione teſtamenti, cùm debeat priùs præcedere decretum præambuli Magnæ Curiæ interponendum in beneficium hæredis, ad quod citat Gratian. cap. 767. diſcept. foren. n. 28. Ideo terminus currit à die interpoſitionis dicti decreti præambuli. Sextò, nam D. Magnus Comeſtabilis non eſt creditor hæreditatis dicti quondam D. Principis, ſed tantùm cohæres in feudalibus, ideoque fruſtrà hoc opponit, cùm teneatur contribuere in ſolutione crediti ipſius D. Principis, ac aliorum creditorum per contributum, & actio crediti D. Principiſſæ ſit confuſa pro ea tantùm parte, pro qua eſt hæres, non autem pro aliis portionibus aliorum cohæredum, contra quos ſalua remanet actio, ad quod allegat tex. in l. ſi adulta, C. de hæred. act. & quod proinde ſit legitimus contradictor. Hæc in ſumma opponuntur ex aduerſo, omnia tamen facillimè ex infraſcriptis currenti calamo ob temporis anguſtiam adnotatis reſoluuntur. Prima igitur oppoſitio non obſtat, ſiquidem de dicta comparitione præſentata ſub die 28. Ianuarij 1642. nulla poteſt haberi ratio, cùm ſit præſentata per Procuratorem ad lites, & licèt ratificata ſit per D. Principiſſam ſub die 8. Nouembris 1642. illa tamen ratificatio intelligitur à die ratificationis, vt latè fuit fundatum in alio primo reſponſo, immò etiam obſtaret, quandoquidem ſi hæres à principio adiit hæreditatem ſimpliciter abſque beneficio inuentarij, vel abſque proteſtatione, ſe velle eſſe hæredem cum beneficio inuentarii, non poteſt intra trimeſtre tempus dictam aditionem reuocare, & hæreditatem adire cum beneficio inuentarii, requiritur enim à principio proteſtatio, quod intendit adire hæreditatem cum beneficio inuentarii, & quod illud poſteà intra tempus à iure ſtatutum conficiat, vt habetur ex cautela, quam pro inſtructione hæredum tradit Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, in finalibus verbis, n. 25. ff. ſi cui pluſquam, per l. falc. Ibi caueant omnes hæredes, qui volunt gaudere beneficio inuentarii cùm adeunt, vel ſe immiſcent, ſemper alleranr, ſe velle inuentarium conficere, & eius beneficio gaudere, aliàs tanquam certi de hæreditatis viribus viderentur hæreditatem agnouiſſe, nec conficiendo poſteà inuentarium, quicquam eis proficeret, l. fin. §. cùm igitur, ibi nullo indigent inuentario. hæc Ang. quẽ ſequutus eſt Dec. conſ. 631. n. 6. vol. 2. aliamque cautelam, ne hæres ex actibus, quos gerit, importantibus hæreditatis aditionem abſque beneficio inuentarii, teneatur creditoribus, ſi hæreditas ſoluendo non ſit, tradit Durant. de arte teſtandi, tit. 11. caut. 5. n. 2. vt ſcilicèt ab initio proteſtetur, ſe nihil geſſurum animo adeundi hæreditatem, & ne per actus ex interuallo factos poſt proteſtationem videatur ab illa receſſum, donec ibi n. 3. proteſtationem eſſe concipiendam verbis ſignificantibus futurum tempus. Et magis in noſtris terminis eſt doctrina ſingularis Dec. in l. debitori, n. 5. & 16. C. de pact. vbi, quod ſi creditor adeat ſimpliciter hæreditatem debitoris, licèt infra tres menſes conficiat inuentarium, adhuc tamen actio pro eius credito eſt confuſa, ſecùs verò ſi illam à principio adiiſſet cum beneficio inuentarii, rationibus per eum ibi adductis. Et licèt non me lateat, aliquos Doctores in contrariam iuiſſe ſententiam, vt proteſtatio non ſit neceſſaria, dummodò infra trimeſtre conficiatur inuentarium. Hæ tamen contrariæ Doctorum opiniones diſtinctione conciliantur per eoſdem Doctores, quos in contrarium adduci poſſunt, vt prima opinio, quam Ang. & Dec. probant, procedat, quoties tempore, quo hæres adit hæreditatem, affirmaret, illam eſſe locupletem, & ſoluendo, & ſit tuta de opulentia hæreditatis, vt per Paul. de Caſt. conſ. 274. ſub n. 2. vol. 1. ſecunda verò opinio procedat, vbi ſimpliciter quis adiit hæreditatem, nulla facta mentione, quod illa ſit locuples, & ſoluendo, vel non. Et proinde etiam attenta hac opinionum conciliatione, res eſt in tuto pro nobis, dum in memorialibus porrectis S.E. ſub die 28. Nouembris D. Principiſſa manifeſtiſſimè aſſerit, hæreditatem prædictam burgenſaticam eſſe maximi valoris, & ſic vti certa de viribus hæreditatis inuentario non indigebat, ad tex. in dict. l. fin. § cùm igitur, ibi, ſiquidem recta via adire maluerit hæreditatem, & ſpe certiſſima hoc fecerit, vel ſe immiſcuerit, vt non poſtea eam repudiet, nullo indiget inuentario, Vel dicamus, quod Doctores, qui contrarium tenent, loquuntur, vt poſſit tantùm hæres, qui hæreditatem ſimpliciter adiit intra tres menſes inuentarium conficere, non autem quod infra eundem terminum declarare poſſit, velle hæreditatem adire cum beneficio inuentarii, reuocando priorem confeſſionem factam ſimpliciter, & inuentarium facere quandocunque ſibi videbitur, prout fecit D. Principiſſa, dum illud, attenta opinione prędictorum Doctorum, facere tenebatur intra tres menſes à die 28. Nouembris, vel à die 24. Decembris 1641. & ſic ad peius per totum diem 24. Martii 1642. & tamen illud præſumitur confectum ſub die 21. Martii anni ſequentis 1643. & ſic poſt annum à die lapſus termini trium mẽſium, quod facere nequiuit, cùm nec Iudex poſſit prorogare, vel abbre-

uiare

uiare terminum à lege ſtatutum ad inuentarium conficiendum, dilatio enim non reſpicit actum per Iudicem expediendum, vt ea Bal. & Iaſ. in dict. l. fin. probat Duran. de arte teſtandi dict. tit. 11. caut. 8. n. 2. verſ. ſecundo inuentarium, Aluar. Valaſc. poſt multos, quos allegat conſult. 52. n. 9. & propterea de eo nulla poterit haberi ratio, dict. l. fin. §. ſin autem hoc aliquis. Nec enim facit, quod in dicto mandato procurationis facto in perſonam Pompei Columnæ adſit poteſtas ad petendum, dictam D. Principiſſam declarari hæredem cum dicto beneficio inuentarij, illudque conficiendum pro bonis exiſtentibus in Regno Valentiæ, ſiquidem, vt diximus, per prius ſub die 28. Nouembris 1641. declarauerat, ſe eſſe hæredem ſimpliciter abſque beneficio inuentarij, quam declarationem reuocare nequiuerat, vel debebat inuentarium conficere intra tres menſes, etiam de bonis extra Regnum exiſtentibus, dum tota, vel maior pars hæreditatis ſit in domicilio hæredis, vt latè proſequitur Rol. de inuent. q. 75. & Baldaſſ. Thomaſ. tract. 6. de requiſitis in confectione inuentarij, tit. 8. cap. 3. nu. 28. vel ſaltem infra annum, & nec etiam hæreditas fuit per Procuratorem adita cum dicto beneficio inuentarij, nec illud confectum infra annum die mortis teſtatoris, ad tex. in dict. l. fin. §. ſin autem à locis, ibi tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum damus ad huiuſmodi inuentarij conſummationem, mors enim D. Principis fuit ſub die 25. Septembris 1641. quare D. Principiſſa nec inuentarium bonorum huius Regni confecit intra trimeſtre tempus, nec bonorum exiſtentium extra Regnum infra annum, & proinde ad illius beneficium admitti nequaquam poteſt, nec debet. Secunda etiam nec militat, nam dicta prima inſtantia facta per procuratorem ad litem ſub die 28. Ianuarij 1641. nullam vim facit, quamuis ratificata per ipſam D. Principiſſam, dum, vt dixi, ratihabitio intelligi debet à die ratificationis, & propterea dum iam in prædictis inſtantiis factis ſub dicta die Februarij 1642. hæredem ſimpliciter ſe vocarat D. Principiſſa, non potuit poſteà ſub die Nouembris 1642. tales conſeſſiones reuocare, petere, declarari hæredem cum beneficio inuentarij. Immò etiam ſi illa fuiſſet à principio præſentata per ipſam Principiſſam ſub dicta die Ianuarij 1642. adhuc tamen per actus ſubſequentes contrarios vocando ſe hæredem ſimpliciter videtur receſſum à dicta prima petitione, facta cum beneficio inuentarii, & proinde Duran. de arte teſtandi dict. tit. 11. caut. 5. n. 3. proteſtationem eſſe faciendam per verba futuri temporis docet, ad hoc vt per contrarios actus ſubſequentes non intelligatur reuocata, rogo teuiſatur, quia loquitur ſatis in terminis noſtri caſus. Tertia nequaquam impedimentum præſtat, in iudicandum non ſit ad beneficium D. Magni Comeſtabilis, & aliorum creditorum, dum primo reſponſo clariſſimè fuit probatum, actiones præſun. hæreditario nomine factas, eò ampliùs non inſiſto. Quarta minus obſtat, cum nullum præſtitit impedimentum D. Magnus Comeſtabilis, vt fuit lariſſimè deductum in primo reſponſo, & licèt M. C. V. noluerit decretum præambuli interponere, quia teſtamentum non erat legale, hoc eſt attribuendum dictæ D. Principiſſæ, debebat enim dicta M. C. V. demonſtraſſe, quod teſtamentum ipſum erat legale, dum erat probatum per teſtes in dicta M. C. V. quod Notarius, qui teſtamentum confecit, erat publicus Notarius, ac conficiendi publica inſtrumenta, nam primus, ſecundus, & tertius teſtis examinati de viſu de morte Principis deponunt, teſtamentum fuiſſe confectum per publicum Notarium, pro ſecundo eſt teſtis teſtamentarius, & ſic plenè probat, & hoc caſu teſtamentum prædictum confectum extra Regnum abſque legalitate fidem faciebat, vt eſt communis praxis, ſecundùm quam deciſum teſtatur Afflict. dec. 251. & proinde dum impedimento prędicto non occurrit D. Principiſſa, ſibi imputet, & ſic non excuſatur, vt fundauimus in dicto primo reſponſo, nec interim erat prohibita D. Principiſſa inuentarium facere, ſed in ſua libera poteſtate erat. Quinta oppoſitio nec nos conturbat, nam licèt pro abſoluto habeat acerrimus defenſor, & Aduocatus doctiſſimus D. Principiſſę, quod ex ſola præſentatione inſtrumenti non poteſt expediri citatio creditorum, & intereſſe prætendentium, ex eo, quod præcedere habeat, & debeat decretum Iudicis, & ſic præambulum, & quod proinde terminus currat à die, quo interponitur decretum præambuli, Attamen hæc prætenſio, ni fallor, eſt nullius roboris, ea ratione, quia confectio inuentarii debet fieri per partem, ideoque poteſt fieri tempore feriato, quia non expeditur in forma iudicij, Ang. in l. fin. n. 23. C. de iure delib. Valaſc. dict. conſult. 52. n. 9. & de iure communi, ſecundùm quod loquitur Gratian. per Partem adductus ex ſola præſentatione teſtamenti expeditur citatio creditorum in inuentario conficiendo, quo facto non prius (vt Pars falsò ex eodem Gratiano ſupponit) Index decretum interponit, per quod declarat, inuentarium eſſe legitimè factum, & conſequenter poſſe gaudere illius beneficio, vt deducitur ex dictis per eundem Gratian. dict. cap. 767. n. 15. ibi, quod inuentarium eſſet de nouo ſolemniter conficiendum, & realiter producendum, vt poſſit ſuper eo decretum interponi, ſic etiam repetit nu. 26. ibi, ita vt ex hoc non poſſit dici, quod decretum operetur, tanquam non adſit inuentarium, ſuper quo illud eſſet interponendum, & iterum dixit n. 28. ibi. ſuper quo verè teſtes ſe ſubſcripſerunt, & Iudex decretum interpoſuit, & clarius, ac meliùs hoc idem probatur ex Simoncel. in tract. de decreto, l. b. 2. tit. 6. inſpect. 6. n. 62. tom. 6. tract. part. 2. fol. 311. à tergo, vbi declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando aditur hæreditas cum beneficio legis, & inuentarij, quia tunc requiritur decretum, namque Iudex aditur, qui peractis neceſſariò peragendis pronunciat, teſtes loco creditorum abſentium adhibitos eſſe idoneos, & bona ſtabilia poſſidentes, ſaluoque iure creditorum, qui vocati comparuerunt, declarat, & pronunciat præfatum inuentarium ritè, & rectè inchoatum, deſcriptum, confectum, & perfectum, ideò hæredem admittendum eſſe ad beneficium l. fin. C. de iure delib. & ſic certè ex prædictis colligitur, citationem fieri ex ſola præſentatione inſtrumenti, demum confecto inuentario interponi decretum ſuper eo. Ideoque nullius eſt momenti conſequentia, quam in dicta quinta oppoſitione deſumit aduerſarius

uerſatius, vt in terminis ad inuentarium conficiendum currat à die, quo interponitur decretum præambuli, ſiquidem decretum de iure communi non præcedit inuentarium, ſed ſubſequitur, & ſic illo facto interponitur, nec decretum præambuli eſt illudmet, quod de iure communi, vt ſuprà, interponitur, illud enim poſt confectionem inuentarij Iudex interponit, iſtud verò antequam conficiatur, & proinde in dicto decreto præambuli apponitur clauſula, cum beneficio legis, & inuentarii: Item illud fit, vt declaretur, inuentarium fuiſſe legitimè confectum, & proinde hæredem illius beneficio gaudere, iſtud verò declarat, & manifeſtum facit, quem fuiſſe, & eſſe hæredem, & ſic hæreditatem adijſſe ante illius interpoſitionem, non autem à die, quo interponitur per M. C. vt ſonant verba dicti decreti præambuli, & probant D. Conſil. Theodor. alleg. 17. n. 41. Franc. de Petris conſ. 61. ſub n. 5. & circa validitatem inuentarij non agitur in decreto præambuli, ſed poſt inuentarij cōfectionē, quādo ſcilicet opponitur per creditores de illius inualiditate, tūc n. Iudex interponit decretū ſuper illius validitate, vel inualiditate, & ſic an, & quādo hæres gaudeat illius beneficio, & demum præambulū fit ad finē liquidandi inſtrumentū, vt deduximus in d. primo reſponſo, eò magis, quia dicta oppoſitio procedere poſſet, ſi ante hæreditatem non adiiſſet ſimpliciter, vt ſuprà diximus, & eſſemus in puris terminis aditionis cum beneficio inuentarii, & hoc caſu ſuprà fuit etiam plenè reſponſum, vt procedere non poſſit.

Sexta, & poſtrema allegari haud merebatur, ſiquidem potuit D. Magnus Comeſtabilis id opponere, tam vti hæres in feudalibus, quàm vt creditor pro vita, & militia ei debita ſuper feudis huius Regni à die mortis D. Magni Comeſtabilis Philippi communis patris, vſque ad diem obitus dicti D. Principis, intereſt enim dicti D. Magni Comeſtabilis, vt D. Principiſſa non ſit hæres cum beneficio inuentarii, ſed tantùm ſimpliciter, quandoquidem ſi eſt hæres abſque beneficio inuentarii, omnimodo tenetur ipſa ad omnia debita teſtatoris, & ſic non ſolùm actio pro eius prætenſo credito eſt confuſa, & extincta in totum, ſed etiam tenetur aliis creditoribus, nec poterit ab ipſo D. Magno Comeſtabili petere, vt ſoluat contributum, nam quamuis teſtator poſſit habere duos hæredes, vnum in allodialibus, alterum in feudalibus, Reg. Lanar. conſ. 80. nu. 14. aliique, quos referens ſequitur Dominus meus Marchio Torelli Reg. Capyc. Latro conſult. 9. n. 11. inter quos datur contributum pro ſatisfaciendis creditoribus, iuxta not. per Doctores latiſſimè cumulatos per eruditum Donat. Antonium de Marin. lib. 1. quotid. reſolut. cap. 162. & per D. Reg. Capyc. Latro loco citato n. 1. & conſult. 10. nu. 19. attamen ex teſtatoris voluntate fieri poteſt, vt inter prædictos hæredes ceſſet contributum, puta ſi mandauerit, vt onera per vnum ex cohæredibus perſoluantur, tunc enim ille tantùm tenebitur, vt ex D. de Franc. dec. 1. in fine, & D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſen. Reg. ſuper dote, §. 3. n. 22. tradit, & probat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. n. 4 & 23. & dict. conſul. 10. n. 65. quo caſu deſeruiet inuentarium, vt non teneatur vltra vires, aliàs ad omnia tenebitur, vt ex Iſern. & aliis fundat D. Reg. de Ponte ſub dict. n. 55. quæ quidem teſtatoris voluntas ex coniecturis etiam haberi poteſt, vt in propriis terminis contributi plurimorum auctoritate firmat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. nu. 5. cùm euidens dicatur teſtatoris voluntas, quæ coniecturis probatur, Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 55. D. Reg. Capyc. Latro loco citato, n. 6. & conſult. 10. nu. 3. & de mente ſatis conſtare dicitur, cùm ex præſumptionibus, & coniecturis conſtat, Afflict. dec. 44. n. 15. quem etiam, & alios refert, & ſequitur D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. n. 7. In caſu tamen, de quo agimus, dubitari non poteſt de mente, & voluntate D. Principis, vt onera omnia perſoluantur per D. Principiſſam, dum fuit inſtituta hæres vniuerſalis, quo caſu ſine dubio voluit teſtator, onera ſatisfieri per hæredem vniuerſalem, & hæres in feudalibus inſtitutus habebit illa abſque alio onere, vt in terminis contributi inter hæredes in feudalibus, & allodialibus latiſſimè more ſolito pluribus mediis probat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. nu. 13. 14. 15. & 16. & dict. conſult. 10. nu. 18. Et licèt D. Magnus Comeſtabilis ſuccedens in feudis, quæ in hoc Regno abſque qualitate hæreditaria poſſideri non poſſunt, ad debita teneatur, & ex his, quæ tradit D. de Franch. dict. dec. 1. n. 16. hoc tamen procedit quoad creditores, qui poſſunt moleſtare D. Magnum Comeſtabilem ſuper feudis, D. de Franc. ibidem n. 25. D. Reg. de Ponte dict. §. 3. ſub n. 51. ſecus verò erit inter ipſos cohæredes, nam ſi D. Magnus Comeſtabilis ſolueret onera, poterit repetere à D. Principiſſa hærede vniuerſali, ad quam onera ſpectant, & ſic appoſitiſſimè declarat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. nu. 21. & 22. verſ. nam reſpectu, eoq; magis prædicta procedunt, dum nec D. Magnus Comeſtabilis fuit in feudis inſtitutus hæres, ſed tantum per verbum, lego, quod importat legatum particulare, nam quamuis ſit adiectum vniuerſitati bonorum, quia feudum eſt vniuerſitas, Camer. in cap. Imperialem, fol. 38. litera A. non tamen dicitur hæres vniuerſalis, D. Regens Capy. Latro d. conſult. 10. n. 7. & propterea vllo modo alio hærede vniuerſali inſtituto verbum lego, importat hæredis inſtitutionem, vt poſt Bal. Gugl. de Bened. Cæual. & Martam, ipſis relatis probat idem Reg. Capyc. Latro loco indicato, n. 14. At quia D. Principiſſa fuit hæres vniuerſalis inſtituta, verbum, lego, importat legatum particulare, immò etſi fuiſſet hæres inſtitutus, adhuc tamen dicitur legatarius, dum fuit inſtitutus in re certa, & ſic in feudis, & D. Principiſſa fuit inſtituta hæres vniuerſalis, l. quoties, C. de hæred. inſt. & gloſſ. in cap. ſi pater, in verbo in re certa, de teſtam. in 6. quam ſequuti ſunt Rom. conſ. 179. nu. 10. Soc. Ian. conſ. 111. nu. 12. lib. 1. aliique, quos refert, & ſequitur Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 20. nu. 1. verſ. primus eſt, & quatenus dici poſſet hæres, quod non admittimus, nec etiam ad aliquid tenetur D. Magnus Comeſtabilis, nam hæres particularis ad onera non tenetur, dato hærede vniuerſali, vt optimè probat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſul. 10. nu. 51. in fine, & 53. vbi contrariis reſpondet, vt etiam dicimus in filia inſtituta in dote, quæ dicitur quid vniuerſale, Menoc. conſ. 213. n. 25. & tamen ad onera non tenetur, vt per eundem

D.Reg.

Digitized by Google

Reg.Capyc. Latro vbi ſuprà, nu.9.qui etiam
ı.idem procedere in filiı in legitima inſtitu-
ffirmat.Præterea expreſsè etiam videtur hoc
poſuiſſe teſtator, vt ſcilicet onera omnia ſol-
iet ipſa D.Principiſſa hæres vniuerſalis,nam
ta inſtitutione prædicta vniuerſali in perſo-
n dictæ D. Principiſſæ,ibi. *Cōſtituesco mi here-*
ro vniuerſal de todos bienes allodiales,ſeu burgen-
icos,&c. à mi Muger D Margarita de Auſtria,
bdit,en quanto à los feudales.los quales ſon ex pa-
o & prouidentia Principes,dexo a quien de iure
tan. Credidit igitur D.Princeps teſtator,feuda
e ex pacto, & prouidentia, & ſic oneribus mi-
mè obnoxia, & proinde dum præciperet ſolui
bita, dixit. *Iuſta coſa es, que la deudas hechas*
r mi ſean pagadas, y aſſi mando à mi teſtamenta-
i,que haga ſatisfacer lo que ſe deue por alla de
is bienes con la mayor breuedad, que ſea poſſible,
e. Quæ verba diriguntur ad ipſam hæredem
ıuerſalem, nam cùm teneret, feuda non poſſe
eribus grauari,nec ad ſolutionem debitorum
ceſſorem in feudis adſtringi, opinando, illa
e ex pacto,& prouidentia,clara eius voluntas
it,vt debita ſoluerentur ab hærede vniuerſali,
ıi poterat ſecundùm illius opinionem grauari,
ım licèt re vera feuda ſint hæreditaria,& one-
bus obnoxia, tamen quia ex deſtinatione, &
nione teſtatoris,tanquam ex pacto,& proui-
ntia habebantur, ita deberi quoad hunc effe-
um iudicari,licèt teſtator in hoc errauerit. De-
dere videtur hoc optimè,ni fallor,tex. in l.poſt
nancipationem 38.in fine, ff. de leg.3. vbi ne-
ıs quædam teſtatrix cùm crederet ab inteſtato
cceſſurum patruum tantùm tanquam agna-
m, cùm re vera ille per emancipationem ami-
ſet antiquo illo iure inſpecto, agnationem, &
tineret tantùm cognationem,illum in codicil-
vit hæredem vniuerſalem grauauit,vt partem
ereditatis auunculo ſuo daret,& deinde etiam
ıeo plura legata aliis dedit, cùm deinde pr-
cta ſucceſſio per bonorum poſſeſſionem ad
tumque patruum, ſcilicet & auunculum, tan-
uam proximiores cognatos perueniret, & ſic
io iure, & tramite, quam teſtator ſperabat,fuit
uæſitum,an patruus hæres vniuerſalis relictus
neretur ad legata aliis relicta inſolidum, an-
erò pro parte,dum alius hæres etiam pro parte
titit, & deciditur,teneri inſolidum, nam licèt
ſtator errauerit, & auunculus ſucceſſerit vt
eres contra ſpem teſtatoris,qui credebat, illum
ıccedere ex fideicommiſſo, tamen legata de-
entur ab hærede, quem teſtator credebat vni-
erſaliter ſucceſſurum, & ideò Bart.notabiliter
ctû textum ſic ſummat,quod grauatus præſta-
legata tenetur ad illa inſolidum, licèt tam ipſe,
uàm alius eum eo ſuccedat defuncto alio iure,
uàm defunctus crederet, ſed in eadem portio-
e, immò in contrarium arguit Bart. cum gloſſ.
ıod deberet teneri tantùm in dimidia, cum
ius ſimul ſucceſſiſſet, ad tex. in l.cum pater,
cum exiſtimaret, ff. de leg. 2. ſed reſpondet,
ıod auunculus ſucceſſit in tatam portionem,
ı quantam teſtator voluit, & cogitauit,ſcilicet
imidiam,licèt alio iure,quàm ipſe credebat, ſed
dict.§ cùm exiſtimaret ſucceſſit ille hæres in
tum præter ſpem, & voluntatem defuncti, ac
oinde legata etiam diminuta fuere, ita etiam
caſu noſtro,nam teſtator D.Principiſſam vni-
uerſalem hæredem inſtituit, feuda verò legauit
cui de iure ſpectabant, credendo,illa eſſe ex pa-
cto,& prouidentia,& oneribus ſoluta,& ſic ſuc-
ceſſit D. Magnus Comeſtabilis in illis feudis ex
voluntate defuncti, licet non vti ex pacto, &
prouidentia, vt credebat,& reliquerat teſtator,
ſed cum qualitate hæreditaria,& conſequenter
alio iure,& tramite, quam ipſe teſtator opinare-
tur, & propterea nullo modo tenebitur ad one-
ra, quia illa ab hærede vniuerſali ſolui reliquit,
cū crederet,feuda eſſe ex pacto,& prouidentia,&
ab oneribus libera.Hęc autem interpretatio,quę
voluntati teſtatoris arridet, fieri debet, non au-
tem ſecundùm veritatem, quia attenditur eius
credulitas, non veritas, vt magiſtraliter docuit
gloſſ. omnino videnda in l.quo loco, in verbo
alterum, ff. de hæred. inſt. quam ibi ſequuntur
Bar. Bal.Ang.Caſt. & cæteri, & ſubdit Ang. ibi-
dem, quod diſpoſitio teſtatoris capit ſubſtan-
tiam ab eius opinione, non à vera ſubſtantia
terminorum, nam cùm agatur de interpretanda
ipſius voluntate, eius opinio, & credulitas at-
tendenda eſt, quæ in hoc facit ius, ſecundùm
Bal.in l.fin.§.1.n.27.C.comm.de leg.latè Simon
de Prætis,lib.2.interp.4.dub.2.ſolut.3. numer.8.
Mantica lib.3. tit.10.nu.1.& ſeq. Surd. dec. 241.
n.15.& 16.& latè Caſtill. Sotomaior lib.5. con-
trou.cap.62.n.1.5.& 6.& propterea cùm ille exi-
ſtimauerit, feuda prædicta eſſe ex pacto, & pro-
uidentia.licet reuera ſint hæreditaria,illa ſecun-
dùm opinionem, & credulitatem teſtatoris iudi-
cari debent,non ſecundùm veritatem. His acce-
dat, nam dum teſtator mandauit, debita perſol-
ui ex eius bonis,intellexit de bonis allodialibus,
non autem feudalibus, quæ bonorum appella-
tione non veniunt, vt per Capyc. in inueſtitura
feud. in verbo feuda bonorum appellatione,
Bal.Iſern.& alii in cap.In generali,ſi de feud.de-
funct. mil. præſumitur, voluiſſe debita perſolui
per D. Principiſſam hæredem vniuerſalem in
allodialibus, eò magis quia fuit relicta teſta-
mentaria, ideoque ad omnia onera tenetur,
quando enim vnus ex hæredibus fuit datus
executor, conuenitur in totum,non pro portio-
ne hæreditaria,& cauere debet cohæredibus, in-
demnes eos præſtare, vt probatur apertiſſimè in
l.ſi à pluribus 110.ff de leg.1.Inſuper hæredes in
feudalibus,& in burgenſaticis, quatenus(quod
negamus) per contributum inter ipſos ſatisfa-
cere creditores tenerentur, ſecundùm notata
per Doctores latiſſimè cumulatos per Don. An-
ton.de Marinis lib. 1. quotid.reſol.cap.162.&
per D. Marchionem Torelli Reg. Capyc. Latro
conſultat.9 numer. 1. & conſult. 10. numer.19.
Nihilominus id intelligitur, quando aliquis ex
cohæredibus non eſt creditor teſtatoris, nam
quando eſt creditor, tunc dum debitori ſucce-
dit,confunditur actio crediti,l.debitori 7.C.de
pact.l.vt debitum 5.C.de hæred.act. Napod.in
Conſuet.Si quis, vel ſi qua,n.230.de ſucceſſ. ab
inteſt.Duran.de arte teſtandi,tit.11.caut.13.n.1.
qui alia iura citat D.Conſil. Carleual omnium
ſcientiarum peritiſſimus in tract.de Iudic.tom 2.
tit.3.diſput.13.nu.1. vbi alios adducit,quod in-
tellige pro ea parte, quæ eſt hæres, nam pro re-
ſtanti quantitate competit ſibi actio contra alios
cohæredes.l.ſi debitori creditor 51. ff.de fideiuſſ.
& in dict. l.ſi aduita, optimè Menoch conſ.125.
n.3.4.

n.3.4.5.& 6.lib.2.quo caſu ſufficit, quod hæreditas animo tantùm ſit adita, vt per gloſſ. in dict.l. ſi debitori, in verbo adita, ideoque intereſt D. Magni Comeſtabilis, vt D.Principiſſa non admittatur ad confectionem inuentarij, vt confuſa remeneat actio eius prætenſi crediti ex dicta aditione hæreditatis facta ſimpliciter abſque beneficio inuentarij pro ea parte, qua eſt hæres, nam ſi eſſet hæres cum beneficio inuentarij, non eſſet confuſa actio eius prætenſi crediti in nihilo, dict.l.fin.§.in computatione, verſ.ſi verò & ipſe, C.de iure delib.Duran.vbi ſuprà, ad quod allegat etiam Roman.conſ.276. & eo caſu cùm hæres inuentarium minimè fecerit, locum habet contributum, vel quando cohæres non eſt creditor, & agitur de ſatisfaciendis creditoribus hæreditatis, & propterea dum etiam D. Aduocatus D.Principiſſæ in eius nota facti, & iuris aſſerat, actionem prætenſi crediti D. Principiſſæ eſſe confuſam pro parte, qua ſucceſſit, ex dict.l.ſi adulta, non videtur dubitandum, illam eſſe hæredem abſque dicto beneficio inuentarii, nam hæres cum beneficio inuentarii non confundit actionem in nihilo, vt ex dict.§.in computatione, verſ. ſi verò & ipſe ſuprà tradidimus. Michael Angelus Gizzius. Ex quo fuerunt aliæ difficultates exortæ ſuper eadem cauſa, neceſſe fuit, nouis dubitationibus reſpondere, vt patet ex ſequentibus allegationibus.

Hæres in teſtamento inſtitutus, ſi eius vigore inſtitit declarari hæredem cum beneficio legis, & inuentarii, ei ſufficere debeat aſſertio, fuiſſe inſtitutum hæredem vniuerſalem, ad hoc vt aditio hæreditatis oriatur. Secundò, quod ſciat, teſtatorem eſſe mortuum. Tertiò, quod ſciuerit, teſtamẽtum eſſe factum. Quartò, quod ſciuerit, hæreditatem eſſe ſibi delatam. Quintò, quod ſciat, ex qua cauſa ad ipſum pertineat hæreditas. Sextò, vt ſciat, ſe hæredem eſſe voluntarium, vel neceſſarium. Septimò, quod ſciat, pro qua parte eſt hæres, vel in totum, vel pro parte, his tamen replicabatur huiuſmodi, videlicet. Decreueram à ſcribendi munere in hac cauſa me abſtinere, fuit enim magna dote (etſi nulla quidem indigebat) dotata in duobus editis reſponſis, attamen quia D.Aduerſarius non ceſſat quotidie nouas addere replicationes aduerſus ſolidiſſimas iurium concluſiones in ijs per nos adductas, vt tamen Dominis Senatoribus aperτiſſimè liqueat, illas à propoſita facti ſpecie prorſus extraneas eſſe, libuit iterum calamum reiterare in augmentum dotis cauſæ prædictæ breuius, quàm fieri potetit, non verborum vanitate, ſed iuribus, ſolidiſque maiorum noſtrorum traditionibus confutationes replicationum in paucis horis currenti calamo notare. Primo igitur replicat D.Aduerſarius, vt nullatenus induci poſſit aditio ex verbis memorialium porrectorum S. E.in Collaterali Conſilio ſub die 28. Nouembris 1641.non ex primo memoriali, cùm verba illa; *s'intende l'habbia instituita herede vniuerſale*, reddant voluntatem dubiam adeundi, cùm actus aditionis non inducatur, niſi hæres ſit certus, non ſolùm de inſtitutione, ſed de illius qualitate, & conditionibus, & quod ſit in ſtatu, quod hæreditas poſſit acquiri, ad quod allegat Marant. in l. is poteſt, n. 16. ff. de acquir. hæred. & alios, non etiam ex ſecundo memoriali, in illo enim ſolummodò aſſerit D.Principiſſa, fuiſſe ipſam relictam teſtamentariam, & exequutricem à quõdam Domino Principe eius viro, non autem fatetur, ſe eſſe hæredem illius. Confutatur tamen hæc replicatio, quandoquidem, vt fuit deductum in dictis reſponſis, hæreditas ex verbis prædictis adita cenſetur, & nunc ad confirmationem prædictæ ſolidiſſimæ concluſionis addo, nam antequam hæres adire poſſit plura requiruntur, vt per Gugl. de Bened. in cap. Raynuntius, verbo mortuo itaque teſtatore, il primo, n.335.par.2. de teſtam. vt ſi de illis hæres nõ eſt certificatus, talis aditio non reconualeſceret per ſcientiam ipſorum, & ſic per potentiam adeundi, Ang. in l.cùm quidam, §.quod dicitur, ff. de acquir.hæred. Gugl de Bened.ibid.n.352. Primò requiritur, quod teſtator ſit mortuus, quia nemo poteſt ſe gerere pro hærede viuo teſtatore, in cuius bonis gerendus ſit, l.neminem, ff.de acquir. hæred. & ſufficit, quod probetur per famam, vt per Gugl.de Benedict.loco citato, n.336.probat Menoch.de adipiſcenda poſſeſſione, remed.4.n.672.& ſeq.& in tract.de præſumtionibus, lib.6.præſum.49. n.21. vel ex tractatu, & habitu conſanguineorum, puta ſi luctum fecerint, Menoch.dict.remed.4. n.674. ac etiam ſi hæres teſtamentum oſtendat, Gugl.de Benedict. ſub dict.n.336.& latè Menoch.dict.remed.4.nu. 661.cum pluribus ſeqq. eò magis, quando illud eſt conſcriptum in ſcriptis, & ſic clauſum, non enim aperiri poteſt, niſi ob ſubſequutum obitum teſtatoris. Quæ omnia concurrunt in caſu præſenti, tum ob publicam vocem, & famam, & luctum factum, tam per conſanguineos, quàm per D.Principiſſam, tum etiam ob teſtamentum productum, & confeſſionem in dictis memorialibus factam, dicto enim quondam arguit, quem eſſe mortuum, eò magis dum fatetur, hæreditatem ad ſe ſpectare, ibi, *che come herede vniuerſale li ſpettano*. Immò in procuratione facta ad lites ſub die 25. Nouembris 1641. dicta D. Principiſſa vocat ſe viduam dicti quondam D. Principis, & ſic certa erat de morte viri. Secundò, quod ſciat, teſtatorem eſſe mortuum, ita vt non ſufficiat, verè eſſe mortuum, nam ſcientia requiritur, l.hæres inſtitutus, §.1.ff.de acquir.hæred.& ſufficit, ſi hæres dicat, quod teſtator ſit mortuus, vt hic, l.cùm quidam, §.quod dicitur, & l. ſi quis extraneus, §.fin.ff.eod.& ſic ſtatur dicto hæredis, niſi ex aduerſo contrarium probetur, vt ex Bart.in dict. l. is poteſt deducit Gugliel.de Bened.loco indicato, n.342. Tertiò, quod ſciuerit, teſtamentum eſſe factum, non quod interfuerit in teſtamenti factione, aut fieri viderit, audiuerit, vel legerit, ſed ſufficit, quod ei ſit dictum, vel ſcriptum literis amicorum, dict.l.de ætate, ff. de interrog.act. vel quod ſit publica fama, vt pluribus iuribus adductis probat Gugliel.de Bened. vbi ſuprà, nu.343. Et tandem D.Principiſſa non ſolùm ſciuit mortem, ſed etiam teſtamenti factionem, & illius circunſtantiam, dum dixit in primo memoriali, quod fuerat hæres vniuerſalis inſtituta, & in ſecundo, quod erat relicta teſtamentaria, prout in facto ſe fuit compertum, & liquet etiam ex dicta procurarione facta ſub die 24. Decembris 1641. quæ omnia ad eius notitiam peruenerunt ex literis Eminentiſſimi Cardinalis Columnæ, qui etiam

teſta-

Digitized by Google

teſtamentum præſentatum ei tranſmiſit, & proinde conuincitur replicatio D. Aduerſarij. Quartò, quod ſciuerit, hæreditatem ſibi eſſe delatam, etiam ſi ſciuerit ex literis amicorum, vel per famam, Bart. in dict. l. is poteſt, quem ſequitur Guglielm. de Bened. ibidem n. 344. quæ ſcientia in currenti caſu ſatis ex prædictis liquet. Quintò, quod ſciat, ex qua cauſa ad ipſum pertineat hæreditas ex teſtamento, vel ab inteſtato, l. ſi is, ad quem, ff. de acquir. hæred. Gugl. de Bened. loco citato, n. 348. & tamen ſatis certa erit D. Principiſſa, hæreditatem ad ſe ſpectare ex teſtamẽto, vt aſſeruit in dictis memorialibus, & procuratione. Sextò, vt pariter ſciat, ſe eſſe hæredem voluntarium, vel neceſſarium, quia ſi in hoc erraret, vitiaretur aditio, l. is, qui putat, & l. ſeq. ff. de acquir. hæred. Guglielm. de Bened. ibidem, num. 351. quod pariter ſciuerat D. Principiſſa, dum erat hæres ex teſtamento, vt ſup. Septimò quod ſciat, pro qua parte eſt hæres, vel in totum, vel in partem, Bart. in dict. l. is poteſt, & D. Principiſſa ſciebat, eſſe hæredem vniuerſalem in burgenſaticis ex teſtamento, vt narrauit in dictis precibus porrectis, & in dicta procuratione. Hinc cùm omnia prædicta ſciuerit D. Principiſſa, fruſtrà dubitatur de aditione hæreditatis prædictæ à dicto die 28. Nouembris 1641. & proinde replicatio Domini Aduerſarij nullius eſt roboris. Secundò replicat, exactionem fuiſſe factam iure crediti, non autem titulo hæreditario, quandoquidem qui poteſt duplici nomine actum gerere, non cenſetur adire, niſi exprimat, cùm præſumatur factum eo titulo, quo minus afficit, & ſic iure creditoris, ne ob confectionem inuentarij teneatur etiam de proprio creditoribus, & legatariis, ex Cancer. variar. reſol. cap. 2. de inuent. nu. 239. Nihilominus hæc replicatio ſimiliter conuincitur, nam, vt fuit fundatum in alijs reſpõſis, exactio fuit expreſsè facta iure hæreditario, dum inſtiterit in Collaterali Conſilio pro retentione burgenſaticorum ad ſe ſpectãtium vti hæredẽ, eoque magis, quia in dubio de iure præſumitur facta titulo hæreditario, non iure crediti, vt deciſum retulimus in primo reſponſo per Rot. Roman. ex Puteo dec. 437. lib. 1. & Epiſcopo Riccio collect. 2808. verſ. ſed quæro, nunc addo Martam reſp. 11. nu. 14. eò magis, quia non vſa fuit cautela tradita per Dutan. de arte teſtandi, tit. 11. caut. 5. nu. 2. & 3. nempe non hæreditario, ſed creditricis nomine exactionem facere, quam cautelam dant Doctores relati per Sanctiſſ. Ludouiſ. deciſ. 7. num. 9. Nec Cancerij locus allegatus vim mihi facit, loquitur enim, vbi quis poteſt alio capite, quàm aditionis actum gerere, vt intelligatur geſtus eo nomine, quo minus obſtac agenti, & exemplum ponit in vxore, quæ à viro hæres inſtituta, cum haberet dotem in bonis eius viri, remanſit in domo poſt eius mortem, vt intelligatur retinere iure crediti, non autem titulo aditionis, ſecùs tamen iudicandum erit in caſu præſenti, nam licèt mulieri viduæ creditrici pro eius dotibus concedatur retentio bonorum, in quorum poſſeſſione reperiebatur conſtante matrimonio inſimul cum viro, vt per Conſil. Gizzarel. dec. 44. vbi fuit conceſſa retentio domus vxori, in qua illa cum viro viuente habitabat, nihilominus tenetur declarare poſt mortem viri, velle mutare cauſam poſſeſſionis, & bona retinere pro ſuis dotibus, vt per eundem D. Gizzarel. ibidem, n. 4. vbi etiam de Angel. in addit. n. 5. qui neruosè probat n. 6. mutationem voluntatis non præſumi, niſi probetur, & tamen D. Principiſſa talem declarationem minimè fecit, ſic etiam in caſu relato per Cancer. nõ apparet, ibi vxorem adiiſſe hæreditatem, ſed tantùm poſſidere domum viri. Immò quatenus de hac Cancerij doctrina poſſet haberi aliqua ratio, quod nullatenus admittimus, adhuc tamen procedere poſſet reſpectu mobilium in eius poſſe exiſtentium, non autem quoad exactionem nominum debitorum, nunquam enim fundare poterit, nec de iure, nec Doctorum auctoritate, poſſe creditorem exigere à nominibus debitorum hæreditatis debitorum, cùm contrarium expreſsè de iure deciſum habeamus in l. rem 29. §. 1. ff. de euict. ibi, quã rem ſi poſſidet, retinere poterit, peti autem vtiliter non poterit, & proinde exactio omni iure facta titulo hæreditario, quo facere poterat. Tertiò replicat, non induci aditionem ex ſolutione facta ducatorum 900. illis de Cardone quondam D. Principis, eò quod ſolutio prædicta fuit facta poſt decretum Collateralis Conſilij, per quod prætendit, ſibi fuiſſe remiſſam continuationem adminiſtrationis, quam per prius habebat. Erronea tamen, ni fallor, eſt etiam ipſa replicatio, quandoquidem non negamus, ſolutionem fuiſſe factam poſt decretum interpoſitum per Collaterale Conſilium, attamen D. Principiſſa non petiit ſimpliciter continuationem adminiſtrationis, ſed cum expreſſa conditione, vt valeret retinere fructus feudalium, donec fuerit ſatisfacta de eius prætenſis creditis, bona verò burgenſatica tanquam ad ſe ſpectantia vti hæredẽ vniuerſalẽ, ibi, *e retinerſela ſino che ſarà integramente ſatisfatta di detti ſuoi crediti, & altre ragioni, & attioni, che come herede vniuerſale li ſpettano in qualſiuoglia modo, e parte.* Procedere tamen poſſet replicatio, ſi ſimpliciter petiiſſet continuationem adminiſtrationis, & quia declarauit cauſam, pro qua volebat retinere, nullo modo colorari poteſt hæc prætenſio, vt ſolutio intelligatur facta per D. Principiſſam vti adminiſtratricem, non vti hæredẽ, cũ in dubio etiã ſolutio intelligitur facta titulo hæreditario, Maſc. de prob. cõcl. 44. n. 29. vbi infinitos allegat, & inter ipſos Matteſil. ſing. 33. vbi dicit, iſtud eſſe admiratione dignum, cùm talis actus poſſit etiam fieri citra ius, & nomen hæredis, quilibet enim poteſt debitum alienum ſoluere, l. ſoluendo, C. de neg. geſt. & tamen ſolutio præſumitur facta titulo hæreditario, eò magis, quia ſolutio fuit facta de pecunia hæreditaria, & hæc conſideratio tollit omnem difficultatẽ, quam opinionem Mattheſ. ſequutus eſt Natta videndus conſ. 448. n. 20. vol. 2. aliique apud Maſcardum loco citato. Quartò replicat, quod licèt D. Principiſſa paſſa ſit conueniri à D. Camillo Columna pro recognitione albarani ſubſcripti à quondam D. Principe, tamen præſupponit, non fuiſſe conuentam titulo hæreditario, ſed vti extraneam. Confutatur ſimiliter replicatio iſta, dum iudicium motum per dictum D. Camillum fuit actitatum in eadem banca Pinti, vbi Procurator D. Principiſſæ inſtiterat pro interpoſitione decreti præambuli, & ſic fuerunt conuenti, tam ipſa D. Principiſ-

ſa hæres vniuerſalis in burgenſaticis, quàm D. Magnus Comeſtabilis hæres in feudalibus, quia de ipſorum tantùm intereſſe agebatur, & proinde fruſtrà allegatur, D. Principiſſam fuiſſe conuentam vti extraneam, vt etiam diximus in primo reſponſo. Quintò replicat D. Aduerſarius, non induci aditionem ex mandato procurationis facto ſub die 24. Decembris 1641. in perſonam Pompei Columnæ per D. Principiſſam vti hæredem dicti quondam Principis ad exigendum in partibus Hiſpaniæ omnes pecuniarum quantitates dicto D. Principi debitas, nec non adeundum, quatenus opus ſit, hæreditatem prædictam in quacunque Curia cum beneficio inuentarij, ac etiam ad vendendum omnia mobilia, & de pretio ſatisfaciendum creditoribus dicti quondã D. Principis deſcriptis, & annotatis in eius teſtamento, ex D. de Franch. dec. 60. n. 55. eò magis, quia mandatum prædictum non habuit effectum, cùm ad manus dicti Procuratoris non peruenit, & proinde cùm non explicauerit poteſtatem ſibi attributam, aditio non inducitur, ad quod allegat Annam alleg. 61. Conuincitur tamen D. Aduerſarius in hac replicatione, ſiquidem ex conſtitutione Procuratoris ad exigendum cenſetur adita hæreditas, vt ex Bal. Marant. & Rota Genuæ probauimus in primo reſponſo, etiam ſi ad adeundum conſtituatur Procurator, Caualc. de tutor. & cur. fol. 33. poſt n. 68. Iaſ. in l. 1. n. 41. ff. de offic. procur. Cæſ. Borrel. conſ. 57. n. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 94. & Coſta de ccccot. fol. 73. n. 15. & licèt D. de Franch. dict. deciſ. 60. n. 15. difficultet, ſi ſola conſtitutio Procuratoris ad adeundum inducat hæreditatis aditionem, & adducit Doctores pro vtraque opinione, non tamen reſidet in negatiua, vt D. Aduerſarius ſupponit, indubitatè tamen admittit D. de Franc. ibidem, quod ſi interuenerit executio actus, inducitur aditio, & in caſu noſtro certam habemus executionem mandati procurationis, dum dict. Pompeus vendidit omnia bona mobilia, & ſuppellectilia quondam D. Principis pro duc. 5000. in circa de ordine dictæ D. Principiſſæ, & ſic pro executione dicti mandati procurationis, vt liquet ex depoſitione duorum teſtium omni exceptione maiorum facta in Alma Vrbe, & tamen D. de Franch. loquitur, vbi ſola conſtitutio Procuratoris adeſt, ſed in caſu noſtro plures adſunt actus aditionem inducentes, vt in aliis reſponſis fundauimus, & ſuprà comprobauimus. Nec obſtare videtur Anna dict. alleg. 61. nam licèt ibi nu. 3. dicat, quod ſi Procurator conſtitutus ad adeundum cum beneficio inuentarij, & ad illud conficiendum, ſi Procurator dictum inuentarium non conficiat, Principalis non incidit in pœnam, ex l. 3. §. ſi filius, ff. quod quiſque iur. l. ſi Procurator 6. ff. de cond. indeb. tamen in re præ[illegible]cta per ipſum allegata hanc concluſionem haud probant, vt oculis Dominorum Iudicantium liquebit, rogo reuideant loca prædicta, magis, quia etſi dicta concluſio iis iuribus probaretur, nec erit applicabilis huic negotio, enim, vt refert Anna, fuit conſtitutus Procurator ad adeundum cum beneficio inuentarij, & ad illud conficiendum, & Procurator ſolummodo hæreditatem adiit cum dicto beneficio, nullum tamen confecit inuentarium. At in caſu noſtro reſpectu bonorum exiſtentium in partibus Hiſpaniæ fuit ſolummodò conſtitutus Procurator ad adeundum cum beneficio inuentarij, non autem ad illud conficiendum, & proinde etiam ſi dictus Procurator adiiſſet hæreditatem, non tamen poterat conficere inuentarium, nam licèt fieri poſſit per Procuratorem, vt in dict. l. fin. §. ſin autem à locis, ibi, per ſe, vel per inſtructos Procuratores, C. de iure delib. Rol. de inuent. q. t 12. n. 1. tamen ſpeciale requiritur mandatum, l. qui ita, §. 1. vbi Bart. ff. ad Trebell. & in l. filiusfam. col. fin. ff. de don. Golin. de procur. par. 2. cap. 5. n. 250. Duran. dec. 337. n. 54. & ſeq. adeò quod ſi illud fit à Procuratore generali hæredis, non poſſit niſi ſequuta ratificatione, Monticul. de inuent. diuerſ. q. 528. n. 69. Cumque dictum mandatum procurationis plures contineat facultates ſeparatim, ſcilicet ad exigendum, ad vendendum, ad ſoluendum creditoribus, & ad adeundum, ſufficit, vt aditio facta intelligatur, quod aliquis ex dictis actibus ſit explicatus per Procuratorem, prout fecit, vendendo bona omnia, & ſoluendo creditoribus deſcriptis in teſtamento eorum credita, vt deponunt teſtes prædicti in Alma Vrbe examinati. Nec à veritate alienum videri debet, ſi dicamus, dictum Procuratorem ſoluiſſe D. Principiſſæ reſtantem quantitatem pretij dictorum bonorum venditorum, moratur enim in domo, & in ſeruitio dictæ D. Principiſſæ, & non eſt credendum, non habuiſſe ab ipſo computum cum reliquorum reſtitutione. Neq; nos conturbat replicatio, quam voce ponderauit D. Aduerſarius, venditionem nimirum dictorum bonorum fuiſſe factam per D. Pompeum vti Procuratorem D. Proſperi Columnæ Prioris Hiberniæ executoris teſtamentarii dicti quondam Principis eius fratris de menſe Septembris 1641. Quandoquidem procurationi prædictæ nulla poterit fides adhiberi, illa enim non habet legalitatem Officialis loci, vbi fuit facta, ſecundum ritum M. C. 188. nec legalitas prædicta ſuppletur ex atteſtationibus ibi factis per duos alios Notarios fidem facientes, Notarium, qui mandatum procurationis ſtipulauit, eſſe publicum Notarium, quia requiruntur atteſtationes trium, non autem duorum Notariorum, vt docet Vrſil. ad Afflict. dec. 251. ſub n. 1. poſt Barb. in rub. de fide inſt. fol. mihi 30. col. 4. Cepol. caut. 54. aliàs capit. 201. in nouiſſima impreſſione, & non ſolùm requiruntur dictæ tres atteſtationes aliorum Notariorum, cum eorum ſignis, ſed etiam requiritur fides Officialis illius loci, atteſtantis dictos tres Notarios eſſe publicos Notarios, ſiquidem ſicut D. Magnus Comeſtabilis opponit, quod ille, qui ſtipulauit procurationem, non eſt Notarius, ita etiam negat, quod illi, qui teſtantur de Notariatu dicti Notarii ſtipulantis, non ſunt publici Notarii, vt optimè in his terminis conſiderauit Hippol. Marſil. in l. ſi quis, n. 68. ff. de quæſt. nec cõtrouerti poterit, quod requiratur etiã atteſtatio Officialis loci, poſt ſubſcriptionem aliorum Notariorum, nam ſic fuit ſeruatum in ſecundo teſtamento producto per D. Principiſſam, at quia hic tantùm duo Notarii faciunt tales atteſtationes, non autem tres, prout requiruntur, meritò de tali mandato procurationis nulla erit adhibenda ratio, immò ſi de di-

cta

ctâ procuratiooe poſſet haberi ratio, quod negamus, adhuc tameo venditio bonorum eſt pręſumenda, quod fuerit facta vigore procurationis factę per D. Priocipiſſam ex duobus, primò, quia ſi vtitur declaratione facta per duos teſtes, quod venditio fuit facta partim de menſe Septembris, & partim de menſe Octobris 1641. tamen procuratio fuit facta ſub die 10. Octobris 1641. & ſic poſt venditionem factam de menſe Septembris, & propterea teſtes de ſalſo redargui poſſunt, dum deponunt, ſuiſſe vendita bona prędicta de ordine dicti D. Proſperi; ſecundò, oam exiſtente hærede non poteſt executor bona diſtrahere, vt ſatisfiat ereditoribus, & legatarijs, l. alio, ff. de alim. leg. ſed requiritur, quod teſtator exequutori det alienandi poteſtatem liberam, vt per gloſſ. in l. prædium, C. quando decret. opus non eſt, Alexand. conſ. 62. lib. 2. & hoc caſu ſtante dicta licentia conceſſa per teſtatorem debet requiri hæres, l. prohibere, §. clam, ff. quod vi, aut clam, l. creditor, C. de diſtract. pign. vt appoſitiſſimè hæc omnia coodiderat Duran. de arte te[illegible]andi, tit. 7. caut. 10. nu. 1. & 2. & proptereà nec[illegible]iò fateodum eſt, venditionem fuiſſe factam [illegible]ore maodati proeurationis factę per D. P[illegible]ſſam, quod conuincitor, ſiquidem io dicta procuratione facta, vt præſumitur per D. Proſperum vti executorem, nulla adeſt poteſtas ſoluendi debita, & legata, ſed tantùm hæc poteſtas adeſt in procuratione confecta per [illegible] Prioeipiſſam, vnde dum dictus Procurator [illegible] credita ereditoribus, vt teſtantur teſtes e[illegible] Alma Vrbe, non videtur dubitand[illegible]onem fuiſſe factam per Pompeum [illegible]rem D. Principiſſæ, non autem D. [illegible] eòque magis, quia tres fuerunt [illegible]tores, abſque rameo clauſula inſoli[illegible]lus non poterat. Sextò replica[illegible] qu[illegible] D. Principiſſa hæreditatem adiiſſet ſimpl[illegible]er abſque reſeruatione beneficij iooentarii ſub die 28. Nouembris, vel ſub die 24. Decembris 1641. ſi tamen intra trimeſtre inuentarium coofecerit, illius beneficio iuuatur, ex Phaouc. de iouen. diuerſ. q. 237. n. 25. & Cancer. dict. cap. 2. de inueot. n. 31. Thomaſ. tit. 8. cap. 3. n. 44. & Viuius opin. 351. ou. 15. quamuis contrarium teneant, vt ſcilicet ab initio requiratur proteſtatio, quod velit adire cuoi dicto beneficio iouentarii, Ang. io l. 1. §. hæc ſtipulatio, o. 25. ff. ſi cui pluſquam per l. faleid. & Dec. conſ. 633. n. 6. qoos nos adduximus io ſecuodo reſponſo, & proptareà dicta Dom. Principiſſa inſtitit in M.C. declarari hæredem cum beoeficio inuentarii ſub die 28. Ianuarii 1642. & ſic intra trimeſtre, licèt illud intra dictum tempus oon confecerit, poſſit tamen illo iuuari, etiam ſi poſt dictum tempus fiet, non enim ſibi imputari debet, cur illud non coofecerit, dum fuit impedita tam à Iudice, quàm à D. Magno Comeſtabili, & proptereà tempus conficiendi inuentarium non currit, Rol. in dict. tract. de iouent. diuerſ. q. 80. vbi etiam Phanuc. q. 238. n. 20. qui nu. 25. impedimenta conficiendi Inuentarium remittit arbitrio Iudicis. Et ad probandum impedimentum Iudicis allegat, quod ooluit ioterponere decretum præambuli, dum teſtamentum non erat legale, & ob tale defectum non obtinuit, & proptereà factum Iudicis impedit curſum temporis, arg. tex. io cap. ex ioſinuatione, de appell. & auth. ſed his, C. de temp. appell. D. Regens Rouit. dec. 53. n. 7. Et ſimiliter impedimantum datum à D. Magoo Comeſtabili probat ex eo, quod voluit, & obtinuit, interpoſitionem decreti præambuli tractari in M.C. iunctis aulis, cùm ſiot decidendi grauiſſimi articoli fideicommiſſi, Conſuetudinis, & aliorum, & quod proptereà ex inſtantia prædicta videtur mota lis, quo caſu tempus ad conficiendum inuentarium oon currit, Cancer. dict. cap. 2. de inuent. num. 21. qui alios allegat. At pro coofirmatione huius replicatioois rogo Dominos meos, recordari de petitione facta pro expeditione præambuli ſub dicta die 28. Ianuarii 1642. nullam eſſe habeodam rationem, cùm ſit præſentata per Procuratorem ad lites, & tamen ſpeciale requiritur mandatum ad adeundam hæreditatem, propter magnum præiudicium, l. qui ita, §. 1. ff. ad Trabell. l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed vtrum, ff. de acquir. hæred. & ita intelligitur tex. in l. per procuratorem 89. ff. eod. tit. vbi licèt hæreditas per Procuratorem adiri non poſſit, intelligitur per Procuratorem geoeralem, ſecùs ſi per ſpecialem, vt optimè declarat Mantica de tac. & ambig. lib. 7. tit. 2. n. 28. quidquid aliter ſimpliciter teneant D. de Medic. conſ. 118. n. 30. & D. Coonſil. Aries de Meſa lib. 2. var. reſol. cap. 28. ſub n. 6. & quamuis ſit ratificata per D. Priocipiſſam, ſub die 8. Nouembris 1642. tamen ratificatio intelligitur, vt ex nunc, non autem vt ex tunc, vt probauimus in primo reſponſo ex pluribus, præſertim ex Honded. conſ. 38. n. 21. Surd dec. 76. n. 17. & dec. 245. vbi n. 4. verſ. fuit tamen concluſum, ſic deciſum refert, & proinde vel fateodum erit, quod infra trimeſtre tempus nulla adſit petitio pro interpoſitione decreti præambuli cum beneficio inuentarii, & conſequenter illud poſteà facere nequit, vel ſi atteodamus tempus ratificationis, & hoc caſu tempus trium menſium ad conficiendum inuentarium hæreditatis aditæ par Procuratorem, & ratificatæ per principalem currit à die ratificationis, vt perbellè probat Burſ. conſ. 96. ſub n. 4. lib. 1. quæ cùm ſit doctrina punctualis, non erit vlteriùs quærendum, vt tradit Felin. io cap. ordinem, n. 3. de reſcrip. Neuiz. conſ. 67. hodie enim omnis Aduocatorum labor principaliter conſiſtit in reperiendo doctrinam in terminis, vt inquit Natta conſ. 631. n. 17. quē referēs ſequitur Magon. dec. Flor. 26. n. 28. vel etiā deciſiooem in indiuiduo auctoritate eiuſdem Felin. tradit idem Magon. dec. Florent. 66. n. 21. eò magis, quia erat præſeotatum aliud teſtamentum legale ſub die 5. eiuſdem meoſis, & anni, & ſic ceſſabat impedimentum legalitatis, & proptereà inuentarium debebat facere per totum diem 8. Ianuarii 1643. & tamen fuit, vt præſumitor, confectum ſub die 21. Martii eiuſdem anni 1643. & ſic nulliter, ad tex. in dict. l. fin. §. fin. autem hoc aliquis. Hinc quatenus prædicta non procederent, prout verè militant, & ratificatio eſſet facta intra tres meoſes, adhuc ſumos in tuto, licèt enim eootra Ang. & Dec. per nos adductos teneant nonnulli Doctores à D. Aduerſario citati, quos etiam oos in ſecundo reſponſo ponderauimus, tamen etiam ſi attendamus opinionem Phanucii, Cancerii, Thomaſij & Viuii in contrarium adductorum, adhuc etiā

vel immixtio, illudque fuit adinuentum per ritus M. C. V. pro liquidando inſtrumento ad inſtantiam hæredis creditoris, ſiquidem in ritu 167. in fine ſtatuitur, vt hæres, qui voluerit inſtrumentum liquidare contra debitorem paternum, doceat ſe hæredem per publica inſtrumenta, & in ritu 181. ampliando fuit ordinatum, quod ſi hæres non habeat publicum inſtrumentum, per quod conſtat ſe eſſe hæredem, poſſit dare petitionem, & probare per quaſcunque probationes, ſe eſſe hæredem, & interpoſito decreto, quod ſit hæres, liquidabit inſtrumentum, & Catau. ibi n. 2. & 3. ponit formam petitionis, & decreti, & in alio ritu 286. fuit ſimiliter ſtatutum, quod hæredes volentes liquidare inſtrumentum, debent præſentare petitionem præambuli, & ſic debet præcedere præambula probatio, quod ſit hæres, vt valeat inſtrumentum liquidare iuxta ritum 181. vbi Catau. nu. 1. præambulum enim dicitur liquida probatio aditionis hæreditatis, D. Conſil. Theodorus alleg. 17. nu. 41. in quo perfecta vtriuſque iuris ſcientia, atque ingens altarum virtutum cumulus eſt, immò ſi decretum præambuli non contineat expreſsè clauſulam liquidandi inſtrumenta, nec poterit liquidare, vt teſtatur Thorus voto 84 n. 335. & 336. Et propterea tale præambulum neceſſariò ſolùm in liquidatione inſtrumenti requiritur, vt dictant ritus prædicti M.C. quamuis hodie generaliter deſeruiat in omnibus caſibus, in quibus neceſſe eſt demonſtrare, quem eſſe hæredem alicuius. Hinc videmus, quod ſi quis agat iudicio ordinario vti hæres alicuius, & præſentat tantummodò teſtamentum, in quo fuit inſtitutus hæres, obtinet, etſi non producat præambulum, nam eo ipſo, quod dicit eſſe hæredem, & præſentat teſtamentum, adiiſſe cenſetur, vt ſuprà fundauimus, quod ſecùs erit, ſi ageretur contra aliquem vti hæredem debitoris, nam etiam ſi per teſtatorem produceretur teſtamentum ad probandum conuentum eſſe hæredem debitoris, non obtinebit, illo negante eſſe hæredem, niſi doceat, illum ſe immiſcuiſſe hæreditati exigendo à debitoribus, vel ſoluendo creditoribus hæreditatis, ad tradita per Bellug. in Specul. Princip. loco infrà citando. n. 56. verſ. videamus, vel producat aliquam confeſſionem factam per ſcripturam, in qua ſe hæredem aſſerit debitoris, quæ plenè probat aditionem, ex ſuprà adductis. Hinc inoleuit praxis in his Tribunalibus ſemper obſeruata, vt fiant præcepta per Iudicem conuentis ad declarandum, ſi ſunt hæredes, & ſi tenent, & poſſident bona hæreditaria, de qua teſtatur Bellug. in Specul. Princip. rub. 41. §. leges Regni, nu. 56. verſ. ideò eſt bona cautela, quem ſequitur Gallupp. in praxi S.C. in nouiſſima impreſſione, par. 1. cap. 6. n. 22. D. Conſil. Gizzarel. dec. 48. ſub nu. 1. Muſcatel. magnus practicus in praxi S.C. par. 3. gloſſ. hæreditaria, per totam, D. Reg. Rouitus ſummæ eruditionis, ac magni nominis, cuius doctiſſima commentaria, conſilia, & deciſiones veram, ac perpetuam laudem merentur, in Pragm. 6. de offic. Iudic. Ex quibus ſatis clarè liquet, ad probandum aliquem eſſe hæredem, & hæreditatem adiiſſe, non eſſe neceſſarium præambulum, & proinde cùm conſtet de aditione per plures actus, & tempus conficiendi inuentarium ſic elapſum, tenetur D. Principiſſa creditoribus, & legatarijs etiam vltra vires hæreditarias, dict. l. fin. §. ſin verò, Rol. de inuent. q. 22. quæ nec per viam reſtitutionis in integrum admitti poteſt ad illud conficiendum, mulieri enim ſuffragatur reſtitutio in integrum ſolùm aduerſus ſolemnitates omiſſas, vt deciſum teſtatur D. Præſ. de Franc. cuius omnes vno ore prædicant virtutem, & exactiſſimam iuris ſcientiam, dec. 229. aliaſque deciſiones refert Regens Capyc. Latro conſult. 57. n. 4. qui licèt ſuprà nu. 17. & ſeq. adducat nonnullos Doctores, tenentes etiam, aduerſus non confectionem inuentarij mulierem in integrum reſtitui, tamen prædicti Doctores loquuntur, quando peritiores conſulere non poterat mulier, quod ceſſat in caſu præſenti, ac etiam quia contrarium fuit deciſum, vt ſuprà adduximus. Nec allegata impedimenta per dictam D. Principiſſam ſubſiſtunt, non primum, quod fuit impedita à dicto Magno Comeſtabili pro expeditione decreti præambuli, nam licèt ipſe comparuiſſet, non tamen impugnauit teſtamentum præſentatum abſque legalitate, immò illud expreſsè approbauit, & inſtitit tractari iunctis aulis propter grauitatem negotij, & perſonarum, dum non erat expediendum pro bonis fideicommiſſo aſcendentium ſubiectis, ſeruata forma teſtamenti Magni Comeſtabilis D. Philippi producti, & portionum debitarum vigore Conſuetudinis Neapolitanæ pro bonis antiquis ſitis intra diſtrictum, & ſic nullum præſtitit impedimentum, ſed tantùm inſtitit audiri pro dictis eius iuribus, & propterea erat audiendus pro ſuo intereſſe, & qui iure ſuo vtitur, nemini iniuriã facit, l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. cum alijs concordantibus adductis per D. Conſil. Gizzarel. dec. 7. n. 62. & non prohibebatur D. Principiſſa interim conficere inuentarium, dum iam adiuerat hæreditatem, & præambulum ſolummodò declarat, quem eſſe hæredem, ſtante inſtantia facta, quod eſt hæres. Immò ſi impedimentum dici poſſet, facilè illud reparare poterat procurando expeditionem cauſæ, quod nullatenus egit in tot menſibus, & proinde hæres non excuſatur, & cenſetur, ac ſi non fuiſſet impeditus, & tempus currit, vt notabiliter habetur in l. quibus diebus, in princ. ff. de cond. & demonſt. in l. ſed ſi per Prætorem, §. ait Prætor, ff. ex quibus cauſ. maior. Gratian. cap. 798. nu. 7 lib. 4. diſcept. forenſ. vbi alia iura citat, Rol. dict. q. 80. nu. 2. & propterea non eſt ei ſubueniendum, dum potuit impetrare quod facilè obtinuiſſet, l. 1. § fin. ff. de aqua quotid. & æſtiua, D. de Medic. conſ. 127. per totum, tunc enim non dicitur impeditus, Gratian. vbi ſuprà, n. 23. Cenc. de cenſ. q. 59. n. 36. & dec. 328. n. 5. in nouiſſ. impreſſ. & dum poterat remoueri recurrẽdo ad M.C. non excuſatur, Surd. dec. 189 nu. 31. & dec. 203. n. 16. Secundum impedimentum, quod teſtamentum productum non erat legale, & quod proinde procurauit aliud cum legalitate ſub die 10. Octobris 1642. quod præſentauit ſub die 15. Nouembris 1642 ſimiliter tollitur, nam vt diximus, D. Magnus Comeſtabilis teſtamentum productum abſque legalitate non impugnauit, & M.C. poterat expedire dictum decretum præambuli, dum nulla aderat oppoſitio D. Magni Comeſtabilis cuius intererat, ſecundò, quia-

dò, quia terminus trium menſium currit à die ſcientiæ delatæ hæreditatis, vel à die aditionis illius, non autem à die expeditionis decreti præambuli, tertiò, nam hoc impedimentum ſibimet dedit ipſa D. Principiſſa, dum præſentauit illud non legale, & intra tres menſes ad plus procurare poterat cum legalitate, dum vltimum, quod præſentauit, ad eius manus peruenit intra dies 35. dum fuit exemplatum in Ciuitate Tarragonæ ſub dicta die 10. Octobris 1642. & fuit præſentatum ſub die 15. Nouembris 1642. & ſic dum intra ſeptem menſes non procurauit, ſibi imputet. Vltimò, vt diximus, ſufficit, quod declaraſſet, ſe eſſe hæredem, vel bona hæreditaria retinuiſſet, & exegiſſet, vt hæreditatem adiſſe dicatur, cùm præambulum tantùm interponatur, vt declaretur, quod ſit hæres. Nec tandem obſtat alia exceptio, in qua totum fundamentum facit D. Principiſſa, hunc articulum fuiſſe aliàs propoſitum, & deciſum per Collaterale Conſilium ad eius beneficium, ſiquidem in ſecunda nullitate propoſita per dictum Magnum Comeſtabilem die 16. Septembris 1642. aduerſus decretum, per quod fuerat prouiſum, quod aſſignentur Status Atiſſæ, & Manupelli, aliæque Terræ D. Principiſſæ in computum eius crediti, cum cautione de reddendo computum, &c. fuit expreſsè dictum, decretum prædictum eſſe nullum ex duobus, præcipuè Primò, quia dum D. Principiſſa eſt hæres vniuerſalis in burgenſaticis, ac etiam exegit bona hæreditaria poſt mortem, ſtatim cenſetur nedum confuſa, ſed penitus extincta actio, & prætenſum creditum, ex l. debitori, C. de pact. & l. ſi debitori creditor, ff. de fideiuſſ. Secundò, nam quatenus hæreditatem non adiuerit, non poterat interponi decretum prædictum, dum antequam declaretur, an ſit hæres, non poterat agere, l. vt debitum, C. de hæred. act. dum per Collaterale Conſilium omnia prædicta fuerunt reiecta, pronunciando, nullitates non obſtare mediante decreto ſub die 12. eiuſdem menſis, & anni interpoſiti. Siquidem, ſicuti inanis eſt prætenſio, ita facili negotio reſoluitur, nam Domini Regentes nec etiam ſomniati ſunt hunc articulum decidere, quia hoc non fuit diſcuſſum, non enim fuerunt productæ exactiones, ac procurationes, & confeſſiones, vt ſuprà factæ, & productæ in M.C. & in hoc ſufficiat pro teſtimonio veritatis viuæ vocis oraculum integerrimi Iuris peritiſſimi, ac acutiſſimi ingenij Domini mei Præſidis S.C. qui in dicto articulo nullitatis in Collaterali Conſilio votauit, & iam in deciſione huius cauſæ interuenit, & præſt. Ideoq; in ſecunda nullitate fuit oppoſitum, quod quatenus D. Principiſſa prætenderet, adhuc non adiiſſe hæreditatem, tamen decretum erat nullum, ex dict. l. vt debitum, dum non erat declarata hæres, tamen quia fuit deciſum, nullitates non obſtare, fuit habitum pro vero, à D. Principiſſa fuiſſe aditam hæreditatem, quia aliàs non fuiſſet admiſſa ad agendum, ad tax. in dict. l. vt debitum, & ſic dictum decretum reijciens nullitates fuit fundatum ſuper illa ratione ſuprà adducta, quia dicta D. Principiſſa adierat hæreditatem. Et ex his iudicandum ſpero, eſſe reuocandum decretum præambuli cum beneficio legis, & inuentarij bonorum burgenſaticorum dictæ D. Principiſſæ eius vxoris, ſeruata forma teſtamenti, & declarari, illam eſſe hæredem, abſque beneficio legis, & inuentarij, ac demptis portionibus debitis dicto D. Magno Comeſtabili, & fratribus ſuper bonis antiquis in diſtrictu exiſtentibus, ſeruata forma Conſuetudinis Neapolitanæ, & reſpectu bonorum fideicommiſſo ſubiectorum auditi Eminentiſſimum Cardinalem Columnam Ducem Paliani hæredem vniuerſalem dicti Magni Comeſtabilis patris. Michael Angelus Gizzius. Verùm quia inſurrexerunt aliæ difficultates ſuper eodem negotio, proptereà aliæ fuerunt additæ reſponſiones in facto, & in iure, vt demonſtratur in ſequentibus allegationibus.

Hæres inſtitutus ab alio abſente afferendo ſe hæredem, nulla facta mentione de beneficio inuentarij, item data tali aſſertione an ſufficiat ſemel petiiſſe declarari hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, præterea ſi benè hæres exegerat certam ſummam pecuniarum hæreditatis, illam vti creditrix, & citra ius, & nomen hæredis exegerat, inſuper ſi benè annus elapſus fuerat ad conficiendum inuentarium, proceſſerat ex impedimento cohæredis, ac etiam quia exigitur citatio creditorum ad conficiendum inuentarium, quæ non poteſt expediri ex ſola præſentatione teſtamenti, cùm debeat præcedere decretum præambuli, demum, quia cohæres in feudalibus cùm non ſit creditor, fruſtrà allegata opponere videbatur, cùm ipſe contribuere teneatur in ſolutione crediti hæredis inſtituti, ac aliorum creditorum per contributum, & actio crediti hæredis inconfuſa pro ea parte, pro qua eſt hæres, non autem pro alijs, quocirca ad repulſam prædictorum fuerunt ſequentia in iure allegata per ſolertiſſimum Aduocatum. Etſi ex his, quæ in alio reſponſo deducta ſunt clariſſimè liqueat de iuſtitia dicti Magni Comeſtabilis Columnæ, ac aliorum creditorum, qui poſteà comparuerunt ad excluſionem D. Principiſſæ Buteræ, vt nullatenus valeat declarari hæres cum beneficio inuentarij, ſed tantùm ſimpliciter abſque dicto beneficio, attamen quia aliqua fuerunt motiua excitata per D. Aduocatum D. Principiſſæ ad adumbrandum notoriam iuſtitiam dicti D. Magni Comeſtabilis, ac aliorum creditorum, exiſtimaui, quamuis non neceſſariò, oppoſita refellere, vt omnis ceſſet dubitandi ansa Dominis ius dicentibus. Dicit primò D. Aduerſarius, quod licèt in memorialibus porrectis S.E. ſub die 28. Nouembris 1641. afferat D. Principiſſa, eſſe hæredem quondam D. Principis Buteræ in burgenſaticis, nulla facta mentione de beneficio inuentarij, ac etiam in mandato procurationis per ipſam facto ſub die 24. Decembris 1641. vti hæredem dicti D. Principis in perſonam Pompei Columnæ, nulla facta proteſtatione de dicto beneficio inuentarij, attamen erat prohibita petere declarari hæredem cum dicto beneficio inuentarij intra trimeſtre datum ad conficiendum inuentarium, prout periit ſub die 28. Ianuarij 1642. eò magis, quia ex dicto mandato procurationis colligitur mens, & voluntas ipſius adeundi hæreditatem cum dicto beneficio inuentarii. Secundò dicit, quod licèt poſt 28. Ianuarii 1642. in aliis duabus inſtantiis factis in Collaterali Conſilio ſub die 6. Februarii 1642. in quibus ſe hæredem vocauit dicti quon-

dam Principis abſque expreſſione beneficij inuentarij, nihilominus quia ſufficit, ſemel ipſam petiiſſe declarari hæredem cum dicto beneficio inuentarij per actus contrarios poſteà ſubſequutos, nullum ſit præiudicium petitioni factæ cum beneficio inuentarij. Tertiò, etſi exegerit pecuniarum quantitatem hæreditatis poſt mortem quondam Principis, illam exigit vti creditrix citra ius, & nomen hæredis, ac etiam vti Vicaria Generalis vigore prouiſionum Collateralis Cōſilij expeditarum ſub die 29. Nouembris 1641. Quartò, quod licèt ſit elapſus annus ad conficiendum dictum inuentarium bonorum exiſtentium extra Regnum, tam à die 24. Decembris 1641. quo procuratorem conſtituit dictum Pompeum, vt ſup. quàm à die 28. Ianuarij 1641. quo petiit declarari hæredem cum beneficio inuentarii in M. C. tamen hoc euenit ex impedimento dato per dictum D. Comeſtabilem, dum petiit in menſe Februarij 1642. cauſam tractari tunctis aulis M.C.V. eò magis, quia M.C. noluit decretum præambuli expedire, quia teſtamentum productum non erat cum legalitate, & quod proinde annus reſpectu bonorum extra Prouinciam non incępit currere, ſtantibus dictis impedimentis. Quintò, quia dum ad conficiendum inuentarium ſolemne requiritur citatio creditorum, & intereſſe prætendentium, quæ nō poteſt expediri ex ſola præſentatione teſtamenti, cùm debeat priùs præcedere decretum præambuli Magnæ Curiæ interponendum in beneficium hæredis, ad quod citat Gratian. cap. 767. diſcept. foreaſ. n. 28. Ideo terminus currit à die interpoſitionis dicti decreti præambuli. Sextò, nam D. Magnus Comeſtabilis non eſt creditor hæreditatis dicti quondam D. Principis, ſed tantùm cohæres in feudalibus, ideoque fruſtrà hoc opponit, cùm teneatur contribuere in ſolutione crediti ipſius D. Principis, ac aliorum creditorum per contributum, & actio crediti D. Principiſſę ſit confuſa pro ea tantùm parte, pro qua eſt hæres, non autem pro aliis portionibus aliorum cohæredum, contra quos ſalua remanet actio, ad quod allegat tex. in l. ſi adulta, C. de hæred. act. & quod proinde ſit legitimus contradictor. Hæc in ſumma opponuntur ex aduerſo, omnia tamen facillimè ex infraſcriptis currenti calamo ob temporis anguſtiam adnotatis reſoluuntur. Prima igitur oppoſitio non obſtat, ſiquidem de dicta comparitione pręſentata ſub die 28. Ianuarij 1642. nulla poteſt haberi ratio, cùm ſit præſentata per Procuratorem ad lites, & licèt ratificata ſit per D. Principiſſam ſub die 8. Nouembris 1642. illa tamen ratificatio intelligitur à die ratificationis, vt latè fuit fundatum in alio primo reſponſo, immò etiam obſtaret, quandoquidem ſi hæres à principio adiit hæreditatem ſimpliciter abſque beneficio inuentarij, vel abſque proteſtatione, ſe velle eſſe hæredem cum beneficio inuentarii, non poteſt intra trimeſtre tempus dictam aditionem reuocare, & hæreditatem adire cum beneficio inuentarii, requiritur enim à principio proteſtatio, quod intendit adire hæreditatem cum beneficio inuentarii, & quod illud poſteà intra tempus à iure ſtatutum conficiat, vt habetur ex cautela, quam pro inſtructione hæredum tradit Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, in finalibus verbis, n. 25. ff. ſi cui pluſquam, per l. falc. Ibi caueant omnes hæredes, qui volunt gaudere beneficio Inuētarii cùm adeunt, vel ſe immiſcent, ſemper aſſerant, ſe velle inuentarium conficere, & eius beneficio gaudere, aliàs tanquam certi de hæreditariis viribus viderentur hæreditatem agnouiſſe. nec conficiendo poſteà inuentarium, quicquam eis proficeret, l. fin. §. cùm igitur, ibi nullo indigent inuentario. hæc Ang. quē ſequutus eſt Dec. conſ. 631. n. 6. vol. 2. aliamque cautelam, ne hæres ex actibus, quos gerit, importantibus hæreditatis aditionem abſque beneficio inuentarii, teneatur creditoribus, ſi hæreditas ſoluendo non ſit, tradit Durant. de arte teſtandi, tit. 11. caut. 5. n. 2. vt ſcilicèt ab initio proteſtetur, ſe nihil geſſurum animo adeundi hæreditatem, & ne per actus ex interuallo factos poſt proteſtationem videatur ab illa receſſum, donec ibi n. 3. proteſtationem eſſe concipiendam verbis ſignificantibus futurum tempus. Et magis in noſtris terminis eſt doctrina ſingularis Dec. in l. debitori, n. 5. & 16. C. de pact. vbi, quod ſi creditor adeat ſimpliciter hæreditatem debitoris, licèt infra tres menſes conficiat inuentarium, adhuc tamen actio pro eius credito eſt confuſa, ſecùs verò ſi illam à principio adiiſſet cum beneficio inuentarii, rationibus per eum ibi adductis. Et licèt non me lateat, aliquos Doctores in contrariam iuiſſe ſententiam, vt proteſtatio non ſit neceſſaria, dummodò infra trimeſtre conficiatur inuentarium. Hæ tamen contrariæ Doctorum opiniones diſtinctione conciliantur per eoſdem Doctores, quos in contrarium adduci poſſunt, vt prima opinio, quam Ang. & Dec. probant, procedat, quoties tempore, quo hæres adit hæreditatem, affirmaret, illam eſſe locupletem, & ſoluendo, & ſit tuta de opulentia hæreditatis, vt per Paul. de Caſt. conſ. 274. ſub n. 2. vol. 1. & ſecunda verò opinio procedat, vbi ſimpliciter quis adiit hæreditatem, nulla facta mentione, quod illa ſit locuples. & ſoluendo, vel non. Et proinde etiam attenta hac opinionum conciliatione, res eſt in tuto pro nobis, dum in memorialibus porrectis S. E. ſub die 28. Nouembris D. Principiſſa manifeſtiſſimè aſſerit, hæreditatem prædictam burgenſaticam eſſe maximi valoris, & ſic vti certa de viribus hæreditatis inuentario non indigebāt, ad tex. in dict. l. fin. § cùm igitur, ibi, ſiquidem recta via adire maluerit hæreditatem, & ſpe certiſſima hoc fecerit, vel ſe immiſcuerit, vt non poſteà eam repudiet, nullo indiget inuentario. Vel dicamus, quod Doctores, qui contrarium tenent, loquuntur, vt poſſit tantùm hæres, qui hæreditatem ſimpliciter adiit intra tres menſes inuentarium conficere, non autem quod infra eundem terminum declarare poſſit, velle hæreditatem adire cum beneficio inuentarii, reuocando priorem confeſſionem factam ſimpliciter, & inuentarium facere quandocunque ſibi videbitur, prout fecit D. Principiſſa, dum illud, attenta opinionę pędictorum Doctorum, facere tenebatur intra tres menſes à die 28. Nouembris, vel à die 24. Decembris 1641. & ſic ad peius per totum diem 24. Martii 1642. & tamen illud præſumitur confectum ſub die 21. Martii anni ſequentis 1643. & ſic poſt annum à die lapſus termini trium mēſium, quod facere nequiuit, cùm nec Iudex poſſit prorogare, vel abbre-

uiare

uiare terminum à lege ſtatutum ad inuentarium conficiendum, dilatio enim non reſpicit actum per Iudicem expediendum, vt ex Bal. & Iaſ. in dict. l. fin. probat Duran. de arte teſtandi dict. tit. 11. caut. 8. n. 2. verſ. ſecundo inuentarium, Aluar. Valaſc. poſt multos, quos allegat conſult. 52. n. 9. & propterea de eo nulla poterit haberi ratio, dict. l. fin. §. ſin autem hoc aliquis. Nec enim facit, quod in dicto mandato procurationis facto in perſonam Pompei Columnæ adſit poteſtas ad petendum, dictam D. Principiſſam declarari hæredem cum dicto beneficio inuentarij, illudque conficiendum pro bonis exiſtentibus in Regno Valentiæ, ſiquidem, vt diximus, per prius ſub die 28. Nouembris 1641. declarauerat, ſe eſſe hæredem ſimpliciter abſque beneficio inuentarij, quam declarationem reuocare nequiuerat, vel debebat inuentarium conficere intra tres menſes, etiam de bonis extra Regnum exiſtentibus, dum tota, vel maior pars hæreditatis ſit in domicilio hæredis, vt latè proſequitur Rol. de inuent. q. 75. & Baldaſſ. Thomaſ. tract. 6. de requiſitis in confectione inuentarij, tit. 8. cap. 3. nu. 28. vel ſaltem infra annum, & nec etiam hæreditas fuit per Procuratorem adita cum dicto beneficio inuentarij, nec illud confectum infra annum à die mortis teſtatoris, ad tex. in dict. l. fin. §. ſin autem à locis, ibi tunc eis vnius anni ſpatium à morte teſtatoris numerandum damus ad huiuſmodi inuentarij conſummationem, mors enim D. Principis fuit ſub die 25. Septembris 1641. quare D. Principiſſa nec inuentarium bonorum huius Regni confecit intra trimeſtre tempus, nec bonorum exiſtentium extra Regnum infra annum, & proinde ad illius beneficium admitti nequaquam poteſt, nec debet. Secunda etiam nec militat, nam dicta prima inſtantia facta per Procuratorem ad litem ſub die 28. Ianuarii 1641. nullam vim facit, quamuis ratificata per ipſam D. Principiſſam, dum, vt dixi, ratihabitio intelligi debet à die ratificationis, & propterea dum etiam in prædictis inſtantiis factis ſub dicta die 6. Februarii 1642. hæredem ſimpliciter ſe vocauerat D. Principiſſa, non potuit poſteà ſub die 8. Nouembris 1642. tales confeſſiones reuocare, & petere, declarari hæredem cum beneficio inuentarii. Immò etiam ſi illa fuiſſet à principio præſentata per ipſam Principiſſam ſub dicta die 28. Ianuarii 1642. adhuc tamen per actus ſubſequentes contrarios vocando ſe hæredem ſimpliciter videtur receſſum à dicta prima petitione facta cum beneficio inuentarii, & proinde Duran. de arte teſtandi dict. tit. 11. caut. 5. n. 3. proteſtationem eſſe faciendam per verba futuri temporis docet, ad hoc vt per contrarios actus ſubſequentes non intelligatur reuocata, rogo reuideatur, quia loquitur ſatis in terminis noſtri caſus. Tertia nequaquam impedimentum præſtat, quia iudicandum non ſit ad beneficium D. Magni Comeſtabilis, & aliorum creditorum, dum in primo reſponſo clariſſimè fuit probatum, exactiones præſumi hæreditario nomine factas, ideò ampliùs non inſiſto. Quarta minus obſtat, dum nullum præſtitit impedimentum D. Magnus Comeſtabilis, vt fuit latiſſimè deductum in primo reſponſo, & licèt M. C. V. noluerit decretum præambuli interponere, quia teſtamentum non erat legale, hoc eſt attribuendum dictæ D. Principiſſæ, debebat enim dicta M. C. V. demonſtrare, quod teſtamentum ipſum erat legale, dum erat probatum per teſtes in dicta M. C. V. quod Notarius, qui teſtamentum confecit, erat publicus Notarius, ac conficiendi publica inſtrumenta, nam primus, ſecundus, & tertius teſtis examinati de viſu de morte Principis deponunt, teſtamentum fuiſſe confectum per publicum Notarium, pro ſecundo eſt teſtis teſtamentarius, & ſic plenè probat, & hoc caſu teſtamentum prædictum confectum extra Regnum abſque legalitate fidem faciebat, vt eſt communis praxis, ſecundùm quam deciſum teſtatur Afflict. dec. 251. & proinde dum impedimento prædicto non occurrit D. Principiſſa, ſibi imputet, & ſic non excuſatur, vt fundauimus in dicto primo reſponſo, nec interim erat prohibita D. Principiſſa inuentarium facere, ſed in ſua libera poteſtate erat. Quinta oppoſitio nec nos conturbat, nam licèt pro abſoluto habeat acerrimus defenſor, & Aduocatus doctiſſimus D. Principiſſæ, quod ex ſola præſentatione inſtrumenti non poteſt expediri citatio creditorum, & intereſſe prætendentium, ex eo, quod præcedere habeat, & debeat decretum Iudicis, & ſic præambulum, & quod proinde terminus currat à die, quo interponitur decretum præambuli, Attamen hæc prætenſio, ni fallor, eſt nullius roboris, ea ratione, quia confectio inuentarii debet fieri per partem, ideoque poteſt fieri tempore feriato, quia non expeditur in forma iudicij, Ang. in l. fin. n. 23. C. de iure delib. Valaſc. dict. conſult. 52. n. 9. & de iure communi, ſecundùm quod loquitur Gratian. per Partem adductus ex ſola præſentatione teſtamenti expeditur citatio creditorum in inuentario conficiendo, quo facto non prius (vt Pars falsò ex eodem Gratiano ſupponit) Iudex decretum interponit, per quod declarat, inuentarium eſſe legitimè factum, & conſequenter poſſe gaudere illius beneficio, vt deducitur ex dictis per eundem Gratian. dict. cap. 767. n. 25. ibi, quod inuentarium eſſet de nouo ſolemniter conficiendum, & realiter producendum, vt poſſit ſuper eo decretum interponi, ſic etiam repetit nu. 26. ibi, ita vt ex hoc non poſſit dici, quod decretum operetur, tanquam non adſit inuentarium, ſuper quo illud eſſet interponendum, & iterum dixit n. 28. ibi. ſuper quo verè teſtes ſe ſubſcripſerunt, & Iudex decretum interpoſuit, & clariùs, ac meliùs hoc idem probatur ex Simoncel. in tract. de decreto, lib. 2. tit. 6. inſpect. 6. n. 62. tom. 6. tract. part. 2. fol. 311. à tergo, vbi declaratur iſte caſus, vt non procedat, quando aditur hæreditas cum beneficio legis, & inuentarii, quia tunc requiritur decretum, namque Iudex aditur, qui peractis neceſſariò peragendis pronunciat, teſtes loco creditorum abſentium adhibitos eſſe idoneos, & bona ſtabilia poſſidentes, ſaluoque iure creditorum, qui vocati comparuerunt, declarat, & pronunciat præfatum inuentarium ritè, & rectè inchoatum, deſcriptum, confectum, & perfectum, ideò hæredem admittendum eſſe ad beneficium l. fin. C. de iure delib. & ſic certè ex prædictis colligitur, citationem fieri ex ſola præſentatione inſtrumenti, demum confecto inuentario interponi decretum ſuper eo. Ideoque nullius eſt momenti conſequentia, quam in dicta quinta oppoſitione deſumit aduerſarius

uerſarius

Digitized by Google

uerſatius, vt in terminis ad inuentarium conficiendum currat à die, quo interponitur decretum præambuli, ſiquidem decretum de iure communi non præcedit inuentarium, ſed ſubſequitur, & ſic illo facto interponitur, nec decretum præambuli eſt illudmet, quod de iure communi, vt ſuprà, interponitur, illud enim poſt confectionem inuentarij Iudex interponit, iſtud verò antequam conficiatur, & proinde in dicto decreto præambuli apponitur clauſula, cum beneficio legis, & inuentarii: Item illud fit, vt declaretur, inuentarium fuiſſe legitimè confectum, & proinde hæredem illius beneficio gaudere, iſtud verò declarat, & manifeſtum facit, quem fuiſſe, & eſſe hæredem, & ſic hæreditatem adiiſſe ante illius interpoſitionem, non autem à die, quo interponitur per M. C. vt ſonant verba dicti decreti præambuli, & probant D. Conſil. Theodor. alleg. 17. n. 41. Franc. de Petris conſ. 61. ſub o. 5. & circa validitatem inuentarij non agitur in decreto præambuli, ſed poſt iouentarij confectionē, quādo ſcilicet opponitur per creditores de illius inualiditate, tūc n. Iudex interponit decretū ſuper illius validitate, vel inualiditate, & ſic an, & quādo hæres gaudeat illius beneficiū, & demum præambulū fit ad finē liquidandi inſtrumentū, vt deduximus in d. primo reſponſo, eò magis, quia dicta oppoſitio procedere poſſet, ſi ante hæreditatem non adiiſſet ſimpliciter, vt ſuprà diximus, & eſſemus in puris terminis aditionis cum beneficio inuentarii, & hoc caſu ſuprà fuit etiam plenè reſponſum, vt procedere non poſſit. Sexta, & poſtrema allegari haud merebatur, ſiquidem potuit D. Magnus Comeſtabilis id opponere, tam vti hæres in feudalibus, quàm vt creditor pro vita, & militia ei debita ſuper feudis huius Regni à die mortis D. Magni Comeſtabilis Philippi communis patris, vſque ad diem obitus dicti D. Principis, intereſt enim dicti D. Magni Comeſtabilis, vt D. Principiſſa non ſit hæres cum beneficio innentarij, ſed tantùm ſimpliciter, quandoquidem ſi eſt hæres abſque beneficio innentarii, omnimodo tenetur ipſa ad omnia debita teſtatoris, & ſic non ſolùm actio pro eius prætenſo credito eſt confuſa, & extincta in totum, ſed etiam tenetur aliis creditoribus, nec poterit ab ipſo D. Magno Comeſtabili petere, vt ſoluat contributum, nam quamuis teſtator poſſit habere duos hæredes, vnum in allodialibus, alterum in feudalibus, Reg. Lanar. conſ. 80. nn. 14. aliique, quos referens ſequitur Dominus meus Marchio Totelli Reg. Capyc. Latro conſult. 9. n. 11. inter quos datur contributum pro ſatisfaciendis creditoribus, iuxta not. per Doctores latiſſimè cumulatos per eruditum Donat. Antonium de Marin. lib. 1. quotid. reſolut. cap. 162. & per D. Reg. Capyc. Latro loco citato n. 1. & conſult. 10. nu. 19. attamen ex teſtatoris voluntate fieri poteſt, vt inter prædictos hæredes ceſſet contributum, puta ſi mandauerit, vt onera per vnum ex cohæredibus perſoluantur, tunc enim ille tantùm tenebitur, vt ex D. de Franc. dec. 1. in fine, & D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſen. Reg. ſuper dote, §. 3. n. aa. tradit, & probat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. n. 4 & 23. & dict. conſul. 10. n. 65. quo caſu deſeruiet inuentarium, vt non teneatur vltra vires, aliàs ad omnia tenebitur, vt ex Iſern. & aliis fundat D. Reg. de Ponte ſub dict. n. 22. quæ quidem teſtatoris voluntas ex coniecturis etiam haberi poteſt, vt in proprijs terminis contributi plurimorum auctoritate firmat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. nu. 5. cùm euidens dicatur teſtatoris voluntas, quæ coniecturis probatur, Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 25. D. Reg. Capyc. Latro loco citato, n. 6. & conſult. 10. nn. 3. & de mente ſatis conſtare dicitur, cùm ex præſumptionibus, & coniecturis conſtat, Afflict. dec. 44. n. 15. quem etiam, & alios refert, & ſequitur D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. n. 7. In caſu tamen, de quo agimus, dubitari non poteſt de mente, & voluntate D. Principis, vt onera omnia perſoluantur per D. Principiſſam, dum fuit inſtituta hæres vniuerſalis, quo caſu ſine dubio voluit teſtator, onera ſatisfieri per hæredem vniuerſalem, & hæres in feudalibus inſtitutus habebit illa abſque alio onere, vt in terminis contributi inter hæredes in feudalibus, & allodialibus latiſſimè more ſolito pluribus mediis probat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. nu. 13. 14. 15. & 16. & dict. conſult. 10. nu. 18. Et licèt D. Magnus Comeſtabilis ſuccedens in feudis, quæ in hoc Regno abſque qualitate hæreditaria poſſideri non poſſunt, ad debita teneatur, & ex his, quæ tradit D. de Franch. dict. dec. 1. n. 16. hoc tamen procedit quoad creditores, qui poſſunt moleſtare D. Magnum Comeſtabilem ſuper feudis, D. de Franc. ibidem n. 25. D. Reg. de Ponte dict. §. 3. ſub n. 25. ſecus verò erit inter ipſos cohæredes, nam ſi D. Magnus Comeſtabilis ſolueret onera, poterit repetere à D. Principiſſa hærede vniuerſali, ad quam onera ſpectant, & ſic appoſitiſſimè declarat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 9. nu. 21. & 22. verſ. nam reſpectu, eoq; magis prædicta procedunt, dum nec D. Magnus Comeſtabilis fuit in feudis inſtitutus hæres, ſed tantum per verbum, lego, quod importat legatum particulare, nam quamuis ſit adiectum vniuerſitati bonorum, quia feudum eſt vniuerſitas, Camer. in cap. Imperialem, fol. 38. litera A. non tamen dicitur hæres vniuerſalis, D. Regens Capy. Latro d. conſult. 10. n. 7. & propterea vllo modo alio hærede vniuerſali inſtituto verbum lego, importat hæredis inſtitutionem, vt poſt Bal. Gugl. de Bened. Cępol. & Martam, ipſis relatis probat idem Reg. Capyc. Latro loco indicato, n. 14. At quia D. Principiſſa fuit hæres vniuerſalis inſtituta, verbum, lego, importat legatum particulare, immò etſi fuiſſet hæres inſtitutus, adhuc tamen diceretur legatarius, dum fuit inſtitutus in re certa, & ſic in feudis, & D. Principiſſa fuit inſtituta hæres vniuerſalis, l. quoties, C. de hæred. inſt. & gloſſ. in cap. ſi pater, in verbo in re certa, de teſtam. in 6. quam ſequuti ſunt Rom. conſ. 179. nu. 10. Soc. Iun. conſ. 111. nu. 12. lib. 1. aliique, quos refert, & ſequitur Menoc. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 20. nu. 1. verſ. primus eſt, & quatenus dici poſſet hæres, quod non admittimus, nec etiam ad aliquid tenetur D. Magnus Comeſtabilis, tam hæres particularis ad onera non tenetur, dato hærede vniuerſali, vt optimè probat D. Reg. Capyc. Latro dict. conſul. 10. nn. 21. in fine, & 23. vbi contrariis reſpondet, vt etiam dicimus in filia inſtituta in dote, quæ dicitur quid vniuerſale, Menoc. conſ. 213. n. 25. & tamen ad onera non tenetur, vt per eundem

D. Reg.

D. Reg. Capyc. Latro vbi ſuprà, nu. 9. qui etiam n. 11. idem procedere in filio in legitima inſtituto affirmat. Præterea expreſsè etiam videtur hoc diſpoſuiſſe teſtator, vt ſcilicet onera omnia ſubueret ipſa D. Principiſſa hæres vniuerſalis, nam facta inſtitutione prædicta vniuerſali in perſonam dictæ D. Principiſſæ, ibi. *Coſtituieſco mi heredero vniuerſal de todos bienes allodiales, ſeu burgenſaticos, &c. à mi Muger D. Margarita de Auſtria,* ſubdit, *en quanto à los feudales los quales ſon ex pacto, & prouidentia Principis, dexo à quien de iure ſpettan.* Credidit igitur D. Princeps teſtator, feuda eſſe ex pacto, & prouidentia, & ſic oneribus minimè obnoxia, & proinde dum præciperet ſolui debita, dixit. *Iuſta coſa es, que la deudas hechas por mi ſean pagadas, y aſſi mando à mi teſtamentario, que haga ſatisfacer lo que ſe deue por alla de mis bienes con la mayor breuedad, que ſea poſſible, &c.* Quæ verba diriguntur ad ipſam hæredem vniuerſalem, nam cùm teneret, feuda non poſſe oneribus grauari, nec ad ſolutionem debitorum ſucceſſorem in feudis adſtringi, opinando, illa eſſe ex pacto, & prouidentia, clara eius voluntas fuit, vt debita ſoluerentur ab hærede vniuerſali, qui poterat ſecundùm illius opinionem grauari, nam licèt re vera feuda ſint hæreditaria, & oneribus obnoxia, tamen quia ex deſtinatione, & opinione teſtatoris, tanquam ex pacto, & prouidentia habebantur, ita debent quòad hunc effectum iudicari, licèt teſtator in hoc errauerit. Decidere videtur hoc optimè, ni fallor, tex. in l. poſt emancipationem 38. in fine, ff. de leg. 3. vbi neptis quædam teſtatrix cùm crederet ab inteſtato ſucceſſurum patruum tantùm tanquam agnatum, cùm re vera ille per emancipationem amiſiſſet, antiquo illo iure inſpecto, agnationem, & retineret tantùm cognationem, illum in codicillis vti hæredem vniuerſalem grauauit, vt partem hæreditatis auunculo ſuo daret, & deinde etiam ab eo plura legata aliis dedit, cùm deinde prædicta ſucceſſio per bonorum poſſeſſionem ad vtrumque patruum, ſcilicet & auunculum, tanquam proximiores cognatos perueniret, & ſic alio iure, & tramite, quam teſtator ſperabat, fuit quæſitum, an patruus hæres vniuerſalis relictus teneretur ad legata aliis relicta inſolidum, an verò pro parte, dum alius hæres etiam pro parte extitit, & deciditur, teneri inſolidum, nam licèt teſtator errauerit, & auunculus ſucceſſerit vt hæres contra ſpem teſtatoris, qui credebat, illum ſuccedere ex fideicommiſſo, tamen legata debentur ab hærede, quem teſtator credebat vniuerſaliter ſucceſſurum, & ideò Bart. notabiliter dictũ textum ſic ſummat, quod grauatus præſtare legata tenetur ad illa inſolidum, licèt tam ipſe, quàm alius cum eo ſuccedat defuncto alio iure, quàm defunctus crederet, ſed in eadem portione, immò in contrarium arguit Bart. cum gloſſ. quod deberet teneri tantùm in dimidia, cum alius ſimul ſucceſſiſſet, ad tex. in l. cum pater, §. cum exiſtimaret, ff. de leg. 2. ſed reſpondet, quod auunculus ſucceſſit in tãtam portionem, in quantam teſtator voluit, & cogitauit, ſcilicet dimidiam, licèt alio iure, quàm ipſe credebat, ſed in dict. § cùm exiſtimaret ſucceſſit ille hæres in totum præter ſpem, & voluntatem defuncti, ac proinde legata etiam diminuta fuere, ita etiam in caſu noſtro, nam teſtator D. Principiſſam vniuerſalem hæredem inſtituit, feuda verò legauit cui de iure ſpectabant, credendo, illa eſſe ex pacto, & prouidentia, & oneribus ſoluta, & ſic ſucceſſit D. Magnus Comeſtabilis in illis feudis ex voluntate defuncti, licet non vti ex pacto, & prouidentia, vt credebat, & reliquerat teſtator, ſed cum qualitate hæreditaria, & conſequenter alio iure, & tramite, quam ipſe teſtator opinaretur, & propterea nullo modo tenebitur ad onera, quia illa ab hærede vniuerſali ſolui reliquit, cũ crederet, feuda eſſe ex pacto, & prouidentia, & ab oneribus libera. Hęc autem interpretatio, quę voluntati teſtatoris arridet, fieri debet, non autem ſecundùm veritatem, quia attenditur eius credulitas, non veritas, vt magiſtraliter docuit gloſſ. omnino videnda in l. quo loco, in verbo alterum, ff. de hæred. inſt. quam ibi ſequuntur Bar. Bal. Ang. Caſt. & cæteri, & ſubdit Ang. ibidem, quod diſpoſitio teſtatoris capit ſubſtantiam ab eius opinione, non à vera ſubſtantia terminorum, nam cùm agatur de interpretanda ipſius voluntate, eius opinio, & credulitas attendenda eſt, quæ in hoc facit ius, ſecundùm Bal. in l. fin. §. 1. n. 27. C. comm. de leg. latè Simon de Prætis, lib. 2. interp. 4. dub. 2. ſolut. 3. numer. 8. Mantica lib. 3. tit. 10. nu. 1. & ſeq. Surd. dec. 241. n. 15. & 16. & latè Caſtill. Sotomaior lib. 5. contro. cap. 62. n. 1. 5. & 6. & propterea cùm ille exiſtimauerit, feuda prædicta eſſe ex pacto, & prouidentia, licèt reuera ſint hæreditaria, illa ſecundùm opinionem, & credulitatem teſtatoris iudicari debent, non ſecundùm veritatem. His accedat, nam dum teſtator mandauit, debita perſolui ex eius bonis, intellexit de bonis allodialibus, non autem feudalibus, quæ bonorum appellatione non veniunt, vt per Capyc. in inueſtitura feud. in verbo feuda bonorum appellatione, Bal. l. fetn. & alii in cap. 1o generali, ſi de feud. defunct. mil. præſumitur, voluiſſe debita perſolui per D. Principiſſam hæredem vniuerſalem in allodialibus, eò magis quia fuit relicta teſtamentaria, ideoque ad omnia onera tenetur, quando enim vnus ex hæredibus fuit datus executor, conuenitur in totum, non pro portione hæreditaria, & cauere debet cohæredibus, indemnes eos præſtare, vt probatur apertiſſimè in l. ſi à pluribus 110. ff. de leg. 1. Inſuper hæredes in feudalibus, & in burgenſaticis, quatenus (quod negamus) per contributum inter ipſos ſatisfacere creditores tenerentur, ſecundùm notata per Doctores latiſſimè cumulatos per Don. Anton. de Marinis lib. 1. quotid. reſol. cap. 262. & per D. Marchionem Torelli Reg. Capyc. Latro conſultat. 9 numer. 1. & conſult. 10. numer. 19. Nihilominus id intelligitur, quando aliquis ex cohæredibus non eſt creditor teſtatoris, nam quando eſt creditor, tunc dum debitori ſuccedit, confunditur actio credit. l. debitori 7. C. de pact. l. vt debitum 5. C. de hæred. act. Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, n. 230. de ſucceſſ. ab inteſt. Duran. de arte teſtandi, tit. 11. caut. 13. n. 1. qui alia iura citat D. Conſil. Carleual omnium ſcientiarum peritiſſimus in tract. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 13. nu. 1. vbi alios adducit, quod intellige pro ea parte, quæ eſt hæres, nam pro reſtanti quantitate competit ſibi actio contra alios cohæredes. l. ſi debitori creditor 51. ff. de fideiuſſ. & in dict. l. ſi aduiſa, optimè Menoch conſ. 125. n. 3. 4.

n.3.4.5.& 6.lib.2.quo caſu ſufficit,quod hæreditas animo tantùm ſit adita, vt per gloſſ. in dict.l. ſi debitori, in verbo adita, ideoque intereſt D. Magni Comeſtabilis, vt D.Principiſſa non admittatur ad confectionem inuentarij, vt confuſa remaneat actio eius prætenſi crediti ex dicta aditione hæreditatis facta ſimpliciter abſque beneficio inuentarij pro ea parte, qua eſt hæres, nam ſi eſſet hæres cum beneficio inuentarij, non eſſet confuſa actio eius prætenſi crediti in nihilo, dict.l.fin.§.in computatione, verſ.ſi verò & ipſe, C.de iure delib. Duran. vbi ſuprà, ad quod allegat etiam Roman.conſ.276. & eo caſu cùm hæres inuentarium minimè fecerit, locum habet contributum, vel quando cohæres non eſt creditor,& agitur de ſatisfaciendis creditoribus hæreditariis, & proptereà dum etiam D. Aduocatus D.Principiſſæ in eius nota facti,& iuris aſſerat, actionem prætenſi crediti D. Principiſſæ eſſe confuſam pro parte, qua ſucceſſit, ex dict.l.ſi adulta, non videtur dubitandum, illam eſſe hæredem abſque dicto beneficio inuentarii, nam hæres cum beneficio inuentarii non confundit actionem in nihilo, vt ex dict.§.in computatione, verſ. ſi verò & ipſe ſuprà tradidimus. Michael Angelus Gizzius. Ex quo fuerunt aliæ difficultates exortæ ſuper eadem cauſa, neceſſe fuit, nouis dubitationibus reſpondere, vt patet ex ſequentibus allegationibus.

Hæres in teſtamento inſtitutus, ſi eius vigore inſtitit declarari hæredem cum beneficio legis, & inuentarii, ei ſufficere debeat aſſertio, fuiſſe inſtitutum hæredem vniuerſalem, ad hoc vt aditio hæreditaria oriatur. Secundò, quod ſciat, teſtatorem eſſe mortuum. Tertiò, quod ſciuerit, teſtamentum eſſe factum. Quartò, quod ſciuerit, hæreditatem eſſe ſibi delatam. Quintò, quod ſciat, ex qua cauſa ad ipſum pertineat hæreditas. Sextò, vt ſciat, ſe hæredem eſſe voluntarium, vel neceſſarium. Septimò, quod ſciat, pro qua parte eſt hæres, vel in totum, vel pro parte, his tamen replicabatur huiuſmodi, videlicet. Decreueram à ſcribendi munere in hac cauſa me abſtinere, fuit enim magna dote (etſi nulla quidem indigebat) dotata in duobus editis reſponſis, attamen quia D.Aduerſarius non ceſſat quotidia nouas addere replicationes aduerſus ſolidiſſimas iurium concluſiones in ijs per nos adductas, vt tamen Dominis Senatoribus apertiſſimè liqueat, illas à propoſita facti ſpecie penitus extraneas eſſe, libuit iterum calamum iterare in augmentum doris cauſæ prædictæ breuius, quàm fieri poterit, non verborum vanitate, ſed iuribus, ſolidiſque maiorum noſtrorum traditionibus confutationes replicationum in paucis horis currenti calamo notare. Primo igitur replicat D.Aduerſarius, vt nullatenus induci poſſit aditio ex verbis memorialium porrectorum S. E. in Collaterali Conſilio ſub die 28. Nouembris 1641. non ex primo memoriali, cùm verba illa; *s'intende l'habbia instituita herede vniuerſale*, reddant voluntatem dubiam adeundi, cùm actus aditionis non inducatur, niſi hæres ſit certus, non ſolùm de inſtitutione, ſed de illius qualitate, & conditionibus, & quod ſit in ſtatu, quod hæreditas poſſit acquiri, ad quod allegat Marant. in l. is poteſt, n. 16. ff. de acquir. hæred. & alios, non etiam ex ſecundo memoriali, in illo enim tantummodò aſſerit D.Principiſſa, fuiſſe ipſam relictam teſtamentariam, & exequutricem à quondam Domino Principe eius viro, non autem fatetur, ſe eſſe hæredem illius. Confutatur tamen hæc replicatio, quandoquidem, vt fuit deductum in dictis reſponſis, hæreditas ex verbis prædictis adita cenſetur, & nunc ad confirmationem prædictæ ſolidiſſimæ concluſionis addo, nam antequam hæres adire poſſit plura requiruntur, vt per Gugl. de Bened. in cap. Raynuntius, verbo mortuo itaque teſtatore, il primo, n.335. par.2. de teſtam. vt ſi de illis hæres nõ eſt certificatus, talis aditio non reconualeſceret per ſcientiam ipſorum, & ſic par potentiam adeundi, Ang. in l.cùm quidam, §.quod dicitur, ff.de acquir.hæred. Gugl de Bened.ibid.n.352. Primò requiritur, quod teſtator ſit mortuus, quia nemo poteſt ſe gerere pro hærede viuo teſtatore, in cuius bonis gerendus ſit, l.neminem, ff.de acquir. hæred. & ſufficit, quod probetur per famam, vt per Gugl.de Benedict.loco citato, n.336. probat Menoch.de adipiſcenda poſſeſſione, remed.4.n.672.& ſeq.& in tract.de præſumtionibus, lib.6.præſum.49. n.21. vel ex tractatu, & habitu conſanguineorum, puta ſi luctum fecerint, Menoch.dict.remed.4. n.674. ac etiam ſi hæres teſtamentum oſtendat, Gugl.de Benedict. ſub dict.n.336.& latè Menoch.dict.remed.4.nu. 661.cum pluribus ſeqq. eò magis, quando illud eſt confectum in ſcriptis, & ſic clauſum, non enim aperiri poteſt, niſi ob ſubſequutum obitum teſtatoris. Quæ omnia concurrunt in caſu præſenti, tum ob publicam vocem, & famam, & luctum factum, tam per conſanguineos, quàm per D.Principiſſam, tum etiam ob teſtamentum productum, & confeſſionem in dictis memorialibus factam, dicto enim quondam arguit, quem eſſe mortuum, eò magis dum fatetur, hæreditatem ad ſe ſpectare, ibi, *che come herede vniuerſale li ſpettano*. Immò in procuratione facta ad lites ſub die 25. Nouembris 1641. dicta D. Principiſſa vocat ſe viduam dicti quondam D. Principis, & ſic certa erat de morte viri. Secundò, quod ſciat, teſtatorem eſſe mortuum, ita vt non ſufficiat, verè eſſe mortuum, nam ſcientia requiritur, l.hæres inſtitutus, §.1.ff.de acquir.hæred.& ſufficit, ſi hæres dicat, quod teſtator ſit mortuus, vt hic, l.cùm quidam, §.quod dicitur, & l. ſi quis extraneus, §.fin.ff.eod.& ſic ſtatur dicto hæredis, niſi ex aduerſo contrarium probetur, vt ex Bart.in dict. l. is poteſt deducit Gugliel.de Bened.loco indicato, n.342. Tertiò, quod ſciuerit, teſtamentum eſſe factum, non quod interfuerit in teſtamenti factione, aut fieri viderit, audiuerit, vel legerit, ſed ſufficit, quod ei ſit dictum, vel ſcriptum literis amicorum, dict.l.de ætate, ff. de interrog.act. vel quod ſit publica fama, vt pluribus iuribus adductis probat Gugliel.de Bened. vbi ſuprà, nu.345. Et tandem D.Principiſſa non ſolùm ſciuit mortem, ſed etiam teſtamenti factionem, & illius circumſtantiam, dum dixit in primo memoriali, quod fuerat hæres vniuerſalis inſtituta, & in ſecundo, quod erat relicta teſtamentaria, prout in lectio ſic fuit compertum, & liquet etiam ex dicta procuratione facta ſub die 24. Decembris 1641. quæ omnia ad eius notitiam peruenerunt ex literis Eminentiſſimi Cardinalis Columnæ, qui etiam teſta-

Digitized by Google

teſtamentum præſentatum ei tranſmiſit, & proinde conuincitur replicatio D. Aduerſarij. Quartò, quod ſciuerit, hæreditatem ſibi eſſe delatam, etiam ſi ſciuerit ex literis amicorum, vel per famam, Bart. in dict. l. is poteſt, quem ſequitur Guglielm. de Bened. ibidem n. 344. quæ ſcientia in currenti caſu ſatis ex prædictis liquet. Quintò, quod ſciat, ex qua cauſa ad ipſum pertineat hæreditas ex teſtamento, vel ab inteſtato, l. ſi is, ad quem, ff. de acquir. hæred. Gugl. de Bened. loco citato, n. 348. & tamen ſatis certa erit D. Principiſſa, hæreditatem ad ſe ſpectare ex teſtamẽto, vt aſſeruit in dictis memorialibus, & procuratione. Sextò, vt pariter ſciat, ſe eſſe hæredem voluntarium, vel neceſſarium, quia ſi in hoc erraret, vitiaretur aditio, l. is, qui putat, & l. ſeq. ff. de acquir. hæred. Guglielm. de Bened. ibidem, num. 351. quod pariter ſciuerat D. Principiſſa, dum erat hæres ex teſtamento, vt ſup. Septimò quod ſciat, pro qua parte eſt hæres, vel in totum, vel in partem, Bart. in dict. l. is poteſt, & D. Principiſſa ſciebat, eſſe hæredem vniuerſalem in burgenſaticis ex teſtamento, vt narrauit in dictis precibus porrectis, & in dicta procuratione. Hinc cùm omnia prædicta ſciuerit D. Principiſſa, fruſtrà dubitatur de aditione hæreditatis prædictæ à dicto die 28. Nouembris 1641. & proinde replicatio Domini Aduerſarij nullius eſt roboris. Secundò replicat, exactionem fuiſſe factam iure crediti, non autem titulo hæreditario, quandoquidem qui poteſt duplici nomine actum gerere, non cenſetur adire, niſi exprimat, cùm præſumatur factum eo titulo, quo minus afficit, & ſic iure creditoris, ne ob confectionem inuentarij teneatur etiam de proprio creditoribus, & legatariis, ex Cancer. variar. reſol. cap. 2. de inuent. nu. 239. Nihilominus hæc replicatio ſimiliter cõuincitur, nam, vt fuit fundatum in alijs reſpõſis, exactio fuit expreſsè facta iure hæreditario, dum inſtiterit in Collaterali Conſilio pro retentione burgenſaticorum ad ſe ſpectãtium vti hæredẽ, eoque magis, quia in dubio de iure præſumitur facta titulo hæreditario, non iure crediti, vt deciſum retulimus in primo reſponſo per Rot. Roman. ex Puteo dec. 437. lib. 1. & Epiſcopo Riccio collect. 2808. verſ. ſed quarto, nunc addo Martam reſp. 11. nu. 14. eò magis, quia non vſa fuit cautela tradita per Duran. de arte teſtandi, tit. 11. caut. 5. nu. 2. & 3. nempe non hæreditario, ſed creditricis nomine exactionem facere, quam cautelam dant Doctores relati per Sanctiſſ. Ludouiſ. deciſ. 7. num. 9. Nec Cancerij locus allegatus vim mihi facit, loquitur enim, vbi quis poteſt alio capite, quàm aditionis actum gerere, vt intelligatur geſtus eo nomine, quo minus obſtat agenti, & exemplum ponit in vxore, quæ à viro hæres inſtituta, cum haberet dotem in bonis eius viri, remanſit in domo poſt eius mortem, vt intelligatur retinere iure crediti, non autem titulo aditionis, ſecùs tamen iudicandum erit in caſu præſenti, nam licèt mulieri viduæ creditrici pro eius dotibus concedatur retentio bonorum, in quorum poſſeſſione reperiebatur conſtante matrimonio inſimul cum viro, vt per D. Conſil. Gizzarel. dec. 44. vbi fuit conceſſa retentio domus vxori, in qua illa cum viro viuente habitabat, nihilominus tenetur declarare poſt mortem viri, velle mutare cauſam poſſeſſionis, & bona retinere pro ſuis dotibus, vt per eundem D. Gizzarel. ibidem, n. 4. vbi etiam de Angel. in addit. n. 5. qui neruosè probat n. 6. mutationem voluntatis non præſumi, niſi probetur, & tamen D. Principiſſa talem declarationem minimè fecit, ſic etiam in caſu relato per Cancer. nõ apparet, ibi vxorem adiiſſe hæreditatem, ſed tantùm poſſidere domum viri. Immò quatenus de hac Cancerii doctrina poſſet haberi aliqua ratio, quod nullatenus admittimus, adhuc tamen procedere poſſet reſpectu mobilium in eius poſſe exiſtentium, non autem quoad exactionem nominum debitorum, nunquam enim fundare poterit, nec de iure, nec Doctorum auctoritate, poſſe creditorem exigere à nominibus debitorum hæreditatis debitorum, cùm contrarium expreſsè de iure deciſum habeamus in l. rem 29. §. 1. ff. de euict. ibi, quã rem ſi poſſidet, retinere poterit, peti autem vtiliter non poterit, & proinde exactio omni iure facta titulo hæreditario, quo facere poterat. Tertiò replicat, non induci aditionem ex ſolutione facta ducatorum 900. illis de Cardone quondam D. Principis, eò quod ſolutio prædicta fuit facta poſt decretum Collateralis Conſilij, per quod prætendit, ſibi fuiſſe remiſſam continuationem adminiſtrationis, quam per prius habebat. Erronea tamen, ni fallor, eſt etiam ipſa replicatio, quandoquidem non negamus, ſolutionem fuiſſe factam poſt decretum interpoſitum per Collaterale Conſilium, attamen D. Principiſſa non petiit ſimpliciter continuationem adminiſtrationis, ſed cum expreſſa conditione, vt valeret retinere fructus feudalium, donec fuerit ſatisfacta de eius prætenſis creditis, bona verò burgenſatica tanquam ad ſe ſpectantia vti hæredẽ vniuerſalẽ, ibi, *e retinerſela ſino che ſarà integramente ſatisfatta di detti ſuoi crediti, & altre ragioni, & attioni, che come herede vniuerſale li ſpettano in qualſiuoglia modo, e parte.* Procedere tamen poſſet replicatio, ſi ſimpliciter petiiſſet continuationem adminiſtrationis, & quia declarauit cauſam, pro qua volebat retinere, nullo modo colorari poteſt hæc prætenſio, vt ſolutio intelligatur facta per D. Principiſſam vti adminiſtratricem, non vti hæredẽ, cũ in dubio etiã ſolutio intelligitur facta titulo hæreditario, Maſc. de prob. cõcl. 44. n. 29. vbi infinitos allegat, & inter ipſos Matteſil. ſing. 33. vbi dicit, iſtud eſſe admiratione dignum, cùm talis actus poſſit etiam fieri citra ius, & nomen hæredis, quilibet enim poteſt debitum alienum ſoluere, l. ſoluendo, C. de neg. geſt. & tamen ſolutio præſumitur facta titulo hæreditario, eò magis, quia ſolutio fuit facta de pecunia hæreditaria, & hæc conſideratio tollit omnem difficultatẽ, quam opinionem Mattheſ. ſequutus eſt Natta videndus conſ. 448. n. 20. vol. 2. aliique apud Maſcardum loco citato. Quartò replicat, quod licèt D. Principiſſa paſſa fit conueniri à D. Camillo Columna pro recognitione albarani ſubſcripti à quondam D. Principe, tamen præſupponit, non fuiſſe conuentam titulo hæreditario, ſed vti extraneam. Confutatur ſimiliter replicatio iſta, dum iudicium motum per dictum D. Camillum fuit actitatum in eadem banca Pinti, vbi Procurator D. Principiſſæ inſtiterat pro interpoſitione decreti præambuli, & ſic fuerunt conuenti, tam ipſa D. Principiſ-

ſa hæres vniuerſalis in burgenſaticis, quàm D. Magnus Comeſtabilis hæres in feudalibus, quia de ipſorum tantùm intereſſe agebatur, & proinde fruſtrà allegatur, D. Principiſſam fuiſſe conuentam vti extraneam, vt etiam diximus in primo reſponſo. Quintò replicat D. Aduerſarius, non induci aditionem ex mandato procurationis facto ſub die 24. Decembris 1641. in perſonam Pompei Columnæ per D. Principiſſam vti hæredem dicti quondam Principis ad exigendum in partibus Hiſpaniæ omnes pecuniarum quantitates dicto D. Principi debitas, nec non adeundum, quatenus opus ſit, hæreditatem prædictam in quacunque Curia cum beneficio inuentarij, ac etiam ad vendendum omnia mobilia, & de pretio ſatisfaciendum creditoribus dicti quondã D. Principis deſcriptis, & annotatis in eius teſtamento, ex D. de Franch. dec. 60. n. 15. eò magis, quia mandatum prædictum non habuit effectum, cùm ad manus dicti Procuratoris non peruenit, & proinde cùm non explicauerit poteſtatem ſibi attributam, aditio non inducitur, ad quod allegat Annam alleg. 61. Conuincitur tamen D. Aduerſarius in hac replicatione, ſiquidem ex conſtitutione Procuratoris ad exigendum cenſetur adita hæreditas, vt ex Bal. Marant. & Rota Genuæ probauimus in primo reſponſo, etiam ſi ad adeundum conſtituatur Procurator, Caualc. de tutor. & cur. fol. 33. poſt n. 68. Iaſ. in l. 1. n. 41. ff. de offic. procur. Cæſ. Bortel. conſ. 57. n. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 94. & Coſta de retror. fol. 73. n. 15. & licèt D. de Franch. dict. deciſ. 60. n. 15. difficultet, ſi ſola conſtitutio Procuratoris ad adeundum inducat hæreditatis aditionem, & adducit Doctores pro vtraque opinione, non tamen reſidet in negatiua, vt D. Aduerſarius ſupponit, indubitatè tamen admittit D. de Franc. ibidem, quod ſi interueneriit executiui actus, inducitur aditio, & in caſu noſtro certam habemus executionem mandati procurationis, dum dict. Pompeus vendidit omnia bona mobilia, & ſuppellectilia quondam D. Principis pro duc. 25000. in circa de ordine dictæ D. Principiſſæ, & ſic pro exequutione dicti mandati procurationis, vt liquet ex depoſitione duorum teſtium omni exceptione maiorum facta in Alma Vrbe, & tamen D. de Franch. loquitur, vbi ſola conſtitutio Procuratoris adeſt, ſed in caſu noſtro plures adſunt actus aditionem inducentes, vt in alijs reſponſis fundauimus, & ſuprà comprobauimus. Nec obſtare videtur Anna dict. alleg. 61. nam licèt ibi nu. 3. dicat, quod ſi Procurator conſtitutus ad adeundum cum beneficio inuentarij, & ad illud conficiendum, ſi Procurator dictum inuentarium non conficiat, Principalis non incidit in pœnam, ex l. 3. §. ſi filius, ff. quod quiſque iur. l. ſi procurator 6 ff. de cond. indeb. tamen iura prædicta per ipſum allegata hanc concluſionem haud probant, vt oculis Dominorum Iudicantium liquebit, rogo reuideant loca prædicta, eò magis, quia etſi dicta concluſio ijs iuribus probaretur, nec erit applicabilis huic negotio, ibi enim, vt refert Anna, fuit conſtitutus Procurator ad adeundum cum beneficio inuentarij, & ad illud conficiendum, & Procurator ſolummodo hæreditatem adiit cum dicto beneficio, nullum tamen confecit inuentarium. At in caſu noſtro reſpectu bonorum exiſtentium in partibus Hiſpaniæ fuit ſolummodò conſtitutus Procurator ad adeundum cum beneficio inuentarij, non autem ad illud conficiendum, & proinde etiam ſi dictus Procurator adijſſet hæreditatem, non tamen poterat conficere inuentarium, nam licèt fieri poſſit per Procuratorem, vt in dict. l. fin. §. ſin autem à locis, ibi per ſe, vel per inſtructos Procuratores, C. de iure delib. Rol. de inuent. q. 112. n. 8. tamen ſpeciale requiritur mandatum, l. qui ita, §. 1. vbi Bart. ff. ad Trebell. & in l. filiusfam. col. fin. ff. de don. Golin. de procur. par. 2. cap. 5. n. 220. Duran. dec. 337. n. 54. & ſeq. adeò quod ſi illud fit à Procuratore generali hæredis, non poſſit niſi ſequuta ratificatione, Monticul. de inuent. diuerſ. q. 228. n. 69. Cumque dictum mandatum procurationis plures contineat facultates ſeparatim, ſcilicet ad exigendum, ad vendendum, ad ſoluendum creditoribus, & ad adeundum, ſufficit, vt aditio facta intelligatur, quod aliquis ex dictis actibus ſit explicatus per Procuratorem, prout fecit, vendendo bona omnia, & ſoluendo creditoribus deſcriptis in teſtamento eorum credita, vt deponunt teſtes prædicti in Alma Vrbe examinati. Nec à veritate alienum videri debet, ſi dicamus, dictum Procuratorem ſoluiſſe D. Principiſſæ reſtantem quantitatem pretij dictorum bonorum venditorum, morabatur enim in domo, & in ſeruitio dictæ D. Principiſſæ, & non eſt credendum, non habuiſſe ab ipſo computum cum reliquorum reſtitutione. Neq; nos conturbat replicatio, quam voce ponderauit D. Aduerſarius, venditionem nimirum dictorum bonorum fuiſſe factam per D. Pompeum vti Procuratorem D. Proſperi Columnæ Prioris Hiberniæ executoris teſtamentarii dicti quondam Principis eius fratris de menſe Septembris 1641. Quandoquidem procurationi prædictæ nulla poterit fides adhiberi, illa enim non habet legalitatem Officialis loci, vbi fuit facta, ſecundùm ritum M C. 188 nec legalitas prædicta ſuppletur ex atteſtationibus ibi factis per duos alios Notarios fidem facientes, Notarium, qui mandatum procurationis ſtipulauit, eſſe publicum Notarium, quia requiruntur atteſtationes trium, non autem duorum Notariorum, vt docet Vrſil. ad Afflict. dec. 251. ſub n. 1. poſt Barb. in rub. de fide inſt. fol. mihi 30. col. 4. Cepol. caut. 54. aliàs capit. 201. in nouiſſima impreſſione, & non ſolùm requiruntur dictæ tres atteſtationes aliorum Notariorum, cum eorum ſignis, ſed etiam requiritur fides Officialis illius loci, atteſtantis dictos tres Notarios eſſe publicos Notarios, ſiquidem ſicut D. Magnus Comeſtabilis opponit, quod ille, qui ſtipulauit procurationem, non eſt Notarius, ita etiam negat, quod illi, qui teſtantur de Notariatu dicti Notarii ſtipulantis, non ſunt publici Notarii, vt optimè in his terminis conſiderauit Hippol. Marſil. in l. ſi quis, n. 68. ff. de quæſt. nec cõtrouerti poterit, quod requiratur etiã atteſtatio Officialis loci, poſt ſubſcriptionem aliorum Notariorum, nam ſic fuit ſeruatum in ſecundo teſtamento producto per D. Principiſſam, at quia hìc tantùm duo Notarii faciunt tales atteſtationes, non autem tres, prout requiruntur, meritò de tali mandato procurationis nulla erit adhibenda ratio, immò ſi de di-

ſta

cta procuratione poſſet haberi ratio, quod negamus, adhuc tamen venditio bonorum eſt præſumenda, quod fuerit facta vigore procurationis factæ per D. Principiſſam ex duobus, primò, quia ſi vtitur declaratione facta per duos teſtes, quod venditio fuit facta partim de menſe Septembris, & partim de menſe Octobris 1641. tamen procuratio fuit facta ſub die 10. Octobris 1641. & ſic poſt venditionem factam de menſe Septembris, & propterea teſtes de falſo redargui poſſunt, dum deponunt, fuiſſe vendita bona prędicta de ordine dicti D. Proſperi; ſecundò, nam exiſtente hærede non poteſt executor bona diſtrahere, vt ſatisfiat creditoribus, & legatarijs, l. alio, ff. de alim. leg. ſed requiritur, quod teſtator exequutori det alienandi poteſtatem liberam, vt per gloſſ. in l. prædium, C. quando decret. opus non eſt, Alexand. conſ. 62. lib. 2. & hoc caſu ſtante dicta licentia conceſſa per teſtatorem debet requiri hæres, l. prohibere, §. clam, ff. quod vi, aut clam, l. creditor, C. de diſtract. pign. vt appoſitiſſimè hæc omnia conſiderat Duran. de arte teſtandi, tit. 7. caut. 10. nu. 1. & 2. & propterea neceſſariò fatendum eſt, venditionem fuiſſe factam vigore mandati procurationis factę per D. Principiſſam, quod conuincitur, ſiquidem in dicta procuratione facta, vt præſumitur per D. Proſperum vti executorem, nulla adeſt poteſtas ſoluendi debita, & legata, ſed tantùm hæc poteſtas adeſt in procuratione confecta per D. Principiſſam, vnde dum dictus Procurator ſoluit credita creditoribus, vt teſtantur teſtes examinati in Alma Vrbe, non videtur dubitandum, alienationem fuiſſe factam per Pompeum vti Procuratorem D. Principiſſæ, non autem D. Proſperi executoris, eòque magis, quia tres fuerunt relicti executores, abſque tamen clauſula inſolidum, & ſic vnus ſolus non poterat. Sextò replicat, quod licèt D. Principiſſa hæreditatem adiiſſet ſimpliciter abſque reſeruatione beneficij inuentarii ſub die 28. Nouembris, vel ſub die 24. Decembris 1641. ſi tamen intra trimeſtre inuentarium confecerit, illius beneficio iuuatur, ex Phanuc. de inuen. diuerſ. q. 237. n. 25. & Cancer. dict. cap. 2. de inuent. n. 31. Thomaſ. tit. 8. cap. 3. n. 44. & Viuius opin. 351. nu. 15. quamuis contrarium teneant, vt ſcilicet ab initio requiratur proteſtatio, quod velit adire cum dicto beneficio inuentarii, Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, n. 25. ff. ſi cui pluſquam per l. falcid. & Dec. conſ. 635. n. 6. quos nos adduximus in ſecundo reſponſo, & propterea dicta Dom. Principiſſa inſtitit in M.C. declarari hæredem cum beneficio inuentarii ſub die 28. Ianuarii 1642. & ſic intra trimeſtre, licèt illud intra dictum tempus non confecerit, poſſit tamen illo iuuari, etiam ſi poſt dictum tempus fiet, non enim ſibi imputari debet, cur illud non confecerit, dum fuit impedita tam à Iudice, quàm à D. Magno Comeſtabili, & propterea tempus conficiendi inuentarium non currit, Rol. in dict. tract. de inuent. diuerſ. q. 80. vbi etiam Phanuc. q. 238. n. 20. qui nu. 25. impedimenta conficiendi inuentarium remittit arbitrio Iudicis. Et ad probandum impedimentum Iudicis allegat, quod noluit interponere decretum præambuli, dum teſtamentum non erat legale, & ob tale defectum non obtinuit, & propterea factum Iudicis impedit curſum temporis, arg. tex. in cap. ex inſinuatione, de appell. & auth. ſed his, C. de temp. appell. D. Regens Rouit. dec. 53. n. 7. Et ſimiliter impedimentum datum à D. Magno Comeſtabili probat ex eo, quod voluit, & obtinuit, interpoſitionem decreti præambuli tractari in M.C. iunctis aulis, cùm ſint decidendi grauiſſimi articuli fideicommiſſi, Conſuetudinis, & aliorum, & quod propterea ex inſtantia prædicta videtur mota lis, quo caſu tempus ad conficiendum inuentarium non currit, Cancer. dict. cap. 2. de inuent. num. 21. qui alios allegat. At pro confirmatione huius replicationis rogo Dominos meos, recordari de petitione facta pro expeditione præambuli ſub dicta die 28. Ianuarii 1642. nullam eſſe habendam rationem, cùm ſit præſentata per Procuratorem ad lites, & tamen ſpeciale requiritur mandatum ad adeundam hæreditatem, propter magnum præiudicium, l. qui ita, §. 1. ff. ad Trabell. l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed vtrum, ff. de acquir. hæred. & ita intelligitur tex. in l. per procuratorem 89. ff. eod. tit. vbi licet hæreditas per Procuratorem adiri non poſſit, intelligitur per Procuratorem generalem, ſecùs ſi per ſpecialem, vt optimè declarat Mantica de tac. & ambig. lib. 7. tit. 2. n. 28. quidquid aliter ſimpliciter teneant D. de Medic. conſ. 118. n. 30. & D. Conſil. Aries de Meſa lib. 2. var. reſol. cap. 28. ſub n. 6. & quamuis ſit ratificata per D. Principiſſam, ſub die 8. Nouembris 1642. tamen ratificatio intelligitur, vt ex nunc, non autem vt ex tunc, vt probauimus in primo reſponſo ex pluribus, præſertim ex Hondcd. conſ. 38. n. 21. Surd dec. 76. n. 17. & dec. 245. vbi n. 4. verſ. fuit tamen concluſum, ſic deciſum refert, & proinde vel fatendum erit, quod infra trimeſtre tempus nulla adſit petitio pro interpoſitione decreti præambuli cum benaficio inuentarii, & conſequenter illud poſteà facere nequit, vel ſi attendamus tempus ratificationis, & hoc caſu tempus trium menſium ad conficiendum inuentarium hæreditatis aditæ per Procuratorem, & ratificatæ per principalem currit à die ratificationis, vt perbellè probat Burſ. conſ. 96. ſub n. 4. lib. 1. quæ cùm ſit doctrina punctualis, non erit vlteriùs quærendum, vt tradit Felin. in cap. ordinem, n. 3. de reſcrip. Neuiz. conſ. 67. hodie enim omnis Aduocatorum labor principaliter conſiſtit in reperiendo doctrinam in terminis, vt inquit Natta conſ. 631. n. 17. quē referēs ſequitur Magon. dec. Flor. 26. n. 28. vel etiā deciſionem in indiuiduo auctoritate eiuſdem Felin. tradit idem Magon. dec. Florent. 66. n. 21. eò magis, quia erat præſentatum aliud teſtamentum legale ſub die 5. eiuſdem menſis, & anni, & ſic ceſſabat impedimentum legalitatis, & propterea inuentarium debebat fieri per totum diem 8. Ianuarii 1643. & tamen fuit, vt præſumitur, confectum ſub die 21. Martii eiuſdem anni 1643. & ſic nulliter, ad tex. in dict. l. fin. §. fin. autem hoc aliquis. Hinc quatenus prædicta non procederent, prout verè militant, & ratificatio eſſet facta intra tres menſes, adhuc ſumus in tuto, licèt enim contra Ang. & Dec. per nos adductos teneant nonnulli Doctores à D. Aduerſario citati, quos etiam nos in ſecundo reſponſo ponderauimus, tamen etiam ſi attendamus opinionem Phanucci, Cancerii, Thomaſij & Viuii in contrarium adductorum, adhuc etiā

illorum opinio limitatur, quotieſcunque hæres abſque proteſtatione adiens aſſerat, hæreditatem eſſe opulentam, tunc enim ſpe certiſſima adiiſſe dicitur, ita vt inuentarium facere haud poſſit, vt probauimus in ſecundo reſponſo, & nunc addo, quod non ſolùm hæreditas in dubio præſumitur locuples, vt per Menoch. conſ.207. n.19.lib.3. ſed etiam D. Principiſſa adiit hæreditatem prædictam ſpe certiſſima, quod erat locuples, dum dixit *aſcendente à grandiſſimo valore.* Quod etiam comprobauit, dum in inuentario confecto, appellatione pendente aſſeruit, corpora burgenſatica Status huius Regni eſſe ann. duc.6635.3.4. & pro capitali duc.93000. vltra burgenſatica Terrarum Galatri, Plaiſani, & Cerri, ac præter ipſos deſcripſit duc. 4240. conſequendos à D. Carolo Concublet, alioſque duc. 33607. cum intereſſe ab Vniuerſitate Palmæ, & demum duc.180000. conſequendos ab Eminentiſſimo Cardinali Columna hærede quondam D. Magni Comeſtabilis D. Philippi ex cauſa promiſſionis factæ dicto D. Principi annuorum duc. 40000. quibus addendi ſunt alij duc.25000. peruenti ex venditione bonorum mobilium in partibus Hiſpaniæ, aliique ducati 6880. per D. Principiſſam exacti ab Aerariis, vt in proceſſu liquet, vltra mobilia exiſtentia in hac Ciuitate in eius poſſe ad minus duc.50000. & ſic hæreditas burgenſatica iuxta poſita per dictam D. Principiſſam eſt valoris duc.462280. creditores verò deſcripti in inuentario prædicto ſunt ducatorum 32050. & proinde hæreditas, quæ remanet ad beneficium D. Principiſſæ eſt duc. 430230. & ſic tergiuerſari non poteſt, quod adierit hæreditatem, ſpe certiſſima à principio non conficiendi inuentarium, dum hæreditas eſt ditiſſima hinc etiam quando conſtat, hæreditatem eſſe locupletem, hæres poteſt conueniri durante termino ad conficiendum inuentarium, tunc enim hæres nullo indiget inuentario, Rol. de inuent. q.145. Limitatur etiam opinio Phanucij, Cancerij, & aliorum, vt licèt hæres conficere poſſit inuentarium intra trimeſtre, quamuis à principio abſque proteſtatione adierit, illo tamen non iuuatur quòad creditores, ſed tantùm quòad deductionem falcidiæ, & trebellianicæ, vt in puncto probat Specul. omnino videndus in tit. de inſt. edit. §.fin.nu.18. verſ. ad hoc autem vt ſcias, fol. mihi 730. par.2. ex tex. in d.l. fin. §. fin autem hoc aliquis, C. de iure delib. quem ſequutus eſt Dec. conſ.399. verſ. dubium tamen videtur facere. lib.2. quandoquidem hæres, qui inuentarium non fecit, non ſolùm tenetur etiam de proprio creditoribus, & legatariis hæreditatis, dict. l. fin. §. fin autem temerariò, Menoch. dict. conſ.207. nu.17. ſed etiam falcidiam, & trebellianicam non deducit §. ſancimus, auth. de hæred. & falc. Menoch. ibidem n. 18. Tandem etiam ſi ſequamur opinionem Phanucij, & aliorum ſuprà relatorum, illi tamen admittunt confectionem inuentarij infra tres menſes, non autem petitionem confectionis illius, illudque conficere quãdo hæres voluerit, vt in caſu noſtro, & propterea vndiq; infirma remanet replicatio D. Aduerſarii. Nec allegata impedimenta D. Principiſſæ proſunt, non primum Iudicis, qui etſi denegauerit interpoſitionem decreti præambuli, dum teſtamentum non erat legale, attamen quia de facili remoueri poterat tale impedimentum, Dom. Principiſſæ adſcribendum erit, non Iudici, & cenſetur, ac ſi non fuiſſet impedita, & tempus currit, vt expreſsè probatur in l. quibus diebus in princ. ff. de cond. & demonſt. in l. ſed ſi Prætorem, §. ait Prætor, ff. ex quibus cauſ. maior. Rol. alios citat d.q.80.n.2. Gratian. lib.4. diſcept. forenſ. cap.798. n.7. poterat enim Iudici animaduertere, quod ipſa vſa erat cautela deſumpta ex ritu M. C. 188. ſecundùm quam deciſum refert Afflict. dec. 251. quem ſequutus eſt Viuius comm. opin. 387. nu. 3. lib. 1. cùm probauerit per tres teſtes, quorum vnus eſt etiam teſtamentarius, quod dictum teſtamentum fuit confectum per publicum Notarium, quo caſu probata dicitur legalitas, immò ſufficiebat etiam ſummaria extraiudicialis informatio, vt in dicto ritu 168. qui eſt in viridi obſeruantia, vt teſtatur Carau. ibi in princ. Ac etiam poterat repræſentare, quod etiam ſi dictum teſtamentum non erat legale ex depoſitione dictorum teſtium, adhuc poterat decretum præambuli interponi, inſtrumentum enim, quod venit à longinquis partibus abſque legalitate, probat, ſi a parte non opponatur de legalitate, cùm poſſit quis dicto ritui renunciare, vt in puncto probat Carau. reuidendus in dicto ritu 188. n. 4. & infinitos alios cumulat Viuius loco citato n. 1. vbi de communi opinione etiam teſtatur, & tamen D. Magnus Comeſtabilis non ſolùm non oppoſuit de legalitate, ſed teſtamentum prædictum probauit petendo portionem bonorum antiquorum vigore Conſuetudinis Neap. quæ quidem portio ab hærede eſt recipienda. Et ſimiliter ſi dubitabat de hac teſtamenti approbatione, poterat inſtare, vt ipſe D. Magnus Comeſtabilis declararet, an approbaret, vel non teſtamentum prædictum, cùm ſtatim approbauiſſet, fuit enim illud, vt diximus, tranſmiſſum dictæ D. Principiſſæ à dicto Eminentiſſimo Cardinali Columna fratre, immò nec poterat illud impugnare, cùm illud expreſsè approbauerit, petendo tantùm portionem bonorum antiquorum, l. non putauit. §. ſi quis ſua manu, ff. de bon. poſſ. contra tab. cum aliis iuribus adductis per Phanuc. de inuent. q.244. nu. 126. Quæ omnia cùm non fecerit D. Principiſſa, ſibi imputet, non enim quis iuuatur impedimento, ſi potuit contra illud reclamare, & non fecit, Gratian. cap.223. n.24. lib.4. diſcept. forenſ. Maſtr. dec.185. lib.1. & propterea non eſt ei ſubueniendum, dum potuit impetrare quod facilè obtinuiſſet, l. 1. § fin. ff. de aqua quotid. & æſtiua, alia iura adducit Molin. de Hiſpan. primog. lib.4. cap.10. n.8. tunc enim non dicitur impedita, Gratian. dict. cap.223. n.25. Cenc. de cenſibus, q.59. n.36. & dec.328. nu.5. in nouiſſima impreſſione Taurinenſi, Surd. dec.189. n.31. & dec.203. n. 16. vt etiam deduximus in primo reſponſo, & nunc addo D. Conſil. Arias de Meſa lib. 1. var. reſol. cap.47. ſub n.7. vbi alios etiam adducit. Cùm autem hoc impedimentum culpa propria Dom. Principiſſæ euenit, vel quia dum ſciebat, teſtamentum non eſſe legale, non debebat facere actus aditionis, nec illud præſentare in M.C. ſed expectare aliud cum legalitate, & poſtmodùm hæreditatem adire ſimpliciter, vel poterat obſtaculum Iudicis remouere per modum, vt ſuprà, & propterea non excuſabatur ob impedimen-

tum

Digitized by Google

rum, Rom.conſ.9. verſ.in contrarium, Sarnenſ. in reg.de trien.q.57.verſ. & quia, quos refert, & ſequitur Cenc. dict. dec.328.nu. 4. cum impedimentum non dicatur legitimum, quod quis ſibi cauſauit, Ariſm.Tepat.var.iur.ſent. tit.131. de imped. cap.1. D. Reg. Rouit. dict. dec.53. n.18. Hinc ſi impedimentum poterit cogitari, & prouideri, etiã tacitè non excuſat à mora, l.pen.ff.de iure dot.cum aliis adductis per Amat.dict.reſolut. 34.n.32. Sicuti etiam ad hoc vt quis ob impedimentum excuſetur duo probare debet, ſecundùm Menoch.de arb.Iud.lib.2.cent.2. caſu 128. n.7.& Afflict.dec.29.ſub n.1. Primò, quod illud impedimentum remoueri non poterat, l.ſed ſi per Prætorem, §.ait Prætor, ff.ex quib.cauſ.maior. Crau.conſ.270.n.3. Secundò, quod vſus ſit omni diligentia ad tollendum dictum impedimentum, l. qui comeatus, ff.de re mil. Veral.dec.72. n.6.par.2.cum alijs plenè adductis per Menoch. dict.n.7.& vt ſuprà conſiderauimus neutrum ipſorum fecit D. Principiſſa, & propterea non excuſatur, & tempus ad conficiendum Inuentarium currit, vt ferè in propriis terminis lariſſimè probat Dec.conſ.677.per totum, ex cuius dictis facilè decidi poterit cauſa iſta, ibi enim concludit, quod ſi vigore ſtatuti cauſa appellationis ſit terminanda infra duos menſes, & Iudex non fecit reſpondere poſitionibus, & lapſi ſunt dicti duo menſes, nec cauſa eſt terminata culpa Iudeis, tamen quia hoc impedimentum poterat facilè per appellantem remoueri, petendo, quod appellatus deponat ſuper poſitionibus, aliàs habeatur pro confeſſo, & proinde concludit, appellationem eſſe deſertam, ad quod citat plura iura, & Doctorum auctoritates, & præcipuè tex. in l.fin.§.illud, C.de temp.appell.ibi, niſi ipſe appellator euidentiſſimis probationibus poſſit oſtendere, ſiquidem ſumma ope niſum voluiſſe litem exercere per Iudicem, aut ſtetiſſe, quatenus quoties impedimentum quoquo modo tolli poteſt, illud non excuſat, Ludou.dec.Peruſ.36. in fin.Raud.de analog.cap.37.n.77.alii per Tepatum loco citato, cap.5. Immò ſi aliquod impedimentũ adfuiſſet, prout verè non adfuit, adhuc vt illud D.Principiſſę prodeſſet, & ſic terminus nõ curreret, debebat expreſsè proteſtari de impedimento, vt eſt gloſſ. notabilis in cap. cupientes, §. quod ſi ſuper viginti, in verbo propoſita, de elect. in 6. vbi ſi quis eſt impeditus expedire actum in termino, non excuſatur, niſi proteſtetur, quod per ipſum non ſtetit, ſed propter tale impedimentum, de qua gloſſ. magnum feſtum facit Iaſ. in l. de pupillo, §.ſi quis ipſi Prætori, col.2.& 3. ff.de nou.oper.nunc.& Alex.conſ.19.col.2.vol.1. Panorm.in cap.ſciſcitatus, in vlt.not.de reſcrip. quem, & alios etiam referens ſequitur Caſſan.in Conſuet.Burg. rub.4.in tex. ou qu'elle ait, fol. mihi 571. & ſeq.n.1.& 2. non ſolùm requiritur proteſtatio, ſed illa notificari debet parti, vt probatur in Clement.cauſam, de elect.Caſſan. dict. n.2.in addit.& nec etiam D. Principiſſa fuit proteſtata de impedimento, & ſic fruſtrà illius beneficium quærit. Et ex his etiam reſoluitur alia obiectio ſecundi impedimenti, quod prætenditur illatum à D.Magno Comeſtabili, petendo, cauſam tractari iunctis aulis M.C.quaſi quod ſit mota quæſtio ſuper hæreditate, quo caſu terminus trium menſium currit à die, quo fuit terminata quæſtio prædicta, Cancer.dict.cap.2. de inuent.n.25.vbi alios citat. Prædicta enim procedunt, vbi quis non poſſidet, ſed alius, & proinde petitione hæreditatis agit, tunc enim ſi mouetur quæſtio ſuper dicta hæreditate, tempus ad conficiendum inuentarium non currit, niſi à die finitæ litis, & in his terminis loquuntur Cancer. & alij per ipſum allegati, ſecùs verò ſi hęres poſſidet, vt in caſu noſtro, tunc enim à die aditæ hęreditatis currit trimeſtre tempus, vt ſic diſtinguendo probat Rol.de inuent. q. 68. ſub n. 5. Gugl.de Bened.dict.verb.mortuo itaque teſtatore, n.398.& Vital. de clauſ. in verb.nil innou.inuent.conſ.pend.col.5.verſ. ad vnum tamen, vbi notandum inquit, eò magis, quia D. Magnus Comeſtabilis non aliter mouit iudicium ſuper dicta hæreditate, ſed tantùm petijt portionem bonorum antiquorum, ſeruata forma Conſuet. Neap. Nec ſimiliter nos conturbat alia ponderatio, quam D. Aduerſarius deducit ex Anna alleg.19.n.20.& 21. vt non potuerit expediri citatio creditorum pro inuentario conficiendo, quandoquidem licèt actus prædictus à principio eſſet voluntarius, dummodo D. Magnus Comeſtabilis ante explicationem actus ſe oppoſuit, actus ille ſit neceſſarius, & proinde requirebatur Iudicis decretum, & interim terminus non currit. Siquidem ex ſuprà adductis, & conſideratis hæc ponderatio ſuam recipit confuſionem, vt tamen particulariter omnibus obiectis ſatisfaciamus dicimus, quod D. Magnus Comeſtabilis nunquam ſe oppoſuit aduerſus interpoſitionem decreti præambuli, ſed tantummodò inſtitit pro portione bonorum antiquorum iuxta Conſuet. Neap. quæ quidem portio eſt accipienda à manu hæredis, illam enim non habet titulo hæreditario, ſed ex prouidentia Conſuetudinis, vt relatis opinionibus pro affirmatiua, & negatiua latiſſimè probat Molfeſ. ad Conſuet.Neap. par.4.q.61. dict.n. 2. verſ. in hac Doctorum controuerſia, cum pluribus ſeqq. Et propterea doctrina Annæ procederet, ſi oppoſitio fieret à legitimo contradictore, at, vt diximus, D.Magnus Comeſtabilis non eſt legitimus contradictor ad impediendam interpoſitionem decreti præambuli, in cuius expeditione citatio non requiritur, & tamen Anna ſuccubuit in illa cauſa, quamuis id oppoſuiſſet, quia fuit confirmatum decretum præambuli M. C. V. & ſolummodò fuerunt reſeruata iura diſcutienda auditis partibus, vt in fine dict. alleg. Immò nec ob fideicommiſſum præſentatum poterat eſſe legitimus contradictor, non enim in eo eſt vocatus ipſe D.Comeſtabilis, ſed Eminẽtiſſimus Cardinalis Columna frater, & ſic fruſtrà elaborauit in hoc articulo, nec etiam ſi comparuiſſet Eminentiſſimus Cardinalis, eſſet legitimus contradictor pro nunc, dum ipſo inſtante pro interpoſitione decreti præambuli quondam D. Magni Comeſtabilis D.Philippi patris, per M. C. fuit ordinatum, quod exhibitis chirographis prouidebitur ſuper interpoſitione decreti præambuli, quod ſatis notum eſt D. Aduerſario, dum ipſo patrocinante pro d. quondam D. Principe fuit interpoſitũ prædictũ decretũ per M.C.& adhuc pendet verbum faciendum in S. C. Et quatenus D. Magnus Comeſtabilis eſſet fideicommiſſarius, non eſt legitimus contradictor in expeditione

Digitized by Google

tione decreti præambuli, ſed tantùm in articulo immiſſionis, quæ petitur poſt d. decreti præambuli interpoſitionẽ, vel tandem poterat hoc obſtaculum tollere, procurando expeditionem dicti decreti præambuli in dicta M.C. quod nequaquã fecit in tot menſibus, & ſic ſibi attribuitur, & terminus currit, vt latiſſimè ſuprà demonſtrauimus. Vltimò replicat D. Aduerſarius, maiorem partem hæreditatis eſſe extra Regnũ, & ſic in Alma Vrbe, cùm debeat conſequi ab Eminentiſſimo Cardinali Columna hærede vniuerſali dicti quondam D. Magni Comeſtabilis D. Philippi duc. 280000. ex cauſa annuorum ducatorum 40000. quę prætenduntur promiſſi dicto quondam D. Principi, & proinde habeat annum ad inuentarium conficiendum, dict. l. fin. §. ſin autem à locis, qui adhuc non eſt elapſus, cùm numeretur à die 26. Ianuarij 1643. quo fuit interpoſitum decretum præambuli. Facilis tamen erit reſolutio huius obiectionis, ſiquidem factum aliter ſe habet, maior enim pars hæreditatis manet in hoc Regno, tùm ob corpora deſcripta in inuentario, vt ſuprà ponderauimus, tum etiam quia quatenus hæreditas eſſet creditrix dicti quondam Magni Comeſtabilis D. Philippi, erit ſatisfacienda ſuper bonis huius Regni, ſuper quibus prætenditur, quod ſit facta promiſſio, non autem ſuper bonis ſitis in Statu Eccleſiaſtico, & proinde omnino ceſſat Partis aſſumptum. Eoque magis de dicta replicatione nulla erit habenda ratio, dum non vnicum, ſed plura tenetur D. Principiſſa conficere inuentaria in qualibet Prouincia, ſiuè Regno, pro bonis ibi ſitis erit conficiendum inuentarium, vt per Odoff. in d. l. fin. §. ſin autem dubius, col. fin. arg. l. eos, C. ſi cert. pet. ſcilicet pro bonis extantibus in domicilio hæredis infra trimeſtre, dict. l. fin. §. ſin autem dubius, numerandum tamen à die aditæ hæreditatis ſecundùm magis æquam opinionem, quam retulimus in primo reſponſo, & bonis exiſtentibus extra Prouinciam infra annum numerandum à die mortis teſtatoris, vt probauimus in aliis reſponſis ex dict. l. fin. §. ſin autem à locis, & proinde hic annus non incipit currere à die aditionis, vt D. Aduerſarius ſupponit, ſatis enim claré loquitur tex. difficultas tantùm fuit inter Doctores circa tempus trium menſium pro bonis extantibus in Prouincia hæredis, vt diximus, magis æqua opinio eſt, vt intelligatur à die aditionis, non autem à die ſcientiæ, ſiuè delatæ hæreditatis, vt latiſſimè in primo reſponſo diximus, & proptereà inuentarium bonorum extra Regnum exiſtantium nec enim confecit infra annum completum ſub die 25. Septembris 1642. vel ſi facere debuiſſet à die aditionis, & ſic à die 28. Nouembris, vel 24. Decembris 1641. adhuc etiam tempus eſt elapſum, & impedimenta allegata nequaquam militant, vt ſuprà latiſſimè probauimus. Ex quibus omnibus replicata pro parte D. Principiſſæ adęquate, ſublata eſſe arbitramur, & ſatis, ſuperque conſtare, nihil fuiſſe deductum, quod noſtræ cauſæ applicetur, multa itaque paucis perſtringendo ſupplicamus religioſiſſimos, ac ſapientiſſimos Dominos Senatores, dignentur animaduertere ex prædictis, & alijs in duobus reſponſis allegatis, D. Principiſſam nullum ius fouere, & omnia eius nomine replicata fuiſſe pro obſcuranda veritate, vt iuſtitia D. Magni Comeſtabilis, & aliorum creditorum, &c. Michael Angelus Grazius. Facta relatione in S.R.C. die 5. Nouembris 1643. per Iudicem Donatum Coppula fuit confirmatum decretum M. C. remittendo eidem M.C. in banca Pinti, ſed pendet reclamatio facienda iunctis aulis, vnà cum adiunctis de ordine S. E.

Hæres quilibet alicuius poſſeſſoris rei ſubiectæ alicui oneri ſoluendi, an teneatur pro rata, vel inſolidum, quemadmodum hæres defuncti domini eiuſdem rei ſubiectæ tali oneri, & ſi regulæ iuris attendantur, videtur affirmandum. Et primò, quia hæres intelligitur eadem perſona cum defuncto, §. 1. auth. de intaſtr. à moriente præſt. Statil. Paciſ. de Salu. interd. inſpect. 3. cap. 2. n. 526. Grat. reſp. 86. n. 18. vol. 2. reſp. 91. n. 1. lib. 1. Amat. dec. Ancon. 61. n. 48. Martius dec. 75. n. 10. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 265. n. 3. & cap. 203. n. 2. ac etiam illius perſonam repræſentat, l. vnica, C. vt act. ab hæred. Cęual. comun. contra com. q. 77. n. 3. Magon. dec. Lucenſ. 75. n. 4. Martius Senenſ. dec. 89. n. 27. Barz. dec. 51. n. 10. Ex quo hæres licèt non ſit obligatus in inſtrumento, vel contractu, virtualiter in eo continetur, vt inquit Mauſon. de cauſ. execut. ampl. 14. n. 36. ſubdens numer. 37. de ſtilo Notariorum in omnibus cõtractibus obligari, nec proinde hæredi objici poteſt, quod non ſit nominatus in inſtrumento, vel ſtatuto, vel in alia qualibet diſpoſitione, quia omnia diſpoſita in defuncto cenſentur ipſo iure diſpoſita in hærede, Mandel. conſ. 232. n. 2. Et non minùs contrahentes ſibi, quàm hæredibus ſuis proſpicere velle cenſentur, Vela diſſert. 16. n. 29. ſicque quis præſumitur ſtipulari pro hæredibus, etiam ſi dictum non ſit, Mantica de tac. & ambig. lib. 14. tit. 17. n. 5. & ita hæredis perſona ſemper intelligitur in quolibet contractu tranſitorio ſui natura ad hæredes extraneos, Borgn. dec. 11. n. 38. par. 3. Quinimmò ex his videtur dicendum, quod hæres in obligationibus paſſiuis eo modo præciſo tenetur, quo defunctus tenebatur, Addit. ad dict. dec. 75. Magon. lit. B. verſic. eius perſona, ita obligationes omnes actiuæ, & paſſiuæ trãſeunt in hæredes, licèt de ijs facta non ſit mentio, Polyd. Ripa de diuid. & indiuid. ſect. 10. n. 5. & melius Ciarlin. controu. forenſ. cap. 34. n. 22. Hæres namque debet habere hæreditatem cum ſuis oneribus, Amat. dec. Ancon. 91. nu. 3. & conſequenter tenetur ſeruare ea, quæ defunctus promiſit, Barz. dec. 34. n. 1. Sed quando eſsẽt plures hæredes, non aliter conuenirentur, potiſſimum in actione perſonali, niſi pro rata, maximè quando obligatio eſſet diuidua, ex Ang. in conſ. 230. col. 3. probat Coſt. de rat. ratæ, q. 189. n. 1. ad quod facit tex. in l. pro hæreditariis, C. de hæred. portion. Præſ. de Franch. dec. 203. nu. 1. & dec. 581. n. 1. Chriſtoph. Martius dec. Sen. 38. nu. 1. 2. 4. & 11. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 36. nu. 41. Sin autem eſſet actio realis, quemadmodum hæres, vt actione perſonali non tenetur, ita nec hypothecaria actione, quæ cum ea naſcitur, conueniri poteſt, idem Præſ. de Franch. dec. 483. n. 4. niſi fortè res, quã poſſidet hæres, eſſet hypothecaria actione expreſſa alteri obnoxia, quo caſu creditores optionem haberent conueniendi vnũ ex hæredibus ſolùm propter hypothecam, tradit Papon. lib. 18. tit. 5. arreſt. 5. ita iudicatum

eſſe.

Digitized by Google

eſſe. Exemplo oſtenditur in cenſu debito ob aliquam rem cenſui ſuomiſſam, & hoc caſu licèt pro rata hæreditatis cenſus ſolui debeat, non autem per ſucceſſores, ad quod prædium ſubmiſſum iudicio teſtatoris obuenit, ex Viuio, Coſta, Gutier. Monac. & Cenc. probat Mauſon. dicto tract. ampl. 14. n. 42. vbi id limitat, niſi actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto conuenirentur, quia tunc inſolidum conueniri poſſunt, ex Roder. & Cenc. ibi relatis, ad quod optimè Noguerol. alleg. 4. n. 45. ait, quod quilibet hæredum inſolidum poteſt conueniri pro exactione cenſus, ſi poſſideat bona defuncti hypothecata ſpecialiter, & ſubdit n. 46. vel generaliter, & tenetur cenſum inſolidum recognoſcere. Quod idem erit attendendum in canone debito ob rem in emphytheuſim conceſſam, vt inſolidum ab hæredibus conſequi poſſit, ex traditis per Annam alleg. 3. ac inſuper quando executio peteretur contra bona defuncti, tam virtute actionis perſonalis, quàm hypothecariæ hæres quilibet poteſt exequi, & conueniri, vt probat Noguerol. d. alleg. 4. n. 44. Sed quid contra hęredes tertij poſſeſſoris, de hoc incidit pertractari tam in M. C. V. quàm in S. C. ſi ipſi inſolidum, vel pro rata conueniendi erint pro canone debito ex re in emphyteuſi n ſubconceſſa, & inxta hãc ſententiam cùm fuiſſet per S. C. ita determinatum, inſolidum teneri hæredes ex terminis iſtis, quemadmodum ex ſequentibus allegationibus apparet, nihilominus in reclamatione re benè perpenſa aliter refertur iudicatum, quinimmò duxi eas hìc inſerere, quæ ſunt, Decretum S. C. quo deciſum fuit, hæredes Marci de Apreia ad ſolutionem cenſus emphyteutici in beneficium V. I. D. Franciſci Grippi directi domini, non pro rata, ſed inſolidum teneri, eſſe omnimodo confirmandum ex infraſcriptis breuiſſimè congeſtis ſperamus. Scitu enim ex iuris regula non ignoramus, hæredes perſonali actione conuentos, non niſi pro hæreditariis portionibus damnari poſſe, ad tex. in l. pro hæreditariis 2. C. de hæred. act. attamen relictis alijs limitationibus, de quibus videre eſt apud gloſſ. in dict. l. pro hæreditarijs, & ibi Doct. Ripa in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig. Afflict. deciſ. 332. nu. 2. id in caſu noſtro limitationem pati ex duplici capite arbitramur, & primò in emphyteutici contractus priuilegio, nam directus dominus pro canonis ſolutione indiuidua contra omnes poſſeſſores potitur obligatione, & idcirco ab vnoquoque ipſorum inſolidum exactionem obtinere poteſt, cuius rei ratio ea eſt, quia conditio, ſi canonem ſolueris, eſt indiuidua, vt proinde ad noſtrum articnlum deueniendo, ſi emphyteuta plures reliquerit hæredes, omnes inſolidum tenentur, adeò vt ſi vnus ex hæredibus partem ſuam ſoluerit, cæteri verò nequaquã, res non pro portionibus non ſoluentes, ſed in totum in commiſſum cadat, quia obligatio, quæ in defuncti emphyteutæ perſona erat inſolidum, eius hæredum facto, nullo pacto diuidi, mutarique poteſt, ideoque plures hæredes, non pro portionibus hæreditariis, ſed inſolidum ex particulari legis in hac re prouiſione adſtringuntur, celebris glo. in l. communi diuidundo iudicium 7. verb. confunderentur, ff. com. diuid. ex multis fundat, ac pariter refert doctiſſimus noſter Affl. in ſua notab. dec. 153. n. 3. & 4. & in fine, ſequitur Ripa in dict. l. 4. §. Cato, n. 44. ff. de verb. obl. Clar. in §. emphyteuſi 5. q. 9. n. 13. & ibi Harpr. in addit. n. 44. inquiens, præſtationem eſſe indiuiduam, Card. Tuſcus in lit. E. concluſ. 192. n. 28. Corbul. de iure emph. n. 22. de cauſ. priu. ob can. non ſol. ampl. 8. n. 1. & 2. Valaſc. de iure emphyt. q. 32. n. 15. & Didac. Perez in l. 5. tit. 2. lib. 8. ord. gloſſ. 1. tradit perbellè Parlad. loquens in iudicio executiuo, vbi perſonalis actio magis, quàm hypothecaria intenditur, & ad limitationem tex. in dict. l. pro hæreditariis, lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 4 par. § 2. n. 17. 18. 19. & 20. vbi hoc iure vti teſtatur, ſequitur Auend. de cenſib. cap. 95. Secundò in præſenti ſpecie, & peculiari puncto quando de iure fortaſſis aliqua poſſet exoriri ambiguitas, quod contrarium oſtendimus, exactionem ab hæredibus inſolidum clientem expetere poſſe, particula eſt quandoquidem in inſtrumento celebrato inter ipſum, & Alphonſum Penna primum emphyteutam, a quo Marcus ſecundus emphyteuta cauſam cum eiſdem oneribus, & vinculis obtinuit, expreſsè conuentum ſit, vt hæredes non poſſint ſolutionem canonis inter ſe diuidere, ſed in ſolidum tenerentur, qua in re cum Vulpiano fas ſit nobis dicere, nil tam humanæ fidei conſentaneum eſſe, quàm ea, quæ inter eos placuerint ſeruare, l. 1. de pactis, & ne deſit punctualis quoque in hac re deciſio, adducimus celebre D. Regij Conſil. Fabij Annæ conſ. 16. quo loci plura pro hoc pacto, & in ſpecie in emphyteuſi congerit eruditè. Contra hæc nouiſſimè Aduerſarius inſurrexit, inquiens, cuncta hæc contra emphyteutæ hæredes, non verò contra tertij poſſeſſoris hæredes locum habere poſſe, prout in caſu noſtro, in quo primus emphyteuta Alphonſus Penna domum cenſui obnoxiam quondam Marco de Apreia ſub eodem canone vendidit, qua de re hodiedum contra hæredes Marci iudicium inſolidum appetitur contra hæredes tertij poſſeſſoris, quique in nihilum directo domino, neque ex contractu, neque ex quaſi ſe ſe obligauit, iudicium inſolidum, & in actione perſonali intenditur, quod de iure, ait Aduerſarius, omnino prohibetur. Cui tamen obiectioni omiſſis ſuperius dictis dupliciter, reſpondetur. Primò etenim inter V. I. D. Franciſcum Grippum directum dominum, & Marcum de Apreia initam fuiſſe ſtipulationem, nam quando Alphonſus primns emphyteuta rem diſtraxit, illam cum onere ſoluendi cenſum Franciſco Grippo directo domino vendidit, cui poterat etiam de iure ſtipulari, nam quamuis alter alteri ſtipulari non poſſit, l. ſtipulatio iſta 38. § alteri, ff. de verb. oblig. §. alteri, Inſt. de inutil. ſtipul. hoc fallit, ſi ſtipulantis, vt in caſu noſtro, interſit, dict. l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, & §. ſi inſula, & propriè §. ſi quis, ff. de verb. oblig. §. ſed & ſi quis, & §. & ſi creditor, Inſt. eod. Secundò reſpondetur, quod ex quo rem cnm onere cenſus ſoluendi Marcus de Apreia emerat, videtur ſe obligare ad cenſus ſolutionem, ſicque omnis remanet eliſa dubietas, Rom. conſ. 311. n. 3. Afflict. deciſ. 95. n. 6. quamuis in Eccleſia loquantur, in priuatis id tradiderunt Foller. in praxi cenſual. verbo tanquam res iudicata, n. 29. verſ. ſed rectè. Surd. loquens in terminis, & in ſpecie in eo, qui promiſit eleuare venditorem ob omni directi dominij moleſtia, vt in præſenti ſpecie, dec. 32. n. 10.

vſque

vſque ad 13. Atet. Gugliel. & alios allegans ſequitur Bottel. in ſumma deciſ. 233. n. 54. tom. 1. & hic conuenit quod tradidit Aueud. etiam contra tertium poſſeſſorem via executiua agi poſſe de cenſ. cap. 95. Et ex his cùm fuiſſet ita deciſum ſecundùm allegata, poſtmodùm in reclamatione facta relatione in S. R. C. per Iudicem Io. Iacobum Micone pro confirmatione eius decreti lati domi, deciſum fuit, eos teneri pro rata, ſic remittendo cauſam eidem M. C. V. de anno 1644. penès Secretariũ, in banca Grilli Mag. Act. Additio. Quanquam ex altera parte pro hæredum beneficio dici potuiſſet, hæredem repræſentare perſonam defuncti pro illa parte, in qua ſuccedit, vt inquit Gratus reſp. 18. n. 21. vol. 2. Gratian. dec. 146. n. 3. cum aliis allegatis per Viſcont. in ſuis concluſionibus, verb. hæres dicitur, il ſecondo, fol. 114. ſicuti hæres in totum repræſentat perſonam defuncti, & ſi ſunt plures hæredes, omnes repræſentant illum inſolidum, Borgnin. dec. 29. n. 18. par. 4 non aliter teneretur, neque adſtringeretur ad factum defuncti, niſi pro ea parte, pro qua eſt hæres, Machell. patrocin. 19. n. 7. idem Viſcont. vbi ſuprà. Vnde quemadmodùm vnus ex hæredibus non poteſt agere, niſi pro ſua parte, Monac. dec. Florent. 52. n. 103. ita pariter conueniri, vt ibi Coſta ſuadet, niſi pro æquis portionibus, Gratian. dict. dec. 146. nu. 1. Octau. Caracciol. dec. 19 & ſic videtur teneri pro rata, quoniam pluribus hæredibus exiſtentibus ex perſonalibus quiſque pro hereditariis cõuenitur portionibus, eodem modo agere, latiſſimè Anton. de Amato var. reſol. tom. 1. reſolut. 13. n. 37. & 38. vbi id declarat, niſi id, quod petitur diuiduum non ſit, exemplo oſtenditur in actione hypothecaria, quæ eſt tota in toto, & tota in qualibet parte, Polyd. Ripa de diuid. & indiuid. ſect. 4 n. 45. & 51. quinimmò cùm ipſa hypotheca ſit indiuidua, vt probat idem eod. tract. ſect. 22. n. 4. ſubſequitur, quod ipſa etiã inter hæredes indiuidua eſt, vt in dict. ſect 4. n. 44. Secùs tamen quando continerent obligationem diuiduam, vt puta pecuniam, quoniam pro hæreditariis portionibus diuideretur, Mandell. conſ. 548. n. 2. Quare ex hoc videretur, cenſus, canones, & introitus, qui conſiſtunt in pecunia, poſſe diuidi inter hæredes, & ſic quilibet pro parte ſua videretur teneri ad illorum ſolutiones. Verùm quia illud ius exigendi cenſum, canonem, ſeù introitus videtur eſſe indiuiduum, & ob id ſi creditor ab vno hærede partem exigeret, præiudicaretur ſibi contra alios, eò quia videretur facta diuiſio, ad tex. in l. ſi creditores, vbi Doct. C. de pactis. Ita è contrà hæredes plures tenentur ſoluere emphyteuſim, & quilibet poſſet in totum ſoluere, & ſi vnus ſoluit, alius non, res conducta, & in emphyteuſim data caderet in commiſſum, ſi non ſit facta diuiſio ſolutionis, locatore conſentiẽte, ita Borg. dec. 25. n. 26. p. 2. ante eum Bero. cõſ. 120. n. 9. 11. 14. & 16. vol. 1. Grat. diſc. for. c. 36. à n. 17. ad 27. Et ratio eſt euidentiſſima. Primò, reſpectu obligationis defuncti, quæ eſt inſolidum facta ab eo, & tunc hæredes obligantur inſolidũ ex obligatione facta inſolidum per defunctũ, Grat. diſcept. forenſ. cap. 766. n. 32. Ciarlin. dict. cap. 34. n. 22. Secundò, ex obligatione rei obligatæ accedente hypotheca, quæ eſt indiuidua, vt dictum eſt ſuprà, Gratian. cap. 150. n. 14. Tertiò, ex poſſeſſione rei, quã poſſidet aliquis ex heredibus, tunc inſolidum agi poſſet contra vnum ex hæredibus promiſſoris, qui habet rem, ſeù fundum apud ſe, licèt eſſemus in perſonalibus, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 323. n. 11. vbi cenſuit, id ex quadam æquitate eſſe permiſſum, Duard. de cenſib. §. 3. q. 25. n. 31. & 32. Demum, ob dictum redditum, ſeù cenſum, aut canonem, nam etſi hæres teneatur pro portionibus hæreditariis, tamen fallit in canone, vel cenſu, vt idem Gratian. ex multis probat in dict. cap. 36. à n. 41. ad 44. & dict. cap. 150. n. 15. Sed quid contra hæredes tertij poſſeſſoris rem cenſui ſuppoſitam, ſeù emphyteutico contractui, in qua altercatione ſi termini iuris correſpondeant, certum erit, eos teneri, tum quia tacita hypotheca pro canone conſignando ſit conſtituta in bonis emphyteuticis, vt refert Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 4. n. 539. vbi licèt contrariam referat ſententiam aliquorum, tamen n. 540. primæuam opinionem Doctorum calculo, ac deciſione corroborat, tum etiam quia cùm actio conſequendi canonem ſit in rem ſcripta, ſequitur poſſeſſorem, ſeù quemlibet ſingularem ſucceſſorem, vt ibi ex multis nu. 544. probat, & poſt eum copioſè Gratian. diſcept. forenſ. dict. cap. 36. à n. 34. ad 40. ex quo talis obligatio ſoluendi canonem dicitur realis, & tranſit cum ipſa re, ſubſequitur probando n. 547. quam ſiquidem concluſionem ampliando Statil. cenſuit n. 546. quod etiã tertius poſſeſſor conueniri poteſt pro redditibus, qui debentur ex re, & contra eos executiuè procedi, vt ibidem Mauſon. oſtendit, n. 43. attamen in hoc contrariam ſuſtinet opinionem Gratian. dict. cap. 323. n. 11. dicens, quod licèt contra principales, & eorum hæredes via executiua procedi poſſit, non tamen contra tertios poſſeſſores, qui neque tacitè, neque expreſsè dicuntur nominati in inſtrumento, ex Bal. Nouel. & Neguſant. ibi relatis. Sed an inſolidum, vel pro rata, prout eſt præſens altercatio, in qua reperio Valaſc. de iure emphyteutico, q. 32. ſub n. 15. in fin. ſic dicentem, ex prędictis etiam conſequitur, quod ſi prædium oneri cenſus ſubiectum in plures tranſeat, quilibet pro ſolido cenſu conueniri poteſt, quia cùm totus fundus, & quælibet ipſius pars ſit ſubiecta oneri cenſuali, quod in plurium poſſeſſionem, & manus venerit, non debet cedere in eius præiudicium, cui cenſus ſoluendus eſt, per plura ibi relata. Et circa hoc erit aduertendum, ex quo actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem, ac ſingularem ſucceſſorem rei cenſui ſubiugatæ, vt tradit Duard. eod. tract. §. 3. q. 25. n. 19. & 22. vbi limitat, niſi poſſeſſor promiſerit cenſum ſoluere, vnde reſultat, actione hypothecaria benè conueniri eos poſſe, vt ibi ſubdit Duar. n. 33. & ſic talis actio hypothecaria non ſolùm contra vnum rei cenſuatæ poſſeſſorem, ſed etiam contra plures inſolidum, ſi ſint plures poſſeſſores, ſubnectit n. 29. vbi rationem aſſignat, id procedere ob hypothecæ indiuiduitatem, & ratione poſſeſſionis, vnde ex his redditur anceps deciſio S. C. niſi dicamus, conuentos fuiſſe ad iudicium ipſum conuocatos actione perſonali, quo nam caſu pro rata cõuenti cẽſentur. Thoro.

Hæres an poſſit declarari poſthumus, vel ſi fuerit ſolus, vel inſimul cum aliis filiis defuncti, videtur dicendum, non aliter poſſe eum hæredem

declar

declarari; neque ſuper hoc interponi decretum præambuli, ex quo non entium nullæ ſunt partes, l. eius, qui inſulam, in fine, ff. ſi cert. pet. Et ad idem facit text. in l. poſthumus, ff. de vent. in poſ. mitt. vbi dicitur poſthumus natus quocunque tempore, qui tamen ante mortem teſtatoris conceptus iam erat, poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem, & ſic videtur exigi eius natiuitas, vt poſſit agnoſcere poſſeſſionem bonorum, & ſucceſſiuè admitti ad ſucceſſionem, & ad idem facit tex. in l. 1. §. & generaliter, ibi, partui enim fauetur, vt in lucem producatur, vnde exigitur illius natiuitas. Ex aduerſo facit tex. in §. poſthumi, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. ibi poſthumi quoque, qui viuo parente nati eſſent in poteſtate eius futuri forent, ſui hæredes ſunt, vbi gloſſ. notat, quod habeantur pro natis, quoties de eorum commodo quæritur, ff. de ſtatu hom. l. qui in vtero. & ſic poſthumus nedum inſtitui poſſet, l. poſthumum, ff. de hæred. inſt. ſed ſi fuerit præteritus, rumperet teſtamentum, gloſſ. in l. filius, ff. de lib. & poſth. verb. ſi quis. Sicque admitteretur ad ſucceſſionem, quia id, quod in vtero eſt, inter ſuos hæredes futurum erit, l. 1. §. toties, ff. de vent. in poſſ. mitt. Sed quomodo ſuper hoc agendum erit, dum natus non ſit poſthumus, de iure eſt determinatum, vt venter in poſſeſſionem mittatur, ad tex. in l. 1. in princ. & §. ſi patet, ibi, & generaliter quibus caſibus patri iungitur natus admittendus eſt venter in poſſeſſionem, ſiuè fuerit ſolus, vt in l. vbicunque, in fine, vbi gloſſ. verbo ſolus, ſiuè cum aliis, adhibito tamen curatore per Iudicem dando, dict. l. 1. §. quoties, & §. itē ſit periculum, & ob id interponitur decretum præambuli huiuſmodi. Quemadmodùm inter cætera præambula interpoſita per M. C. potiſſimùm per illam fuit interpoſitum decretum præambuli in beneficium Franciſci, & Ioſephi Langellæ. & poſthumi naſcituri ex prægnantia Victoriæ Aſcionæ, ſi fuerit maſculus, ſub die 23. Iulij 1626. deinde nato poſthumo maſculo, fuit aliud decretum interpoſitum die 25. Iulij 1626. & declaratum, poſthumum naſciturum ex prægnantia dictæ Victoriæ vxoris Antonelli eſſe certum, & vocatum Petrum Antonium Langella, vt patet ex actis præambuli, in banca Franciſci Mareſchæ.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij an poſſit offerre bona inſolutum creditori in annuis redditibus, ſi non reperiatur emptor, vt poſſit bona hæreditaria emere pro ſatisfactione debiti. Ex facti nota apparebat, Antonium Eugenium ſub die 16. menſis Iulij 1621. emiſſe quandam domum à Suſanna, & Cornelia Vitale in pluribus membris conſiſtentē, pro pretio ducatorum 900. cum onere cenſus duc. 7. 2. 10. de quibus ſoluerat ducatos bis centum, & pro reliquis promiſerat ſoluere annuos ducatos 55. 2. 10. ſucceſſo obitu ipſius Antonij, præfatæ creditrices conuenire fecerunt hæredes præfati Antonij, qui fuerunt cō demnati ad ſoluendum, & aſſignandum eiſdem creditoribus dictos annuos ducatos 55. 2. 10. illi eò hæredes obtulerunt dictis creditoribus dictam domum, ac omnia alia bona, præuio appretio inſolutum danda, ex quo hæreditas non erat ſufficiens ad ſatisfaciendum omnibus creditoribus, & cùm fuiſſet ordinatum, vt procederetur ad venditionem illorum, emanatis bannis nullo inde reperto emptore inſtiterunt, vt bona ipſa oblata adiudicarentur, eò ampliùs, quia non apparebat renunciatio expreſsè facta auth. hoc niſi, C. de fideiuſſ. & amplius, quia pretium conſequendum conuerti debuerat in emptionem, & aderat pactum, quod non transferatur dominium, niſi priùs ſoluto pretio, cùm certum ſit de iure, quod hæres, qui fecit inuentarium, poteſt de bonis hæreditatis ſatisfacere creditoribus, & legatariis, etiam quod aliàs inuito creditore aliud pro alio ſolui non poſſit, ad tex. in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. ex Phanuc. & Roland. probat Amat. dec. Ancon. 91. n. 14. vbi n. 15. ſubdit, etiam ſi debitor, qui adhibita diligentia non potuit pecunias reperire, nam tunc etiam quod iurauerit, poterit compellere creditorem ad accipiendum bona inſolutum, iuxta auth. hoc niſi, allegat Ludouic. dec. Peruſ. 64. & Rotam Bonon. dec. 28. vbi rationem oſtendit n. 16. quia paupertas, & impotentia habet hoc priuilegium, aſſequitur nouiſſimè Gabriel Aluarez de Guzmano in tract. de priuileg. paupertatis, par. 1. q. 49. n. 10. & ſeqq. Nouar. de datione inſolutum, lib. 2. q. 29. & ad hoc probandum retulit Iul. Cæſ. Gluſian. in tract. de datione inſolutum, lib. 2. cap. 10. n. 457. quod dict. auth. hoc niſi declarata per Benind. concl. 28. quia licèt iurauerit debitor ſoluere in pecunia, ſi tamen non eſt ſoluendo, nec reperit emptorem, nec qui mutuet, liberatur dando de bonis, Nouar. dict. tract. eod. lib. 2. q. 3. Ex aduerſo ſatis vrgere videtur altera opinio contraria, nempe quod debitore inſtante creditor cogitur ad accipiendum bona inſolutum, niſi pactum ſit ſpecialiter inter eoſdem ſoluendi in pecunia numerata, ad quod cogitur, etiam ſi debitor feciſſet omnem diligentiam vendendi bona, & non reperiſſet emptorem, probat Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 167. nu. 13. vbi plura, aſſequitur nouiſſimè Reg. Rouit. conſ. 78. lib. 1. nu. 1. quanquam in hærede cum beneficio legis, & inuentarij probet D. Reg. Rouit. dict. conſ. 78. n. 15. aliter ſe habere, nihilominus in calce dicti conſilij refert deciſum contra hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, & iterum apud Conſil. Gizzarel. dec. 7. vbi Addent. Quocirca facta relatione in S. C. per Reg. tunc Conſil. Hector. Capyc. Latro die 27. Octobris 1640. deciſum fuit, quod procedatur ad vlteriora & ad ea, quæ incumbunt pro exequutione ſententiæ, non obſtantibus oppoſitis per hæredes Eugenij, in banca Cioffi.

Hæres conuentus à cohæredibus pro conſecutione portionum hæreditariarum, an poſſit ſe tueri bona poſſidere alio titulo, vt puta emptionis ad excluſionem petitionis cohæredum. Præteritis annis, & potiſſimùm in anno 1550. Ioannes Ramires comparuit in S. C. & petijt condemnari Antonium Ruffum ad relaxandum hæreditatem quondam Abbatis Io. Aloyſij Ruffi pro ſexta parte ad eum vti filium quondam Elizabethæ Ruffæ ſpectantem, qui ſiquidem conuentus oppoſuit, bona hæreditaria eiuſdem quondam Abbatis Io. Aloyſij poſſidere vti bona empta à Reuerenda Camera Apoſtolica, quæ occupauerat illa, & expoſuit venalia, licèt poſteà in articulis excipiendo poſuit, quod dictus Antoninus debebat ſuccedere in bonis patris eiuſdem Abbatis Io. Aloyſij virtute fideicommiſſi, & ea

ſpectu aliorum bonorum dicebat, ea acquiſiuiſſe vti ceſſionarius Reuerendæ Cameræ, & præſentato inſtrumento ceſſionis eiuſdem Reuerendæ Cameræ in beneficium eiuſdem Antonini, demùm fuit prolata ſententia per S. C. per quam fuit condemnatus præfatus Antonius ad ſeptimam partem bonorum declarandorum, & liquidandorum cum fructibus. Poſtmodùm D. Conſaluus, & Aſcanius Ramires filij ipſius Io. Ramires, & hæredes petierunt in S.C. condemnari dictum Antoninum, & ſucceſſiuè eius hæredes ad relaxandum eandem hæreditatẽ dicti quondam Abbatis Io. Aloyſij pro ſeptem partibus ex octo, adeò quod ſex ipſarum ad eos ſpectabant vti ceſſionarios ſex ſuarum ſororum eiuſdem Abbatis, & altera erat illa, pro qua obtinuerat ſententiam dictus Io. Ramires, & deniquè dictus Aſcanius Ramires, non vti ceſſionarius eius fratris obtinuit decretum, quod fuiſſet declaratus hæres pro alijs ſex partibus ex octo, verùm in tali declaratione bonorum ſunt ſalua iura vtriuſque partis reſeruata in decreto lato die 10. Octobris 1588. In qua ſiquidem liquidatione prædicti hæredes de Ruffo inter cætera oppoſuerunt, quod bona Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ ad eos ſpectabant vti ceſſionarios ipſius Reuerendæ Cameræ. Nihilominus die 14. Iulij 1609. per decretum S.C. ad relationem Regij tunc Conſil. Valdiuieſſo fuit declaratum, domum in actis deductam remanſiſſe in hæreditate, & ſpectare ad Aſcanium Ramires partes in ea, iuxta decreta S. C. ſalua declaratione facienda per dictum S.C. reſpectu quantitatis ſolutæ Reuerendæ Fabricæ Apoſtolicæ, & reſpectu meliorationum in ea factarum, inde die 9. Martij 1612. fuit interpoſitum aliud decretum, explicando caput reſeruatum, ſcilicet Aſcanium Ramires debere contribuere pro rata pretij ſoluti Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ reſpectu domus in actis deductæ, & pro portionibus ad ipſum ſpectantibus, qua contributione, & ſolutione facta exequutioni demandentur decreta S. C. ſolutis meliorationibus liquidandis, &c. Demùm die 19. Maij 1612. per aliud decretum S.C. fuit mandatum, quod exequatur decretum pro ſeptem partibus domus in actis deductæ, & quantitas ſoluta Reuerendæ Cameræ compenſetur cum mobilibus remanſis in dicta hæreditate ſpectantibus pro ſeptem partibus ad Aſcanium Ramires, & meliorationes compenſentur cum pretio dictorum mobilium, pro quibus omnibus committatur calculus, in banca Sarri, nunc de Amico, & fuerunt ſequentia in iure allegata, videlicet. An facta tranſactio, vt in præcedenti ab vno ex hæredibus, proſit omnibus, etiam quod de propria pecunia ille redemiſſet, refuſa quantitate pro tranſactione. Abbas Aſcanius Ramires declaratus à S.C. hæres Abbatis Aloyſij Ruffi pro ſeptem partibus de octo, petijt in S.C. condemnari Antonium Ruffum detentorem totius hæreditatis dicti Io. Aloyſij ad relaxandum omnia bona hæreditaria pro dictis ſeptem partibus. Ipſe Antonius inter alia oppoſuit reſpectu relaxationis quorundam mobilium, & animalium, quod illa vti obnoxia ſpolio Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, ex quo dictus Abbas Io. Aloyſius beneficia Eccleſiaſtica obtinuerat in vita, fuerunt per Collectorem ſpoliorum occupata, & expoſita venalia plus offerenti, & tandem ipſi Antonio remanſiſſe tanquam vltimo licitatori plus offerenti pro ducatis 1500. Ac proinde ipſum ea poſſidere, non vti hæredem, & bona hæreditaria, ſed vti ab ipſomet acquiſita titulo emptionis, & ob hanc cauſam ad nihilum de eis teneri alijs cohæredibus. Aduerſus quam prætenſionem totum oppoſitum eſſe de iure verius demonſtratur, ex eo, quod dato, citra veri præiudicium, ius aliquod in iſtis bonis competiſſe Cameræ Apoſtolicæ, prodeſt ceſſio, & remiſſio, quã illa fecit Antonio, & omnibus hæredibus deſuncti, licèt enim pactum factum putatiuo hæredi propria ipſius contemplatione vero non proſit hęredi, vt in l. ſi actionem, C. de pactis, & in l. ſi tibi 18. §. cùm poſſeſſor, ff. de pactis. Si tamen pactum factum hæredi eſt, & ab alio hæreditas euincitur, tranſit pactum ad eum, ad quem trãſit hæreditas, vt in l. ſi poſt 22. ff. de cõſt. pecun. vbi conſtitutum factum hæredi tranſit ad illum, ad quem tranſit hæreditas, & Bart. in dict. l. ſi actionem ſubdit, quod licèt pactum, per quod remittitur putatiuo, non proſit vero hæredi, ſi tamen conſtaret, quod habebat animum remittendi cuilibet, qui hæres eſſet, pactum prodeſt, per h antepen. de pact. idem dicit Angelus. Quo loco etiam ait, pactum factum contemplatione hæreditatis porrigi etiam ad eum, qui in veritate eſt hæres, & Salic. dict. l. ſi actionem, n. 2. poſt multas ſolutiones ait diſtinguendo, pactum factum contemplatione poſſeſſionis non prodeſſe, nec nocere hęredi vero, ſi contemplatione cuiuſlibet, tunc quia voluit omnibus prodeſſe, prodeſt etiã euincenti, & magis ſubdit, quod ſi ſumus in dubio, cuius contemplatione ſit factum pactum, ſi fuit poſſeſſori, & hæredi intitulato, prodeſt deinde euincẽti per ipſũ, & Albericus ibid. inquit, quod pactũ factũ ſuper re hæreditaria hæreditario nomine prodeſt hæredi. Prætereà & tandẽ dato, & non conceſſo, Antonium Ruffum non acquiſiuiſſe vti hæredem ad beneficium omnium, ſed ſui tantùm, adhuc tamen tenetur hæredibus communicare, prout eſt tex. in l. vlt. §. quatuor, ff. de leg. 2. & ea omnia, quæ in allegatione præcedenti adduxi, hic pro repetitis habeantur, cùm in iſto caſu non minus procedunt, & ſic Antonius tenetur Abbati Aſcanio cohæredi pro ſeptem partibus reſpondere, non obſtante, quod ille emiſſet de propria pecunia, refuſa tamen ei quantitate, quam pro illis ſoluit pro rata. Ex his viſis allegationibus, & diſcuſſis in S. C. per idem fuit deciſum, teneri dictũ Antonium Ruffum ad relaxandum mobilia Abbati Aſcanio Ramires pro ſeptem partibus, refuſa pecunia, vel deducta pro rata, hoc ſub die mensis referente D. Regio Conſiliario Didaco Salinas in aula tunc Conſil. Cæſaris Frecciæ, Actuario Io. Aloyſio Sarro in proceſſu cauſæ inter dictum Aſcanium, & hęredem quõdam Antonii Ruffi, 2. vol. fol. 546. Ex aduerſo replicabatur ex ſequentibus iuris allegationibus editis per ſolertiſſimum virum, ac Iudicem M.C. & Fiſci patronum in Prouincia Calabriæ citra Alexandrum Rouitum, videlicet. An frater habeat ius offerẽdi pro bonis alterius fratris ſub ſpolio cõprehenſis, & à Reuerenda Camera Apoſtolica emptis, ſoluta rata pretii pro rata bonorum prædictorum. Fiſcus Pontificius eſt ſubrogatus in locum Eccleſiæ, &

ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſoris in beneficio pro rebus in ſpolio comprehenſis, Redoan. de ſpol. q. 1. Azot. inſtitut. moral. par. 2. lib. 8. cap. 1. q. 3. in fine. Comprehenſa in ſpolio ſunt ea, quæ manant ex beneficiis, vel bonis Eccleſiaſticis, vel ex illicita negotiatione, Azot. ibidem q. 2. quæ pleno iure ſpectant ad Fiſcum Pontificium, Azot. ibidem q. 4. verſ. ex his, ita vt ante ſententiam debeantur, & nemo tuta conſcientia poſſit retinere, Idem q. 5. quia dominium talium rerum tranſiuit ad Fiſcum ſtatim abſque vlla traditione, cùm debeantur, non tanquam pœnæ, prout exiſtimauit Molin. de iuſtitia, & iure, c. 147. q. 5. verſ. poſteà verò, ſed tanquam bona, quæ Romanus Pontifex ſibi reſeruauit, & ſic occultus poſſeſſor non eſt tutus, ſed tenetur ante ſententiam reddere, cum ipſo iure tranſiuerit dominium eorum tanquam reſeruata, Idem q. 6. & cap. 2. q. 3. & bona empta de fructibus beneficij, ſiuè à die emptionis, ſiue à die mortis beneficiarij ſpectant ad Fiſcum, Idem cap. 3. q. 5. verſ. quæſtio. Ex quibus apparet, bona comprehenſa ſub nomine ſpolij non eſſe de hæreditate beneficiarij defuncti, ſed eſſe bona penitus ſeparata, in quibus nullum ius competit hæreditati defuncti, cùm ſint ipſo iure poſt mortem tranſlata ad Fiſcum Pontificium, & conſequenter hæredes defuncti nullam communionem poſſunt habere ſuper iſtis bonis ratione hæreditatis, cùm ſint bona ſeparata acquiſita per Fiſcum Pontificium, tanquam reſeruata per Summum Pontificem, & detinentes tenentur reddere in foro conſcientiæ ante ſententiam, & debitores ex cauſa illorum bonorum non poſſunt ſoluere hæredibus. His iactis fundamentis non videntur militare ponderationes adductæ in allegationibus ad fundandum, quod fratri competat hoc ius offerendi. Primò non obſtat regula tex. in l. ſi poſt 22. ff. de conſt. pecun. quod conſtitutum factum cum putatiuo hærede tranſit ad quemcunque peruenit hæreditas, quia regulariter pactum vnius, nec nocet, nec prodeſt cohæredi, l. ſi actionem 24. C. de pactis, quæ regula fallit ibi ratione conſtituti, affert rationem Fulgoſius, quem communiter ibi Doctores ſequuntur, quia eſt in hæreditate obligatio, cui inhæret conſtitutum, & fuit factum contemplatione hæreditatis, & ſic omnium hæredum, Paul. de Caſtro eſſe factum pactum contemplatione hæredis, & ſic illius, ad quem hæreditas peruenit, Iaſon procedere in pacto obligatorio reſpectu hæreditatis, & non affectione perſonæ, Iacobin. idem Corneus addit, quod pactum remiſſiuum cenſetur factum contemplatione eius, cui remittitur, & conſtitutum ſequitur primam obligationem, Alciat. conſtitutum creatur ex obligatione hæreditaria, quæ neceſſariò præcedit, & non ex affectione. Alexand. non fuit factum affectione perſonæ, Lancellot. Decius eſt fundata ſuper acceſſoria natura conſtituti. Aretin. in fin. n. 2. fundatur ſuper directa obligatione, quæ eſt penès verum hæredem, & tunc ipſo iure quæritur vero hæredi, Petrus de Bellapertica, actio primitiua, cui accedit conſtitutum, tranſit ad hæredem. Anton. de Alexand. ſequitur Fulgoſium, & addit, quod pactum ſimpliciter conceptum cenſetur factum contemplatione perſonæ. Curt. Iunior ſequendo Fulgoſium, & Antonium de Alexand. addit, quod pactum liberatorium factum fauore hæreditatis prodeſt omnibus, aliàs factum ſimpliciter cenſetur factum contemplatione perſonæ. Petrus Gilkenius ſequitur Fulgoſ. vnde cùm ſimus extra caſum conſtituti, nec apparet pactum obligatorium factum fauore hæreditatis, & omnium hæredum, ſed ſimpliciter, & ſic contemplatione perſonæ, vt per Ant. de Alex. & Curt. Iun. non poteſt locum habere dict. l. ſi poſt, ſed potiùs regula dict. l. ſi actionem, & ſi vellemus tenere opinionem, quod pactum obligatorium in dubio cenſetur factum nomine hæreditario, quam ſequitur Riminald. in dict. l. ſi actionem, & Decius n. 2. & poſt n. 5. qui non diſtinguit terminos ſolutionis à terminis pacti, procederet, quando pactum eſſet conceptum ſuper rebus hæreditariis, & ſpectantibus ad hæreditatem, & ipſe eſſet hæres, vt per Bart. in l. ſi pœnæ 19. §. quantum, ff. de condition. indeb. ſed in principio fuit fundatum, bona comprehenſa ſub ſpolio eſſe penitus ſeparata, & diuerſa ab hæreditate, quomodo ergo pactum in dubio poteſt trahi ad res penitus ſeparatas, tantò magis, quod non conſtat, eſſe hæredem, & quemadmodum potuit emere aliquam hæreditatem ab extraneo, & cohæres non habuiſſet ius offerendi, ſic potuit vt quilibet extraneus emere iſta bona à Fiſco Pontificio, & ſibi acquirere abſque onere prædicti iuris offerendi. Nec ſecundò militat diſpoſitio tex. in l. fin. §. quatuor, ff. de leg. 2. diſponentis, cohæredem habere ius offerendi pro re communi empta per fratrem cohæredem à communi creditore, ſoluta rata pretij, quia procedit, vt gloſſ. animaduertit, communiter approbata, propter vinculum fraternitatis, & communionis. Bald. ratione fraternitatis, & communionis eſt interdictum vni fratri, ne emat, Imol. propter vinculum fraternitatis, & communionis, Paul. de Caſtro, debet concurrere vtrumque, fraternitas, & communio, & altero deficiente non procederet, vbi emptor cenſetur fuiſſe propter fidem, quam ſeruare debebat ſociis, Cuman. ſola communio non ſufficeret, Ant. de Alexandro in l. 1. C. de dolo ratione ſanguinis, & communionis, Sicard. ibi n. 7. ratione prærogatiuæ communionis, Salicet. ibi poſt n. 4. oppoſ. 5. eſt ſpeciale ratione fraternitatis, & communionis, Cyn. ratione communionis, Alexand. ibi magis clarè loquitur dicens, & ſic non potuit ibi emere vt extraneus, nam ſi ita eſſet, quod vt extraneus emere potuiſſet, non teneretur eam reddere, & illud eſt ibi ratione coniunctionis ſanguinis, & communionis, quam habebant ibi fratres in re illa, iniuriam quodammodo videbatur facere fratribus, emendo rem illam communem nomine proprio, & ad commodum proprium, vt fratres à iure ſuo excluderet, quem refert, & ſequitur Neguſant. de pignoribus in 3. membr. 5. par. principal. poſt n. 5. verſ. quartò reſtringitur, Gratian. diſcept. 459. nu. 10. ratione fraternitatis, & communionis, & ſic omnes vnanimiter concludunt. Cùm ergo ex ſupradictis fundamentis iactis in principio appareat, nullam eſſe communionē inter fratres rerū ſub ſpolio alterius fratris comprehenſarum, non procedet diſpoſitio prædicti §. quatuor, & quamuis concurrat fraternitas, deficit communio, & altero deficiente non militat, vt per Paul. de Caſtro, vt ſuprà. Et ceſſante communione quilibet frater poteſt

emere vti extraneus, & non poteſt cogi ab altero fratre communionem in re empta non habente, & ratam pretij ſoluti offerente, ad cedendum, & vendendum ratam rei emptæ ab extraneo, ex regula tex. in l. item eorum, in principio, ff. quod quiſque vniuerſ. nomin. l. ſi pater, §. qui duos, ff. de adoptionibus, & omnes Doctores in dict. l. 1. C. de dolo concludunt, iſtud ius offerendi habere locum ſolùm in caſu dict. l. 1. ratione fidei fideiuſſoris, & in caſu dict. §. quatuor ratione fraternitatis, & communionis, vel contrarietatis, & per Gratian. dict. diſcept. 459. n. 7. ita vt, nec vt quilibet extraneus debet admitti ad emendum abſque hoc onere iuris offerendi paſſiuo, in alijs caſibus regulariter quilibet admittitur vti extraneus, ſi non poſſet vt ipſe, at erit immunis ab hoc onere. Vnde infirmari videtur ſententia S. C. allegata in cauſa Abbatis Aſcanij Ramires cum Antonio Ruffo, ſi aliis fundamentis non fulcitur, hæc tetigi, vt meliora, ſi adſint, inueſtigentur, &c. Alexander Rouitus.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij ſoluendo creditoribus hæreditariis de ſuo, an poſſit retinere tot bona pro concurrenti ſumma quantitatis ſolutæ, Phanuc. de inuent. par. 5. n. 33. & latiſſimè Surd. in dec. 92. poſt n. 4. & in dec. 333. n. 18. & in fine tenent, quod ſic, quemadmodum etiam hæres cum beneficio legis, & inuentarii poteſt vendere rem hæreditariam pro ſoluendo pretium creditoribus, quo caſu hęres moleſtari non poteſt, nec emptor, ſed creditor anterior habebit recurſum contra creditorem recipientem pretium, iuxta tex. in l. fin. §. & ſi præfatam, C. de iure delib. immò quod eſt fortius extinguitur hypotheca creditoris etiam anterioris, quamuis ſit ſpecialis hypotheca, vt mirabilem dicit Iaſ. in dict. l. & ſi præfatam, poſt n. 1. verſ. & quinta vtilitas, & ſequitur Monticul. de inuentar. cap. 11. n. 97. to. 8. tract. par. 2. pariter ſi hęres de ſuo ſoluit creditoribus, cùm id ex neceſſitate faciat, nedum retinere poteſt, ſed cæteris præfertur, extincta iam hypotheca anteriorum, qui agere poſſunt contra creditores pro quantitatibus ab hærede ſolutis, ex doctrina Beroi in q. 63. per totam, ſecundùm quam opinionem nouiſſimè iudicauit S. C. in cauſa creditorum Vincentii Corcioni, iunctis aulis, referente olim Reg. Conſil. Scipione Rouiro.

Hæreticus cenſeri an debeat ſe dans in poteſtate dæmonis per cedulam ſanguine ſcriptam, vt remitti debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum, deciſum fuit, eſſe remittendum ad Iudicem Eccleſiaſticum, teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 233. de quo caſu antea probaui in 3. par. noſtri compendii, verbo remiſſio.

Homicida præuia prouocatione an teneatur ad intereſſe partis occiſi, poſtquam de iure eſt probatum, homicidam regulariter teneri ad intereſſe, vt poſt Plotum in tract. de in litem iuran. §. 41. latiſſimè Farin. in eius praxi, tit. de homic. q. 119. in ſpect. 4. per totam, & alia relata per eundem Farin. conſ. 3. n. 8. Nauar. in eius ſumma cap. 15. n. 23. cum aliis apud Io. Baptiſtam Plotum inter conſil. criminal. diuerſ. modern. tom. 2. conſ. 73. nu. 53. At cùm in occurrenti caſu contigiſſet determinari per M. C. V. quod Marius Zampaglione inquiſitus de homicidio cum prouocatione fuiſſet condemnatus ad exulandum per quinquennium extra Prouinciam, vnà cum intereſſe partis, introducta cauſa appellationis in S. C. demùm facta relatione in eo per Reg. Conſil. benemeritum Iulium Maſtrillum die 12. Decembris 1640. in aula Reg. Conſil. D. Didaci Varelæ fuit reformata ſententia prædicta, & condemnatus ad exulandum per triennium abſque intereſſe partis, vt patet ex actis penès Maraldum Scribam, in banca Marini Mag. Act. M. C. & in S. C. in banca Figliolæ, & hoc, vt percepi ex tex. in l. ſi ex plagiis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. vbi Bal. & cæteri notant, quod ille, qui immediatè percutit percuſſorem ſuum videtur facere ad defenſam, ſicque vulnerans, ſeù occidens aliquem ad ſui defenſionem, non tenetur ad damna, & intereſſe aliqua, vt probat Farin. vbi ſuprà, n. 122. ad quod Guazin. in tract. ad defenſam, defen. 34. cap. 4. n. 10. cenſuit, quod homicidium commiſſum ad defenſam operatur, vt homicida non teneatur ad damna, & intereſſe.

Hypotheca an oriatur contra Actuarios recipientes fideiuſſores non ſoluendo, vel tantùm perſonalis, deciſum fuit negatiuè per S. C. in cauſa Notarii Iulii Cæſaris Guadagni, & aliorum creditorum die 6. Februarii 1627. in banca Scacciauenti, Nouar. in Pragm. 17. collect. 14. n. 8. de Actuar.

Hypotheca bonorum an incipiat in beneficium mulieris à die ſubſcriptionis capitulorum matrimonialium, vel à die contracti matrimonii, ſi intereà eius vir bona ſua alicui creditori hypothecauerit, refertur deciſio infrà in verbo mulier.

Hypotheca an cenſeatur appoſita in chirographo, vbi conuentum ſit, quod habeat vim publici inſtrumenti, ſi in eo apponi fuerit omiſſa, bis fuit deciſum per S. C. affirmatiuè in cauſis relatis per D. Conſiliarium D. Ferdinand. Arias de Meſa variar. reſolut. lib. 2. cap. 33. numer. 6. cui adſtipulatur, quod tale chirographum ſic conceptum, vt habeat vim inſtrumenti publici, habeat etiam exequutionem paratam, tradit Stracca in tract. de aſſecur. gloſſ. 37. n. 2.

Hypotheca an ſit diuidua, vel indiuidua, Ant. Capyc. dec. 173. probat, eſſe indiuiduam, licèt ibi Marcellus Doctula in additione dicat, contrarium tenuiſſe Socin. Aym. Iaſ. Couar. & Afflict. ibi relati, & ſubdit; attamen ſecundùm opinionem Capycii fuiſſe iudicatum, audiuiſſe retulit mihi V. I. D. frater meus maior natu Io. Baptiſta Doctula tempore, quo aduocabat in Ciuitate Neapolis, & etiam ſuo tempore fuiſſe obſeruarum teſtatur Io. Vincentius de Anna in cauſa Bianchellæ, Actuario Bozzauotra, hæc ille. Huic materiæ addas Polyd. Ripam in tract. de diuid. & indiuid. ſect. 4. n. 44. & ſeq. iterum ſect. 22. n. 4.

Digitized by Google

I

IDENTITAS perſonę inquiſiti ante omnia perſcrutari debet antequam ad carcerationem, & punitionem deueniri debeat, cùm nō ſit iuſtum, vt vnus pro alio puniatur, legitur enim, anima quę peccauerit, Ezech. 3. & pœna debet ſequi ſuos auctores, l. ſancimus, C. de pœnis. Quocirca quia nomina ſignandorum hominum gratia reperta ſunt ad cognoſcendum homines, §. ſi quis in nomine, Inſt. de legat. l. ad recognoſcendum, C. de ingen. & manum. probat Cartar. in ſua praxi interrog. reor. lib. 3. cap. 3. n. 8. vbi ſubdit, eſſe receptum in praxi, vt reus debeat de nomine, & cognomine interrogatus illicò veritatem dicere, ne in mendacio deprehendatur, vt ex Iacob. Nouell. ibi relato, & propterea identitas perſonarum debet probari per nomen, & cognomen illius perſonæ, de qua agitur, Maſcard. de probation. concluſ. 875. n. 1. cum aliis apud Farinac. in repert. Iudic. q. 58. n. 7. & 8. ſed meliùs in 2 par. fragment. verbo identitas, n. 75. & ſeq. Verùm quia multoties contingit, duos homines ſimiles eſſe in nomine, & cognomine, immò etiam patriæ, & ſolet alius pro alio moleſtari in occurrentia delictorum, idcò ſuper hoc ſatis erit inuigilandum per Iudices, vt rei veritas habeatur, poſtquam in hoc caſu non erit ſufficiens probatio per nomen, & cognomen tantùm, vel patriam, exigitur enim probatio exactiſſima, ſicuti in ſimili dicimus, identitatem perſonarum non ſufficere per nomen, & cognomen, quando eſſent alii eiuſdem nominis, ſed debet articulari, & probari, illos eſſe, qui deſcripti reperiuntur in inſtrumento, idem Maſcard. vbi ſuprà nu. 2. ſequitur Marcell. Calà de modo articulandi, & probandi, §. 2. gloſſ. vnica, n. 830. & fortius quando eſſemus in criminalibus, docet ibidem Farinacius in dictis fragmētis, n. 80. Benè verum eſt, quod allegans identitatem pro ſuæ intentionis fundamento probare illam debet, idem Maſcar. eod. tract. concl. 1179. n. 58. & talis identitas probari debet, aliàs præſumeretur pluralitas, vt inquit Felic. alleg. 72. n. 7. par. 2. poſt Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. n. 45. Et qualiter probetur talis identitas perſonarum, docet Marcellus Calà de modo articul. & prob. §. 2. gloſſ. vnica, n. 834. & ſeq. vbi cenſuit, eſſe articulandum de nomine, & cognomine, & etiam ex merco, ſiuè ſigno, quod quis geſtat in corpore, ex l. ſtigmata, C. de fabric. & aliis ibi n. 835. relatis, & ſubdit nu. 836. eſſe neceſſe, quando alii eſſent eiuſdem nominis, & cognominis, probari, illos eſſe, qui repeririuntur ſcripti in aliquo libro, vel inſtrumento, aut ſcriptura, ex Decio, & Maſcard. ibi relatis Farinac. vbi ſuprà, n. 9. & 10. & concurrente alia circunſtantia, vt per exemplum oſtendit Peregr. de fideicommiſſ. art. 44. nu. 45. & 46. vbi plura, hinc Theſaur. dec. 270. nu. 12. refert, fuiſſe Deo factum votū, quod ſi filius naſceretur, ei imponi voluit nomen S. Antonii, ſucceſſo inde partu gemino, fuit idem nomen vtriuſque impoſitum, ſed fuit vni ipſorum adiunctum cognomen, vt ab alio dignoſceretur, eapropter cùm fuiſſet de facto carceratus Franciſcus Boſcus oppoſuit, non eſſe illum, qui reperiebatur inquiſitus, ex quo licèt vulgò appellaretur eodem nomine, & cognomine, tamen ſi benè appellabatur nomine Franciſcus, cognomen erat Ferrus, & cognomen Boſcus erat ſuprà nomen à vulgo ſic nominatum ab effectu ipſius propter ſollicitudinem in gerendis negotiis, & alius erat Franciſcus Boſcus de Terra, ſeu Caſali Boſco, non tamen Neapolitanus, vt erat ipſe, & ſic examinatis teſtibus patriotis, fuit per Regium Conſil. Marcum Antonium Morra decretum, vt non aliter moleſtaretur, & fuit expedita ſalua guardia in eius beneficium vigore decreti, ne in futurum moleſtaretur. Sed quia poſteà iterum pluries fuerat moleſtatus occaſione alterius inquiſiti, qui eodem nomine, & cognomine reperiebatur ſcriptus in M. C. V. Frāciſcus Ferrus, cōtingit pariter de hoc difficultari, & cū ipſe produxiſſet fidem eius baptiſmi, in qua aſſerebatur Franciſcus Antonius Mazzaferrus, fuit ſimiliter à tali vexatione liberatus, à quo interrogatus, ſi ei licitum erat in futurum nuncupari eodem nomine, & cognomine Franciſcus Antonius Mazzaferrus, quia videbatur nomen, & cognomen alterari, dicebam, quod de iure non eſt improbatum, mutationem nominis fieri, dummodò non ſit fraudulenter facta, & pariter cognominis, ad tex. in l. vnica, vbi Bal. C. de mutat. nom. eò maximè, quia ita rei veritate inſpecta appellabatur, & cognominabatur, à qua recedi non poterat, quoniam aſſertio impoſitionis nominis, & cognominis facta fuerat à parentibus, ideò tali aſſertioni, ac fidei baptiſmi ſtandum erat, quæ veritati conſona erat, nam tali libro baptiſmi ſtatur, & benè probat adhibitis requiſitis traditis per Duran. dec. 207 n. 3. & 5. vol. 1. Benè verum eſt, quod ſtante variatione in nomine, vel cognomine, ſi in aliqua ſcriptura vno modo appellaretur, & in alia diuerſo modo, erit articulandum, qualiter ille, qui vocabatur ſic, hodie vocatur ſic, & eſt vna, & eadem perſona, & idem corpus, vt ex Barr. & Dec. probat Marcell. Calà d. tract. eod. §. 2. gloſſ. vnica, n. 516. ad quod Euerard. in topica, loco ab ethymologia ſub n. 7. inquit, quod licèt non procedat ethymologia nominis proprii ad effectum, quod cauſatur ex ethymologia, vt dicit, tamen à nomine proprio ad probandum perſonam procedit argumentatio in teſte, quia ex nomine probatur, l. ad recognoſcendū, C. de incen. man. cum ſimil. vt ſi dico, quod ille, qui commiſit maleficium eſt Titius, contra quem inquiritur, quia ſic vocabitur, & nominabitur, ita vult Bal. in dict. l. conuenticulam, in pen. col. hoc tamen credo limitandum, vt procedat, quando aliæ coniecturæ concurrunt, vt ſtatura corporis, figura veſtium, color crinium, vel facies, & ſimiles, aliàs autem æquiuoca dubia eſt hæc probatio, quæ fit per identitatem nominis proprii, quod nota. Hæc ille. At cùm in ciuilibus idem contingiſſet difficultari, præſertim in materia liquidationis inſtrumenti, in quo inter alios teſtes quis fuerit deſcriptus per nomen, & cognomen, & alius eiuſdem nominis

minis

minis, & cognominis repetiebatur, qui non aliter in inſtrumento interuenerat, contingit dubitari in cauſa liquidationis inſtrumēti in M.C. ad inſtantiam Antonii Baſſi V. I. D. contra Petrum Anellum de Martino, qui in vltimo peremptorio oppoſuerat, non poſſe liquidari, eò quia vnus ex teſtibus deſcriptus in inſtrumento Ioſephus Damianus, licèt deſcriptus in inſtrumēto, non tamē interuenerat, & cōfiſus tali obiectioni tempore expeditionis cauſæ produxerat perſonam eiuſdem Ioſephi, qui non interuenerat in inſtrumento, licèt reperiretur deſcriptus in illo, ita expreſſim confitendo, ſed actor, eundem teſtem eiuſdem nominis, & cognominis, qui interuenerat, confitebatur interfuiſſe, & ſic detecta veritate fuerunt relaxatæ literæ executoriales contra talem debitorem, vt patet ex actis in banca Lucinæ Magiſtri Actorum, & ad comprobationem præmiſſæ altercationis ſatis conferre videtur aurea doctrina Felin. in cap. auditis, n.43. de præſcript. quam etiam ſectatur Iaſ. in conſil. 34. col.6. lib.1. quos ſequitur Peregr. de fideicommiſſis, art.44. ſub n.46. dicens, niſi dicamus, eam procedere, vbi ageretur de arguendo inſtrumentum de nullitate, & falſitate, vt eo caſu præſumi debeat, alios fuiſſe adhibitos teſtes, qui eiuſdem nominis, pronominis, & patriæ fuerunt, cùm potuerint alij eſſe, & ſic ad validitatem inſtrumenti præſumatur pro pluralitate perſonarum, & hoc modo traditionem dict. Card. tuetur Felin. dict. cap. auditis, n.43. & circa debitorem certi nominis, & cognominis, & ſi alius repetiretur eiuſdem nominis, & cognominis, an poſſit liquidari inſtrumentum via ritus, deductum fuit in 2. par. noſtri compendii, verbo inſtrumentum liquidari an poſſit, fol. 280. vbi fuit relata deciſio talis caſus, vbi erit videre.

Immiſſio in poſſeſſionem bonorum feudalium concedi an debeat filiæ ſecundogenitæ vigore teſtamenti paterni, in quo fuerat hæres inſtituta, non obſtante prætenſione filiæ primogenitæ prætendentis ſuccedere in feudis, etiam ex pacto adiecto in capitulis matrimonialibus, ſtante dotatione paterna, ac renunciatione in forma, & videtur negandū, cùm non obſtāte tali renunciatione admitti debeat ſoror primogenita maritata, ex eleganti conſ. Fabii de Anna 8. per totum, qui in cotula deciſionum in 2. vol. appoſita cenſuit ita iudicatum per S.C. in prima inſtantia vltra alias deciſiones relatas per Præſ. de Franc. dec. 328. de qua in prima parte, verbo ſoror, & per Præſ. Mormil. in Conſt. Vt de ſucceſſionibus, ſicuti in eadem parte, verbo primogenita, de quibus memini in mea copioſa additione ad votum Reg. Salernitani in cauſa illarum de Como iam deciſa in fauorem primogenitæ maritatæ renunciantis, impreſſa poſt allegationes ſuarum deciſionum, & in fauorem ipſius primogenitæ in iure reſpondit Iacob. Gallus conſ. 64. de qua deciſione, & aliis meminit Conſil. Georg. alleg. 12. n. 45. in cauſa autem, de qua agebatur inter D. Ioannam de Capua, pro qua in iure allegauit Reg. de Ponte conſ. 20. vol. 1. & conſ. 21. & D. Hippolytam ſororem ſecundogenitam inſtitutam hæredem à patre. Pro dilucidatione iuſtitiæ eiuſdem D. Ioannæ producebatur copia capitulorum, vbi inter cetera aderat hoc pactum. *Con conditione però, che quando li predetti Signor Conte, e Sign. Fabritio moreſſero ſenza figli legitimi, e naturali ex eorum corporibus, in tal caſo la predetta rinunza, e donatione s'habbia per non fatta, o la predetta Signora D. Giouanna nelli predetti beni, heredità, o ſucceſſione poſſa, o debbia ſuccedere come figlia primogenita, non obſtante, che era ſtata dotata, o che ſi ritrouaſſero l'altre ſorelle in capillo, lo quali in virtù della Conſtitutione del Regno foſſero ammeſſe, perche con queſto ſpecial patto, o conditione è ſtato concluſo, o trattato detto matrimonio, ita che nello caſo predetto in defetto delli detti figli maſcoli delli detti Sign. Conte, e Sign. Fabritio, volemo, che li ducati 15000 ò 20000. che ſi ritrouaſſero pagati, s'intendano donati alla detta Sign. D. Giouanna per amore paterno, e non per via di donatione, accioche la detta Signora D. Giouāna reſta habile alla ſucceſſione predetta, non oſtante qualſiuoglia diſpoſitione, perche altrimente non haueria riceuuta la detta donatione di ducati 15000. ò 20000. niſi per puro termine di mera donatione, o non per peſo di matrimonio, ò altra cauſa, &c.* Ex parte ſecundogenitæ ſatis vrgere videtur Conſt. Vt de ſucceſſionibus, per quam apertè colligitur in §. filiæ autem, quod ſecundogenita excludit primogenitam iam dotatam, de qua idem Conſil. Anna in dict. conſ. 8. in princ. meminit cum aliis congeſtis per Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 4. q. 21. præſertim n. 6. Marta in ſumma de ſucceſſ. legal. par. 1. q. 22. art. 1. n. 7. Et ſuperaddito teſtamento paterno, in quo inſtituta fuerat ipſa ſecundogenita, inſtabat admitti in poſſeſſionem Status Altauillæ, nec dubitabatur, quin diſpoſitio l. fin. C. de edict. Diui Hadr. toll. locum non habeat in feudis, cùm ita procederet, & locum haberet in feudis, teſtatur Conſil. Georg. alleg. 22. nu. 28. & propterea fuit interpoſitū ſequēs decretū per S.C. videl. In cauſa D. Ioannæ de Capua, cū D. Hippolyta de Capua. Die 11. Auguſti 1588. Neap. Facta relatione per S.R.C. coram Illuſtriſſimo Domino Prorege in Collaterali Conſilio, exiſtente relatore Mag. V.I.D. Hieronymo Olcignano Regi Conſil. & cauſæ Commiſſario. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, dictam D. Hippolytam de Capua immittendam eſſe, & immitti debere, prout præſenti decreto immittitur, & immitti mandatur vigore teſtamenti quondam Spectabilis Comitis Altauillæ eorum patris, in poſſeſſionem Terrarum Altauillæ, Montis aurei, Rizziæ, & omnium aliorum bonorum mobilium, & ſtabilium, allodialium, feudaliumque tentorum, & poſſeſſorum tempore mortis à dicto quōdam D. Ioanne de Capua Comite Altauillæ, ſaluis tamen iuribus, ſi, & prout competunt vtrique parti in iudicio ordinario. Hoc ſuum, &c. Hieronymus Olcignanus. Annibal Cæſarius Secretarius, in banca de Mondellis Magiſtri Actorum.

Immiſſio in poſſeſſionem feudi petita per filium ſecundogenitum inſtitutum, an impediri poſſit per primogenitum, prætextu, quod feudum erat de iure Longobardo, D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 24. n. 37. inquit, ſed magis in puncto eſt altera deciſio S.C. iunctis aulis, referente D. Meliore, dum enim Octauius Viſconte primogenitus prætenderet immiſſionem Caſtri Luſeti contra Horatium ſecundogenitum inſtitutum, qui ad impediendam immiſſionem oppoſuit, Caſtrum prædictum eſſe de

iure

iure Longobardorom, quo noo obſtante die 18. Nouembris 1616. fuit immiſſus Octauius primogenitus, non obſtante teſtamento paterno, ſalua prouiſione facienda ſuper petita remiſſione ad R.C. Fiſco, & Partibus plenius auditis, idque me primogenitum defendeote confirmatum fuit in gradu reclamationis 25. Februarii 1617. Act. Carbonus.

Immiſſio in poſſeſſionem feudorum cui ex prætenſis ſucceſſoribus concedenda erit? ſtante, quod feudum emptum fuerat pro nepote ex fratre primogenito, & quod eo decedente abſque filijs maſculis ſuccederent filij maſculi alterius deſcendentis ex eodem nepote, excluſis fœminis, & ſucceſſo obitu dicti nepotis concurrebat ſoror defuncti, non obſtante, quod fuerat excluſa vigore inueſtituræ, ac aſſenſus deſuper expeditus, & ſi non ſpecialiter, attamen appellatiuè, aut alter deſcendens maſculus de familia, pro quo in iure allegauit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controu. iur. tom. 1. controu. 24. & 25. vbi refert, fuiſſe deciſum per Collaterale Conſiliū iunctis duabus aulis S.C. die 18. Maij 1626. quod immittatur in poſſeſſionem Terrarum Aquauiuæ, & Ioiæ Ill. Principiſſa Benedicta Pinella ſoror Marchionis defuncti, & Status Ciuitæ S. Angeli Marchionatus titulo decoratæ Mutius Pinellus, bonorum verò burgenſaticorum Ioſephus Pinellus, & pro eo Dux Acheruntiæ pater, saluis iuribus eiſdem partibus ſuper omnibus hinc inde prætenſis, in banca de Moodellis.

Immiſſio in poſſeſſionē bonorū hęreditatis impediri an poſſit hęredi ſcripto à fideicōmiſſario pręrēdēte iure fideicōmiſſi ſuccedere, eò magis cū ipſi hæredi competat detractio legitimæ, & trebellianicæ, deciſum fuit per Collaterale Conſilium in beneficium Sacri Hoſpitalis Diuæ Mariæ Annunciatæ de Neap. hæredis quondam Franciſci Longhi vigore teſtamenti pro eius immiſſione bonorum, vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 78. par. 2.

Immiſſio in poſſeſſionem bonorum feudalium cōcedi an debeat alicui primogenito ex deſcendentibus non nominato in priuilegio impetrato per ementem feuda, per hæc verba: vt in feudis emendis de propria pecunia dicti Eminentiſſimi Cardinalis pro perſona nominanda dicti Paridis ex fratre primogenito nepotis, ipſo decedente abſque filiis maſculis ſuccederent filij maſculi Io. Auguſtini Pinelli, excluſis fœminis tam ſororibus, quàm filiabus dicti Paridis, &c. Inde ſucceſſo obitu dicti Auguſtini, ſtante quod Dominicus eius frater erat Clericus, & ſic incapax, Mutius prætendebat immiſſionem in poſſeſſionem, quamuis non eſſet nominatus, ſed tantùm per nomen appellatiuum, quanquam in contractu emptionis nedum mentio facta ſit de priuilegio conceſſo per ſuam Maieſtatem ad ſupplicationem emptoris, ſed in eo facta ſit mentio de aſſenſu expedito per verbum, fiat, per Proregem ad ſupplicationem venditoris, de hoc caſu loquitur D. Reg. Hector Capyc. Latro conſultat. 140. lib. 2. vbi in fine inquit; obtinuit Mutius Pinellus reſpectu Ciuitæ S. Angeli.

Immiſſio ex diſpoſitione l. fin. C. de edicto Diui Hadr. toll. an competat ſubſtituto, vt ſi mater defuncti ab eo fuerit inſtituta hæres vniuerſalis in vſufructu tantùm, & poſt eius mortem ſubſtituta Eccleſia, ita dici poſſit hæres à principio, vel legataria in vſufructu, attenta ſubſtitutione facta in beneficium loci pij, deciſum fuit in eius beneficium, ita tradit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 147. tom. 2.

Immunis à gabellis, datiis, & pedagiis qualiter probetur, ne impediatur per datiarios, vel gabellotos in trāſitu ipſorū, & certum eſt, quod immunitas conceſſa ab habente poteſtatem, hoc eſt à Principe, requirit ſcripturam, etenim priuilegium Principis debet neceſſariò probari per ſcripturam, Maſcard. de probat. concl. 528. num. 19. Cùm igitur fuiſſet prolata ſententia vigore Regalis priuilegii immunitatis in beneficium Venerabilis Monaſterii Montis Virginis, ac ſuorum vaſallorum exiſtentium in Terris Merculiani, Hoſpitaletti, Mugniani, Quattellarum, Petræ Fuſorum, feudi Montis Virginis, Cutiani, S. Martini, Terræ nouæ, & Lentacæ vnitorum cum Sacro Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ de Neap. contra nonnullos vtiles dominos Terrarum, paſſuum, & locorum prætendentes exigere iura paſſuum ab ipſis per S.R.C. ſub die 13. Iulii 1549. ad relationem Regii tunc Conſil. Hectoris Ieſualdi, penès Thomam Palombam Mag. Act. aſſiſtentibus circumſpecto Hieronymo Seuerino S.R.C. Præſide, & Viceprothonotario, Io. Thoma Minadoo, Thoma Grammatico, Petro de Actodo, Marino Freccia, Franciſco Aguirra, Io. Andrea de Curte, Franciſco Villanoua, Hectore Minutulo, & eodem Hectore Ieſualdo, in qua fuerat reſeruata melior deliberatio quòad Ill. Marchioniſſam Layni, poſtmodùm per aliam ſententiam prolatam, eodem referente, ſub die 24. Decembris 1549. penès eundem, fuit condemnata præfata Marchioniſſa, & ſucceſſiuè eius Officiales ad ceſſandum, & deſiſtendum à turbationibus, & moleſtationibus, & permittendum, præfatos homines vti, frui, & gaudere eorum franchitia, libertate, & immunitate, ita quod debeant illos tractare, & habere immunes, francos, & liberos, vt patet in proceſſu agitato inter Vniuerſitatem Merculiani, & dictum Sacrum Hoſpitale Diuæ Mariæ Annūciatę de Neap. penès quod omnia prædicta feuda adhuc reperiuntur poſſideri, ſed quia difficultati contingit, qualiter practicari debeat, ne homines ipſi moleſtiam conſequantur à Datiariis, & Gabellariis paſſuum pro eorum immunitate, cùm certum ſit de iure, quod immunis non ſoluit gabellas, Bart. in l. 2. n. 1. ff. de priuil. veter. nec priuilegiatus ad gabellas tenetur, Bertach. de gabell. 7. par. principali, n. 28. ſed benè de eorum immunitate conſtare debere, vt ea vti, frui potuiſſet, & vnicum priuilegium apud omnes exiſtere non permittendum, neque copia eiuſdem, ſed tantùm per fides Vniuerſitatum prædictorū aſſerentium, eos eſſe ſuos ciues. Quemadmodum in ſimili dicitur de nautis, & mulionibus habentibus bullettas pro mercibus per ipſos vectis cum nauibus, vel mulis ſuis, licèt ipſi non ſint deſcripti in eis, ſed domini mercium, ad quos ſpectat onus ſoluendi gabellam, recipiendi bullettam pro mercibus ſuis, & ob id moleſtari non debent à Gabellariis, ex Bart. Bal. & Salic. probat Ferretus de gabellis, nu. 89. quemadmodum Neap. practicatur, etiam quod omnes rēs aſportētur in Dohana, etiam immunes à ſolutione

ne gabellarum, & pro ipſis rebus immunibus ſit bulletta gratis eorum dominis, ſubdit ibidem Ferret.n.172. & non ab re pro paſſibus ſufficit conſtare, tranſeuntem immunem eſſe uti ciuem Ciuitatis immunis, de quo fidem facere debet. Quocirca fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum per idem S.C. videlicet. Die 24. Decembris 1549. Neap. In cauſa Vniuerſitatum Merculiani, Hoſpitaletti, & aliarum Terrarum, Vaſallorum Monaſterii Montis Virginis de Monte vniti cum Hoſpitale Annunciatæ de Neap. actorum cum Magnifico Vincentio d'Eboli vtili domino Terræ Pumigliani, & paſſus illius, & aliis dominis paſſuum in actis deductorum conuentis ſuper immunitate, & ſolutione iurium dictorum paſſuum, vt in actis. Facta relatione de prædictis in S. R. C. per Mag. Hectorem Ieſualdum Reg. Conſil. & cauſę Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod pro effectuali executione ſententiarum factarum in fauorem dictarum Vniuerſitatum ſuper dicta immunitate, & vt euitetur fraus, quæ ſuper dicta executione in præiudicium dictorum conuentorum committi poſſet, quilibet ex hominibus dictarum terrarum tranſiens per loca dictorum paſſuum debeat exhibere opportunas patentes literas Magnificorum Magiſtrorum dicti Hoſpitalis, ſeù Capitanei, vel Syndici, & Electorum dictæ Terræ Merculiani, in quibus fiat fides, ſe eſſe in dicta immunitate comprehenſum, hoc ſuum, &c. Ieſualdus, Nicolaus Vincentius Cęſarius Secretarius, in Banca prædicta. Et cum fuiſſet pręſens cauſa remiſſa ad R.C.S. fuit aliud decretum latum, videlicet. Super eo, quod fuit petitum per Arrendatorem gabellæ ſbartarum, & homines Terrarum Merculiani, Hoſpitaletti, Mugniani, Quatrellarum, feudi Montis Virginis, Curiani, Terræ Nouæ, & Tentatæ vaſallos Monaſterij Montis Virginis, vt non committāt aliquam fraudem aſportent bullettas, vt in petitionibus clariùs apparet. Die 13. Ianuarij 1563. Viſis actis per Magnificum V. I. D. Didacum de Eſcobar Præſidentem R. C. S. & cauſæ Commiſſarium fuit per eundem prouiſum, vt non committatur aliqua fraus, quod Vniuerſitates dictarum Terrarum debeant eligere vnum ex ciuibus ipſarum, qui debeat facere bullettas, ſeù fides hominibus dictorum locorum, per quas conſtet, homines, in quorum perſonas dictæ bullettæ, ſeù fides expediantur eſſe ciues, & habitatores dictarum Terrarum, & facta electione prædicta notificetur Arrendatori prædicto, vt tractet immunes dictæ gabellæ dictos homines dictorum locorum aſportātes bullettas, ſeù fides dicti eligēdi, hoc ſuum, &c. Didacus de Eſcobar, penès Scipionem Solimenam Mag. Act. Hanc praxim puto ortum habuiſſe à tex. in l. 1. C. de tractat. lib. 12. ad quod optimè Io. de Platea in l. ſi deſertores, in fine, C. de deſertor. eod. lib. inquit, Item not. hanc legem in ſecunda parte pro Officialibus deputatis ad exigendum paſſagia, quibus præſentantur literæ, & licentiæ tranſitus, ſine aliqua ſolutione, vt poſſint illos tranſeuntes detinere, donec benè examinent veritatem illarum literarum, maximè vbi aliqua ſubeſſet ſuſpitio, vel raſura, &c.

Immunitas Eccleſiaſtica an ſuffragetur confugiēti ſupra tectum, turrim, ſeù campanile Eccleſiæ, decisū fuit per M.C. affirmatiuè in cauſa Octauij Mutatelli, qui rupta tectum, ſeù aſtracum Eccleſiæ confugit, D. Reg. Sanfel. dec. 16.

Immunitas Eccleſiaſtica an ſuffragetur confugiēti ad Eccleſiam nōdum conſtructam, concluditur affirmatiuè, dummodò fuerit auctoritate Epiſcopi ædificata, & ita deciſum tradit D Reg. Sanfel. dec. 18.

Immunitas Eccleſiaſtica an ſuffragetur ei, qui homicidium rixoſum commiſerit intus Eccleſiam, deciſum fuit per M.C. affirmatiuè, refert D. Reg. Sanfel. dec. 19. n. 10.

Immunitas Eccleſiaſtica an ſuffragetur vulneranti aliquem Clericum, vel occidentem Clericum, in vulnerante fuit deciſum negatiuè, in occidente affirmatiuè, etiam per Collaterale Conſilium, teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 20.

Immunitas conceſſa circa functiones fiſcales non comprehendit perſonas non numeratas, iuxta determinationem R.C. factam ſub die 18. Febuarij 1570. in cauſa illorum de familia de Alexandro Ciuitatis Montisleonis, Nouar. in tub. de iur. & exact. fiſc. collect. 1. n. 7.

Immunitas conceſſa alicui Ciuitati an extendatur ad alium locum exiſtentem in eius territorio, videtur negandum, ex quo immunitatis materia eſt ſtricta, Præſid. de Franch. dec. 259. n. 3. & ſtrictiſſimè intelligenda, Loſçus de iure vniuerſ. par. 3. cap. 13. n. 17. & immunitatis priuilegium ſtrictè interpretandum, Reg. Lanar. cōſ. 76. n. 24. & reſtringendum propter publicam vtilitatem, Idem conſ. 65. n. 27. Hinc eſt, quod ſi fuerit conceſſum priuilegium Comitatui, territorio, ſeù diſtrictui, non extenditur ad Ciuitatem, l. qui ex vico, ff. ad municip. Bart. in l. 2. n. 4. ff. de verb. ſignif. Franc. Marc. deciſ. 365. tom. 1. quos probat ibi Loſçus n. 22. qui paulò ante ſub n. 20. in terminis quærit, ſi priuilegium conceſsū ſit Vniuerſitati, an extendatur ad Comitatenſes, Territoriū, & Villas adiacentes, vbi aſſerit, quod ſi loco fuerit conceſſum, & tunc non extenderetur, vel ſi fuiſſet conceſſum Ciuitati tali, poſtponendo nomen, & idem eſſet, cùm talis immunitas conceſſa Caſtro, & ſimilibus ſit realis, Natta conſ. 649. num. 16. & 17. & conſ. 627. n. 13. Ex aduerſo autem probat ſub dicta diſtinctione ſub dict. n. 20. quando eſſet conceſſum Ciuitati Neapolis, tunc extenderetur ad prædicta, ſed meliùs in fine probat, quando eſſemus in materia fauorabili, in qua latiſſima ſit interpretatio, quo caſu conceſſio ad Terras adiacentes extenderetur, ex Franc. Marco dict. deciſ. 365. Hinc eſt, quod bannitus de vno loco, videtur bannitus de alio adiuncto, ſecundùm Bal. & Alexand. relatos per Follet. in praxi crim. rubr. bannianrur, n. 29. vbi alia deduxit. Nec proptereà in contrarium adducta militant, ex quo Comitatus, Territorium, & Villa vti acceſſoria non influunt in principale, vel eſſent contra ius commune, ſequitur Parinus de gabellis par. 3. n. 104. Ideò in cauſa Hominum Turris Annunciatæ tanquam ſitæ in Territorio Neap. cum Regio Fiſco die 8. Octobris 1544. Facto verbo per Dominum Hieronymum Albertinum Præſidentem R.C.S. fuit decretum in eorum beneficium, penès Io. Paulum Criſpum Act. Mag. Coneuſ. Nardus Antonius pro Notatore quod decretum erat penès Io. Baptiſtam Coppulam.

Immunitas

Immunitas conceſſa Doctoribus, Profeſſis, Iuriſperitis, Iudicibus, Notarijs, ac alijs nobilitèr viuẽtibus ex diſpoſitione pragm. 1. de appretio, de quibus nobilibus intelligendum eſt, mentionem fecimus in 3. par. 2. ſect. verb. nobilis, vbi deciſionem R.C. deduximus, ſed verba decreti formaliter non apparent, at cum in mei poſſe peruentum ſit decretum deſuper interpoſitum, libui illud hic inſerere, quia ad multa deſeruire poteſt, ſuppleudo tali deciſioni, & verba decreti ſunt. Die 26. Septembris 1541. viſa per Excell. Dominum Locumtenentem R.C S.& Magnificos Dominos Præſidentes dictæ R.C. pragmatica ædita per fęlicis memoriæ Regem Ferdinandũ Primũ, in qua fit mentio de forma appretij facta per Petrum Piccolũ ſub data die 19. menſis Nouembris 1467. ſuper immunitate Doctorum, Profeſſorum, Iuriſperitorum, Iudicum, Notariorum, & aliorum nobiliter viuentium, & d. Reg. pragm. benè diſcuſſa in banca, fuit per eandem R.C. conſenſu prouiſum, & decretum, quod intelligatur de his, qui nullam aliam artem exercent, ſed de conſuetudine, aut origine nobiliter viuere reputantur, & tunc ſunt immunes à capite tantùm, prout hactenus per R. C. fuit ſeruatum, excluſis Iudicibus annalibus, & Aromatarijs, qui nõn comprehenduntur in pragmatica, hoc ſuum, &c. Conſ. Nardus Antonius Pro taxatore, Io. Paulus Criſpus Mag. Act. eſt verum quod immunitas alicui cõceſſa, quia eſt Doctor, vel Medicus, valet, Natta conſ. 486. num. 2. vbi multos allegat, ſimilitèr & Iuriſprofeſſoribus, ſiuè ſtudioſis, qui magis priuilegiati videntur, vt inquit Horat. Luc. in præfat. de priuil. ſchol. n. 32. & magis vtiles ſunt Reipublicæ, Idem in priuil. 12. verſ. de his, & ad hoc videatur Petrus Piccolus in commentario ad pragmat. 1. de appretio numer. 33. vbi de Iudicibus, Doctoribus, Profeſſoribus, & Medicis agit, & num. 48. de Iudicibus, Iuriſperitis, & de Notarijs.

Immunitas Eccleſiæ, vel Monaſterio conceſſa an ſe extendat ad coniunctas domus conductitias, & apothecas ſitas extrà clauſtra, diſtinguitur, quod ſi haberent hoſtium extrà Eccleſiam, ſeù Monaſterium, quod tunc non gaudebit, ſecùs è contra, & ità deciſum per M. C. & S. C. refert D. Reg. Sanfel. dec. 136.

Immunitas Eccleſiaſtica an ſuffragetur ad eũm confugienti de plutibus grauiſſimis delictis imputato, ſi fuerit captus extrà Eccleſiam cauſa corpus exonerandi, fuit per Reg. Aud. Capitanatæ negatiuè iudicatum, ſ. nõ eſſe locum repoſitioni, deducta cauſa ad M. C. contrarium determinatum fuit, ſed facta relatione in Collater. Conſil. fuit confirmatum decretum ipſius R.A. ità refert D. Reg. Sanfel. dec. 137.

Immunitas adhoarum, & donatiuorum etiam extraordinariorum an ſuffragetur Præſidentibus Titulatis R.C.S. vt immunes ab iſtis cenſeantur, fuit pluriès deciſum per eandem Reg. Cam. Sum. in perſonam nonnullorum Præſidentium Titulatorum affirmatiuè, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſp. 1. fiſcal. in diſſertat. n. 92. 95. & ſeq.

Immunitas conceſſa à Rege alicui Vniuerſitati ab omnibus functionibus fiſcalibus etiam extraordinarijs in ampla forma, etiam à donatiuis, & donis conceſſa cenſetur, vt tam per R.C. quam per Collat. Conſilium deciſum refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 1. controu. 18. ſub n. 21.

Immunitas conceſſa à Rege alicui condigno Baroni ob eius grata ſeruitia, ac ſanguinis coniunctionem, an debeat prorogari eius ſucceſſori ex eadem cauſa expreſſa, vt contingit in cauſa Seren. Ducis Parmæ, qui porrectis precibus Domino Regi, vt immunitas à ſeruitiis debitis occaſione feudi, adhois, donatiuis ordinarijs, & extraordinarijs, ſiuè ſuperindictis, & alijs porrigeretur ad ipſum ſucceſſorem, habita conſultatione à R.C. in eius fauorem, fuit ità reſcriptum à D. Rege, & confirmatũ per eandem R.C. vt teſtatur D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. Illuſt. tom. 2. controu. 55.

Immunitate gaudent Eccleſiæ, eccleſiaſticæque perſonæ à datijs, gabellis, & alijs iuribus impoſitionum pro rebus, & bonis collectis ex proprijs prædiis, prout blando, vino, &c. ità ex Crauett. conſ. 6. num. 115. Caud. Tuſc. concluſ 3. num. 12. perpendit Rodobal. Patinus in tract. de gabell. par. 1. num. 297. nouiſſimè Io. Baptiſta Ciatlin. controuerſ. forenſ. iudic. cap. 21. num. 8. & ſeqq. vbi probat ex multis, quod gabellæ in ſtatuto non comprehenditur emptor fructuum Eccleſiæ, aut Clerici, latiùs Admod. Reuer. D. Paul. Squillant. in ſuo vtiliſſimo tract. de priuil. Cleric. cap. 8. per totum, Quocircà in cauſa Illuſtr. & Reuerendiſſ. Cardinalis S. Angeli Perpetui Commendatarij Monaſterij, ſeù Abbatiæ Sanctæ Mariæ, & Sanctorum Io. & Pauli de Caſamari Verulancoſis Diœceſis, & Sancti Dominici de Ciuitate Soræ cum Regio Fiſco, & Arrendatoribus Graſſiæ Terræ laboris ſuper immunitate, qua gaudere prætendit, & alijs, vt in actis, fuit interpoſitum ſequens decretum per R. C. S. die 10. Maij 1544. Viſis actis, & informatione capta ordine Regiæ Cameræ per Magnific. V. I. D. Dominum Franciſcum Reuertetium Præſidentem Reg. Cam. & dictæ cauſæ Commiſſarium, & de eiſdem facta relatione in Banca coràm alijs Magnificis Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, per eandem Regiam Cameram conſenſu prouiſum eſt, & decretum, quod prædictus Reuerendiſſimus Cardinalis pro omnibus fructibus, qui perueniunt ex bonis dicti Monaſterij, exiſtentibus in Regno tractetur, prout præſẽti decreto tractari debere decernitur, & declaratur immunis, ſi non ſunt prohibiti extrahi, vel ſi prohibiti ſunt, quando extrahuntur cum licẽtia Illuſtriſſimi Domini Viceregis, vel dictæ Regiæ Cameræ, quo verò ad alia bona, quæ non ſunt de bonis dicti Monaſterij, vel eorum Fratrum, & emuntur pro vſu dicti Monaſterij, fuit prouiſum, quod ſint immunes tantũm pro vſu Monaſterij prædicti, & aliorum in dicto Monaſterio degentium, & ſeruientium, & omnia annotentur per Credenzerium Piſcium, hoc ſuum, &c. penès Nardum Antonium Actuarium.

Immunitate Eccleſiaſtica an gaudeat reus captus à ſatellite, qui illũ ligatum adducebat, & cùm fuiſſet propè Eccleſiam, ad illam ſic ligatus confugerat, ſecum aſportando ſatellitem, & ſi totaliter Ingreſſus non fuerat, ſed capite attingendo illam, fuerat extractus, & carceratus ductus ad

carcerem, fuerunt pro eo ſequentia allegata per D. Nicolaum Antonium Cioffam Aduocatum ſolertiſſimum. Ex Conſtitutione Sacri Concilij Tiburtienſis ſancitū eſt, quolibet modo ab Eccleſia, alioue loco immuni extractio ſi fiat illius, qui ad eā confugit, tanquam validè facta, eſt facienda repoſitio eiuſdem extracti ad eadem immunia loca, prout ita mandatur in canone ſi quis contumax 17.q.4. his verbis, quolibet modo Eccleſiæ adhærentibus per vim extraxerit, quapropter cùm in præſentiarum fuerit violenter extractus Dominicus Gilettus ab Eccleſia Diui Thomæ de Aquino, ad eandem reponi non ambigitur ex his rationibus. Et primò dubitationi locus non eſt, quia dictus Dominicus Gilettus à loco immuni fuit extractus, cùm in facto clarè conſtat, ipſum tempore capturæ locum ſacrum tangeret capite ſui corporis, licèt reliquum corporis erat extra locum prædictum, & in hoc caſu Doctóres omnes affirmant, tali modo captum immunitate Eccleſiaſtica gaudere, prout de communi teſtatur Decian. tom.2.lib.6.cap.25.n.17. qui dicit, quod confugiens ad Eccleſiam, licet manu tantùm tangat locum ſacrum, & totum corpus foret extra locum ſactum, attamen tutus eſt in toto corpore, quia anima tota eſt in toto, & tota in qualibet parte totius arg.l.via,§.fin. ff. de ſeru. ruſti. præd. & in l.ſi cui, ff de ſeruit. teſtatur Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ. in 3.oppoſit. ff. de verb. oblig. Nec obſtat quod per Aduerſarium prætenditur ex depoſitionibus aliquorum teſtium degentium extra plateam, dictum Dominicum fuiſſe captum in loco non immuni, quia de eis nulla de iure poteſt haberi ratio, multis ex cauſis de iure approbatis. Primò ex ſingularitate obſtatiua, nam vnus dicit, fuiſſe factam poſt domum Dominici Grimaldi, alius dicit ſubtus domum illius, & alii dicunt iuxta quandam Capellulam, & ſic cùm deponunt de actu non reiterato, ſed inſtantaneo, & vnico, eis fides minimè præſtatur de ſingularitate prædicta, prout probat tex. in cap. nihil 3.quæſt.1.& de communi teſtatur Farinac. in tract. de teſtib. q.64 n.72. quæ ſingularitas obſtatiua probatur ex depoſitinne cuiuſdam Fabri ferrarij degentis ſubtus domum dicti Scribæ Fiſcalis, qui manebat in ſua officina, quia ſi hoc fuiſſet, quod captura facta eſſet in eo loco, ipſe maximè omnium hoc potuiſſet teſtificari. Secundò reijciuntur depoſitiones prædictæ ex eo, quia actus capturæ circa capientes ſunt contrarij, nam aliqui dicunt, ipſum fuiſſe captum ab vno Iuuene, & alij dicunt à duobus Iuuenibus, & quia vnica fuit captura, vnicus actus capiendi, non geminatus, dicti teſtes redduntur falſi ex ſingularitate, qua fuerunt reiecti teſtes Suſannæ, quia vbi teſtibus datur repugnantia, & contrarietas, ibi datur & obſtatiua ſingularitas, cuius virtute eorum depoſitiones irritantur, vt benè aduertunt Doctores, & præcipuè Bal. in cap. licèt cauſam, n.11. de probat. & idem Farin. loco citato, n.5. Tertiò reijcitur depoſitio Antonij Bagliæ, qui dicit, ſe adfuiſſe in dicta captura, qui ibi repertum venerat Ambroſium Parauagna, dum deponit, illum habitare à conſpectu ianuæ magnæ dictæ Eccleſiæ, cùm re vera non ibi habitet, ſed lōgè ab eo loco in alio vico, & ſic ratione falſæ cauſæ ei fides nō poteſt adhiberi, prout ibidem Farin. aduertit n.6. Quartò reijciuntur depoſitiones illorum trium teſtium examinatorum in termino ipſi Dominico dato, ipſo non citato, nec monito ad videndum eorum iuramenta, & ſic ex abrupto examinati, contra firmiſſimam regulam iuris, qua cauetur, nullam fidem facere teſtes examinatos, parte non citata, prout probat tex. in ca. 2. extra de teſt. his verbis; Ecce admonendus eſt ſemper Aduerſarius, vt ad audiendos teſtes veniat, quod quia hic omiſſum eſt, neceſſe eſt, vt contra legem actum eſt, non habet firmitatem, & ita gloſſ. ibidem in verbo admonendi, quæ concluſio ampliatur etiam in cauſis, in quibus proceditur iuris ordine, ſeù ſolemnitate non ſeruata, Aret. in allegato cap. 2. n.10. Felin. ibid. n.4. Dec. nu. 35. Quapropter ex contrarietate, & ex ſingularitate obſtatiua omnes teſtes aduerſarij prorſus reijciuntur, prout ſuprà probatum eſt, & quatenus dubia oriretur probatio ex eorum depoſitionibus, adhuc de iure fides eis non præſtatur, & ratio eſt, quia dubia probatio non releuat, cap. in præſenti, de probat. l. non hoc, C. vnde legit. vbi Iaſ. n.4.& 6. Surd. dec.75.n.17. Cardin. Seraf dec.1103.nu.2. par.2. Farinac. in tit. de oppoſ. contra dict. teſt. n.68. qui plures congerit, & dubiæ probationis interpretatio fit contra probantem, gloſſ. in dict. cap. in præſentia, in verbo dubium, Surd. vbi ſuprà, Pacian. de probat. lib.2.cap.11. nu.29.& 49. idemque procedit in materia fauorabili, Farin. vbi ſuprà, n.6. Secundò principaliter non obſtat confeſſio ipſius extracti, cùm fuiſſet iam reuocata, & de ea nulla poteſt haberi ratio, cùm ſatis, ſuperque probatum eſt de errore ipſius confeſſionis, cùmque in iure non negatur, poſſe ſuam ſpontaneam confeſſionem reuocare, tex. eſt in l.1.§. ſi quis vltrò, ff. de quæſt. etiam poſt ſententiā, vt probat Farin. in tit. de reo conuicto, & confeſſo, q.81.n.327. procedit & quoque concluſio, etiam ſi mille extarent indicia contra reum, tamen poſſet ſuam confeſſionem reuocare, prout idem Farin. probat loco citato. Tertiò non obſtat, ſi prætenderetur per Fiſcum, dictam capturam fuiſſe factam extra Eccleſiam, & poſteà Dominicus prædictus captus aufugit ad locum immunem, propterea ipſa immunitate frui non debet, cùmque inuitus extrahi non prohibetur, ad quam obiectionē de facili de iure reſponderi poteſt, vt ſcilicet quod Doctores non loquuti ſunt de hoc caſu, ſed tantùm de eo, qui captus per familiam ducitur per loca immunia, prout videre eſt apud Farinac. quæſt.28. num .69. & ſub tit. de carcer. & carcer. ritul. de captura, n.22.& 23. Couar. var. reſol. lib.2.cap.6.num.13. Boer. dec.110.n.8.& in dec.188.n.12. Clarus in §. fin. q.36. verſ ſecùs autem, in fine, Decian. tom. 2.lib.6.cap.27.n.30. Ambroſ. de immun. cap.10. n.13. nam omnes ſupradicti Doctores loquuntur in eo, qui ducitur, at ſecùs per ipſos diſponitur, quando reus aufugit, prout quatenus prętenderetur in caſu noſtro, cùm re vera dictus Dominicus Gilettus fuit à principio à loco immuni extractus. Secundò poſſet opponi, quatenus hoc prætēderetur, quod capiētes non eſſent de familia, & ſic non diceretur in poſſe familiæ, nec illa diceretur captura, cū proceſſerat à priuatis perſonis nullā poteſtatem habentibus, prout

conſtat

conſtat ex actis proceſſus nobis conſignatis, fuiſſe factam præſumitur, & ratio eſt nulli licere capere debitorem, vel delinquentem, niſi Officiali, vel niſi ſit de familia, tex. eſt expreſſus in l. neminem, C. de exhib. reis, vbi communiter Doctores, & quatenus eſſent de familia, nec etiam poſſet inde inuitus extrahi, caſus eſt huiuſmodi ad literam Marian. Soc. in tract. de citat. cap. 17. in 2. membro, vbi dicit, quod ſi familia capit aliquem extra domum, & adhuc trahens capientem in domum introiuerit, vel partem corporis immiſerit in clauſuram domus, non debet inde extrahi, ratio eſt, quia licitum ſibi fuit ad domum refugere, & ita de communi teſtatur Remig. in tract. de immun. Eccleſ. fallent. 30. Tertiò, opinio prædicta non eſt ita ſimpliciter tuta, prout Remig. in dict. tract. de immun. Eccleſ. in dict. fallent. 30. docet, & teſtatur Peregrin. in tract. de immun cap. 5. n. 12. & ſeq. Reſtat igitur ex ſupradictis reſolutis, vt ianiorum Virorum integritate, ingenio, & doctrina Sacrorum Templorum immunitati ſuccurratur, vt iuſtitia prædicti Dominici Giletti expoſtulat, & eodem, ex quo fuit extractus loco reponatur. hęc ille Nihilominus facta relatione in M. C. V. per Io. Bapt. de Stephano Iudicē illius de anno 1640. fuit deciſum, non eſſe locum petitæ repoſitionis & inde confirmatū per S. C. vt patet ex actis in banca Panſeræ. Et ratio eſt, quia non liber ad Eccleſiam confugerat. Quo fit, vt ſi reus pedibus, & manibus eſſet ligatus in iumento ſedens, & ad carcerem ducebatur, in terram proſiliuit intra atrium Eccleſiæ, non gaudebit immunitate, & ita deciſum refert Gamma deciſ. Luſit. 141. quem ſequitur Nouar. in ſumma Bullarum, tit. de immun. Eccleſ. tom. 2. n. 62. Sed captus à ſatellite, in cuius poſſe exiſtebat, ſi contingerit ita captus ad Eccleſiam confugere, poſſet ab ea inuitus extrahi, vt probat Couar. var. reſ. lib. 2. c. 20. ſub n. 13. ver. decimo ſextò oportet, & ad rem noſtrā de capto à Birruarijs, vim faciēdo, ſecum Biiruarios ad Eccleſiā ducēdo, vt non gaudeat immunitate. & ita ſeruatum tradit Nouar. in ſumma bullar. tom. 1. tit. de immun. Eccleſ. n. 14. quemadmodùm non gaudet immunitate qui dum eſt in carcere, ad Euchariſtiam, quæ ad ipsū ducitur, cōfugit, vel quando Corpus Chriſti ſuſcipit, Suarez in eius praxi Eccleſ. tom. # §. 3. n. 37. Cæterùm autem tunc captus gaudet immunitate, quando à familia Curiæ captus eſſet, & à manibus eorum ſe exemerit, & ad Eccleſiam confugerit, Suarez vbi ſuprà n. 41. Correa de immun. Eccl. par. 3. n. 21. & Alexan. Pereg eodem tract. cap. 5. n. 4 aut carcere fracto ad Eccleſiam confugerit, vt ſubdit n. 42. & ſequitur Epiſcopus Riccius dec. Archiep. 263. par. 4. ideò fugiens à carceribus ad Eccleſiam, vel ex manibus familiæ gaudebit immunitate, Præſ. de Franc. deciſ. 709. n. 3. ſubdens n. 4 quia dicitur liber.

Immunitate Eccleſiæ an gaudeat fur committens furtum in Eccleſia, vide ſuprà in verbo fur.

Impubes maior ſeptennio, & primogenitus an poſſit votum præſtare, deciſum fuit affirmatiuè, ſic referente D. Reg. Sanfel. in dec. 176.

Incendium cauſatum ex improuiſo ob calcem impoſitā propè locum, vbi erant lignamina, & ſuccedente pluuia, illud ortum habuit, & inde vi ventorum progrediendo lignamina comburendo, & conſequenter alia vicini lignamina, quod miniſterio operariorum extingui poterat, ſoluendo certum quid dominus primus lignaminum, an ob talem negligentiam, ſeù culpam leuiſſimam cauſati videatur, vt ad æſtimationem lignaminum vicini teneatur, deciſum fuit negatiue, vt refert D. Reg. Cap. Latro conſult. 135. lib. 2.

Incidens cauſæ remiſſum ad R. C. per S. C. ſi non fuerit declaratum ab ea, ſed proceſſum ad cauſæ definitionem, an ritè ſubſiſtat, eo ſiquidem præſuppoſito, quod cùm fuiſſet incidens remiſſum per S. C. ad R. C. ſi certum territorium erat feudale, vel non, eadem R. C. proceſſit ad illius conſignationem, definiendo negotium principale, ob quod vna ex partibus iterum adeundo S. C. dixit de nullitate ſententiæ eiuſdem R. C. ex quo non declarauerat expreſsè incideus ſibi commiſſum, fuit per S. C. deciſum, vt iterum remitteretur in iudicens, vt expreſsè decideretur, quo deciſo proceſſus ad S. C. deferretur ad cauſam principalem decidendam, vt teſtatur Conſil. D. Thomas Carleual in tract. de Iud. rom. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 6. ſect. 9. n. 700. in cauſa Ioſephi Delinares cum Franciſco, & Pyrro Scaglionibus. penès Carbonum.

Incidens ſpirituale remitti debet ad Iudicem Eccleſiaſticum, & ſi per eum fuerit ordinatum incidens inualidum contra reum, an cauſa principalis ipſius rei ad eundem Iudicem erit remittenda. Hoc accidit in facto de quodam milite Hieroſolymitano, qui pendente inquiſitione profeſſionem fecerat, & dum fuerat remiſſum incidens Sedi Apoſtolicæ circa inualiditatem profeſſionis, quę inde fuit inualida declarata, ob quod fuit heſitatū, an cauſa principalis ad eundē Iudicem Eccleſiaſticum remitti debuerat, fuit per S. C. affirmatiuè deciſum, vt tradit D. Conſil. Carleual de Iudic. tom. 1. tit. 2. diſp. 2. q. 7. ſect. 3. num. 909.

Indicia indubitata in materia aſſaſſinij contra mandantem ineſſe an debeant, quemadmodum in facto contingit dubitari in cauſa Io. Iacobi Sag ſij inquiſiti, prætextu quod mandaſſet committi aſſaſſinium per intermediam perſonam N. mandatarij, contra quem exiſtebant indicia, ob quod fuit laqueo ſuſpenſus, vnde ſubſequebatur, idem eſſe contra mandantem agendum, cōtra quem eſtabat confeſſio mandatarij, ac etiam depoſitiones quorundam teſtium de quibuſdam indicijs, non tamen indubitatis, licèt duo ipſorum non erant repetiti. Poſtquam ex diſpoſitione tex. in cap. 1. de homicid. in 6. ex verbis ibid. enunciatis, ibi id deſumebatur, ſcilicet probabilibus conſtiterit argumentis, aliquem ſcelus tam execrabile commiſiſſe, &c. vnde Iul. Clar. in §. aſſaſſinium, n. 5. ex mente Boſſ. ponderando verba prædicta cenſuit, quod quamuis regulariter in criminalibus requirantur ponderationes luce meridiana clariores, tamen in hoc delicto propter eius immanitatem ſufficiunt probabilia argumenta etiam ad condemnandum, nedum ad pœnam extraordinariam, ſed etiam ad pœnam corporis afflictiuam, ex Plaça in ſuo epitome delict. cap. 19. n. 16. cum alijs allegatis per Ludouic. Gilhauſ. in ſuo arbor. crimin. cap. 6. par. 1. §. 16. n. 1. Maſcard. de probat. concl. 137. n. 1. & concl. 1227, n 77. & Muſcat. in praxi crim. rubr.

de homic. mediante mand. n.74. latè Farinac. de homicid. q. 123. nu. 46. & in conſ. crim. 99. n. 3. vol. 1. Giurba conſ. crim. 70. n. 22. cum alijs apud Guazin. in tractat. de fenſam reorum, in defenſ. 4. cap. 15. n. 11. Cum igitur tale delictum aſſaſſinij vnicum ſit, vnum quo, & idem inter mandantem, & mandatarium, vt ex Bart. in l. ſed ſi vnius, § tertius iocus, n. 5. ff. de iniur. Ang. de maleſ. rub. Sempronium mandatorem, n. 25. vbi addit. probat Farin. conſ 85. poſt n. 16. Berardin. Portus in ſuo faſcicul. crim. §. aſſaſſinium il primo, verſ delictum mandantis, fol. 156. ſubdens, eos eſſe correlatiua, ſicut pater, & filius, vxor, & maritus, ex Decian. lib. 9. cap. 33. vol 2. ac etiam Farin. conſ 75. n. 7. in fin. etenim diſpoſitio dicti c. 1. quemadmodum in mandante procedit, Cap. dec. 155. n. 4. ita & in mandatario procedere ſubdit n. 4. Et ſucceſſiuè eadē pęna teneri, Farin. coſ. 4. n. 2. & in add. lit. B. coſ. 66. n. 11 quo fit, vt quemadmodū mandatarius in caſu prædicto iam fuerat laqueo ſuſpēſus, tam ex indicijs cōtra eū exiſtētibus, quā ex propria eius cōfeſſione, fortiùs cōtra ipſum mandantem eadē pœna locū ſibi vendicaret, vt dictū eſt, ex quo mādātis, & mādatarij delictū vnum, & idē eſt, Farin. conſ 85. poſt nu. 76. Sed replicabatur ex parte ipſius mādantis, quod quamuis inditia contra mandatarium vigerent, ac ſtante eius confeſſione iudicialiter facta, ita quod fuit proceſſum ad eius condemnationem, attamen non poterat ei afficere, eo ſiquidem præſuppoſito ante omnia, quia mandatarij dicuntur principales, & totum facere, immò actus magis attribuitur, & veriùs, quam mandantibus, vt inquit ibi Portus, verſ. an capitulum primum, fol. 153 ſubdens, cur mandatarij grauiſſimis his pœnis afficiantur, quia ſcilicet cùm non cognoſcantur, & nulla ratione ſint ſuſpecti, facillimè occidunt eos, quos nihil cauentes adoriuntur, quæ ratio ceſſat in his, qui opem ferunt principali, ij ſi, à quo inimicus cauet, & in eum intentos, & fixos oculos habet. Hæc ille. Non mirum ſi talia probabilia argumenta contra mandatarios plus vigere debent, quæ cùm non totaliter contra mandantem vrgent, non ita rigorosè contra eum procedi debuerat, ſed exiſtentibus indicijs indubitatis, ex adductis per Felin. in cap. afferte, num. 10. de præſumpt. vbi cenſuit, quod quamuis ex multis indicijs reſultare videatur plena probatio, etiam ad quem criminaliter condemnandum, adhuc tamen inditia eſſe debent indubitata; vt per exempla ibi relata ex ſeq. nu. prout in hoc crimine aſſaſſinij percipitur, vt ſingulariter probat Farin in dict. conſ 99. n. 29. dicens, probabilia autem argumenta ſunt illa, ex quibus oritur inditium indubitatum, ſubdens n. 30. nec dicitur indicium indubitatum, niſi ſit tale, vt ex eo res ita apud oculos Iudicis clara reddatur, vt contrarium credi non poſſit, & quod intelligi debeat de indicijs indubitatis, iſta probabilia argumenta probat Matth. Brun. inter conſ. crim. nouiſſimorum, tom. 2 conſ. 115. num. 8 ex Felin. vbi ſuprà, & etiam ex Gram. & Cerret. & Boſſ. quos etiam probat Muſcatel. vbi ſuprà n. 75. & Farin. dict. q. 124 inſpect. 5. n. 46. vbi n. 47. ſubdit, talia probabilia argumenta procedere coram Iudice Eccleſiaſtico, ſecùs tamen coram Iudice Laico, & quod contrarium obſeruare alijs non concurrentibus periculoſum eſt, ex Diaz, Maſcar. & Paul. Merenda aſſequitus Guazin. vbi ſuprà n. 12. vbi allegat Farin. in q 86. n. 43. referentē, aliquos tenuiſſe contrarium, ſufficere probabilia argumenta, & ſi non ſint indubitata, quorum opinio cenſuerunt procedere coram Iudice Eccleſiaſtico nouiſſimè Donat. Ant. de Marin. quot. reſol. cap. 51. n. 6. vbi ita conſueuiſſe M. C. V. ſeruare aſſerit ex Reg. Salern. deciſ. 24. & Conſil. Merlin. controu. forenſ. cap. 40. Et propterea non obſtabat mandatarij depoſitio, quoniam mandatarius per acceptationem mandati facit ſe ſocium criminis, probat Ciazius diſcept. forenſ. diſcept. 164. n. 6. & ideò mandatarius contra mandantem ſine alijs inditijs non facit inditium ad torturam, Idem diſcept. 8. n. 75. diſcept. 64. n. 1. diſcept. 96. n. 14. quocirca mandatarij depoſitio contra mandantem facit indicium tantùm ad inquirendum, ſecundùm aliquos, licèt alij contrariam teneant opinionem, quod non faciat indicium, Bertazol. inter conſil. crimin. diuerſorum modernorum, coſ. 70. tom. 2. n. 22. imò mandatarius non facit indicium contra mandantem, maximè ſuſcepto mandato, etiam in caſu ſtatuti admittentis ſocios criminis, Ludou. Carus inter conſil. crimin. diuerſ. in antiquis, conſ. 59. n. 18. tom. 1. Præterea duo teſtes non erant repetiti, & licèt inter priuilegia aſſaſſinij relata per Capyc. vbi ſuprà, quem etiam ſectatur ibi Muſcat. n. 76. quod contra aſſaſſinos poſſint recipi teſtes, lite non conteſtata, & parte non intimata, & etiam abſente ex Io. And. & Hoſt. in dict. ca. 1. vnde talis repetitio fieri debet parte citata, vt poſt Follet. in ſua praxi criminali rub. & demùm repet. teſtes Curiæ, n. 1. Guazin. in dict. tract. tom. 2. defenſ. 15. cap. 1. n. 4. hoc ſanè intelligunt Doctores dubitatiuè, ſcilicet per verbum, forſan, vt ibi Capyc. intelligitur, ſed veriùs reſpectu mandantis aliter procederet, quoniam mandans fieri homicidium non dicitur aſſaſſinus, ita Colleg. Bonon. inter conſil. crim. diuerſ. in antiquis tom. 1. conſ. 41. n. 8. Sed mandatarius verè aſſaſſinus nuncupatur, Ludou. Gilhauſ. in dict. arb. crim. dict. cap. 6. §. 17. n. 11. & ſic mandatarius in aſſaſſinio principalis eſt, non mandans, Giurba in conſ. crim. 22. n. 9. Et proinde cùm fuiſſet per M. C. V. iudicatum, vt ipſe Io. Iacobus liberaretur ſuper nouis indicijs, inde facta relatione in Collaterali Con[ſil]io per Iudicem Ioannem Croſſum die 27. Maij 1643. fuit confirmatum decretum prædictum apud acta Mauri Mag. Act.

Indultus delictorum conceſſus reuelanti ſub conditione, ſi omnia delicta reuelata probauerit cōtra ſocios, ſi aliqua probauerit, alia verò non, an ſuffragetur pro probatis, vel in totum conditio corruat, facto verbo per M. C. in Collaterali Conſilio fuit prouiſum negatiuè, vt reus non gaudeat, & proinde procedatur in cauſa ad vlteriora, in cauſa Vincentij Galli, in banca Ioelis, teſtatur Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controu. 71. alian. deciſionem tradit D. Reg. Sanfel. in dec. 222.

Indultus Principis conceſſus rebellibus reſeruatis creditis contra Curiam, an habeat locum in vita, & militia debita ſecundogenito rebelli, fuit deciſum per R. C. S. affirmatiuè, vt ex Reg. Reuert. deciſ. 45 volum. 1. probat And. Capan. in calce tract. de vita, & militia in recollecta deciſionum, deciſ. 2.

Ingre-

Ingrediens domum alicuius noctis tempore cum clauibus adulterinis cauſa furandi, vulnerando habitantes, qua pœna puniri debeat, fuit deciſum, pœna mortis pleƈtendum, dicit D. Regens Sanfel. dec. 34. n. 17.

Inhibitoriæ qualiter, & quomodo debeant expediri per Magiſtros Actorum S.R.C. ob diuerſitatem qualitatum Commiſſariorum, & cauſarum delegatarum, fuit interpoſitum ſequens decretum per idem S.C. eoque inſimul congregato, videlicet. De mandato Regio, &c. Ex prouiſione facta per S.R.C. &c. Primæua verba deducta ſunt ſup. in verbo forma, & inſuper quādo in S.C. adſunt Cōmiſſarij generales dati præcedētibus memorialibus S.L. quod prouideat de vno Commiſſario, non debeant expedire literas inhibitoriales, quod ſtante generali commiſſione in S.C. M.C. non procedat in cauſis inceptis ante dictam generalem commiſſionem, niſi cōmiſſiones prædictæ ſint cum poteſtate auocandi cauſas, vel pendeat lis in S.C. Et ſimiliter quando adſunt in dicto S.C. Commiſſarij generales alicuius artis, non expediat literas inhibitoriales dict. M.C.V. niſi in cauſis tangentibus exercitium dictæ artis, & non aliter, verùm ſi conuentus in dicta M.C.V. habuerit eius Commiſſarium generalem, in dicto S.C. debet illum allegare ante litis conteſtationem, vel poſt immediatè, aliàs ſi paſſus fuerit ad vlteriora procedi in cauſa, tunc procedatur in dicta M.C.V. quæ literæ inhibitoriales nec etiam ab eis expediantur in cauſis liquidationis inſtrumentorum, incuſationis obligationum, apocarum banci, literarum executorialium vigore Conſuetudinis, literarum cambij, pacti executiui, & confectionis preambuli, niſi ſuper eis adſit pendentia litis in dicto S.C. quæ ſupradicta omnia ad vnguem, & inuiolabiliter à dictis Actorum Magiſtris obſeruentur ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per annum, & proinde mandetur Porterijs eiuſdem S.C. quatenus mandatum prædictum ab ipſis notificetur, ne in futurum poſſit per eos ignorantiæ cauſa allegari. Datum die 1. Decembris 1625. Lop., Patinus, Brancia, Carauita, de Piccolellis, Salgado, Marcianus, Melior, Rouitus, Anguins, Itius, Zufia, de Ianuario. De Mercatia Secretarius.

Inimicitiæ allegata ante receptionem an opus eſt termino, vt ſuperſedeatur in receptione, fuit deciſum vt detur terminus, Reg. Sanfel. dec. 17.

Iniurioſa verba proferens aduerſus Officialem ſupremum nondum admiſſū ad exercitium in eius abſentia, qua pœna puniri debeat, fuit præuia relatione M.C. per Collaterale Conſilium decretum, eſſe relegandum per quinquennium, vt refert D. Reg. Sanfelicius dec. 63. nu. 19.

Inquilinus pendente iudicio prælationis intentato domino directo ſuper venditione domus emphyteuticæ, ac altera controuerſia intentata à vicino, an debeat exſtaƈtare, attenta temporis breuitate, ſi aliam domum non conduxiſſet, ex facto liquebat, cùm fuiſſet venditum palatium magnum à Io. Thoma Imbrea, qui dederat pecuniam Duci Montisleonis ad eam emendum, & empta dicta domo eam venalem expoſuit, quæ remanſerat Antonio Mariæ Villauecchia, qui eandem ceſſerat eidem Imbreæ, qui eam vendidit Vincentio Medici pro ſumma ducatorum 10000. in qua inhabitabat Ill. Princeps Angri, inſurrexit Franciſcus Turbolus donatarius ipſius Vincentij, petendo, vt dictus Ill. Princeps à domo exſtaƈtaret, & illā vacuam relinqueret, in qua intendebat habitare, illinc ad paucos dies comparuit Monaſterium S. Claræ directus dominus domus, inſtando præferri in venditione domus, poſtmodùm comparuit Ill. Dux Montisleonis vti vicinus, petendo domum iure congrui, & inter has moras litigandi acceſſerat tempus exſtaƈtationis, vnde pro defenſione iuriū ipſius Ill. Principis Inquilini prætendentis, non debere exſtaƈtare è domo prædicta ex ſequētibus, ſuppoſito in facto, venditionem ipſā factam fuiſſe in menſe Aprilis, & inter ipſos collitigantes valdè controuerſum de Commiſſarijs cauſarum, dum coram diuerſis Iudicibus delegatis, & ordinarijs vnuſquiſque ipſorum litem inſtituerat, & donec non fuerat id determinatum, lapſum erat tempus conducendi domum per circuitū mēſis Maij, quo tempore exſtaƈtari cōſuetum eſt Neap. nec apparebat, fuiſſe requiſitionem ſub legitimo tempore factam, quæ in menſe Ianuarij, vel Februarij fieri ſolet, vt inquilinus poſſit domum conducere, & licèt ex parte ipſius donatarij diceretur, conſtare de ſuis iuribus in principio, nedum ex emptione domus per inſtrumentum celebrata, ſed etiam ex donatione inde ſubſecuta facta per dictum Medicem dicto Turbulo, qui inſtiterat, vt dictus Ill. Princeps exſtaƈtaret adueniente tempore, cum talis domus deſeruiebat pro eius ſeruitio, nec aliter potuiſſe continuare effictum dictæ domus, prætextu prætenſæ reconductionis, quæ probari nequiuerat per teſtes, ſed per ſcripturam, iuxta diſpoſitionem tex. in l. ne cui, C. locati, cui accedit deciſio vulgata Præſ. de Franchis 274. Sed replicabatur ex parte inquilini aſſerentis, fuiſſe iam intentata duo iudicia, hoc eſt iudicium prælationis reſpectu Monaſterij S. Claræ, ac aliud iudicium retractus, ſiuè iuris congrui reſpectu Ducis Montisleonis, quæ in limine expeditionis reperiebantur, & proptereà priùs illa determinari debuerant, quàm iudiciū exſtaƈtionis, quod erat conſecutiuum ipſorum, atenim ſi Princeps exſtaƈtaſſet, & inde dictum Monaſterium ratione directi dominij, aut dictus Dux ratione iuris congrui obtinuiſſet prælationem, conſequerentur intereſſe ob affictum pro ſequenti anno, iam quod Princeps ſi fuiſſet adſtrictus ad exſtaƈtādum, non ſe obligaſſet cōtinuare affictum iuxta conuentionem, tam cum dicto Monaſterio, quàm cum dicto Duce, & è conuerſo ſi dictum Monaſterium, ac Dux Montisleonis ſuccumberent, nec emptor, nec donatarius intereſſe paterentur, quorum finis indirecti in alio conſiſtere non videtur, niſi in poſſeſſione domus, ac donationis, & tantùm eis proficeret, ſi tunc, vel poſteà obtinuiſſent, immò ſi ſuccumberent, nulla eis fieret iniuria non conſequendi domum, quam cùm donaſſet Medices, nequiret dicere, effectum habuiſſe, & ſi verè vellet liberalitatem cum Turbulo obſeruare, poterit donare dictos ducatos 10000. Dicebatur ſecundariò, dictum Ill. Principem expoſuiſſe in ſua compatitione, dictam domum conduxiſſe

à Io.

Digitized by Google

à Io. Thoma Imbrea pro vno anno finiendo in anno 1640. cum obligatione non amouendi ab ea etiam in caſu alienationis aliis, & candem reconduxiſſe pro alio anno, pro cuius reconductionis verificatione terminum expoſtulauit, & hoc vltra aliam conuentionem habitam inter dictum emptorem, & Cornelium Spinolam nomine ipſius Ill. Principis cedendi dictam domum. Nec protude diſpoſitio dict. l. ne cui in præſenti caſu admitti debet, iuxta communem limitationem Doctorum, quod quoties allegatur reconductio expreſſa, non in tempore migrationis, vt eo caſu antiquus conductor admittitur ad verificandum reconductionem per teſtes, vt per rationes fundat Reg. Rouit. in Prag. 1. de loc. & cond. à n. 12. ad 18. & ſub n. 17. refert tam per M.C. quàm per S.C. in prima inſtantia, quàm etiam in reclamatione deciſum, fuiſſe admiſſum antiquum conductorem ad probandam reconductionem per teſtes, prout aliàs ita deciſum fuiſſe per S.C. teſtatur Conſil. Gizzarel. dec. 68. quamuis autem iſthæc limitatio non videatur applicabilis caſui noſtro, poſtquam ſumus in tempore migrationis, aduertendum erit duobus in facto conſiſtentibus, quorum primum erat, cùm vſque adhuc non conſtabat de Iudice, ex culpa cauſata ab eodem Medice emptore, & qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. ſecundum, qualiter proceſſerat dictus emptor, qui vſque ad diem 24. Aprilis manutenuit conuentiones. Primò faciendo continuare affictum dicti Ill. Principis, & poſteà conuenit, voluiſſe cedere domum titulo emptionis, idcirco non prius, quàm Iudex in cauſa procedebat, & quod emptor recedendo à conuentis proſequutus fuit litem, potuit allegare dictam reconuentionem. Secundò diſpoſitio dict. l. ne cui, & deciſio eiuſdem Præſidis fundatur in ea ratione, quod dum allegatur reconductio ab antiquo conductore, non debet admitti ad illius probationem per teſtes, niſi per ſcripturas produxerit, quia dum allegatur imminente tempore exfractationis, nouus conductor remaneret defrandatus, non habens vbi habitaret, quam rationem in fauorem noui conductoris in puncto ponderat Bal. & Salic. in dict. l. ne cui, in 2. lect. in 2. notab. & ibi Salic. ſimiliter in 2. notab. & Reg. Rouit. in dict. Prag. 1. n. 14. In tantùm id eſt verum procedere dict. dec. quando ageretur de intereſſe noui conductoris, nec aliter, quod nec in caſu Præſidis iudicatum fuit, nedum ad inſtantiam domini, ſed etiam noui conductoris intentatum, vt legitur in dict. dec. & referendo ibi Præſ. poſt n. 6. deciſionem S.C. dixit, iudicauimus in fauorem domini, & noui conductoris, vnde aſſeritur, quod dum in hac cauſa nullum intereſſe noui conductoris viget, ceſſat igitur rigor, ac diſpoſitio dictæ l. ne cui. Tertiò quemadmodum idem Reg. Rouit. in dict. Pragm. 1. n. 15. ex But. Felin. Dec. & Cattoc. probat limitando dictam regulam communiter, diſpoſitionem dict. l. ne cui non procedere, quoties ceſſaret timor fraudis, ſicuti in hac cauſa inſpicitur, & teſtes, qui allegantur pro verificatione reconductionis promiſſæ ab eodem Medice emptore ſunt perſonæ qualificatæ, legales, & fide dignę, quibus fides erit adhibenda. Denique hæc cauſa determinari videtur ex quadam compatitione vltimo loco præſentata à donatario, qui non aſſerit, domum deſeruire pro vſu emptoris, nec quod alteri ſit locata, ita quod ſi intereſſe fuiſſet noui cōductoris, ad cuius inſtantiam, ne ſine habitatione remanſiſſet, procedi debuerat in hac cauſa migrationis, ſed aſſeruit, domum eſſe neceſſariam pro ipſo donatario, poſtquam dixit proteſtando, quod locari debeat alia domus maioris penſionis, quę ſiquidem comparitio fuit acceptata cum dicta declaratione, & ſe obtulit conductor, quod in caſu locationis alterius domus maioris penſionis ſoluere totum id, quod S.C. iudicabit. Idcirco dū ex hoc perſpicitur, diſceptationē huius cauſę non conſiſtere, niſi in intereſſe maiori, aut minori, quod potuiſſet donatarius prætendere, quando domus locaretur cum maiori penſione, abſque dubio prætenſio exfractationis non obſtaret, & ideò terminus ordinarius concedi deberet à dicto prætenſo intereſſe. Die 4. Maii 1640. facta relatione in S.C. per eruditiſſimum Reg. Conſ. Andream Marcheſium in S.R.C. fuit prouiſum, vt procederetur ad ea, quę incumbunt in cauſa prę̨lationis petitæ per Monaſterium S. Claræ, & interim nihil innouetur circa exfractationem, vt ex actis in banca Solatij Magiſtri Actorum ſub patrocinio Io. Baptiſtæ Confaloni I.C. prę̨ſtantiſſimi Aduocati Neapolitani, olim Iudicis M.C.V. ac generalis Commiſſarii Campaneæ contra foraſcitos meritiſſimi.

Inſignia Magni Iuſtitiarii an in Regio vexillo ære fiſcali confecto depingenda ſint, conſultum fuit per M.C. D. Proregi, quod ſoluta pecunia impenſa per Fiſcum ab Ill. Marchione, colloceotur inſignia ſub ſtegmate D. Proregis, D. Regens Sanfel. dec. 282.

Inſtantia cœpta cum defuncto laico an tranſeat ad Clericum ſucceſſorem, erit diſtinguendum, quod ſi non fuerit lis conteſtata cum defuncto, non tranſiret, aliàs ſecus conteſtata lite, & conſequenter vbi cœpta fuerit, determinabitur, & ita fuit per S. C. deciſum, vt teſtatur Io. Baptiſta Hodierna in addit. ad deciſ. 10. Surdi ſub numer. 18. in noua impreſſione.

Inſtantia cauſæ perempta an dicatur ob lapſum triennii obſtantibus exceptionibus oppoſitis ex aduerſo, quarum occaſione lapſum reperiebatur tempus, ob quod cōuentus inſtabat, ad vlteriora procedi non debuiſſe, licèt ex parte actoris dubitaretur, huius prætextu cōtingere poſſe alienationē rei in potentiorem fieri, vt ex ſe deretur à ſuo iure creditii, & ſuppoſita enarratione facti aſſerebatur ante omnia in anno 1632. Silueſtrum de Criſcentio vti filium, & hæredem quondam Franciſci petijſſe in S.C. præſtari ſibi aſſiſtentiam ſuper certo hoſpitio domorum, & fundico, quod fuit quond. Octauij de Mari eius debitoris pro ducatis 350. capitalis, cum annatis decurſis, quod poſſidebatur per Franceſcam Cangianam, dato termino fuerunt oppoſitæ plures exceptiones concernentes legitimationem perſonæ actoris, vniones actorum ex diuerſis bancis, cum diuerſis diſcuſſionibus Cōmiſſarij, & ſuſpitionis Scribæ cauſæ, at cùm fuiſſet per Spectab. Præſidem determinata oppoſitio Commiſſarij in perſonam D. Ferdinandi Arias de

de Meſa, coram quo fuerunt diſcuſſæ exceptiones, determinauit, quod terminus alias datus curreret ab hodie, oppoſitis non obſtantibus, at cùm poſtremò fuiſſet oppoſita per dictam ream premptio inſtantiæ, prætextu, quod ab anno 1636. vſque ad annum 1641. pendente diſputatione Commiſſarii, non apparebat, factum fuiſſe alium actum, vnde per decretum domi latum fuit talis oppoſitio reiecta, à quo decreto facta relatione in S. C. fuit ordinatum, quod Partes adeant Spectab. Præſidem pro inſufflatione ſpiritus vitæ inſtantiæ peremptæ, à quo decreto cùm fuiſſet ab actore reclamatum ad euitandum euidens præiudicium, ac damnum ex tali peremptione prouenien s, cùm conuenta poſt tot annos dilationum habere intendebat facultatem alienandi bona prædicta in iudicio deducta, & in potentiorem transferendi, abſque vitio litigioſi, iuxta opinionem Reg. Rouit. in rub. de inſtãt. nõ teſt. n. 12. & cõſequẽter diludere iuriſdictionem eiuſdẽ S.C. & priuare actorẽ ſuo credito, ob quod dum obtinuerat actor, de nouo relationem fieri in S. C. ſperabat cum claritate, qualiter nec ex facto, neque ea iure ſubſiſtere potuiſſet decretum S.C. & debere confirmari decretum Commiſſarii, quod terminus curreret. Ex facto cõperiebatur poſt oppoſitionem exceptionum dilatorialium, pręſertim exhibitionem originalis præambuli, illicò ſuſpectum allegauit Scribam cauſæ, qui fidem fecerat, per tres menſes acta ſtetiſſe in poſſe Aduocati ipſius cõuentæ, & renuerat reſtituere ad impediendum progreſſum litis, vnde fuerat prouiſum per Commiſſarium, quod oppoſitis non obſtantibus procederetur ad vlteriora, & producto originali præambuli, poſt obitum dicti Commiſſarij inſurrexerat altercatio de Commiſſario conſtituendo, & poſt multas dilationes occurſas cauſatas facto conuentæ, quæ tendebant ad dilatandum, quæ non poterant in culpam actoris imputari, denùm de conſenſu ambarum Partium fuit prouiſum per dictum Spectab. Præſidem, vt ipſe D. Don Ferdinandus Arias de Meſa procederet. Hæc ex facti ſerie oſtendebantur ad defenſam actoris, & quæ de iure probata ſint, fuerunt per eius Aduocatum Marcum Antonium Angrifanum ſequentia allegata. Quod quando per cauillationes Aduerſarii protrahitur negotium vltra terminum, inſtantia periiſſe non dicitur, vt per Innocent. in cap. venerabilis, de Iudic. & peti poſſunt expenſæ, Gram. deciſ. 69. nu. 3. quia addenda non eſt afflictio afflicto, l. iure ſuccurſum, ff. de iure dot. nec eſt permittendum, vt quis ex maleficio beneficium conſequatur, l. 1. C. vbi ſen vel clar. cum concord. Item quia ſumus in S.C. vbi non currit inſtantia, ſecundùm opinionem Marantæ par. 5. principali, nu. 15. ac optimè, vt moris eſt, probatur per doctiſſimum D. Reg. Conſil. de Carleual de Iudic. tom. 1. diſput. 2. n. 943. immò caſus noſter fuit coram eodemmet Principe, ideſt coram Spectabili Præſide ipſius S.C. qui illius Sacræ Maieſtatis perſonam repræſentat, coram quo non negotium principale, quod interim ſilebat, ſed incidens illud ab anno 1636. pendebat decidendum, ſcilicet de Commiſſario, prout fuit deciſum in anno prædicto 1641. pro qua deciſione licèt non appareant aliæ monitiones pro tempore factæ, vel deperditæ penès Actuarios interim mutatos, vel ſublatæ, non ſine veriſimili ſuſpitione eiuſdem Partis hoc allegantis; Sufficit tamen dicta monitio de anno 1636. etiam ſi vltra triennium, cùm in ipſa cauſa principali vna quoque monitio ad differendum ſufficiat, vt perpetuetur inſtantia, etiam quod eſſent elapſi nouem anni, vti fuiſſe ſtylum ipſius S. C. teſtatur Franch. dec. 643. n. 4. ſed quod Pars negare non poteſt, illud eſt, quod in cauſa, de qua agitur adhuc lis conteſtata non eſt, & vbi conteſtatio litis non adeſt, nec caſus peremptionis inſtantiæ dari poteſt, tex. eſt clarus in l. properandum, C. de Iudic. cùm enim ab ipſius litis conteſtatione inſtantia incipiat currere, cap. ex parte, il ſecondo, de verb. ſignif. in tantum quod ſi per mille annos ſteterint Partes ad conteſtandum litem, nunquam incipit currere inſtãtia, Marant. dict. par. 5. n. 3. & 64 & in puncto ad caſum noſtrum ſub n. 29. dicit, quod ſi in emergentibus ante litis conteſtationem eſſet per decem annos litigatum ſuper aliquo incidenti, puta ſuper legitimatione perſonarum, nunquam inſtãtia periiſſe dicitur, allegat Gugl. de Cuneo in dict. l. properandum, quem ſequitur Bal. in l. & poſt edictum, § pen. ff. de Iudic. Et quid aliud eſt opponere, quod legitimetur perſona actoris, Iudicis, Actuarii, ac etiam Scribæ ipſius cauſæ, niſi allegare exceptiones dilatorias, Muſcatel. par. 3. gloſſ. competentis, Bal. in l. fin. ff. de except. quæ donec decidantur, impediunt fieri conteſtationem, Ang. in l. vir bonus, n. 9. ff. iud. ſol. quia inter alios effectus conteſtationis litis ille eſt, quod præcluditur via, ne ampliùs proponantur, nec diſcutiantur huiuſmodi exceptiones, Doct. in l. Pomponius, §. rati, ff. de procur. Marant. par. 6. membro 10. n. 15. ſi ergo ſublata ſuſpitione Scribæ cauſæ, factis vnionibus actorum in diuerſis bancis, ac denique præuia diurna diſcuſſione de Commiſſario deciſa in dicto menſe Decembris 1641. remanebat prouidendum ſuper ſupplicatione Partis aduerſæ præſentata ab anno 1633. in qua ſupplicatione opponebat, non eſſe legitimatam perſonam ipſius Actoris, & per D. Reg. Conſil. Arias de Meſa de menſe Ianuarii 1642. prouiſum, quod oppoſitis non obſtantibus terminus aliàs datus currat ab hodie, indubitati iuris eſt, litis conteſtationem adhuc factam non eſſe, & per conſequens inſtantiam ipſius cauſæ principalis nedum incepiſſe currere, ergo nec perimi potuiſſe. Non poterat currere, quia cùm tres perſonæ neceſſariò conſtituant iudicium, nempe Iudex, Actor, & reus, cap. forus de verb. ſignif. deficiente vna ex dictis tribus perſonis, deficit quoque eſſentia ipſius iudicii, Ang. conſ. 334. circa finem, Franch. dec. 245. n. 6. & per conſequens deficit omnis regula iudicialiter à iure ordinata, vnde ſi de menſe Ianuarii 1642. ex aduerſo non obſtantibus habilitata fuit perſona ipſius Actoris ad agendũ, neceſſariò eſt affirmandum, in caſu noſtro prius non adeſſe nec Iudicis perſonam, nec Actoris, vt legitimè ipſum iudicium proſequi potuiſſet, & ſic non valenti agere non currit præſcriptio, l. 1. §. vlt. C. de ann. except. l. in rebus, C. de iure dot. & alia, quæ per dictum doctiſſ. Dominum Conſil. de Carleual tom. 2. de Iudic. tit. 3. diſput. 4. nu. 18. ex quibus reſpectu Actoris nullus eius inſtãtiæ

perem-

Digitized by Google

perceptionis caſus adaptari poteſt. Hęc breuiter, cætera ſuppleant doctiſſimi, & integerrimi Iudicantes, qui meliora ſentiunt. Marcus Antonius Angriſanus. Facta relatione in S.R.C. die 9. Decembris 1643. per Reg. Conſil. D. Ferdinandum Arias de Meſa fuit prouiſum, quod ſuſpenſo decreto S.C. lato ſub die 26. Martii 1643. benè prouiſum fuit per Magnificum cauſæ Commiſſarium ſub die 21. Ianuarii 1642. quod terminus aliàs datus currat, hoc ſuum, &c. A quo cùm fuiſſet reclamatum ex parte Conuentæ, iterum facto verbo ſub die 20. Februarii 1644. declaratum eſt, benè fuiſſe prouiſum per idem S. C. ſub die 9. Decembris 1643. penès Secretarium, in banca de Simeone pro Cantone Magiſtro Actorum.

Inſtrumentum an poſſit liquidari via ritus M.C.V. per creditorem non aliter præſentantem omnia inſtrumenta conferentia ad illud idem debitum, ſtante etiam datione inſolutum nominis debitoris ceſſi per debitorem, à quo vigore decretorum M.C. ac S.C. exegerat per certum tempus, denique confiſus poteſtati variandi, citauerat debitorem huiuſmodi, non obſtantibus prædictis incidit de hoc altercari in cauſa liquidationis inſtrumenti præſentati in M. C. per Franciſcum Vulturalem contra Io. Paulum Durante, contra quem dũ aliàs fuiſſet liquidatum de anno 1634. die 18. Octobris, & facto verbo in M.C. per Iudicem Thomam Locterium fuit per M.C. prouiſum, quod pœna ponatur in libro pro ſumma ducatorum 295. capitalis, & pro aliis ducatis 98. pro tertijs, vt ex actis in banca Canalis, poſt hæc ad conuentionem deuenerunt in anno 1635. & fuit datum nomen debitoris Andreæ Piſacano in annuis ducatis 90. inſolutum, & pro ſoluto, vt ſibi ſatisfactis priùs decurſis annatis, reliquum excomputari deberet in ſortem, à quo vigore decretorum eiuſdem M. C. V. ac S.C. vt correſponderet ipſi, & continuaret ſingulis annis, exegerat annatas quaſdam, deinde per lapſum triennij confiſus ipſe Franciſcus pacto variationis, citare fecerat eundem debitorem ſuper tenore inſtrumenti præſentato, & vltimo loco confecto, non aliter præſentatis aliis inſtrumentis mentionem facientibus de eodem inſtrumento, & à quo originem deſumpſerat debitum, quia erat hæreditarium, pro quo non tenebatur de perſona, licèt ſe obligaſſet proprio nomine contra formam Regiæ Pragmaticæ, & propterea dicebatur ex parte debitoris, non potuiſſe procedi ad liquidationem, niſi omnibus inſtrumentis præſentatis inſimul, quia vnum inſtrumẽtum pręſentatum liquidatur per aliud, per ea, quæ in ſimili refert D. Præſ. de Franc. dec. 623. Secundò dicebatur, per dationem nominis debitoris inſolutum videbatur liberatus ipſe debitor, quia talis datio inſolutum vim emptionis, & venditionis habet, l. ſi prædium, C. de evict. l. eleganter, vbi gloſſ. ff. de pignor. act. Præſ. de Franch. dec. 81. Surd. dec. 288. n. 47. & dec. 248. n. 3. cum alijs apud Farinac. in repert. de contract. in fragment. verbo datio inſolutum, Nouar. vt infrà, q. 11. Honded. conſ. 34. n. 42. vol. 2. Gratian. cap. 321. n. 8. Immò datio inſolutum pro ſolutione habetur, probat Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 2. §. 9. n. 1. Et vim ſolutionis habet, idem Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſ. ſect. 10. cap. 6. n. 3. Franch. dec. 50. n. 2. Morat. Viſcont. in ſuis concl. verbo datio inſolutum, Grat. cap. 64. n. 29. Sicque cùm voluntariè facta fuerat de conſenſu amborum, ipſo iure liberat debitorem, ita nouiſſimè probat Nouar. in tract. de datione inſolutum, q. 3. n. 9. addito etiam conſtituto, nam ſolutionem operatur, Giurba dec. 112. num. 9. vt aderat in inſtrumento celebrato, eò maximè quando datio inſolutum facta fuerit de nomine debitoris, tunc totaliter liberaret dantem, idem Nouar. eod. tract. q. 10. n. 7. cum aliis apud Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. n. 31. & tunc liberatio a debito eſt loco ſolutionis, Hond. conſ. 41. n. 12. vol. 2. adeò quod talis datio inſolutum veram operatur ſolutionem, & actus cancellationem, Coſta Sicul. conſ. 59. n. 12. nam facit ipſa recedere à primo contractu, & extinguit primæuam obligationem, idem Nouar. eod. tract. ſect. 1. q. 11. n. 6. & 7. ex eo, quia talis datio inſolutum facit tranſire actiones ſine ceſſione, Ruin. conſ. 139. n. 1. vol. 1. ac etiam dominium in creditorem, Bero. conſ. 205. n. 3. vol. 1. & ſic non tantùm vtiles, quam directæ actiones transferuntur, ita quod creditor non poterit illud ampliùs exigere, Hieron. de Leo dec. 192. n. 5. immò etiam quia facta fuerat ad inſtantiam eiuſdem creditoris confirmatio per Iudicem, per quem fuerat factum præceptum debitori ceſſo, vt ſolueret eidem creditori ſingulis annis in futurum, & ſic videbatur inducta nedum inſolutum datio, per ea, quæ oſtendit Ciarlin. controu. forenſ. iudic. cap. 72. n. 15. Sed veriùs delegatio iudicialis, dum Iudex mandat alicui, vt ſoluat ſuo creditori, ad tex. in l. ſi debitori, ff. de Iudic. Roman. ſing. 192. Afflict. in Conſt. In pecuniariis, ſub n. 36. vbi addit, & pariter poſſe pœnam adijcere non ſoluenti, adeò quod tale præceptum factum de ſoluendo per Iudicem, cum cauſæ cognitione habet vim diffinitiuæ, nec poterit reuocari, Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 149. nu. 11. And. Gayl. pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 19. nu. 7. Quamuis circa hoc replicari poſſet, talem dationem inſolutum eſſe ſpeciem alienationis impropriè, & largo modo, Ioſeph. Ludouic. dec. 60. Peruſ. nu. 2. & conſequenter, ipſam eſſe ſpeciem venditionis, Gamma dec. Luſit. 277. n. 2. ſed largo modo, & impropriè venditionem dici, idem Gamma dec. 295. n. 1. & pariter impropriè, & largo modo ſolutionem eſſe. Ita quod videbatur, debitorem verè nõ eſſe omnino liberatũ, poſtquam contingere poſſet, imminere euictionem nominis ceſſi, quo caſu concederetur reuocabilitas contractus dationis inſolutum, vt proſequitur Mangil. de euict. q. 144. n. 18 & 19. nam & ſi datio inſolutum habeat vim ſolutionis, & re inſolutum data euicta, non licet redire ad primæua iura, vt fundat poſt D. Præſ. de Franch. dict. dec. 50. n. 7. Anton. de Amat. var. reſol. tom. 1. reſolut. 50. n. 9. ſubdit tamen, non procedere ſtante proteſtatione, n. 10. vt infrà dicetur, ex quo fuerunt reſeruata primæua iura antiqua, nam datio inſolutum dicitur nouus contractus, & non reſolutio primi, Manent. conſ. 128. n. 3. vol. 2. Ea propter adhuc ſi Iudex, quando adiudicaret bona creditori inſolutum, diceretur nomine debitoris ſoluere per fictionem, & non transferret poſſeſſionem in eum per tale conſtitutum, Borgn. dec. 6. n. 35. par. 3. Demùm quatenus creditor

oppo-

oppoſuiſſet, dictam dationem in ſolutum factã fuiſſe cnm referuatione primorum iurium, ſed etiam accedente facultate variandi, eo quod ad eius electionem erat, etiam relictis bonis, ſeù nomine debitoris certo ad alia bona debitoris recurrere, eo quod talis datio in ſolutum facta fuerat ratione facilioris exactionis, ſicq; creditorem poſſe liquidare, quoniam qui poteſt eligere, poterit variare, Præſ. de Franch. deciſ. 364. nu. 6. nec dubitatur, quin creditor poſſit eligere ex bonis ſibi obligatis, in quibus velit ſatisfieri, Gratian. cap. 38. num. 4. Replicabatur ex parte debitoris. Primo, quia nedum præfatus creditor inſtiterat in M.C.V. pro adiudicatione dicti nominis debitoris, adeò quod per decretum eiuſdem M.C. attenta tali datione in ſolutum fuit adiudicatum, dũ fuerat ordinatum dicto nomini debitoris, vt correſponderet ſingulis annis in futurum eidem creditori, qui fuit in poſſeſſione exigendi per multum tempus, nulla ſuccedente euictione, ex quibus colligitur, aliam eſſe dationem in ſolutum, aliam adiudicationem, & aliud pignus, inquit Manent. dec. 11. nu. 18. & idem conſiderat Borgn. d. deciſ. 6. num. 35. & attenta tali adiudicatione, ac poſſeſſione exigẽdi, propter quod videbatur excluſus, itàut de cætero amplius moleſtari non poterat, ſicuti cedens non tenetur, ſi ceſſionarius per duos, vel tres annos exegerit poſt ceſſionem, ità pluries deciſum Romæ teſtatur Cenc. dec. 476 num. 2. dec. 506. nu. 3. dec. 507. num. 2. in poſtrema ęditione poſt tract. de cenſibus. Vnde clara iuris concluſio deriuatur, quod re electa, & Iudex pronunciauit, non datur electio, ex Bart. in l. eum, qui certarum, §. 1. ff. de verb. oblig. rationes addens, qnia Iudicis decretum eſſet eluſorinm, eo magis cum ſimus in agendo, vt conſiderat poſt Capyc. qui ſic determinatum refert dec. 33. 46. & 119. Præſ. de Franch. dec. 53. Et his accedit regula illa vulgata, nempè qnod variare amplius nequit actor vnum intentans remedium, proſequendo vſq; ad cõcluſionem in cauſa, Manent. dec. 12. n. 18. Quod etiam in executiuis procedere dixit Mandell. conſ. 118. nnm. 7. dum ab initio licitum erit variare, ſed poſt intentatum vnũ remedium non licet, quia via, quã eligiſti, tibi pateat, cum alijs apud Aſin. in ſua praxi Iudic. §. 23. cap. 6. ampl. 1. nnm. 4. Ex quibus redditur dubia deciſio eiuſdem M. C. V. denuò facta ad relationem Iudicis D. Thomæ Carauitæ die 18. Iulij 1643. quod ipſe Io. Paulus remaneat condemnatus, & pœna ponatur in libro inferni, penès Albanum Actorum Magiſtrum, libui hæc enarrare, vt in contingentia facti occurrẽtis benè omnia conſiderentnr ad euitandum euitanda.

Inſtrumentum liquidari an poſſit contra debitorem ob defectum ſolutionis tertiarnm, tàm pro illis, quàm pro capitale dato ad vitam, cum promiſſione dandi fideiuſſorem infra certum tempus, fuerunt ſequentia in facto, & in iure deducta, v3. Io. Baptiſta, & Franciſcus Balſami fratres in ſolidum vendiderunt q. D. Fabritio de Lagni ſobrino meo viuenti annuos duc. 18. pro duc. centum ab eodem receptis, ad vitã tamen dicti Io. Baptiſtæ tantum, atquè ijdem Balſami inſolidum promiſerunt D. Fabritio infra annum eidem cum ipſis obligari facere Aſcanium Pignatellum ad omnia prædicta in ſolidum, & illo infra id tempus minimè obligato reſtituere ducatos centum cum rata tertiarum, & expenſis, contentiq; extiterunt, quod pro illorum recuperatione D. Fabritius, & eius hæredes poſſint liquidari facere contra ipſos fratres inſolidum inſtrumentum deſuper purè confectum, atquè ab eiſdem inſolidum recuperare dictos duc. centum capitalis cum tertijs, & expenſis, vt ex eodem inſtrumento confecto die 22. Septembris 1599. quod ad hoc legi petitur, elapſoq; ad id appoſito anno in die 22. Septembris 1600. nec Aſcanio Pignatello in fideiuſſorem per Balſamos oblato, aliter obligato; Factoq; ob id caſu reſtituendarum prædictarum pecuniæ quantitatum, ac per hoc deſuper liquidandi inſtrumenti D. Fabritius creditor vigore dictæ promiſſionis in M.C. citari fecit ambos prædictos fratres Balſamos ſuper tenore dicti inſtrumenti, & dictarum quantitatum reſtitutione, vt in citatione expedita die 11. Decembris 1600. & ſic poſt anni appoſiti lapsũ in 22. Septembris 1600. & precibus, ac infirmitate detentus ad liquidationem non proceſſit, Mox eodem D. Fabritio mortuo Hieronymus de Lagni illius hæres ambos eoſdem fratres Balſamos denuò citari fecit inſolidum ſuper tenore eiuſdem inſtrumenti ad prædictarum quantitatum ſolutionem, & cum Balſami citati, & in recta Curia vocati fuiſſent Franciſcus Balſamus tantùm de ſero comparuit, & in ſequenti Curia idem Regiam decretationem verbi faciendi in S.C. præſentauit, & cum illa iuſtis ex cauſis recipi non debuiſſet, tandem per M.C. prouiſum fuit, quod recipiatur, & Franciſcus pręſentans adimpleat, & poſt multos dies reperitur adimpletum, & quod liquidatio inſtrumenti firma remanſerit, & Balſami, ac præſtitus fideiuſſor reſtituere debeant promiſſos ducatos centum capitalis cum ratis tertiarum, & expenſis, quòdue hæc nullatènus impediri poſſint, ex ſequentibus in iure veriſſimis, citra vllam controuerſiam comprobatur. Neminem quippe latet, Humanam fidem, ſocietatemq. pactorum obſeruatione conſeruari, vt dicit I.C. in l. 1. ff. de pactis; vndè cum Balſami fratres D. Fabritio liquidò inſolidum promiſerint infra annum obligari facere Aſcanium Pignatellum, aut pecunias reſtituere; Nec talis promiſſio ſit contra leges, aut bonos mores, illa omnino ſeruanda eſt, per l. iuriſgentium, §. Prætor ait, ff. de pact. Neq; Balſami talis liquidi inſtrumenti liquidationem aliqualiter euadere potuerunt, aut poſſunt, nec dictatum promiſſarum quantitatum ſolutionem, ac reſtitutionem; Nam facta per eos promiſſione obligari faciendi infrà annum Aſcanium Pignatellum, vel reſtituendi quantitates prædictas, ad illas reſtituendas ſufficiebat eiſdem appoſitæ diei interpellatio, per l. magnã, C. de contrah. & cõmit. ſtipul. eaq; non obſtante D. Fabritius viuens, ac poſt eius mortem hæres Balſamos denuò citari fecerunt ſuper tenore eiuſdem inſtrumenti ad prædictas quantitates reſtituendas; Quarum, (vt liquido promiſſarum) ſolutionem nullatenus ſubterfugere poſſunt; quis enim ignorat, contra ſua promiſſa neminem venire poſſe? illaq; debere omninò obſeruare? per l. poſt mortem, ff. de adopt. & l.

Google

ſi quis maior, C.de tranſact. Alias enim humana ſocietas peſſundaretur, & potentiores impotentiorum iactura locupletarentur contra ius naturale, gentium, & ciuile, l.nam hoc natura, ff. de condit. indeb. At ſi pro parte Balſamorum forte aliqualiter opponeretur (quod minime creditur) eundem Ioannem Baptiſtam Balſamum eſſe mortuum, ad cuius tantum vitã pecunia data fuit, & illius ob mortem obligationem eorundem reſtituendæ pecuniæ iam eſſe extinctam, atq; actionem illorum de Lagni creditorum petendi eſſe ſublatam. Reſpondebitur, id in iure eſſe ridiculum, neq; in iure, nec in facto procedere; Quãdoquidem ſi eius mortis tempus inſpiciatur, ſicut oportet, reperietur quippe illam ſucceſſiſſe, non ſolum poſt contractam, legalemq; moram, ſed etiam poſt binas citationes factas ſuper tenore dicti inſtrumenti, & contumaciæ incuſationem, ac binas in Curia factas vocationes, quo quidem caſu ex irrefragabili iuris diſpoſitione periculum talis mortis non in damnum creditorum de Lagni ceſſit, vtputà omni culpa carentium, & qui ſeipſos bene cautelauerunt, ſed potius Balſamorum debitorum, qui promiſſa per eos poſt tot interpellationes minimè obſeruauerunt, & ſic ſucceſſit ineuitabilis iuris diſpoſitio. Quod periculum, atq; interitus poſt moram eueniens, in damnum cedit moroſorum tantum, nec alicuius alterius culpa carentis, per l.ſi quis fundum, in princ. & in §. ſi colonis, ff. locati, & l. ſi quis viña, & l. ſi per emptorem, l. neceſſario, & l.illud, ac totum titulum, ff.de pericul. & cõmod. rei vend. & l. cùm inter emptorem, & l. mortis cauſa, C.eod. §. cum autem, & ibi gloſ. in verb. ſtatim, Inſtitut.de empt. & vendit. Id, quod copioſius, & diffuſius comprobauit Affl. in multis locis, & præſertim deciſ. 150. à princip. vſq; ad num. 10. & deciſ. 399. Ex quibus ſic breuitèr prælibatis, ac vberius confirmãdis, ſi opotteret, ſequitur veriſſima iuris concluſio, quod cum Balſami certa die fideiuſſorem dare promiſerint, aut pecuniam reſtituere. Tranſacta appoſita die, promiſſoq; fideiuſſore minimè obligato, indubitanter ceſſit, & venit dies ſolutionis pecuniȩ, per l.cedere diem, ff.de verbor. ſignif. & ſucceſſiuè facto caſu per ceſſionem, & diei aduentum faciendæ ſolutionis, ea minimè facta, omne periculum poſteà obuentum ceſſit in Balſamorum tantum damnum ſoluere debentium, nec ſoluentium, per l. incendium, C. ſi cert.pet. & in hoc caſu eſt particularis text. in l. cum ſtipulatus ſim mihi, quæ eſt 113. § fin. cum l. ſequenti, ff. de verbor. obligat. vbi ſi quis vẽdens fideiuſſorem dare promiſerit, ſi non dat, tenetur ad intereſſe, qui videatur, & idipſum in ſpecie eſt deciſum per l. C. in l. qui autem, § ſed & ſi quis, ff. de conſtit. pec. vbi ſi quis promiſit certam perſonam fideiuſſuram, ſi ante moram mors interceſſerit, ad nihilum tenetur, poſt verò moram tenetur. Præterea & ſi prædicta clara, indubitataq; ſint in iure, atque ſufficiant; tamen ex abundanti eadem clarius confirmantur per id, quod diſponitur per l. 3. C. ſi pend. appell. mors inter. vbi ſi quis corporali pœna, & bonorum reſtitutione damnatus fuerit, & appellatione defunctus, quamuis crimen cum perſona euanuerit, bonorum tamen cauſa agi oportebit, & ſic in hoc caſu condemnatis Balſamis per binas citationes criminales, & vocationes in Curia factas, quamuis periurij pœna ob mortem pendente appellatione obuentam abolita ſit, remanſit tamen ſoluendæ pecuniæ obligatio, ad eamq; ſuperſtis frater remanſit obligatus, per l.1. C.ſi reus, vel accuſ. mortuus fuerit, vbi ſi plures vno delicto inquiſiti fuerint, vno eorum mortuo, & ſic quoad eum crimine extincto, accuſatio tamen quoad alios non abolitur, quarè per S.C. in verbo inibi per M.C. faciendo ordinari debet, quod illa procedat ad liquidationem inſtrumenti, tàm pro capitali ducatorum 100. quã pro rata tertiarum decurſarum, & expenſis factis, & faciendis, non obſtante morte dicti Ioa. Baptiſtæ Balſami, ad cuius vitam dictum capitale cum prædictis pactis expenſum fuit, & exequutorium realiter, & perſonaliter pro dictis quantitatibus contra viuentem, & fideiuſſorem præſtitum de parendo mãdatis, &c. conſignet, & ità fieri ſperatur, cum ſit iuris, nihilq; ſit in contrarium, &c. Franciſcus Lauritus V.I.D. Per Iudicem M.C.V. Pomponium Saluum facto verbo in S.C. fuit dictum. Remiſſa eſt cauſa eidem M.C. per quam fuerunt conuenti condemnati ad reſtitutionem capitalis cum tertijs liquidandis, & confirmatum per S.C. hanc eandem opinionem oſtinatiſſimè tenet Molſeſius par.1. conſil.8. pro Carolo Saulo cum D.Antonio Caracciolo, & ſic pluries deciſũ per S.C. refert, Contrarium tamen tenet D.Reg.Rouit. in pragm.2. de cenſibus, nu.4. & ſic obtinuiſſe refert. Audiui annis elapſis fuiſſe per Mag.Cur.Vic. in ſimili cauſa ſubrogatum alium æquè idoneum loco dicti fideiuſſoris; Etenim promittens dare aliquem pro fideiuſſore, ſi dederit alium idoneum, excuſatur, ſi difficultas dandi primum fideiuſſorem non extabat tempore promiſſionis, Borgn. dec.28. n.39. par.2.

Inſtrumentum liquidari an poſſit per creditorem contra matrem debitoris, quæ inſimul cum filio ſe obligauerat ſoluere certos annuos introitus, ſub certo capitale accepto ſub vſuris ſuper domo in dotem data eius viro, Ex facto reſultauerat controuerſia orta tàm in M.C.V. quã in S.C. dum Margharita Magatella ſub die 3. Auguſti 1617. cum inſolidum obligatione Franciſci Antonij Guerrȩ eius filio vendidiſſet Io. Angelo Poſitano annuos ducatos treſdecim pro capitale ducatorum 130. pro illis ſoluendis Ioſepho Guerra creditori eiuſdem Margharitȩ, & Franciſci Antonij, & ſub die 3. Martij 1620. accedente obligatione eiuſdem Franciſci Antonij eidem Io. Angelo vendidit annuos ducatos nouem pro capitale ducatorum centum. Iterum ſub die 8. Maij 1618. alios annuos ducatos quinque pro capitale duc.50. vẽdidit pro illis ſoluendis Petro Bauia eius creditori, quos annuos introitus vendidit ſuper quadam domo antea aſſignata pro dote Nicolao Paſtore viro d. Margharitæ. Cum igitur ipſa Margharita fuiſſet citata ſuper tenore dictorũ inſtrumentorum Curia pro Tribunali ſedente præſentauit ſcripturas, ex quibus inſtabat, ordinariè procedi. Poſtquam omnes allegatæ promiſſiones proceſſerunt ſub quæſito colore, cum

re

re vera ipſe Franciſcus Antonius eius filius, & gener Io. Angeli eſſet verus debitor, & ipſa Margharita intercesſerat pro eo, quoties enim mater pro debito filij intercedit iuuatur exceptione Velleiani, ex traditis per D. de Franch. dec. 275. vbi loquitur, quãdo dantur duo cõtractus, quod etiam ſi tantum in primo poſſit præſumi interceſſio, in ſecundo non, etſi in ſecundo principaliter, & ſola ſe mulier obliget, adhuc iuuatur Velleiano, quemadmodum in hoc facto oſtendebatur, idemq; probat Theſaur. dec. 122. num. 14. vbi id ampliat, etiam ſi mulier totũ pretium confiteretur ad ſe perueniſſe, ꝙ coadiuuatur contra, re vera apparet pecuniam breui manu perueniſſe in poſſe Franc. Ant. eius filij, vt ex partitis banci apparebat, & proindè rectè in hoc caſu procedit text. in l. 1. C. ad Velleian. vbi glo. in verſ. transferunt. §. item ſi mulier, ff. ad Velleian. l. Seia, §. fin. ff. eod. quæ iura exclamant, Azo in ſumma, C. ad Velleian. num. 11. & dum pecunia fuiſſet data vinculata, vt ſolueretur dictis creditoribus, non aliter dici poſſet ſolutio facta eidem Margharitæ, ad tex. in l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut. vbi non dicitur ſolutũ quod penès accipientem non eſt duraturum, nec dicitur verſum quod non eſt duraturum, l. ſi pro parte, §. verſum, vbi gloſ. ff. de in rem verſo, nec dicitur factum quod non durat factum, l. item, §. quod ſic, ff. quod cuiuſq; vniuer. nomine: immo hoc caſu breui manu dicetur creditoribus eiuſdem Franciſci Antonij ſoluta pecunia, vt de breui manu habetur in l. licet, §. quoties, ff. de iure dot. & de longa manũ in l. pecuniam, ff. de ſolut. non enim debet quid fieri quæſito colore, ad text. in l. ſed Iulianus, ff. ad Maced. quem text. expendit Reg. de Pont. in conſ. 3. nu. 31. vol. 2. præſertim ad fauorem fœminarum intercedẽtium pro alijs, vbi multa deduxit. Inſuper etiam ſi iuramentum adeſſet, non opitularetur, Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian. vbi glo. in verſ. nullatènus, quod verbum irritationem ipſo iure introducit, idem firmat glo. in l. 2. verſ. pro maritis, ff. ad Velleian. Specul. in §. 1. verſ. ſed hac, ſub tit. de action. & obligat. Imò neq; naturalis, neq; ciuilis actio oritur, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ de Senatuſconſ. Vell. Et quamuis ex aduerſo prętendi potuiſſet ex diſcuſſis per D. de Franch. d. dec. 379. nu. 8. non aliter fuiſſe d. Io. Angelum participem huius coloris quæſiti, tamen hoc caſu præſomitur talis participatio, cum ipſe Io. Angelus ſit ſocer d. Franc. Ant. filij Margharitæ pro quo Margharita apud eum interceſſit, eo quia ſimulatio præſumitur, quando fit inter coniunctas perſonas, l. non ſolum, vbi Bart. ff. de ritu nupt. & idem Bart. in l. nomen, §. filio, ff. de legat. 3. ex quibus probat Ludouic. Bellus conſ. 198. nu. 14. & proindè ceſſabit actio contra ipſam Margharitam, quia color quæſitus de modo ad modum non opitulatur, Reg. de Pont. conſ. 3. nu. 31. vol. 2. Secundo productum fuerat Curia pro Tribunali ſedente, ipſam Margharitam eſſe matrimonio collocatã Nicolao Paſtore de anno 1622. & ſic longe ante prætenſa debita, cui in dotem domum ipſam Angelo poſteà hypothecatam dederat, quo fit, vt abſquè viri conſenſu venditiones ipſæ initæ fuerant, l. ſi prædium, C. de iure dot. vbi glo. inuit, ipſammet mulierẽm poſſe venire contra huiuſmodi venditionẽ, etiam iuratã; tanquam factam contra legem, l. non dubium, C. de leg. & hoc ob dominium rei dotalis in maritum tranſlatum, l. doce ancillam, C. de leg. l. dotis, ff. ſolut. matr. Mulier enim coniugata abſq; viri conſenſu nec delinquere, nec contrahere quicquam poteſt, Alex. Imol. & alij in l. ſi ſocer, §. huius, ff. ſol. matr. glo. Bart. & Doct. in l. quinq; legibus, ff. de bon. damn. quod fortius procedit ſtante ſtatuto, prout in caſu noſtro, Lupus in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 68. verſ. operatur, Caſſan. in Conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 1. verſ. curamus, cum ſeq. Couar. de ſponſal. c. 7. §. 1. verſic. tertio principaliter, num. 1. & ſeq. quod quidem licet diſpoſitum ſit de iure communi, confirmatum eſt de iure Regni, præſertim huius Ciuitatis ex particulari Cõſuet. 1. de contract. int. vir. & vxor. vbi diſpoſitum paret, quod in alienatione facienda per mulierem vxoratam exquiritur cõſenſus viri, vbi Napod. verſ. hæc autem conſuetudo, Capyc. dec. 85. in princ. omnis enim actus regulatur à voluntate, & poteſtate, quæ hoc caſu reluctante conſuetudine deficit, & propterea contractus inualidus eſt. Poſtremo aduertendum erit, certum eſſe ad finem vt inſtrumentum poſſit via ritus liquidari requiri moram, vt refert Frecc. de præſent. inſtr. quæſt. 3. talis enim mora non committitur per perſonas ſub aliena poteſtate poſitas, niſi requirantur ij, in quorum poteſtate poſitæ ſunt, l. ſed ſi ex ſtipulatu, ff. de verbo. oblig. Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa, quam legit cum d. l. ſed ſi, num. 8. ff. eod. & in l. ſi pupillus, num. 1. ff. eod. ſed mulier nupta eſt in poteſtate viri, glo. in cap. de filia 27. q. 1. merito per eam viro irrequiſito mora committi non poteſt, & propterea ſtante tali interceſſione facta per dictam Margharitam, & nullitate contractus abſq. conſenſu viri celebrati, procedi non poterat ad liquidationem, ſed ordinariè proſequi, prout fuit per ipſam M. C. V. iudicatum ad relationẽ Iudicis Franciſci Antonij Rocchi, & confirmatum per S. C. licet reclamatum poſteà.

Inſtrumentum iam reſciſſum ex graduatione creditorum, an poſſit liquidari via ritus ad inſtantiam alicuius creditoris contra filios creditoris obligatos per ratificationem cõtractus, prout percipiebatur ex facto occurſo, etenim commiſſa cauſa graduationis in S. C. ad inſtantiam creditorum N. de Bimonte, illinc ad certos annos Marcellus Caracciolus Marchio Caſtri Guidonis, & creditor ipſius N. citari fecerat in M. C. V. ſuper tenore inſtrumenti Io. Baptiſtam, & Franciſcum Bimonte filios ipſius N. pro capitale, & tertijs decurſis, vigore inſtrumenti per eos ratificati, & cum ipſi conuenti oppoſuiſſent Curia pro Tribunali ſedente, non potuiſſe procedi ad liquidationem prædictam, ſtante concurſu creditorum paternorum, ad quorum inſtantiam fuerat commiſſa graduatio, poſtquam de iure cautum eſt, quemadmodum contractus venditionum cenſuum per ſuperuenientiam decoctionis debitoris habentur pro reſciſsis, & dominium illud acquiſitum per venditionem reſoluitur, & transfunditur in creditum, ità per exiſtentiam graduationis creditorum omnia inſtrumenta ipſorum reſciſſa

cenſentur, ex communi ſtilo S. C. diutius obſeruato, vt probat ex iuris diſpoſitione eſſe cauſarum Reg. Rouit. in pragm. 3. à nu. 12. ad 23. de ceſſ. bon. Barbat. de aſsiſtentia, glo. 2. nu. 24. quo fit, vt cũ ſit contractus reſolutus, contractus dici nequit, Giurba dec. 24. num. 11. & ità ſe habet contractus reſolutus, ac ſi factus non fuiſſet, & contractus dici nequit, Idem dec. 55. nu. 19 nimirum, quia reſcindi non poteſt quod nullum eſt, Borgn. deciſ. 46. nu. 114. par. 1. & conſequenter contractus ſemel extinctus non reuiuiſcit, niſi noua acceſſerit conuentio, idem Giurba vbi ſuprà num. 16. Quinimmò cum fuiſſet per M. C. V. ad relationem meritiſſimi tũc Iudicis Iacobi Capycij Galeotæ viri patritij Neapol. benemeriti, nunc R. C. S. Præſidentis iudicatũ, vt ordinariè ageretur, de menſe Iunij 1643. in bãca Salerni pro Anaſtaſio, interpoſita indè appellatione ad S. C. ex parte ipſius Marcelli, demum facta in eo relatione fuit cõfirmatum decretum ipſius M. C. & dictũ, quod adeat penès acta graduationis, in banca Carboni exiſtentia, penès Secretarium eodem anno, & menſe.

Inſtrumentum an poſſit liquidari per foraſcitum contra eius debitorem, qui vigore legati vſuſfructus correſpondere debuerat ipſi, quemadmodum contingit in M. C. V. diſceptari in cauſa Iulij Cæſaris de Auguſtino contra Martium de Auguſtino, ad hoc punctualiter conferre videtur doctrina Caran. in titu 178. nu. 8. & ſeq. vbi diſputat articulum illum, quod ſi creditor in ſuo teſtamento legauerit nomen debitoris Titio, ſi ipſe Titius legatarios poterit contra debitorem inſtrumentũ ipſum liquidare, oſtenſo prius de legato per petitionem preambuli, & motus auctoritate Roder. Xuar. in proprijs terminis, ac alijs rationibus videtur affirmatiuam ſententiam approbare, nihilominus authoritate Cottæ ibi relati num. 11. contrariam ſententiam probare nititur ex alijs rationibus ibi adductis, quod ſiquidem multo fortius procedere competitur in præſenti caſu ex alijs rationibus; primò reſpectu perſonæ ipſius liquidantis, qui eſt foraſcitus, ſiuè foriudicatus, nam foriudicatus, & damnatus ex Conſtitut. Regni æquiparantur, Præſ. de Franch. dec. 102. num. 8. Inſuper foriudicatus habetur pro mortuo, ita quod nec dominium, nec poſſeſſionem ſuorum bonorum habet, idem Præſ. de Franch. dec. 213. no. 11. etenim per talem foriudicationem amittit bona, & applicantur proximioribus, Idem in dec. 563. num. 1. Immò foriudicatus habetur pro mortuo, etiam quoad alimenta, Idem dec. 689. n. 5. & 6. eo quia foriudicatis denegantur alimenta ex bonis per ius commune, & Conſt. Regni filijs reſeruatis, Idem deciſ. 102. num. 20. Sicq; foriudicatus tanquam hoſtis publicus egeſtate laborare debet, idem Franc. d. dec. 213. num. 22. Quo fit, vt dum ſit denegatum bannitis via ritus M. C. V. agere, vt inquit Berard. Pand. de præſent. & execut. inſtr. p. 2. declar. 20. nu 90. Galt. in praxi inſtr. 1. par. 2. rub. num. 21. multo fortius ipſis foriudicatis. Secundo, quia vſusfructus morte finitur, ad text. in §. finitur, inſtit. de vſuſr. Quo fit, vt cum banniti, ſiuè forjudicati pro mortuis habeantur, licet ciuiliter vt dictum eſt, & tradit Afffl. in Conſt. Pœnam eorum, num. 71. Ideo vſuſfructus hoc caſu mortis ciuilis extinguitur, vt proſequitur Caſtill. quotid. controu. iur. ſub tract. de vſuſructu, tom. 1. cap. 66. numer. 17. & ſeq. Et propterea ad relationem Iudicis Don Ferdinandi Mexiæ die 5. Martij 1633. fuit per M. C. V. deciſum, vt ordinariè ageretur, in banca Saleſii.

Inſtrumentum liquidari an poſſit ad inſtantiam vnius ſororis contra aliam ſororem, quemadmodum in facto euenit, cum fuiſſet factum mutuum ducatorum centum ab Angela de Vrſo in beneficium Conſtantiæ de Vrſo eius ſororis, & Caroli Breazani eius ſponſi tempore ſponſalitiorum, ſoluendorum infra menſem, eo elapſo, & ſex annis ſequentibus, pro quibus ipſa Angela receperat tot annuos introitus, demum ſoluto matrimonio ipſa Angela citari fecerat ſuper tenore inſtrumenti dictam eius ſororem, quæ in vltimo peremptorio nonnullas exceptiones oppoſuit, & primo litis, pendentiam in S. C. ſuper reſciſſione talis inſtrumenti, opponendo exceptionem Velleiani, quæ impedit liquidationem inſtrumenti, vt poſt Galter. in praxi inſtrum. par. 2. Rubr. voica, num. 18. & 55. Conſil. Merlin. controu. forenſ. cap. 55. num. 4. & iudicatum retuli in 2. par. verb. mulier in cauſa Gratiæ Terminielli, cum Io. Dominico de Roſa, in banca Mancini, vt dixi in voto 97. num. 4. Secundo allegabat læſionem, ex quo pecunia recepta, in dictũ eius virum verſa fuerat, & nõ in beneficium ipſius, vnde reſultauerat, potius interceſſionem ineſſe, quam obligationem, quanquam præſumatur medietatem perueniſſe ad mulierẽ, pro qua poterat exceptionem opponere, ex traditis per eundem Conſil. Merlin. vbi ſupra, nu. 6. in facto iſto apparebat ex partita banci totam pecuniam ad virum perueniſſe. Tertio, quia per ſolutionem annatarum decurſarum per ſex annos factam fuiſſe remiſſum ius exequutiuum, & ordinarium amplexum, ad text. in l. 4. C. de pact. inter empt. & vendit. ibi, qui poſt præſtitum pretij ſoluendi diem, non vendicationem rei, ſed vſurarum pretii petitionem ſequi maluit, vbi glo. in verbo vendicationem alia vtilia ad rem probat. Dicebatur ẽt, qualitèr ſpõſalia cõtracta fuerant inter ipſam conuentam, & ſuum ſponſum præuijs capitulis matrimonialibus, & publicationibus factis in faciem Eccleſiæ, vndè licet non fuerat proceſſum ad affidationem, hoc proceſſerat ob interdictum Eccleſiæ, exiſtentibus ferijs Paſchatis, quod non releuare potuerat, quin matrimonium dici nõ potuerat, quia de proximo cingẽdus pro cincto habetur, l. pen. ff. de milit. teſt. cum alijs citatis per Andr. Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 80. nu. 9. Ex aduerſo dicebatur, quemadmodum inſtrumentũ inter fratres liquidari poterat, vt deciſum retuli per S. C. in 3. par. ver. inſtrumentum factum, ita paritèr inter ſorores per tex. in l. ſi ſororem, C. qui accuſ. non poſſ. Et cum fuiſſent præſentatæ ſcripturæ, & interlocutum, ꝙ ipſis viſis, extra bancã prouidebitur, vt moris eſt, demũ ipſis viſis, & facta relatione in M. C. V. die 13. Maij 1641. per Iudicem benemeritum Io. Baptiſtam Muſceptulam, fuit iudicatum, quod ordinariè agatur, vt ex actis in banca Aut. ſang, & credo hoc proceſſiſſe ob interceſſionem mulieris habitam pro vera in beneficium viri.

In-

Digitized by Google

Inſtrumentum an poſſit liquidari per procuratorem, cui fuit promiſſa ſolutio debiti nomine ſui principalis, refertur deciſio infra in ver. liquidari.

Inſtrumentum contra debitorem ad factum obligatum, an poſſit præſentari via Ritus, ſicut ex facto apparebat, fuiſſe celebratum inſtrumentum, vbi creditor promiſerat certam quantitatem ſerici certo pretio ſtatuto conſignare ſuo debitori; adueniente die ipſe citari fecerat debitorem ſuper tenore inſtrumenti, offerendo pretium, comparuit reus dicendo, non potuiſſe liquidari, quia contractus erat vltrò, citroq; obligatorius, & obſtabat exceptio pretij non ſoluti, ob quod liquidum dici non poterat, quia non apparebat de adimplemento agentis, licet per M.C. fuiſſet prouiſum, vt procederetur ad interrogationem, tamen per S.C. fuit deciſum, quod ordinariè procederetur, nam tunc poſſet ſubſtineri decretum M.C. quando fuiſſet ſolutum pretium, vt teneatur præcisè ad factum, niſi opponeretur impoſſibilitas tradendi, quo caſu teneretur ad intereſſe, pro quo ordinariè agendum erit, ità Reg. Sanfelic. in deciſ. 216. de qua deciſione memor fui in 2. par. noſtri Compendij, ver. inſtrumentum.

Inſtrumentum an poſſit liqdidari via ritus per Oeconomos Hoſpitalis, & ſimiles, fuit conceſſum OEconomis Sanctiſs. Annunciatæ Neap. via ritus Inſtrumenta liquidare per prædeceſſores ſtipulata, quamuis non ſint iurata in faciem præſentium ſub die vltimo Ianuarij 1601. vt refert Reg. Sanfelic. in addit. ad eius dec. 299. num. 4. in poſtremis addit.

Inſtrumentum liquidum datum pro reſciſſo de conſenſu partium, ſi hoc non obſtante fuerit liquidatum à creditore, cuius vigore fuerunt expeditę literę exequutoriales, quamuis poſteà laceratæ ob ſubſequentem concordiam, & tranſactionem, à qua indè creditor receſſerat, inſtando pro renouatione dictarum literarum exequutorialium, an debeat illius exequutio ex prædictis impediri, videbatur dicendum in fauorem actoris, debere proſequi ad renouationem, nam ſicuti liberatio debitoris manet in ſuſpenſo, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione poterit moleſtari ab alijs creditoribus anterioribus, vt refert Præſ. de Franch. dec. 20 . num. 6 Sic etiam donec non fuerit ſatisfactum creditori ſemper remanet agendum pro conſequutione ſui crediti, & potiſſimum ad renouationem literarum exequutorialium, vt alias deduxi in 1. p. ver. literæ exequutoriales. Ex aduerſo pro parte debitoris ex ſ. ſto replicabatur, quod cum fuiſſet arrendatũ quodam Arrendamentum ouorum, & caprettorum à Franciſco Lanzetta mediante publico inſtrumento, & ob implementum ſolutionis non ſequutum dum ageretur de illius liquidatione, contentus remanſit, vt haberetur pro reſciſſo inſtrumentũ, ſicque accedente conſenſu vtriuſque rectè proceſſerat contractus reſciſſio, ex vulgata regula illa, omnes res, quæ per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, ad text. in cap. 1. de reg. iur. Sicuti debitor non poteſt liberari à ſolutione crediti, abſq; voluntate creditoris, Præſ. de Franch. dec. 273. num. 2. Sic omnes obligationes, quæ conſenſu fiunt ordinariè in omnibus cõtractibus, §. 1. Inſtit. de obligat. ex conſenſ. ità è contra diſſenſu cõtrahentium diſſoluuntur nudo conſenſu, §. fin. vbi gloſ. verſic. item nudo conſenſu, Inſtitut. quibus mod. tollat. obligat. quo fit, vt cum fuerat de conſenſu partium inſtrumentum reſciſſum, non poterat iterum reſcindi, ex regula illa vulgata, quod ſemel reſciſſum, amplius reſcindi non poteſt, Giurba dec. 55. nu. 16. Vnde reddebatur nulla poſtrema liquidatio, ſeù reſciſſio dicti inſtrumenti, & conſequenter literæ exequutoriales expeditę. Quibus accedebat noua tranſactio inter eos, & alios habita, adeò quod ſtante laceratione literarum exequutorialium non poterant renouari, & propterea facta relatione in M.C. per Iudicem D. Thomam Surgente, fuit iudicatum, vt ordinariè ageretur, ſed interpoſita appellatione ad S.C. in quo facta relatione in aula D. Andreę Prouenzalis, fuit deciſum, remittendo cauſam eidem M.C.V. quod conſtituto in vinculis, vel facto depoſito audiatur, & interim renouentur literæ exequutoriales, penès Secretarium in banca Caputi, ſed prædictis adde quod probat Franc. Hieron. de Leo dec. Valent. 71. nu. 4. quod creditor non poteſt agere exequutiuè aduerſus debitorem virtute inſtrumenti guarentigiati cancellati ſub ſpe futurę numerationis, caſu quo debitor ſoluere recuſauerit, ſed via ordinaria.

Inſtrumentum continens factum an poſſit liquidari, vt per exempla oſtendit Galter. In prax. inſtrument. 2. par. primæ partis rub. vnica, nu. 24. vbi refert deciſionem M.C. & S.C. in contingenti caſu ratificationis promiſſæ, & declarat id procedere in promiſſione facti proprij, ſecus alieni, & cum contigiſſet in caſu occurrenti fuiſſe promiſſam liquidationem inſtrumenti per certam perſonam, vti hæredem ſui partis cõtra certum debitorem faciendam ad inſtantiam creditoris, qui illum citari fecerat ſuper tenore inſtrumenti, & hoc ad inſtantiam Auguſtini Maderani V. I. D. in banca Scodes cõtra Scipionem Matera, fuit die 9. Maij 1644. liquidatum inſtrumentum, quia tamen requiſitoria prius facta in banca Seraphini, vt liquidare debuiſſet inſtrumentum deſuper celebratum pro ſolutione dotium promiſſatum.

Inſtrumenta cõmunia, alięq; ſcripturæ, vbi Fiſcus habet intereſſe debent penès ipſum conſeruari, deciſio refertur infra in ver. ſcripturæ.

Interceptum, vt res dicatur incidiſſe in commiſſũ, an dicatur, ſi non alitèr ſoluta gabella in ſolito loco fuerit talis res repoſita in loco franco à gabella, nõ tamen animo fraudandi gabellam, ſed vt illa diſtribueretur pro ſeruitio communi Ciuium, exemplo oſtenditur per Dom. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 18. vbi in eius calce refert de menſe Septembris 1630. facta relatione per Dom. Reg. Rouitum in Collat. Conſil. fuiſſe prouiſum, quod agatur ciuilitèr, & vinũ reſtituatur Fraulo, præſtita cautione de ſoluendo iudicatum, penès Salamonem Actuarium Arrendamenti vini vnius ducati pro quolibet dolio.

Intereſſe alterius intereſſe ſolet S.C. paſſim dare, vt refert Reg. Lanat. conſ. 79 nu. 6. & ſolet illud liquidare ad rationem duc. quinque pro centena-

Digitized by Google

tenario, vt pluriès deciſum per S.C. retuli ſuprà in 3.par.ver.intereſſe, an ſimiliter eadem taxatio fieri debeat in intereſſe rei iudicatæ, cum certum ſit de iure, quod vſuræ rei iudicatæ ſint centeſimæ, Franch.dec.21.num.1. & 7.quæ debentur conditione ex lege, vt ibi probat n.3, etiam ſi non ſint deductæ in condemnationẽ, vt ibi nu.2. proſequitur, immò etiam quod ſit recepta ſors ſine proteſtatione, Aloyſ.de Leo in l.1.C.de vſur. rei iudic.nu.8.vbi plura congerit, & in ſpecie num.6.aſſerit, vſuras centeſimas reduci ad rationẽ duodecim pro centenario, ſed an ad eandem rationem hodiè poſſit fieri taxatio talis vſuræ centeſimæ, deciſum fuit per S.C. in cauſa Marcelli Graſſi cum Ill.Principe Molficti die 16.Ianuarij 1621. intereſſe tertiarum, & rei iudicatæ liquidatum fuiſſe ad rationem ducatorum quinque pro centenario, ad relationem Regij Conſil. Alonſi Vargas, in banca de Martino, poſtquam vſuræ taxatæ, & in certam quantitatem redactæ non eo minus recipiunt vſurarum acceſſionem, Ant.Fab.in eius Codic. tit.de vſur.& mora, defin.11.

Intereſſe rei iudicatæ an debeatur pendente reclamatione ſententiæ, de hoc quidem articulo amplè tractatur per D. Reg. Hectorem Capycium Latro meum dominum ſingulariſſimum in dec.100. vbi refert, negatiuè deciſum fuiſſe per S.C. iunctis aulis, licet adhuc reclamatio pendebat, nouiſſimè autem in reclamatione fuit contrarium deciſum in eadem cauſa ad relationem Reg. Conſil. D. Didaci Salinas de menſe Nouembris 1641.

Intereſſe tertiarum promiſſarum ex pretio rei emptæ, non tamen ſoluto in tempore præfixo, an debeatur, de hoc contingit diſcuti in cauſa Auguſtini Centurionis filij, & ceſſionarij Stephani Centurionis de Marchione Criſpani, & ſucceſſinè cum Sacro Hoſpitale Diuæ Mariæ Annuntiatæ, ſuppoſito quod cum in anno 1599. præfatus Stephanus vendidiſſet Petro Baſurto Caſale Criſpani pro ducatis 28500 eius partem emptor ſoluerat, & complementum pretij promiſit ſoluere quandocunque, nulla data temporis præſcriptione, & interim pro eo correſpondere ad rationem ſeptem pro centenario in fine anni, & deficiendo ſoluere dictam annuam præſtationem per annum, & menſem vnum, promiſit reſtituere capitale vna cum decurſo, damnis, expenſis, & intereſſe, cum pacto ſpeciali pro conſequutione ipſorum præferri omnibus, indè dictus Auguſtinus ceſſionarius, vt ſuprà petijt capitale ducatorum decem mille cum tertiis decurſis per decemnium, ac intereſſe ipſarum, & pro omnibus petijt aſſiſtentiam cum adiudicatione ipſarum, facultate vendendi in forma ſuper dicto Caſale, pro fundamento huius deciſionis multa deduximus ſupra in 2.par. ver.intereſſe tertiarum, & deciſionem factam per R.C.S. deduximus in cauſa Veſpaſiani Terracini obiter, & vt melius innoteſcat facti ſeries ſupplendo duxi altercationẽ illam in medio afferre cum eius deciſione, ac alijs deciſionibus S.R.C. eo ſiquidem in facto occurrit in anno 1581.ꝙ Monaſterium Montis Oliueti emit à dicto Veſpaſiano quandam maxariam pro pretio duc.13500. ideſt duc.3500. intra certum tempus, & alijs duc.10000.quandocunq; placuerit, & interim promiſit Monaſterium intereſſe dictorum ducatorum decem mille ad rationem octo pro centenario, quod importabat duc.800. ſingulis annis, & pro pretio alterius maxariæ dictum Monaſterium promiſit ſoluere intereſſe ducatorum quinque mille ad eandem rationem ducatorum octo pro centenario, & ſic alios ducatos 400.annuos, ex quo Monaſterium non ſoluerat intereſſe dictorum ducatorum 1200. annuorum pro pretio dictarum maxariarum. Curatores patrimonij ipſius Terracini, & Ferraioli, petierunt intereſſe tertiarum promiſſarum, vndè die 22. menſis Martij 1610.fuit per Reg. Camer.interpoſitum ſequens decretum, videlicet. In cauſa Curatoris creditorum Patrimonij quondam Veſpaſiani Terracini cum Venerabili Monaſterio Montis Oliueti ſuper ſolutione intereſſe tertiarum annuorum ducatorum 1200. petiti per prędictos actores, rationibus, & cauſis in actis deductis, & alias, vt ex actis continentur, &c. Viſis actis per Magnificum militem V.I.D. Iulium Cæſarem Minadoum Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaq; de prædictis omnibus relatione in dicta R. C. S. coram Magnifico circumſpecto Io. Alphonſo Xuarez Locumtenente, & alijs Magnif. Præſidentibus ipſius, fuit per dictam R.C.prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod non obſtante remiſſione petita pro parte Venerabilis Monaſterij Montis Oliueti ad S.R.C.condemnetur, prout præſenti decreto condemnatur dictum Monaſterium ad ſoluẽdum dictis Curatori, & creditoribus patrimonij ſupradicti q. Veſpaſiani Terracini intereſſe petitum dictorum annuorum ducatorum 1200. ad rationem quinque pro centenario, hoc ſuum, &c. Minadous, Conſ. de Curte, Hieronymus Terruſius. Nec proinde deficiunt aliæ deciſiones in ſimili latę per S.C. Vna in cauſa Scipionis Denſa cũ Duca Eboli, eo quod in anno 1592. Dux Eboli pro habilitatione, quam fecerat dictus Scipio ſoluendi infra certum tempus pretium feudi Terræ Griptaliarum venditæ, qui promiſerat ſoluere dictum pretium ducatorum 13. mille eidem Scipioni, videlicet ducatos tres mille, ideſt ducatos mille per totum menſem Ianuarij 1593. alios ducatos mille in die Paſchatis, & ducatos mille in menſe Auguſti eiuſdem anni cum rata intereſſe ad rationem octo pro centenario, vſque ad effectualem ſolutionem dictorum ducatorum 3000. & alios ducatos decem mille promiſit ſoluere dicto Scipioni infrà annos quindecim, computandos ab vltimo Septẽbris 1597.& pendente dicta ſolutione capitalis correſpondere pro annuis duc.800. pro intereſſe ad eandem rationem: Scipio Denſa inde petijt in S.C. vt ſibi ſolueretur ex reſta ducatorum quinque mille cum tertijs dictorum ducat. 400.annuis, & intereſſe illorum, & profertur ſententia huiuſmodi, videlicet. In Dei nomine Amen. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtræ in noſtro S. R. C. oblata pro parte Scipionis Denſæ contra Ill. Nicolaum Grimaldum modernum Ducem Eboli, cuius tenor eſt, videlicet. Viſis deniq; videndis. S.R.M. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus,

Digitized by Google

cimus, pronnnciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, ſupradictum Ill. Nicolaum Grimaldum modernum Ducem Eboli priocipalem, vt principalem, & eius procuratorem, vt procuratorem condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout ipſos condemnamus, quibus ſupra nominibus ad dandum, & ſoluendum, & aſſignandum prædicto Scipiooi Denſæ actori intereſſe tertiarum aonuorum ducatorum quatuorcentum pro capitale ducatorum quinque mille ad rationem ducatorum quinque pro quolibet centenario, liquidandum ex cauſis, &c. Fabius Riccardus. Die 17. menſis Martij 1614. Neap. lecta, lata, & publicata fuit præſens diffinitiua ſententia in aula S.R.C. illis aſſiſtentibus pro Tribunali ſedente V.I.D. Fabio Riccardo relatore, Ambroſio S. Iacobo, & Gaſpare Palatio Regijs Conſiliarijs, præſentibus nonnullis eiuſq; S.C. Actorum Magiſtris, & Scribis S.C. Franciſcus Antonius de Viuo pro Felice Actorum magiſtro. Et cum fuiſſet à dicta ſententia appellatum, & obtentum verbum fieri in S.C. ex parte ipſius Ducis aliud decretũ fuit interpoſitum, videlicet. Die 9. Maij 1616. Neap. Facto verbo de prædictis in S. R. C. exiſtente Conſiliario V. I. D. Fabio Riccardo cauſæ Commiſſario. Per S.R.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per idem S.C. per ſententiã latam ſub die 17. menſis Martij 1614. hoc ſuũ, &c. Fabius Riccardus, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius. Poſtmodum idem deciſũ fuit io cauſa Io. Antonij Torno, cum Dominico Antonio Iubeno, ex quo in anno 1598. die 24. Septembris Io. Antonius Torno vendidit eidem Dominico Antonio feudum terræ Petræ Pertoſæ pro ducatis 26. mille, & remanſit conſequi ducatos 22. mille, quos promiſerat ſoluere iofra triennium cum rata interuſurij, & interim promiſit pro interuſurio dictorum ducatorum 22. mille correſpoodere, & ſoluere annuos duc. 1540. ad ratiooem ducatorum ſeptẽ pro centenario in duabus paghis tempore ſolutionis dicti capitalis, vt depoſitari debeat, & ſolui D. Conſtanzæ Rozales in reemptionem annuorum duc. 1540. venditorum pro dicta ſumma. Et quia dictus Dominicus Aotooius remãſit debitor in ducatis decem mille cum intereſſe illorum promiſſis pro interuſurio prædicto; comparuit in S.C. dicendo, nullatenns recuſaſſe ſoluere vnum ſemeſtre maturatum in menſe Nouembris 1617. & aliud ſemeſtre maturatum in menſe Maij 1618. petijt intereſſe dictorũ ſemeſtrorum maturatorum, & maturandorum; vnde prodijt ſeotentia huiuſmodi videlicet. In Dei nomine amen. Viſa ſupplicatiooe ſub die 28. Menſis Iunii 1618. Maieſtati ooſtræ, & in noſtro S. R. C. oblata pro parte Io. Antonii Torni contra Flauium Ioſeph. Iubenum filiũ, & hæredem quondam Dominici Antonii Iubeni, cuius ſupplicatioois tenor talis eſt, videlicet. S.R.M. viſis, deniq. videndis, &c. Per hãc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum Flauium Ioſeph. Iubenum nomine, quo ſupra, & Franciſcum Antonium Fuſcum curatorem, vt curatorem dicti Flauii Ioſeph. Iubeni condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemoamus ad ſoluendum Io. Antonio Torno intereſſe prædictum per Io. Antonium petitum ex cauſa ſolutionis annuorum ducatorum ſeptingentum quinquaginta non facta in tempore promiſſo liquidandum tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ; hanc eandem, &c. Scipio Rouitus. Lecta, lata, & publicata præſens ſeotentia die 12. menſis Maii 1620. Iacobus Antonius Iazo Magiſter Actorum. Iterum in cauſa Vincentij Gomes, qui prætenſit intereſſe intereſſe à die 26. Octobris 1602. fuit interpoſitum ſequeos decretum, videlicet. Die 26. Octobris 1602. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Mag. V. I. D. Iulium Palermum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Viſa ſupplicatione oblata pro parte Horatij Chioccari litis cõſortis, cum Regia decretatiooe, quod fiat relatio reſpectu intereſſe alterius intereſſe ducatorum ſeptem cum dimidio. Decreto ipſius Sacr. Reg. Conſilii declaratum eſt, intereſſe prædictum deberi Viocentio Gomes ad rationem ducatorum quinque pro centenario, hoc ſuum, &c. Annibal Cęſarius Secret. In cauſa vero prædicta Auguſtini Centurionis cum fuiſſet prolata ſententia in eius beneficium die 9. Maii 1625. vt ex actis io Banca Cioffi comparuit dictum Sacrum Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, grauãdo ſe de dicta ſeotentia reſpectu intereſſe intereſſe, & obtinuit verbum fieri ad finem, ſi eſſet deferendum petitæ reſtitutiooi in integrum, quarè ad eius excluſionem pro conualidatione dictæ ſententiæ dicebatur, quemadmodum intereſſe intereſſe cucurrit pro aonuis redditibus, pariterq; in hoc caſu currere noo dubitatur, ex multorũ authoritatibus probat Menoch. de arbitr. Iud. caſu 119. oum. 10. vbi allegat Præſ. de Franch. deciſ. 154. & melius Scipio Theodor. in alleg. 40. num. 46. cum ſeq. diſtinguens dnos caſus, alterum intereſſe certi, alterum intereſſe incerti, quoad primum caſum concludit optimis rationibus, & authoritatibus, intereſſe alterius intereſſe deberi. Secundo caſu, non deberi, quocirca ex relatis deciſionibus clareſcit in hoc caſu, at in caſu præmiſſo ſecundo dicebatur, capitale ipſius Auguſtioi ſoluẽdum erat quandocunq. adeò quod nunquam illud petere potuerat, niſi in caſu deficiẽtiæ tertiarum, vndè verſari cernitur in materia contractus anouorum introituum, ideò in hoc caſu improprientur verba, & iotelliguntur ſecundum naturam actus, qui celebratur, & præualet ſignificationi verborum, l. ſi vno anno, ff. loc. vbi verba accipiuntur ſecundũ naturam cootractus, & ſecuodum ſubiectam materiam, & oon ſecundum propriam ſignificatiooem, ſimile eſt in l. inſulam, ff. de præſcr. verb. cum concordantibus, & ſic in eadem materia fuit iudicatum accipi per dicta duo decreta S.C. & alterum R.C. immò dato, & non conceſſo, quod non iudicaretur annuus reditus, prout verè eſt, tamen quia hoc intereſſe debetur principalitèr quoad ſe, nõ acceſſoriè ad ſortem, quæ demortua eſt, nec debetur, oec poteſt exigi, niſi ob defectum ſolutionis dicti reditus; ſeù intereſſe, & ſic io caſu noſtro petitur ſors acceſſoriè ad dictum iotereſſe, noo autem intereſſe prædictum eſt acceſſorium ad ſortem,

tunc,

tunc,inquam,poſt moram debetur intereſſe huius intereſſe,Rota Gen.deciſ.68.nu.16.in fine, Rodetic.de ann.redit.lib.3.q.7.n.28. & propriè verſ.ſecundo limita, omninò videndus, nam loquitur ſecundum deciſ.254. Vinc.dè Franch. cuius ratio, quod annui reditus principalitèr debentur,non acceſſoriè ad ſortem, n.8.9.& 12. procedit in dicto intereſſe principalitèr,& non acceſſoriè ad ſortem de debito, & ſic omninò intereſſe huius annui reditus, ſeù intereſſe debetur.

Intereſſe portionis hæreditatis alicui debitæ ad quam rationem debetur, dixi in 3.par. ver. intereſſe, quod hoc relictum eſt arbitrio Iudicis, & in pluribus cauſis habita negotiorum, & cauſarum diuerſitate fuit diuerſimodè iudicatũ, qua de re in cauſa Fabij de Boctunis cum Troiano de Boctunis V.I.D.filio ambo hæredũ q. Fabritij de Boctunis, fuit per S. R. C. interpoſitum ſequens decretum,v3.Die 28. Septembris 1598. Decreto S R.C.&c. portionem competentem Magnifico Troiano de Boctunis de hæreditate q.Fabritij fratris liliquidandam eſſe, prout præſenti decreto liquidatur in duc.7022.& grana 7. ⅔ eoſq; deberi per dictum Fabium de Boctunis prædicto Troiano vna cum fructibus ad rationem ſex cum dimidio pro centenario à die 12. Maij 1592. hoc ſuum, &c; Io. Thomas Salamanca.Annibal Cæſarius Secret.In banca Aſcanij Longhi.

Intereſſe annuorum introituum dependens ex capitale,ſi non fuerit ſolutum iuxtà promiſſionem in inſtrumento factam, an in capitale redigi poſſit,videtur dicendum,fieri non poſſe, ex quo ipſi annui introitus dependent à capitale pretij emptionis illorum,qui licitè emi poſſunt,Franch.dec.154.nu.11. Maſtrill.deciſ.115. nu.8. & dicuntur ſolo cohærere,Reg.Ronit.in pragm.1.num.66 de iur.& action.fiſcal. Sicque videntur quodammodo acceſſorij;vnde quemadmodum fructus fructuum, & alterius intereſſe,ſeù interuſurium interuſurij non dantur, neque peti poſſunt, vt ex multis probat Giurba dec.24.nu.14.poſt Borgn.dec.26.ſub n.25.verſ. nec per mortem ibi,& eſt bona ratio. Ita etiam prædicti expreſsè prohibentur in ſortem redigi, ad text. in l.fin. C. de vſur. rei iudic. ad quod comprobandum ex Intrigl. de cenſ. quæſt.48. notat ibidem Giurba num.13.decurſos cenſus in ſortem nec verti poſſe, vt nouus iuxtà formam Bullæ conſtituatur cenſus.Ex aduerſo autem replicabatur,eſſe communem Doctorum ſententiam, tales annuos redditus emptos eſſe capitale,& ſic principaliter debentur, non autem acceſſoriè poſt Præſ. de Franch. deciſ.254. num.9. Maſtrill.vbi ſuprà,nu.7. Matta voto 48. nu.5.latiùs Griuell. dec.103.nu.8.& 9. Cumq; tales annui introitus dicantur fructus ciuiles, idem Franch.dec.254.num.4.dec.168. num.13. & fructus ciuiles non poſſunt dici pendere, ex quo non ſunt de corpore,idem Franch.d.deciſ. 254. num.5. Meritò cum ſint ſegregati,& ſeparati à corpore, & de per ſe in ſortem redigi, vt infrà dicetur,& ſi dicatur, quod redditus tunc principalitèr debetur, cum creditor non poteſt ſortem, & debitum ab inuito debitore ſimul exigere,vt contingit in noſtris cenſibus, inquit Medic.deciſ.86,nu.16. & vigore pacti reſciſſorii in inſtrumentis apponi ſolitis, & capitale, & redditus repetuntur, & per conſequens non principaliter ipſi debentur, ſed vti acceſſorii, itaut in ſortem redigi nequeant,adhuc reſpondetur,aliam eſſe qualitatem annuorum introituum, & aliam cenſuum, & multoties confunduntur,vt nouiſſimè oſtendit poſt Io. Aloiſ. de Septimo de cenſibus,num.2.Salern.in conſil.8. Poſtquam ex æthimologia annui reditus à reddendo dicuntur, quia fundus hoc annuatim reddit emptori, ex Corn. conſ.289. col.2. vol.1. notat Conſil. Theod. allegat.38. nu.13. & tales annui redditus poſſidentur à Domino reditus,non autem à domino fundi,vt ſubdit nu.4. Cenſus vero vox eſt æquiuoca, varięq; ſignificationis,Intrigl.de cenſib.q.2.nu.2.& lato ſumpto vocabulo ſignificat quodcunq; onus, & quamcumq; præſtationem,ac tributum,Duard. in tract.de cenſ. in procem.quæſt.9.num,1. vbi nu.2.3.& 5. definitionem aſſignat. Quo fit, vt licet ſecundum aliquos cenſus annui nequeant conſtitui pro cenſibus decurſis, vt poſt Petr. de Greg.de cenſibus, q.5.n.38.latè Intrigl.eod. tract. q.48. vbi plenius articulum iſtum exarat. Nihilominus contrariam ſententiam probat ibi Intrigl.num.5.& ſeq.per multas rationes ibi relatas,& vltra eum Cenc.de cenſ. par.1.cap.3. quæſt.1.art.5. num.2. intrepidè probat de conſenſu ambarũ partium hoc fieri poſſe, ad quod optimè Maſtrill. ad dictum Petr.de Greg.d.c.5. num.252.ex multis probat, per ſeparatum contractum fieri poſſe, non tamen vnico contractu, quod eſſet reprobatum per Bullam, vt ex Boccat.Leonell.& aliis, & multo fortius in cõſimilibus annuis introitibus, vt ſpecificè probat Paul.Sraib. in conſ.49. nu.5.& 9. quem probaui in voto 39.n.38. nam cũ ipſæ ſortes adhuc dicantur,in ſortem conuerti poſſunt, quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, idẽ aſsequitur Borgn.dec.2.nu.20.par.1. & dec.26. ſub nu.25.verſ.tam vera,ibi,nec ex eo,quia nouiſſimè,& plenius Noguerol. alleg.11.à n.183. ad 185.& 190. & ſecundum hanc opinionem fuit deciſum,poſſe conuerti intereſſe in capitale inter eundem debitorem, & creditorem per S.C. in cauſa Scipionis Denſæ, cum Ill. Duce Eboli,ad relationem Reg.Conſil.Fabii Riccardi die 17.Martii 1614. In banca de Felice. Iterum in cauſa Simeonis Salutii cum Ill.Principe Auetranæ, ad relationem Regii Conſiliarii D.Franciſci de Ocampo die 21. Octobris 1626. in banca Martii Simeonis, & in cauſa Veſpaſiani Terracinæ cum Venerabili Monaſterio Montis Oliueti, ad relationem Præſidentis Inlii Cæſaris Minadoi per R.C.S. die 22. Martii 1610. in Banca Franciſci Antonii Longhi, & etiam per Collaterale Conſilium,vt ex ſequenti decreto oſtenditur. Non obſtant in contrarium adducta de intereſse, & vſuris, quia procedunt in caſu ipſarum naturarum, & non alitèr. Hæc,inquam, exaraui, cum adhuc de hoc non vidi diſcuſsum, neq; formaliter pertractatum,at cum vidiſsem,hoc fuiſse per S.C. approbatum in contingentia facti, placuit decretum eiuſdẽ S.C. hic ſubiicere. In cauſa Magnificarũ Donatæ Caraſæ, & D. Ioannæ Beneuiuæ cum Spectabili Comite Sinopolis. Die 17.Octobris 1577.Neap.Facta relatione de prædictis Illuſtr.

&

Digitized by Google

& Excell. Domino Proregi in Coll. Conſ. per S.R.C. exiſtente teſtatore Magniſ. V.I.D. Franciſco Alderiſio Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſ. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod quãtitas debita dicto D. Ioannæ tanquam hæredi Magnifici D. Marcelli Ruffi ſui viri cum beneficio legis, & inuentarij per dictum ſpectabilem Comitem contenta, & reſeruata in decreto olim lato per idem S.C. ſub die 23. Iunii præſentis anni, ratione duc. 600. annuorum de duc. mille annuis promiſſis in capitulis matrimonialibus in proceſſu præſentatis, ex quo liquidatio aliorum ducatorum 400. iam fuit facta, liquidatio ad rationem duc. 900. quolibet anno in quibus includuntur dicti duc. 600. & alij 300. ſunt pro duc. 4000. debitis pro tertiis tũc decurſis, & redactis in capitale, tam per albaranum confectum decimoquarto Octobris 1558. quã per conuentionem deindè initam inter Magnificum q. D. Marcellum Ruffum, & ſpectabilem Comitem eius partem, quæ liquidatio continuetur, & fiat à die 3. Septembris 1561. qua fuit ſtipulatum inſtrumentum ratificationis, & renunciationis factæ per dictum D. Marcellum in beneficium dicti Spectabilis moderni Comitis eius fratris in actis productum, vſquè ad diem primum Aprilis 1569. à quibus deducantur quantitates ſolutæ dicto D. Marcello in compotum dictorum ducatorum 900. infra dictum tempus à Menſe Septembris 1561. vſquè ad primum Aprilis 1569. tantum, deindè vero à dicto die 1. Aprilis in anteà, & ſingulis annis in futurum declaratum eſt, quantitatem debitam per dictum ſpectabilem Comitem fuiſſe, & eſſe ad rationem duc. 1300. videlicet, mille ſeruata forma promiſſionis factæ in capitulis matrimonialibus prædictis, & aliorum 300. pro dictis duc. 1000. tertiarum redactis in capitale, quos duc. 300. liceat dicto Comiti reemere pro duc. 4000. quandocunq; infra annos decem, hoc ſuum; &c. Alderiſius, Annibal Ceſarius Secretarius.

Intereſſe alterius intereſſe an debeatur facta graduatione creditorum, quo tempore contractus omnes reſcinduntur, vt inquit Reg. Rouit. in pragm. 3. à nu. 12. ad 23. de ceſſ. bon. Barbat. de aſſiſt. gloſ. 2. num. 24. & conſequenter amplius tertiæ non debentur, ſed intereſſe ad eandem rationem, idem Reg. Rouit. in pragm. 1. nu. 38. de cenſ. & non eſt dubium, quod intereſſe alterius intereſſe debeatur, vt pluries iudicatum fuit per S.C. præſertim in cauſa Io. Baptiſtæ Cioffi cum Vincentio Gomes in banca de Felice, vt erit videre apud Conſil. Theod. in alleg. 40. n. 50. Sed hoc non, quando ageretur de graduatione creditorum, qua facta videbatur, non deberi, quoniam tale intereſſe debitum poſt reſciſſionem contractus debetur ex officio Iudicis, & non iure actionis, vt probare conatur Reg. Rouit. in ſubſcripta cauſa creditorum Ducum Guardiæ, & Macchiæ, ex Ruin. conſil. 55. n. 15. vol. 2. Borgn. dec. 21. n. 30. p. 1. Ant. de Baſſis ſuper prag. Sicil. vnic. q. 6. ſub rub. de cenſ. Nihilominus contrariũ deciſum fuit pluries per S.C. prout in cauſa Thadeæ de Marra cum creditoribus Proſperi de Arimine apud de Felice Magiſtr. Actorũ deberi intereſſe alterius intereſſe, in qua cauſa fuit calculatum dictum intereſſe alterius intereſſe decurſum poſt graduationem in duc. 320. poſtmodum per decretum S.C. latũ die 6. Iunii 1613. fuit prouiſum, dictum intereſſe deberi, & fuit liquidatum in dictis duc. 320. ad relationem Reg. tunc Conſil. Cæſaris Frecciæ, & priùs die 15. Martii 1589. Decreto S.C. dictum intereſſe liquidatum ad rationem duc. 5. pro centenario, & cum aduerſus tale decretum fuiſſet oppoſitum, intereſſe non deberi alterius intereſſe, facto iterum verbo in S.C. fuit prouiſum, vt partes comparerent pro diſcuſſione infra quatuor dies, attamen per idẽ S.C. ſub die 12. Decembris 1602. fuit prouiſum, quod dictum decretum latum ſub die 15. Martii 1589. debitæ exequutioni demandetur, & ſic tale intereſſe deberi in cauſa creditorum Ill. Ducum Guardiæ, & Macchiæ, referente Regio Conſil. Ioa. Baptiſta Meliote, in banca Romani, in cauſa Martialis Mencolellæ cum Alphõſo Memolo, in banca Cuſini.

Intereſſe promiſſum in contractu pro certa ſumma ſoluendum infra certum tempus, an eo elapſo debeatur, & videbatur dicendũ, non deberi, ob lapſum temporis: ex quo cum ceſſet obligatio ſpecialis pro ſolutione dicti intereſſe non remanet ampliùs debitor ex promiſſione obligatus elapſo tempore prædicto; & primò, quia promiſſio vſurarum eſt ipſo iure nulla; Grat. conſil. 11. nu. 34. vol. 2. ſimiliter, & intereſſe cum ſit de iure improbatum, Monac. deciſ. Lucenſ. 21. nu. 28. Secundò, quia iam elapſum erat tempus, infra quod peti debuerat, nam cõceſſum ad tempus cenſetur prohibitum poſt tempus, Surd. deciſ. 133. n. 12. dec. 203. n. 4. & dec. 189. nu. 9. & vbi non adeſt obligatio, neq; competit actio, ex quo actio eſt ius, quo proſequimur, ſed obligatio eſt ius, propter quod proſequimur, gloſ. in §. 1. verſ. quamuis, Inſtit. de action. Quia obligatio eſt mater actionis, Dyn. in d. §. 1. n. 5. vbi Iaſ. nu. 11. Nihilominus in contrarium dicebatur, quando ore promittitur debet opere compleri, ad text. in cap. 3. vbi gloſ. & Doct. de pact. & promiſſa ſunt ſeruanda, Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 9. nu. 35. & promiſiſſe dicitur qui adimplet promiſſum, Gratian. cap. 524. nu. 43. Quanto magis, vbi adeſſet contractus ſtipulatus ſuper promiſſione intereſſe, nam & ſi non fuiſſet ſtipulatio concepta, promiſſio haberet vim ſtipulationis, Vrſill. dec. 120. nu. 6. aſſerens, etiam procedere in ſcriptura priuata, Surd. deciſ. 115. nu. 4. Similiter quando eſſet appoſitum in inſtrumento, Mandell. conſ. 782. nu. 30. & de vtriſq; loquitur Celſus Hugo conſ. 82. nu. 7. & 8. Nec obſtat, quod erat elapſũ tempus, quia tale intereſſe debetur, nedum ex promiſſione, vt dictũ eſt, quia promiſſio vſurarum in caſu licito ex iuris diſpoſitione in dubio facta præſumitur, ità Gratus reſponſ. 18. nu. 14. vol. 1. ſed etiã ex mora, vt ibi Monac. tunc promittens, quod ſe obligabit ad dandum centum intra quodam tempus, poterit lapſo tempore conueniri, Surd. conſ. 52. nu. 8. Idcircò cum præuia tranſactione inita inter Simeonem Salutium, & Ill. Principem Auetranæ fuiſſet promiſſum interuſurium ducatorum duodecim milliũ per quinquennium, inſtitit elapſo quinquennio dictus Simeon pro ſolutione annatæ duc. 840. finitæ in menſe Maii, & ità prouiſum

per Reg. Conſil. D. Franciſcum de Ocampo die 3. Iulij 1626. quod ſolueret infra quatuor dies ipſi Ill. Princeps dictam annatam, alias prout debitur, quod exequatur vigore pacti executiui in inſtrumento adiecti, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ex parte dicti Ill. Principis; facto inde verbo per eundem die 21. Octobr. 1626. in S.C. fuit indè declaratum benè prouiſum per cauſæ Commiſſarium, in banca de Simeone, & cum fuiſſet de nullitate dictum aduerſus tale decretū, & inter cęteras, iuxtà ſupradicta allegata non teneri, tandem facto verbo per Reg. tunc Conſil. Didacum Bernardum Zufia decreto S.C. die 21. Februarij 1629. fuit prouiſum, nullitates non obſtare, & proindè depoſitum duc. 24. factum pro pœna nullitatum prædictarum liberandum eſſe Regiæ Curiæ.

Intereſſe damni emergentis, ac lucri ceſſantis, quod debetur actori poſt ſententiam latam à quo die debeatur, deciſum fuit, deberi à die intimationis mandati de parendo in cauſa Victoriæ Pudeticæ cum Paulo Grillo, & aliis, vt conſuit D.Reg.Sanfel.dec.124.à n.1. ad 6.

Intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis ad quam rationem liquidari debeat etiam in non ſolito negotiari, fuit obſeruatum per S.C. taxari ad rationem annuorum introituum venditionis, ità D Reg.Sanfel. dec.124.nu.10. vbi in ſeq. probat, diuerſimodè fuiſſe deciſum.

Intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis ad hoc vt debeatur tria debent concurrere requiſita, tradita per D.Reg.Sanfelic.deciſ.124.nu.4. Primò, interpellatio congruo loco, & tempore facta. Secundò, quod habeat facultatem dandi poſt interpellationem, vel dolo deſinat habere. Tertiò, quod debitor per interpellationē ſciat, vel intelligat, aut ſcire, vel intelligere debeat, ſe debere, an ipſis ceſſantibus, vel altero ipſorum debeatur, vtputà ſi patrimonium alicuius ſtaret ſub Iudice ad illius diſpoſitionem, deciſum ibi refert idem D.Reg.ſub n.11.& 12. negatiuè.

Intereſſe annuorum introituum, licet debeantur, vſquè ad reſciſſionem contractus, ceſſo die reſciſſionis deindè in anteà currunt ad eandem rationem, vt ex Reg. Lanar. & Præſ.de Franch. probat Reg.Rouit.in pragm.3.de ceſſ.bon.n.21. Et ità paſſim, & pluries iudicatum fuit per S.C. quarum deciſionum S. C. exempla multa ſunt deducta in proceſſu Auguſtini de Otia cum Ill. Principe Conchæ. In banca de Felice.

Intereſſe an debeatur nedùm officio Iudicis, ſed etiam iure actionis, quando in promiſſione ingeſta adeſſet clauſula refectionis omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe, deciſum fuit pluries per S. C. affirmatiuè in cauſis relatis per Io. Baptiſtam Hodiernam in add. ad Surd. dec.240.n.19. in noua impreſſ.

Intereſſe antephati regularitèr taxatur ad rationē duc.5.pro centenario, quamuis ſi mulier paſſa eſſet intereſſe, tunc liquidatio fieret ad maiorem ſummam, vſque ad octo pro centenario, vt refert nouiſſimè Molſeſ. in Conſuet. Neapol. par.7.q.12.à nu.6. cum ſeq vbi refert deciſum in cauſa Angelellæ de Capite cum Principe Hoſtiliani, & creditoribus Antonii Siluij, ad relationem Regii tunc Conſil. Vincentii de Franchis, fuiſſe liquidatum ad rationem ſeptem pro centenario, ſicque nouiſſimè in caſu occurrenti dum mulier eſſet in damno, ex quo eius vir ceperat nummos ad intereſſe, fuit per S.C. ad relationem D. Andreæ Marchaſii tunc Reg. Conſil. ſub die 5. Februarii 1640. deciſum in cauſa Duciſſæ Rhodi cum illis de Veſpulo, intereſſe antephati deberi à die contracti matrimonii, ad rationem ducatorum ſeptem pro centenario. In banca Carboni.

Intereſſe debetur elapſo tempore præſtationis alimētorum, ità deciſum per S.C. refert D.Reg. Fab.Capyc.Galeot.contr511.iur.tom.2.controu. 16.ſub n.24.

Intereſſe dotium, & antephati poſt mortem viri, an debeatur, & ſi dos conſtet ex bonis feudalibus, deciſum fuit per S.C. in cauſa Duciſſæ Grauinæ die 29. Ianuarij 1619. deberi intereſſe dotis vxori à die mortis viri ad rationem duc.6. cum duobus tertiis, & reſpectu antephati ad rationem duc.5.& quamuis fuiſſet oppoſitum intereſſe dotis conſiſtentis in pecunia deberi poſt annum à die mortis viri, attamen hoc non obſtante fuit decretum, deberi intereſſe liquidatum à die mortis ſub die 9. Iunii 1629. & ſic exequuta liquidatio, refert D.Reg.Fab.Capyc. Galeot.in calce controuerſiarum tom.2. rubr. ad controu.64.&65.n.13. fol.576.

Intereſſe pretii feudi empti debitū ſecundogenito, quo tempore debet attendi, & ad quam rationem per arbitros; fuit iudicatum eſſe attendendum tempus mortis defuncti; & liquidatur ad rationem duc.6.pro quolibet centenario, & cōfirmatum per S.C. vt refert D.Reg.Hect.Capyc.Latro, conſult.25. & nos in 3.par. ver. intereſſe pretii.

Intereſſe alterius intereſſe an debeatur, quando intereſſe conuentum eſſet inter partes data dilatione pendente ſolutione pretii, deciſum fuit pluries negatiuè per S.C. vt refert D.Reg.Hect. Capyc.Latro conſult.59.

Intereſſe, ſeu vſuræ reipſa debitum, ſeù debitæ ex mora in pupillo à quo die debentur, deciſum fuit per Sac.Conſ.nō à tempore pupillaris ętatis, ſed à die reſciſſionis cuiuſdam diuiſionis, ſeù tranſactionis in ampliſſima forma initæ inter patruos, & nepotem, non ſolum ex cauſa tutelari, ſed ex qualibet alia, refert Conſil. D. Ferdin. Arias de Meſa var.reſol.lib.1.cap.20.ſub nu.14.

Intereſſe lucri ceſſantis, ſeù damni emergentis an debeatur creditori mutuanti alicui certā quantitatem pecuniarum, non alitèr in vita debitoris reſtitutarum, licèt in vltimis conſtituti legauit debitum vna cum intereſſe, licet arbitrando per eius Confeſſorem, qui demum arbitratus eſt, illud deberi, quemadmodum ex ſequenti facti ſerie oſtenditur, cui adſtipulantur ſubſcriptæ iuris allegationes exactè congeſtæ per ſubſcriptum V.I.D. Particula teſtamenti quon. Pompei Bianchi de Lycio. *Item ordino, e voglio, che per detti miei heredi vniuerſali in neſſun conto s'habbia da litigare con li heredi di Don Franceſco Ferrante, e Cola Serrati, nè con li loro ceſſionarij per il lor credito, che pretendono di ducati quattro milia vna con l'intereſſe, ma del tutto s'habbia da ſtar in giuditio, & extra, & eſequire ſimpliciter tutto quello, che arbitrerà il R.P. F. Gabriele Catani di Lecce dell'Ordine di S. Agoſtino, al quale li do, e concedo ogni autorità, e facoltà ſuf-*

ficiente

ſcienti, & neceſſaria. Virtute cuius facultatis idē Reu. Pater S. T. D. ſub die 4. Iulij 1630. declarauit quodam creditum duc. 4070. vnius, & quatuor granorum contentum in quadam obligatione ſtipulata penès acta Baiulationis Lycienſis ſub die 9. Febr. 1607. vnà cum intereſſe conuencto ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis ad rationem octo pro centenario inter ipſum Pompeum debitorem, & dictum Nicolaum reum credendi, & ſtipulatorem aſcendiſſe ad ſummam duc. 16900. & vltrà duc. 1700. ſolutos per dictum Pompeum in vita, in partē, & compotum dicti intereſſe conuenti propter varia damna paſſa per dictos creditores cedentes, & Mazzapinta ceſſionarium, tàm ex litibus, quam ex alijs cauſis, nam ſupponendum eſt, dictam originalem obligationem poſt ſolutas mentionatas ſummas in partem dicti intereſſe conuenti fuiſſe doloſè laceratam à quodam Scriba dictæ Regiæ Baiulationis, ſic mandante dicto Pompeo: verum remanſit intacta prima pagina, vt conſtat ex informatione deſuper capta per Regiam Audientiam Hidrunti, & pariter repertæ fuerunt plures copiæ authenticæ prius deſumptæ ab eodem originale per ipſummet Notarium, qui confecit, & ſtipulatus fuit obligationem: qui quidem Reu. Pater ſubiunxit pariter in dicta declaratione, dictum Pompeum debitorem magnum ſcrupulum conſciētiæ habuiſſe pro emendatione, & refectione dicti intereſſe paſſi per dictos ſuos creditores, quia mediante illorum pecunia mirum in modum auxit patrimonium cum magno damno eorundem creditorum, propter debiti prædicti ſolutionem non factam, & lites in diuerſis Tribunalibus habitas, infinitos vero ſumptus, & labores, quibus pœna confectus eſt, impedit dictus Mazzapinta. Poſt hæc ad inſtantiam dicti Mazzapinta ceſſionarij dicti q. Nicolai ſui ſoceri, & paritèr ad beneficium Maximillæ Serrati, & Cler. Ioannis dictorum coniugum filij donatariorum Ioſephi Serrati eorum conſanguinei, qui erat paritèr reus credendi, mediante perſona mentionata Ferdinandi ſui patris fuerunt per Regiam Audientiam Hidrunt. relaxatæ literæ executoriales, nec non facta executio ſuper aliquot corporibus hæreditariis dicti q. Pompei pro quantitatibus contentis in dicta declaratione, quæ deindè per M. C. V. pro executione decreti S. C. fuerunt præuiis publicis ſubhaſtationibus liberata ad extinctum cādelæ Donato Antonio Riccio de Lequilis pro duc. 16400. verum adhuc non eſt conſignata poſſeſſio propter varias, & friuolas dictorum hæredum exceptiones. Dixi propter friuolas exceptiones ex multis cauſis, & rationibus, & præſertim ex infraſcriptis. Primò, quia dicti hæredes non poſſunt venire contra præceptum teſtatoris, dum omninò prohibuit eis lites reſpectu dicti crediti, & multum anxiè, & enixè mandauit executionem dictæ declarationis faciendæ, & iam factæ, quod præceptum dicitur pium, humanum, ſanctum, & honeſtum, & ideò eſt omninò ſeruandum, vt obſeruauit Ferdin. Vaſq. lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 10. qui ſubſcribitur de potent. teſtan. omninò videndus, vna cum M. Ant. Peregr. in ſuo celeberrimo tract. de fideicomm. art. 11. nu. 202. hinc S. C. teſtatoris veſtigijs inherendo tàm iuſtè, quàm ſanctè, idem dedit in mandatis M. C. V. per bina decreta; & tamen executio hucuſq; dilata eſt cōtra omnem iuris debitum, cum reuerentia, & non abſq; probabili detrimento animæ eiuſdem debitoris, ſiquidem poſtquam docuit Summa Angel. in verb. executor, §. 23. grauiſſimè peccare, & magnam proditionem facere eos, qui quā citius poſſunt non execuntur defunctorum mandata, & diſpoſitiones ſubiunxit, animam defuncti detineri in Purgatorio ob negligentiā hæredum non reſtituentium. Secundò, quia præfatus R. P. Cataneus, cui à dicto teſtatore tam ampla fuit collata poteſtas, dicitur eſſe ſupra ius ad ſimilitudinem Papæ, & Imperatoris, ſic in terminis reſpondit Decian. reſp. 42. n. 22. lib. 2. Tertiò, per text. Synodalem in l. Theopōpus, ff. de dot. præleg. cuius contextus ſanctione ductus Ann. Robert. rer. iudic. cap. 3. paulò antè finem hoc nobis inſinuauit his tam peſpicuis, quam concinnis verbis. Quoties autem teſtator alicuius conſcientiæ, & arbitrio quicquam committit, quodcunq; ille iuratus dixit lex affirmationi, & conſcientiæ eius credi, fidemqua adhiberi iubet l. Theopompus, ff. de dot. præleg. l. cum quis, §. codicillis, ff. de leg. 3. l. ſi quis pro redemptione, vet. quod ſi aliqua, C. de donat. & in proprijs terminis docuit Auguſt. Berous q. famil. 12. quem referendo ſequitur Pet. Pech. de teſt. coniug. lib. 1. cap. 9. nu. 2. in fin. cuius Beroij verba hic ſcribere viſum fuit, non abſre alienum ſatis eſt, inquit rationem conſcientiæ habere quoad Deum, & quando Deus eſt Iudex alius teſtis, quam conſcientia tua non erit, cap. cuſtodi 11. q. 3. Ideoq; de ijs, quæ Sacerdos habuit in confeſſione, & conſcientia non ſunt alij teſtes neceſſarij, ſed ei ſoli tāquam Deo credendum eſt: quæ ſententia ſuadetur, nam ſi ex diſpoſitione teſtatoris ſimplici dicto iurato vnius ſtandum eſt, vt eſt text. cum ibi not. in l. Theopompus, ff. de dot. præleg. quanto magis ex diſpoſitione Dei in foro conſcientiæ ſtari debet dicto vnius Sacerdotis, qui vices ipſius Dei gerit, vt credatur ei de omnibus, quæ is aſſeruit à peccatore habuiſſe, alitèr ipſum peccatorem non prodendo, vt in d. cap. dilectus, de exceſſ. Prælat. hæc ille. Quartò, quia licèt quando aliquid committitur conſcientiæ, vel arbitrio alicuius, illam ſecundum communem opinionem recipiat interpretationem ab arbitrio boni viri, & conſequenter ſit recurrendum ad Superiorem, iuxtà vulgatas traditiones, de quibus nouiſſimè per Rot. Roman. penès Farinac. tom. 2. deciſ. poſth. 317. nihilominus dicta concluſio procedit, quando remiſſio fit ſimpliciter conſcientiæ, vel arbitrio alicuius, ſecus autem ſi adiiciatur aliquod verbum, quod importet plenum, & liberum arbitrium, prout eadem deciſio magiſtralitèr diſtinguendo declarat, & loquitur de teſtatore, qui plura fecit legata, & inter alia mandauit, vt cuidam ſuo familiari reſtitueretur omne id, in quo dixerit in eius conſcientia eſſe creditorem ipſius teſtatoris, abſquè aliqua diligētia, quippè qui legatarius per hęc duo poſtrema verba, iuxtà ipſius declarationē conſecutus fuit ſcuta 488. & ſic victoriam reportauit Eccleſia vniuerſali hærede inſtituta reluctante, & contendente illius creditum fuiſ-

ſe ſcuta 150. & amplius per eadem verba fuit dilutus duplex obex per eundem hęredem factus, vnus, qui nitebatur ſuper iuramento legatarij non formiter præſtito, quia non fuerat à Iudice delatum, nam fuit tentum, non eſſe neceſſariam iuramenti præſtationem; nam ſi præſtaretur iuramentum, in hoc caſu fieret diligẽtia, & ſic eſſet contra mentem, & verba teſtatoris, & alter, qui erat fundatus ſuper reductione ad arbitrium boni viri; nã fuit habitũ pro vero, per eadem verba fuiſſe in legatarium collatum plenum, & liberum arbitrium, quo euentu ceſſat huiuſmodi reductio, atqui verba in noſtro præcepto, ſeù mandato contenta extrà comparitionem ſunt maioris virtutis, & efficacię, vt cuilibet rectè intuenti patebit: ſunt etenim verba multum prægnantia vniuerſalia præciſa, pluties geminata, ſeù repetita, itaut ſuperfluum mihi videtur ſuper illis diſcurrere, quamuis poſſem ſingula de per ſe ponderare, & ſuper quolibet infinitos, & notabiles effectus recenſere, ac Doct. cathalogum acceſſire, ſed pro allegationibus ero contentus citare Vaſq. loco citato n.13. Crau. in conſ. 290. n.4. cum ſeq. Menoch in conſil. 335. n.20. cum ſeq. & de arbitr. lib.1. q.8. num.12. & 13. Surd. conſ. 177. num.17. & 18. & in conſ. 267. n.8. & 19. in 2. Quinto ſi teſtator vniuerſi patrimonij diſtributionem arbitrio tertij committere poteſt filijs non extantibus alias extãtium dempta legitima, Cald. conſ. 33. ſub tit. de teſtam. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.6. tit. 3. n.33. cum plurib. alijs relatis per ipſos, qui pariter atteſtantur de communi, ergo à fortiori licebit eidem, ſi ſuper quantitate declaranda alicui conferat arbitrium, prout ſic in facti contingentia poſt Carol. Ruin. in conſil. 19. n.2. cenſuiſſe Sen. Pedemont. etiam in cauſa profana atteſtatur Gaſpar Theſaur. quæſt. for. 88. lib.3. Sextò, quia noſter debitor dum debitũ negauit in vita, & amplius originalem dicti crediti obligatione perimi, & laceratri mandauit, æquiparatur raptori, vt docuit Scaccia de commerc. & camb. §.1. par. 2. q.7. ampl. 19. n.85. fretus authoritate text. in cap. ſi quid inueniſti 14. q.5. ibi, qui alienum negat, ſi poſſet, tolleret; Deus enim cor interrogat, non manum, at ſecundum eundem Scacc. in eod. tract. & quæſt. ampl. 8. n.117. fur tenetur ad intereſſe, non aliter probatis requiſitis, ergo. Septimò, quia idem debitor in materia reſtitutionis ſubmiſit ſe foro animæ, & conſcientiæ, & dumtaxat Iudici fori exterioris commiſit executionem declarationis, tunc faciendæ per ſuum Patrem ſpiritualem, quo caſu ſubingreditur, Scacc. tradit in d. tract. §.1. q.1. nu.534. circa med. ſic inquientis, & nemo eſt qui ignoret, hoc Dei Tribunal eſſe non ſolum maius, ſed omnium ſupremum: at quando infimum diſcreparet à ſupremo, ridiculum eſſet, ſi infimo, & non ſupremo eſſet parendum, quinimmò ſtatimatq; ſupremum Tribunal manum apponit ceſſat minimum: hæc ille. Et in his terminis nos verſari dubitari non oportet, ſiquidem manifeſtum eſt diſcrimen in hac reſtitutionis materia inter vtrumq; forum, cum in illis caſibus, in quibus ceſſat actio in foro exteriori incaleſcat ſtimulus conſcientiæ, ex inſigni Maſcard. traditione in tract. de probat. concluſ. 934. n.29. in illis verbis; Teneturq; in eo foro debitor, ex cuius ſolutione non facta damnificatur creditor ad intereſſe paſſum, licet in foro exteriori ceſſet actio. In quo foro conſcientię, & pœnitentiæ debetur pariter intereſſe extrinſecum, & ſic remotũ, & hæc eſt prima limitatio, quam ad l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empr. ponit Rebuff. in l. 1. in glo. dupli, n.65. C. de ſent. quod pro eo int. prof. adeò vt ſi quis promittat tradere fœnum tibi, & non tradat, & ob id animalia tua perierint, tenetur promittens ipſe in eo foro de omni damno, vel lata culpa dato, licèt lege compelli non poſſit, ex his, quæ egregiè tradit Hadrian. in 4. ſent. diſt. 15. de teſt. Angel. in ſumma, in verb. vſura, in 1. par. §. 30. Sylueſt. in ſumma, in verb. reſtitutio, in 3. q. per text. in cap. 1. 14. q. vlt. eandemq; opinionem nouiſſimè poſt Nauar. in manual. confeſſ. c.17. n.212. & Lop. lib.2. inſtruct. confeſſ. ſubſequutus eſt R.P. Fauſtus in ſpecul. confeſſ. tit. de reſtit. in genere, q.33. & P. Nald. in ſua ſumma, in verb. intereſſe, nu.8. & 9. Notanda ſunt autem verba Nauar. vbi ſupra, dum ſic inquit, & conſequenter, qui cogitur ſoluere pœnam, vel intereſſe creditori ſuo, ob quod mutuatarius ſuus non ſoluit ei mutuum ſtato die, licitè poteſt ab eo recipere illud, quod ſic ſoluit, & etiam compẽſationem damni accepti, ob venditionem rerũ ſuarum minoris, quã valerent, aut emptionem tritici, & vini chariori pretio, eo quod ſtato die debitum ei non ſoluit, quia non accipit ratione mutui, ſed ratione intereſſe damni emergẽtis, ſecundum oẽs, etiam ſi promiſſio de ſoluendo eiuſmodi damna non proceſſerit, quæ omnia damna, & accidentia affluenter cõcurrunt in noſtra facti figura; ergo adeſt etiam maniſeſtiſſima differentia in hac reſtitutionis materia inter vtrumq; forum, etiam reſpectu probationum, vt ſatis magiſtraliter adnotauit idẽ Scaccia in alleg. tract. §.1. par. 3. q.7. limit. parter 7. n.16. in hæc verba, extende hanc concluſionem, vt in foro conſcientiæ debeatur hoc intereſſe, etiam ſi non concludenter, ſeù nullatenus probari poſſet, dummodo debitor ſciret, quod creditor illud verè paſſus eſt, & eſt ratio, quia in Tribunali Dei attenditur, non quod probatur, ſeù probari poteſt, ſed attenditur veritas. Hinc meritò docuit Dec. in cap. quoniam contra, n.127. extrà de probat. forum conſcientiæ, & forum fori non parificari, nec de vno ad alterum valere argumentum, & benè dixit, nam conſcientia, & ſemita magis arcta eſt via, quæ ducit ad ſalutem æternam, ſecundum Bald. in cap. paſtoralis, n.6. de reſcript. & cauendum eſt, ne ſub ratione iuris ciuilis ſcientiæ perniciosè erretur in via cõſcientiæ, vt idem exclamat in auth. ad hæc n.13. in fin. de vſur. nam apices iuris in foro cõſcientiæ non excuſant, ipſomet ſic aſſeuerante in l.1. n.5. & 6. C. de confeſſ. Hac de re non rectè ducitur conſequentia, ius Canonicum hoc permittit, ergò in foro conſcientiæ eſt licitum, nam videmus de iure Canonico permitti contrahentes inuicem ſe decipere, dummodo læſio non excedat dimidiam iuſti pretij, cap. pen. & cap. cum dilecti, de empt. & vend. & tamen hoc non licet in foro conſcientiæ, ſiquidem & D. Paulus admonuit, ne quis in negotio circumueniat fratrem ſuum, nec pariter hoc con-

Digitized by Google

conuenit bono viro, vt obſeruauit Accurſ. in l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur. 1. & in l. pen. n. 5. vbi allegat concord. C. de pact. Octauò accedit, hunc forum Poli, vel conſcientiæ eſſe meſſem Theologorum, & ſic ad ipſos ſpectare hanc cognitionem ex traditione in conſil. 59. quidam pater in primo, ſed clari, indubitatiq; iuris eſt, neminem debere ponere falcem in meſſem alienam, de quo per Bald. in conſ. 396. quod autem num. 2. verſ. ſed reſpondeo, lib. 4. Nec hæredes tranſuerſales licitè conquæruntur de nimio exceſſu dictæ declarationis, prout poſſet conquæri dictus Mazzapinta de illius tenuitate: ſiquidem maiora reuera eſt perplexus dāna, nam admiſſa pro vera opinione Cagnol. ſcilicet deberi intereſſe alterius intereſſe, quando primum eſt certum, & liquidum, vt in caſu noſtro nullus poteſt conſidarari exceſſus. Nec dictus Reuer. Pater in eligendo dictam opinionem maximè ſic inſtante dicto Pompeo pro remorſu, & ſtimulo propriæ conſcientiæ poteſt iudicari temerarius, & imprudens, vt pars ex aduerſo perperam contendit, immò prudentiſſimus, & qui aliter hunc actum explicare non poterat ex infrà dicendis, non primo, tum quia quoad ſalutem animæ, vt admonemur exemplo Zacchei, qui in ſua conuerſione dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi quem defraudaui reddo quadruplum, vt habetur Luc. 19. & præ cæteris ex profeſſo tradunt duo celeberrimi Theologi, & Iureconſulti, nempe Thom. Sanchez in ſua ſumma mor. lib. 1. cap. 9. nu. 4 Bonac. in 2. tom. diſput. 2. de peccato q. 4. punct. 9. n. 2. & 3. Hinc deducitur rectè in facto non diſſimili reſpondiſſe Anchar. in conſ. 39. n. 6. per hęc verba. Tertiò, hoc probat benigna interpretatio, & tutior pro ſalute defuncti, cum .n. incertū ſit quanto tpe mutuauerit ad vſuras eius indeterminata confeſſio referenda eſt ad omne tempus: quia hoc eſt animæ ſuæ tutius, & minoris periculi. ſi hæres plus in dubio ſatisfaciat, quam ſe minus, & in ſpiritualibus, vbi de animarum ſalute quæritur abundantius eſt agendum, vt in cap. fin. de presbit. non baptiz. & cap. iuuenis, de ſponſ. & confirmatur hoc ex regula, qua cauetur, quod interpretatio fit contra eum, qui potuit apertius loqui, vt l. veteribus, ff. de pact. per hoc non obſtat l. merito, pro ſoc. & l. abſente; de pęn. loquuntur enim de pęnis infligendis, in quibus ſine dubio eſt ſanctius abſtinere, ſed cum quæritur de ſalute animarum eſt ſanciēdum peccatum, vbi non eſſet, timenda eſt culpa, vbi culpa non eſt, vt cap. conſilium, de opt. leg. cum ſimil. Hęc Anchar. Hoc idem poſt Dec. & Marſil. nouiſſimè nobis inſinuauit Eminent. Card. Tuſc. in ſuis concluſ. pract. in verb. forus conſcientiæ, concluſ. 447. n. 17. & paritèr opinio Cagn. magis probabilis, vt nuper atteſtatus eſt doctus P. Anton. Diana par. 1. tract. de contract. reſol. 19. non obſtantibus authoritatibus aliquorum Doct. & etiam Conſil. Neap. & Rotæ Rom. per eundem alleg. Et denique magis communis, ſi credimus Menoch. de arbitr. iud. lib. 3. cent. 2. caſu 119. n. 17. & in conſ. 1181. n. 8. lib. 12. id affirmanti, quem nouiſſimè ſubſequutus eſt P. Ant. Nald. Fauent. Cler. Regul. in ſua ſumma pract. caſ. conſ. in verb. fructus, num. 7. & in ver. intereſſe, num. 2. non obſtante deciſ. S.C. penès Minad. 17. per eum alleg. iuxtà quam opinionē cenſuit alias hic ſupremus Senatus, vt eſt videre penès eruditiſſimum Conſil. D. Theod. alleg. 40. n. 50. & 51. & plures alias Rotas idem decreuiſſe non ignoro, de quibus apud Chriſtoph. Medic. exam. 7. n. 79. quam etiam opinionem reperi commendari à præſtantiſſimo olim Præceptore meo D. Alex. Turamin. in epiſt. forenſ. 26. ad Coſmum Faglium I.C. Cœterum poſito contra veritatem, opinionem Cagnol. eſſe minus tutam, & minus probabilem, quid indè? nonne verum eſt ex communi Theologorum ſententia, licitum eſſe in foro conſcientiæ, tàm pœnitentiali, ſeù ſacramentali, quam extrà Samentum, & conſequenter tàm Confeſſarium, quàm aliū Conſulentem, relicta opinione probabiliori, & magis tuta, etiam in materia iuſtiſtitiæ, & reſtitutionis, in qua nos verſamur ſequi opinionem probabilem, & minus tutam, vt poſt ſolemniter diſputatum articulum ad partes hanc veritatem vberrimè nobis propinauit idem Sanch. loco cit. nu 13. cum ſeq. ſexcentis ferè innixus authoritatibus, & rationibus, de quibus ibi per eum, & ſub n. 22. dum abſoluit dictam reſtitutionis materiam aſſignat rationem diuerſitatis inter forum poli, & forum fori, quo loci paritèr ſub num 7. nos admonuit poſt D. Thom. Ang. Sylueſtr. Nauar. Valent. & Eman. Sà, authoritatem vnius Doctoris probi, & docti reddere opinionem probabilem, quocirca reuocare hodiè in dubium, an dicti Cagn. opinio ſit probabilis, quam ſequuti ſunt ſexcenti legum, & S.T.D. tàm antiqui, quàm moderni, & veluti contemnere de ignis calore, & niuis albedine. Nunc venio ad ſecundum, & dico, prudentiſſimè ſe geſſiſſe eundem P. Cataneum, & ſi in humanis fuiſſet D. Thomas, & Arbiter electus aliter hunc actum explicare, nequaquam potuiſſet: quia opinio Cagn. etiam in foro exteriori ſecundum Medic. loco citato eſt indubitata in ſubſcriptis caſibus, dum ſub n. 85. ſic inquit. Poſtremo indubitata eſſet eadem opinio, ſi debitor alteri mutuaſſet pecuniam, & ab eo exigiſſet intereſſe, tunc æquitas poſtularet, vt etiam ipſe patiatur dictum intereſſe lucri; ne locupletetur cum iactura aliena, Beret. conſil. 15. col. pen. & Menoch. n. 27. d. caſu 119. idem eſt dicendum, quando agitur de damno emergenti, tunc enim indubitatum eſt, quod ipſius etiam damni damnum debetur, Rot. Ianuenſ. deciſ. 87. n. 9. Vrſill. ad Affl. dec. 291. n. 6. refert Hect. Felic. d. tract. de ſociet. cap. 24. n. 58. hactenus Medic. & ex his terminis nos verſari conſtat ex declaratione einſdem Patris 40. annorum concionatoris munere, verbis, & opere optimè parfuncti, dum ex confeſſione eiuſdem teſtatoris atteſtatus fuit cum iuramēto, dictum Pompeum ex dicta pecunia ſuorum creditorum, mirum in modum auxiſſe patrimonium cum detrimento rei familiaris eorundem, & præſertim dictus Mazzapinta, & ex ijs motum fuiſſe ad faciendum dictum præceptum ſuis hæredibus. Cœtera ſuppleat ſapientiſſ. Domin. Præſes S.C. vna cum ſuo inclito, & celeberrimo Senatu, &c. Horatius Mazzapinta. Facta relatione in S.R.C. per meritiſſimum Iudicem M.C.V. Donatum Coppu-

la

Digitized by Google

la cum interuentu Præſidis eiuſdem S.C. deciſum fuit per hæc verba. Remiſsa eſt eidem M.C. vt prouideat, intereſſe deberi, hoc ſuum, &c. penès Secretat. in Banca Palaſeandoli.

Intereſſe ex pecunia recepta per Procuratorem conſtitutum ad exigendum poſt illius exactionem, an debeatur à die interpellationis factæ à creditore conſtituente, vel à die, quo Procurator percepiſſet pecuniam, ex nota facti enunciabatur, quod intereſſe duc. 1408. contentum in ſententia S.C. lata die 19 Febr. 1643. contra Io. Dominicum Cantelmum V.I.D. in beneficium Alphonſi Perſichelli taxatum in ea ſumma cum æquitate ad rationem ſex pro centenario, liquidari debet in beneficium dicti Alphonſi in duc. 716.5. à die 17. Octobr. 1633. vſque ad diem 19. Febr. 1642. quo fuit lata ſententia, non habita conſideratione prætenſionis ipſius Io. Dominici prætendentis, liquidari illud à die 10. Octobr. 1639. in duc. 153. 17. Nec difficultatur, quod Alphonſus procurationem fecerat ad exigendum duc. 4025. quos conſequi debebat à Dohana Foggiæ, dum Mediolanum cõmorabat die 4. Maij 1633. in perſonam dicti Io. Dominici, qui finxerat, non aliter negotiari eum Perceptore, ſed per intermediam perſonam ſui fratris Franciſci Cantelmi, cui vendidit ſimulatè die 14. Octobr. 1633. dictos ducatos 4025. pro duc. 1408. quos licet confeſſus fuit recepiſſe, attamen fuit ſimulatè geſtum, quia idem Io. Dominicus in quadam comparitione confeſſus fuit veritatem, quia dicta confeſſio fuit ſimulata, & colluſiua, & eodem inſtanti die 17. Octobris Franciſcus in ſatisfactionem dictorum ducatorum 4025. receperat ducatos 2000. in quadam domo cum iardeno, exiſtente in Burgo S. Antonij, appretiata pro dicta ſumma. At cùm ipſe Io. Dominicus exigiſſet penſiones dictæ domus, eandem die 9. Nouemb. 1635. vendidit Io. Martino Ruſſo pro duc. 1500. recipiẽdo ducatos quingentum in contanti, & pro alijs ducat. mille fecit venditionem annuorum duc. 80. & quod dicta domus poſſedit præfatus Io. Dominicus, & quod perceperat penſiones, conſtat ex eius confeſſione fol. 98. vbi confeſſus eſt, qualiter ex pecunia ipſius Perſichelli ipſe habuit domum in ſolutum, & pro ſoluto. Conſtat item ex literis miſſiuis tranſmiſſis ex Neapol. Mediolani R. P. Caimo, & eidem Alphonſo præſentatis, & habitis pro recognitis, conſtat inſuper, habuiſſe dictos ducatos 500. ex inſtrumento, ac etiam percepiſſe dictos annuos ducatos 80. à dictu Io. Martino. In iure autem pro ipſius Alphonſi defenſione, ſequentia fuerunt in iure allegata per ſubſcriptum celebrem Aduocatum ipſius, videlicet. Ea hac ſerie facti alia iuris auctoritate, ſola æquitate ac dictamine rationis ſuadentibus manifeſtè colligitur, quod intereſſe prædictum, immò potius, vt melius dicam fructus debentur Alphonſo, non à die interpellationis, licèt Alphonſus inconſtanter interpellaſſe conſtet, ſed à die, quo illos percepiſſe dictum Io. Dominicum ſupra oſtenſum eſt, quinimmò nedum intereſſe, & fructus, ſed intereſſe ſoluere tenetur ab illa die, ſiquidem vt ex diſtinctione caſuum verè ſenſus legis percipiatur tres caſus diſtinguendi ſunt. Primus, quando Procurator meus habuit pecuniam meam, & ipſam non exercuit, nec fęneratus eſt, ſed manſit otioſa, & nullum emolumentum ex ea collegit. Secundus caſus, ſi pecuniam meam fœnori dedit, & ex ea vſuras conſequutus eſt, vel aliter emolumentum, vel fructus habuit. Tertius caſus eſt, ſi non fęneratus eſt, ſed Procurator in proprius vſus conuertit. Tres iſti caſus mirabiliter diſtinguit, & decidit Vlpian. in l. idemque 10. ff. mand. Primo caſu, non niſi ex mora deberi intereſſe ipſa æquitas nos docet, nam ſi Procurator tenuit pecuniam otioſam, & nullum emolumentum habuit, & non fuit à Domino interpellatus, vt ſortem redderet, cur grauandus eſt, vt intereſſe ſoluatur, hoc dicit in §. ſi Procurator d. l. idemque. Secundo caſu, nedum vſuras exactas, ſed vſurarum vſuras reſtituere Domino Procuratorem manifeſta ratione conuincitur, nec eſt neceſſaria interpellatio, quod dicit I.C. in §. ſed etſi pecuniam, ibi, ſiue ei mandaui, ſiue non. & aſſignat rationem per hæc verba, quia bonæfidei hoc congruit, ne de alieno lucrum ſentiat, & dicit I.C. quod debet præſtare quantumcunque emolumenti ſentijt, & vſuras vſurarum, addit gloſ. & benè in verbo vſuras, quia licèt in iure non dentur vſuræ vſurarum, nec acceſſio acceſſionis, tamen licèt vſuræ reſpectu debitoris, & creditoris ſint reſpectu tertij, qui illas exigit, dicuntur ſors, vt habetur in præalleg. gloſ. & in alijs iuribus, quæ in proprijs terminis allegat, & ſequitur D. Reg. Rouit. dec. 9. num. 17. verſ. idem cõſtat. Et hic tertius caſus deciditur à I.C. prout ſecũdus, & dicit, quod cõuenietur ad vſuras, quę legitimo modo in Regionibus frequentantur. Secundum caſum applicari facto noſtro euidenter patet ex iam dictis, nam Cantelmum & percepiſſe penſiones domus, & poſt venditionem ipſius intereſſe ad octo pro centenario, luce clarius conſtat, & ſic nihil proponi poteſt, cur intereſse reddere à dicta dia non teneatur, quinimmò intereſse intereſse, nam dictæ penſiones, & tertiæ reſpectu Cãtelmi ſunt ſors per ſupradicta, & ſic videat Cantelmus, quam ęqua, & blanda fuit taxatio S.C. ad rationem ſex pro centenario, cum nedum ad rationem octo, ſed ad intereſſe dictorum ducatorum octo omni iure debuiſset fieri. Quod alia iuris ratione ſuadetur, & comprobatur, nam certum eſt, Procuratorem omnia debere reddere Domino, & nihil lucrari, quod clarè dicit tex. in l. ex mandato 20. ff. mand. ibi ex mandato apud eum, qui mandatum ſuſcepit nihil remanere oportet, ſicuti nec damnum pati debet, ſi exigere fœneratam pecuniam non potuit, quod notandum eſse dicit Accurſ. d. l. & ad id allegat multa iura concordantia, & idem iuris eſse in negotiorum geſtore. in poſseſſione hæreditatis in Præſide, & in Iudice dicit, & in negotiorum geſtore adeſt tex. clarus in l. atque natura 20. §. non tantum ſortem, vbi eſt caſus expreſsus, ff. de neg. geſt. & in procuratore alius text. in l. qui proprios 46. §. procurator, cum gloſ. in verbo nomine, ff. de procur. docet Surd. conſ. 4. num. 42. vol. 1. & ratio eſt, quia ſemper mandatarius eſt in mora etiam abſque interpellatione, quando non adimplet ex ſui parte, Rota Genuæ deciſ. 125. numer. 3. & profectò cui non videretur abſurdum, & iniuſtum, quod Cantelmus ex hoc negotio

Digitized by Google

gotio duc. 1408. ducatos mille centumuiginti lucri,& vtilitatis conſequeretur, nam cum habuit penſiones ab anno 633. vſq; ad aonum 635. & deindè vſq; ad annum 641. intereſſe ad rationem octo pro centenario, qui ſunt anni octo,& calculando,vt ratio, æquitas,& iuſtitia ſuadent ad eandem rationem octo pro centenario, capiunt ſummã prædictorũ duc. 1120. & licet S.C. taxauerit ad ſex pro centenario,nõ per hoc remanet, quin debeatur ad octo,& nihilominus ad ſex etiam capiunt ſummam duc. 700. & plus. Præterea cum dictus Cantelmus mala fide retinuit rem alienam,ſciens eſſe Alphonſi ſui principalis,negari vllo modo poteſt, quod ab illo inſtanti, quo retinuit ſemper fuit in mora,quia qui mala fide cõtractat, & retinet rem alienam,ſemper eſt in mora, & ſuo damno perit,l.in re furtiua,ff.de condit. furt. cap.mora, cum ibi annot.de reg.iur. in 6.in pũcto Nauarr. in manual.cap.17.num.50.verſic.quod autem, Scaccia de commerc. & camb. §.1. quæſtion.7. par.2. ampl.8. ſub nu. 117. & ideò inſtitor, qui pecuniam Domini in ſuos vſus conuertit, non ſolum tenetur ad omne intereſse, ſed poteſt conueniri in quadruplum totius veræ ſummæ, ex Beroo conſ.93.ſub n.54 dicit Scacc. loco citato ante nu.118. nam nullo modo quis ſcienter, & ſine titulo retinere poteſt alienas pecunias, cum ſemper tanquam morosus teneatur ad intereſse, vt idem Scacc.dicit, & hic propriè adhęret naturæ furis,qui ſemper dicitur moroſus,abſq; alia interpellatione, & eſt omninò ſimilis malæ fidei poſſeſsori, & in nihilo ab eo diſcrepat:ergo is ſine alia mora tenetur reſtituere omne lucrum ceſsans, quod dominus pecuniarum habuiſset, & reſarcire omne damnum, quod eſt paſsus, & paſsus non eſset,ſi ſuas habuiſset pecunias,eleganter Scacc.§.1. q.7. par.2. ampl.8.n.198.202. vſq; ad 206.verſ.atq; alienas. Et quod Procurator ad exigendum conuertens exactas pecunias in ſui commodum furtum cõmittat, tenet Rot.Rom.apud Farin. par.1. dec. 149.n.6. Romana pecuniaria Lunæ 28. Iannarii 1608.& Surd.dec.304.n.14. & eſt text. clarus in l.falſus 44.§ falſus,ff.de furt.ibi, & inuito domino eos contrectando, ſine dubio furtum facit, & ſi hoc eſt verum, prout veriſſimum eſt, quod hic ſemper eſt in mora, quæ committitur ipſo iure, & eſt grauior ea mora,quæ committitur per interpellationem, & ſic tenetur ad intereſſe, non aliter probatis requiſitis, Medina tom.2.de reſtit.quæſtion.10.verſus finem initij col.2. fol.94. Scaccia loco citato,nu.117. cum fur ipſo iure moram incurrat, abſq; interpellatione, Menoch.de arbitr.iud.lib.2. caſu 120. Et demum antequam veniamus ad factum,dicendum eſt, quod cum Alphonſus fecit mandatum ad exigendum in Ciuitate Mediolani, in qua continuè ſuum ducit incolatum Doctori Cantelmo, & exactio facienda erat in Ciuitate Neap. quod mandatum acceptauit, & ſuſcepit dictus Doctor Cantelmus, & illud in vna parte non fuit executum, nam licet pecunias exegerit, tamen eas Mediolanum non remiſit Alphonſo mandanti, & ſic tenetur ad omne intereſſe actione mandati, tàm directa, quam contraria,l.idemq; §. ſi procurator, ff mand. l.ſi tibi mandauero,§.ſicut,l.ſi quis alicui,§.quod mandatum,ff.mand.§. mandatum ſuſcipere, Inſt.eo. l.ad comparandas,& l.in re mandata,C.eodem tit.Bart. Alex.Anch. Pariſ.& alij,quos in puncto allegat,& ſequitur Rota Gen.dec.68.vbi habes, quod exigens pecunias alienas, & non remittens, tenetur ad intereſſe abſq; alia interpellatione, & licet mandatum non dicat, quod exactas pecunias remittat Mediolanum, hoc tamẽ intrinſecè,& virtualiter,quinimmo neceſſariò, & ſuaptè natura in ſe continet, & habetur pro expreſsè mandatum, nam ad quid perditio exigere pecuniam Neapoli nomine Alphonſi, ſi ad eum non eſſet remittenda ? & certum eſt, quod forma mandati diligenter adimpleri debet, etiã ſecundum veriſimilem mentẽ mandantis, Aym. conſ.147.Curt.iun.conſ.19.Rota Gen.dec. 147. nu.3. & vt in tam claro iuris articulo amplius non immoretur,Cantelmus fuit in mora regulari, non ſemel, ſed millies ab Alphonſo interpellatus,& requiſitus,vt idem Cantelmus fatetur,& à quolibet, & ſi non conſtaret, ſic præſumendum eſſet, etenim ex literis eiuſdem Cantelmi habitis pro recognitis fol.155.& ſeq.euidenter de tali requiſitione conſtat. Primò, in literis 4.Iulij 1634.fol.132.in literis die 27. Auguſti 1634.fol.134. in literis die 5.Auguſti eiuſdem anni, fol.135.in literis die 15. Auguſti 1634.fol.137. & in alijs literis ſub die 7. Octobris 1634.ex quibus literis apparet, non ſemel, ſed millies Cantelmum ab Alphonſo fuiſſe interpellatum, & ob loci diſtantiam fuiſſe varijs figmentis deluſum,& parabolis ſaturatum, & conſtitui Procuratorem in mora, etiam per interpellationem extraiudicialem,tenet gloſ. in l. qui Romæ, §.cohęredes, in verſ.ſic teſtator, ff. de verbor.obligat. Dec.in l.quod te, nu.3. ff. ſi cert.pet.& probari interpellationem per literas miſſiuas,dicit Rot.Gen.dec.24.n.8.verſ.reſpondemus,Surd.dec.581.n.5. & quod verba extraiudicialia, & enunciatiua inducant interpellationem,& conſtituant debitorem in mora,ac ſi expreſsè, & in iudicio interpellaſſet, dicit Magon.deciſ.Rotæ Florent.104.& vnica interpellatio extraiudicialis conſtituit debitorem in mora, vt defendit latiſſimè Menoch. de arbitr. Iud.lib.2.caſu 120.n.28.verſ. ſecundus, ex quibus iuſtitia, & æquitate ſuadentibus,dictum Cantelmum ad intereſſe prædictum à die, quo habuit domum à Præceptore, condemnandum fore cenſeo, &c. ſalua,&c. Neap. die Pentecoſtes 8.Iunij 1642.Conſtantinus Caſarus. Facta relatione in S. R. C. per Reg.Conſil. meritiſſimum Aloyſium Gamboa,fuit per S.C.primo loco dictum, quod pro nunc dictus Cantelmus pro intereſſe ſolueret ducatos 157. 1. 17.& ſic à die contractus, ſalua prouiſione facienda reſpectu alterius intereſſe,partibus plenius auditis,interueniente ſpectab.Præſid.Andręa Marcheſio. Deindè de menſe Iunij 1643. audita parte, cauſa ipſa fuit acerrimè diſcuſſa, & proindè iuſſum Cantelmo,quod integrum intereſſe perſolueret, vt ex actis in banca Io:Baptiſtæ Iadoniſii Magiſtri Actorum.

Interrogari an debeat reus antequam inter reos ponatur, non exiſtentibus inditijs legitimis præcedentibus,obſeruatum fuit negatiuè in facto relato per D. Reg.Sanfel. deciſ.263.

Iann.

Inuaſur Regni dici an poſſit, vt tanquam hoſtis publicus puniri debeat is, qui cũ captus fuiſſet à Turcis, ibiq; fidem Chriſtianam abnegando inſimul cum eiſdem Turcis in Vaxellis per loca Regni comeando, & loquela Chriſtiana vtẽdo, homines Regni ſub diuerſis coloribus à Turcis capi permiſerit, vt illos captiuos trãſportaret ad loca inimicorum, vt ibi venundarentur, accidit hoc in perſonam Viti de Chriſtophano capti olim à Turcis, qui fidem Chriſtianam abnegauit, & indè nuncupatus Ramadà Barbaroſſa, qui pluries cum Vaxellis Turcarum per varia loca Regni cumeando Chriſtianos incautos ſub varijs coloribus in poſſe Turcarum peruenire fecerat, vt captiui detenti, in ſeruitutem redigerentur, & venundarentur. & cum demum ad litus maris Calabriæ acceſſiſſet cũ Vaxello Turcarũ, & ſub colore auxilij præſtandi Vaxello, nè demergeretur nonnullos homines ibi exiſtentes conuocauerat, qui cũ verſus litus acceſſiſſent in certo numero, ipſis viſis à Turcis ſiſtentibus in Vaxello putantibus cõtra eos aduenire, arrepto Vaxello aufugerunt relicto ipſo Vito in littore, qui dubitans de aliquo damno inſerendo per ipſos inimicos, iter arripuit verſus Romanam Vrbem, ibi abnegando fidem Maumethanam, ſe cum Eccleſia recõciliauit, à qua abſolutionem ab apoſtaſia obtinuit, & indè ſe Neapolim contulit, vbi cognitus ab Internuntio, captus fuit, & carceratus, compilatoq; proceſſu contra eum de prædictis, hęſitari contingit in M.C. qua pœna afficiendus erat, poſtquam ob apoſtaſiam puniri non poterat, ex diſpoſitione Conſtit. Apoſtatãtes, pro qua pœna mortis inflicta eſt, Farinac. de hęret. q. 183. n. 34. ſtante reconciliatione cum Eccleſia habita, vt ibidem proſequitur Farinac. nu. 14. & ſeq. Licet autem pro crimine plagiarij teneri videretur, quemadmodum in fortiori caſu diſpoſitum eſt de iure contra emẽtes ſcienter liberum hominem, vt capitali plecteretur pęna, ad tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. de plagiar. & l. 1. & fin. C. eod. Multò fortiùs quando liberos homines abduxerit violentèr, & in poſſe inimicorum tranſducendo vendiderit, vt erat in præmiſſo facto, qui addito auxilio Turcarum violentèr loca Regni aggrediendo ea perpatrauerit, vndè contingit difficultari in eadem Magna Curia pro prædictis, qualitèr nuncupari debuerat, & prout percepi à Domino Thoma Branoolino acerrimo Fiſci patrono eiuſdem M.C. qui mihi retulit ipſum fuiſſe inuaſorem Regni, & vti inuaſor puniri debuerat, quod quidem videbatur eſse iuri cõſentaneum, eo quia inuaſur dicitur qui per violentiam in poſseſſione, vt & is, qui aliena occupat, ità Menoch. de retin. poſseſs. remed. 3. num. 364. & hoc in particularibus rebus, multò fortius in publicis actionibus, quia tales inuaſores æquiparantur proditoribus, vt in Conſtit. Priuilegia, vbi Affl. num. 1. notat, quod proditor quandocunq; capitur pro inuaſore iudicatur, & cũ proditor dicatur hoſtis publicus, vt inquit Andr. in Conſt. Pœna carcere, & amplius, quia cum Turcis commercium habebat, & iſti Turcę ſunt hoſtes Chriſtianorum, Affl. in Conſtit. Comes, & Baro, n. 67. non mirum ſi hoſtis Principis dicatur reus læſę Maieſtatis, Farinac. conſ. 113. n. 4. quia contra Principem, & Rempublicam animantur, l. fin. ff. ad leg. Iul. Maeſt. Andr. in Conſt. Pœnam eorum, verſ. ſic remittitur, & ob talem inuaſionem Regni factam à Coradino fuit à Carolo Primo præuia ſententia decapitatus in foro magno, vt refert Camill. Salern. ad Conſuet. Neap. Et ſi teſtator, in apoſt. incip. dicit Napod. fol. 177. Et his cõueniunt tradita per Io. de Terta Rubea in ſuo vtili tract. contra rebelles, art. 2. in 3. concl. fol. 41. à ter. ſic dicentem. Tertia concluſio, quod dilapidator Regni, & depopulator Villarum, & Caſtrorum Regiorum occupator eſt Regis, & Regni hoſtis, vt ibi per multas rationes hoc probare nititur, & quia Rex eſt Dominus perſonarum in Regno, vt in Conſt. Quia frequenter, nu. 17. dum eius ſubditi ſic offenduntur, fit iniuria Regi, quẽadmodum ex prouerbio deſumptum eſt, honoratur canis reſpectu domini, Afflict. in Conſt. Obſeruent, ſub n. 2. vbi conſimilia allegat. Adeò quod cum pro tali crimine læſæ Maieſtatis ſit ſtatuta pœna mortis, vt refert Iul. Clar. in §. læſæ Maieſtatis, nu. 8. Farinac. de crim. læſæ Maieſt. quæſt. 116. num. 1. Et propterea fuit ſequens decretum interpoſitum per Magn. Cur. Vicariæ. In cauſa Regij Fiſci cum Vito de Criſtophano alias Romadà Barbaroſſa inquiſito de inuaſione Ciuitatis Nicoteræ, Cerellæ, Maioranæ, & Torronæ Caſalis dictæ Cerellæ, Ponſæ, Procidæ, incendio, & furtis, vt in banca Anaſtaſij. Die 1. Decembris 1642. Neap. facto verbo per M.C.V. delegatam, prouiſum, & decretum eſt, quod prædictus Vitus, vt ſuprà inquiſitus pro cauſa prædicta ducatur ſupra currum ad forum magnũ in loco præparati ſupplicij ignitarum forbicum puniitura eum vexando, & ibi tanquam proditor pede ſuſpenſo furcis laqueo moriatur, & ante executionem ſententiæ tanquam cadauer torqueatur ad ſciendum complices, & alias qualitates, poſteà verò eius cadauer in fruſtra diuidatur ad aliorum exemplum, hoc ſuum, &c. Thomas Locterius, Moles. Io. Viraca Velaſco, Belprado. Alexander Grimaldus Scriba cauſæ.

Inuentarium factum à minore non citatis creditoribus cũ quibus litigabat, an iure ſubſiſtet, & verum eſt, quod minor inuentarium conficere tenetur, ex multis probat Roland. de inuent. par. 1. q. 5. cum alijs relatis à Baldaſſ. Thomaſ. in ſuis varijs tract. in tract. 7. tit. 7. qui tenet. fac. inuent. nu. 9. & conſequenter creditores maximè certos citare, cum ſit hoc de iure neceſſariũ requiſitum, latius Roland. eod. tract. cap. 8. n. 13. Et propterea cum hoc fuerit omiſſum, redditur nullum, & inutile, ex regula vulgata, quod omiſſum pro omiſſo habetur, Torniol. conſil. 106. nu. 60. Nihilominus quia minor, ſeù pupillus ſi ſolemnitates omiſerit, conſequetur remedium reſtitutionis in integrum, ità Montic. d. tract. in auth. n. 205. & in Antephan. n. 97. vna cum alijs relatis ab eodem Baldaſſ. Thomaſ. loco citato n. 10. at ſuffragante remedio prædicto poterit inuentarium de nouo confici. Reperi ſubſcriptam apoſtillam ſcriptam manu Regij Conſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris in quodam libro penès me exiſtente, ſic dicentem. In cauſa hæredum Loffredi Tafuræ cum hæredibus q. Marci, & aliorum de Alagno. *Va con li proceſſi*

delli

Digitized by Google

della creditori di Marco di Alagno : Burrello Actuario. Fù deciſo, che Camilla d'Alagna mentre era minore fu fatto l'inuentario, & non erano intimati li creditori certi, con li quali ſi litigaua, & perche era minore, non ſi hebbe raggione, hæc ille, certum eſt, quod curator tenetur conficere nomine pupilli inuentarium, cui omiſſio illius nõ præiudicat, Duran. dec. Rom. 165. n. 2. p. 1.

Inuentarium factum ab hærede bonorum exiſtẽtium extrà Regnum, prætermiſſis bonis exiſtẽtibus in Regno, pro quibus nullum factum apparebat, an ſuffragetur hæredi aduerſus ſententiam contra ipſum latam ad inſtantiam creditoris Regni, cum igitur fuiſſet prolata ſententia in fauorem Proſperi Tuttauillæ contra Ill. Principem Gallicani, hæredem q. Martij Columnæ patris pro duc. 1466. 4. 7. capitalis, & aliis annuis duc. 110. 3. 15. debitis vigore inſtrumenti Regio aſſenſu roborati, fuit oppoſita exceptio diſcuſſionis inuentarij, & productum quodam inuentarium cõfectum Romæ, aduerſus quod replicabatur, eſſe cartulam, & de eo nullam rationem habendã, propter quod fuit prouiſum, quod infra quatuor dies produceret inuentarium, & ſolemnia, & poſtmodum per aliud decretum fuit dictum, quod in biduo exhibeat inuentarium confectum bonorum exiſtentium in præſenti Regno, alias prouidebitur, quod ſententia Sac. Conſ. debitæ executioni demandetur ſuper bonis exiſtentibus in præſenti Regno, & licet de hoc grauatus Dux Zagarolæ, ac Princeps Gallicani, & obtinuiſſet verbum fieri in S. C. in quo facta relatione die 6. Februarij 1619. fuit dictum bene prouiſum, cuius vigore fuit præſentatum quodam inuentarium, ſeu repertorium bonorum remanſorum in Palatio Neap. poſt mortem dicti Martij confectum per actum publicum per Notarium N. & hoc non obſtante fuit prouiſum per Cõmiſſarium cauſæ, vt expedirentur literæ executoriales, de quo grauatus Dux aſſerendo, præſentaſſe inuentarium Neap. factum, quamuis neceſſarium non fuiſſet, quia ſufficiens erat illud Romæ factum, fuit per idem S. C. die 28. Maij 1619. deciſum, quod exhiberetur prothocollũ dicti Notarij, & præfatus Dux procuret infra quatuor dies, quãquam ipſe Dux ſe tueretur ex tribus rationibus aduerſus ipſum creditorem, & alios. Primò, quia bona poſt mortem patris ad eum ſpectabant vigore fideicommiſſi Cardin. Columnæ, Oritiæ Columnæ, & Pyrri, Franciſci, Victoriæ, ac Marci Antonij Columnæ. Secundò ſe tuebatur ex inuentario confecto Romæ ſuper aditione hæreditatis q. Martij, cum proteſtatione ſolita, ſcilicet cum beneficio legis, & inuentarij legitimè facti, & ſufficiens erat, dum maior pars bonorum erat Romæ, vbi inuentariũ eo loco fieri debuerat, ex text. in l. vnic. C. vbi de hæred. agat. notat Monticul. de inuent. c. 8. n. 32. & ſequitur n. 33. quid ſi hæreditas ſit in diuerſis locis diſperſa, an plura inuentaria fieri debeant, concludit ex Odoffr. ſatis eſſe, vt vnicum conficiatur inuentarium, aſſequitur Phanuc. eod. tract. part. 3. nu. 75. Tertiò, quoad maiorem cautelam aliud procurauerat fieri inuẽtarium Neap. ſicuti in effectu per actum publicum Notarii fuit confectum, & præſentatum, abundans cautela non nocet, l. teſtamentum, C. de teſtam. cum aliis apud Barboſ. Princ. iuris lit. A. nu. 6. Sed prædictis replicabatur, & primò, quatenus prætendiſſet, bona ad ipſum ſpectare, vti fideicommiſſo ſuppoſita, adhuc inuentariũ, vel ſaltim deſcriptionem bonorum facere, vt tradit Monticul. d. tract. cap. 5. n. 8. Phanuc. eod. tract. par. 2. nu. 51. Roland. eod. tract. par. 3. q. 20. fol. 19. Ad ſecundum replicabatur, tunc fuiſſe inuentarium ſufficiens, quando omnia bona fuiſſent deſcripta, licèt in diuerſis locis ſeparata, vt ſcripſerunt Monticul. & Phanuc. vbi ſup. adeoq; cùm tã in inuentario Romæ confecto non omnia bona deſcripta erant, neq; in alio inuentario confecto Neap. ideò omnia corruerunt, præſuppoſito, quod de iure inuẽtarium debet continere omnia bona hæreditaria defuncti, tã infra, quàm extrà Regnum, vndè datur annus pro bonis extra ſitis, l. fin. §. ſin autem, C. de iure delib. Phan. d. par. 3. nũ. 75. & ideò in citato inuentario Romæ facto debebant deſcribi bona in Regno exiſtentia, quod nunquam fuit ſubſequutum, & licèt procuraſſet aliud fieri Neap. tamen vitta ſuſpitionem falſitatis non omnia bona fuerunt deſcripta, & ideò verè inuentarium non dicebatur, Natta conſ. 214. num. 16. verſ. item D. Ioannes, vol. 1. vbi etiam nu. 15. ad rem tradit, alioquin creditores remanerent defraudati reſpectu bonorum in præſenti Regno exiſtentium, quæ non fuerunt in eo deſcripta. Prætereà ex alio inuentarium prædictum prodeſſe non poterat quòad creditores huius Regni, nam reſpectu abſentium requiruntur tres alij teſtes in inuentarij confectione, §. ſi verò abſunt, auth. de hæred. & falc. Bald. in l. fin. §. cũ igitur, nu. 19. in fine, C. de iur. delib. Phanuc. d. par. 3. n. 74. dicens, in totum quinque teſtes requiri, duos pro rogitu inuentarij, & alios tres probos viros, bonæ conditionis, & famæ, homines locupletes loco abſentium, quod nec etiam ſeruatum fuit, idcircò extra Vrbem prodeſſe non poteſt. Ad tertium replicabatur, quod inuentarium factum Neapol. erat ſuſpectum de falſitate, dum Notarius, qui illud confecerat, fuerat de falſo inquiſitus, & citatus, & poſteà captus, & tortus, fuit condemnatus ad triremes, vbi alias commiſit falſitates, vt ex fide percipiebatur. Et deniq; hæc omnia conualidabantur ex deciſione conſimili facta contra eundem conuentum, dum fuiſſet condemnatus vti hæres ſui patris ad ſoluendum ducat. 1800. & per eum oppoſita exceptio diſcuſſionis inuentarij, licèt replicatum per actorem, tale inuentarium fuiſſe confectum in Vrbe Romana, & debebat confici Neap. auditis creditoribus, ideò nil prodeſſet, & ita per S. C. deciſum ad relationem Regij tunc Conſiliarij Scipionis Rouiti, & in cauſa Ill. Principiſſæ Hoſtiliani cũ eodem Ill. Duce pro penſione domus, quod ſẽtentia S. C. lata debitæ executioni demandetur pro ſumma duc. 1500. allegata diſcuſſione inuentarij non obſtante, quocirca in cauſa prædicta facto verbo in eodem S. C. per Reg. Conſil. Io. Baptiſtam Meliorem die 10. Iulij 1619. fuit deciſum, quod ſententia S. C. debitæ executioni demandetur, nulla habita ratione allegati inuentarij per Notarium Andream de Antonio ſaluis iuribus, ſi quæ fortè competunt Duci Zagarolæ ex cauſa inuentarij per eum confecti in

alma Vrbe, vt ex actis in Bēca Figliolæ, quamquam fuiſſet obtentum, vt iunctis aulis decideretur de nouo articulus prædictus validitatis, vel inualiditatis inuentarij, adhuc pendet deciſio.

Iocalia miſſa per virum vxori adhoc vt cenſeantur donata, vel non, debent prius annotari, recognoſci, & æſtimari, poſtquam ſi eſſent magnæ æſtimationis in dubio non cenſentur donata, vt ex Surd. dec. 166. num. 17. probat Ripol. var. reſol. cap. 10. nu. 73. ſubdens, quod adhoc quod ſint iocalia magni valoris eſt qualitas, propter quā locus ſit repetitioni eorum, & debet qualitas probari, vt ibi Surd. n. 30. quem ibi Ripol. n. 74. citat, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. glo. 3. par 6. num. 74. Honded. conſ. 30. vol. 1. n. 14. & ſeq. Ferret. in Conſt. Hac noſtra 3. tempore declar. 1. nu. 37. latiſſimè Franciſc. Hieron. Leo deciſ. Valent. 36. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 38. nu. 21. Quocirca circumſcripta altercatione prædicta, an donāta cenſeantur, vel non, de quo latiſſimè ibi Ripol. agit n. 408. Cancer. var. reſol. tom. 1. cap. 9. n. 191. & ſeq. Fontan. vbi ſup. nu. 66. & ſeq. debent tamen pendēte lite deſcribi, annotari, & eorum identitas probari, & ita fuit deciſum per S. C. in cauſa Ill. D. Iuliæ de Gōzagha cum Ill. Iſabella Columna ſuper declarationibus petitis tàm in cauſa conuentionis, quàm in cauſa reconuentionis, ac examinatione teſtium, & diſſequeſtratione iocalium, & alijs hinc inde petitis, prout latius in actis. Die 8. Iunij 1536. Neapol. Viſis, & percūctatis actis per Excell. & Magnif. V. I. D. D. Io. de Figueroa Regentem Regiam Cancell. Io. Martialem, & Galeoctum Fonſecā Regios Conſiliarios, & in dicta cauſa Commiſſarios, & Iudices ſpecialitèr deputatos per Sac. Cæſar. & Cath. Maieſtatem, viſis compatitionibus, & oppoſitionibus hinc indè factis, viſa declaratione vltimo loco facta pro parte dictæ Ill. D. Iuliæ, viſis deniq; videndis, &c. & auditis Aduocatis dictarum partium fuit prouiſum paritèr, atq; decretum, quod dicta Ill. D. Iulia non teneatur ad aliam declarationem, ex quo videtur ſufficientèr facta declaratio, & propterea procedatur in cauſa ad actus incumbentes, & ad examinationem teſtium ipſius Ill. D. Iuliæ, quo verò ad iocalia exiſtentia in poſſe Magnifici Andreę de Laudato eſt prouiſum, ꝙ ducantur ad præſentem Ciuitatem Neap. benè, & cautè conducenda, ſuper quorum identitate teſtibus ſuper eis examinatis, & facta ſufficienti ipſorum deſcriptione, & annotatione per Magiſtrum Actorum cauſæ, teſtiuantur prædictæ Ill. Iſabellæ cum idonea cautione de conſeruando, & exhibendo, & conſignando, ſi & quemadmodum, & quoties in cauſa opus fuerit quoad locorum nominationem, & dilationem, habita ratione ad eorum diſtantiam aſſignandam, pro Ciuitate Fundorum aſſignādus eſt terminus dierum triginta trium ſecundum formam Regiæ Pragmaticæ, & quoad nominationem factam Terrarum exiſtentium in Prouincia Lombardiæ aſſignandus eſt terminus menſium trium cum reſeruatione, quod ſi cauſa prætenſorum alimentorum petitorum fuerit inſtructa, talitèr quod expediri poſſit, procedetur ad ipſius expeditionem, ſi, & prout iuris fuerit, & quod nihilominus admittatur, prout præſenti decreto admittitur reconuentio facta per dictam Ill. Iſabellam, & in eadem cauſa procedatur oppoſitis non obſtantibus: Verū quod per eandem cauſam reconuentionis non impediatur expeditio cauſarum conuentionis, maximè prædictorum alimentorum prætextu proceſſus faciendi in dicta cauſa reconuentionis, ità quod vnaquaq; cauſa expediatur, prout iuris fuerit, ſecundum eius naturam, & quod in cauſa eadem reconuentionis detur, prout præſenti decreto datur terminus Iuris ad probādum incumbentia, hoc eorum, &c. Figueroa Regens, Io. Martialis, Galeoctus Fonſeca. Dicto intimatus, vt percepi ex quibuſdam manuſcriptis penès me exiſtentibus.

Iudex an poſſit ſeorſum iudicare contra reum de pluribus delictis inquiſitum, hoc eſt de vno crimine ſeorſum ab alio, deciſum fuit affirmatiuè, & comprobatum per S. C. refert D. Regens Sanfel. dec. 158. n. 8.

Iudex ſæcularis an poſſit procedere in cauſa bonorum alicuius Religioſi pendente articulo in Rota Romana, ſi iuſtè, vel obreptitiè fuerit ei conceſſa facultas ingrediendi de vna Religione ad alteram, in qua bona licet retinere, vel expectanda ſit deciſio Iudicis Eccleſiaſtici, licèt in prima inſtantia fuerit deciſum per S. C. affirmatiuè, tamen in cauſa reclamationis iudicatum fuit, eſſe ſuperſedendum, donec fuerit cauſa deciſa in Curia Romana, D. Reg. Sanfel. dec. 11.

Iudex ſi ſit in manibus aduerſarij in alia ſua cauſa, quippequi in alia cauſa eſt Iudex, an ſit recuſandus, vt ex hac cauſa iuſta videatur, deciſū fuit per Coll. Conſil. affirmatiuè D. Reg. Sanfel. dec. 81.

Iudex an poſſit allegari ſuſpectus per Vniuerſitatem ex cauſa inimicitiæ, fuit deciſum negatiuè, Reg. Sanfel. dec. 82.

Iudex, qui cognationem ſpiritualem contraxerit cum filio alicuius, qui litem coram eo habebat, an poterit recuſari, eo quia diuerſa erat perſona filij, & diuerſa perſona patris, deciſum fuit per Collat. Conſ. affirmatiuè, vt refert D. Reg. Sanfel. dec. 83.

Iudex recuſari vti ſuſpectus an poſſit rōne cognationis ſpiritualis, ſeù carnalis, ſi in pari gradu ſit vtriq; parti coniūctus, licet concludatur negatiuè, tamen ſi maior affectio concurreret magis vni, quam alteri, ſecus eſſet, & ità iudicatum per S. C. refert D. Reg. Sanfel. dec. 83. n. 22.

Iudex recuſari an poſſit ob grauamen in alia cauſa illatum, deciſum fuit per Coll. Conſ. affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 86.

Iudex an poſſit ex cauſa prohibere alicui diſpoſitionē, alienationem, & obligationem bonorū antiquorum, tàm in vita, quàm in morte, ne fiat præiudicium ſucceſſoribus in illis cū clauſula, vt ſuccedant, non vti hæredes, ſed authoritate ipſius Iudicantis, videbatur dicēdum, quod nō, quia extat regula generalis, quod quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, ad text. in l. in re mandata, C. mand. & diſponendi de ſuis bonis poteſtatem auferre dicitur iniquum, & abſurdum, Honded. conſ. 16. n. 20. vol. 2. hinc Iudex ſine cauſa non poteſt alicui prohibere bonorū alienationem, ſed cum eius conſenſu videtur

poſſe

poſſe, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. n. 42. & 43. Ex aduerſo autẽ dicebatur, ꝙ publicè intereſt, neminem ſuis rebus abuti, ad text. in §. ſed & maior, Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Non mirum ſi Iudex, qui imperium habet in homines ſuæ Prouinciæ, Anchar. lib. 3. q. 7. n. 20. & ſucceſſiuè Iudex ordinarius in toto ſuo territorio poteſt dicere ius, Afflict. in Conſtitut. Edictorum, n. 8. adhuc Iudex velut pater eſſe debet, glo. in §. interim, ver. Iudex, auth. de defenſor. Vndè quemadmodum paternum ſit officium, res filij tueri, Aſcan. Clemen. de pat. pot. effect. 12. n. 1. ità pariter & Iudex tenetur legis præceptum tueri, nè bona dilapidentur. Cum ad ipsũ ſpectet futurorum cautela, ad text. in l. pro ſocio, ff. pro ſocio, hoc eſt ſeruare commoda ſubiectorum, & obuiare malitijs, & fraudibus hominum, Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. des enfans de plus ieurs licts, §. 4. verſic. ſi par le pere, n. 9. & facere debet quod non ſit partibus oneroſum, gloſ. fin. in l. 1. ff. ſi quis caut. Ideò ex cauſa poteſt Iudex inhibere alicui, nè rem ſuam vendat, Specul. tit. de reſcind. vend. n. 28. Similitèr pater ſi diſſipet bona, poteſt illum Iudex ad requiſitionem filij cogere, vt filio legitimam aſſignet, vel ſaltem tot bona, ex quibus filius alimenta percipere poſſit, Aſcan. Clem. de tract. effect. 16. n. 61. paritérq; Iudex videns diſſipare aliquem bona, prohibere, & interdicere poteſt, nè cum eo contrahatur, Annat. alleg. 25. num. 9. Immò etiam ſi fuiſſet facta diſpoſitio in perniciem pupillorum, adhuc Iudex ſequi debet vtilitatem liberorum, & non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum, Montan. de tutelis cap. 37. n. 144. vbi n. 3. firmat, quòd Iudex potiùs ſequi debet pupillorum, vel minorum vtilitatẽ, quam legis, aut hominis iudicium, & Iudex pupillorum vtilitatem potius ſequi debet, quam præceptum teſtatoris, Griuell. dec. 102. n. 4. Sed iuſta cauſa ſuadente, Grammat. deciſ. 7. n. 5. Quocirca in cauſa Thomæ Ruſſi, in cuius beneficium prolata fuerat ſententia, eum admittendo ad ſucceſſionem ſuorum proximorum, fuit prolata ſententia de qua ſupra in verbo filius, in qua etiam leguntur hæc formalia verba, v3. Et inſuper conſiderata qualitate perſonæ ipſius Thomaſij Ruſſi, & ex alijs etiam cauſis mentem dicti Sacri Conſilij mouentibus pronunciamus, & declaramus, & per præſentes prouidemus, paritérq; decernimus, quod dictus Thomaſius Ruſſus non poſſit, neq; valeat dicta bona alienare, nec obligare, nec aliter de eis diſponere, quouis modo in vita, nec in morte, ſed dumtaxat de fructibus, ita quod poſt eius mortem integra ipſa bona perueniant, & peruenire debeant ad eius filios legitimos, & naturales non tanquam hæredes, ſed vt filios virtute, & authoritate huius noſtræ ſententiæ, & decreti, ſi vero filios prædictos non habuerit, dicta omnia bona perueniant ad eius legitimos ſucceſſores, ſimilitèr non vt hæredes, ſed virtute, & authoritate huius noſtræ ſententiæ, & decreti, in tantum, quod in dictis bonis, vt ſuprà non poſſit aliquo modo exequi virtute cuiuſcunq; obligationis, promiſſionis, alienationis, vel donationis fortè factæ, vel in poſterum faciendæ per dictum Thomaſium, niſi alitèr per dictum S. C. fuerit prouiſum, Neutrant. &c. Nicolaus Maiorana, in Banca Antonelli Falangoni.

Iudex, qui tenetur ex forma ſtatuti cauſas expedire cum conſilio Cõſultoris, erit intelligendum, ſi hoc fuerit à parte petitum, vt fuit iudicatum per M. C. V. in anno 1618. ad relationem Iudicis Aloyſij Corcioni, in cauſa Angeli Peſcetani cũ Iulio Magno, & alijs, in Banca Seraphini, teſtatur Io. Maria Nouar. in tract. de datione in ſolutum, quæſt. 15. num. 23. in poſtrema editione.

Iudex delegatus à Principe in cauſa contra aliquẽ inquiſitum, an poſſit ad inſtantiam tertij venientis ad cauſam cognoſcere pro eiuſdem tertii intereſſe de aliquo acceſſorio, vel connexo, exemplo oſtenditur in caſu occurſo, elapſis annis potiſſimum in cauſa Cler. Marci Antonii Condò inquiſiti de homicidio, quæ cum fuiſſet per Ill. Proregem commiſſa quibuſdam Iudicibus delegatis, comparuit Reuer. Epiſcopus Licienſis coram eis expoſtulando, nedum remiſſionẽ cauſam illius, ſed etiam repoſitionẽ ad Eccleſiam, à qua fuerat violẽtèr extractus, & licet fuiſſet terminus impartitus ſuper repoſitione notificatus Procuratori eiuſdẽ Epiſcopi, qui replicauerat, vt declararetur, quod terminus currere debuiſſet ſuper remiſſione, cum nõ potuerat dari ſuper vtroq; & donec non fuerit facta talis declaratio terminus currere non debuerat, ſuper qua replicatione nulla facta prouiſione, elapſo dicto termino fuit facta monitio ſuper remiſſione, & repoſitione, vndè dicebatur ex parte ipſius Epiſcopi, qualitèr ipſi Iudices non potuerant procedere, quia fuerant delegati in cauſa principali dicti Clerici, & non in articulo remiſſionis petitæ per eum, ſicquè habito recurſu ad Excell. Proregem, vt ſibi Iudicem daret, & amplius, quia prouidendum erat ſuper dicta comparitione à quo fuit ordinatum, quod Spectab. Reg. Henriquez relationem faceret in Collat. Conſilio, qua facta fuit prouiſum, vt Reg. Conſ. Brancia relationem faceret, vndè pro eius defenſione dicendum videbatur, quod cum ipſa iuriſdictio delegata deroget ordinariæ, ideò reſtringenda, Marant. in ſpecul. par. 4. diſtinct. 5. n. 38. vbi in antecedenti num. 30. dixerat, ex quo iuriſdictio delegata eſt odioſa, & ordinaria, fauorabilis, nõ mirum ſuccedit regula text. in cap. odia ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi, de regul. iur. in 6. latè Giphan. de reg. iur. lib. 1. cap. 10. col. 7. Sed peracta relatione per eundem tunc Reg. Conſil. Ferdinandum Brancia in Collat. Conſil. fuit decretum, vt procederetur coram Dominis delegatis ad vlteriora, & interpoſita reclamatione fuit dictum, benè iudicatum, vt ex actis inquiſitionis dicti Clerici in archiuio, quæ ſiquidem deciſio de iure comprobatur ex eo, quia delegata cauſa principali, cenſetur etiam delegata cauſa acceſſoria, & connexa, ex Abb. in cap. vt debitus, col. 9. verſ. in glo. pen. de appellat, vbi Philip. verſ. ſed dubitatur, per tex in cap. prudentiam, de offic. deleg. quos probat Marant. d. ſpec. ead. p. 4. diſt. 6. n. 31.

Iudex ſæcularis an poſſit procedere ex eodem proceſſu coram Iudice Eccleſiaſtico compilato contra reum inquiſitum, & degradatum pro aliquo graui delicto, & Curiæ ſæculari traditũ,

vel procedere de nouo, repetendo teſtes, & alia peragere, deciſum fuit, ex eiſdem actis procedere debere ſolum citatione ad dicendum opus eſſe, vt refert D.Reg.Sanſelic.deciſ.139. à nu.1. ad 3.

Iudex ſæcularis in cauſa ſibi remiſſa à Iudice Eccleſiaſtico de reo degradato an poſſit ſupplere defectus proceſſus compilati in Curia Eccleſiaſtica, nempè teſtes repetere, dare terminum aduerſus confeſſionem, & ſimilia, deciſum fuit affirmatiuè in caſibus relatis à D.Reg.Sanſel.dec. 139.n.4.

Iudex an, & quando poſſit reum condemnare ad pœnam, & ad intereſſe partis reum inquiſitum de aliquo delicto, ob quod intereſſe vrgeret, citra dubium, quando reus condemnatur criminalitèr, vtiq; id facere poſſet, ſecus ſi pro cauſa criminali abſolueretur, hoc tamen intelligendũ erit, quando pœna ordinaria puniretur, ſed quando extraordinariè puniretur dubitari contingit in caſu iam occurſo, & licet per M.C. fuiſſet pronunciatum contra reum, vt ad intereſſe condemnaretur, tamen in cauſa appellationis fuit contrarium deciſum quoad intereſſe, ſed quoad pœnam confirmatum decretum ipſius M.C. nã fuit qualitas adulterij ſufficienter probata ad excluſionem intereſſe, non tamẽ ad impunitatem, ità D. Reg. Sanſelic. in deciſ. 226.

Iudex competens in materia blaſphemiæ hæreticalis eſt Iudex Eccleſiaſticus, & ità in contingenti caſu obſeruatum fuiſſe teſtatur D.Reg. Sanſel. dec.212.

Iudex ſæcularis eſt competens contra concubinarios quoad pœnas temporales, Iudex verò Eccleſiaſticus quoad cenſuras, & ità concluditur per D.Reg. Sanſelic.in deciſ.245. & ſic fuerunt expeditæ prouiſiones per Reg.Collat.Conſ. vt ibi refertur.

Iudex ſæcularis an ſit competens, ſi fuerit oppoſita falſitas Bullarum aduerſus reum Bullas præſentantẽ, deciſum fuit affirmatiuè D.Reg.Sanſelic.dec.260.

Iudex ſæcularis an teneatur brachium impartiri ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, per quam condemnatus fuerat vir ob diuortium factum ad reſtitutionem dotium, vna cum intereſſe, dum ex aduerſo prætenderetur, non potuiſſe concedi, niſi cauſa cognita, deciſum fuit affirmatiuè, D.Reg.Sanſel.dec.293.

Iudex ſuperior in cauſa reclamationis ea pendente an poſſit procedere ad vlteriora, non obſtante reclamatione à decreto lato ſuper competentia, vel incompetentia, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in caſu relato à Dom.Reg.Sanſelic. dec.5.

Iudex præſtans auxilium facti in detinendo carceratum nomine alterius Iudicis, ſi carceratus deliquerit in carceribus, an erit competens pro illius punitione, deciſum fuit per Collateralẽ Conſilium affirmatiuè, D.Reg.Sanſelic. dec.63. n.13.

Iudex an vt ſuſpectus recuſari poſſit, ſi alias fuerit recuſatus abſquè legitima cauſa, & quid ob inconfidentiam, deciſum fuit tàm per Sac.Conſ. quàm per Reg.Cam.affirmatiuè, D.Reg.Sanſel. dec.79.

Iudex proferens verba cominatoria affirmatiua delicti prætenſi, vt ſi dixerit, *così l'ha fatto ammazzare il tale, come io ſono Conſegliero*, an poſſit vti ſuſpectus recuſari, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. D.Reg.Sanſelic dec 80.n.5.

Iudex verba contumelioſa, & infamia protulens contra aliquem, concernentia eius miniſteriũ, vt ſi dixerit, *che merita mille morti per eſſer homo infame, e che ſi era ſolo lo volsua far trouar appiccato vna matina* an poſſit recuſari, ex quo non conſtabat de prædictis, & aliæ fuerunt propoſitæ cauſæ ſuſpitionis, & fuerant reiectæ, fuit per Coll.Conſ.deciſum, quod interueniat, refert D.Reg Sanſel.dec.80.à n.6.ad 9.

Iudex recuſatus ſi in ſua depoſitione negauerit, an poterit abſq; termino reiici recuſatio, deciſum fuit in Coll.Conſ.quod interueniat, & ſoluat pœnam, non dato termino, D.Reg.Sanſel. dec.80.n.10.

Iudex ſuperior, coram quo propoſita fuit nullitatis cauſa ſententiæ latę per Iudicem inferiorem, ac deciſa, an ipſemet cognoſcere poſſit de cauſa principali, vel illam ad eundem inferiorem Iudicem remittere, ſic inſtante actore, deciſum fuit, apud eundem Iudicem cauſam principalẽ eſſe cognoſcendam, D.Reg Sanſel. dec.95.

Iudex an poſſit compellere partes ad præſtandam cautionem de non offendendo, vbi timor viget offenſionis, in dies practicatur affirmatiuè, vt deciſum refert D.Reg.Sanſel.dec.142.

Iudex competens an dicatur is, cuius aures ſunt offenſæ, vt poſſit punire delinquentes vaſallos Baronis, qui fuerunt puniri de eodem delicto ab Officiali Baronis, vt contingit controuerti in cauſa reſiſtentiæ commiſſæ per vaſallos Baronis, quibus fuerant intimatæ prouiſiones pro obſeruantia prouiſionum Reg. Cameræ Summariæ, & Fiſcus Reg. Cameræ prætendebat, iterum eos de eodem delicto punire, de quo ſatis per D.Reg.Fabium Capyc.Galeot. controu.illuſtr.tom.2.controu.57. vbi in calce dictarum concluſionum in collecta deciſionũ prætermiſſarum ad controuerſ. 57. deciſio inquit, fuit contra Reg.Fiſcum in hac cauſa pro Sereniſſimo Duce deciſum.

Iudex ſæcularis eſt Iudex competens in cauſa poſſeſſorij matrimonij, itaut poſſit compellere, nedum vxorem ad cohabitandum cum marito lite pendente ſuper ſæuitiis imminentibus, ſtante cautione præſtita de non offendendo, & benè tractando, ſed etiam patrem, fratres, & alios conſanguineos occultantes vxorem, ne cohabitaret huius prætextu, & ſic tàm per M.C. quã per S.C. fuiſſe deciſum refert Donat.Anton.de Marin.quotid.reſolut.cap.268. à n.5.ad 8.

Iudex ſecundarum cauſarum quando eligitur per Vniuerſitatem, an debeat eſſe annalis, concluditur per Doctores affirmatiuè, adeo quod cum in caſu contingenti fuiſſet electus Iudex prædictus, & per plures annos continuaſſet illud officium, fuit ex parte Baronis obiectum, & inſtatum in R.C. vt deſiſteret, & ità per eandem R.C. mandatum Vniuerſitati Laurini, vt alium Iudicem nominaret, ità refert obtinuiſſe Donat.Ant.de Marin.quotid.reſol.c.284. n.5.& 6. in noua impreſſ.

Iudex competens an dicatur ratione originis, ſiuè domicilij ad cognoſcendum eius ſubditũ

pro

pro crimine furti commiſſi in bonis alterius Baronis, vel Iudex ipſe, in cuius territorio fuerit commiſſum furtum, licèt per M.C. fuiſſet deciſum, vt remitteretur cauſa ad Iudicem loci, vbi furtum fuerat commiſſum, vt deberet eligere Iudicem in Ciuitate, nihilominus per S.C. fuit deciſum, vt cauſa remaneret in eadem M.C.V. verùm quia inquiſiti inſtiterunt, remitti ad Iudicem delicti commiſſi, ità fuit exequutũ, vt refert Donat. Anton. de Marinis quotidian. reſolut. cap. 186. n. 5. in nouiſſima impreſſione.

Iudex Eccleſiaſticus, qui fuit in cauſa matrimonij ſeperationis, ea finita an etiã Iudex competens circà dotem, eiuſq; intereſſe, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Ill. Principis Hieracij cum eius vxore, & in cauſa Barbaræ Spinulæ cum eius viro, ità D. Conſil. D. Ferdinand. Arias de Meſa variar. reſolut. lib. 2. cap. 3. n. 11.

Iudices Portulanorum, & Ponderum debent eſſe annales, vt iudicauit S.C. in cauſa Vniuerſitatis Orioli cum Marchione, Nouat. in prag. 5. coll. 9. n. 4. de Baron.

Iudices locorum poſſunt procedere contra milites in cauſis ciuilibus, vt refert deciſum per M.C.V. in cauſa Franciſci de Paulino Nouat. in pragm. 11. coll. 5. n. 4. de milit.

Iudices an poſſint conſtitui à Rege in Terris Baronum ad cognitionem iuriſdictionis in ſubditus Dohanæ habitantes in dictis Terris, deciſum fuit per R.C. vt ſeruetur ſolitum inter Comitem Correcti, & Regium Fiſcum, & quia nunquam fueront deputati Iudices pro præterito tempore, ideò non fuit aliter innouatum, Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controuerſ. 66. Ego prædictis addo Steph. Quarant. in ſuo Bullario verbo Archiepiſcopi auctoritas, quem ſequitur nouiſſimè Alphonſ. de Leone in ſuis commun. concl. de offic. & poteſt. confeſſ. recoll. 2. num. 302. dicentes, Archiepiſcopum non poſſe habere Vicarium in Diœceſi ſuffraganeorum pro recipiendis appellationibus, niſi habeat ex conſuetudine.

Iudices, qui primo officio adepti ſunt præcedere debent ijs, qui poſtea illud acquiſierunt, quamuis ætate primos antecellant, & etiam ſi ad officium primum reſtituantur, vel prorogentur, cum non intelligatur reſtitutio, ſiuè prorogatio in præiudicium tertij, ità concluditur per Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 2. controuerſ. 45. vbi in calce cenſuit, non aliter de prædictis fuiſſe diſcuſſum, ſeù deciſum, ſed tantummodo videre, àn mandato, quo D. Prorex poſt gratiam certo Iudici conceſſam quodam memoriale, inſtantibus aduerſarijs ad idem Tribunal remiſerat his verbis, *Al Collateral*, an eo mandato res ad ius, & iuſtitiam relata cenſeretur, fuit dictum, quod exequeretur gratia per Collaterale Conſilium.

Iudicium factum cum inſtituto an noceat ſubſtituto etiam non citato, cum fuiſſet inſtitutum iudicium aſſiſtentiæ contra vxorem teſtatoris inſtitutã vſufructuariã eius vita durantè, cenſuit M. C. V. eſſe procedendum audito Monaſterio ſubſtituto, tamen per S.C. fuit reuocatum decretum, & iudicatum, eſſe procedendum ad vlteriora cum dicta hærede inſtituta, & ratio fuit, quia dicitur tam in proprietate, quam in vſufructu inſtituta, & poſt eius mortem rogata reſtituere, D. Reg. Sanfelic. deciſ. 89.

Iudicium cęptum coràm Iudice Laico an finiri debeat coràm eodem alienata re litigioſa in Clericum, ſeù Eccleſiaſticam perſonam, ac ſententia exequutioni demandanda per eundem, vide infrà in verbo remiſſio deciſiones prolatas.

Iudicium criminale dicitur quando pœna applicatur Fiſco ad vindictam criminis commiſſi, quando verò non ad vindictam criminis principalitèr, ſed Fiſcus vult magis rem incorporatam conſequi, quam vlciſci, tunc dicitur iudicium ciuile, vt fuit deciſum per Reg. Cam. ex D. Reg. Moles perpendit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 18. num. 5. & 6. vbi in calce refert, fuiſſe deciſum per Collaterale Conſilium idem in quodam prætenſo intercepto vini, & fuit dictum, ciuiliter procedi.

Iudicium inſtitutum contra maritum tertium poſſeſſorem fundi dotalis an iure ſubſiſtat, non audita vxore, de cuius intereſſe principaliter agebatur, quemadmodùm contingit in cauſa Caroli Mazzei, qui conuenerat iure aſſiſtendi Hieronymum Maronem tertium poſſeſſorem fundi dotalis, & compilato proceſſu fuit dubitatum, ſi ritè & rectè proceſſerat, & dicendum videbatur, validè fuiſſe proceſſum, quia maritus eſt dominus dotis, l. doce ancillam, C. de rei uend. cum alijs allegatis per Hieron. de Leo dec. 50. numer. 2. per Andr. Gayll. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 133. n. 7. Pellic. in Conſuet. Auerſ. cap. 10. num. 85. Cabed. dec. 154. num. 1. part. 1. & licet vxor etiam ſit domina, eſt ficta, & imaginaria, & maritus verè poſſeſſor, Fontan. de pact. nupt. clauſ 6. gl. 1. p. 2. n. 41. prætereà quod de iure probatum eſt, quod maritus etiam ſi fuerit putatiuus pro bonis dotalibus, ac paraſernalibus in iudicio comparere poterit, cum dicatur habere mandatum de iure, ad text. in l. maritus, C. de procurat. com alijs allegatis per Anton. de Virgil. in tract. de legit. perſ. compar. cap. 26. à num. 2. cum ſeqq. optimè Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 7. n. 55. vbi circa hoc concordat iura inuicem contraria, & ſicuti iudicium actitatum cum vxore tenente, & poſſidente bona viri valet, & tenet, & omnibus præiudicat, & poſtea cum hærede nouiter citato, vt deciſum tradit Fontan. d. tract. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 3. n. 26. ità è contra ſi fuerit actitatum cum viro poſſidente bona dotalia. Ex aduerſo replicabatur, quod maritus eſt dominus dotis verus, & indubitatus reſpectu fructuum dotis, Fontanell. d. tract. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 2. n. 2. qui in eadem clauſ. 6. gloſ. 1. p. 2. n. 17. probat, maritum dici dominum dotis tantùm quoad ius adminiſtrandi, & percipiendi fructus ex ea, latè Vela diſſertat. 1. n. 3. diſſert. 4. n. 13. diſſert. 9. n. 27. hinc maritus non efficitur dominus rei dotalis, ſed vſufructuarius pro oneribus matrimonij ſubſtinendis, Ioſeph Lud. dec. Peruſ. 89. n. 17. & 18. Pellic. d. Conſuet. Auer. c. 3. n. 11. Ad ſecundã obiectionem replicabatur, eam rectè procedere, quando ageretur nominę vxoris, non tamen in iudicio conuentionis, quoniam tunc omnes ſunt citandi, qui principaliter intereſſe habent, ad text. in l. de vnoquoq; ff. de re iudic. l. nam. ità diuus, ff. de adopt. l. ſi quando, C. de teſt. Minſynger. ſingul. obſeruat. centur. 2. obſeruat. 91.

ſol.

Digitized by Google

n.1.& propterea nonnulli cenſuerunt quæſtionem mouentes, ſi maritus, aut vxor domina dicatur dotis, de qua pleniùs apud eundem Fontanell.d.tract.clauſ.5.gloſ.8.p.13.n.19.& recenſitis argumentis hinc indè concludit n.20. reſpectu bonorum inæſtimatorum dominium eſſe penès vxorem, secùs reſpectu bonorum æſtimatorum, licèt eius dominium ſit fictum, & verum apud vxorem, ſicq; dominium dotis ciuile eſſe apud vxorem, naturale verò apud virũ, vt idem Fontanell. d.clauſ.6. gloſ.1.p.2. n.18. aut maritus dicitur dominus dotis de præſenti, & vxor in ſpe, idem Fontanell.dict.gloſ.1.par.2. n.17.vbi n.28.ſubdit, maritum dici dominum dotis reuocabilem, & ſubſequitur n.29. eſſe maritum dominum dotis bonitarium, vxorem verò dominam quiritariam, cui aſſentit Anton. Fab.in eius Codice lib.4.tit.22.defin.6. num.8. vtcunq; ſit maritus, & vxor domini ambo poſseſſores dotis, Fontanell.loco proximè citato n.37.non dùm inſolidum, ſed pro indiuiſo, vt ſubdit n.45. ad quod Borgn. dec.29. n.13. p.3. inquit, quod maritus vna cum vxore præſumitur poſſidere bona paterna, & fraterna nomine dotis, & lucratur dotem, & etiam ſi vxor excluditur per ſtaturum ab hæreditate paterna, & non ab re maritus, & vxor dicuntur bona ſimul poſsidere, Cabed.dec.106. n.1.p.1. & propterea ambo erunt audiendi in iudicio intentato contra virum, in quo vxor habet intereſſe, confert prædictis allegata dec.50. Hieron. de Leo, vbi caſus notabilis refertur circà hoc. Nihilominus facta relatione in S.C.per Reg.Conſiliar.benemeritum virum patritium D.Flaminium de Conſtantio fuit deciſum, vt audiretur vxor dicti Hieronymi Dianora Mazzeo apud Surrentinum Scribam, in Banca de Amico pro Satro.

Iura, et actiones an veniãt ex cõmuni vſu loquẽdi, & ex veriſimili mente diſponentis; in contingenti caſu fuit per S.C. deciſum huiuſmodi, Declaramus in donatione facta per quondam Catharinam Buzzacarinam quondam Petro de Vicarijs eius filio fuiſſe incluſa etiam iura dotalia ſpectantia ad d. Catharinam ſuper bonis quõdam Petri de Vicarijs eius viri, & proinde hæredes Zenobiæ de Vicarijs condemnentur ad relaxandum bona in actis deducta, ſolutis prius meliorationibus forte factis liquidandis omnibus tempore executionis ſententiæ, ſalua prouiſione facienda quoad fructus, partibus plenius auditis, &c.ad relationem Reg. Conſil. Io. Baptiſtę Melioris, vt refert D. Reg. Fab. Capyc.Galeot. controuerſ. iuris tom. 2. controu.13.

Iuramentum Baiuli, ſeù partis, quod animalia fuerint capta in fundo, licèt ſufficiat pro exactione pœnę, tamen credi non debet de damno, niſi animalia capta fuiſſent, vel extaret teſtis deponens de damno, & ſic iudicauit S.C.in cauſa Terræ Piſticij, in banca de Felice, Nouar. in prag.1.coll.2.n.17.de offic.baiuli.

Iuriſdictio Iudicis recuſati an ſuſpendatur ea recuſatione pendente, deciſum fuit affirmatiuè, D.Reg.Sanfel.dec.85.

Iuriſdictio an cenſeatur conceſſa conceſſo Caſtro, territorio, ſeù tenimento vniuerſaliter cũ pertinentijs ſuis, & integro ſtatu ſub ea forma qua erat apud concedẽtem, relata fuit deciſio ſupra in verbo conceſſio.

Iuriſdictio Caſalis alicuius Ciuitatis vẽdi an poſſit per Regem, & conſequenter per Fiſcum diſmenbrando illud à iuriſdictione Ciuitatis, non obſtãte illius contradictione, quod non debeat ſeparari, nec vexari ſub iuriſdictione plurium dominorum, maximè vbi non præcedit contractus domanij oneroſus ſoluto pretio, deciſum fuit per R.C.affirmatiuè in venditione primarum, & ſecundarum cauſarum Caſalis S.Cæſarii, & aliorum, vt refert D.Reg.Fab.Capyc. Galeot.controu.iur.tom.1.in deciſ.ad controu. 53. artic.3.n 44.

Iuriſdictio Prioris Eccleſiæ Sancti Nicolai Ciuitatis Bari Regiæ protectioni ſubiectæ, ad quem pertineat ſede vacante, vel ad Capitulum ipſius, vel ad Theſaurarium, ſuppoſito quod cum talis Eccleſia ſit ius patronatus Regale à Carolo Secundo, diuæ memoriæ, inſtitutum, ac ipſa multis priuilegijs decorata, innumeris immunitatibus, & exemptionibus illuſtrata, vt proſequitur Maxill.in Conſuet.Bari, tit.de Sacroſan. Eccleſ. §.venerabilia, & in illius regimine adſunt Prior, Theſaurarius, Canonici, & cæteri Miniſtri, relati per eundem Maxill.vbi ſup. indè ſucceſſo obitu Prioris illius, contingit hæſitari in Curia Reuerendiſſimi Capellani Maioris huius Regni, ad quem ipſorum talis iuriſdictio deuolui deberet, vel ad Capitulum, vel ad Theſaurarium illius. Prætendebat enim Theſaurarius Regalis Eccleſiæ S.Nicolai, quod virtute priuilegij Regis Caroli Secundi ipſum repræſentari loco Prioris ſede vacante, quemadmodum in alijs Eccleſijs ſede vacante Vicarius Capitularis in omnibus repræſentat Prælatum defunctum, & conſequenter quod ipſe Theſaurarius potuit exercere gubernium dictæ Eccleſiæ ſede vacante cum omnibus illis prærogatiuis, quæ poterat exercere Vicarius Capitularis, cui per diſpoſitionem iurium Ciuilium, & Canonicorum permiſſum eſt alium ſubſtinere occàſione legitimi impedimenti, & non valens Theſaurarius de perſona accedere ad illam Prouinciam Terræ Bari ob impedimentum ſtationis, quod potuiſſet deputare alium eius loco cum omnibus præeminentijs, & prærogatiuis ſpectantibus ad regimen, & adminiſtrationem illius Eccleſiæ S.Nicolai, & in hac conformitate relationem fecit Curia Reuerendiſſimi D.Capellani Maioris cum voto tunc Domini Conſultoris Rouiti illius Curiæ. Quanquam aduerſus talem prætenſionem dicebatur, ac replicabatur ex parte D.Proſperi Riſolæ Canonici, & Vicarij Capitularis illius Eccleſiæ, quam etiàm pro parte Reuer.Capituli, quod talis prætenſio non procedit ex diſpoſitione iuris, neq; per ordinem, neq; per iuſtitiam. Primò, quia priuilegium, ſuper quo pars ſe fundat non id aſſerit, quoniam particula producta à parte aduerſa continet, quod Priore cedente, vel decedente Theſaurarius ipſe locum Prioris teneat, & adhibitis ſecum duobus de Canonicis ipſis, bona omnia, fructus, reditus, & prouentus Prioratus ipſius pro futuro ſucceſſore percipiat, & conſeruet, donec per nos, & ſucceſſores noſtros fuerit prouiſum de Priore, & de rebus, & bonis huiuſmodi nihil

peni-

Digitized by Google

penitùs alienet, vel alienari patiatur, hoc igitur priuilegium tractat de perceptione fructuum, introituum, & adminiſtrationis Terrarum ipſius Prioratus, & cuiuslibet rei pertinentis ad vtilitatem, & beneficium circa regimen bonorum Prioratus, poſtquam licèt benè dicat Theſaurarius, quod locum Priores teneant, ſubſequitur immediatè, & adhibitis ſecum duobus Canonicis bona omnia, fructus, & reditus, & quod qualitèr ſolitum eſt in prælaturis, quæ ſunt de iure patronatus Regis, & adſunt ſub collatione Suæ Maieſtatis ſede vacante pro perceptione introituum apponitur vnus Oeconomus in dicta Eccleſia Priorali ſede vacante virtute dicti priuilegij, & curam habet Theſaurarius cum duobus Canonicis percipiendi, & conſeruandi fructus, & introitus, nec deſtinatur aliter Oeconomus, nec per hoc tollitur auctoritas, quam tenet Capitulum ſede vacante ex diſpoſitione iuris Canonici, ac Concilij Tridentini eligendi vnum Vicarium ſede vacante pro adminiſtratione iuſtitiæ inter ſubditos Eccleſiæ, & Prioratus, nec id dictum priuilegium prohibet, nec comprehendit hunc caſum, cum ſit caſus omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris, ac dicti Concilij Tridentini. Inquit ſecundò ipſe D. Proſper Vicarius Capitularis, quod ipſe ſterit, & ſtat in poſſeſſione exercendi officium Vicarij Sede vacante, quod difficultari nõ poteſt, quia dictus Theſaurarius mediante perſona ſui procuratoris habuit poſſeſſionem Theſaurariatus ipſius D. Proſperi Vicarij Capitularis, vt apparet ex ſcriptura ex aduerſo præſentata, quod ideo D. Proſper comparuit inſtando, non amoueri de facto, de quo extat mandatum procurationis in actis, & ex diſpoſitione iuris certũ eſt, quod lite nullitatis, & inualiditatis electionis pẽdente ſi electus cœperit adminiſtrare, & reperiretur in poſſeſſione, ſeù quaſi, non poteſt de facto amoueri, nec ei interdicitur adminiſtratio, ſic diſtinguit Specul. in tit. de cenſibus, n. 16. verſ. pone, & Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 16. n. 11. verſ. quinto, & Specul. ſequitur Alber. in l. reus delatus, ff. de muner. & honor. ſi ergo Riſola Vicarius Capitularis reperitur in poſſeſſione, ſeù quaſi exercendi officium Vicariatus, aduerſus prætenſionem Theſaurarij omni iure eſt audiendus, & ei debet impartiri terminus, in quo demonſtrabit de non iure aduerſarij, & tempore relationis factæ per Conſiliar. Rouitum fuit tantùm monitus Franciſcus Maria Cataneus procurator Reuer. Capituli, & tunc non comparuit in præſenti iudicio procurator Riſolæ Vicarij Capitularis, qui comparuit die 5. menſis Septembris, & relatio fuit facta die 3. menſis Septembris. Tertiò, quatenus, quod expreſsè negatur, priuilegium contineret, quod Theſaurarius poſſet exercere officium Vicariatus ſede vacante, dùm ex actibus apparentibus in promptu in caſibus occurſis colligitur, quod ſede vacante Capitulum fecit electionem Vicarij Capitularis in poſſeſſorio, non obſtante priuilegio debet obtinere is, qui ſe fundat in poſſeſſione, ſeù quaſi, text. enim in cap. cum perſonæ, de priuil. in 6. ex quo colligitur, vt manuteneri debeat producens priuilegium, & allegans poſſeſſionem contra habentem iuris communis diſpoſitionem, intelligitur ſecundum Gemin. ibi in §. ſi verò, quatenus alius non poſſideat, & ibidem Anchar. ex intentione capi in 12. notab. facit tres caſus, primus quando quis allegat priuilegium, ſecundus, quando allegat ſolum præſcriptionem, tertius, quando adducit priuilegium, & allegat præſcriptionem, primo caſu manutenetur, quatenus eſſet in poſſeſſione, alias ſecus, & diſcurrit D. de Ponte in dec. 18. n. 12. & Capyc. latè in dec. 179. Couarr. pract. quæſt. cap. 17. immò ſecundum Innoc. in cap. cum veniſſent, in 4. col. verſ. item nota, quod licèt, de in integ. reſtit. cuius verba ſunt hæc; vndè ſi alius, quam Capitulum Eccleſiæ ſit in quaſi poſſeſſione eligendi, & petit confirmari ſuam electionem, ſuccumberet, quia contra ius eſt, ex quo videtur, quod tex in d. cap. cum perſonę obtinet locum, quando pendet iudicium ſuper petitorio, ita quod in iudicio etiam poſſeſſorio ordinario non poſſet obtinere is, qui haberet diſpoſitionem iuris communis contra ſe, & in promptu fuit producta ſcriptura, qualiter in anno 1572. contradicente Theſaurario dictus Nicolaus Carducius fuit electus Vicarius Capitularis ſede Priorali vacante, & licèt ex aduerſo dici poſſit, quod ſint verba enunciatiua, quę non probant, maximè abſente Theſaurario, & prolata à perſonis habẽtibus intereſſe, ſicuti etiã dicitur, quod in anno 1576. enunciatur, dictum Carducium Vicarium Capitularem, nàm ſimiliter ſunt verba enunciatiua. Nam reſpondetur, quod ex proceſſibus in promptu apparentibus agitatis in Curia Capellani Maioris introductis per viam appellationis conſtat, dictũ Carducium fuiſſe tunc temporis Vicarium, & Locumtenentem electum Sede vacante, qui erat Canonicus dictæ Eccleſiæ. Nec ſimilitèr obſtat ſcriptura præſentata per Procuratorem Vicarij Riſolæ, ex qua patet, poſt mortem vltimi Prioris de anno 1610. fuiſſe electum Theſaurarium à Capitulo, vt moris eſt, hæc enim electio plus nocet, quam prodeſt electo, ex eo quia ſi morem, ſiuè vſum, aut conſuetudinem attendimus in eligendo, conſtat, præcedentes electiones fuiſſe factas à Capitulo in alia perſona, quam Theſaurarij, cumq; in hac electione de anno 1620. viſum fuerit Capitulo eligere Theſaurarium, & ei tanquàm Locumtenenti virtute priuilegij addere ius Vicarij Capitularis vigore eius electionis, hoc ius Vicarij non capit electus à priuilegio, ſed à Capitulo, & ideò magis confirmat ius, & poſſeſſionem ipſius Capituli. Ex quibus omnibus reaſſumendo ſub paucis ius, & factum, quod cõtrouertitur, & poſito pro fundamento deciſionis, quod in anno 1572. Vicarius Capitularis exercuit officium per quinquennium continuum, patiente, & nõ contradicente Theſaurario, ex quo in tam longo tempore nullus actus contradictionis legitur, & hoc exercitium iuriſdictionis demonſtratur, nunc ex actis forenſibus, ſiuè iudicialibus nulla remanet dubitatio, quin Vicarius Capitularis, qui nunc reperitur in poſſeſſione ſit conſeruandus, tùm quia hæc poſſeſſio recens iuſtificatur ab antiqua anni 1572. & habet iuris aſſiſtentiam tanquam ex electione facta à Capitulo ſede vacante, tùm etiam, quia ſi agimus de poſſeſſorio ſummario, quod interim

vo-

vocant Hiſpani in hoc caſu, etiam quod non conſtatet de titulo, is conſeruandus eſt in poſſeſsione, qui docet de antiqua poſſeſsione, ex ſolemni, & famigerato conſil. Paul. de Caſtr. 3. volum. 2. & ex alijs recentioribus, quos cumulat, & ſequitur Anna conſ. 20. à n. 25. ad 40. Ex aduerſo autem pro parte Theſaurarij non producitur, niſi priuilegium, quod ex ſui lectura conſtat non eſſe clarum, ſed dubium, & ideo interpetratum, & declaratum ex poſſeſſione, prout omnia priuilegia declarantur, Bart. in conſ. 59. incip. commune Spoleti, & D. de Franc. dec. 59. n. 6. quo caſu actus poſitiui, ſiuè poſſeſſiui ſtant pro Capitulo cum aſſiſtētia iuris communis, & reſpectu ſcripturæ, in qua ſe fundat Theſaurarius, iam fuit replicatum, plus ſibi nocere, quod prodeſſe; & ideo omnino eſt terminus dandus in poſſeſſorio ſummario, ac interim conſeruandus in poſſeſſione Vicarius electus, Quibus addo, ipſam de iure ſpectare iuriſdictionem ad Vicarium Capitularem electū per Capitulū, vt moris eſt de iure ſeruari mortuo Epiſcopo Sede vacante, quæ fit per Canonicos, adeo quod poſtquam Capitulum Sede vacante tam in ſpiritualium, quā temporalium iuriſdictione ſuccedit, Franc. Marc. dec. 46. n. 3. tom. 2. Rota in nouiſſimis dec. 1. n. 23. p. 2. & eidem competat talis electio, de quo ſatis per Epiſcopum Ricc. deciſ. Archiep. 305. par. 4. vbi alios allegat, ſubſequitur, quod talis Vicarius dicitur Vicarius iuriſdictionis Epiſcopalis, idcirco nō poteſt expedire ea, quæ ſunt commiſſa Epiſcopo, vel eius Vicario, cum non ſit Vicarius Epiſcopi, idem Epiſcopus Ricc. dec. 38. aliàs 44. p. 1. Pro parte vero Theſaurarij eiuſdem Eccleſiæ Sancti Nicolai hæc ſequentia fuerunt in iure allegata per Præclariſſimum virum tunc Abbatem Paulum Caiaciam Canonicæ Cathedræ Almi ſtudij Neapolitani anteceſſorē, inde meritiſſimū Epiſcopū Arianēſem, quæ ſunt videlicèt. Ex his, quæ in facto proponuntur videtur ex ſequentibus fundamentis primo intuitu aſſerendum, Capitulum Regalis Eccleſiæ Sancti Nicolai optimum ius ſouere in electione Vicarij propter obitum q. Domini Prioris, ac Domini Theſaurarij Lamberti, ac proinde Vicarium ab eo electū, in eius eſſe poſſeſsione tuendum. Et primo Capitulum præfatum cenſetur habere iuris aſſiſtentiam, nam Sede vacante ſuccedit pleno iure Prælato in adminiſtratione tam ſpiritualium, quam temporalium, ac præſertim in conſtitutione Vicarij, cap. cum olim, & ibi Abb. Felin. & Doct. de maior. & obed. cap. is, qui, vbi gloſ. in ver. pro bono, eo. tit. Feder. de Senis in conſil. 30. & 40. Nauar. in conſil. 28. n. 2. de temp. ord. in antiquis, idque verum eſt non tantum in Eccleſijs Cathedralibus, ſed etiam in alijs inferioribus Collegiatis, ſecundum Abb. in d. c. is, qui, n. 3. ex Innoc. & alijs, meritò Vicarius ab ipſo Capitulo conſtitutus videtur præferendus. Secundò, prætenſio Capituli videtur ſuffulta ex actibus præcedentibus, nàm de anno 1576. aſſeritur electus Vicarius Nicolaus Maria Carducius, ac de menſe Octobris 1620. fuit electus præfatus Lambertus in obitu eiuſdem Domini Prioris Griſoni, meritò debet manuteneri, cum probet poſſeſsionem, nedùm de tempore motæ litis, quod ſufficeret, iuxtà text. in §. quorum, verſ. hodie, Inſt. de interd. Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor, n. 14. & 18. ff. vti poſſid. verùm etiam à pluribus retro annis. Tertiò, & vltimo, poſito, præfatum Dominum Theſaurarium cenſeri Vicarium conſtitutum ſede vacante, tamen non poterit abſq; ſpeciali mandato alium Vicarium conſtituere, ſiuè ſit Vicarius Epiſcopi, ſiuè Capituli, cap. Clericos, vbi Hoſt. in princ. Io. Andr. n. 5. Abb. n. 2. & alij communitèr de Offic. Vicar. Iacob. Sbroz. de Offic. Vicar. lib. 1. q. 15. num. 7. Veruntamen his, & alijs, quæ pro Capitulo, & eius vicario excogitari poſſent minimè refragantibus, cenſeo oppoſitum eſſe verius, & conſequenter Vicarium à Domino Theſaurario conſtitutum eſſe omninò præferendum, ac ab eodem Capitulo admittendum, & recipiēdum. Innitor autem in primis iuſtitia dicti Domini Theſaurarij, qui tam cępit poſſeſsionem ſui Theſoreratus vigore Regalis priuilegij verbis fundationis, ibi: Priore autem prædicto cedente, vel decedēte Theſaurarius ipſe locum Prioris teneat, quæ verba apertè inſinuant iuriſdictionis adminiſtrationem; poſtquam pauló inferiùs agitur de cuſtodia bonorum conſeruandorum pro ſucceſſore per eundem Theſaurarium, adhibitis duobus Canonicis illius Eccleſiæ, & ità fuit vſu hoc receptum, & declaratum ab eodem Capitulo, dùm ſeruata forma prædictæ fundationis de eodem anno 1620. acceptauit, & confirmauit in Locumtenentem dicti Prioris præfatum Lambertum Theſaurarium, vt liquet ex eadem ſcriptura producta ab ipſo Capitulo, eiuſq; aſſerto Vicario. His conſtitutis conſequitur in caſu propoſito, iuris aſſiſtētiam eſſe pro eadem Domino Theſaurario, nàm licèt regularitèr Capitulum ſuccedat in iuriſdictionis adminiſtratione ipſi Prælato, tamen hoc declaratur non procedere, dùm ex priuilegio, ſtatuto, vel fundatione Eccleſiæ ſede vacante adminiſtratio in ſpiritualibus, vel temporalibus non ad Capitulum, ſed ad perſonam priuatam pertineret, veluti ad Decanū, vel alium de Capitulo tàm Eccleſiæ Cathedralis, quam inferioris, tunc Capitulum non ſuccederet in iuriſdictione, ſed tantùm perſona deſignata, ſecundum Io. Andr. in cap. deliberatione, numer. 1. verſ. ab hoc etiam habens, & verſic. ex contrario, de offic. legat. in 6. quem ſequitur Gemin. ibi poſt numer. 6. verſ. & ex contrario, ac Oldr. in conſ. 227. Pauinus de offic. & poteſt. Capit. ſede vacant. p. 1. q. 9. n. 5. & Clarius q. 10. n. 16. 13. tom. tract. 2. p. & Quarant. in verbo capitulum ſede vacante p. 158. verſ. 4. limita, vbi ſubnectunt Io. And. & Gem. quod ſi hoc competeret ex fundatione, vel priuilegio antiquiori Canonico, vel alteri de Capitulo, nō tamen propter hoc fierent maiores alij de Capitulo, & ratio eadem, quæ ſuadet, Capitulum in iuriſdictione ſuccedere Prælato ſede vacante, obtinere cenſetur in caſu præſenti. Epiſcopus enim à Capitulo ſuſcipit iuriſdictionem, poteſtatemq; præcedente electione, ſaltim quoad initium actus, & attenta diſpoſitione iuris antiqui meritò decedente Prælato ad Capitulum reuertitur ipſa iuriſdictio, vt per Lambert. de iure patron. p. 1. lib. 1. q. 2. art. 9. n. 7. ità paritèr dùm Prior Eccleſiæ præfatæ ab ipſo

funda-

Digitized by Google

fundatore ſuſcepit iuriſdictionem, congruum eſt, vt ſeruata fundatoris voluntate ad eum deuolueretur, qui ab eodem fundatore fuit deſignatus, qui eſt ipſe Theſaurarius, & ex his ceſſat prima oppoſitio. Ceſſat quoquè altera, nam prima ſcriptura de anno 1576. non probat, electionem Vicarij factam fuiſſe à Capitulo, ſunt enim verba enunciatiua Notarij, qui aſſerit, quod conſtitutus quidam procurator Domini Pauli Oliuæ olim Prioris, coram Nicolao Maria Carducio Canonico, & Vicario dictæ Regalis Eccleſiæ, per Capitulum ipſum deputato, dum ſedes Prioralis vacabat, & coram alijs Canonicis apprehendit poſſeſſionẽ dicti Prioratus, per quæ verba aſſertiua, & narratiua tantum non probantur electio Vicariatus, nec exercitium iuriſdictionis, ex traditis à reſolutione 60. num. 5. Maſcard. lib. 1. eoquè fortiùs, quia Vicariatus dum negatur, eſt plenè probandus, vt per Maſcard. de probat. concl. 1412. n. 19. Sicut quoq; probanda erit adminiſtratio iuriſdictionis, v3. ex præcepto, cui ſubditi obedinerint, vt per Bald. in cap. 1. de maior. & obed. & per Afflict. deciſ. 265. n. 10. quia vbi eoactio, ibi iuriſdictio, l. cum, qui, ff. de iuriſd. omn. Iud. quinimmò nec ſufficeret ſola electio Officialium, ſed requiritur exercitium iuriſdictionis, Carol. Ruin. conſ. 2. n. 4. vol. 4. Corn. in conſ. 268. n. 19. in fin. vol. 4. & ex alijs congeſtis per Maſcard. concl. 947. n. 2. & 3. vol. 2. & quod de electione Capituli debeat conſtare de illius effectuatione, voluit Rota coram Domino Pamphilio in vna Pacenſ. portionis 19. Nouembris 1612. apud Farin. dec. 415. nu. 3. par. 2. tom. 1. nihil iſtorum fuit à Capitulo probatum. Secundò reſpondetur, quod in hoc inſtrumẽto non interuenit Theſaurarius, & ſic verba enunciatiua cum non probent contra tertium, iuxtà text. in l. optimam, C. de contrah. & committ. ſtipulat. & per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133. n. 21. cum ſeq. nec probant contra eundem Theſaurarium ſucceſſorem, qui dicitur tertius reſpectu ſui prædeceſſoris, ex adductis ex eadem reſol. 38. n. 6. & 7. lib. 1. Præterea vt probent enunciatiua, & in antiquis requiritur, quod ſint plurium inſtrumentorum, & quod procedant à perſonis nõ habẽtibus intereſſe, Aret. in cap. cauſam, col. 4. de probat. Achil. de Graſſ. deciſ. 7. n. 7. & deciſ. 8. n. 1. de iur. patron. ac fuit deciſum in vna Nouat. beneficij 5. Nouembr. 1586. coram Illuſtr. Pamphilio, vt refert Praxis Archiep. prædicta, cap. 100. n. 12. Cumq; ipſi Canonici in hoc maximum habuerint, & habeant intereſſe, aſſertioni prædicti inſtrumẽti non erit credendum. Nec obſtat altera ſcriptura, quia potius probat poſſeſſionem ipſius Domini Theſaurarij, ac ex ea declaratur quoq. præcedens, vt fuerit deputatus Vicarius, hoc eſt acceptatus, & cõfirmatus, ſicut dicitur in ſecunda ſcriptura, vel ſaltem verba eiuſdem primæ ſcripturæ redduntur dubia, & nõ clara, quo caſu nec probant contra ipſoſmet contrahentes, etiam in antiquis, vt per eundem Maſcard. concluſ. 106. vol. 1. Crauett. de antiquit. tempor. par. 1. §. ampliatur, n. 26. & conſequenter non eſt concedenda manutentio ipſi Capitulo, eiuſq; Vicario, tum quia nullam probauit poſſeſſionem, tum etiam ex quo hoc attentant contra formam fundationis. Nec ipſi Capitulo ſuffragabitur, quod mortuo ipſo Lambetto elegerit Vicarium, quia vacante Theſororia, non potuit fieri præiudicium Eccleſiæ, nec quæri poſſeſſio ipſi Capitulo, quia in iſtis incorporalibus vt poſſeſſio quæratur plura requiſita ſunt neceſſaria, & præ alijs bona fides, & patientia, & ſcientia poſſeſſoris, l. 2. C. de ſeruit. de qua Caldet. cõſil. 12. de iur. patron. quod conſ. ſeruat Rota, vt per Garſiam latè de benefic. par. 5. cap. 5. nu. 66. & 109. & tamen nec bona fides Capituli ſcientis fundationem, & actum immediatè præcedentem, nec patientia Theſaurarij figurari poteſt. Inſuper Eccleſia vacans dicitur poſſidere ciuiliter iura ſua, ob quam ciuilem poſſeſſionẽ nec poteſt dari poſſidenti naturaliter manutẽtio, Rota deciſ. 398. par. 1. diuerſ. in vna Pontis Arrigi, quinimmò interdictum vti poſſidetis, datur etiam poſſidenti ciuiliter contra poſſidẽtem naturaliter, vt fuit deciſum in eadem Rota dec. 42. apud Pett. Benint. n. 5. ac in vna Bonon. manutentionis coram Damaſceno, quæ eſt deciſio 366. num. 3. part. 1. tom. 1. in recollectis per Farinac. quando tamen iſta naturalis poſſeſſio eſt iniuſta reſpectu ciuiliter poſſidentis, vt fuit declaratum in eiſdem deciſionibus, eſſe autem iniuſtam hãc Capituli prætenſam poſſeſſionem nemo ambigit, dum vacante Theſororia de facto contra fundationem elegit Vicarium. Nec tandem obſtat tertium, nam reſpondetur primo, quod Theſaurarius non eſt Vicarius Capituli, ſed cenſetur eſſe vti Prior, quia eius locum tenet, nam ſi Prior eſt mortuus, non poteſt eſſe Vicarius mortui, ſicut dicimus de Capitulo, quod licet gerat vices Epiſcopi mortui, Innoc. in cap. eam te, n. 4. Abb. n. 14. & Dec. n. 35. verſic. ſucceſſiuè Abb. de reſcript. non tamen dicitur Vicarius Epiſcopi, ſed par Epiſcopo, ex latiſſimè adductis per Iacob. Sbroz. de offic. Vic. lib. 1. q. 15. n. 1. & 4. Quaranta vbi ſup. verſ. vlterius. Nec obſtat, quod ſede vacante cenſeatur Capitulum gerere vices Epiſcopi, quia præfatæ doctrinæ declarantur, quod vices Epiſcopi ſuppleant, vt explicat gloſ. in cap. ſi Epiſcopus, in verbo ſed Capitulum, de ſuppl. neglig. Prælat. in 6. & Sbroz. vbi ſup. ità pariter dicimus de hoc Theſaurario, qui tenet locum Prioris, hoc eſt ſupplere vices Prioris. Idemq; probatur ratione euidenti, ſtatuit enim fundator, quod Sede vacante nõ ſuccedat Capitulum in iuriſdictione, ſed Theſaurarius, ſi enim Theſaurarius non poſſet conſtituere Vicarium, ſequeretur, quod ſi eſſet abſens Capitulum, eſſet ſine capite, ac ſine eo, qui ius redderet, & adminiſtraret his Canonicis, quod eſſet maximum abſurdũ, ergò ex intentione fundatoris videtur conceſſum, quod poſſit conſtituere Vicarium. Vltimo poſito, hunc Dominũ Theſaurarium eſſe Vicarium, quod tamen apertè negatur, adhuc in caſu præſenti poſſet alium conſtituere Vicarium, quia ex magna cauſa, ac breui tempore Vicarius tàm Epiſcopi, quam Capituli poteſt aliom Vicarium conſtituere, ſi fraus ceſſet, ità Hoſtienſ. in d. cap. Clericos, & ibi Io. Andr. num. 5. & 7. Quarant. in ver. Capitulum, q. 10. n. 10. ac Prouincial. Neap. Eccleſ. cap. 86. n. 13. poſt Pauinum, quem Quaranta allegat, eoq; magis quia iſte, de quo agitur habet poteſtatem à Principe,

Inuaſor Regni dici an poſſit, vt tanquam hoſtis publicus puniri debeat is, qui cũ captus fuiſſet à Turcis, ibiq; fidem Chriſtianam abnegando ſimul cum eiſdem Turcis in Vaxellis per loca Regni comeando, & loquela Chriſtiana vtẽdo, homines Regni ſub diuerſis coloribus à Turcis capi permiſerit, vt illos captiuos trãſportaret ad loca inimicorum, vt ibi venundarentur, accidit hoc in perſonam Viti de Chriſtophano capti olim à Turcis, qui fidem Chriſtianam abnegauit, & indè nuncupatus Ramadà Barbaroſſa, qui pluries cum Vaxellis Turcarum per varia loca Regni comeando Chriſtianos incautos ſub varijs coloribus in poſſe Turcarum peruenire fecerat, vt captiui detenti, in ſeruitutem redigerentur, & venundarentur, & cum demum ad litus maris Calabriæ acceſſiſſet cũ Vaxello Turcarũ, & ſub colore auxilij præſtandi Vaxello, nè demergeretur nonnullos homines ibi exiſtentes conuocauerat, qui cũ verſus illius acceſſiſſent in certo numero, ipſis viſis à Turcis ſiſtentibus in Vaxello putantibus cõtra eos aduenire, arrepto Vaxello aufugerunt relicto ipſo Vito in littore, qui dubitans de aliquo damno inferendo per ipſos inimicos, itèr arripuit verſus Romanam Vrbem, ibi abnegando fidem Maumethanam, ſe cum Eccleſia recõciliauit, à qua abſolutionem ab apoſtaſia obtinuit, & indè ſe Neapolim contulit, vbi cognitus ab Internuntio, captus fuit, & carceratus, compilatoq; proceſſu contra eum de prædictis, hęſitari contingit in M.C. qua pœna afficiendus erat, poſtquam ob apoſtaſiam puniri non poterat, ex diſpoſitione Conſtit. Apoſtatãics, pro qua pœna mortis inflicta eſt, Farinac. de hęret. q. 183. n. 34. ſtante reconciliatione cum Eccleſia habita, vt ibidem proſequitur Farinac. nu. 14. & ſeq. Licet autem pro crimine plagiatus teneri videretur, quemadmodum in fortiori caſu diſpoſitum eſt de iure contra emẽtes ſcienter liberum hominem, vt capitali plecteretur pęna, ad tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. de plagiar. & l. 1. & fin. C. eod. Multò fortiùs quando liberos homines abduxerit violentèr, & in poſſe inimicorum tranſducendo vendiderit, vt erat in præmiſſo facto, qui addito auxilio Turcarum violentèr loca Regni aggrediendo ea perpatrauerit, vndè contigit difficultari in eadem Magna Curia pro prædictis, qualitèr nuncupari debuerat, & prout percepi à Domino Thoma Brandolino acerrimo Fiſci patrono eiuſdem M.C. qui mihi retulit ipſum fuiſſe inuaſorem Regni, & vti inuaſor puniri debuerat, quod quidem videbatur eſſe iuri cõſentaneum, eo quia inuaſor dicitur qui per violentiam in poſſeſſione, vt & is, qui aliena occupat, ità Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 364. & hoc in particularibus rebus, multò fortius in publicis actionibus, quia tales inuaſores æquiparantur proditoribus, vt in Conſtit. Priuilegia, vbi Affl. num. 1. notat, quod proditor quandocunq; capitur pro inuaſore iudicatur, & cũ proditor dicatur hoſtis publicus, vt inquit Andr. in Conſt. Pœna carere, & amplius, quia cum Turcis commercium habebat, & iſti Turcę ſunt hoſtes Chriſtianorum, Affl. in Conſtit. Comes, & Baro, n. 67. non mirum ſi hoſtis Principis dicatur reus læſę Maieſtatis, Farinac. conſ. 113. n. 4. quia contra Principem, & Rempublicam animantur, l. fin. ff. ad leg. Iul. Maeſt. Andr. in Conſt. Pœnam eorũ, verſ. ſic remittitur, & ob talem inuaſionem Regni factam à Coradino fuit à Carolo Primo præuia ſententia decapitatus in foro magno, vt refert Camill. Salern. ad Conſuet. Neap. Et ſi teſtator, in apoſt. incip. dicit Napod. fol. 177. Et his cõueniunt tradita per Io. de Terra Rubea in ſuo vtili tract. contra rebelles, art. 2. in 3. concl. fol. 41. à ter. ſic dicentem. Tertia concluſio, quod dilapidator Regni, & depopulator Villarum, & Caſtrorum Regiorum occupator eſt Regis, & Regni hoſtis, vt ibi per multas rationes hoc probare nititur, & quia Rex eſt Dominus perſonarum in Regno, vt in Conſt. Quia frequenter, nu. 17. dum eius ſubditi ſic offenduntur, fit iniuria Regi, quẽadmodum ex prouerbio deſumptum eſt, honoratur canis reſpectu domini, Afflict. in Conſt. Obſeruent, ſub n. 2. vbi conſimilia allegat. Adeò quod cum pro tali crimine læſæ Maieſtatis ſit ſtatuta pœna mortis, vt refert Iul. Clar. in §. læſæ Maieſtatis, nu. 8. Farinac. de crim. læſæ Maieſt. quæſt. 116. num. 1. Et propterea fuit ſequens decretum interpoſitum per Magn. Cur. Vicariæ. Io cauſa Regij Fiſci cum Vito de Criſtophano alias Romadà Barbaroſſa inquiſito de inuaſione Ciuitatis Nicoteræ, Cerellæ, Maioranæ, & Tottonæ Caſalis dictæ Cerellæ, Ponſæ, Procidæ, incendio, & furtis, vt in banca Anaſtaſij. Die 1. Decembris 1642. Neap. facto verbo per M.C.V. delegatam, prouiſum, & decretum eſt, quod prædictus Vitus, vt ſuprà inquiſitus pro cauſa prædicta ducatur ſupra currum ad forum magnũ in loco præparati ſupplicij ignitarum forbicum punitura eum vexando, & ibi tanquam proditor pede ſuſpenſo furcis laqueo moriatur, & ante executionem ſententiæ tanquam cadauer torqueatur ad ſciendum complices, & alias qualitates, poſteà verò eius cadauer in fruſtra diuidatur ad aliorum exemplum, hoc ſuum, &c. Thomas Locterius, Moles. Io. Vrraca Velaſco, Belprado. Alexander Grimaldus Scriba cauſæ.

Inuentarium factum à minore non citatis creditoribus cũ quibus litigabat, an iure ſubſiſtet, & verum eſt, quod minor inuentarium conficere tenetur, ex multis probat Roland. de inuent. par. 1. q. 5. cum alijs relatis à Baldaſſ. Thomaſ. in ſuis varijs tract. in tract. 7. tit. 7. qui tenet. fac. inuent. nu. 9. & conſequenter creditores maximè certos citare, cum ſit hoc de iure neceſſariũ requiſitum, latius Roland. eod. tract. cap. 8. n. 13. Et propterea cum hoc fuerit omiſſum, redditur nullum, & inutile, ex regula vulgata, quod omiſſum pro omiſſo habetur, Torniol. conſil. 106. nu. 6. Nihilominus quia minor, ſeù pupillus ſi ſolemnitates omiſerit, conſequetur remedium reſtitutionis in integrum, ità Montic. d. tract. n. auth. n. 205. & in Antephan. n. 97. vna cum alijs relatis ab eodem Baldaſſ. Thomaſ. loco citato n. 10. ai ſuffragante remedio prædicto poterit inuentarium de nouo confici. Reperi ſubſcriptam apoſtillam ſcriptam manu Regij Conſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris in quodam libro penès me exiſtente, ſic dicentem. In cauſa hæredum Loffredi Tafuræ cum hæredibus q. Marci, & aliorum de Alagno. *Va con li proceſſi*

deſſi

Delli creditori di Marco di Alagno. Burrello Actuario. Fù deciſo, che Camilla d'Alagna mentre era minore fu fatto l'inuentario, & non erano intimati li creditori certi, con li quali ſi litigaua, & perche era minore, non ſi hebbe raggione, nec ille, certum eſt, quod curator tenetur conficere nomine pupilli inuentarium, cui omiſſio illius nõ præiudicat, Duran. dec. Rom. 165. n. 2. p. 1.

Inuentarium factum ab hærede bonorum exiſtẽtium extra Regnum, prætermiſſis bonis exiſtẽtibus in Regno, pro quibus nullum factum apparebat, an ſuffragetur hæredi aduerſus ſententiam contra ipſum latam ad inſtantiam creditoris Regni, cum igitur fuiſſet prolata ſententia in fauorem Proſperi Tuttauillæ contra Ill. Principem Gallicani, hæredem q. Martij Columnæ patris pro duc. 1466. 4. 7. capitalis, & aliis annuis duc. 110. 3. 15. debitis vigore inſtrumenti Regio aſſenſu roborati, fuit oppoſita exceptio diſcuſſionis inuentarij, & productum quodam inuentarium cõfectum Romæ, aduerſus quod replicabatur, eſſe cartulam, & de eo nullam rationem habendã, propter quod fuit prouiſum, quod infra quatuor dies produceret inuentarium, & ſolemnia, & poſtmodum per aliud decretum fuit dictum, quod in biduo exhibeat inuentarium confectum bonorum exiſtentium in præſenti Regno, alias prouidebitur, quod ſententia Sac. Conſ. debitæ executioni demandetur ſuper bonis exiſtentibus in præſenti Regno, & licet de hoc grauatus Dux Zagarolæ, ac Princeps Gallicani, & obtinuiſſet verbum fieri in S. C. in quo facta relatione die 6. Februarij 1619. fuit dictum bene prouiſum, cuius vigore fuit præſentatum quodam inuentarium, ſeu repertorium bonorum remanſorum in Palatio Neap. poſt mortem dicti Martij confectum per actum publicum per Notarium N. & hoc non obſtante fuit prouiſum per Cõmiſſarium cauſæ, vt expedirentur literæ executoriales, de quo grauatus Dux aſſerendo, præſentaſſe inuentarium Neap. factum, quamuis neceſſarium non fuiſſet, quia ſufficiens erat illud Romæ factum, fuit per idem S. C. die 28. Maij 1619. deciſum, quod exhiberetur prothocollũ dicti Notarij, & præfatus Dux procuraret infra quatuor dies, quãquam ipſe Dux ſe tueretur ex tribus rationibus aduerſus ipſum creditorem, & alios. Primò, quia bona poſt mortem patris ad eum ſpectabant vigore fideicommiſſi Cardin. Columnæ, Oritiæ Columnæ, & Pyrri, Franciſci, Victoriæ, ac Marci Antonij Columnæ. Secundò ſe tuebatur ex inuentario confecto Romæ ſuper aditione hæreditatis q. Martij, cum proteſtatione ſolita, ſcilicet cum beneficio legis, & inuentarij legitimè facti; & ſufficiens erat, dum maior pars bonorum erat Romæ, vbi inuentariũ eo loco fieri debuerat, ex text. in l. vnic. C. vbi de hæred. agat. notat Monticul. de inuent. c. 8. n. 32. & ſequitur n. 33. quid ſi hæreditas ſit in diuerſis locis diſperſa, an plura inuentaria fieri debeant, concludit ex Odoffr. ſatis eſſe, vt vnicum conficiatur inuentarium, aſſequitur Phanuc. eod. tract. part. 3. nu. 75. Tertiò, quoad maiorem cautelam aliud procurauerat fieri inuẽtarium Neap. ſicuti in effectu per actum publicum Notarii fuit confectum, & præſentatum, abundans cautela non nocet, l. teſtamentum, C. de teſtam. cum alijs apud Barboſ. Princ. iuris lit. A. nu. 6. Sed prædictis replicabatur, & primò, quatenus prætendiſſet, bona ad ipſum ſpectare, vti fideicommiſſo ſuppoſita, adhuc inuentariũ, vel ſaltim deſcriptionem bonorum facere, vt tradit Monticul. d. tract. cap. 5. n. 8. Phanuc. eod. tract. par. 2. nu. 51. Roland. eod. tract. par. 3. q. 20. fol. 19. Ad ſecundum replicabatur, tunc fuiſſe inuentarium ſufficiens, quando omnia bona fuiſſent deſcripta, licet in diuerſis locis ſeparata, vt ſenſerunt Monticul. & Phanuc. vbi ſup. adeoq; cum in d. inuentario Romæ confecto non omnia bona deſcripta erant, neq; in alio inuentario confecto Neap. ideò omnia corruerunt, præſuppoſito, ꝙ de iure inuẽtarium debet continere omnia bona hæreditaria defuncti, tã infra, quàm extrà Regnum, vndè datur annus pro bonis extra ſitis, l. fin. §. ſin autem, C. de iure delib. Phan. d. par. 3. nũ. 75. & ideo in citato inuentario Romæ facto debebant deſcribi bona in Regno exiſtentia, quod nunquam fuit ſubſequutum, & licèt procuraſſet aliud fieri Neap. tamen vltra ſuſpitionem falſitatis non omnia bona fuerunt deſcripta, & ideò verè inuentarium non dicebatur, Natta conſ. 214. num. 16. verſ. item D. Ioannes, vol. 1. vbi etiam nu. 15. ad rem tradit, alioquin creditores remanerent defraudati reſpectu bonorum in præſenti Regno exiſtentium, quæ non fuerunt in eo deſcripta. Præterea ex alio inuentarium prædictum prodeſſe non poterat quoad creditores huius Regni, nam reſpectu abſentium requiruntur tres alij teſtes in inuentarij confectione, §. ſi verò adſunt, auth. de hæred. & falc. Bald. in l. fin. §. cũ igitur, nu. 19. in fine, C. de iur. delib. Phanuc. d. par. 3. n. 74. dicens, in totum quinque teſtes requiri, duos pro rogitu inuentarij, & alios tres probos viros, bonæ conditionis, & famæ, homines locupletes loco abſentium, quod nec etiam ſeruatum fuit, idcircò extra Vrbem prodeſſe non poteſt. Ad tertium replicabatur, quod inuentarium factum Neapol. erat ſuſpectum de falſitate, dum Notarius, qui illud confecerat, fuerat de falſo inquiſitus, & citatus, & poſteà captus, & tortus, fuit condemnatus ad triremes, vbi alias commiſit falſitates, vt ex fide percipiebatur. Et deniq; hæc omnia conualidabantur ex deciſione conſimili facta contra eundem conuentum, dum fuiſſet condemnatus vti hæres ſui patris ad ſoluendum ducat. 1800. & per eum oppoſita exceptio diſcuſſionis inuentarij, licèt replicatum per actorem, tale inuentarium fuiſſe confectum in Vrbe Romana, & debebat confici Neap. auditis creditoribus, ideò nil prodeſſet, & ita per S. C. deciſum ad relationem Regij tunc Conſiliarij Scipionis Rouiti, & in cauſa Ill. Principiſſæ Hoſtiliani cũ eodem Ill. Duce pro penſione domus, quod ſẽtentia S. C. lata debitæ executioni demandetur pro ſumma duc. 1500. allegata diſcuſſione inuentarij non obſtante, quocirca in cauſa prædicta facto verbo in eodem S. C. per Reg. Conſil. Io. Baptiſtam Meliorem die 10. Iulij 1619. fuit deciſum, quod ſententia S. C. debitæ executioni demandetur, nulla habita ratione allegati inuentarij per Notarium Andrçam de Antonio ſaluis iuribus, ſi quæ fortè competunt Duci Zagarolæ ex cauſa inuentarij per eum confecti in

alma Vrbe, vt ex actis in Bẽca Figliolæ, quamquam fuiſſet obtentum, vt iunctis aulis decideretur de nouo articulus prædictus validitatis, vel inualiditatis inuentarij, adhuc pendet deciſio.

Iocalia miſſa per virum vxori adhoc vt cenſeantur donata, vel non, debent prius annotari, recognoſci, & æſtimari, poſtquam ſi eſſent magnæ æſtimationis in dubio non cenſentur donata, vt ex Surd. dec. 166. num. 17 probat Ripol. var. reſol. cap. 10. nu. 73. ſubdens, quod adhoc quod ſint iocalia magni valoris eſt qualitas, propter quã locus ſit repetitioni eorum, & debet qualitas probari, vt ibi Surd. n. 30. quem ibi Ripol. n. 74. citat, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. glo. 3. par 6. num. 74. Honded. conſ. 30. vol. 2. n. 14. & ſeq. Ferret. in Conſt. Hac noſtra 3. tempore declar. t. nu. 37. latiſſimè Franciſc. Hieron. Leo deciſ. Valent. 36. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 38. nu. 21. Quoritca circumſcripta altercatione prædicta, an donata cenſeantur, vel non, de quo latiſſimè ibi Ripol. agit n. 408. Cancer. var. reſol. tom. 1. cap. 9. n. 192. & ſeq. Fontan. vbi ſup. nu. 66. & ſeq. debent tamen pendẽte lite deſcribi, annotari, & eorum identitas probari, & ita fuit deciſum per S.C. in cauſa Ill. D. Iuliæ de Gõzagha cum Ill. Iſabella Columna ſuper declarationibus petitis tàm in cauſa conuentionis, quàm in cauſa reconuentionis, ac examinatione teſtium, & diſſequeſtratione iocalium, & alijs hinc inde petitis, prout latius in actis. Die 8. Iunij 1536. Neapol. Viſis, & percũctatis actis per Excell. & Magnif. V.I.D. D. Io. de Figueroa Regentem Regiam Cancell. Io. Martialem, & Galeoctum Fonſecã Regios Conſiliarios, & in dicta cauſa Commiſſarios, & Iudices ſpecialitèr deputatos per Sac. Cæſar. & Cath. Maieſtatem, viſis comparitionibus, & oppoſitionibus hinc indè factis, viſa declaratione vltimo loco facta pro parte dictæ Ill. D. Iuliæ, viſis deniq; videndis, &c. & auditis Aduocatis dictarum partium fuit prouiſum paritèr, atq; decretum, quod dicta Ill. D. Iulia non teneatur ad aliam declarationem, ex quo videtur ſufficientèr facta declaratio, & propterea procedatur in cauſa ad actus incumbenter, & ad examinationem teſtium ipſius Ill. D. Iuliæ, quo verò ad iocalia exiſtentia in poſſe Magnifici Andreę de Laudato eſt prouiſum, ꝙ ducantur ad præſentem Ciuitatem Neap. benè, & cautè conducenda, ſuper quorum identitate teſtibus ſuper eis examinatis, & facta ſufficienti ipſorum deſcriptione, & annotatione per Magiſtrum Actorum cauſæ, reſtituantur prædictæ Ill. Iſabellæ cum idonea cautione de conſeruando, & exhibendo, & conſignando, ſi & quemadmodum, & quoties in cauſa opus fuerit quoad locorum nominationem, & dilationem, habita ratione ad eorum diſtantiam aſſignandam, pro Ciuitate Fundorum aſſignãdus eſt terminus dierum triginta trium ſecundum formam Regiæ Pragmaticæ, & quoad nominationem factam Terrarum exiſtentium in Prouincia Lombardiæ aſſignandus eſt terminus menſium trium cum reſeruatione, quod ſi cauſa prætenſorum alimentorum petitorum fuerit inſtructa, talitèr quod expediri poſſit, procedetur ad ipſius expeditionem, ſi, & prout iuris fuerit, & quod nihilominus admittatur, prout præſenti decreto admittitur reconuentio facta per dictam Ill. Iſabellam, & in eadem cauſa procedatur oppoſitis non obſtantibus: Verũ quod per eandem cauſam reconuentionis non impediatur expeditio cauſarum conuentionis, maximè prædictorum alimentorum prætextu proceſſus faciendi in dicta cauſa reconuentionis, ità quod vnaquaq; cauſa expediatur, prout iuris fuerit, ſecundum eius naturam, & quod in cauſa eadem reconuentionis detur, prout præſenti decreto datur terminus iuris ad probãdum incumbentia, hoc eorum, &c. Figueroa Regens, Io. Martialis, Galeoctus Fonſeca. Die 10. intimatus, vt percepi ex quibuſdam manuſcriptis penès me exiſtentibus.

Iudex an poſſit ſeorſum iudicare contra reum de pluribus delictis inquiſitum, hoc eſt de vno crimine ſeorſum ab alio, deciſum fuit affirmatiuè, & comprobatum per S.C. refert D. Regens Sanfel. dec. 158. n. 8.

Iudex ſæcularis an poſſit procedere in cauſa bonorum alicuius Religioſi pendente articulo in Rota Romana, ſi iuſtè, vel obreptitiè fuerit ei conceſſa facultas ingrediendi de vna Religione ad alteram, in qua bona licet retinere, vel expectanda ſit deciſio Iudicis Eccleſiaſtici, licèt in prima inſtantia fuerit deciſum per S.C. affirmatiuè, tamen in cauſa reclamationis iudicatum fuit, eſſe ſuperſedendum, donec fuerit cauſa deciſa in Curia Romana, D. Reg. Sanſel. dec. 1 t.

Iudex ſi ſit in manibus aduerſarii in alia ſua cauſa, quippequi in alia cauſa eſt Iudex, an ſit recuſandus, vt ex hac cauſa iuſta videatur, deciſũ fuit per Coll. Conſil. affirmatiuè D. Reg. Sanſel. dec. 81.

Iudex an poſſit allegari ſuſpectus per Vniuerſitatem ex cauſa inimicitiæ, fuit deciſum negatiuè, Reg. Sanſel. dec. 82.

Iudex, qui cognationem ſpiritualem contraxerit cum filio alicuius, qui litem coram eo habebat, an poterit recuſari, eo quia diuerſa erat perſona filii, & diuerſa perſona patris, deciſum fuit per Collat. Conſ. affirmatiuè, vt refert D. Reg. Sanſel. dec. 83.

Iudex recuſari vti ſuſpectus an poſſit rõne cognationis ſpiritualis, ſeù carnalis, ſi in pari gradu ſit vtriq; parti coniũctus, licet concludatur negatiuè, tamen ſi maior affectio concurreret magis vni, quam alteri, ſecus eſſet, & ità iudicatum per S.C. refert D. Reg. Sanſel. dec. 83. n. 22.

Iudex recuſari an poſſit ob grauamen in alia cauſa illatum, deciſum fuit per Coll. Conſ. affirmatiuè, D. Reg. Sanſel. dec. 86.

Iudex an poſſit ex cauſa prohibere alicui diſpoſitionẽ, alienationem, & obligationem bonorũ antiquorum, tàm in vita, quàm in morte, ne fiat præiudicium ſucceſſoribus in illis cũ clauſula, vt ſuccedant, non vti hæredes, ſed authoritate ipſius Iudicantis, videbatur dicẽdum, quod nõ, quia extat regula generalis, quod quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, ad text. in l. in re mandata, C. mand. & diſponendi de ſuis bonis poteſtatem auferre dicitur iniquum, & abſurdum, Honded. conſ. 16. n. 20. vol. 2. hinc Iudex ſine cauſa non poteſt alicui prohibere bonorũ alienationem, ſed cum eius conſenſu videtur

poſſe

poſſe, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 30. n. 42. & 43. Ex aduerſo autẽ dicebatur, ꝙ publicè intereſt, neminem ſuis rebus abuti, ad text. in §. ſed & maior, Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Non mirum ſi iudex, qui imperium habet in homines ſuæ Prouinciæ, Anchar. lib. 3. q. 7. n. 20. & ſucceſſiuè Iudex ordinarius in toto ſuo territorio poteſt dicere ius, Afſl. in Conſtitut. Edictorum, n. 8. adhuc Iudex velut pater eſſe debet, glo. in §. interim, ver. Iudex, auth. de defenſor. Vndè quemadmodum paternum ſit officium, res filij tueri, Aſcan. Clemen. de pat. pot. effect. 12. n. 1. ità pariter & Iudex tenetur legis præceptum tueri, nè bona dilapidentur. Cum ad ipſũ ſpectet futurorum cautela, ad text. in l. pro ſocio, ff. pro ſocio, hoc eſt ſeruare commoda ſubiectorum, & obuiare malitijs, & fraudibus hominum, Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. des enfans de plus ieurs licts, §. 4. verſic. ſi par le pere, n. 9. & facere debet quod non ſit partibus onероſum, gloſ. fin. in l. 1. ff. ſi quis caut. Idcò ex cauſa poteſt Iudex inhibere alicui, nè rem ſuam vendat, Specul. tit. de reſcind. vend. n. 28. Similitèr pater ſi diſſipet bona, poteſt illum Iudex ad requiſitionem filij cogere, vt filio legitimam aſſignet, vel ſaltem tot bona, ex quibus filius alimenta percipere poſſit, Aſcan. Clem. de tract. effect. 16. n. 61. pariterq; Iudex videns diſſipare aliquem bona, prohibere, & interdicere poteſt, nè cum eo contrahatur, Annæ alleg. 25. num. 9. Immò etiam ſi fuiſſet facta diſpoſitio in perniciem pupillorum, adhuc Iudex ſequi debet vtilitatem liberorum, & non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum, Moutan. de tutelis cap. 37. n. 144. vbi n. 3. firmat, quòd Iudex potiùs ſequi debet pupillorum, vel minorum vtilitatẽ, quam legis, aut hominis iudicium, & Iudex pupillorum vtilitatem potius ſequi debet, quam præceptum teſtatoris, Griuell. dec. 102. n. 4. Sed ... iuſta cauſa ſuadente, Grammat. deciſ. 7. n. 5. Quocirca in cauſa Thomæ Ruſſi, in cuius beneficium prolata fuerat ſententia, eum admittendo ad ſucceſſionem ſuorum proximorum, fuit prolata ſententia de qua ſupra in verbo filius, in qua etiam leguntur hæc formalia verba, v3. Et inſuper conſiderata qualitate perſonæ ipſius Thomaſij Ruſſi, & ex alijs etiam cauſis mentem dicti Sacri Conſilij mouentibus pronunciamus, & declaramus, & per præſentes prouidemus, pariterq; decernimus, quod dictus Thomaſius Ruſſus non poſſit, neq; valeat dicta bona alienare, nec obligare, nec aliter de eis diſponere, quouis modo in vita, nec in morte, ſed dumtaxat de fructibus, ita quod poſt eius mortem integra ipſa bona perueniant, & peruenire debeant ad eius filios legitimos, & naturales non tanquam hæredes, ſed vt filios virtute, & authoritate huius noſtræ ſententiæ, & decreti, ſi vero filios prædictos non habuerit, dicta omnia bona perueniant ad eius legitimos ſucceſſores, ſimilitèr non vt hæredes, ſed virtute, & authoritate huius noſtræ ſententiæ, & decreti, in tantum, quod in dictis bonis, vt ſuprà non poſſit aliquo modo exequi virtute cuiuſcunq; obligationis, promiſſionis, alienationis, vel donationis forte factæ, vel in poſterum faciendæ per dictum Thomaſium, niſi alitèr per dictum S.C. fuerit prouiſum, Neutram, &c. Nicolaus Maiorana, in Banca Antonelli Falangoni.

Iudex, qui tenetur ex forma ſtatuti cauſas expedire cum conſilio Cõſultoris, erit intelligendum, ſi hoc fuerit à parte petitum, vt fuit iudicatum per M.C.V. in anno 1628. ad relationem Iudicis Aloyſij Corcioni, in cauſa Angeli Peſcetani cũ Iulio Magno, & alijs, in Banca Seraphini, reſtatur Io. Maria Nouar. in tract. de datione in ſolutum, quæſt. 15. num. 23. in poſtrema editione.

Iudex delegatus à Principe in cauſa contra aliquẽ inquiſitum, an poſſit ad inſtantiam tertij venientis ad cauſam cognoſcere pro eiuſdem tertii intereſſe de aliquo acceſſorio, vel connexo, exemplo oſtenditur in caſu occurſo, elapſis annis poitiſſimum in cauſa Cler. Marci Antonii Condò inquiſiti de homicidio, quæ cum fuiſſet per Ill. Proregem commiſſa quibuſdam Iudicibus delegatis, comparuit Reuer. Epiſcopus Licienſis coram eis expoſtulando, nedum remiſſionẽ cauſam illius, ſed etiam repoſitionẽ ad Eccleſiam, à qua fuerat violẽtèr extractus, & licet fuiſſet terminus impartitus ſuper repoſitione notificatus Procuratori eiuſdẽ Epiſcopi, qui replicauerat, vt declararetur, quod terminus currere debuiſſet ſuper remiſſione, cum nõ potuerat dari ſuper vtroq; & donec non fuerit facta talis declaratio terminus currere non debuerat, ſuper qua replicatione nulla facta prouiſione, elapſo dicto termino fuit facta monitio ſuper remiſſione, & repoſitione, vndè dicebatur ex parte ipſius Epiſcopi, qualitèr ipſi Iudices non potuerant procedere, quia fuerant delegati in cauſa principali dicti Clerici, & non in articulo remiſſionis petitæ per eum, ſiequè habito recurſu ad Excell. Proregem, vt ſibi Iudicem daret, & amplius, quia prouidendum erat ſuper dicta comparitione à quo fuit ordinatum, quod Spectab. Reg. Henriquez relationem faceret in Collat. Conſilio, qua facta fuit prouiſum, vt Reg. Conſ. Brancia relationem faceret, vndè pro eius defenſione dicendum videbatur, quod cum ipſa iuriſdictio delegata deroget ordinariæ, idcò reſtringenda, Marant. in ſpecul. par. 4. diſtinct. 5. n. 38. vbi in antecedenti num. 30. dixerat, ex quo iuriſdictio delegata eſt odioſa, & ordinaria, fauorabilis, nõ mirum ſuccedit regula text. in cap. odia ſunt reſtringenda, & fauores ampliandi, de regul. iur. in 6. latè Giphan. de reg. iur. lib. 1. cap. 10. col. 7. Sed peracta relatione per eundem tunc Reg. Conſil. Ferdinandum Brancia in Collat. Conſil. fuit decretum, vt procederetur coram Dominis delegatis ad vlteriora, & interpoſita reclamatione fuit dictum, benè iudicatum, vt ex actis inquiſitionis dicti Clerici in archiuio, quæ ſiquidem deciſio de iure comprobatur ex eo, quia delegata cauſa principali, cenſetur etiam delegata cauſa acceſſoria, & connexa, ex Abb. in cap. vt debitus, col. 9. verſ. in glo. pen. de appellat, vbi Philip. verſ. ſed dubitatur, per tex in cap. prudentiam, de offic. deleg. quos probat Marant. d. ſpec. ead. p. 4. diſt. 6. n. 31.

Iudex ſæcularis an poſſit procedere ex eodem proceſſu coram Iudice Eccleſiaſtico compilato contra reum inquiſitum, & degradatum pro aliquo graui delicto, & Curiæ ſæculari traditũ,

vel procedere de nouo, repetendo teſtes, & alia peragere, deciſum fuit, ex eiſdem actis procedere debere ſolum citatione ad dicendum opus eſſe, vt refert D. Reg. Sanfelic. deciſ. 139. à nu. 1. ad 3.

Iudex ſæcularis in cauſa ſibi remiſſa à Iudice Eccleſiaſtico de reo degradato an poſſit ſupplere defectus proceſſus compilati in Curia Eccleſiaſtica, nempè teſtes repetere, dare terminum aduerſus confeſſionem, & ſimilia, deciſum fuit affirmatiuè in caſibus relatis à D. Reg. Sanfel. dec. 139. n. 4.

Iudex an, & quando poſſit reum condemnare ad pœnam, & ad intereſſe partis reum inquiſitum de aliquo delicto, ob quod intereſſe vrgeret, citra dubium, quando reus condemnatur criminaliter, vtiq; id facere poſſet, ſecus ſi pro cauſa criminali abſolueretur, hoc tamen intelligendũ erit, quando pœna ordinaria puniretur, ſed quando extraordinariè puniretur dubitari contingit in caſu iam occurſo, & licet per M.C. fuiſſet pronunciatum contra reum, vt ad intereſſe condemnaretur, tamen in cauſa appellationis fuit contrarium deciſum quoad intereſſe, ſed quoad pœnam confirmatum decretum ipſius M.C. nã fuit qualitas adulterij ſufficienter probata ad excluſionem intereſſe, non tamẽ ad impunitatem, ità D. Reg. Sanfelic. in deciſ. 226.

Iudex competens in materia blaſphemiæ hæreticalis eſt Iudex Eccleſiaſticus, & ità in contingenti caſu obſeruatum fuiſſe teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 212.

Iudex ſæcularis eſt competens contra concubinarios quoad pœnas temporales, Iudex verò Eccleſiaſticus quoad cenſuras, & ità concluditur per D. Reg. Sanfelic. in deciſ. 245. & ſic fuerunt expeditæ prouiſiones per Reg. Collat. Conſ. vt ibi refertur.

Iudex ſæcularis an ſit competens, ſi fuerit oppoſita falſitas Bullarum aduerſus reum Bullas præſentantẽ, deciſum fuit affirmatiuè D. Reg. Sanfelic. dec. 260.

Iudex ſæcularis an teneatur brachium impartiri ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, per quam condemnatus fuerat vir ob diuortium factum ad reſtitutionem dotium, vna cum intereſſe, dum ex aduerſo prætenderetur, non potuiſſe concedi, niſi cauſa cognita, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 293.

Iudex ſuperior in cauſa reclamationis ea pendente an poſſit procedere ad vlteriora, non obſtante reclamatione à decreto lato ſuper competentia, vel incompetentia, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in caſu relato à Dom. Reg. Sanfelic. dec. 5.

Iudex præſtans auxilium facti in detinendo carceratum nomine alterius Iudicis, ſi carceratus deliqueris in carceribus, an erit competens pro illius punitione, deciſum fuit per Collaterale Conſilium affirmatiuè, D. Reg. Sanfelic. dec. 63. n. 13.

Iudex an vt ſuſpectus recuſari poſſit, ſi alias fuerit recuſatus abſquè legitima cauſa, & quid ob inconfidentiam, deciſum fuit tam per Sac. Conſ. quàm per Reg. Cam. affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 79.

Iudex proferens verba cominatoria affirmatiua delicti prætenſi, vt ſi dixerit, *così l'ha fatto ammazzare il tale, come io ſono Conſeghero*, an poſſit vti ſuſpectus recuſari, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. D. Reg. Sanfelic dec. 80. n. 5.

Iudex verba contumelioſa, & infamia proferens contra aliquem, concernentia eius miniſteriũ, vt ſi dixerit, *che merita mille morti per eſſer homo infame, e che ſi era ſolo, lo volsua far trouar appiccato vna matina* an poſſit recuſari, ex quo non conſtabat de prædictis, & aliæ fuerunt propoſitæ cauſæ ſuſpitionis, & fuerant reiectæ, fuit per Coll. Conſ. deciſum, quod interueniat, refert D. Reg. Sanfel. dec. 80. a n. 6. ad 9.

Iudex recuſatus ſi in ſua depoſitione negauerit, an poterit abſq; termino reiici recuſatio, deciſum fuit in Coll. Conſ. quod interueniat, & ſoluat pœnam, non dato termino, D. Reg. Sanfel. dec. 80. n. 10.

Iudex ſuperior, coram quo propoſita fuit nullitatis cauſa ſententię latę per Iudicem inferiorem, ac deciſa, an ipſemet cognoſcere poſſit de cauſa principali, vel illam ad eundem inferiorem Iudicem remittere, ſic inſtante actore, deciſum fuit, apud eundem Iudicem cauſam principalẽ eſſe cognoſcendam, D. Reg. Sanfel. dec. 95.

Iudex an poſſit compellere partes ad præſtandam cautionem de non offendendo, vbi timor viget offenſionis, in dies practicatur affirmatiuè, vt deciſum refert D. Reg. Sanfel. dec. 141.

Iudex competens an dicatur is, cuius aures ſunt offenſæ, vt poſſit punire delinquentes vaſſallos Baronis, qui fuerunt puniti de eodem delicto ab Officiali Baronis, vt contingit controuerti in cauſa reſiſtentiæ commiſſæ per vaſſallos Baronis, quibus fuerant intimatæ prouiſiones pro obſeruantia prouiſionum Reg. Cameræ Summariæ, & Fiſcus Reg. Cameræ prætendebat, iterum eos de eodem delicto punire, de quo ſatis per D. Reg. Fabium Capyc. Galeot. controu. illuſtr. tom. 2. controu. 57. vbi in calce dictarum concluſionum in collecta deciſionũ prætermiſſarum ad controuerſ. 57. deciſio inquit, fuit contra Reg. Fiſcum in hac cauſa pro Sereniſſimo Duce deciſum.

Iudex ſæcularis eſt Iudex competens in cauſa poſſeſſorij matrimonij, itaut poſſit compellere, nedum vxorem ad cohabitandum cum marito lite pendente ſuper ſæuitiis imminentibus, ſtante cautione præſtita de non offendendo, & benè tractando, ſed etiam patrem, fratres, & alios conſanguineos occultantes vxorem, ne cohabitaret huius prætextu, & ſic tàm per M.C. quã per S.C. fuiſſe deciſum refert Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. cap. 268. à n. 5. ad 8.

Iudex ſecundarum cauſarum quando eligitur per Vniuerſitatem, an debeat eſſe annalis, concluditur per Doctores affirmatiuè, adeo quod cum in caſu contingenti fuiſſet electus Iudex prædictus, & per plures annos continuaſſet illud officium, fuit ex parte Baronis obiectum, & inſtatum in R.C. vt deſiſteret, & ità per eandem R.C. mandatum Vniuerſitati Laurini, vt alium Iudicem nominaret, ita refert obtinuiſſe Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. c. 284. n. 5. & 6. in noua impreſ.

Iudex competens an dicatur ratione originis, ſiuè domicilij ad cognoſcendum eius ſubditũ

pro

pro crimine furti commiſſi in bonis alterius Baronis, vel Iudex ipſe, in cuius territorio fuerit commiſſum furtum, licèt per M.C. fuiſſet deciſum, vt remitteretur cauſa ad Iudicem loci, vbi furtum fuerat commiſſum, vt deberet eligere Iudicem in Ciuitate, nihilominus per S.C. fuit deciſum, vt cauſa remaneret in eadem M.C.V. verùm quia inquiſiti inſtiterunt, remitti ad Iudicem delicti commiſſi, ità fuit exequutũ, vt refert Donat. Anton. de Marinis quotidian. reſolut. cap. 186. n. 5. in nouiſſima impreſſione.

Iudex Eccleſiaſticus, qui fuit in cauſa matrimonij ſeperationis, ea finita an erit Iudex competens circà dotem, eiuſq; intereſſe, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa Ill. Principis Hictacij cum eius vxore, & in cauſa Barbaræ Spinulæ cum eius viro, ità D.Conſil.D.Ferdinand. Arias de Meſa variat. reſolut. lib. 2. cap. 3. n. 11.

Iudices Portulanorum, & Ponderum debent eſſe annales, vt iudicauit S.C. in cauſa Vniuerſitatis Oriuli cum Marchione, Nouat. in prag. 5. coll. 9. n. 4. de Baron.

Iudices locorum poſſunt procedere contra milites in cauſis ciuilibus, vt refert deciſum per M.C.V. in cauſa Franciſci de Paulino Nouar. in pragm. 11. coll. 5. n. 4. de milit.

Iudices an poſſint conſtitui à Rege in Terris Baronum ad cognitionem iuriſdictionis in ſubditos Dohanæ habitantes in dictis Terris, deciſum fuit per R.C. vt ſeruetur ſolitum inter Comitem Correcti, & Regium Fiſcum, & quia nunquam fuerunt deputati Iudices pro præterito tempore, ideò non fuit aliter innouatum, Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controuerſ. 66. Ego prædictis addo Steph. Quarant. in ſuo Bullario verbo Archiepiſcopi auctoritas, quem ſequitur nouiſſimè Alphonſ. de Leone in ſuis commun. concl. de offic. & poteſt. confeſſ. recoll. 2. num. 302. dicentes, Archiepiſcopum non poſſe habere Vicarium in Diœceſi ſuffraganeorum pro recipiendis appellationibus, niſi habeat ex conſuetudine.

Iudices, qui primo officio adepti ſunt præcedere debent ijs, qui poſtea illud acquiſierunt, quamuis ætate primos antecellant, & etiam ſi ad officium primum reſtituantur, vel prorogentur, cum non intelligatur reſtitutio, ſiuè prorogatio in præiudicium tertij, ità concluditur per Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 2. controuerſ. 45. vbi in calce cenſuit, non aliter de prædictis fuiſſe diſcuſſum, ſeù deciſum, ſed tantummodo videre, an mandato, quo D. Prorex poſt gratiam certo Iudici conceſſam quodam memoriale, inſtantibus aduerſarijs ad idem Tribunal remiſerat his verbis, *Al Collateral*, an eo mandato res ad ius, & iuſtitiam relata cenſeretur, fuit dictum, quod exequeretur gratia per Collaterale Conſilium.

Iudicium factum cum inſtituto an noceat ſubſtituto etiam non citato, cum fuiſſet inſtitutum iudicium aſſiſtentiæ contra vxorem teſtatoris inſtitutã vſufructuariã eius vita durante, cenſuit M. C. V. eſſe procedendum audito Monaſterio ſubſtituto, tamen per S.C. fuit reuocatum decretum, & iudicatum, eſſe procedendum ad vlteriora cum dicta hærede inſtituta, & ratio fuit, quia dicitur tam in proprietate, quam in vſufructu inſtituta, & poſt eius mortem rogata reſtituere, D. Reg. Sanfelic. deciſ. 89.

Iudicium cœptum coràm Iudice Laico an finiri debeat coràm eodem alienata re litigioſa in Clericum, ſeù Eccleſiaſticam perſonam, ac ſententia exequutioni demandanda per eundem, vide infrà in verbo remiſſio deciſiones prolatas.

Iudicium criminale dicitur quando pœna applicatur Fiſco ad vindictam criminis commiſſi, quando verò non ad vindictam criminis principaliter, ſed Fiſcus vult magis rem incorporatam conſequi, quam vlciſci, tunc dicitur iudicium ciuile, vt fuit deciſum per Reg. Cam. ex D. Reg. Moles perpendit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 18. num. 5. & 6. vbi in calce refert, fuiſſe deciſum per Collaterale Conſilium idem in quodam prætenſo intercepto vini, & fuit dictum, ciuiliter procedi.

Iudicium inſtitutum contra maritum tertium poſſeſſorem fundi dotalis an iure ſubſiſtat, non audita vxore, de cuius intereſſe principaliter agebatur, quemadmodùm contingit in cauſa Caroli Mazzei, qui conuenerat iure aſſiſtendi Hieronymum Maionem tertium poſſeſſorem fundi dotalis, & compilato proceſſu fuit dubitatum, ſi ritè & rectè proceſſerat, & dicendum videbatur, validè fuiſſe proceſſum, quia maritus eſt dominus dotis, l. doce ancillam, C. de rei uend. cum alijs allegatis per Hieron. de Leo dec. 50. numer. 2. per Andr. Gayll. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 133. n. 7. Pellic. in Conſuet. Auerſ. cap. 10. num. 85. Cabed. dec. 154. num. 1. part. 1. & licet vxor etiam ſit domina, eſt ficta, & imaginaria, & maritus verè poſſeſſor, Fontan. de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 1. p. 2. n. 41. prætereà quod de iure probatum eſt, quod maritus etiam ſi fuerit putatiuus pro bonis dotalibus, ac paraphernalibus in iudicio comparere poterit, cum dicatur habere mandatum de iure, ad text. in l. maritus, C. de procurat. cum alijs allegatis per Anton. de Virgil. in tract. de legit. perſ. compar. cap. 26. à num. 2. cum ſeqq. optimè Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 7. n. 55. vbi circa hoc concordat iura inuicem contraria, & ſicuti iudicium actitatum cum vxore tenente, & poſſidente bona viri valet, & tenet, & omnibus præiudicat, & poſtea cum hærede nouiter citato, vt deciſum tradit Fontan. d. tract. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 3. n. 26. ità è contra ſi fuerit actitatum cum viro poſſidente bona dotalia. Ex aduerſo replicabatur, quod maritus eſt dominus dotis verus, & indubitatus reſpectu fructuum dotis, Fontanell. d. tract. clauſ. 6. gloſ. 2. p. 2. n. 2. qui in eadem clauſ. 6. gloſ. 1. p. 2. n. 17. probat, maritum dici dominum dotis tantùm quoad ius adminiſtrandi, & percipiendi fructus ex ea, latè Vela diſſertat. 1. n. 3. diſſert. 4. n. 13. diſſert. 9. n. 27. hinc maritus non efficitur dominus rei dotalis, ſed vſufructuarius pro oneribus matrimonij ſubſtinendis, Ioſeph Lud. dec. Peruſ. 89. n. 17. & 18. Pellic. d. Conſuet. Auer. c. 3. n. 11. Ad ſecundã obiectionem replicabatur, eam rectè procedere, quando ageretur nomine vxoris, non tamen in iudicio conuentionis, quoniam tunc omnes ſunt citandi, qui principaliter intereſſe habent, ad text. in l. de vnoquoq; ff. de re iudic. l. nam ità diuus, ff. de adopt. l. ſi quando, C. de teſt. Minſynger. ſingul. obſeruat. centur. 2. obſeruat. 91. n. 1.

Digitized by Google

n.1.& propterea nonnulli cenſuerunt quæſtionem mouentes, ſi maritus, aut vxor domina dicatur dotis, de qua pleniùs apud eundem Fontanell.d.tract.clauſ.5.gloſ.8.p.13.n.19.& recenſitis argumentis hinc iodè concludit n.20. reſpectu bonorum inæſtimatorum dominium eſſe penès vxorem, secùs reſpectu bonorum æſtimatorum, licèt eius dominium ſit fictum, & verum apud vxorem, ſicq; dominium dotis ciuile eſſe apud vxorem, naturale verò apud virũ, vt idem Fontanell. d.clauſ.6. gloſ.1.p.2. n.18. aut maritus dicitur dominus dotis de præſenti, & vxor in ſpe, idem Fontanell.dict.gloſ.1.par.2. n.17.vbi n.18.ſubdit, maritum diei dominum dotis reuocabilem, & ſubſequitur n.29. eſſe maritum dominum dotis bonitarium, vxorem verò dominam quiritariam, cui aſſentit Anton. Fab.in eius Codice lib.4.tit.22.defin.6. num.8. vtcunq; ſit maritus, & vxor domini ambo poſseſsores dotis, Fontanell.loco proximè citato n.37.non dùm inſolidum, ſed pro indiuiſo, vt ſubdit n.45. ad quod Borgn. dec.29. n.13. p.3. inquit, quod maritus vnà cum vxore præſumitur poſſidere bona paterna, & fraterna nomine dotis, & lucratur dotem, & etiam ſi vxor excluditur per ſtatutum ab hæreditate paterna, & non ab re maritus, & vxor dicuntur bona ſimul poſsidere, Cabed.dec.106. n.1.p.1. & propterea ambo erunt audiendi in iudicio intentato contra virum, in quo vxor habet intereſſe, confert prædictis allegata dec.50. Hieron. de Leo, vbi caſus notabilis refertur circà hoc. Nihilominus facta relatione in S.C.per Reg.Conſiliar.benemeritum virum patritium D.Flaminium de Conſtantio fuit deciſum, vt audiretur vxor dicti Hieronymi Dianora Mazzeo apud Surrentinum Scribam, in Banca de Amico pro Satro.

Iura, et actiones an veniãt ex cõmuni vſu loquẽdi, & ex veriſimili mente diſponentis; in contingenti caſu fuit per S.C. deciſum huiuſmodi, Declaramus in donatione facta per quondam Catharinam Buzzacatinam quondam Petro de Vicarijs eius filio fuiſſe incluſa etiam iura dotalia ſpectantia ad d. Catharinam ſuper bonis quõdam Petri de Vicarijs eius viri, & proinde hæredes Zenobiæ de Vicarijs condemnentur ad relaxandum bona in actis deducta, ſolutis prius meliorationibus forte factis liquidandis omnibus tempore executionis ſententiæ, ſalua prouiſione facienda quoad fructus, partibus plenius auditis, &c. ad relationem Reg. Conſil. Io. Baptiſtę Melioris, vt refert D. Reg. Fab. Capyc.Galeot. controuerſ. iuris tom. 2. controu.13.

Iuramentum Baiuli, ſeù partis, quod animalia fuerint capta in fundo, licèt ſufficiat pro exactione pœnę, tamen credi non debet de damno, niſi animalia capta fuiſſent, vel extaret teſtis deponens de damno, & ſic iudicauit S.C.in cauſa Terræ Piſticij, in banca de Felice, Nouar. in prag.1.coll.2.n.17.de offic.baiuli.

Iuriſdictio Iudicis recuſati an ſuſpendatur ea recuſatione pendente, deciſum fuit affirmatiuè, D.Reg.Sanfel.dec.85.

Iuriſdictio an cenſeatur conceſſa conceſſo Caſtro, territorio, ſeù tenimento vniuerſaliter cũ pertinentijs ſuis, & integro ſtatu ſub ea forma qua erat apud concedẽtem, relata fuit deciſio ſupra in verbo conceſſio.

Iuriſdictio Caſalis alicuius Ciuitatis vẽdi an poſſit per Regem, & conſequenter per Fiſcum diſmenbrando illud à iuriſdictione Ciuitatis, non obſtãte illius contradictione, quod non debeat ſeparari, nec vexari ſub iuriſdictione plurium dominorum, maximè vbi non præcedit contractus domanij oneroſus ſoluto pretio, deciſum fuit per R.C. affirmatiuè in venditione primarum, & ſecundarum cauſarum Caſalis S.Cæſarii, & aliorum, vt refert D.Reg.Fab.Capyc. Galeot.controu.iur.tom.1.in deciſ.ad controu. 53. artic.3.n 44.

Iuriſdictio Prioris Eccleſiæ Sancti Nicolai Ciuitatis Bari Regiæ protectioni ſubiectæ, ad quem pertineat ſede vacante, vel ad Capitulum ipſius, vel ad Theſaurarium, ſuppoſitò quod cum talis Eccleſia ſit ius patronatus Regale à Carolo Secundo, diuæ memoriæ, inſtitutum, ac ipſa multis priuilegijs decorata, innumeris immunitatibus, & exemptionibus illuſtrata, vt proſequitur Maxill.in Conſuet.Bari, tit.de Sacroſan. Eccleſ. §.venerabilis, & in illius regimine adſunt Prior, Theſaurarius, Canonici, & cæteri Miniſtri, relati per eundem Maxill.vbi ſup. indè ſucceſſo obitu Prioris illius, contingit hæſitari in Curia Reuerendiſſimi Capellani Maioris huius Regni, ad quem ipſorum talis iuriſdictio deuolui deberet, vel ad Capitulum, vel ad Theſaurarium illius. Prætendebat enim Theſaurarius Regalis Eccleſiæ S.Nicolai, quod virtute priuilegij Regis Caroli Secundi ipſum repræſentari loco Prioris ſede vacante, quemadmodum in alijs Eccleſijs ſede vacante Vicarius Capitularis in omnibus repræſentat Prælatum defunctum, & conſequenter quod ipſe Theſaurarius potuit exercere gubernium dictæ Eccleſiæ ſede vacante cum omnibus illis prærogatiuis, quæ poterat exercere Vicarius Capitularis, cui per diſpoſitionem iurium Ciuilium, & Canonicorum permiſſum eſt alium ſubſtinere occàſione legitimi impedimenti, & non valens Theſaurarius de perſona accedere ad illam Prouinciam Terræ Bari ob impedimentum ſtationis, quod potuiſſet deputare alium eius loco cum omnibus præeminentijs, & prærogatiuis ſpectantibus ad regimen, & adminiſtrationem illius Eccleſiæ S.Nicolai, & in hac conformitate relationem fecit Curia Reuerendiſſimi D.Capellani Maioris cum voto tunc Domini Conſultoris Rouiti illius Curiæ. Quanquam aduerſus talem prætenſionem dicebatur, ac replicabatur ex parte D.Proſperi Riſolæ Canonici, & Vicarij Capitularis illius Eccleſiæ, quam etiam pro parte Reuer.Capituli, quod talis prætenſio non procedit ex diſpoſitione iuris, neq; per ordinem, neq; per iuſtitiam. Primò, quia priuilegium, ſuper quo pars ſe fundat non id aſſerit, quoniam particula producta à parte aduerſa continet, quod Priore cedente, vel decedente Theſaurarius ipſe locum Prioris teneat, & adhibitis ſecum duobus de Canonicis ipſis, bona omnia, fructus, reditus, & prouentus Prioratus ipſius pro futuro ſucceſſore percipiat, & conſeruet, donec per nos, & ſucceſſores noſtros fuerit prouiſum de Priore, & de rebus, & bonis huiuſmodi nihil peni-

penitùs alienet, vel alienari patiatur, hoc igitur priuilegium tractat de perceptione fructuum, introituum, & adminiſtrationis Terrarum ipſius Prioratus, & cuiuslibet rei pertinentis ad vtilitatem, & beneficium circà regimen bonorum Prioratus, poſtquam licèt benè dicat Theſaurarius, quod locum Priores teneant, ſubſequitur immediatè, & adhibitis ſecum duobus Canonicis bona omnia, fructus, & reditus, & quod qualitèr ſolitum eſt in prælaturis, quæ ſunt de iure patronatus Regis, & adſunt ſub collatione Suæ Maieſtatis ſede vacante pro perceptione introituum apponitur vnus Oeconomus in dicta Eccleſia Priorali ſede vacante virtute dicti priuilegij, & curam habet Theſaurarius cum duobus Canonicis percipiendi, & conſeruandi fructus, & introitus, nec deſtinatur aliter Oeconomus, nec per hoc tollitur auctoritas, quam tenet Capitulum ſede vacante ex diſpoſitione iuris Canonici, ac Concilij Tridentini eligendi vnum Vicarium ſede vacante pro adminiſtratione iuſtitiæ inter ſubditos Eccleſiæ, & Prioratus, nec id dictum priuilegium prohibet, nec comprehendit hunc caſum, cum ſit caſus omiſſus, remanet in diſpoſitione iuris, ac dicti Concilij Tridentini. Inquit ſecundò ipſe D. Proſper Vicarius Capitularis, quod ipſe ſtetit, & ſtat in poſſeſſione exercendi officium Vicarij Sede vacante, quod difficultari nõ poteſt, quia dictus Theſaurarius mediante perſona ſui procuratoris habuit poſſeſſionem Theſaurariatus ipſius D. Proſperi Vicarij Capitularis, vt appatet ex ſcriptura ex aduerſo præſentata, quod ideo D. Proſper comparuit inſtando, non amoueri de facto, de quo extat mandatum procurationis in actis, & ex diſpoſitione iuris certũ eſt, quod lite nullitatis, & inualiditatis electionis pẽdente ſi electus cœperit adminiſtrare, & reperiretur in poſſeſſione, ſeù quaſi, non poteſt de facto amoueri, nec ei interdicitur adminiſtratio, ſic diſtinguit Specul. in tit. de cenſibus, n. 16. verſ. pone, & Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 16. n. 11. verſ. quinto, & Specul. ſequitur Alber. in l reus delatus, ff. de muner. & honor. ſi ergo Riſola Vicarius Capitularis reperitur in poſſeſſione, ſeù quaſi exercendi officium Vicariatus, aduerſus prætenſionem Theſaurarij omni iure eſt audiendus, & ei debet impartiri terminus, in quo demonſtrabit de non iure aduerſarij, & tempore relationis factæ per Conſiliar. Rouitum fuit tantùm monitus Franciſcus Maria Cataneus procurator Reuer. Capituli, & tunc non comparuit in præſenti iudicio procurator Riſolæ Vicarij Capitularis, qui comparuit die 5. menſis Septembris, & relatio fuit facta die 3. menſis Septembris. Tertiò, quatenus, quod expreſsè negatur, priuilegium contineret, quod Theſaurarius poſſet exercere officium Vicariatus ſede vacante, dùm ex actibus apparentibus in promptu in caſibus occurſis colligitur, quod ſede vacante Capitulum fecit electionem Vicarij Capitularis in poſſeſſorio, non obſtante priuilegio debet obtinere is, qui ſe fundat in poſſeſſione, ſeù quaſi, text. enim in cap. cum perſonæ, de priuil. in 6. ex quo colligitur, vt manuteneri debeat producens priuilegium, & allegans poſſeſſionem contra habentem iuris communis diſpoſitionem, intelligitur ſecundum Gemin. ibi in §. ſi verò, quatenus alius non poſſideat, & ibidem Anchar. ex intentione capi in 12. notab. facit tres caſus, primus quando quis allegat priuilegium, ſecundus, quando allegat ſolum præſcriptionem, tertius, quando adducit priuilegium, & allegat præſcriptionem, primo caſu manutenetur, quatenus eſſet in poſſeſſione, alias ſecus, & diſcurrit D. de Ponte in dec. 18. n. 12. & Capyc. latè in dec. 179. Couarr. pract. quæſt. cap. 17. immò ſecundum Innoc. in cap. cum veniſſent, in 4. col. verſ. item nota, quod licèt, de in integ. reſtit. cuius verba ſunt hæc; vndè ſi alius, quam Capitulum Eccleſiæ ſit in quaſi poſſeſſione eligendi, & petit confirmari ſuam electionem, ſuccumberet, quia contra ius eſt, ex quo videtur, quod tex in d. cap. cum perſonę obtinet locum, quando pendet iudicium ſuper petitorio, ita quod in iudicio etiam poſſeſſorio ordinario non poſſet obtinere is, qui haberet diſpoſitionem iuris communis contra ſe, & in promptu fuit producta ſcriptura, qualiter in anno 1572. contradicente Theſaurario dictus Nicolaus Carducius fuit electus Vicarius Capitularis ſede Priorali vacante, & licèt ex aduerſo dici poſſit, quod ſint verba enunciatiua, quę non probant, maximè abſente Theſaurario, & prolata à perſonis habẽtibus intereſſe, ſicuti etiã dicitur, quod in anno 1576. enunciatur, dictum Carducium Vicarium Capitularem, nàm ſimiliter ſunt verba enunciatiua. Nam reſpondetur, quod ex proceſſibus in promptu apparentibus agitatis in Curia Capellani Maioris introductis per viam appellationis conſtat, dictũ Carducium fuiſſe tunc temporis Vicarium, & Locumtenentem electum Sede vacante, qui erat Canonicus dictæ Eccleſiæ. Nec ſimilitèr obſtat ſcriptura præſentata per Procuratorem Vicarij Riſolæ, ex qua patet, poſt mortem vltimi Prioris de anno 1610. fuiſſe electum Theſaurarium à Capitulo, vt moris eſt, hæc enim electio plus nocet, quam prodeſt electo, ex eo quia ſi morem, ſiuè vſum, aut conſuetudinem attendimus in eligendo, conſtat, præcedentes electiones fuiſſe factas à Capitulo in alia perſona, quam Theſaurarij, cumq; in hac electione de anno 1620. viſum fuerit Capitulo eligere Theſaurarium, & ei tanquàm Locumtenenti virtute priuilegij addere ius Vicarij Capitularis vigore eius electionis, hoc ius Vicarij non capit electus à priuilegio, ſed à Capitulo, & ideò magis confirmat ius, & poſſeſſionem ipſius Capituli. Ex quibus omnibus reaſſumendo ſub paucis ius, & factum, quod cõtrouertitur, & poſito pro fundamento deciſionis, quod in anno 1572. Vicarius Capitularis exercuit officium per quinquennium continuum, patiente, & nõ contradicente Theſaurario, ex quo in tam longo tempore nullus actus contradictionis legitur, & hoc exercitium iuriſdictionis demonſtratur, nunc ex actis forenſibus, ſiuè iudicialibus nulla remanet dubitatio, quin Vicarius Capitularis, qui nunc repetitur in poſſeſſione ſit conſeruandus, tùm quia hæc poſſeſſio recens iuſtificatur ab antiqua anni 1572. & habet iuris aſſiſtentiam tanquam ex electione facta à Capitulo ſede vacante, tùm etiam, quia ſi agimus de poſſeſſorio ſummario, quod interim

vocant Hiſpani in hoc caſu, etiam quod non conſtaret de titulo, is conſeruandus eſt in poſſeſſione, qui docet de antiqua poſſeſſione, ex ſolemni, & ſamigerato conſil. Paul. de Caſtr. 3. volum. 2. & ex alijs recentioribus, quos cumulat, & ſequitur Anna conſ. 20. a n. 25. ad 40. Ex aduerſo autem pro parte Theſaurarij non producitur, niſi priuilegium, quod ex ſui lectura conſtat non eſſe clarum, ſed dubium, & ideo interpetratum, & declaratum ex poſſeſſione, prout omnia priuilegia declarantur, Bart. in conſ. 59. incip. commune Spoleti, & D. de Franc. dec. 59. n. 6. quo caſu actus poſitiui, ſiuè poſſeſſiui ſtant pro Capitulo cum aſſiſtētia iuris communis, & reſpectu ſcripturæ, in qua ſe fundat Theſaurarius, iam fuit replicatum, plus ſibi nocere, quod prodeſſe; & ideo omnino eſt terminus dandus in poſſeſſorio ſummario, ac interim conſeruandus in poſſeſſione Vicarius electus. Quibus addo, ipſam de iure ſpectare iuriſdictionem ad Vicarium Capitularem electū per Capitulū, vt moris eſt de iure ſeruari mortuo Epiſcopo Sede vacante, quæ fit per Canonicos, adeo quod poſtquam Capitulum Sede vacante tam in ſpiritualium, quā temporalium iuriſdictione ſuccedit, Franc. Marc. dec. 46. n. 3. tom. 2. Rota in nouiſſimis dec. 1. n. 23. p. 2. & eidem competat talis electio, de quo ſatis per Epiſcopum Ricc. deciſ. Archiep. 305. par. 4. vbi alios allegat, ſubſequitur, quod talis Vicarius dicitur Vicarius iuriſdictionis Epiſcopalis, idcirco nō poteſt expedire ea, quæ ſunt commiſſa Epiſcopo, vel eius Vicario, cum non ſit Vicarius Epiſcopi, idem Epiſcopus Ricc. dec. 38. aliàs 44. p. 1. Pro parte vero Theſaurarij eiuſdem Eccleſiæ Sancti Nicolai hæc ſequentia fuerunt in iure allegata per Præclariſſimum virum tunc Abbatem Paulum Caracciam Canonicæ Cathedræ Almi ſtudij Neapolitani anteceſſorē, inde meritiſſimū Epiſcopū Arianēſem, quæ ſunt videlicèt. Ex his, quæ in facto proponuntur videtur ex ſequentibus fundamentis primo intuitu aſſerendum, Capitulum Regalis Eccleſiæ Sancti Nicolai optimum ius ſouere in electione Vicarij propter obitum q. Domini Prioris, ac Domini Theſaurarij Lamberti, ac proinde Vicarium ab eo electū, in eius eſſe poſſeſſione tuendum. Et primo Capitulum præfatum cenſetur habere iuris aſſiſtentiam, nam Sede vacante ſuccedit pleno iure Prælato in adminiſtratione tam ſpiritualium, quam temporalium, ac præſertim in conſtitutione Vicarij, cap. cum olim, & ibi Abb. Felin. & Doct. de maior. & obed. cap. is, qui, vbi gloſ. in ver. pro bono, eo. tit. Feder. de Senis in conſil. 30. & 40. Nauar. in conſil. 28. n. 2. de temp. ord. in antiquis, idque verum eſt non tantum in Eccleſijs Cathedralibus, ſed etiam in alijs inferioribus Collegiatis, ſecundum Abb. in d. c. is, qui, n. 3. ex Innoc. & alijs, meritò Vicarius ab ipſo Capitulo conſtitutus videtur præferendus. Secundò, prætenſio Capituli videtur ſuffulta ex actibus præcedentibus, nam de anno 1576. aſſeritur electus Vicarius Nicolaus Maria Carducius, ac de menſe Octobris 1620. fuit electus præfatus Lambertus in obitu eiuſdem Domini Prioris Griſoni, meritò debet manuteneri, cum probet poſſeſſionem, nedùm de tempore motæ litis, quod ſufficeret, iuxtà text. in §. quorum, verſ. hodie, Inſt. de interd. Bart. in l. 1. §. quod ait Prætor, n. 14. & 18. ff. vti poſſid. verùm etiam à pluribus retro annis. Tertiò, & vltimo, poſito, præfatum Dominum Theſaurarium cenſeri Vicarium conſtitutum ſede vacante, tamen non poterit abſq; ſpeciali mandato alium Vicarium conſtituere, ſiuè ſit Vicarius Epiſcopi, ſiuè Capituli, cap. Clericos, vbi Hoſt. in princ. Io. Andr. n. 5. Abb. n. 2. & alij communitèr de Offic. Vicar. Iacob. Sbroz. de Offic. Vicar. lib. 1. q. 15. num. 7. Verumtamen his, & alijs, quæ pro Capitulo, & eius vicario excogitari poſſent minimè refragantibus, cenſeo oppoſitum eſſe verius, & conſequenter Vicarium à Domino Theſaurario conſtitutum eſſe omninò præferendum, ac ab eodem Capitulo admittendum, & recipiēdum. Innitur autem in primis iuſtitia dicti Domini Theſaurarij, qui iam cœpit poſſeſſionem ſui Theſoreratus vigore Regalis priuilegij verbis fundationis, ibi: Priore autem prædicto cedente, vel decedēte Theſaurarius ipſe locum Prioris teneat, quæ verba apertè inſinuant iuriſdictionis adminiſtrationem; poſtquam paulò inferiùs agitur de cuſtodia bonorum conſeruandorum pro ſucceſſore per eundem Theſaurarium, adhibitis duobus Canonicis illius Eccleſiæ, & ità fuit vſu hoc receptum, & declaratum ab eodem Capitulo, dùm ſeruata forma prædictæ fundationis de eodem anno 1620. acceptauit, & confirmauit in Locumtenentem dicti Prioris præfatum Lambertum Theſaurarium, vt liquet ex eadem ſcriptura producta ab ipſo Capitulo, eiuſq; aſſertio Vicario. His conſtitutis conſequitur in caſu propoſito, iuris aſſiſtētiam eſſe pro eadem Domino Theſaurario, nàm licèt regularitèr Capitulum ſuccedat in iuriſdictionis adminiſtratione ipſi Prælato, tamen hoc declaratur non procedere, dùm ex priuilegio, ſtatuto, vel fundatione Eccleſiæ ſede vacante adminiſtratio in ſpiritualibus, vel temporalibus non ad Capitulum, ſed ad perſonam priuatam pertineret, veluti ad Decanū, vel alium de Capitulo tàm in Eccleſiæ Cathedralis, quam inferioris, tunc Capitulum non ſuccederet in iuriſdictione, ſed tantùm perſona deſignata, ſecundum Io. Andr. in cap. deliberatione, numer. 1. verſ. ab hoc etiam habens, & verſic. ex contrario, de offic. legat. in 6. quem ſequitur Gemin. ibi poſt numer. 6. verſ. & ex contrario, ac Oldr. in conſ. 227. Pauinus de offic. & poteſt. Capit. ſede vacant. p. 1. q. 9. n. 5. & clarius q. 10. n. 16. 13. tom. tract. 2. p. & Quarant. in verbo capitulum ſede vacante p. 158. verſ. 4. limita, vbi ſubnectunt Io. And. & Gem. quod ſi hoc competeret ex fundatione, vel priuilegio antiquiori Canonico, vel alteri de Capitulo, nō tamen propter hoc fierent maiores alij de Capitulo, & ratio eadem, quæ ſuadet, Capitulum in iuriſdictione ſuccedere Prælato ſede vacante, obtinere cenſetur in caſu præſenti. Epiſcopus enim à Capitulo ſuſcipit iuriſdictionem, poteſtatemq; præcedente electione, ſaltim quoad initium actus, & attenta diſpoſitione iuris antiqui meritò decedente Prælato ad Capitulum reuertitur ipſa iuriſdictio, vt per Lambert. de iure patron. p. 1. lib. 1. q. 2. art. 9. n. 7. ità paritèr dùm Prior Eccleſiæ præfatæ ab ipſo

funda-

fundatore ſuſcepit iuriſdictionem, congruum eſt, vt ſeruata fundatoris voluntate ad eum deuolueretur, qui ab eodem fundatore fuit deſignatus, qui eſt ipſe Theſaurarius, & ex hia ceſſat prima oppoſitio. Ceſſat quoquè altera, nam prima ſcriptura de anno 1576. non probat, electionem Vicarij factam fuiſſe à Capitulo, ſunt enim verba enunciatiua Notarij, qui aſſerit, quod conſtitutus quidam procurator Domini Pauli Oliuæ olim Prioris, coram Nicolao Maria Carducio Canonico, & Vicario dictæ Regalis Eccleſiæ, per Capitulum ipſum deputato, dum ſedes Prioralis vacabat, & coram alijs Canonicis apprehendit poſſeſſionē dicti Prioratus, per quæ verba aſſertiua, & narratiua tantum non probantur electio Vicariatus, nec exercitium iuriſdictionis, ex traditis à reſolutione 60. num. 5. Macerat. lib. 1. eoquè fortiùs, quia Vicariatus dum negatur, eſt pleuè probandus, vt per Maſcard. de probat. concl. 1412. n. 19. Sicut quoq; probanda erit adminiſtratio iuriſdictionis, v3. ex præcepto, cui ſubditi obediuerint, vt per Bald. in cap. 1. de maior. & obed. & per Afflict. deciſ. 265. n. 10. quia vbi coactio, ibi iuriſdictio, l. eum, qui, ff. de iuriſd. omn. Iud. quinimmò nec ſufficeret ſola electio Officialium, ſed requiritur exercitium iuriſdictionis, Carol. Ruin. conſ. 2. n. 4. vol. 4. Corn. in conſ. 268. n. 19. in fin. vol. 4. & ex alijs congeſtis per Maſcard. concl. 947. n. 2. & 3. vol. 2. & quod de electione Capituli debeat conſtare de illius effectuatione, voluit Rota coram Domino Pamphilio in vna Pacenſ. portionis 19. Nouembris 1612. apud Farin. dec. 415. nu. 3. par. 2. tom. 1. nihil iſtorum fuit à Capitulo probatum. Secundò reſpondetur, quod in hoc inſtrumēto non interuenit Theſaurarius, & ſic verba enunciatiua cum non probent contra tertium, iuxtà text. in l. optimam, C. de contrah. & committ. ſtipulat. & per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 133. n. 21. cum ſeq. nec probant contra eundem Theſaurarium ſucceſſorem, qui dicitur tertius reſpectu ſui prædeceſſoris, ex adductis ex eadem reſol. 38. n. 6. & 7. lib. 1. Præterea vt probent enunciatiua, & in antiquis requiritur, quod ſint plurium inſtrumentorum, & quod procedant à perſonis nō habētibus intereſſe, Aret. in cap. cauſam, col. 4. de probat. Achil. de Graſſ. deciſ. 7. n. 7. & deciſ. 8. n. 1. de iur. patron. ac fuit deciſum in vna Nouat. beneficij 5. Nouembr. 1586. coram Illuſtr. Pamphilio, vt refert Praxis Archiep. prædicta, cap. 100. n. 12. Cumq; ipſi Canonici in hoc maximum habuerint, & habeant intereſſe, aſſertioni prædicti inſtrumēti non erit credendum. Nec obſtat altera ſcriptura, quia potius probat poſſeſſionem ipſius Domini Theſaurarij, ac ex ea declaratur quoq. præcedens, vt fuerit deputatus Vicarius, hoc eſt acceptatus, & cōfirmatus, ſicut dicitur in ſecunda ſcriptura, vel ſaltem verba eiuſdem primæ ſcripturæ redduntur dubia, & nō clara, quo caſu nec probant contra ipſoſmet contrahentes, etiam in antiquis, vt per eundem Maſcard. concluſ. 106. vol. 1. Crauett. de antiquit. tempor. par. 1. §. ampliatur, n. 26. & conſequenter non eſt concedenda manutentio ipſi Capitulo, eiuſq; Vicario, tum quia nullam probauit poſſeſſionem, tum etiam ex quo hoc attentant contra formam fundationis. Nec ipſi Capitulo ſuffragabitur, quod mortuo ipſo Lamberto elegerit Vicarium, quia vacante Theſororia, non potuit fieri præiudicium Eccleſiæ, nec quæri poſſeſſio ipſi Capitulo, quia in iſtis incorporalibus vt poſſeſſio quæratur plura requiſita ſunt neceſſaria, & præ alijs bona fidès, & patientia, & ſcientia poſſeſſoris, l. 2. C. de ſeruit. de qua Calder. cōſil. 12. de iur. patron. quod conſ. ſeruat Rota, vt per Garſiam latè de benefic. par. 5. cap 5. nu. 66. & 109. & tamen nec bona fides Capituli ſcientis fundationem, & actum immediatè præcedentem, nec patientia Theſaurarij figurari poteſt. Inſuper Eccleſia vacans dicitur poſſidere ciuiliter iura ſua, ob quam ciuilem poſſeſſionē nec poteſt dari poſſidenti naturaliter manutētio, Rota deciſ. 398. par. 1. diuerſ. in vna Pontis Arrigi, quinimmò interdictum vti poſſidetis, datur etiam poſſidenti ciuilitèr contra poſſidētem naturalitèr, vt fuit deciſum in eadem Rota dec. 42. apud Petr. Benint. n. 5. ac in vna Bonon. manutentionis coram Damaſceno, quæ eſt deciſio 366. num. 3. part. 1. tom. 1. in recollectis per Farinac. quando tamen iſta naturalis poſſeſſio eſt iniuſta reſpectu ciuilitèr poſſidentis, vt fuit declaratum in eiſdem deciſionibus, eſſe autem iniuſtam hāc Capituli prętenſam poſſeſſionem nemo ambigit, dum vacante Theſororia de facto contra fundationem elegit Vicarium. Nec tandem obſtat tertium, nam reſpondetur primo, quod Theſaurarius non eſt Vicarius Capituli, ſed cenſetur eſſe vti Prior, quia eius locum tenet, nam ſi Prior eſt mortuus, non poteſt eſſe Vicarius mortui, ſicut dicimus de Capitulo, quod licet gerat vices Epiſcopi mortui, Innoc. in cap. eam te, n. 4. Abb. n. 14. & Dec. n. 35. verſic. ſucceſſiuè Abb. de reſcript. non tamen dicitur Vicarius Epiſcopi, ſed par Epiſcopo, ex latiſſimè adductis per Iacob. Sbroz. de offic. Vic. lib. 1. q. 15. n. 1. & 4. Quaranta vbi ſup. verſ. vlterius. Nec obſtat, quod ſede vacante cenſeatur Capitulum gerere vices Epiſcopi, quia præfatæ doctrinæ declarantur, quod vices Epiſcopi ſuppleant, vt explicat gloſ. in cap. ſi Epiſcopus, in verbo ſed Capitulum, de ſuppl. neglig. Prælat. in 6. & Sbroz. vbi ſup. ità pariter dicimus de hoc Theſaurario, qui tenet locum Prioris, hoc eſt ſupplere vices Prioris. Idemq; probatur ratione euidenti, ſtatuit enim fundator, quod Sede vacante nō ſuccedat Capitulum in iuriſdictione, ſed Theſaurarius, ſi enim Theſaurarius non poſſet conſtituere Vicarium, ſequeretur, quod ſi eſſet abſens Capitulum, eſſet ſine capite, ac ſine eo, qui ius redderet, & adminiſtraret his Canonicis, quod eſſet maximum abſurdū, ergò ex intentione fundatoris videtur conceſſum, quod poſſit conſtituere Vicarium. Vltimo poſito, hunc Dominū Theſaurarium eſſe Vicarium, quod tamen apertè negatur, adhuc in caſu præſenti poſſet alium conſtituere Vicarium, quia ex magna cauſa, ac breui tempore Vicarius tàm Epiſcopi, quàm Capituli poteſt alium Vicarium conſtituere, ſi fraus ceſſet, ità Hoſtienſ. in d. cap. Clericos, & ibi Io. Andr. num. 5. & 7. Quarant. in ver. Capitulum, q. 10. n. 10. ac Prouincial. Neap. Eccleſ. cap. 86. n. 13. poſt Paulinum, quem Quaranta allegat, eoq; magis quia iſte, de quo agitur habet poteſtatem à Principe,

qui eſt lex animata in terris, ac iure ſuo vtitur iuriſdictione, meritò poterit ſubſtituere, l. & quia, cum præced. ff. de iuriſd. omn. iud. vt per Imol. n. 17. in clem. vnica, de offic. Vic. Cum igitur Dominus Theſaurarius degens in hac Ciuitate ob æſtiuos calores, abſq; euidenti vitæ periculo non poſſet ad ipſam Eccleſiam accedere, atq; ex breuiſſimo temporis interuallo illuc accedere non videtur, quo pacto Capitulum poſſit recuſare, quin admittat præfatum Vicarium, licet, vt ſup. eſt fundatum indiſtinctè valeat Vicarium conſtituere. Additio ad reſponſionem vltimi fundamenti. Vicarius nõ poteſt Vicarium ſubſtituere, vt in cap. Clericos de offic. Vic. fallit cum ex cauſa id faceret, puta abſentiæ, & ad modicum tempus poteſt ſibi facere Vicarium, & loco ſui alium ſubſtituere, vt per glo. in clem. 1. in verbo locum aliorum, Panorm. n. 7. Boniſ. de Vitalin. n. 14. & alios, de regul. Felin. in cap. quod perpetuus, n. 3. de fide inſtrum. Marant. in ſpecul. par. 4. in 5 diſt. iudicium an ſit ordinarium, vel delegatum, nu. 22. ac recentiores ad Alex. qui poſt Io. And. Gemin. & alios id ipſum probant in l. more maiorum, in fine, n. 45 ff. de iuriſd. omn. Iud. & optimè Capyc. dec. 151. n. 4. qui n. 6. excepto caſu ſeductionis tumultuum; & reuolutionum Regni, ob electam induſtriam perſonæ in illis probat, ex magna cauſa, vtputà abſentiæ tempore æſtatis poſſe conſtitui Vicarium à Vicario, & Locumtenente alterius. Paulus Caiatia Abbas, Fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. In cauſa vertente in Curia Reuerendi Regii maioris Capellani Regni huius inter Reuerendum D. Petrum Maldonatum de Rueda modernum Theſaurarium Regalis Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis ex vna, & Reuerendum Capitulum eiuſdem Regalis Eccleſiæ, & Reuerendum D. Proſperum Rinha Canonicum, & Vicarium ab eodem Capitulo electum ex altera, & ſuper electione Vicarii ſede Priorali vacante, & aliis, vt in actis cauſæ prædictæ. Die 28. menſis Martii 1627. Neap. Facta de prædictis omnibus relatione Illuſtr. & Excell. Domino huius Regni Prorege in Regio Coll. Conſ. per V. I. D. Ferdinandum Brancia Regium Conſiliarium, & Curiæ prædicti Reu. Regii maioris Capellani cõſultorem ex Regia delegatione delegatum, partibuſq; auditis. Præfatus Illuſtr. & Excell. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis decernit, & declarat, atquè mandat, quod detur terminus in cauſa prædicta dierũ quatuor vtriq; parti ad probandum incumbẽtia, & interim Priorali ſede vacante liceat ſupradicto Reuerendo Theſaurario Regalis Eccleſiæ prædictæ S. Nicolai Barenſis, reſidenti tamen in Eccleſia prædicta exercere iuriſdictionem in ſpiritualibus, & temporalibus in Clericos, & ſubditos dictæ Eccleſiæ Regalis, prout Prior exercebat, hoc ſuũ, &c. Conſtantius Reg. De Ponte Regens, Henriquez Regens, Lopez Protegens, Ferdinandus Brancia, penès Hieronymum Stinca Act. Mag.

Ius congrui an competat vicino, qui coniunctus erat pro maiori parte domus domui venditæ alteri vicino pro modica quantitate ſuæ domus, dum emptor dictam domum venditam, & diuiſam inter venditores prius emerat partem ſibi coniunctam ab vno, & aliam ab alio, non obſtante requiſitione facta per dictum vicinum ipſis emptoribus, vt ſibi illam venderet, quamuis eadem poſteà alteri donata potius in fraudem fuerat. Incidit talis altercatio prius in M.C.V. determinari in cauſa Doralicis Spatafora cum Laurentio Hernandes, adeo quod cũ ſub die 13. Iulii 1624. ipſa Doralix emiſſet à Dominico Anello Vitello quandam partem domus ſibi ex diuiſione obuentam, iuxtà aliam partem contingentem Ianuario Vitello paritèr ſibi obuentam ex diuiſione habita inter eos pro duc. 500. & poſtmodum eodem die emiſſet partem domus ipſius Ianuarii coniunctæ ex vno latere domui per eam emptæ à prædicto Dominico Anello, & ex alio latere coniunctę domui ipſius Laurentii pro duc. 600. mediantibus publicis inſtrumentis, & præfatus Laurentius iactabat, ſe velle petere iure congrui domos prædictas, prædicta Doralix cõparendo in M.C. petiit, prouideri, & decerni, nullum ius congrui competere dicto Laurentio, quemadmodum ex aduerſo citatus ipſe Laurentius inſtiterat pro conſecutione domus iure congrui, aſſerendo domus ipſas eſſe vẽditas per eos Doralici, ob quod peteret, condemnari ipſã ad relaxandũ, offerendo ſoluere iuſtum pretium, & dato termino in cauſa, hinc indè fuerunt nonnulla probata, & quamuis principalitèr prætenderetur per ipſã Doralicem, nullum ius congrui competere eidem Laurentio reſpectu partis domus primo loco emptæ à dicto Dominico Anello, ex quo illa non erat coniuncta domui dicti Laurentii, nequè reſpectu alterius partis per eam emptæ à prædicto Ianuario, cum ipſa coniuncta erat domui emptæ à dicto Dominico Anello, licet ex alio latere coniuncta domui Laurentii, adeò quod quatenus competeret ius congrui, competeret pro medietate illius, verum quia domus ipſa non patiebatur commodam diuiſionem, prout ex relatione Expertorum comprobatum erat, ideò ius congrui ceſſabat, ſed his replicabatur ex parte Laurentii, & primò, reſpectu domus Ianuarii emptæ ſecundo loco, licet eodem tempore, abſq. dubio ex eodem facto indiuiſibilitatis tempore debet obtinere, dum poſſidet ab vno latere, vbi erat ſua domus magnæ amplitudinis. Secundo, quia empta erat pro maiori parte illius domus Doralicis primo loco empta, quonam caſu quando res, ſuper qua petitur ius congrui eſt indiuiſibilis, non poteſt competere, niſi vni, l. ſi quis putans, §. idem Iulianus, ff. comm. diuid. & competit primo ei, qui primo ad iudicium prouocauit, Napodan. vt infra, ſecundo ei, qui pro maiori parte coniunctus eſt, argumento, ff. fam. erciſc. l. ſi quæ ſunt cautiones, gl. in l. ſi. in prin. C. de legat. loquit recurrendum eſſe ad maiorem partem, deindè ad iudiciũ fortunæ, pro quo facit tit. C. quando. & quib. quart. pars deb. lib. 10. Napod. in Conſuet. Si ex vno, verb. ex parte, nu. 87. Secundo dicebatur, domum primo loco emptam à Doralice facere angulum, ſiuè caput, & non latum cum domo ſecũdo loco empta, ob quod concurrere non poterat cum ipſo Laurentio iam quod de iure conſuetudinis primo deſcendit de proximo in proximum, ſecundo aſcendit eodem modo, tertio vadit ad latera, tandem

ad

ad capita, Napod. in Conſuet. Si domum verſ. infimum, de iure congrui. Amplius inſtabat Laurentius, vt ſibi relaxaretur tota domus empta ab ipſa Doralice, ex eo quia licèt euidenter appareat, duas emptiones fuiſſe in duobus inſtrumentis, reuera nõ fuit, niſi vna emptio eodẽ tempore facta, quemadmodum ex lectura ipſorũ clarificabatur, in quibus cernitur, interueniſſe in vtriſq; eundem Notarium, Iudicem, & teſtes, quonam caſu de iure probatum extitit, quod quando duo inſtrumenta ſunt facta in vna die cum eiſdem teſtibus, Iudice, & Notario, vnicum inſtrumentum cenſeretur, ſecundũ Bal. in l. pen. §. mulier, ff. ſol. mat. & in l. petens, C. de pactis, penult. col. & in l. 1. in fin. C. de bonis, quę lib. cuius doctrinam ſequutum fuit S. C. vt per Affl. dec. 306. n. 10. nam duo contractus facti in continenti, vnus contractus reputatur, per ea, quæ allegat Viſil. ead. deciſion. 306. nu. 4. & ſi vnicum reputatur inſtrumentum, locum habebit ius congrui in ambabus domibus. Inſuper ius prædictum ſuum locum haberet ex cauſa fraudis ab initio tam à venditoribus, quam ab emptrice commiſſa, quæ vltra quod præſumitur ex lectura dictorum inſtrumentorũ, clarificatur ex requiſitione pluries facta ab ipſo Laurentio dictis vẽditoribus, ſi voluiſsent vendere domos, venderent ipſi, vt ex probatione facta liquebat, & eo caſu requiſitio ipſa, & ſi extraiudicialis eſſet, valeret, l. ſi decem petiero, ff. de ver. obl. quam ad hoc allegat Napod. in Conſuet. Si quis emit, de iure congrui, hoc idẽ oſtendebatur ex declaratione quondam D. Ioannis Caroli Mondelli, qui pro exoneratione ſuæ cõſcientiæ declarauit in codicillis, qualiter Doralix tempore, quo emit dictas domus, eas ipſi donauerat, non ad alium finem, ſed pro euitatione iuris congrui, retrocedendo eidem Doralici donationem factam, adeo quod nil aliud habebat, niſi nudum nomen, ex quo fraus reſultauerat; quinimmo de iure comprobatum eſt, quod quando in fraudem iuris congrui fit aliquis contractus, in quo non haberet locum ius congrui, attamen per fraudem adhibitam inter contrahentes vicinus haberet ius congrui, vt in Conſtitut. Sancimus (quia, vt inquit Affl. ibidem §. 4. notab. 1.) in omni diſpoſitione fraus intelligitur excepta, l. creditor, §. Lucius, ff. mand. l. pater, ff de priuil. cred. c. 1. qual. olim feud. alien. poter. & in l. Imperialem, §. callidis de proh. feud. alien. per Feder. at in caſu noſtro clarè liquet, Doralicem voluiſſe fraudare tum per emptionem apparentem primo loco, tum per donationem, ſequitur illud, quod fit in fraudem, non valet in prçiudicium illius, cui fit fraus, l. 2. in prin. ff. de iure fiſc. l. apud, §. ſi quis, ff. de dol. excep. l. 1. in princ. ff. de calumn. Prædictis obiectionibus replicabatur pro parte eiuſdem Doralicis, & principaliter, quia reſpectu contractus celebrati eodem die, propter quod dicebatur vnicus contractus, & vnica emptio, vt per Doct. in d. l. petens, C. de pactis, Aym. conſ. 298. dicebatur, non obſtare ſiquidem iura omnia loquentia de pluribus contractibus eodem die celebratis vnicum cenſeri contractum, loquuntur de contractibus celebratis cum vnica perſona de eadem re, non autem cum diuerſis perſonis de diuerſis rebus, & propterea cum ipſa Doralix cum diuerſis perſonis de diuerſis rebus, & cũ diuerſis ſummis, nempè cum dicto Dominico Anello, emẽdo domum illius pro duc. 550. & deinde aliam domum à prædicto Ianuario pro ducatis 600. non aliter vnicus contractus, ſed diuerſi ſunt contractus, immò ſi emiſſet ab vnica perſona diuerſas res, & pro diuerſis ſũmis, eſſent plures contractus, & non vnicus, ad text. in l. ſciſe debemus, ff. de verb. ſign. Item quia ſi prædicti contractus emptionum fuiſſent vnico inſtrumento facti, & non in duobus, vt ſupra, nihilominus dum in eo primo nominatur emptio domus dicti Dominici Anelli, & deinde emptio domus dicti Ianuarij, de iure emptio domus eiuſdem Dominici Anelli videtur prius facta ſecundùm ordinem ſcripturæ, qui ſeruandus erit, ad tex. in l. quoties, ff. de vſuf. Neguſant. de pignor. 4. memb. 2. par. num. 110. Anib. Troyſ. in prag. 14. de proceſſ. ordin. n. 4. & 5. & propterea quia domus non ſit collateralis domui d. Laurentij, merito ſuper ea nullum ius congrui competere ei poterit. Secundo loco replicabatur reſpectu alterius obiectionis fraudem continentis, quoniam dum ipſa Doralix intendebat emere domus prædictas à prædictis fratribus, emerat in fraudem iuris congrui, primo loco dictam domum dicti Dominici Anelli diſtantem à domo ipſius Laurentij, & deinde eodem die emit domum dicti Ianuarij collateralem iam dictæ domui dicti Dominici Anelli, quam domui ipſius Laurentii, & ſic in fraudem dicti iuris congrui competentis ipſi Laurentio reſpectu omnium prædictarum domorum, quod ei competeret, ſi prædicta Doralix emiſſet primo loco domum prędicti Ianuarij ſibi collateralem, vel vnico inſtrumento emiſſet ambas domos, replicabatur, hoc non officere, poſtquam talis fraus totaliter non erat per dictum Laurentium probata, & de iure fraus non præſumitur, niſi probetur, l. merito, ff. pro ſocio, & qui illam allegat, probare debet, vt per Napod. in Conſuet. Et ſi teſtator, in verb. diſponat, in verſ. quis probabit, & Præſ. de Franc. dec. 435. n. 7. & 8. immo ſi Doralix emiſſet primo loco domum dicti Ianuarij collateralem domui dicti Laurentii, non competiiſſet dicto Laurentio ius congrui, niſi pro medietate, & pro alia medietate dicto Dominico Anello domino alterius domus collateralis ex alio latere, vt clarè probatur in Conſuet. Prima, circa finem, de iure cong. & conſequenter ipſi Doralici, quę ſucceſſit in omne ius dicti Dominici Anelli, ſaltem ad finem ſe defendẽdi, iuxta reg. text. in l. emptori, C. de euict. plenè Crauet. conſ. 298. n. 7. & 8. Præſ. de Franc. deciſ. 534. neq; dici poterit, quod illud ius congrui competẽs dicto Dominico Anello ad finẽ agendi per venditionem deinde dictæ eius domus per vim venditę dictæ Doralici ſit confuſum penès ipſam Doralicem emptricem, nam reſpondetur, quod ei competit ad finem defendẽdi per viam exceptionis, ex traditis per Napod. quem refert, & ſequitur Pręſ. de Fran. dec. 550. n. 4. & 5. & ſi tam prædicta Doralix emiſſet primo loco domũ dicti Ianuarij, quam ſecundo loco, in vtroq; caſu dicto Laurentio non competeret dicti ius congrui, niſi ſuper dicta domo

Ianuarii pro medietate, & pro alia medietate eidem Dotalici, nulla habita ratione magnitudinis rei alterutrius ex ipſis, iuxta prædictam Primam Conſuetudinem circa finem, & cum domus prædicta ſit indiuiſibilis dicta Dotalix poſſeditrix de iure præfertur, & dictũ Laurentiũ à dicto iure cõgrui excludit, vt per eundẽ Preſ. d. dec. 550. & Conſ. Ann. conſ. 47. n. 34. 35. & 36. Per M.C.V. die 24. Nouẽb. 1624. fuit præuia ſẽtentia condemnata dicta Dotalix ad relaxandum eidem Laurentio domum emptam à dicto Ianuario iure congrui, ſoluto iuſto pretio, à quo decreto cum fuiſſet appellatum ad S.C. hucvſque non fuit determinata cauſa, vt patet ex actis in Baca Turini.

Ius congrui regularitèr per totum Regnum viget, exceptis locis, vbi non datur, prout non conceditur in Ciuitate Auerſæ, de quo ſatis apud Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſæ, in tit. de iure congrui à n. 76. cum ſeqq. vbi ex pluribus reexaminata pro vtraq; parte, ità concludit, prout eſt etiam in Terra Summæ, vbi non datur ius congrui, & propterea cum per ſententiam S.C. fuiſſet iudicatum, ſpectare certum territorium ſitum in Terra Summæ ad Dianam de Loffredo iure congrui, quod poſſidebatur per Io. Dominicum Figliolam in anno 1573. cum indè fuiſſet reclamatum tam pro parte ipſius Io. Dominici Figliolæ, quam per Vniuerſitatem Sũmę, quæ non fuit audita in prima ſententia, & compilato proceſſu in cauſa reclamationis, & docto, qualitèr tam in dicta Terra, quam in eius Caſalibus nunquam eo iure congrui vſum fuerat, ideò in anno 1574. de menſe Martii fuit per aliam ſententiam prouiſum benè fuiſſe reclamatum per Io. Dominicum Figliolam, & Vniuerſitatem Summæ, & proinde ipſã Dianam eſſe excludendam à dicto iure congrui, vt apparet ex proceſſu inter Io. Hieronymum, & Io. Dominicum Maruano, & ſucceſſiuè Io. Dominicum Figliolam cum Diana de Loffredo, in Banca Buttelli, nunc de Marrino, ſeù Litto.

Ius cõgrui, ſeù prothomiſæos an locum habeat in Ciuitate Auerſæ, vbi prætenditur, Conſtit. Sancimus non militare ex allegatis per Nunt. Pellic. in Conſuet. Auerſæ, tit. de annot. comput. fol. 25 t. deciſum tamen fuit per S.C. affirmatiuè in caſu relato per D. Reg. Hect. Capyc. Latr. conſult. 98. lib. 2.

Ius cõgrui, ſeù ius prothomiſæos, vel retractus an locum ſibi vendicet, nõ tantùm in re contigua domui vicini, ità quod nedùm pars contigua vẽdicari poſſit, ſed omnia prædia vendita, ſeù diuiſa, taliter quod vicinus teneatur omnia retrahere, & emere, non tamen partem contiguam ſolum, deciſum fuit per S.C. ad relationem Regij Conſil. Petri Pauli Theodori, ius congrui locum habere pro ea parte contigua, & vicina, & ſic non militare, aut totum emas, aut dimittas, in cauſa Marini Aemillani cum Gregorio Euſannio, die 14 Martii 1587. in Banca Marci Carboni, ità refert Alex. Trentacinq. conſil. 26. tom. 2.

Ius fundaci ſolutum à mercatoribus potiſſimum Neapolit. Dohaneriis exiſtentibus in Prouinciis Regni pro bonis ibi emptis an illudidem ſolui debeat Dohanerio Dohanæ Neap. quando immittuntur merces prædictæ in eandem Dohanam Neap. Conſueuerunt ciues Neapol. per multas Regni partes vagare, merceſq; ibi emere, & eas Neap. immitterent, quæ regularitèr reponuntur in Regiam Dohanam, vti fundicũ publicum, & pro tali impoſitione ſoluitur ius fundaci, vt tradit Afflict. in rub. 86. in Conſtit. De offic. magiſt. fundac. Verùm quia alii Dohanerii in partibus exiſtentibus ius prædictum exigebant, propter quod fraudati videbatur ius fundaci maioris huius Ciuitatis Neap. in quo merces immittebantur, fuit propterea de hoc valdè diſceptatum in R. C. S. inter Dohanerium Neap & alios Dohanerios exiſtentes in partibus Regni, hoc eſt in Apulea, Calabria, Aprutio, Terra Bari, & ſimilibus, & amplius reſpectu ipſorum Neapolitanorum ciuium, qui ſunt exempti ab omnibus dirictibus, & Gabellis, & Dohanis per Regnum exiſtentibus, vt diſpoſitum eſt in multis Capitulis huius Ciuitatis à Regibus retroconceſſis ex cauſis mercantiæ, vt in capitul. 25. Regis Ferdinandi Primi, & cap. 6. Regis Ferdinandi Secundi, in cap. 9. Regis Federici, in cap. 17. Magni Capitanei, & per decreta eiuſdem Regis Federici in volumine Capitulorum huius Ciuitatis fol. 28. & 30. & per ſententiam R.C. fol. 60. & 145. memin. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 1. n. 5. Vndè ipſi Neapolitani videbantur duplicitèr grauari, primò, quia dùm erant immunes non tenebantur iura prædicta ſoluere Dohanis Regni, ſecundò, quia bis ſoluere compellebantur, dùm ſoluebant iura in dictis Dohanis, & poſtmodum in Dohana Neap. quinimmò bona fides non patitur, vt idem bis exigatur, ad text. l. bona fides, ff. de reg. iur. & hoc ius ſemel tantùm ſoluitur, vt refert Reg. Moles in ſuo tract. de Regal. manuſcripto, tit. de iure Dohanar. §. 2. de iure fundaci. Quapropter, Gabella bis non ſoluitur, Franc. Perſonal. de gabellis, n. 143. Ferrett. eo. tract. n. 365. & 366. Iallong. racemat. 113. n. 3. & 4 Muta in cap 54. Reg. Martini, nu. 68 tom. 3. Nec quoad Neapolitanos mercatores, qui ſi benè immunes ſint à iuribus prædictis in Dohanis Regni, non tamen à iure fundaci huius Ciuitatis, vt ibi Afflict. tradit, & propterea cum tales ius ſoluiſſent in dictis Dohanis, pro quibus pignora relaxauerant, & depoſitauerant pecuniam, minimè moleſtari debuerant. Hinc orta controuerſia inter Arrendatorem Regiæ Dohanæ Neap. & Arrendatores prædictarum Dohanarum Regni ſuper exactione iuris fundaci, dicebatur ex parte Arrendatoris Dohanæ Neap. certum eſſe, tale ius fundaci ad eum ſpectare, etenim eum fuiſſet illud ab Imperatore Federico inſtitutum, vt pro omnibus mercibus transmiſſis per loca Regni, & extrà Regnum in Regiam Dohanam, & cuſtodiuntur, & conſeruantur ibi ob ſecuritatem illius, certum quid ſolui iuſſerat, vt ibi Affl. fatetur, adeò quod pernaceſſe erat, omnes merces aduenientes à quocunq; loco ibi reponi, & conſequenter ibidem ius prædictum ſolui, ex diſpoſitione Ritus R. C. in tit. de iure fundaci, §. ſoluitur, quem ibi Reg. Moles adduxit. Ex aduerſo pro parte Arrendatorum Dohanarum Regni dicebatur, talia iura ad eos ſpectare, poſtquam de iure probatum eſt, quod Gabella ſoluen-

ſoluenda erit in loco contractus, Iul. Ferrett. in dict. tract. n. 201. Franc. Perſon. d. tract. nu. 144. vbi plura allegat, Gutierrez eod. tract. quæſt. 104. Bellus conſ. 105. numer. 2. Callan. in Conſuet. Burgund. in fine, tit. de gabell. n. 12. & 13. Et propterea ſi gabella ſoluatur in loco celebrati matrimonij, in patria nō poterunt coſtringi, ex Coin. Caſſ. Ripa, Crauet. Dec. & Soc. cōprobat ibi Perſonal. n. 143. Immo tale ius potius erit diuidendum inter eos, iuxta altercationem proditam à Ferrett. vbi ſupra, nu. 340. quando exigitur gabella in via communi duorum Territoriorum diuerſorum Dominorum, latè Gutierrez d. tract. q. 108 n. 1 & 2. licèt id permiſſum non videatur, dum ipſi Arrendatores militent ſub eodem Domino, itaq; gabellæ non ſunt diuidendę, nec diſtribuendę inter Oppidanos alicuius Villæ, & locorum talis Villę ſubiectorum Salon de Paz in conſ. 42. n. 7. Et propterea fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 12. Octob. 1587. firmatum per Not. die 30. eiuſdem in cauſa, & differentia vertente in R. C. S. inter Magnificum Arrēdatorem Regiæ Dohanæ, & maioris fundaci huius Fideliſſimę Ciuitatis Neap. ex vna, prætendētem ſibi licere exigere ius fundaci à Neapolitanis pro bonis, & mercibus, quæ per eos mittuntur in d. R. Dohana Neapolitana, etiam quæ ſint per eos empta contractata in iuriſdictione Regiarum Dohanarum Terræ Bari, & Capitanatæ, Terræ Hydrunti, & Baſilicatæ, & in fundacis, & Dohanis Prouinciarum Calabriæ, & Magnificos Arrendatores dictarum Dohanarum, & fundicorum prætendentes ipſis licere exigere ius prædictum à Neapolitanis in Dohanis, & fundacis, in quibus merces ipſę contractantur, & cōſignantur, ſtante maximè, quia Neapolitani in toto præſenti Regno, præterquam in Regia Dohana Neapolit. ſunt immunes à iure fundaci, et aliter, prout in actis. Viſis actis per Excellentem Militem Dominum Aurelium Campanilem Præſidentem R. C. & cauſæ Commiſſarium, & facta de eis relatione in d. R. C. coram Ill. Domino Locumtenente, & alijs Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per d. R. C. prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, licitum eſſe, & licere Regiæ Curiæ, & pro ea Magnifico Arrendatori d. Regiæ Dohanæ Neap. exigere dictum ius fundaci in d. Regia Dohana Neapolitana à ciuibus Neapolitanis, non obſtante, quod merces, & bona per eos empta ſint contractata, & conſignata in ſupradictis Dohanis, & fundacis dictarum Prouinciarum Apuleæ, & Calabriæ, & proinde pecuniā exactam per Arrendatores dictarum Dohanarum à dictis Neapolitanis pro dicto iure fundaci à tempore Arrendamenti Magnifici Hieronymi Camporæ, & poſtmodū verum ſolutam per eos in dicta Regia Dohana Neap. pro eodem iure fundaci, debere eiſdē Neapolitanis reſtitui per dictos Magnificos Arrendatores Apuleæ, & Calabriæ, prout præſenti decreto reſtitui mandatur, videlicet pecunia exacta pro dicto iure fundaci per dictos Arrendatores Dohanarum prædictarum Apuleæ, & Calabriæ pro bonis, & mercibus contractatis, & conſignatis in dictis fundacis, & Dohanis Apuleæ, & Calabriæ immiſſis per dictos Neapolitanos in Regia Dohana Neap. quæ nō ſunt interim ſoluta in Dohana Neap. tempore Arrendamenti Magnifici Hieronymi Camporæ debitoris Regiæ Curiæ ſoluatur in Regia generali Dohana in exactione debiti dicti Magnifici Hieronymi, & pecunia exacta tempore Arrendamēti Magnifici Io. Baptiſtæ Recchi ad præſens Arrendatoris dictæ Regiæ Dohanæ Neap. reſtituatur, & ſoluatur eidem Magnifico Io. Baptiſtæ, prout præſenti decreto reſtitui, & ſolui mandatur, & expediātur debitæ prouiſiones, hoc ſuum, &c. Aurelius Campanilis, Conſ. de Rapatiis, Ioan. de Florio pro Magiſtro Actorum, ex proceſſu Reuerendiſſimi Epiſcopi Gallipolis cum Neap. & Arrendatoribus Neap. & Apulee, penès Antonium Eugeliū Actuarium. Et interpoſita reclamatione ex parte ipſorum Arrendatorum dictarum Dohanarum Apuleæ, & aliorum, fuit aliud decretum interpoſitum, videlicet. Die 15. Octobris 1597. Super inſtantia facta in R. C. S. pro parte aliquorum ciuium Neapolitanorum declaratorū per dictam R. C. prætendentium, ius fundaci per ipſos ſolutum, ſiue depoſitatum in aliquibus Dohanis Prouinciarum Terræ Bari, & Capitinatę, Terræ Hidrunti, & Baſilicatæ pro oleis, & alijs mercibus emptis, & extractis à dictis Dohanis, & fundacis, & immiſſis in Reg. Dohana huius Fideliſſimæ Ciuitatis Neap. vbi etiā fuerunt coacti ſoluere, vel depoſitare idem ius fundaci, & reſtitui debere ab vno earundem Dohanarum, & fundicorum, ſtante, quod d. ius fundaci ſemel ſoluitur ab emptore, & nō obſtante pretenſione Arrendatoris dictarum Dohanarum Apuleæ, pretendentium, quod ab illis Neapolitanis, per quos fuerunt extractæ dictæ merces, & olea, ex quo non obtinuerunt limitationem à d. Regia Curia circa dictam extractionem; propterea dictum ius fundaci ſolutum fuiſſe de iure, & licitè exactum, ſtante etiam petita reclamatione eorundem Arrendatorum aduerſus decretum latum olim 12. Octbr. 1587. & è contra Magnifico Arrendatori dictę Regiæ Dohanę Neapol. pendente dictum ius fundaci, non obſtantibus allegatis per dictos Arrendatores dictarum Dohanarum Apuleæ fuiſſe licitè per eum exactum, & depoſita in eius poſſe facta debere liberari, & exequi dictum decretum, ſtante quod fecit tranſitum in rem iudicatam, & aliter, prout in actis, &c. Viſis per Magnificum Aurelium Campanilem dictę Regię C. S. Pręſidentem, & cauſę Commiſſarium actis, & proceſſu ſuper prædictis fabricato, & de eiſdem facta relatione in dicta R. C. coram Circumſpecto Regente Ferdinando Fornario eiuſdem Regię Cameræ Locumtenente, & alijs Magnificis Pręſidentibus ipſius, & facta prius relatione Ill. & Excel. Domino Proregi in Reg. Coll. Conſ. & eidem Regię Camerę remiſſa, quod de iuſtitia prouideat, auditis pluries Aduocatis ambarum partium, ac etiam Fiſci patrono, fuit per eandem R. C. conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quod reſpectu mercium, & oleorum per dictos Neapolitanos emptorum, ſiue contractatorum in dictis Dohanis Apuleæ, ſi per eos non fuerunt empta à particularibus perſonis non priuilegiatis, per quos per

prius

priùs fuiſſent empta ab aliis Dohanarum Apuleæ reſpectu primorum emptorum, ſed per dictos Neapolitanos prædictos emptores in tali caſu condemnandos eſſe, & condemnari debere dictos Arrendatores Dohanarum Apuleæ ad ſoluendum, & reſtituendum eiſdem Neapolitanis omne totum, & quidquid fuerit per eos emptum, vel depoſitum, & pecuniam per ipſos Neapolitanos ſolutam, ſiuè depoſitam in poſſe Arrendatoris dictæ Regiæ Dohanæ Neap. fuiſſe iure licito exactā, & depoſita in eadem Dohana facta ex cauſa prædicta deberi eidem Regio Arrendatori Regiæ Dohanæ Neap. liberari, prout præſenti decretoq; liberari mandatur, non obſtantibus prætenſionibus dictorum Arrendatorum Apuleæ, quod non ſit facta limitatio circà extractionem prædictam, ſeruata forma ſupradicti decreti perq; dictam Regiam Cameram interpoſiti dicto die 19. Octobris 1587. & non obſtante petita per eoſdem Arrendatores Dohanarum Apuleæ, & proindè expediantur debitæ prouiſiones, hoc ſuum, &c. Aurelius Campanilis, Conſ. de Curtis pro Secretario, Carolus de Alexio pro Magiſt. Actorum.

Ius offerendi an competat debitori in iudicio aſſiſtentiæ exequota ſententia iuxtà ritum M. C. & pragmaticæ appellatione pendente, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfel dec. 117.

Ius perendi expenſas, & intereſſe non tollitur parti per gratiam factam à Principe, nec vti alijs remedijs, vt fuit deciſum in Collaterali Conſil. die 20. Iulij 1642. refert Nouar. in prag. 2. coll. 3. n. 4. de compoſit.

Ius portelli regularitèr non debetur à carceratis carceratijs, niſi quando exiſteret conſuetudo in contrarium, vt fuit deciſum per S. C. ad fauorem Vniuerſitatis Piſticij contra Baronem, in Banca Figliolæ, licèt in cauſa Terræ Beruicarij cum eius Barone deciſum fuit, quod Baro manuteneatur in poſſeſſione, Nouar. in pragm. 1. coll. 2. de carcer. n. 2.

Ius portelli non exigitur pro animalibus interceptis, & carceratis ex cauſa damni dati, & ità fuit iudicatum per S. C. in cauſa Terræ Piſticij cum eius Barone, in Banca de Felice, Nouar. in prag. 1. coll. 2. n. 6. de carcer.

Ius prælationis, ſeù protomiſæos an ſibi locum vendicet in feudo hæreditario; poſt deciſionem aliàs in Collaterali Conſilio emanatam in cauſa Iuliæ Muſceptulæ, de qua per Reg. de Ponte deciſ. 11. & Reg. Rouit. in rub. pragm. de feud. quos probat D. Reg. Hect. Capyc. Latro in conſult. 96. n. 3. ſubdit, nouiſſimis temporibus idem fuiſſe deciſum per S. C. iunctis aulis in cauſa D. Alonſi Sanchez, qui fuit abſolutus, quemadmodum alias in ſuis conſultat. 27. & 28. proſequutus fuit, ſed iterum in caſu relato in eadem conſult. 96. in eius calce poſt longam digreſſionem cenſuit idem deciſum per S. C. iunctis aulis in cauſa Ill. Ducis Montis alti, qui fuit prælatus cum Ill. Principe Roccæ.

Ius quærelandi pro homicidio mariti, & faciendi remiſſionem pertinet primo loco ad vxorem, præſertim ſi ſit illius hæres, excluſis fratribus defuncti, vt agit Reg. Valeoz. conſ. 153. vol. 2. & ſi non eſſet hæres, ſoror an idem poterit quærelare, & remittere, excluſa vxore, vt in facto contingit, ſuper quo fuerunt ſequentia allegata, vz. D. Franciſcus Sebaſtianus vir nedùm peruetuſto ſanguinis ſplendore, ſed omni virtutum gloria clariſſimus inquiritur in M. C. de homicidio in perſonam Honofrij Petra, & obtinuit ad omnem bonum finem remiſſionem à Heronyma Petra ſorore prædicti Honofrii defuncti abſq; filijs, nec relictis aliis proximioribus præter prædictam eius ſororem, verùm quia Victoria de Ianuario eius vxor contendit, ad ſe etiam ſpectare ius remittendi, nullo valido innixa fundamento, idcirco ex infraſcriptis clariſſimè demonſtrabo ſecundùm manifeſtas rationes, vniuerſa iuris principia, rerumq; iudicatarum auctoritates, ius remittendi non competere vxori ſuper nece mariti. Etenim omnibus innoteſcit, quod per Regiam Pragmaticam 7. ſub tit. de compoſitionibus ius remittendi ſpectat, cui competit ſucceſſio. Quod eatenus verum eſt, vt etiam iure communi, & Regni inſpecto non requiritur neceſſario vt ſit hæres, ſed vt ſit dumtaxat capax acquiſitionis illius, nec illi renunciauerit, Reg. Tapp. in eius deciſ. S. C. 28. n. 22. & 27. in fine. Quinimmò hoc ius remittendi de morte occiſi competere proximioribus iure ſanguinis, & non hæreditario, attenta etiam diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, refert fuiſſe deciſum per S. C. poſt longè, latèq; diſputatum articulum Reg. Rouit. in pragm. 7. de compoſ. à n. 58. vſq; ad n. 80. qui inibi verba deciſionis tranſcripſit. Sed prædictæ vxori non competit ſucceſſio, cum certum ſit, quod decedenti ab inteſtato, non relictis deſcendentibus, aut aſcendentibus in bonis ipſius ſuccedunt tranſuerſales, ſicq; fratres, & ſorores, §. ſi igitur defunctus, auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus, & eò magis in caſu noſtro ſuccedit ſoror, excluſa vxore, cum in hoc Regno Neapolitano excludatur vxor in ſucceſſione mariti ab inteſtato, vt in Conſtitutione Regni, quæ incipit Dohanæ, vbi gloſ. & Afflict. igitur dùm non eſt capax ſucceſſionis mariti, non poteſt de illius morte remittere. Et ne deſit punctualis deciſio, quod non requiratur exculpatio vxoris exiſtente legitimo hærede, refert ſic fuiſſe deciſum in S. C. Viſcont. ad Præſid. de Franch. dec. 382. in principio, Ricc. coll. 2080. quorum meminit Sapientiſſimus Iuriſconſultus Io. Baptiſta Thor. 1. part. ſui aurei Compendii, verbo remiſſio, ſiuè exculpatio vxoris fol. 461. Hinc gaudere indultu inquiſitum de homicidio, ſi obtinuerit tantum remiſſionem à fratribus occiſi, hæredibus ab eo inſtitutis, non obſtante quærela expoſita per vxorem, refert fuiſſe deciſum Conſil. Theodorus in alleg. 9. & in alio caſu Otherus diſput. 27. n. 7. & refert etiam Thorus 2. par. Compendii, in verbo indultu gaudere fol. 268. Nec prædictis obſtat regula deſumpta ex tex. in l. vxor tua, C. qui accuſ. non poſſ. quod mulieribus quoq; permittitur accuſare, quia intelligitur, quando alius magis idoneus non eſt, ad quem principalitèr ſpectet necem defuncti vindicare, velut proximior, l. Senatuſconſult. vbi gloſ. C. eod. de Franch. deciſ. 382. n. 5. Secundò, quando adeſt proximior, ſed eſt negligens, & in mora conſtitutus ad proponendum quærelam de morte defuncti, De Franch. d. dec. 382. n. 1. 7. & deciſ. 100. n. 1. ibi, ſed ipſis

ne

Digitized by Google

negligentibus fœmina admittitur, Coſil. Merlin. nouiſſimè controu. forenſ. c. 16. n. 3. & 7. Vndè cum neutrum poſſit allegare prædicta vxor, meritò ei diſpoſitio text. prædicti non opitulatur. Ex quibus momento temporis collectis ſatis, ſuperq; remanet fundatum, non poſſe D. Franciſcum moleſtari ad inſtantiam vxoris occiſi, prout ſperat iudicandum per ea, quæ ſupplebunt doctiſſimi, pariterq; integerrimi Dñi Iudicantes, quibus hæc omnia ſubmittere non prægrauatur. Aloyſius Hidra. Facta relatione in Coll. Coaſ. per Reg. Conſil. D. Ferdinandum Muñoz de menſe Martij 1640. fuit concluſum, remiſſionem ſororis ſufficere, excluſa vxore mortui, In Banca Ioelis. Prædictis adde Hieronymum Ferdinandum Othero in ſuis Romanis lucubrationibus, diſp. 27. vbi articulum præmiſſum pro vtraq; parte diſputat, & refert eo exiſtente Iudice in M. C. V. contigiſſe, & voti fuiſſe contra vxorem, vt eius remiſſio non requiratur in nece viri, ſed proximorum, licet non referat fuiſſe deciſum, attamen ex rationibus ibi adductis veritas detegitur, Thoro.

Ius Tapperi debitum Magn. Regni Camerario per hæredes Baronum, an eo defuncto illud debeatur Regiæ Cameræ Summariæ, ad quam officiũ deuolutum fuerat, dum in vita eius tale ius obuenerat, vel hæredi ipſius Magni Camerarij? Pro hoc fuerunt ſequentia in iure allegata à ſubſcripto benemerito Aduocato, videlcet. Per mortem Baronum in Regno ad duas præſtationes eorum hæredes, & ſucceſſores in feudis, releuij ſcilicet Regiæ Curiæ, & iuris tapperi Magno Camerario tenentur, cumq; anno, & die hi ponantur ad mortem Baronis denunciãdum, & inueſtituram petendum, cap. 1. de cap. Corrad. vbi And. & in Conſt. Regni Poſt mortẽ, ex hoc fuit difficultas in Regia Camera excitata per Dominum Fiſci Patronum prætendentem pro quauis morte Baronum ſecuta in vita q. Marchionis Piſcariæ huius Regni tunc Magni Camerarij, & non denunciata ipſo viuente diritus iuris tapperi non ad ipſum, ſeù ad eius hæredes ſpectare, ſed ad Regiam Curiam, ad quam officium prædictum fuit deuolutum per obitum dicti Marchionis, tum quia diritus prædicti debentur Magno Camerario, quando feudatarii hæres facit homagium, ſed tale iuramentum cum non fuerit in vita Marchionis præſtitum per dictos hæredes, ſequitur, quod nec ad ipſum, nec ad eius hæredes hi ſpectant, tum etiam, quia fructus officij prædicti ſunt pendentes, & arguendo de beneficijs ad officia, & de vſufructu ad officia, authoritate Frecc. de ſubfeud. lib. 2. verſ. 53. quæro, & paulò poſt verſ. 55. quæro, quemadmodũ beneficiatus, & vſufructuarius fructus pendẽtes tẽpore mortis ad ipſorum hæredes non tranſmittunt, ſed hi ſpectãt ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſores in beneficio tantum, gloſ. Hoſtienſ. & alij in cap. præſenti, de officio Ordinarii in 6. & ità communitèr per Canoniſtas teneri, teſtatur de Ponte deciſ. 12. nu. 12. & reſpectu vſufructuarii ad proprietarium, per text. in l. defuncta, ff. de vſufructu, & in l. ſi vſufructuarius meſſem, ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. & §. is quoq; Inſtit. de rerum diuiſione, ità & quoq. concludit ipſe in diritibus prædictis iuris tappeti non exactis per dictum q. Marchionem, ſed pendentibus illos ſpectare ad Regiam Curiam. At quàm vana ſit eius prætenſio, ex infra dicendis clariſſimè dignoſcetur. Et primò ambigi non poteſt, quod tam releuium, quàm ius tappeti per antiquiſſimam conſuetudinem in Regno fuit introductum, prout de releuio teſtatur Andr. in cap. 1. §. ſimilitèr, de cap. Corrad. & Frecc. de ſubfeud. auth. 3. n. 1. & 3. & de iure tappeti modernus Capanus de iure releuij, q. 1. nu. 24. eademquè actione, eodemquè tempore exigitur vtrumq; à Reg. Curia, & à Magno Camerario, Regens Moles in eius deciſ. manuſcriptis ante quæſtionem vnicam de iure tappeti, deciſ. 105. cumq; actio pro releuio Fiſco competens ſtatim ſecuta morte feudatarii, nulla expectata denunciatione oriatur, quo etiam tẽpore oritur obligatio in ſucceſſore hærede, adeo quod ex illo tunc Fiſcus efficitur creditor pro releuio, vt benè fundat Regens de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de reſut. feud. §. 4. n. 5. & comprobat idem Modernus in d. tract. par. 3. q. 2. num. 7. ſequitur, quod quemadmodum mors producit obligationem, & actionem pro releuio, idem & quoquè de hoc iure tappeti cõcludendum erit. Secundò, temporis dilatio vnius anni, & diei impartita fuit feudatarii hæredi principalitèr ad petendum inueſtituram, ſeù illius confirmationem, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 3. n. 7. & 8. & colligitur ex verbis eiuſdem Conſtit. Poſt mortem, in fin. prout tradit Loffred. in eius paraphraſibus feudalibus in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitura, verſ. non eſt ſimile de releuio, mihi pagin. 20. à terg. in fin. ſed eam loco inueſtituræ releuij ſolutio ſucceſſerit, dictæq; ſolemnitates ab aula receſſerint, vt docet Andr. in cap. 1. n. 6. de feudi cognitione, Capyc. in cap. Imperialem limit. 14. fol. 55. vbi clariſſimè ſubdit, neceſſarium non eſſe in Regno petere inueſtituram, quos refert, & ſequitur Reg. Rouit. in pragm. 4. de feudis, n. 90. hinc ſequitur, quod ſublato principali, cenſetur quoq. ſublatum acceſſorium, non eſt neceſſaria inueſtitura, igitur nec præſtatio homagij, vti actus antecedens ad inueſtituram, & conſequenter fatendum erit, loco homagii ſolutionem iuris tappeti ſucceſſiſſe. Tertiò licet ritus diſponat, quod Magnificus Camerarius habeat medietatem vnciæ vnius auri exigendæ à quibuſcunq. perſonis facientibus homagium pro quolibet feudo militari, quia tamen hæc homagii præſtatio fuit remiſſa, prout vſus tanti temporis, cuius memoria non eſt in contrarium, nobis demonſtrauit, & abſq; alia homagii præſtatione ſemper, & indiſtinctè tàm à Regia Curia, quàm à Magno Camerario diritus prædicti fuerunt exacti, ſequitur, quod idem, & nunc obſeruandum erit, comprobatur hoc etiam ex verbis priuilegii, vbi quando Rex conceſſit officium prædictum q. Marchioni Piſcariæ in anno 1598. expreſſè dixit. Cum omnibus, & ſingulis poteſtatibus, vtilitatibus, iuriſdictionibus, ſalario annuo, gagiis, lucris, emolumentis, honoribus, &c. ad dictum officium ſpectantibus, tàm de iure, quam de conſuetudine, ſeù alio quouis modo, & præſertim cum iure tappeti, & releuioſum dicto Auo tuo, aliiſq; Magnis Camerariis prædeceſſoribus tuis in dicto officio exhiberi,

&

Digitized by Google

& concedi ſolitis,ſcù eo modo,& forma,quibus melius, plenius, & efficacius dictum officium dicti prædeceſſores tui,dum vixerunt tenuerũt, & poſſiderunt,at pro tempore ducenium ferè annorum,quo officium prædictum in Excell. familia Aualorum perdurauit, ſemper fuit obſeruatũ, quod directus iurium tappeti pro morte Baronum ipſis viuentibus ſecuta, non autem denunciata fuit per eorum hæredes, vel affictatores exacti, igitur impedirí hodiè nõ potuit exactio prædicta, etiam ſeruata forma dicti priuilegij. Quartò, dilatio prædicta anni vnius, & diei non eſt data hæredi ad ſoluendũ releuium,ſed benè ad petendum inueſtituram, quod adeò eſt verum,vt ſi hæres illicò ſecuta morte Baronis prędeceſſoris denũciar eius mortem,& inueſtituram petit,ſtatim non expectato anno ſoluet releuium,prout obſeruari in Reg. Camera teſtatur Iacob.de Aiello de iur. adhoę, n.76. & propterea ſufficiet hæredi petere inueſtituram,nec tenetur offerre iuramentum, poſt Andr.in Conſt.Edictorum, col.2. tradit Capyc. in ſua inueſtit.feudal. ver.feudorum inneſtitura,in fin. ex quo ſequitur,quod releuium non dicitur debitum in diem,& quatenus hoc eſſet, non poteſt ſic dici de iure tappeti, quia licèt vtrumq; ſit debitum fiſcale, eodemq; tempore, & actione, eademq; via executiua exigatur, attamen ſunt directus longè inter ſe ſeparati, vnus antiquior altero, tum reſpectu cauſæ, nã ſoluitur releuium pro inueſtituræ renouatione in ſignum reuerentiæ, & recognitionis directi dominii,Andr.in cap.1.§. titulum, n 14. de cap. Corrad. Ius vero tappeti ſoluitur pro tappeto, quod ſternebatur ante pedes Domini, vbi ſucceſſor homagium faciebat, D.Moles in d.deciſ. 105. tum etiam reſpectu liquidationis,nã in liquidatione releuij deducitur adhoa, cuius deductio non fit in iuris tappeti ſolutione, vt per eundem Moles in loco prædicto, & demum, quia Ritus tales ſolemnitates non requirit, ſed ſimpliciter diſponit, quod ſoluatur Magno Camerario medietas vnius vnciæ. Sed dato, non tamen conceſſo, quod eſſet debitum in diem ius tappeti, quia ceſſit dies illico ſecuta morte feudatarij, & ex tunc actio fuit quæſita Magno Camerario,prout ſuprà fundauimus,ad l. cedere diem,ff.de verbor.ſignif. DD.in l.iià ſtipulatur,vbi Ripa,ff.de verbor. oblig. adhuc certum eſt,ꝙ tranſmittitur ad hæredes,prout in debito conditionali ſanciuit Imperat.§.ex cõditionali, Inſtit.de verb.oblig. Surd.dec.151.n.7. Quinto & demum ponamus,feudatarium mortuum in vita Marchionis Piſcariæ, eiuſq; mortem non fuiſſe per ſucceſſorem denunciatam, niſi poſt aliquot annos, tempore, quo officium Magni Camerarij alteri reperiebatur conceſſum, cui nam debebitur ius tappeti,hæredibus Marchionis, an huic, qui reperitur tempore denunciationis Magnus Camerarius, & quod hæredibus Marchionis debetur indubitanter affirmatem, mortus à communi illa DD. reſolutione, quod pœna,& mulcta debetur Domino iuriſdictionis tempore delicti, non autem ei, qui reperitur Dominus tempore ſentẽtiæ,quoniam illico commiſſo maleficio eſt ius quæſitũ Domino pro pœna,l.quicunq;ff.de act.& oblig. eodemq; tempore eſt obligatio ad pœnam, l. Imperatores,ff.de iure Fiſci,& l.fin. C.de ſententiam paſſis, indè ſententia, quæ poſtmodum fertur potius declarat, quam aliquid de nouo inducit,& ad tempus delicti retrotrahitur,l.hæredes palam,§.ſi poſt, iuncta glo ff.de teſtam.& per hæc,aliaq; iura in hanc ſententiam iuerunt Cin. Bald. & Iaſ. in l.fin. ff. de iuriſdict.omn. Iudic.Bald. & Romanus in l.diuortio, §. ſi fundum,ibiq.Alex.n.11. qui de communi teſtatur, ff.ſoluto matrimonio, & ità bis iudicatum per Senatum Siciliæ refert Maſtrill.deciſ.12. in fin. vbi hanc opinionem vti magis communem approbat,& adducit Angel.omninò videndum in l.ſi poſſeſſor,§ 1.ff.de petitione hæreditatis,& optimè Roſent. de feud.par.2.cap.10. num.64. Sic & in caſu noſtro concludendum erit, ſiquidem ſtatim ac moritur feudatarius, eius hæres per aditionem,ſeu immixtionẽ ex quaſi contractu obligatur ad releuiũ,& ad ius tappeti,addo Ego Frecc.de ſubfeud.lib.2.auth.3.n.3. & Moderni in d.tract. par.3. q.1.n.5. quando poſteà liquidatur quantitas, & expediuntur prouiſiones, hæ retrotrahuntur ad diem mortis, d. §.ſi poſt,vbi gloſ. Prædictis accedat, quod eadem Reg.Cam. vt audiui,obſeruat, quando denunciatur mors feudatarij ſecuta tempore, quo ius tappeti conductum à Petro ſcilicet erat, & non tempore denunciationis à Titio, prouiſiones pro exactione iuris tappeti expedire facit in beneficium Petri, qui erat conductor tempore mortis,cum ei ex tunc fuerit actio quæſita,per dictam l.quicumq; ff. de act. & oblig. & ità in conſimili caſu reſpectu laudemij, quod debetur ei, qui erat beneficiarius tempore contractus alienationis,non autem ei, qui erat beneficiarius tempore traditę poſſeſſionis, reſoluit iudicatum Franciſcus Soiſona de Laudimiis in reſiduo cellula 12. num 94. Reliquum eſt, vt argumentis à ſimilibus per Fiſcum adductis de beneficiis, & vſufructu ad officia reſpondeamus.Et licet ſimilitudinem quandam habere inter ſe videantur beneficia, & vſusfructus cum officiis, quia ſicut vitalitia, & non tranſitoria ad hęredes illa ſunt, ità & officia, & quemadmodum reſignari non poteſt beneficium,niſi in manibus Papæ, ità & officia, cap. quia dubiis,vbi glo. fin. & Innoc. de renunciatione,& in officio l.penult. ff. de officio Præſid. vbi glo.Bart. in l.ſi quis rei, §.differentia, n.8. ff. de acquir. poſſeſſ. attamen non propterea ſequitur,quod diſpoſitum in vno neceſſario,cenſeatur diſpoſitum in altero, habemus exemplũ in legatis, & fideicommiſſis, quæ in aliquibus habebant aliquam ſimilitudinem,ſed non proptereà ex vno inferri poterat ad aliud, quouſq; ex ſpecialis legis diſpoſitione natura vnius fuit alteri communicata,l.1.ff.de legat.1. & l.1. & 2. C. commun.de leg. hinc validum quamuis ſit argumentum de feudis ad officia tantum, de Ponte dec.28.n.5.Frecc.de ſubſeud.q.51. & 56. & quia feuda dicuntur beneficia, Andr.in cap. 1.§.fin. de feud. March. & validum etiam eſt argumentum de beneficiis ad officia, non per hoc natura vnius eſt communicata alteri, quinimmo omnes contractus inter ſe ſimilitudines habent cum aliis contractibus,at non proptereà iudicantur idem,l.quod nerua, ff.depoſ. & aduertendum eſt, quod Frecc. in locis ſuprà

citatus

citati non ſine miſterio tradidit, & in hoc bonum eſt argumentum de beneficijs, & vſufructu ad officia, quaſi quod non ſemper, & in omnibus procedat. Secundo, ſuppoſita conſuetudine, quod redditus Eccleſiaſtici, & ex eis quęſita ad hæredes Clericorum ſpectãt, fructus beneficij vltimi anni, quo moritur beneficiatus quomodo diuidi debeant inter eius heredes, & ſucceſſores in beneficio, & plures DD. voluerũt, attendendam eſſe perceptionem fructuum ſicut in vſufructuario, iuxtà tex. in l. defuncta, ff. de vſufruct. car. gloſ. in cap. ſi propter, de reſcriptis, & cap. præſenti, de officio ordin. in 6. vbi DD. & alij relati per Garz. de beneficijs, titul. de fructibus, n. 95. ſed pro rata anni eſſe fructus prædictos diuidendos, arg. l. diuortio, ff. ſoluto matrimonio, cenſuit idem Garſias ibidem n. 96. ex eo, quia beneficiatus non eſt verè vſufructuarius, ſed certo modo dominus beneficij, cap. ſi tibi abſenti, de præben. in 6. & huius ſententię fuiſſe Couarr. variar. reſolut. lib. 1. c. 15. n. 10. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. c. 11. n. 4. Caſtillum de vſufructu c. 79. n. 4. cum ſeqq. Sarmient. Gutierrez, Parlador. & alios, vt per eum, & eandem ſententiam receptiorem, & veriorem teſtatur n. 97. & ſic ſeruari in Hiſpania. Ex quarum opinionum diuerſitate colligitur, DD. qui primam tuentur ſententiam, beneficiatum ęquiparari vſufructuario, cæteros vero qui ſecundæ inhærent opinioni maius, & potentius ius habere beneficiatum, quam vſufructuarium fundant, & proinde quaſi dominum beneficij exiſtimant, ſed quicquid ſit de veritate dictarum opinionum per extrauag. Iulij III. & alior. Pontificum etiam maturati in vita beneficiati, quorum dies iam ceſſerit, etiam ſi pro eorum exequtiona iudicialiter egerit, adhuc ad ſucceſſorem in beneficio, non autem ad eius hæredes ſpectare ſancitum eſt, Theſ. dec. 143. n. 2. Ioſeph. Ludouicus deciſ. 33. quare ſi prædicta applicari caſui noſtro, & extendi ad officia poterint, videant Domini Iudicantes, tanto magis, quia beneficiatus ſecundum communem omnium Doctorum opinionem in vita ęquipararur vſufructuario, in morte autem vſuario. Dicta vero, quod de Officiali tradi non poteſt, nec applicabilia caſui noſtro ſunt per eaſdemmet rationes ſupra adductas, ſed dato, nõ tamen conceſſo, quod Officialis ad inſtar vſufructuarij iudicandus eſſet reſpectu tranſmiſſionis fructuum ad eius hæredes, & eſſent ſeruanda iura de vſufructuario loquentia, adhuc aduertendum eſſe cenſeo, tex. in d. l. defuncta, & in d. l. ſi vſufructuarius meſsẽ loqui de fructibus naturalibus, & induſtrialibus, & etiam de penſione debita occaſione fructuum per conductorem, qui ſi fructus recollexit viuente vſufructuario, tunc penſio ad eius heredes ſpectat, & non ad proprietarium, licet dies ſolutionis nondum ceſſerit, quod ſi fructus non recollexit, tunc etiam ſi dies ſolutionis venerit, ad proprietarium penſio ſpectat, eo quia ſubrogatur penſio in locum fructuum, Harihm. Piſtorius q. 24. lib. 1. n. 59. in alijs vero fructibus ciuilibus debitis non occaſione fructuum, ſed alio titulo, vt puta in cenſibus emphyteuticis, alijſq; iuribus, & exactionibus attenditur ceſſio diei, prout benè diſtinxit Schradetus de feudis par. 9. ſect. 3. q. 6. n. 9. & hanc eſſe differentiã inter fructus naturales, & prædictos fructus ciuiles, quia naturales acquiruntur ab vſufructuario per ſeparationem à ſolo, ciuiles vero, quia de per ſe debentur ſtatim quod incipiunt deberi, Præſes de Franchis in deciſ. 168. n. 13. & 14. Bald. in c. 1. verſ. quid de penſionibus in fin. de pace tenenda, & clarius in c. quæ in Eccleſiarum n. 38. de conſtit. vbi loquendo de fructibus pẽdentibus, ad quos ſpectant ſi ad proprietarium, vel ad hæredes vſufructuarij, ſubdit quoad fructus ciuiles, qui iam de per ſe ſtant, nec ſunt de corpore, quorum dies ceſſit, & venit, vel ſaltim ceſſit, ad hæredes vſufructuarij ſpectare, & ceſſionem diei operari in his ſeparationem fructuũ à ſolo, ſecundum damnatæ memoriæ Authores in gloſ. Patiſienſi §. 1. gloſ. 8. nu. 35. tradit in hiſce terminis Roſenth. de feudis cap. 10. concl. 42. n. 58. Die 29. Ianuar. 1636. referente Domino Caſanate fuit per R. C. prouiſum, ius rappeti Baronis mortui tempore Ill. Marc. Piſcariæ Magni Camerarij deberi eius hæredi, licèt nõ fuerit exactũ per dictum M. Camerariũ, penès Secret. Bartholomęus Gallucius Act.

Ius, vindictæ, & ſucceſſiuè ius faciendi pacem, an ſanguinia, vel hæreditario iure deferatur, ſuppoſito, quod comparuiſſet ſoror defuncti occiſi petens audiri, & contra reum proferri ſententiam foriudicationis ex iure ſanguinis, non obſtante, quod fratres remiſerint, quibus hęreditas fuit delata, & quod ipſa ſoror iam dotata renunciauerat, diſcutitur hinc inde articulus, & demum per M. C. refertur, deciſum fuiſſe contra dictam ſororem, referente Dom. Reg. Sanfelic. deciſion. 27.

L

LAESIO quælibet an ſufficiat pro reſciſſione contractus dotalis, & circa hoc potiſſimum, quando alter ex coniugibus deceptus eſſet in maiori dote danda, quam mariti dignitas, & qualitas exegit, concluditur affirmatiuè, etiam ſi non eſſet vltra dimidiam, & ita fuit deciſum per Sac. Conſ. teſtatur D. Conſil. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 3. c. 20. n. 5.

Lęſio an debeat præuio libello allegari, vel etiã excipi, deciſio refertur infra verbo libellus.

Laicus pro clerico, vel laico fideiubens coram Iudice Eccleſiaſtico, tam ipſe, quam eius hæres compelletur ad obſeruantiam fideiuſſionis ab ipſo Iudice Eccleſiaſtico, impartito brachio Iudicis ſecularis, prout per Collateral. Conſil. iudicatum refert D. Reg. Sanfelic. dec. 160.

Laicus an cogi poſſit ad ſe obligandum de non offendendo pro clerico ſibi coniuncto, deciſum fuit affirmatiuè D. Reg. Sanfel. dec. 142. n. 12.

Laicus reus ſi in inquiſitione contra eum teſtes depoſuerint, eſſe clericum abſquè interrogatione, an capi poſſit per Iudicem ſecularem, deci-

ſum fuit affirmatiuè, Reg. Sanfelic. dec. 143.

Laniæ licèt exercendæ ſint extra Ciuitatem, tolerantur tamen intra Ciuitatem, ex cõſuetudine, vt fuit iudicatum in cauſa Honofrij de Palma domini domus laniæ cum Monaſterio Clericorum Miniſtrantium infirmis, refert D. Reg. Sanfelic. in addit. ad eius dec. 127. n. 4. & vide ſupra in verbo caupona.

Lauatio pannorum non debet fieri in loco vbi aqua naſcitur, ſed in inferiori parte fluminis, vt fuit iudicatum per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Rionigri, & Baronis, referente Cæſare Vrſillo Reg. Conſil. Nouar. in pragm. 1. de aquis, collectan. 2. num. 3. quia non licèt lauare pannos immundos ad præiudicium domini inferioris, Alex. Raud. dec. 9. n. 27.

Laudemium an debeatur ab emptore alicuius rei immobilis oneri cenſus ſoluendi ſuppoſitæ domino emptori cenſus ex verbis aſſertiuis inter contrahentes prolatis in inſtrumento vẽditionis illius. Ex facti ſerie eliciebatur, D. Octauium Gomez emiſſe à Io. Franciſco Piſtacchio V.I.D. annuum reditum ducatorum triginta debitum à Gubernatoribus Montis Familiæ Carmignanæ, vti poſſeſſoribus domus ſitæ in via S. Mariæ Nouæ emptæ cum dicto onere, ob quod inſtitit in M.C. in anno 1635. condemnari dictos Gubernatores ad ſolutionẽ laudemij vti nouos emptores, & pariter ad ponendum domum in caput alterius, præſuponendo, illam perueniſſe ad manus mortuas, iuxtà deciſa per Piçſ. de Franc. in dec. 659. n. 2. vbi Addentes, nec non ad ſolutionem dictorum annuorum ducat. 30. ſingulis annis in futurum, & cum ita fuiſſet per M.C. deciſum, condemnando dictos Gubernatores ad ſoluendum dictum laudemium, & quindemnium liquidandum, fuit pariter per eundem actorem expoſtulata confirmatio dicti decreti in S.C. quapropter ex parte dictorum Gubernatorum præſupponebatur, malè fuiſſe iudicatum per dictam M.C. & proinde eſſe abſoluendos a tali prætenſione ex ſequentibus; quocirca dum actor prætendiſſet, talem redditum eſſe cenſum emphyteuticum, & ſucceſſiuè deberi laudemium, eius intentio fundabatur ex quibuſdam verbis aſſertiuis prolatis in quodã inſtrumento anni 1514. vbi aſſerebatur, qualiter Pyrrus Ant. & Franciſcus Piſtacchij emerant à Io. Auguſtino de Ponte, & Dianora Ruta coniugibus dictum reditum ducatorum 30. pro pretio ducatorum 375. & in aſſertione, quam præfati coniuges fecerant venditoribus dixerant, poſſidere certum reditum, ſeù cenſum emphyteuticum perpetuum ducatorum 30. ſuper certis domibus ſitis in platea D. Aluinæ in dotem datorum ab Antonio Ruta patre ipſius Dianoræ tempore matrimonij primo loco contracti cum Berardino de Roſis ad rationem ducatorum quinq; pro centum, prout de ſubmiſſione prædicta aſſeruerunt apparere ex inſtrumento celebrato in anno 1510. in quo inſtrumento de anno 1514. conſtat, qualiter idẽ Antonius Ruta ſe obligauerat correſpondere pro dicto cenſu eiſdem de Piſtacchijs, & ante omnia dicebatur ex hoc, quod cenſus eſt vox æquiuoca, vt demonſtrat Cenc. in tract. de cenſ. p. 1. cap. 1. q. 1. art. 1. n. 1. & conſequenter, vt ſubdit n. 13. ipſe conuenit etiam contractui emphyteuticario, & libellario, & in dec. 108. n. 20. tom. 2. immo ad rem noſtram cenſus ſumitur quandoque pro eo, quod annuatim præſtatur alicui etiam inferiori à Principe. Felic. in tract. de cenſ. tom. 1. in proœm. nu. 8. & in ſumma cenſus cum ſit nomen æquiuocum dicitur reditus reſeruatiuus, reditus emphyteuticus, reditus conſignatiuus, reditus colonalis, vt tradit Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 22. n. 66. Hoc præſuppoſito infertur, quod cum talis cenſus enũciatus ſit in tali inſtrumento, cenſeri debet probatus ex verbis enunciatiuis, maximè fauore dotis, quemadmodum inſpicitur in ſpeciali deciſ. apud Cencium 12. tom. 2. & Duard. dec. 335. tom. 2. de cenſ. Secundo eius intentionem fundabat actor ex alio inſtrumento anni 1520. ex quo apparebat, Franciſcum Pappacoda emiſſe dictam domum ab Antonio Ruta, & poſtulaſſe conſenſum ab ipſis de Piſtacchio poſſeſſoribus dicti cenſus ſuper dicto contractu, & fuiſſe præſtitum, adeo quod quando emphyteuta vellet alienare rem emphyteuticam, tenetur conſenſum domini poſtulare, Maur. Burg. in tract. de laudim. inſp. 5. in prima parte n. 24. cum ſit neceſſarius, probat Georg. Franc. in tract. de laudemio c. 9. n. 63. ex quo de iure probatum eſt, non poſſe emphyteutam rem alienare irrequiſito domino, l. fin. C. de iure emph. Clar. in §. emphyteuſis q. 13. Ricc. coll. 2447. p. 6. Baldaſſ. Klammer. in prompt iur. tit. 10. de emphyt. §. 3. & tunc emphyteuſim volenti alienare cogitur dominus conſentire, Surd. dec. 334. n. 54. deciſ. 182. n. 12. dec. 220. num. 54. nec aliter denegare, Burg. d. tract. p. 1. inſp. 5. n. 42. vnde per talem conſenſum fit recognitio in dominum, Farin. dec. poſthu. 180. Burg. d. tract. p. 1. inſp. 5. n. 3. & ſucceſſiuè per talem recognitionem dominium probatur, vt tradit Valaſc. in tract. de iure emph. quæſt. 9. num. 18. Maur. Burg. de laudemio p. 3. inſp. 12. num. 15 p. 1. propter quod dominium laudemium domino debetur ex alienatione contracta domino conſentiente, d. l. fin. Iul. Clar. in d. §. q. 13. in princ. idcirco ſoluitur ex natura contractus emphyteutici, Surd. deciſ. 31. nu. 6. & ſic in recognitionem dominij, pro quo emphyteuta debet obligare omnia bona in recognitionẽ pro ſolutione canonis, Frãc. Solſon. in ſtilo c. breuiat. in rub. forma recognit. factæ per emph. n. 3. Tertio adducebatur decretũ M.C. alias latum in anno 1611. per quod fuit condemnatus D. Ferdinandus Carmignanus ad ſolutionem laudemij eiuſdem domus vti illius emptor, & res iudicata pro veritate habetur, l. res iudicata, ff. de reg. iur. adeò quod ſemper pro ſententia præſumitur, DD. in l. cum 35. §. ſi Prætor, ff. de tranſact. cum alijs adductis per Simon. cell. in tract. de decretis lib. 3. tit. 7. n. 41. His tamen replicabatur ex parte Gubernatorum, & primo, non ſufficere verba aſſertiua contrahentium dicentium, reditum ipſum eſſe cenſum emphyteuticum perpetuum, niſi aliud probetur, ita ex multis corroborat Valaſc. eo. tract. q. 9. n. 6. 7. poſtquã ad hoc vt laudemiũ debeatur domino, neceſſe erit, quod conſtet de vera conſtitutione cenſus emphyteutici, ex tex. in l. 3. C. de iure emph. & quamuis ipſa emphyteuſis probetur per eius nominationem factam in contractu per contrahentes, quibus ſtandum erit, in-

quic

quit poſt Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 105. n. 1. Maſcard. de probat. concl. 607. n. 1. Zoanet. lib. rer. quotid. cap. 59. n. 1. nihilominus quia in memorato inſtrumento contrahentes ſe referebant contractui alias celebrato in anno 1510. vndè dicebant, apparere de cõſtitutione illius, ex quo verba illa, prout in inſtrumento, &c. videntur importare dubitationem, Duard. dec. 401. n. 8. poſt tract. de cenſ. tom. 2. Videbatur ex hoc ceſſare conſtitutionem ipſam, vltrà quod producto dicto inſtrumento relato totum oppoſitum conſpiciebatur. Ad ſecundum replicabatur, quatenus Franciſcus Pappacoda conſenſum expoſtulauerat ab ipſis de Piſtacchio circa emptionem domus, ex quo dictus conſenſus præſtitus non apparet, vt poſſit peti cenſus emphyteuticus, vbi verè non eſſet, eo amplius, quia ipſi de Piſtacchio conſenſum præſtiterant cum clauſula, quatenus ad dictos fratres ſpectat, & quatenus facit, &c. Similitèr talis conſenſus non ſuffragatur, ex diſpoſitione iuris, etenim talis actus etſi habeatur pro expreſſa recognitione dominij directi, non per hoc præſumitur contractus emphyteuticus, ſi de prima conceſſione non conſtet, vt inquit Petr. Bellug. in ſpecul Princ. rub. 28. tit. de præconis, §. per quam, n. 19. verſ. quinimmò. Quo verò ad tertium replicabatur, ſi debeatur laudemium, vel non, eſſe deciſum, adhuc tamen decretum illud non fuit interpoſitum cum dictis Gubernatoribus, ſed cum dicto D. Ferdinando, qui non ſolum non appellauerat, nec etiam ſe defendit producendo inſtrumentũ anni 1510. ideò præiudicare non poterat, ex regula vulgata res inter alios acta, &c. vbi Tiraq. & propterea cum ad præſens à dictis Gubernatoribus productum fuit, & in eo aſſerebatur à contrahentibus in venditione facta ipſis de Piſtacchio in anno 1514. dictum ceoſum emphyteuticum perpetuum, ex quibus verbis proculdubio contractus emphyteuticus reſultari, per ea, quæ tradit Zoann. vbi ſup. n. 3. ex Alex. conſ. 11. col. pen. & fin. lib. 4. Sed inſpecto tenore alterius contractus prius celebrati, cui ſe referebant, in eo aliud non continebatur, niſi quia ſucceſſo matrimonio Dianoræ Rutæ cum Io. Auguſtino de Ponte, Antonius Ruta eius pater in ſatisfactionem duc. 650. promiſſorum in dotem, ſoluit ducatos 50. & pro alijs duc. 600. obligauit omnia ſua bona, & ſignãter ſubmiſit dictam domum, quam poſſidebat, ſitã in Platea S. Mariæ Nouæ, de qua agebatur, & etiam aliud fundacum ſitum in platea Rutæ Cathalanæ pro annuis duc. 30. ſoluendis dictis coniugibus durante dicto matrimonio, & in caſu reſtitutionis dotium reſtitui debeat dictum capitale duc. 600. Ex hac forma contractus prætendi non poteſt conſtitutio cenſus, talitèr quod pro alienatione dictæ domus debeatur laudemium, dum dictus Antonius domum non conceſſerat, nec in emphyteuſim dederat dicto Io. Auguſtino de Ponte, ac Elionoræ Rutæ ad annuum canonẽ duc. 30. ſed ſolum obligauit, & ſubmiſit inter alia dictæ ſolutioni duc. 30. vt dictum eſt, & ipſe remanſit dominus, & poſſeſſor dictæ domus, & ſoluebat eidem dictos annuos duc. 30. iſtæ ſiquidem ſubmiſſiones bonorum in illis temporibus vſu receptæ erant, nam tunc non erat inuenta emptio annuorum introituum, ſicut hodiè celebrantur tales contractus venditionum, & emptionum annuorum introituum, vt patet ex Bulla Nicolai V. in prag. 1. de cenſ. & idcirco S. C. declarauit, has ſubmiſſiones ad inſtar contractuum venditionum prædictorum, vt notum eſt, quod adeò verum eſt, quod id aliud non fuit, niſi obligatio in ſpecie dictæ domus vna cum fundaco, & diſſoluto matrimonio per obitum dicti Ioan. Auguſtini in anno 1514. præfata Elionora, vt rem gratam faceret dicto Antonio, liberauit à dicto onere reditus fundacum, & contenta remanſit, vt remaneret reditus ſolum ſuper dicta domo, & in ſumma pro ipſis Gubernatoribus clarificabatur directum dominiũ dictæ domus, dicendo non fuiſſe ipſos de Piſtacchio, à quibus cauſam habuit dictus Gomez, ſed Alexandrum Punzectum primum dominum illius, qui cenſui ſuppoſuit, concedendo dictam domum vna cum alijs domibus eidem Antonio Ruta ad annuum canonem duc. 43. & cum fuiſſet domus ipſa per dictum Antonium in anno 1518. vendita Franciſco Pappacoda olim domino illius, dictæ emptioni Alexander Punzetto directus dominus conſenſũ præſtitit dicto Franciſco emptori, qui ſe obligauit ſoluere ſingulis annis duc. 12. 2. 10. pro cenſu, quia tãta erat rata ſuper dicta domo, ad quem fuerunt condemnati dicti Gubernatores, & ſingulis annis ſoluunt dicto ceſſionario dicti Punzetti, ecce quomodo manifeſtatur, qualiter ipſi de Piſtacchio non ſunt directi domini, ſed Alexander Punzetto, & proindè remanſerunt ſimplices creditores domus in annuis duc. 30. redimibilibus pro duc. 600. Nec domum officit allegare, qualitèr Gubernatores ab anno 1617. quo emerant domum, vſq; adhuc ſemper ſoluerunt reditum nominatũ, & ſolutum vti cenſum, & ſucceſſiuè tanquam emphyteutæ ſoluerant, ità quod lex præſumit præceſſiſſe, quæ præcedere debebant, ex doctrina Bal. in l. qui in alieno, §. ſed ſi adierit, & ibi Angel. nu. 2. ff. de acquir. hæred. cum alijs adductis per Cauale. deciſ. 29. nu. 3. par. 2. ex quo idem Bald. eodem loco inquit, quod hoc non procedit, quando in inueſtitura contrarium apparet, ſicut in iſto caſu oſtenditur, immò quamuis ſoluiſſent Guberoetorea vti emphyteutæ referentes ſe contractui antiquo, qui reuera non erat emphyteuticus, non conſtituit emphyteuſim, quia error in origine apparet, Bald. in l. non idcircò, C. de iur. & fact. ignor. ſequitur Bellug. vbi ſup. d. §. per quam, nu. 19. verſ. in contrarium tamen, ex quibus omnibus iuſtitia Gubernatorũ reſultare comperitur pro reuocatione ſententiæ M. C. ſtantibus prædictis ſcripturis præſentatis, non alitèr productis in prima inſtantia. Quapropter facta relatione in S. C. per Regium Conſil. Hector. Capyc. Latro die 8. Febr. 1640. fuit iudicatum benè appellatum, & malè iudicatum per M. C. & proindè abſoluantur conuenti, In Banca Burrelli.

Laudemium an debeatur domino directo vnà cũ ceoſibus decurſis petitis ab eo, nulla exhibitione inſtrumenti facta per eum ad inſtantiam debitoris conuenti petita, vtputà ſi domious petierit cenſus, ſiuè canones præteritos vna cum laudemio, & per conuentum fuerit petita exhi-

bitio inſtrumenti ad cognoſcendum, ſi res conceſſa, fuerit ſub qualitate cenſus, vel emphyteuſis, ex quo ſi fuerit conceſſa res ſub aliquo annuo cenſu, certum eſt, quod laudemium non debetur, probant Manent. in tract. de iure contract. liuell. pacto 9. n. 6. Boccat. in tract. de cenſibus, p. 1. ſub n. 58. Farinac. dec. ciuil. 400. n. 3. tom. 1. Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 4. n. 13. quem ſequitur Maur. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 20. n. 48. in addit. neq; de contractu annuorum introituum, poſt Manent. vbi ſup. Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 4. n. 4. quem citat Maur. Burg. de laudem. p. 2. inſpect. 20. num. 46. in addit. Georg. Francz. in tract. de laudemiis, cap. 17. n. 7. vbi id declarat, qualiter procedat, ſecus tamen in contractu emphyteutico, ex cuius natura laudemiū debetur, Maur. Burg. d. tract. p. 3. inſpect. 7. n. 5. Thomat. dec. Macerat. 60. n. 41. Duard. in tract. de cenſibus in proœmio q. 12. n. 19. & in §. 1. q. 11. numet. 8. & §. 2. q. 21. num. 44. tom. 1. Conſil. Merlin. controuerſ. forenſ. tom. 1. controuerſ. 37. num. 6. adeò quod ſolutio laudemii concernit rem emphyteuticam, idem Borgn. d. tract. p. 1. inſpect. 9. n. 18. ex quo ſoluitur de eo, quod eſt in re emphyteutica, Idem d. p. 3. inſpect. 6. n. 22. & conſequenter probat, contractum eſſe emphyteuticum, Idem dict. part. 1. inſpect. 5. n. 33. Et ſimiliter pro cotractu liuellario, Manent. d. pacto 9. ex eo, quia contractus emphyteuticus nihil differt hodie à liuellario, Maur. Burg. dict. tract. p. 2. inſpect. 31. n. 5. & non ab re ſi contractus annui reditus, & cenſus longè differant ab emphyteuſi, & liuellario, Manent. dict. tract. q. 2. n. 20. poſtquam cenſus, & emphyteuſis non ſe compatiuntur, Menoch. de præſumpt. lib. 3. preſumpt. 106. n. 14. quo fit, vt quamuis dominus rei cenſuatæ, ſiuè emphyteuticę pro cenſuū, ſiuè canonum præteritorum exactione debeat manuteneri in tali poſſeſſione exigendi pro pręteritis cenſibus, ſiuè canonibus, nec propterea tenetur oſtendere inſtrumentū, ſed potiùs enſē, vt concludit Paris de reintegr. feud. cap. an ſi tenens fol. 49. & ità pluries iudicatum fuiſſe, tam per M. C. quam per S. C. teſtificatur Io. Iacob. Maſull. ad Capyc. dec. 104. n. 3. ſequitur Epiſcopus Ricc. collect. 1854. quod nedùm reſpectu cenſuum decurſorum procedere videatur, nempè ex longiſſima ſolutione manuteneri debeat dominus in poſſeſſione exigendi, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 20. n. 9. per tex. in cap. quærelam, de elect. & Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua, num. 80. ſed etiam reſpectu laudemiorum, vt paritèr reſpectu ipſorum ad oſtenſionem inſtrumenti neutiquam dominus cogi poſſit, maximè ſi conſtaret de aliquali certitudine conceſſionis rei factæ in emphyteuſim, vt fuit iudicatum per M. C. referente Io. Franciſco Capibl. die 8 Iulii 1630. in cauſa D. Marci Antonij Abbate Patochi S. Mauri Caſalis Caſoriæ cum Io. Gregorio Vulpicella, qui fuit condemnatus, nedùm ad cenſus præteritos, ſed etiam ad laudemium, vt conſtat in actis, penès Conſtantinum, & in eis articulauerat, rem ipsā fuiſſe ſub emphyteuſi conceſſam, vt perſpexi, & de hoc difficultabatur reſpectu exhibitionis inſtrumenti ob diuturnam præſtationem. Sed quæſtionis erat, ſtante dubietate, an ſi ſub annuo canone, vel cenſu conceſſa fuerat res, ità vt cogi potuiſſet dominus ad exhibitionem inſtrumenti, & omiſſa diſtinctione prodita per Maur. vbi ſup. n. 7. ſi dominus debeat probare, bona eſſe emphyteutica, ſi aduerſarius neget, vbi cenſuit, quod ſi dominus ageret poſſeſſorio, & ſic manutenendus, ſecus tamen petitorio, vt ibi per eum, pro claritate facti, vt non teneatur ad laudemium, vel teneatur, dùm dominus præteritos cenſus petierat cum laudemiis. Et in hoc Doct. cenſuerunt ex quibuſdam argumentis, ſeù præſumptionibus, præſumi bona cenſualia, vel emphyteutica, vt per Borgn. deciſion. 27. num. 85. & deciſ. 30. n. 202. par. 2. dec. 43. num. 55. p. 1. poſt Natt. conſ. 3. vol. 1. latiùs Menoch. vbi ſup. In dubio tamen contractus præſumitur potius cenſualis, quam emphyteuticus ad euitandum caducitatem, & conſolidationem dominij vtilis cum directo, Borgn. dec. 1. n. 17. p. 2. Intrigl. de cenſib. q. 55. n. 12. Menoch. vbi ſup. n. 3. Caualer. dec. 201. n. 2. Valaſc. de iure emphyt. q. 32. n. 35. vbi plures citat, ea ratione fauore libertatis prædiorum, & quando non probatur, bona fuiſſe data in emphyteuſim, poſſit eſſe, quod fuerint data ad cenſum, Farin. d. dec. 400. n. 9. & ratio eſt, quia contractus emphyteuticus eſt magis oneroſus, quam cenſualis, Thomat. d. dec. Macerat. 60. n. 33. & non mirum ſi laudemium in dubio debeat intelligi, vt non debeatur, Mantic. deciſ. 336. n. 4. Non tamen deſunt qui aſſerunt, contractum potius eſſe emphyteuticum, quam cenſualem, ex coniecturis relatis per Valaſc. & Menoch. vbi ſup. potiſſimum ſi ab initio conſtaret de dominio directo alicuius, & translatione in alium ſolius dominij vtilis, ſimiliter ex modo conceſſionis, ex quo datur res ad meliorandum, per ea, quæ diſcutit Caualer. d. dec. 201. vbi ità deciſum refert, ſed hoc, quando appareret de inſtrumento, ſecus quando eſſemus in dubio ob inſtrumenti perditionem, ſeù occultationem, quod potiſſimum in Eccleſia procedere non ambigitur, vt potius cenſeri debeat contractus emphyteuticus, quam cenſualis, ex Beroo in cap. 1. de in integ. reſtit. q. 14. firmat ibi Valaſc. nàm reſpectu Eccleſiæ bona eccleſiaſtica præſumuntur cenſualia, ità Borgn. dec. 30. n. 34. & 103. p. 2. & ſic ſe habere communem opinionem cenſuit ibi Valaſc. quod ſi conſtiterit, ad quod ſubdit Caualer. vbi ſup. n. 6. conſuetum ſtilum Sedis Apoſtolicæ non firmare tales contractus, niſi ſub forma conceſſionis in emphyteuſim ad tertiam generationem, prout ità deciſum firmat, vndè competitur, contractum præſumi celebratum ſecundùm contrahentium conſuetudinem, Manent. d. tract. q. 1. n. 44. vel ſecundum vſum frequentiorem, Idem eod. tract. q. 3. n. 71. & contractus ſimpliciter factus intelligitur celebratus ſecundum quod conſuetum eſt fieri in tali loco, vt poſt Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus, n. 12. ff. de reg. iur. Borgn. dec. 2. n. 16. p. 1. ſicq; data huiuſmodi præſumptione, quod reſpectu Eccleſiæ contractus præſumatur emphyteuticus, dùm non reperiatur inſtrumentum, vt exhiberi potuiſſet, ſubſequitur, iuſto titulo Eccleſiam poſſidere præſumi ex ſpeciali priuilegio, vt ex multis probat Flores de Menà var. reſolut. lib. 3. q. 23. præſertim n. 94 & in contingentia facti iam occurſi præteritis annis in cauſa Hebdomadariorum Maioris Eccleſiæ

Neap.

Neapol. petentium, nedùm cenſus præteritos, ſed etiam laudemia ob alienationem certi territorij modiorum octo, ſiſtentis in Caſali Arzani, pro quibus etiam condemnari Federicum de Marinis A. M. D. illius poſſeſſoris ad eos ſoluendum cum laudemijs, & ſic ad futuros cenſus in futurum, & ſe obligandum de facie ad faciem, indè compilato proceſſu cum fuiſſet prolata ſententia condemnatoria die 22. Septembris 1604. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Octauiani Cæſaris, per quam fuit condemnatus ad ſoluendum cenſus præteritos liquidandos, & in futurum decurrendos, pariterq; ad laudemia, nec non ad ſe obligandum de facie ad faciem, cuius vigore commiſſo calculo fuit facta liquidatio pro cenſibus decurſis in ducatis ſexdecim, & pro duobus laudemiis in ducatis quatuor, proptopter quod fuit interpoſitum decretum huiuſmodi, videlicet. In cauſa Hebdomadariorum Maioris Eccleſiæ Neap. cum Federico de Marinis A.M.D. &c. Die 14. Martii 1608. Neap per militem V.I.D. Io. Andream de Georgio Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium viſis actis fuit prouiſum, quod ſententia S.C. lata in fauorem Hebdomadariorum Maioris Eccleſiæ Neap. contra A. M. D. Federicum de Marinis exequatur pro ducatis viginti, & granis quinq; in calculo confecto per Io. Baptiſtam Vaxallum, hoc ſuũ, &c. & intimetur, Io. Andreas de Georgio. Et cum fuiſſet in replica oppoſitum, quod non poterat condemnari D. Federicus pro laudemiis, ex quo non conſtabat, contractum eſſe emphyteuticum, pro quo laudemium debetur, ideò fuit prolatum aliud decretum, videlicet. Die 15. Aprilis 1608. Neap. per militem V.I.D. Io. Andream de Georgio Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium viſis actis, & auditis partibus prouiſum eſt, quod ſententia lata in fauorem prædictorum Hebdomadariorũ Maioris Eccleſiæ Neap. contra Medicum Federicum de Marinis exequatur, ac debitæ executioni demandetur, iuxtà ſui ſeriem, & tenorem, & proindè conſignentur literæ executoriales pro duc. viginti pro cenſibus decurſis, & laudemiis, hoc ſuũ, &c. & intimetur. Io. Andreas de Georgio, & cum fuiſſet ab hoc decreto appellatum, & obtentum verbum fieri in S. C. Demum facto verbo de prædictis in S.R.C. per Mag. V. I. D. Io. Andream de Georgio Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Die 22. Martii 1608. per S. R. C. declaratum eſt, benè fuiſſe prouiſum per Mag. cauſæ Commiſſarium die 14. Martii 1608 fol. 237. à ter. hoc ſuum, &c. Annibal Cæſarius Secretarius, in Banca de Ferrariis, nunc Speta.

Laudemium quamuis debeatur pro contractibus venditionum communitèr, an etiam pro contractu permutationis, eſt certum, quod laudemium debetur pro inueſtitura, & poſſeſſionis ingreſſu rei emphyteuticæ, vt inquit Amat. variar. reſol. in 84. reſol. n. 73. latiſſimè Maur. Burg. in tract. de laudem. p. 1. inſpect. 5. Berlich deciſ. 19. n. 5. & ſic de inueſtitura facta perſonis comprehenſis in prima, ex Aym. Ceph. & Menoch. probat Farin, in repert. de contract. in fragmentis, verb. laudemium, vbi multa ad ornatum tradit, idcircò ſoluendum erit domino in alienatione rei emphyteuticæ, Iul. Clar, in §. emphyteuſis, q. 23. in princ. Duard. de cenſib. q. 82 n. 19. & 9. 1. q. 11. n. 8. tom. 1. Georg. Francz. in tract. de laudemiis, cap. 16. Maur. Burg. dict. tract. p. 2. inſpect. 2. Coler. deciſ. 33. n. 5. Ripol. variar. reſol. cap. 7. n. 168. pariterq; pro rebus permutatis, prout ex Iaſ. & Bertran. probat Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 23. n. 2. poſt Guid. Pap. q 92. Io. Montan. & Petr. Iacob. Amad. de Ponte in tract. de laudemiis, q. 38. n. 1. Georg. Francz. dict. tract. q. 18. Moller. lib. 4. ſemeſt. cap. 3. ſub n. 3. vbi alios adduxit, & deciſum teſtatur, latiùs Maur. Burg. d. tract. ead. part. inſpect. 4. Coler. dict. deciſ. 33. n. 6. & ſeqq. Horat. Montan. controuerſ. 75. n. 5. poſt Cancer. variar. reſol. p. 1. cap. 11. n 76. Quocirca in cauſa D. Ioſephi Mazzarelli cum Io. Dominico de Meſtere fuit interpoſitum ſequens decretum; videlicet. Die 21. menſis Octobris 1578. Neap. facta relatione de prædictis in S.R.C. per V.I.D. Vincentium Maſtrillum Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod decretum latum per S. C. die 8. Iulii 1577. mandetur executioni pro laudemiis debitis tam de contractibus venditionum, & permutationum, quam donationum, & legatorum ad rationem ducatorum duorum pro ſingulis ducatis centum, ſalua, &c. per dictum Priorem partibus plenè auditis, hoc ſuum, &c. Annibal Cæſarius Secretarius, penès Ioan. Aloyſium Sarrum Magiſt. Actor. & huiuſmodi decreti copia cum aliis præſentata paret in proceſſu eiuſdem D. Ioſephi Mazzarelli cum Baptiſta de Candeloro, in Banca Caroli Carboni Mag. Act. fol. 72.

Laudemium ex donatione an debeatur, licet aliqui Doct. dubitauerint, & in negatiuam ſententiam inclinauerint, vt vltrà citandos, inferiùs tamen contrarium deciſum refert Præſ. de Franch. deciſ. 201. quem ſectatur Molfeſ. in ſumma Theol. moral. part. 2. tract. 12. capit. 8. n. 44. & nouiſſimè idem deciſum per idem S.C. relatum fuit ſup. eo. verbo.

Laudemium an debeatur de legato, Amad. de Ponte in tract. de laudemio q. 31. in princip. inquit idem, quod in donatione, ex Bertr. Iaſ. Par. & Redoan. ibi relatis, & in terminis ſi laudemium debeatur ex legato rei emphyteuticæ attingit Maur. Burg. in tract. de laudemio, p. 1. inſpect. 48. n. 12. cum aliis apud Horat. Montan. controuerſ. 75. n. 5. & quod laudemium debeatur pro legato puro eius rei, quæ debebatur ſub conditione, refert Sola ad Conſtit. Saband. tit. de iure emphyt. gloſ. 1. num. 18. relata fuit deciſio ſup. eod. verbo.

Laudemium an debeatur pro re emphyteutica donata alicui, vt contingit ventilari in S. C. in cauſa Congregationis Sancti Georgii de Neap. cum Marco Andrea Ferace, & Victoria Sarana coniugibus, nominibus, vt in actis, ſuppoſito quod cum ipſe Marcus Andreas donaſſet quandam Terram ſitam *ad Arzano* redditiam in certo canone emphyteutico eidem Congregationi, comparuit in S. C. Don Lucianus de Aloyſio Procurator, & Cellerarius dictæ Congregationis, petendo, condemnari dictam Victoriam, nedùm ad cenſus decurſos, ſed etiam ad laudemium occaſione dictæ donationis, & prætea, quæ cenſuerunt communiter Doct. laudemium eſſe ſoluendum, etiam ſi res emphyteutica alie-

don..

donetur, ex Bartran. & Iaſ. probat Iul. Clar. in §. emphyteuſis, q. 23. num. 2. Amad. de Ponte in tract. de Laudemio, q. 30. n. 31. quem ſequitur Bellus conſ. 129. n. 19. Ludouiſ. deciſ. Rom. 520. n. 3. vbi Addit. & punctualiter ad rem noſtram de donatione rei emphyteuticæ, ſi debeatur laudemium, attingit Maur. Burgius in tract. de Laudemio par. 2. inſpect. 30. n. 2. & ſeq. aſſequitur idem punctualitèr Berlich. deciſ. 68. num. 7. Coler. deciſ. 33. n. 6. & ſeq. Muta deciſ. Sicil. 10. n. 3. 4. 6. & 7. Ideò fuit interpoſitum ſequens decretum in cauſa prædicta: Die 26. Februar. 1614. Neap. Facto verbo de prædictis in S. R. C. per V. I D. Io. Ruiz de Valdiuieſſo Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S. R. C. prouiſum eſt, quod infrà decem dies Victoria Sariana ſoluat cenſus decurſos, & laudemium petitum Venerabili Congregationi S. Georgij, alias prouidebitur ſuper petita deuolutione, hoc ſuum, &c. penès Secret. in banca Io. Aloyſii Sarri, tunc Magiſtri Actorum, nunc de Amico, & hoc vltrà aliud decretum ſupra eod. verbo relatum.

Laudemium iuxtà iuris communis diſpoſitionem eſt quinquageſima pars pretij, ſed ſi ex conſuetudine alicuius Terræ fuerit certum quid deberi, ſiuè fuerit res magni valoris, ſiuè parui, vt præſumebant Ciues Terræ Turris Octauæ, licet non bene probata, an debeantur attenta iuris diſpoſitione, deciſum fuit per S. C. teneri ad quinquageſimam partem, refert Horat. Montan. controu. forenſ. controu. 75. ſub n. 10.

Laudemium an debeatur ex donatione rei emphyteuticæ, licet non fuiſſet alias deciſum, & ſic indeciſa cauſa relicta, vt inquit Præſ. de Franch. dec. 205. tamen poſteà deciſum fuit affirmatiuè per S. C. in cauſa Monaſterii S. Martini cum ſuis cenſuarijs, deberi laudemium pro donatione inter viuos. In Banca Scacciauenti, & iterum iunctis aulis in alia cauſa, vt tradit Horat. Montan. controu. for. cõtrou. 75. ſub n. 11.

Laudemium an debeatur ex donatione rei emphyteuticę donatę; fuit pluries deciſum per S. C. affirmatiuè, vt in caſibus relatis per Io. Baptiſtã Hodiernam in addit. ad Surd. deciſ. 3. n. 47. ſubdens etiam, deciſum fuiſſe in omnibus contractibus tàm inter viuos celebratos, quam in vltima voluntate, in noua impreſſ. & iterum in dec. 93. in fin.

Laudemia, & cenſus præteritos an ſoluere teneatur emptor certæ domus, vti franchæ, ſuper qua fuerit intentatum iudicium deuolutionis ob ſolutiones non factas, & quamuis inſtrumentũ directi dominij non produceretur, attamen producebatur aliud inſtrumentũm indè celebratum recognitionis, in quo Iulius Spicula aſſeruit in præſentia Antonij de Aitono, & Angeli Bonauita, ſe habere directum dominium cum annuo cenſu ſuper certa domo, iuxtà tales fines, ex cauſa conceſſionis ſoli dictarum domorum ei factæ cum reſeruatione directi dominii, demum per M. C. fuit condemnatus Frãciſcus Pappalardo ad laudemia, & cenſus, etenim actores ea æquitate renunciauerunt petitæ deuolutioni in cauſa D. Antonij, & D. Fabritij de Aytono cum dicto Franciſco. In Banca Conſtantini, tradit Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controu. 75. ſub n. 14. & ſeq.

Laudemia præterita an ſolui debeant per vltimũ poſſeſſorem rei emphyteuticæ; fuit pluries deciſum per S. C. affirmatiuè in caſibus relatis per Io. Bapt. Hodiern. in addit. ad deciſ. Surd. 31. ſub n. 19. in noua impreſſ.

Laudemia an debeantur ab emphyteutis rebus alienatis ex iuris neceſſitate, ad quæ ipſi teneri videntur, etiam ſi fuerint abſoluti à cumulatione, ac petitione nullitatum, conceſſionum, deuolutionum, prælationum, ac ipſorum laudemiorum præſtationum cumulatione ad diuerſa tendentium, quæ disiunctiuè, non cumulatiuè propoſitæ videbantur, nec propterea iudicium ſuper vno prolatum vim iudicati operatur in alijs. De his contingit hæſitari in S. R. C. in cauſa Eminentiſſ. Card. Aſcanij Philamarini Archiepiſcopi Neapolitani cum illis de Fonſeca, eorumq; ſubcenſuariis, & pro eodem Eminentiſs. Card. fuerunt ſequentia in iure allegata per ſubſcriptum benemeritum Aduocatum Neapolitanum, tunc Iudicem vtriuſquè M. C. V. videlicèt. Quatuor petitionibus diuerſo tempore Neapolitanæ Præſulum Eccleſiæ relatis, ſententia, ſuper qua tamen ſuſcipimus exoritur, vt igitur ex his, quæ de facto non ambiguntur ea, quæ in dubium reuocantur valeant enucleari, operępretium exiſtimamus ſententiã ipſam exarare, cæteris facti breuitèr prænarratis, etenim initium examinantes, nulli dubiũ eſt, pluribus emphyteuticis factis conceſſionibus in anno 1514. ab Ill. q. Card. Carapha Galaſſo Sacco, & Io. Baptiſtæ Cicinello de bonis in iudicio deductis, euoctis omnibus poſtmodum Galeatio Cicinello patri, ac Fabio filio obuentis fuiſſe illa ab eodem Fabio ad Capitaneũ Io. Ruiz de Fonſeca venditionis iure tranſmiſſa, addito canone Archiepiſcopali Neapolitanę Menſę debito duc. 51. t. illiuſq; aſſenſu reſeruato bini alij cenſus exindè enumerantur, altero, ac poſteriori loco. At cum ſub alijs emphyteuticis pactionibus idem de Fonſeca, cęteriq; eius filij, ac deſcendentes eadẽ bona quampluribus diſtribuiſſent, Ill. Annibal de Capua tunc Antiſtes in anno 1581. inſtituto iudicio ſuper his bonis, reintegrari petijt tanquam nulliter diſtractis Bullarum forma poſthabita, iuribuſquè de rebus Eccleſiæ non alienandis minimè ſeruatis, vt propterea tanquam ſpoliatus remedio cap. reintegrandæ inſtitertt reſtitui, & aliquibus exactis annis, in anno ſcilicet 1595. ſuſceptum iudicium proſequendo direxit, illud non amodo contra dictos de Fonſeca, cum quibus iam fuerat inſtitutum, ſed contra cunctos, qui tunc aderant poſſeſſores, ſiuè ſubcenſuarios huiuſmodi petitionibus tertia ſubnectitur, è qua præſens bellum inſurgit, Ill. Card. Ieſualdus, qui in anno ſequenti 1596. dum eandem Eccleſiam regeret, cumulando inſtantijs prædeceſſorum contra eoſdem de Fonſeca, cæteroſq; ſubemphyteutas, vlterius petiit, gradatim tamen, conditionalitèr, & ſucceſſiuè idipſos illos, condemnari ad omnia laudemia iam debita pro præterito, & ad in futurum debenda. Nouiſſima petitionum Ill. Card. Aquauiuæ in anno 1610. in qua iudiciis tam deductis prælationis, ac læſionis iura cumulanti, ea eſt, de qua ſcripſit doctiſſimus Præſid. Anellus Amatus in conſil. 64. vbi penitus de laudemijs non diſceptans

ptans controuerſiam, idcircò meminit non diffinitam ob Cardinalis obitum ſubſequutum Omnibus itaq; & quatuor his petitionibus inſpectis, atq; relatis trigeſima Iulij anni 1624. referente Regio tunc Conſiliario Rouito ſanctis duarum aularum Conſiliarijs tranſcripta hæc, de qua ſuprà recolimus fuit emanata ſententia. Viſis petitionibus contra cenſuarios, & poſſeſsores territorij, ſeù maxariæ dictæ *de li Fonſeca*, viſis videndis, &c. Declaramus, hæredes quondam Vgonis Fonſechæ principales conuentos abſoluendos eſse, & abſolui debere, prout abſoluimus, & liberamus ab impetitis per dict. Illuſtriſſim. & Admodum Reuerendos Cardinales, & Archiepiſcopos Neapolitanos, verùm ex cauſis in dicto Sac. Conſil. diſcuſſis augeatur cenſus debitus dictę menſæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ vſq; ad ſummam annuorum duc. ſeptuaginta duorum, diuidendus inter omnes compoſseſsoras dicti territorij conuentos pro rata cenſus per vnumquenquè debiti, Hac igitur lata ſententia Eminentiſſimus q. Cardinalis Boncompagnus enunciatis his, quæ à prædeceſſoribus in iudicio geſta erant, quæq; nos iam retulimus, eo nempè caſu, quo deuolutio ob conceſſionum nullitatem, & alienationem nequiſset obtineri, cum gradatim, & ſucceſſiuè fuiſsent petita laudemia cunctarum conceſſionum, inſtitit ad illa damnari poſseſsores etiam per viam reſtitutionis in integrum, & facilioris modi gratia deſcribi plateam omnium compoſseſsorum, qui eorum auctores indicarent, & emphyteutica proderent inſtrumenta, at productis inſtrumentis dum pro laudemiorum ſolutione vehementiùs inſtaratur, paſsim ille obtinuit, vt clarè liquet ex nota facti. Quinimmò Vgo Fonſeca ſucceſſor, & vnus filiorum primi acquirentis inueſtiturā, in ipſo litis exordio laudemiorum ſolutionem obtulit vltro libentèr. Ad hæc ſe aduerſans Doctor Garofalus, poſſeſſores, exiſtimans, his non obſtantibus ad laudemia ſecùs teneri tanquam abſolutos ab enunciatiua ſententia, vt memoriali porrecto, nihilominùs duobus decretis domi latis, alio decreto S. C. eoſdem poſſeſſores iterū damnante, ſecundo ſuccubuit 14. Ianuarij 1645. nec plenè ſatisfactus de nouo pronocat, eandemq; rem ſemel, atq; iterum deciſam tertio reuocat in quæſtionem, vt igitur omne dubium perpetuò dirimatur ſilentio ad Eminentiſſimi Cardinalis Philamarini nunc Antiſtitis, nonminùs, quam decretorum iura tuendo, ſub his inſeriùs recollectis tribus nouiſſimum, prætenſionibus deiectis ferri ſecundum Sacrum Conſil. decretum deprecamur, ac quartum inclusis illis alijs duobus domi prolatis, ipſomet Doctore pleniſſimè audito. Ex hoc facto ſequuntur iuris ſubſcriptæ concluſiones, & Prima ſe offert illa, laudemium directo domino deberi, non ſubalterno, ex Amadeo de Ponte de laudem. q. 24. Franc. deciſion. 437. & Camill. Borrell. iam noſtro Collega in ciuilibus Magn. Cur. in ſumma deciſion. tom. 1. titul. 36. n. 100. Secunda, illud deberi in argumentum ſubiectionis emphyteuticæ erga eundem directum dominum, vt probauit idem Amad. q. 1. n. 2. idemq; Franc. dec. 102. n. 2. Maur. Burg. de laudem. inſpect. 5. p. 1. ac ratione inueſtituræ, qua non petita tanquam poſſeſſionem non rectè detinens deijci poteſt, & expelli, Corbol. de iure emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob non pet. inueſt. cum laudemium debeatur ex legis diſpoſitione, & ex natura contractus, Surd. dec. 31. n. 6. cum ſeqq. ac pro inueſtitura, & actuali traditione poſſeſſionis nouo emphyteutæ, idem Surd. deciſ. 260. n. 3. His ergo ſuppoſitis inſpiciendum eſt, cum ab Illuſtr. Cardinal. Ieſualdo pro laudemiis inſtabatur, fuiſſe illa gradatim, & ſucceſſiuè petita, vndè priori libelli capite proſequuto, deuolutionem, vel reintegrationē, vt aſt præfatum, exprimente, ſuper illo pronunciaſſe ſentētiam abſolutoriam, eſt affirmandum, de laudemiis penitùs non loquutā, etenim cum ſit iuris apertiſſimi, binas actiones inter ſe contrarias cumulari poſſe, Balb deciſ. 22. etiam poſt litem conteſtatam, Franc. Marc. deciſ. 80. part. 2. & conditionaliter propoſitas, diſiunctiuè, & cumulatiuè præſumendas, ex Ant. Gabr. comm. concl. tom. 2. de action. concl. 1. n. 12. & 19. Scipio Rend. in prompt. ſent. iur. tit. 3. de act. n. 10. quæ actiones contrariæ non miſcentur, Gayll. in tract. de arreſt. c. 5. n. 5. & Minſyng. obſeru. 25. cent. 1. oritur indè, quod aut cumulatæ actiones ad idem tendunt, quod & fieri non repugnant Doct. in l. edita, C. de edend. ac Dyn. in capit nullus pluribus, de reg. iur. in 6. & tunc licèt vna alterius electione tollatur, tamèn iudicium procedit, quando reus non petit declarari per actorem, quam ex duabus malit experiri, per tex. in l. 1. §. quod autem, ff. quor. legat. ac ea, quæ tradit Rendin. citato loco n. 12. idemq; Gabr. eadem concl. n. 34. at quando in eodem libello diuerſæ actiones intentantur, ad diuerſa tamen tendentia, tunc regulis cumulationem inhibentibus nullum ſibi locum vendicantibus, communitèr Doct. ſententia, iungi, & cumulari poſſe retulit Gayll. pract. obſeruation. lib. 1. obſeru. 63. in princip. præcipuè per text. in l. ſi idem cum eod. ff. de iuriſd. omn. iud. & alijs quampluribus ibidem per eum relatis, & in tract. de arreſt. cap. 5. n. 16. & Minſyng. obſeruat. 25. cent. 1. & Surd. deciſ. 317. n. 30. quod adhuc intelligendum eſt, quando propoſitæ actiones ad inuicem non compatiuntur, quo caſu ſingulis actionibus ſuſpactis, ſuper ſingulis eſt pronunciandum, quot enim ſunt facta, tot ſunt actiones, tot libelli, idem Gayll. priori citato loco nu. 3. cum ſeqq. & Iaffied. deciſion. 29. tunc enim iudex ſuper vnoquoq; capite partim confirmare, partim reformare poteſt, idem Gayll. obſeruat. 100. n. 1. vbi multis argumentis firmat aſſumptum, quinimmò quia ſeparatorum ſeparata ratio eſt habenda, l. fin. ff. de calumn. l. Papinianus, ff. de minor. Bald. in l. eum neceſſitatem, C. de fideicom. Decian. in tract. crim. lib. 1. cap. 7. n. 4. tom. 1. Caſtr. conſ. 389. n. 2. vol. 1. Pariſ. conſ. 101. vol. 1. quos refert, & ſequitur Marius Anton. variar. lib. 1. reſol. c. 11. n. 4. cum plures actiones in vno, eodemq; libello proponuntur, ſecundùm vniuſcuiuſq; naturam ſigillatim pronunciari debet, idem Gayll. dict. obſeruat. 64. n. 6. quod quidem nonnullis diſtinctionibus perbellè adductis probatum tradidit Tuſc. tom. 2. concl. 1056. & pro prioribus in terminis duabus actionibus ſibi ipſis aduerſantibus per actorem propoſitis, ad electionem alterutrius non teneri, cum illæ

con-

conditionalitèr, & ſubordinatè petantur, S.C. decreuiſſe teſtatur Minad.deciſ.31.n.3.nec deciſio ſuper vno parit exceptionem rei iudicatæ ſuper altero, vt plenè probat ex Salyc.in l.eum, qui, C.de inoff.teſtam.n.1. & 2. Vndè cum inter ſe longè diſtent deuolutio rei emphyteuticæ ob diſtractiones, irrequiſito domino, ſeù reintegratio ob nullitatem conceſsionis ex aſſenſus, aliouè defectu à laudemiorum præſtatione, cum hæc emphyteuticam rem apud emphyteutam ritè ſeruari ſupponat, illæ ab eodem eripere iuſtè concedant, deuenit ex eo, quod vtriſque ſimul propoſitis, tunc poſterior actio intelligitur inſtituta, cum priores minùs rectè procederent, quod & illis verbis conditionalitèr, & ſucceſsiuè adiectis in libello, dùm ſecunda actio inchoaretur, eluceſcit, & ſuperiùs allegata demonſtrant. Præterea referre in dubium in caſu, deberi, nec nè, laudemia, eſſet euertere conditionem, ac naturam emphyteuſis, quæ neceſſariò requirit laudemiorum præſtationem, quoties emphyteutica res alienatur, l.2.& ibi gloſ.C.de iure emphyt. & Amad.citata q.1.quod ſententia S.C. penitùs non intellexit, qui immò contrarium ad hominem implicitè iudicauit, nā abſoluendo conuentos, vel à nullitate conceſsionum, vel à deuolutionibus, eo magis ſtatuit cōceſsiones ipſas iàm pridem factas, vndè illis firmatis, illarum pacta omnia firmauit, antecedenti namq; admiſſo non poteſt in quæſtionem refricari conſequentia, l.ad rem mobilem, l.ad legatum, & l.qui proprio, §.qui alium, ff.de procur. l.illud, ff.de acquir.rer.dom. l.1.ff.de iuriſdict.omn.iud. cum infinitis concordantibus, iunctis his, quæ tradit Euerard.in Topic.leg. loco 95. Gomeſ.variar. tom.1. cap.3.n.23. Surd. deciſ.70.n.5.& innumeri per Tuſc.tom.2.concl. 757.lit.C.eoq; magis de conſequenti neceſſario, l.cum lex, ff.de fideiuſſ. & de coniecturis, vbi militat eadem ratio, Thomas de Thomaſet. reg. 254.nec alitèr poterant abſolui conuenti à deuolutionibus, & reintegratione, niſi approbatis conceſsionibus primæuis, & ſic illis approbatis quælibet eius pars approbata cenſetur, Anton. Monach. deciſion. Bon.55.n.11.cum igitur inter alia pacta ex natura emphyteuſis deſcendentia ſit laudemiorum præſtatio, hanc eandem ſtatuere voluit S.C. cum conuentos à cæteris petitis liberauit. Neq; canonis augmentum laudemij pariet decrementum, cum adiectio non mutet qualitatem eius, cui adijcitur, ad infinita tradita per Tuſc.to.1.lit.A.cōcl.182. & augmētū eiuſdē debet eſſe qualitatis cū ſuo principali, cui accedit, l.etiam, C.de iure dot. l.3.ff.eod.l.inter ſocerum, ff.de pact.l.ſi cōuenerit, §.ſi nuda, ff.de pign.act.l.cum fundus, ff.de leg. Tiraq.de retrac. lignag.§.1.gloſ.18. n.51.cum ſeqq. Seſ.deciſion. Aragon.124. n.28. immò cum omnibus ſuis qualitatibus principali ſubnectitur, l.item quæritur, §.quod impleto, ff.loc.l.Labeo, la ſeconda in princ.ff.de arb. Bertazol.in l.ſi quis maior, q.1. n.13.C.de tranſact.& nos latè diximus in cauſa Montis Iuliæ Catacciolæ cum Ill.Comite Conuerſanj, ideóq; ſi ante canonem adauctum deberi laudemia non verebatur, cur illius adiectio laudemij tollit præſtationem? nàm videretur, & abſurdiſsimè quidem res ad augmentum inducta, diminutionem operari, contra tex. in l.ſi à milite, §.1. ff.de milit. teſt.l.ſi Ruffinus, C.eod.l.legata inutilitèr, ff de cond. & demonſt. l.ſi mancipia, in princ. ff.de fund.inſtr.& allegata per Surd. de aliment. tit.8. priuil.22. n.4. & dec.195.n.5. & dec.138.n.10.Seſ.in tract.inhib. cap.4 §.1.n.12.idem Monac.deciſ.40.n.51. Bertazol.clauſ.21. gloſ.23.n.6.Immò dixerim, quod expreſsè ſententia damnauit ad laudemia poſſeſſores, dum illos ad canones damnauit, & ad canonis augmentum, nam ſi cenſus huiuſmodi præter naturam emphyteuticam non debetur, & emphyteuſis eſt propria laudemiorum præſtatio, quoties res alienas manus attingat, d.l.2. C. de iure emphyt. ex eodem Amad. citata q.1.dum ad cenſus damnantur emphyteutæ, & ad laudemia damnari cenſentur, ſi correlatiuorum idem eſt iudicium, & in vno diſpoſitum ad alterum trahitur, per ea, quæ docuit I.C.in l.final. ff. de acceptilat. & mandauit Imperator in l.fin.C.de indict.viduit.toll.l.ſi quis ſeruo, C. de furt. l.1, C. de cupreſſ.ex lucro Daph. lib.11. Bellon.tom.1. commun.opin. lib.1.tit.17.de leg. num.57. Viuius n.203. idemq; Viuius dict.tom. 5. tit.28. quærens expreſsè non deb. n.11. Oſaſc. deciſ.115. n.10. cum innumeris per Tuſcum concl.1041. tom.2. ità vt vnum correlatiuorum abſq; alio ſubſiſtere nequeat, Nauar.comment. 3.de regul.n.44. vnoq; expreſſo alterum videtur expreſſum, ad tradita in infinitum per dict.Ant. lib.3 reſol.9. n.2. cum regula correlatiuorum ſit regula parium, l.Iulia, § ſi procurator, ff.de act. empt.Bertazol.in d l.ſi quis maior, num.801 C. de tranſact. immò ſi expreſſum dicitur illud, quod ex mente, coniecturiſq; neceſſario deſumitur, Surd.deciſ.257.n.37. Gamma deciſ.Luſit. 51.n.8.Pereir.de empt.cap.9.n.8.& 12. Molin. de ritu nupt.lib.3.q.36. n.18. à fortiori expreſſum dicitur illud, quod à iure ſubintelligitur, l.licet Imperator, ff de leg.1. l.1.C.de teſtam.mil. Tiraq.in l.ſi vnquam, in verbo donatione largitus, n.168.C.de reuoc.donat. Vndè cum à iure quoties res emphyteutica ſupponatur, dùm diſtrahitur, laudemij præſtatio exoriatur, d.l.2. ff. mand. vbi ſup. dùm ſententia augendo cenſum, rem, & contractus emphyteuticos declarauit, inanitèr ambigitur non expreſſiſſe deberi laudemia, alioquin præter contradictionem, quæ poneretur in ſententia omnibus iuribus reſiſtentem, præcipuè text.in l.nam abſurdum ff de bon. damn. l.1. §.vndè quæritur, ff de publ.in rem act.l.obſeruare, §.fin.ff.de leg. præſtand.c. quemadmodùm, extrà de iure iur.cap.cum iacet, de except.cap.dudum, de præb.in 6.ac relatis per Valaſc. conſult. 174. n.11. per quæ iura cauetur, illum intellectum in quolibet actu recipiendum eſſe, quo iura iuribus concordantur, ex Alex.in l.ſi cum dotem, § maritus, num.7.ff. ſolut. matrimon. reiecto illo, qui abſurdum induceret, Giron.de priuileg. ſeu exempt. explicat. num.284. idem Monac.dict.deciſ.Bonon.11.nu. 63. vt ad illud euitandum omnis interpretatio in ſtatuto ſit immittanda, idem Monac.deciſion. Luc.64.num.30. oritetur, quod ex eodem facto, quo directus dominus præmium augmenti cenſus eſt conſequutus, eodem amiſsionis modo laudemiorum pœnam referret, contra argumentorum text.in l.ſiuè hæreditaria, ff.de negot. geſt.& l.relegatorum, §.fin.ff.de interd.præter-

quam

Digitized by Google

quam, quod ipſius canonis adiectio actoris fauore conceſſa, in eius odium retorqueretur, ſi laudemia eo magis præponderantia negarentur, contra text. in vulgata l. nulla iuris ratio, ff. de leg. iuncta l. quod fauore, C. eod. & cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in 6. cum traditis per Surdum dec. 195. num. 5. & Manric. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 12. n. 27. Vltertus ſi actus, qui ſequitur declarat præcedentis intentionem, l. ſi hi, qui, C. de adult. §. pacnonom, Inſtit. de rer. diuiſ. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, dictoq; verbo donatione largitus, n. 157. C. de reuoc. donat. Surd. deciſ. 326. nu. 85. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 58. n. 25. cum ſeq. plenè per Maſcard. de probat. concl. 619. n. 2. & concl. 1239. n. 8. ac per Menoc. de præſumpt. lib. 2. q. 74. nu. 3. & lib. 3. q. 48. n. 3. eundemq; Surd. dec. 325. n. 7. dum poſt abſolutoriam ſententiam canonẽ adauxit: abſolutoria illa declaratur ab hac poſteriori parte ſententię, vt non comprehendat laudemia, ſed tantummodo deuolutionem, ſeù nullitatem conceſſionum, alioquin in continenti contradictoria diſpoſuiſſet emphyteuſim decernendo, & laudemia denegando, quæ ſimul eſſe non poſſunt, l. mutuis, ff. pro ſoc. l. 1. C. de furt. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu. 516. idemq; Monach. d. dec. Lucenſ. 25. n. 6. At fruſtrà videmur inſudare, dum aperto cauetur iure, miniſterium hominis non requiri, vbi rei natura operatur, l. ſi in duobus, §. 1. ff. quemadmod. teſt. aperi. l. ea, quæ, C. famil. herc. iure ipſo, ipſaq; lege ſupplente, vbi homo non prouidet, l. ſi ſe, §. quæſitum, ff. de re iud. & ſic fortius cum ex emphyteuſis natura deueniat laudemij præſtatio, non potuit illud Iudex negare, cum neq; illius miniſterio opus erat ad concedendum, nam fruſtra precibos imperratur quod à communi iure conceditur, l. 1. ff. ad municip. l. Imperatores, ff. de priuileg. cred. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. & Surd. deciſ. 137. n. 18. & conſ. 216. n. 23. & conſ. 198. n. 26. Ni vellemus dicere, quod cum ante canonis adiectionem præſtitam per ſentẽtiam proculdubio laudemia debeotur, dum cenſui quantitas adiciatur, & ſic maius præſtatur, fortiori iure poſt augmentum id ipſa deberi, dum maius aliquid conceditur, quo caſu & minus conceſſum intelligitur, l. filiusfam. §. fin. ff. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. cauſ. mort. l. non debet, ff. de reg. ior. cap. ex parte 27. extra de decim. ac per ea, quæ tradit Farin. in prax. crim. p. 4. dec. 10. n. 6. Illud demum ſubdentes, quod com nec ſententia, nec decretum trahi poſſint ad futura, dum futuri temporis tractus ad Iudicem oon pertineat, l. non quemadmodum 35. ff. de iodic. & ſententia debeat eſſe talis, vt iudicium, & controuerſiam de preſenti diffiniat, Vant. in tract. outlit. de nullit. ex def. proc. n. 90. per illum text. nõ eſt dicẽdum voluiſſe ſententiã, de qua diſceptamus abſoluere conuentos à laudemiis, quæ per alienationes longè poſt illam latam factas debenda erant, cum iam ſit fortius probatum, adhuc ante ſentantiam emanatam illa deberi. Poſtremò ad aliud caput appellationis aduerſarii, quod ſupra annuimus omni caret controuerſia, cogendos fore poſſeſſores ad edendum cuiuſq; poſſeſſinis inſtrumẽta ad requiſitionẽ directi domini, vt dixit Corbol. in tit. de cauſ. priuat. ex eo, quod emphyteuta non oſtendit domino inſtrumentum renouationis. & ante eum Specul. in §. nunc aliqua, quæſt. 141. tit. de locat. nam ſi emphyteutam ſequi profiteatur, & inſtrumentum prodere tenuerit, tanquam emphyteuſi finita poterit expelli, ex Bald & Ang. in l. prætor ait, §. huius edicti, num. 1. ff. de edendo, & Abb. conſ. 74. nu. 1. vol. 1. Ex quibus omnibus laudemia tum antequam poſt editam ſententiam deberi, prout alias eſt iudicatum, nouiſſimè decerni petimus, ac rogamus, coactis vnico actu vniuerſis emphyteutis ad inſtrumentorum exhibitionem, prout ex breuiter his trãſcriptis de iuris cenſura firmatum credimus, ſaluo tamen ſaniori Senatorum iudicio, quibus omnia ſubijciuntur. Marcus Mareſca. Die 9. Iulij 1644. iunctis aulis fuit iudicatum iuxtà has allegationes, referente Regio Conſil. Aloyſio Gamboa, aſſiſtentibus Don Thoma de Carleual, D. Francisco Sauio, D. Didaco Minietta, D. Alõſo Vargas Duce Cagnani, Thoma de Aquino, D. Ferdinando Arias de Meſa, D. Hieronymo Garſia, & Io. Baptiſta Iouino. In Banca Litti, penès Pepe Scribam, etenim cum fuiſſet petita reſtitutio in integrum aduerſus decretum prima loco latum ex parte nonnullorum emphyteotarum, & ſubemphyteutarum, quia pupilli, Eccleſia, & minores erant; facta dicta relatione fuit dictum, non eſſe deferendum, & proindè laudemia poſt ſeotentiam lata deberi, vt ibi.

Laudum prolatum à Religioſo Clauſtrali, abſq; licentia ſui Superioris, quamuis ſit Superior in Monaſterio, an ſit nullum, de hoc fuit difficultatum in S.C. dum fuiſſet promulgatum laudũ per Admod. Reuer. Patrem Hieronymom Marcheſium I.C. celeberrimum ex Societate Ieſus in compromiſſo facto in ſui perſonam ab Andrea Marcheſio præſtantiſſimo I.C. Regioquè Conſiliario, & à Parocho S. Mariæ ad Niuea Burgi Chiaiæ, & cum compromiſſum non fuiſſet de licẽtia ſui Superioris factum, meritò nullum allegabatur, non enim dubium eſt, quin Monacus arbiter eſſe non poſſit, vt communitèr Doct. aſſerunt, prout ex Specul. Bald. & alijs firmat Lanſranch. de Orian. in tract. de arbitr. 2. par. n. 5. latius Blanc. de comprom. q. 2. nu. 4. Borrell. de comprom. §. 2. gloſ. 4. num. 65. & 66. Franc. Marc. dec. 527. n. 4. Et rationẽ aſſignat ibi Blanc. quia non dicuntur eſſe diſpenſatores forenſium cauſarum, & negotiorũ, cap. monachi, & cap. de præſentium 16. quæſt. 1. cum alijs ibi adductis. Vltrà quod Monachus non habet velle, nec nolle, Franc. Marc. deciſ. 311. num. 1. Sed benè cum licentia ſui ſuperioris, Lanfranc. ibi n. 7. Blanc. vbi ſup. n. 5. Borrell. eod. loco n. 69. & 72. Franc. Marc. d. dec. 527. n. 2. Natta conſil. 85. nu. 1. Quemadmodum etiam ſicuti Arbiter non eſt, niſi quidam executor, & declarator, & tex. in cap. fin. de teſt. in 6. permittit, talem Religioſum eſſe executorem, vt ibi Lanfranch. nu. 7. notat, & ob id executor vltimarum voluntatũ, Iacob. à Canib. in tract. de execut. vlt. volunt. par. 1. ſub n. 31. accedente paritèr licentia ſui Superioris, Borrell. vbi ſup. n. 66. & 213. poſt Iacob. à Canibus, vbi ſup. verſ. ſed Speculator, Craſſ. de ſucceſſ. tom. 2. artic. execut. vlt. volunt. q. 2. nu. 8. Sed quæſtio erat, quod poſtquam fuerat factũ compromiſſum abſq; licẽtia Superioris, & pro-

Digitized by Google

mulgatum fuerat laudum, dubitari contigit, ſi validum eſſet, Gratian. diſcept. forenſ. cap 123. n.1. ſimpliciter aſſerit, eſſe validum, nam multa facta tenent, quæ à principio prohibentur, l.patre furioſo, ff.de his, quæ ſunt ſui, vel alien.iur. ſubdens in ſimili eſſe determinatum in Monacho executore relicto in teſtamento, niſi impetrata licentia, nun tamen executio per eum facta cenſeri debet nulla, ſi non opponatur, ità ex Felin. Fed. Couarr. & Duen. cum aliis relatis per Garſiam à Toledo in dict.220.Dec.conſ. 499.n.6. Nihilominus contrarium determinat n.2.non eſſe valida geſta per Monachum executorem teſtamenti, ex multis ibi relatis, prout in laudo ità promulgato vigore compromiſſi facti ſine licentia Superioris, ex Corn.conſil.2. col.j.vol.2. probat ibi Blãc.in terminis, Dec.vbi ſup.n.7. Bene verum eſt, quod hæc omnia procederent in ſimplici Monacho, ſeù Religioſo Clauſtrali, nam Monaſterium, & Fratres ſubiacent curæ, & obedientiæ Prioris, vodè Monachus dicitur ſeruus Monaſterij, qui non habet velle, neq; nolle, Monal.conſ.509.num.15. vol.1.Cæterum autem quando Monachus non ſubiacet dominio, ſeù obedientiæ alterius, quia factus eſſet Prior, vel Abbas, & tunc ſine aliorũ conſenſu, vel licentia poterit eſſe Arbiter, ac laudum proferre, prout erat in facto iſto, Monachus effectus Abbas alterius Monaſterij liberatur à iugo primi, Rebuff.in conſ.14.n.12, ex quo dictus Arbiter erat Prouincialis ſuæ Religionis, quocirca Monachus electus in Abbatem ſui Monaſterij electioni poteſt conſentire, ſine alicuius licentia, Franc.Marc.dec.1113.nu.6. & melius in d.dec.527.n.1.probat, quod Monachi Arbitri eſſe non poſſunt, niſi cum Superioris licentia, vel ſui iuris quaſi emancipati viuentes, & ad hoc fuit allegatum ſolemne Conſil. Fuluii Paciani 62. vbi in terminis hanc eandem materiam exactè pertractando exarat, ſicuti etiã Monachus effectus Epiſcopus poteſt eſſe Arbiter abſq; aliorum licentia, Blanc. vbi ſup.nu.6. Lanfranch.ibidem ſub n.7 Borrell.vbi ſup.n.78. Nam Monachus quando efficitur Epiſcopus ab Abbatis obedientia abſoluitur, Franc. Marc. dec.626.n.3. latiſſimè Rebuff. d.conſ.14. Quapropter facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. Didacum Soria fuit deciſum, quod laudum exequeretur. In Banca de Simeone pro Felice.

Laudum proferendum ab Arbitris electis per partes ſuper diuiſione hæreditatis, & licet vnus ex litigatoribus obijſſet, & relictis pupillis fuerit à procuratore de mandato tutricis confirmatum compromiſſum, etiam accedente Iudicis decreto, an proferri debeat antequam Iudici innoteſcat arbitrium ipſorum. Hoc contingit in cauſa hæreditatis Ferdinandi Lombardi Comitis Gambatelæ, dum eius filij hæredes instituti vellent hæreditatem diuidere, compromiſerunt diuiſionem in tres Arbitros per eos electos, & in caſu diſcordiæ alium Arbitrum numinauerunt, ac etiam Tabularium, qui accedẽtes ad loca, vbi bona exiſtebant, fieri fecerant diuiſionem, verum quia vnus ex dictis filijs Brunonus noncupatus ab hac luce diſceſſerat, Iſabella Tocco mater, tutrix, & balia filiarum ipſius Brunoni conſtituendo procuratorem Marcum Antonium Tocco V. I. D. eius fratrẽ ad ratificandum compromiſſum, fuit per S.C. pro validitate confirmationis interpoſitum decretum die 24. Decembris 1594. ad relationem Regij tunc Conſil. D. Petri de Vera ab Aragonia, huiuſmodi. Per S.R.C. fuit compromiſſum factum per dictos fratres approbatum, & ratificatum per dictam Iſabellam, verum ante prolationem laudi dicti Arbitri relationem faciãt in S.C.nun .n. dubitabatur de validitate compromiſſi, quod etſi pupillus facere poſſit ſine authoritate tutoris, tamen Arbiter non compellitur ſententiam dicere, ad text. in l. ſi pupillus, ff.de recept.arbitr.notat Borrell.in pragm. odia de Arb.§.1.glo.3.n.45.vbi n.48.& ſeq. refert ex Hoſt.& aliis, quod tutius erit quod authoritate tutoris fiat, Marant.in ſpecul. par.6. in 2.act. nu.8. Immò quod etiam requiratur decretum Iudicis, l. non ſolum, C.de præd.min. Bart. Dec. Troi.& Cap.quos ibi probat Borrel.n.56.& amplius quia erat compromiſſum voluntarium, probat Reg.Rouit.in pragm.1.nu.11 de arbitr. Dubium erat, ſi poterat Iudex Arbitris mãdare, ne proferrent laudum, niſi prius facta ei relatione, quoniam Arbitri electi habent prioris Iudicis iuriſdictionem, idem Borrell. in d.prag. §.3.glo.1.n.225.& 226.& maximè Arbitri iuris, & ſtatutarij Iudici æquiparantur, Idem in §.2. glo.4. n.62. & conſequenter Arbitri voluntarij in Regno ſimiles ſunt ſtatutarijs, Idem in §.7. glo.5. n.6. quinimmo data tali paritate in hoc ſuccedere videtur regula illa, par in parem non habet imperium, l.ille, à quo, § tempeſtiuum, ff. ad Trebell. cum alijs apud Barboſ. principia iuris, lit.P.n.3. Quo fit, vt ad relationem eorum laudi cogi non poterant, etenim laudum debet eſſe liberum. Niſi dicamus, quod cum tractaretur de diuiſione, facillimè læſio reſultare poterat, & quamuis vbicunq; quis ex arbitramento eſſet læſus vltrà dimidiam iuſti pretii, poterit tamen intentare remedium l.2. C.de reſcind. vend. etiam ſi laudum, & arbitramentum homologaſſet, & approbaſſet, vt ex Dec.in conſ.60. col.3.probat Marant in d.Specul. par.4. diſt.14. num.8. Sed quia ſuper lite compromiſſi læſio eſt difficilis probationis, Carpan.ad Conſt.Mediol. cap.116.n.226 Ideò melius eſt ante vulneratam cauſam remedium quærere, ad text. in l. Sancimus, C. in quib.cauſ.in integr.reſt. & amplius, quia Arbitrorum ſententia exequitur per Iudicem, idem Borrell.d.§.3 glo.4.num.84 quamuis fuerit iniquum laudum, adhuc erit exequendũ, probat Hieronym. Garzon.in opuſculo de laudo meri iuris, par.3.q.3.n.3. Quocirca cum fuiſſet facta relatio in S.C. ab eiſdem Arbitris, fuit interpoſitum decretum ad relationem eiuſdẽ Regij Conſiliarij die 1. Decembris 1594. audita relatione Arbitrorum prouiſum eſt, quod dicti Arbitri procedant ad promulgationẽ laudi, hoc ſuum, &c. penès Secretarium. In Banca de Felice.

Lectus vidualis debetur viduæ, vt deduxi in prima parte, verbo lectus vidualis, & in 3.par.eod. verbo, ſed quia ſolet etiam in pecunia dari, & eius æſtimatio arbitrari debet iuxtà qualitatem dotis datæ. & ſic in cauſa Zenobiæ de Petro cũ hæredibus q. Scipionis Longhi pro ſumma ducatorum 5000. in dotem datæ fuit interpoſitũ ſequens decretum per S.C. videlicet. Facto de-

pre-

prædictis verbo in S.R.C. per Magnif. V. I. D. Scipionem de Curte Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, intereſſe dotium, & intereſſe antephati liquidatum eſt in ducatis 168.3.14. iuxtà calculum, lectus verò vidualis in duc. 100. ſalua prouiſione facienda reſpectu liquidationis monilis, hoc ſuũ, &c. Annibal Cæſarius Secret. In Banca Cantoni, & iterum pro executione decreti, ſeù ſententiæ S. C. in cauſa Magnificæ Iuliæ Frangipanæ cum hæredibus q. Octauij Bammacarij die 11. Februarij 1627. Neap. per mltrẽ V.I.D. Andręam Prouenzalem Reg. Conſiliar. & cauſæ Commiſſarium, auditis pluries partibus cum eorum Magnificis Aduocatis, ac viſis capitulis matrimonialibus olim initis inter dictum Octauium Bammacarium, & Iuliam Frãgipanã Mitra, ex quibus conſtat matrimonium fuiſſe contractum ſecundum morem Magnarũ prouiſum eſt, quod intereſſe antephati debiti dictæ Iulię liquidetur, prout præſenti decreto liquidari mandatur ad rationem duc. 5. pro centenario, alimenta vero præſtita per eandem Iuliam, vſq; ad diem mortis poſthumæ, expenſæ in partu, & lectus vidualis, & veſtes lugubres contentæ in ſententia S.C. lata ſub die 12. Decembris 1622. liquidatæ ſunt, prout præſenti decreto liquidantur in duc. 160. vltrà quantitates impenſas per Franciſcum Capuanum, olim tutorem hæredis q. Octauij, quos prædictos ducat. 160. Magnifici Deputati Capellæ S. Ianuarij dictæ *del Teſoro* huius Ciuitatis, hęredis dicti q. Octauij ſoluant dictæ Iuliæ infra dies decem pro executione ſententiæ S.C. alias prouidebitur, &c. Andręas Prouenzalis, penès Iacobum Figliolam Magiſtr. Act.

Legatarius vigore ſui legati implorato Iudicis officio an poſſit via executiua agere, inſtando immitti in poſſeſſionem bonorum relictorum per S.C. in occurrenti caſu fuit affirmatiuè deciſum, vt teſtatur D. Reg. Sanfelic. in deciſ. 204. nu. 3.

Legatarius pro conſecutione rei ſibi legatæ an poſſit agere via executiua, vt in facto iam occurſo ventilari contingit in S.C. in cauſa D. Caroli Caraccioli cum Ill. Marchione Sancti Iuliani, pro quo in iure allegauit nobiliſſimus I.C. Antonius Miroballus patritius Neapol. & inter primarios Aduocatos celebris, videlicet. Legatario pro conſecutione legati non dari viã executiuam, quidquid ſcripſerit Angel. in auth. de hæred. & falc. §. 1. in iure veriorem fundarũt Alex. in l. ſi cum dotem, ff. ſol. matr. in l. ait Prætor, §. ſi Iudex, nu. 5. ff. de re iudic. vbi Vincent. Hercul. Dec. in l. fin. n. 6. C. de edict. Diui Hadr. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 695. Gomes ad leg. 45. Taur. n. 137. & var. reſol. lib. 1. cap. de leg. num. 7. Couarr. in cap. Raynut. §. 10. n. 2. de teſt. Auil. in cap Prætorum cap. 10. nu. 8. veriorem, & in praxi receptam teſtatur Azeb. nou. compil. lib. 4. tit. 21. Xuarez in l. poſt rem iudic. not. 5. veriorem in iure quoq; dicit Parlador. lib. 2. rer. quotid. §. 9. n. 3. deciſum, & à Rota Romana ſemper hanc opinionem ſecutam teſtatur Thomat. dec. Macerat. 49. per tot. Gratian. deciſ. Marchiæ 4. n. 70. & 71. Ludouiſ. dec. 206. n. 2. Burat. dec. 208. n. 3. & alij penès Epiſc. Ricc. collect. 3644. Attamen non defuere, qui Angel. ſequuti ſunt, concedentes legatario viã executiuam per viam præcepti, prout loquutus fuerat Angel. qui omnes tunc demum illam non negarunt, quoties aliquid contra legati prædicti præſtationem hæres non oppoſuerit, tunc enim præceptum prædictum reſolui in vim ſimplicis citationis, cum clauſula iuſtitiæ, itaut hærede aliquid dubij allegante audiendus ſit; & ſi non plenariè, ſed ſummariè in iuribus ſuis, quoties euidenter calumnioſæ exceptiones non opponuntur, dixerunt omnes Angel. ſectatores, prout videmus ex Gulielm. de Benedict. in cap. Raynut. ver. abſquè liberis el 2. n. 191. & 194. Intrigl. ſingul. lib. 3. cap. 36. Scaccia de appell. q. 19. remed. 1. concl. 4. nu. 64. & de iudic. cauſar. ciuil. lib. 2. cap. 7. num. 156. & ſeq. & relat. Gulielm. & Simon de Petris, benè Marta in ſumma ſucceſſ. leg. par. 4. q. 16. art. 2. n. 69. bene Hæuia in ſua Curia Philipp. par. 1. in Iud. execut. 2. p. §. 7. n. 2. vndè illa eſt aſſumenda concluſio, Doctores omnes concedentes viam executiuam legato, tunc demum eam dediſſe, quoties nil non calumnioſum aduerſus legatũ prædictum ab hærede opponitur, benè Surd. conſ. 4. nu. 27. cum ſeq. & relato Surd. Crau. & Soc. firmat Gratian. diſcept. forenſ. cap 507. n. 5. & Mareſc. variar. lib. 1. cap. 1. n. 35. & 36. & poſt omnes benè D. Reg. Conſil. Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 2. diſput. 3. n. 37. in fin. His præmiſſis decretum S.C. quod in cauſa D. Caroli Caraccioli petentis, legata ſibi relicta à q. Domina Marchioniſſa S. Iuliani cum Dom. Marchione S. Iuliani hærede dictæ q. Marchioniſſæ partibus datur terminus duorum menſium pro omni termino, nomine, & beneficiis, & interim deſcribi in faciem præfati Caroli capitale duc. 6. mil. vinculatum, quod non poſſit alienari, præſtita cautione de reſtituendo omnes fructus per ipſum Carolum exigendos, tàm pro præterito, quam in futurum nulliter fuiſſe, omni, qua decet reuerentia prolatum ex quatuor diximus. Primò, quia incipitur ab executione, dum ante ſententiam deſcribi mandatur in faciem prædicti Caroli capitale prædictum, & ſic nimis properat ipſe Carolus, cum ab executione non ſit incipiendum, l. 1. C. de execut. rei iud. vbi Seuerus, & Antonius hæc verba ſcripſerũt, nimis properè Iudex pignora Marcellæ capiat diſtrahi iuſſit ante rem iudicatam, prius eſt ergo, vt ſeruato ordine actionem aduerſus eam dirigas, & cauſa cognita ſententiam accipias, &c. à quo per Imperatorem reſcripto non diſcordauit I.C. in l. nec quicquam, §. vbi decretũ, ff. de offic. Proconſul. & leg. vndè pignora capta, & diſtracta antequam ſententia præcedat recuperari dixit Vlpian. in l. ſi cum nulla, ff. de re iud. nemo enim commodo poſſeſſionis pendẽte lite eſt ſpoliandus, cap. in literis, extrà de reſtit. ſpol. l. vnica, C. de prohib. ſeq. pecun. vbi communitèr omnes, dum ergò decretum S.C. antequam lis intentata per præfatum Carolum fuerit ſententia terminata poſſeſſione Marchionem priuauit, erit nullum, cum non fuerit mãdatum cũ clauſula iuſtitiæ, ſic in puncto attentis dictis iuribus fundant Aretin. in §. curare, n. 18. verſ. aut ſit tale præceptum, Inſtit. de act. Pariſ. conſ. 41. n. 18. lib. 1. Zirig. de iure ſiſten. c. 1. n. 4. & 5. inter tract. tom. 3. par. 2. fol. mihi 155.

à tex. Galleſ. de oblig. ad form. Cam. par.3.q 6. Gayl.omninò videndus obſeru. Cameral.lib.1. c.13.tom.1.& poſt omnes Scacc. de iudic. cauſ. crim. cap.37. n.5. Nec obſtabit dicere, hæc omnia procedere in cauſa ordinaria, ſecus vbi via executiua per modum præcepti proceditur, vt in legato, nam reſponſio ſatis eſt aperta, hoc caſu non procedit via executiua, dum abſq; calumnia dubitatur, legatum prædictum non deberi ex exceptionibus oppoſitis pro parte Marchionis hæredis, vt ſuprà ex omnium ſententia fundatum fuit. His ſtantibus indubitata redditur ſecunda propoſita nullitas, dum eo in fuit omnibus in iudicio exiſtentibus datus terminus duorum menſium, dicendum erit, de facto non liquere, Arch. in cap.fin.nu.1.de reſtit. ſpol. in 6. nam alias aliquid facti probatione dignum S.C. non habuiſſet, terminus non erat dandus, vt ex Arch. Luc.de Penn. & aliis fundat Anna ſing 470. meritò viam executiuam hoc caſu legatario non concedi ſuprà fundatũ fuit, dum ergo idem decretum conceſſit terminum probatorium, & ſic non adeſſe viam executiuam pro vero habuit, nec non legati poſſeſſionem hæredi adimendo legatario tribuit, termino non adhuc compil ato viam executiuã impartiendo, nullum erit, cum pugnantia in ſe habeat, ad tex. in l. vbi pugnantia cum concord. ibi adductis per DD. ff de reg. iur. latè poſt omnes fundat Scacc. de appell. quæſt.16. remed.1. concl.4. n.57. Tertia fuit propoſita nullitas ex l.1. C.quor. leg. ex quo Imperatorum reſcripto cauetur, filium, & hæredem non poſſe à legatario inquietari in poſſeſſione bonorum, dum retentionem prætendit, ſi ſatis dederit de ſoluendo legato viſo exitu retentionum, vndè in caſu noſtro dum Marchio prætendit bona hæreditaria retinere, ex pluribus cauſis in primis allegationibus deductis, & ex legitima ei purè competenti, non obſtante diſpenſa Marchioniſſæ teſtatricis, vt ex Odoffr. Roder.Suar. fundat Gomez var.reſol.lib.1. cap.11.n.25. non erat inquietandus in poſſeſſione, immò manutenendus in ea, præſtita per eum cautione, ſi fuiſſet petita, Angel. in l.fin. §.1. ff.quor.legat. Crau. conſ.376.nu.19. vbi ſic iudicatum refert, Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed.2.n.97. Surd. conſ.266.in fine, & dec.333.in fin.verſ. oblatio idem de ſoluendo, dum ergo conceditur poſſeſſio Carolo legatario pendente iudicio retentionis, & detractionis faciendæ per Marchionẽ hæredem, erit nullum, cum reuerentia, vti contra diſpoſitionem text. in d.l.1. à quo non diſcordat I. C. in l.1.§. quæſitum, & §. quod ait prætor, ff.quor.legat. Ratio autem ea clariſſima eſt, quia pendente detractione facienda non poteſt eſſe certum, quid ſit in hæreditate, & ſic an legata ſint integrè, vel ne ſoluenda; immò poteſt dari, quod factis detractionibus nil remaneat in hæreditate, Surd.d.dec.333.nu.8.in fin. & ſic dum ſunt legitimæ detrahendæ, quæ dicuntur incertæ ratione loci, & quotæ, ſi hæres ſolueret legata ante prædictas detractiones, poſſet forſan dari caſus, prout in hac facti contingentia, quod ſolueret legata de proprio, prout benè diſcurrit Surd. loco citato à n.12 verſic. parum etiam reſiſtit, vſq; ad finem, vndè cum non liquidò conſtet, legata prædicta deberi, Surd.d.n.8. ſequitur, quòad legata prædicta nõ cõcedi executionem, donec facta fuerit prædicta liquidatio; ſic in puncto Parlad.rer.quotid. lib.2.cap.fin.p.1.§.12.limit.4.n.27.28.& 29.benè declarat Heuia d.p.2.Iud.exec.§.8.liquidacion, tunc enim via executiua conceditur, dum omni iuridica exceptione caret, benè Rub.dec.161. n.5. Nec aliquid iuuabit ordinata fideiuſſoria cautio per dictum Carolum legatarium de reſtituendo fructus tàm pro præterito, quàm in futurum exigendos, & ſic videatur ſanata prædicta nullitas, ad tradita per Corn.conſ.232.col. pen. in fin.vol. . quia contraria opinio ſemper præualuit, vt eſt videre apud Crauett. Menoch. & Surd.loc.cit. deciſum teſtatur Pech. in l. in quartam, num.170. ff.ad Trebell. Vndè dum liquidò deberi non conſtat legatum, via executiua ab omnibus legato prædicto negatur, vt ſup. fundatum fuit, ſi poſſeſſio fuit conceſſa Carolo legatario, quia executiuè hoc caſu procedetur, erit omni, qua decet reuerentia nullum decretũ, vti latum contra omnium opinionem, quo caſu admitti nullitatem attento noſtro ſtatuto fundat Sylu.Nupt. lib.5. quomodo ſit iudic. n.37. dum negotium multis eſt ambagibus innodatum, liquidum non eſt, l.fin. C.de compenſat. Ex quibus idem S.C. æquitatis ſectator, non exequendum prædictum decretum, quo poſſeſſio Domino Carolo conceditur mãdaturum ſpero, Antonius Miroballus. Additio. Ex facto liquebat inter cætera fuiſſe factum legatum duc.6000. per ipſam Marchioniſſam eidem D.Carolo exiſtentium ſuper Attendamento, ob cuius conſecutionem inſtitit contra hæredem ſtante dicto legato, vt deſcriberetur in eius faciem, mandati Gubernatoribus, vt conſequi potuiſſet illorum introitus, vt conſuetum eſt, ità ſeruari in ipſis, & licet legatarius non habeat executionem paratam in bona defuncti pro legato conſequendo, vt refert vltrà allegatos Coler.de proceſſ. par.3. cap.2.n.29. Nihilominus non defuerunt alij DD. contrarium ſentientes, quod legatarius pro legato conſequendo via executiua, vel per viam præcepti agere poſſit, prout ex Menoch. de adipiſc. remed.4. n.694 & Ioſeph.Ludou.dec.23.nu.9. verſ. contrarium aſſerentem, ità communem eſſe opinionem, Craſſ.de ſucceſſ.§. legata, q.78. alter Graſſ. de except. in præl. nu.37. Cumia in Ritu Sicil. cap.19.nu.73. & idem Coler. loco citato, verſic. licet autem, probat Mauſo. de cauſ. execut. ampliat.22. n.5. & ſecundum veram opinionem legatarius agere poſſit via executiua, vt fuit deciſum in Camera Imperiali, refert Marta in ſumma de ſucceſſ.par.4.q.16.art.1.n.68. eo quia legatarius habet hypotecam in bonis defuncti, & executionem paratam, ex Neguſant. Surd.& Anchar.iun.q.64. nu.30. par.2. probat Bardell. conſ.2.n.27.tom.1. Quocirca fuit interpoſitum per S.C. ſubſcriptum decretum, videlicet. Die 11. Februar.1644. fuit deciſum iunctis Aulis eſſe deſcribendum legatum in faciem D. Caroli Caraccioli vinculatum, quod non poſſit alienari inconſulto S.C.& præſtita cautione de reſtituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem ipſius S.C. liceat eidem D. Carolo exigere tertias decurſas à die obitus Marchioniſſæ, & decurrendas, & reſpectu omnium hinc

indè

indè prætenſorum fuit datos terminus in cauſa, referente D. Conſiliar. Aloyſio Gamboa cauſæ Commiſſario, ac cum eo votantibus Dominis Cooſiliarijs D. Thoma Carleual, D. Franciſco Sauio, D. Didaco Mioretta, Ill. Duce Cagnani Alonſo Vargas, D. Ferdioando Arias de Meſa, & Scipione Salturo. Et cum fuiſſet dictum de nullitate à decreto prædicto, facto depoſito, iuxtà diſpoſitionem Reg. Pragm. per Marchionem S. Iuliani. Die Martis 26. Aprilis eiuſdem anni fuit deciſum, nullitates non obſtare, & ſoluat pœnam eiſdemmet Dominis votantibus, vnà cum Dominis Conſiliar. D. Annibale Moles, & Thoma de Aquino, qoi in primo decreto non interfuerunt, penès Solatium Act. Magiſtr.

Legatum factum pro doctoratu implendo an debeatur illi, qui non præcedente examine, vt moris eſt fuit doctoratus, ſed citra illud, vt ſunt Doctores doctorati per bullas ab habentibus facultatē doctorandi, vt ſuot Comites Palatini, de quibus per Rebuff. in tract. de nomin. q. 10. nu. 4. verſ. ex quo infertur, quem citat Grarian. diſcept. for. cap. 186. ſub n. 71. vbi n. 72. loquitur de militibus S. Petri, & S. Pauli, & Maxilla in Conſuet. Bari, in rub. de immun. noſtræ Ciuit. §. in Ciuitate, num. 45. loquitur de Doctoribus Romæ, vbi doctorantur cum forcina, eo modo .ſ. quia ſcripta prioilegia aliqua deauratis tonſis, aliqua argenteis, aliqua rubro, aliqua nigro atramento deſcripta in quadam aula pendent ab alto, doctorandus eligit, quod vult Forcina deponitur ſoluta pecuoia conſigoatur, & doctor euadit, vel doctorantur ab Eminent. Card. Sfortia, qui hanc poteſtatem habebat, vt in caſu noſtro difficultati contingit in perſonam N. ſic doctorati, petentis pro doctoratu legatum à Sacro Hoſpitale Annunciatæ de Neap. hærede N. vndè videbatur dicendum In fortiori caſu, nempè in doctore facto à Principe ſolo verbo, ſiuè à Papa, ob qood nullatenus legatum deberi exiſtimant DD. poſt Aogel. in l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Iaſ. in l. ſi quis maior, o. 30. C. de tranſact. quos probat Benius in tract. de priuil. iuriſconſult. p. 3. in princ. n. 18. & Gratian. vbi ſup. n 78. Rebuff. conſ. 123. n. 5. Similiter doctoratos Principis reſcripto, nullo præuio examine ad dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica gradus prærogatiua frui, inquit Ben. dict. par. 3. in princip. n. 6. Nihilominus fuit contrarium deciſum per S. C. ad relationem Reg. Conſiliar. D. Franciſci Merlini, vt patet ex actis in Banca de Auitabile. Quarè pro declaratiooe præmiſſorum ad comprobationem præfatæ deciſioois erit aduertendum, quod ſi re vera doctor ſit doctus, tunc etiam ſi ſolo doctoretur verbo à Principe, præcederet, & legatum conſequetur, ità ex Felin. comprobat ibidem Benius. Sed verius, quamuis conditio impleri debeat in forma ſpecifica perfectè, & in propria ſignificatione, vt ex multis oſtendit Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 16. nu. 8. attamen, vt ibi ſubdit, ſufficit, conditionem fictè, & impropriè impleri, quanto magis ſi realitèr fuerit adimpleta effecto doctore, licet ſine examine, ex quo teſtator voluit, ipſum legatarium doctorem effici, & hęc eſt cauſa fioalis, ex quo habuit reſpectum ad dignitatem, prout quoq; in legato facto alicoi, ſi ſtuduerit in legibus, intelligitur, ſi cum effectu doctor fieret, ità ex Dec. conſ. 177. & Iaſ. conſil. 149. lib. 4. Peregr. de fideicomm. art. 46. nu. 12 r. hinc eſt, qood ſi fuerit factum legatum in hoorem Cooſulatus, erit intelligendū, ſi Conſul factus fuerit, idē Mant. d. tract. lib. 11. tit. 22. n. 23. nec quæreodū erit de modo, dū habemus effectū, cap. in tantom, de ſimonia, in conditionibus .n. inſpicimus merom factum, inquit Honded. cooſ. 6. n. 21. vol. 1. quoniam conditionis implementom, & ꝙ conditio fuerit verificata ſufficiet factum, ad text. in l qui hæredi, & l. multum, vbi Bart. ff. de condit. & demooſtr. Angel. Aretin. conſil. 40. n. 9. & inſpecto facto ſufficit, ipſum doctorem eſſe factum, circa vero concerneotia ad doctoratum, vt adipiſci poſſint, & ea ſuot requiſita illa tradita per Benium d. tract. par. 1. priuil. 11. nu. 10. Quæ de iure videntur probari ex addoctis ibidem per Benium. Et ſi expreſſa non ſint, tacitè ſubintelliguntur, & hoc caſu conditio iuris tacita, quæ à iure intelligitur appoſita, & ideò conditio iuris dicitur, & tunc ſufficit quocunq; modo fuiſſe adimpletam, ſiuè ſcientèr, ſiuè ignorantèr, ad text. in d. l. multum intereſt, vbi Doct. notat Galgao. de condit. & demonſt. par. 2. cap. 1. quæſt. 101. n. 6. quarè congruit doctori pro conſecutione legati facti pro Doctoratu, vt conſtet de qualitate Doctoratus; hinc eſt, quod ſi fuerit factum legatum Collegio Doctorum Legum, & Medicinæ, debetur vni, qui ooo ſit doctor legum, & medicinæ ſimul, ſed vna qualitas ſufficit verificari, cum vna oon comprehendatur ſub altera, Borgn. dec. 3. n. 36. & 37. par. 3. Barry de ſucceſſ. tom. 1. lib. 8. tit. de ſubſtit. fideicommiſſ. cap. 2. num. 70. Rol. conſil. 79. n. 23. & 24. vol. 3. Vegg. conſ. 73. n. 30. & 34. Surd. conſ. 207. num. 6. vol. 2. & talis qualitas doctoratus quoties expreſſa fuerit, verificari debet, purà in gratia, vt inquir Benius d. tract. par. 2. priuil. 32. n. 4. Et verificari poteſt, vel per teſtes, vel per literas, vt idemmet Benius d. tract. par. 1. priuil. 11. n. 13. Nec officit, quod doctus abſq; examine doctorari poteſt, & conſequentèr conſequi legatum, eo quia doctor eminentis ſcientiæ dicitur anteceſſor Imperatoris, & ob id habet plura priuilegia, Borgn. deciſ. 41. n. 14. par. 1. adeòquod cum ſit notus, non indiget examine, vt per glo. in cap. de Petro, verbo ignora 47. diſt. Idemq; in ſcholari docto, qui ſine examine doctorari poterit, Benius d. tract. pat. 2. in prioc. n. 7. & nouiſſimè Cutell. in eius Cod. ad leges Sicil. cap. 91. ſub nu. 1. in cæteris verò doctoribus poterit quoquè idem admitti, ex eo, quia ſcientia, & doctrina ſufficiens io doctore præſumitur, Benius d. tract. priuil. 78. n. 1. & ſi non eſſet tam ſapieotia exceſſiua ſufficeret mediocris, prout in promittente ſeruam ſapientem, intelligitur de ſapientia mediocri, oon quæ à Philoſopho deſideratur, l. ſi quid veoditor, & l. ob quæ vitia, §. idem, & l. ſciendum, §. illud ſciendum eſt, ff. de ædil. edict. & pro coronide ſi fuerit factum legatum ſcholari, vel mercatori, aut doctori, qui fortè non exercerēt, ſed habitu, oon actu profiterentur, adhuc ſtante habitu, quamuis ceſſet exercitium, debetur, vt probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 291. n. 58. & 59. qui excloderetur exiſtēte altero, qui exerceret, vt ex Horat. Luc. & Raud. probat idem Gratian. cap. 217. n. 89.

Lega-

Digitized by Google

Legatum quantitatis certæ factum alicui, an in pecunia debeatur, vel in corporibus hæreditatis reſoluatur. Hoc in facto euenit in cauſa Ianuarij Lanarij V. I. D. cum hæredibus quon. Præſidentis Fuluij Lanarij, & præſuppoſito in facto, qualitèr dictus Præſidens in anno 1627. die 6. Decembris donauit eidem Ianuario eius filio ſecundogenito, vltrà quandam domum, ex nunc pro tunc ſecuta eius morte duc.6000. ſuper omnibus eius bonis, quos ipſe Ianuarius excõputari debeat cum eo, quod potuiſſet ad ſe ſpectare pro legitima, aut quauis alia cauſa, deindè in vltimis conſtitutus præfatus Fuluius in ſuo teſtamento ità diſpoſuit, item titulo inſtitutionis, & etiam titulo legati, *Laſcio herede mio particolare, & omni alio meliori modo il detto Gennaro Lanario mio amantiſſimo figlio nella donatione, che hò fatto della caſa del Chiatamone con li vincoli, e conditioni contenti in detta donatione, e de più in quelli altri docati ſei milia contenti in detta donatione, quali voglio s'intendono, e ſiano per la legitima, e per ogni parte, e portione che li poteſſe ſpettare, competere, e pertinere ſopra la mia heredità, liberi, eſplicitì, & ſenza neſſuno vincolo, quali poſſa, e vaglia pigliare ſopra l'effetti di detta mia heredità à ſua elettione &c.* Succeſſo obitu ipſius q. Fuluij, præfatus Ianuarius petijt in S. C. ſibi conſignari domum, & quod ſibi etiam ſoluerẽtur ducati ſex mille in pecunia, & pro eis ſibi aſſignari duo corpora hæreditaria ſuper Arrendamento Dohanæ Neapol. & Arrendamento olei, & ſaponis pro pretio, quo valent, deducto alagio currenti, & quod plus ſolui debeat ex pretio mobilium ordinato per teſtatorem, ſatiſfaciendi cauſa creditoribus, ac etiam, vt ſoluerentur ducati mille, & pro eis annui ducati ſeptuaginta, per decretum cauſæ Commiſſarij fuit ordinatum, vt conſignaretur poſſeſſio domus, & ſtudij, præuia annotatione, & obligatione de bene vtendo, & pro duc. mille correſpondeantur ab hæredibus annui duc. ſeptuaginta, ſalua prouiſione facienda reſpectu duc. ſex mille, pro quibus partes compareant in S.C. & cum ageretur de explicatione dicti capitis, & vt declaretur, quòd dictum legatum duc.6000. debeatur in pecunia, vt iuris eſt, quod circa ſolutionem ipſe Ianuarius appoſuit, omnem æquitatem ſeruari hæredibus eius nepotibus, ex quorum parte cum fuiſſet oppoſitum, quod ipſi Ianuario pro dicto legato aſſignari debeant tot introitus feudales penès Curiã exiſtentes, abſq; alagio. ex verbis illis teſtamenti, *che ſe li poſſa pigliare ſopra l'effetti di ſua heredità, ò vero che per detti docati 6000. habbiano à correſpondere eſſi heredi tante annue intrate.* Attamen pro parte ipſius Ianuarij replicabatur, hanc eſſe vanam pretenſionem, quoniam ex diametro contrariũ directè verbis donationis opponitur, ac teſtamento, quæ continent idem legatum eiuſmodi, poſtquam in donatione donantur duc.6000. ex nunc pro tunc ſecuta morte ſuper omnibus bonis ipſius Fuluij, cum hypotheca expreſſa, præcario, & conſtituto, & in teſtamento indè dicitur idem, & dum legauit ducatos 6000. & poſteà accipiat ſuper effectibus ſuæ hæreditatis, quod eſt tantum, quantum dici poterit, quod remaneant obligati effectus ſuæ hæreditatis, nam dictio illa, ſuper, denotat hypothecam, ad quod multos allegat Grat. in tract. de dictionib. in diction.259. Et idem eſt dicere, lego centum ſuper tali fundo, quam obligo fundum, ità punctualitèr Bart. in l. fundus, quem, ff. de ann. leg. per text. in l. codicillis, §. in ſtruto, ff. de leg.2. & idem Bart. ibidem, vbi Paul. de Caſtr. n.2. Boer. deciſ.56. nu.3. Magon. dec. Florent.62. n.14. Affl. dec.162. n.6. Reg. de Ponte conſ.20. n.73. vol.2. Marta de ſucceſſ. legali par.4. q.18. art.1. n.103. Sicq; cum ſit donatio, & legatum in pecunia, & pro eis ſunt obligata omnia bona, in effectu ſatisfieri debet in pecunia cõtanti ad ſui electionem, nam quotieſcunq; legatũ conſiſtit in quantitate, & ſic in pecunia, & in hæreditate non adeſt pecunia, ſed eſt ſoluenda hæres cogitur de ſuo ſoluere, vel de pretio perueniendo ex venditione rerum hæreditariarũ, text. eſt in l. ſi pecunia 12 ff. de leg.2. vbi glo. declarat, vt teneatur de ſuo, quando non confecit inuentarium, & ſic de bonis hæreditarijs tenetur, & cogitur vendere bona hæreditaria, & ſoluere legatum in pecunia, Bart. & Bald. in d. l. ſi pecunia, Dec. conſ.46. n.2. verſ. his minimè obſtantibus, & in caſu fortiori, ſi teſtator dixiſſet, quod ſoluatur de tali corpore, illa deſignatio eſſet facta cauſa demonſtrationis, & legatarius potuiſſet exigere ex alio corpore, nam quando deſignatio corporis fuit oppoſita in diuerſa oratione, prout in caſu noſtro, vbi teſtator primo dixit, lego ducatos ſex mille in donatione contentos, & poſteà, quod valeat illos accipere ſuper effectibus ſuæ hæreditatis: iſta deſignatio videtur facta cauſa demonſtrationis, & non taxationis, text. eſt in l. quidam teſtamento 99. ff. de leg.1. l. Paulo Callimaco 27. §. fin. ff. de legat.3. l. Lucius 11. ff. de aliment. & cib. legat. Bart. in d. l. quidam teſtamento, & in l. inter ſtipulantem, §. ſactam, num.5. & 6. ff. de verb. obligat. Dec. conſil.324. alias 329. conſuluit Alexand. conſil.216. Magiſter Hubertus, nu.3. lib.7. Gratian. diſcept. forenſ. cap.257. num.60. Præſ. de Franch. dec.488. n.6. & 7. qui dicit, concluſionem prædictam ſumptam ex d. l. quidam teſtamento eſſe veram, & in dec.721. n.1. refert ita deciſum in S.C. poſt Napod. in Conſuet. Si qua mulier, in verbo de bonis, n.24. verſic. ſed quando. Aliud eſt enim dicere, lego Titio centum, quos habeo in arca, vel quos Mæuius debeat mihi, & tunc intelligitur taxatiua, quando vero dicitur lego centum, qui ſoluantur de hijs, quos Mæuius mihi debet, vel de his, quos habeo in arca, & tunc intelligitur cauſa demõſtrationis, & legatum debetur, etiam quod in arca non ſint, & quod Mæuius illos nõ debeat, ità diſtinguendo tenet Bart. in d. l. quidam teſtamento, per iura prædicta, & Gratian. in dict. diſcept. nu.159. & 160. Loffred. conſ.46. num.5. Felin. in cap. ſuper literis, num.4. de reſcript. & Alex. d. conſ 216. & Bald. in conſ.151. dubium iſtius quæſtionis, vol.5. quod magis procedit in caſu noſtro, vbi illa verba. *che ſe li poſſa pigliare ſopra l'effetti della mia heredità*, fuerunt appoſita in executiuis, quo caſu abſq. dubio videntur appoſita cauſa demonſtrationis, prout præcitati Doctores, & præſertim Gratian. d. diſcept. n.22 & Bald. d. conſ.151. Nec poſſunt hæredes hodiè ſoluere in effectibus, vel ſimilibus, quia hoc eſſet ſoluere aliud pro alio, inuito credito-

re,

te, contra text. in l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cert. pet. & l. eum, à quo 16. C. de ſolut. cum'alijs concordantibus, quod nedum procedit in contractibus, ſed etiam in legatis, Marta in tract. de ſucceſſ. leg par. 4. q. 18. art. 12. n. 165. qui expreſsè dicit, quod legatum quantitatis pecuniæ nō poſſit ſolui in bonis ſtabilibus, etiam ſi teſtator legauerit, eſſe ſoluendum de bonis ſuis, & in eadem quæſt. 18. art. 1. n. 101. & 103. dicit, quod quando teſtator legauit pecuniam ſoluendam ſuper omnibus bonis ſuis, tunc quia conſiderauit pecuniam, tàm in obligatione, quam in ſolutione electio eſt legatarij, qui poterit vendere bona, vt ſatisfiat, vltrà quod in caſu noſtro per eundem teſtatorem fuit data electio ipſi legatario, vt poſſit capere legatum ſuper effectibus ſuæ hæreditatis ad eius electionem. Ponderando etiam, quod dictus Fuluius tempore, quo fecerat dictam donationem, non poſſidebat introitus cum Regia Curia, ad præſens remanſa in eius hæreditate, quæ ab hinc empti ſunt ex pretio domorum exiſtentium in Burgo Chiaiæ venditarum, & ex tertijs Pimontis, ſicq. credi non poteſt, voluiſſe donare aliud, quam dictos ducatos 6000. in pecunia, & in eodem teſtamento melius probatur eius intentio, quoniam loquendo de donatione facta primogenito, ac ſuis filijs naſcituris duc. 30000. vbi includebátur pretium Pimontis conuerſum in emptionem cum fiſcalibus Starneræ, & Conuerſani, voluit, quod eius nepotes accipere potuiſſent ſuper dictis fiſcalibus, ſicuti reperiuntur abſq; prætenſione alagij, & ſic vbi voluit dixit, nec ad aliud extenditur quod non eſt expreſſum, ad text. in l. ſi verò 65. §. de viro, ff. ſol. matr. Et deniq; ex abundanti dicitur, quod dicti duc. 6000. debeantur pro ſua legitima, qui ſi ſoluerentur in effectibus Curiæ abſq; alagio aſcenderent ad ſummam ducatorum decem mille, & remaneret enormiſſimè læſus, dum facultas remanſa hæreditatis ipſius Fuluii eſt duc. 70000. nec alius filius ſuperſit, quod ipſe Ianuarius, ac eius nepotes filii primogeniti repræſentantes aliam perſonam, & proindè legitima erit maior pars hæreditatis, quæ importat ſummā duc. 12000. vndè ex his erit decernendum, quod dicti duc. 6000. debeantur in pecunia numerata, hæc ſub tutela Io. Franciſci Vitaliani I.C. Neapolitani, & Aduocati ſolertiſſimi mei conſobrini. Facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. Thomam de Aquino die 11. Ianuarii 1641. fuit per idem S.C. deciſum, deberi dictos duc. 6000. ſuper bonis, ſeù effectibus hæreditariis, præuio appretio ad ſui electionem. In banca Sollatii. Prædictis adde Martam de ſucceſſ. legali par. 4. q. 52. art. 5. n. 7. cum ſeq. vbi diſcutit, an hæres cum inuentario habeat electionem ſoluendi creditoribus, & legatariis, val in pecunia, vel in bonis, vbi n. 7. refert ex multis, quod quando hæreditas ſit ſoluēdo, teneatur ſoluere in pecunia, ibiq. n. 50. & ſeq. declarat, quomodo id procedat, ſed melius Caſtill. quotid. controuerſ. iur. tom. 2. capit. 24. vbi plenius in terminis hanc altercationem exarat, relatis hinc indè opinionibus reſidet cū illa, nempè exiſtente hæreditate ſoluendo, vt in pecunia legatum quantitatis ſoluendum ſit, cęterum autem non exiſtente ſoluendo bona hęreditaria aſſignanda, quamquam deciſum referatur apud Farinac. dec. 696. in recollectis in penult. vol. quam citat Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 3. numer. 55. quod legatum factum in pecunia, in aadem pecunia erit ſoluendum, quamuis in bonis teſtatoris legantis pecunia nō reperiatur, idemq; probat Coſta Sicul. conſ. 77. n. 8. Et quid facto inuentario, & non reperiatur pecunia, Ancha. lib. 2. q. 64. n. 5. & 6. tenet, quod non tenetur dare pecuniam, ſed res hæreditarias, ſi vendi nequeant, aut minoris pretio, vide Vucſembac. conſ. 28. num. 26. vol. 1. Morot. reſp. 13. n. 12. Thoto.

Legatum annuum factum in beneficium alicuius percipiendum intra certum tempus cum onere ſoluendi certa onera, an mortuo legatario pendente dicto tempora deberi videatur eius hæredi, vel potius hęredi teſtatoris. Ex teſtamēto condito per q. D. Hieronymam Glianos apparet fuiſſe factum, legatum in beneficium ſui viri D. Ruberti Santuel duc. 254. annuorum debitorum per Vniueſitatem Caſalis S. Ægidij ſuper fiſcalibus per tres annos incipiendos à die eius obitus, dummodò ſtatim ſecuta eius morte ſolueret certa legata aſcendantia ad ducatos 500. & voluit, quod elapſo triennio ſi nō reuerteretur ex bello Io. Baptiſta de Aquino aius hæres, præfatus Robertus frueretur dicto annuo reditu durante eius vita, mortua præfata D. Hieronyma fuit interpoſitum decretum, quod dicta Vniuerſitas correſponderet per dictum triennium, & deindè in antea vita eius durante, ſi nón reuarteretur dictus hæres, ſuccedente indè obitu ipſius Roberti Abbas Thomas Alanus eius hæres petijt mandari, quod dicta Vniuerſitas ſibi correſponderet vſquè ad diem 15. Martij 1624. in quo die triennium cōpleuerat iuxtà formam legati, quapropter cum ſe oppoſuiſſet hæres eiuſdem D. Hieronymæ prætendendo, ratam octo menſium, quæ deficit pro complemento trium annorum ad ipſum ſpectare, ex eo, quia præſupponebat, tale legatū aſſe vſusfructus, qui per mortem legatarii extinguitur, ad text. in l. ambiguitatem, C. de vſur. & vſufr. legat. quarè pro parte Reuerendorum Patrum Congregationis Piorum Operariorum hæredum, in iure ſequentia fuerunt conſiderata per Æmilium Franchum V.I.D. v3. Cum per q. D. Hieronymam de Glianos fuiſſent relicti D. Roberto Santuel eius viro introitus ipſi teſtatrici debiti per Vniuerſitatem S. Ægidij ann. duc. 254. pro tribus annis integrè, & deindè in antea vita durante prædicti aius viri ann. duc. 500. tantum, mortua teſtatrice prædictus aius vir lagatarius vixit per duos annos, & menſes tres cum dimidio, ad præſens dubitatur, an tranſmiſerit ad hæredes ius exigendi prædictā vltimam, ſiuè tertiam annatam integram, vel tātum pro rata, habito reſpectu ad tempus, quo vixit, & pro hærede prædicti legatarii dicitur, quod ex duobus tranſmiſſa fuit ad eum integra annata. Primò ex regula text. in l. cum præfinitione, ff. quando dies leg. ced. cum concord. ibi per glo. & Doctores adductos, in quo text. videtur ſtatui, quod legatum annuum relictum cū præfinitione temporis, ſi non fuerit pro alimētis, mortuo legatario ante tempus præfinitum per teſtatorem, nihilominus tranſmittit ad hæ-

redes

redes aliquas annatas decurſas, etiã poſt mortem legatarii, vſq. ad tempus per prædictum teſtatorem deſignatum, cuius text. deciſionē latiſſimè exornat iura concordantia allegans, & à contrarijs defendens Io. Baptiſta Coſta in tract. de port. ratæ, q. 16. per totam. Secundò dicit prædictus hæres, quod tanto magis ſibi cõpetit tranſmiſſio prædictæ annatæ, cum fuerit cęptus annus in vita prædicti legatarij, ex diſpoſitione text. in l à vobis, cum concord. ff. de ann. leg. de quo latè per Præſ. de Franch. in dec. 155. vbi ità per S.C. deciſum refert, ſed pro hærede teſtatricis dicitur, omni iure ad ipſum cõpetere ratam prædictæ annatæ pro tempore decurſo poſt mortem prædicti legatarij, non autē ad ipſius legatarij hæredem, non obſtantibus prædictis iuribus, & doctrinis ex aduerſo allegatis. Et pro fundamento infra dicendorum conſtituo ante omnia ſubſcriptas iuris concluſiones. Prima erit concluſio, quod vſusfructus alicui relictus de iure, morte vſufructuarij finitur, etiam ſi cum temporis præfinitione fuerit ei relictus, ità probatur in l. ambiguitatem, C. de vſufr. vbi id notat Bald. nu. 1. verſic. ſecundo nota, Salic. n. 3. Caſtr. n. 2. in fin. verſ. & nota, & alij adducti per Conſil. de Anna in obſeru. 18. Secunda eſt concluſio, quod vſusfructus non ſolum conſiſtit in rebus ſtabilibus, iuxta text. in l. vſufructu legato, ff. de vſufr. verum etiam ſuper nominibus debitorum, & pecunijs fęnori, per teſtatorem alteri datis: quo caſu vſusfructus vigore huiuſmodi legati ea fœnora, ſiuè vſuras quolibet anno exigere poterit, iuxtà tex. expreſſum in l. vxori vſufructu 24. ff. de vſufructu, & ibi omnes notant, & ratio eſt, quia vſuræ vicē fructuum gerunt, iuxtà text. in l. vſuræ, ff. de vſur. & ſimilitèr penſiones pro fructibus habētur, per text. in l. prædiorum, eod. tit. & generalitèr omnes huiuſmodi obuentiones, ſiuè redditus fructus ciuiles appellantur, prout poſt Bart. in l. ex diuerſo, ff. de rei vend. & alios quamplurimos declarat Peregr. de fideicomm. art. 49. n. 64. Tertia conſtituitur concluſio, quod vſufructuarius huiuſmodi fructuum ciuilium, & ſignantèr annuorum introituum, de quibus agitur, ſi moriatur cępto anno, non tamen finito, in quo currebat annata, quæ ad ipſum tanquam vſufructuarium pertinebat, ad hæredes non poteſt tranſmittere niſi ratam anni decurſam pro tempore tantum, quo vixit, ſecundum magis communem opinionem, de qua late per Præſ. de Franch. in dec. 168. num. 11. cum ſeq. quamuis ſecundum alios nec etiam illã ratam tranſmittat, vt per eundem ibid. nu. 5. cum ſeq. His concluſionibus præmiſſis pro parte hæredis teſtatricis dicitur primò, quod legatum de quo agitur, potius cenſeri debet vſusfructus prædicti anni reditus, quam legatum annuum, ſiquidem quoties legatur fructus alicuius rei, habetur, ac ſi vſusfructus eiuſdem rei relictus fuiſſet, & talis mens teſtatoris eſſe videtur, ità expreſsè probat text. in l. cum ità, & ibi Alber. not. ff. de vſufr. leg. idem probatur in l. ſi quis ità, ff. de vſufruct. quod comprobatur ex notab. doct. in l. fundi Trebatiani, in princ. cum ſeq. ff. eod. tit. vbi cum quæſiſſet, quare in eo tex. legatum reddituum, de quo ibi non intelligitur relictus vſusfructus, Reſpondet dicens, quod hoc non eſt fundatum ex illo verbo reditus: quia idem eſt legare reditum, quod fructum, ſed fuit ex quo in caſu illius text. teſtator dixerat, dari volo, ex quibus verbis innuebat teſtator, quod legatarius caperet à manu hæredis, vſufructuarius autem capit iure ſuo, poſtea n. 1. concordando prædicta duo iura, tex in d. l. cum ità, & l. ſi quæſita cum text. in d. l. fundi diſtinguit, dicens, quod aut dirigit verba ad legatarium, vel legauit ſimplicitèr fructus, ſiuè redditus, & tunc intelligitur relictus vſusfructus per dicta iura expreſſa, & in l. cum ità, ff. de vſufr. leg. & in l. ſi quis ità, ff. de vſufr. cum ergo in caſu noſtro non fuerit grauatus hæres teſtatricis, ſed fuerint relicti per ipſam teſtatricem eius viro redditus per Vniuerſitatem prædictam debiti, quo caſu legatarius etiam ſine ceſſione hęredis vtilibus ſaltem actionibus experiri poſſet per text. in l. ex legato nominis, C. de leg. cum aliis latè cumulatis per Mantic. loquentem in ſpecie in relicto vſusfructus nominis debitoris, in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 6. n. 3. propterea abſq; dubio infertur, quod cenſetur relictus vſusfructus, quod poteſt cadere etiam ſuper pecunia fœnori data, per text. in l. vxori, ff. de vſufr. leg. cum huiuſmodi vſuræ ſiuè redditus fructus ciuiles dicantur per ſupradicta, & conſequenter ſuccedit ſupradicta alia concluſio, quod vſufructu legato etiam ſine temporis præfinitione non habet locum tranſmiſſio, niſi pro rata decurſa pro tempore, quo legatarius vixit, per text. in l. ambiguitatem, & ibi omnes, C. de vſufr. & tradita per Præſ. de Franch. in d. dec. 168. n. 11. cum ſeq. Secundò principalitèr gradatim dicitur, quod etiam dato, & non conceſſo, quod non cenſeatur relictus vſusfructus, ſed cenſeatur relictum, ſeù legatum annuum, adhuc tamen tranſmiſſio ex aduerſo prætenſa locum habere non poteſt, ſiquidem mens I.C. in d. l. ſi cum præfinitione fuit ſtatuere, quod quando fuit relicta annua quantitas cum temporis præfinitione, intentio teſtatoris eſt interpretanda, quod voluerit relinquere vnam ſummam tantum, ſcilicet centum, diuidendam in plures ſolutiones, ſiuè ratas quolibet anno faciendas pro comoditate hæredis, & hoc eſt, quod voluit dicere text. quod teſtator exhonerando hæredis gratia prædictam ſummam in plures penſiones, ideſt ſolutiones, prout declarat ibi Alber. diuiſiſſe cenſendum eſt, & propterea ſubdit text. quod hoc caſu vnum tantum legatum cenſetur, non autem plura, ideſt quod cenſetur voluiſſe relinquere capitalem ſummã ducatorum centum in diem ſoluendorum in termino decem annorum quolibet anno, & propterea cum ſit in diem, tranſmittitur, iuxtà text. in l. ſi poſt diem 5. verſ. ſi vero, ff. quando dies leg. ced. & ità in ſpecie latiſſimè text. prædictum interpetratur Io. Baptiſta Coſta in d. tract. q. 16. per totam, & ſignantèr nu. 4. verſic. ideoq. poſt Bart. in l. codicillis, ff. de ann. legat. quando vero apparet, quod teſtator voluit relinquere annuum legatum, quamuis illud reliquerit cum temporis præfinitione, eo caſu non fiet tranſmiſſio pro annatis non decurſis in vita legatarii, ità poſt Dyn. declarat Bart. & Alber. in d. l. ſi cum præfinitione, & l. in ſingulos, in princ. ff. de ann. legat. modo dico, quod in caſu

noſtro

Digitized by Google

noſtro non poteſt dici per teſtatorem fuiſſe factam diuiſionem ſummæ legatæ in plures ſolutiones, ſiuè ratas gratia hæredis, ſiuè ad eius exonerationem, vt commodiùs ſoluere poſſet, quia penitus non fuit grauatus hæres, ſed tantum fuit relictus reditus per tertium debitus, nec poteſt dici, quod voluerit vnicam ſummã legare per teſtatricem diuiſam in plures ſolutiones, quia ſumma fuit relicta, prout erat debita annuatim ſoluenda per tertium pro reditu, ſiuè fructu ſortis capitalis, nec pars poteſt iuuari, quia fuit cœptus annus, quia tunc tantum fit tranſmiſſio, quando hæres fuit grauatus ſoluere annuum legatum, ex quo tunc in principio anni cedit dies legati, & ſtatim cœpto anno datur petitio, ex diſpoſitione tex. in d. l. à vobis, & in l. in ſingulos, ff. de ann. leg. & ità declarat Præſ. de Franch. in d. dec. 155. n. 1. cum ſeq. poſt alios Doctores per eum allatos, in caſu vero noſtro, in quo teſtatrix legauit introitus ſibi debitos, qui debentur in fine anni, iuxtà text. in l. qui hoc anno, ff. de verbor. obligat. ceſſante petitione in principio anni ceſſare quoquè debet tranſmiſſio, ex quo ceſſat res, in qua ſe fundat text. in d. l. à vobis, & Præſ. de Franch. in d. dec. 155. n. 4. & ideò ceſſante ratione legis debet ceſſare eius diſpoſitio, argumẽto text. in l. quod dicitur, ff. de pact. cum concordantibus citatis per Tiraquell. in tract. ceſſant. cauſ. par. 1. n. 135. Inſuper dicitur, quod ſi legatum, de quo agitur cenſeri debet vſusfructus, prout fundatum eſt, abſq; dubio tranſmiſſio non poteſt procedere, niſi pro rata anni pro tempore, quo legatarius vixit, iuxtà tradita per Præſ. de Franch. in dict. dec. 268. n. 11. cum ſeq. Ex quibus omnibus, vel tanquam legatum vſusfructus, vel tanquam annuum legatum non diuiſum gratia hæredis, ſed debitum annis ſingulis, non poteſt cenſeri tranſmiſſum ad hæredem prædicti legatarii, niſi tantummodo pro rata temporis, quo vixit. Nec obſtat prædictis, quod legatum prædictum factum dicto D. Roberto fuerit factum cum pluribus oneribus legatorum ab eo præſtandorum, ſiquidem reſpectu oneris annuorum duc. 40. præſtandorum Io. Angelo Vitali eidem per teſtatorem debitorum expreſsè teſtatrix diſpoſuit, quod non teneretur illi correſpondere de prædicta ſumma, niſi pro tempore, & donec prædictus D. Robertus frueretur prædicto legato, eidem relicto integrorum annuorum duc. 254. per eum exigendorum, quod etiam de iure erat diſpoſitum, iuxtà text. in l. Titia, ff. de ann. leg. & proptereà in hoc non poſſet conqueri legatarius, nam etiam ſi teſtatricẽ euidẽter appareat voluiſſe diſponere, quod etiam hæredi legatarij correſponderetur, adhuc non tenebatur, niſi iuxtà quantitates per legatarium defunctũ perceptas, iuxtà leges prædictas, & ſic ex his iuribus apertè probatur, quod legatum vſusfructus, quod de ſui natura ad hæredes legatarij non eſt tranſmiſſibile, non tranſmittitur ad eoſdem hæredes legatarii ratione oneris iniuncti, etiam expreſsè ipſis hæredibus, nam intelligitur pro concurrenti ſumma quantitatis exactæ per legatarium defuncti, reſpectu verò aliorum onerum pro vna vice tantum ſoluendorum per dictum D. Robertum ſtatutum eſt per text. in l. filiusfam. 119. §. apud Marcellum, ff. de leg. 1. quod quando alicui legatario fuit relictus vſusfructus alicuius rei, & eidem legatario ſunt impoſita onera legatorum ab eo alijs præſtandorũ, tunc nõ tenebitur ea præſtare, niſi poſtquam ſimilem ſummã perceperit ex reditibus rei, cuius vſusfructus ſibi relictus fuit, cum ergo in caſu noſtro prædictus D. Robertus pro rata temporis, quo vixit exegerit, & ſibi competant tot ſummæ, quæ excedunt pluſquam duc. 200. omnia onera ſibi impoſita, proptereà ex impoſitione talium onerum nullo modo poteſt prætendi alteratio naturæ prædicti legati, vt fiat tranſmiſſibile contra eius naturam ex prædictis latè fundatam, & proptereà licet aliqua ex prædictis legatis per prædictum D. Robertum præſtandis videantur ad pias cauſas, tamen talium legatorum priuilegium non poſſet aliud operari, niſi quod in caſu, quo alias legata non pia poſſent tanquam caduca remanere penès hæredem vniuerſalem teſtatoris ſine onere, legata pia in hoc habeant priuilegium, & non extinguantur, ſed remaneant apud prædictum hæredem vniuerſalem cum onere, vt poſt alios declarat Præſ. de Franch. in deciſ. 156. num. 3. quod ceſſat in hoc caſu, in quo quantitates exactæ per prędictum legatarium grauatum, & ad eum ſpectantes ſatis excedunt onera ei impoſita. Vlterius ex facto tollitur omnis difficultas, quia teſtatrix prædicta non erat nec etiam certa, quod prædictus eius vir legatarius frui poſſet prædictis introitibus pro tempore prædictorum trium annorum, quia diſpoſuerat, quod ſi duxerit aliam vxorem, vel diſceſſerit ab hoc Regno, ſtatim priuaretur prędicto legato, & ſic ex cauſa prædictorum onerum per ipſam teſtatricem impoſitorum non intendebat pro abſoluto diſponere, quod omninò frueretur pro tempore prædictorum trium annorum prædictis integris annuis introitibus duc. 254. Quanquam ex aduerſo replicaſſet dictus Abbas Thomas d. l. ambiguitatem non habere locum in præſenti caſu, nam ibi loquitur, quando legatum eſſet annuum, & ad certum tempus importans conditionem, & non ex certo tempore importante taxationem, prout in caſu noſtro, quo caſu ſunt omninò complendi tres anni in beneficium hæredis legatarij, per text. in l. ſi cũ præfinitione temporis, ff. quando dies leg. ced. quem allegat Io. Baptiſta Coſta in tract. de rat. ratæ, q. 16. n. 4. ità tenens, tanto magis, quia in præſenti caſu nullo modo poteſt dici eſſe legatum vſusfructus, ſed ex verbis, & mente teſtatricis patet, vnicum eſſe legatum, ex quo dum grauauerat dictum D. Robertum multis oneribus ſtatim ſequuta eius morte ſoluendis aſcẽdentibus ad ſummam duc. 500. in circa, & non habens pecuniam numeratam pro ſatisfaciendo dicto D. Roberto, ei legauit dictos annuos introitus per tres annos; qui licet importent paulò maiorem ſummam, non iuuat partem aduerſam, nam illud plus fuit legatum habita cõſideratione ad ſolutionem faciendam intra tres annos, labores, & expenſas, & voluit etiam, quod dictus D. Robertus haberet aliquid lucri, & ſic nullo modo poteſt prætendi, eſſe legatum vſusfructus. Immò ſi fuiſſet ſpecificè legatus vſusfructus taxatiuè per dictos tres annos, vt ſuprà, integri tres anni deberentur hæredi le-

gatarij, per text. prædictũ l. ſi eum præfinitione, & per text. in l. generali. §. hæredis inſtituti, ff. de vſu, & vſufr. legat. & l. vxori vſumfructum vil. le, ff. quando dies leg. ced. & gloſ. in l. Sempronius Attalus, ff. eod. nam regula, quod vſusfructus morte finiatur vſufructuarij, habet locum in vſufructu relicto vita durante vſufructuarij, vel ſub conditione, vt habetur in d. l. ambiguitatem. & Bart. ibi, quod neq; habet locum, quãdo coniecturari poteſt aliter teſtatorem diſponere voluiſſe, vt in d. l. generali, §. duas filias, ff. de vſu, & vſufr. leg. & ſi eſſet legatum annuum alimenti cauſa, quod etiam negatur, etiam deberetur in principio cuiuslibet anni, & ſic dũ erat cœptus tertius annus: Immò erant elapſi quatuor menſes, integer annus deberetur hæredi legatarij, text. eſt ad literam in l. à nobis, ff. de ann. leg. & ità refert deciſum Præſ. de Franch. dec. 155. n. 1. & 8. Et ex his per M. C. V. auditis ſolemniter partibus cum allegationibus fuit deciſum, deberi integros annos tres hæredi dicti D. Roberti, & introducta appellatione in S.C. in Banca Romani ſeù Sarti pro confirmatione dicti decreti, ità fuit in effectu executum ad relationem Regij tunc Conſiliarij Io. Franciſci Sanfelicij cauſæ Commiſſarij, nã fuit confirmatum decretum ipſius M. C. V. penès Secret. in dicta Banca.

Legatum factum à teſtatore alicui certæ quantitatis, ſub conditione, ne legatarius litem mouere auderet contra hæredem, alias ſit excluſus à commodo legati, an in caſu contrauentionis debeat commodo legati priuari, contingit de hoc controuerti in M.C.V. poſtquam dum fuiſſet conditum teſtamentum per Andream de Ioanne die 4. Ianuarij 1612. in quo inſtituerat hæredem vniuerſalem Hippolytam eius filiam vnicã minorẽ, & in eo omnes eius creditores, atq; debitores enunciaſſet, demum in codicillis legatũ fecerat in beneficium Dominici Antonij de Ioanne, & aliorũ fratrum duc. 100. his verbis, *Con cõditione anco che ſi alcuno delli detti ſuoi fratelli moueſſe lite contra l'heredi in qualſivoglia modo, & per qualſivoglia pretendenza quello moueſſe detta lite ſia excluſo dal detto legato per la ſua rata, & s'acquiſta all'herede*, contingit poſteà, dictum Dominicum inſtituiſſe litem pro conſecutione dicti legati, cui fuit oppoſita exceptio talis cõditionis adiectæ, & dum contrauenerat priuari debuerat commodo legati, & non tantum lis incepta fuerat ante tempus pro conſecutione dicti legati, quam etiam libellum porrexerat, petendo condemnari hæredem ad ſoluẽdum duc. 10. mutuatos teſtatori cum promiſſione reſtituendi infra annum, ac alios ducatos vndecim debitos vigore obligationis promiſſos reſtitui infra menſem, fuit ex parte pupillæ doctum de ſatisfactione, & de computo facto inter ipſum, & teſtatorem tempore infirmitatis facta quietatione inuicem, propter quod lis iniuſta dicebatur mota, ob quod factus fuerat caſus contrauentionis, ob quam cauſam priuari eo magis debuerat commodo legati. Nihilominus Iudex Grimaldus domi prouidens condemnauit dictam pupillam ad ſoluendum legatum, vnà cum intereſſe, à quo decreto cum fuiſſet appellatum, & obtentum, quod eadem M.C. reaſſumptis actis iuſtitiam faceret.

Verum, quia procedebatur ad executionem, nõ obſtante reſtitutione in integrum petita obtinuit pupilla Regiam decretationem verbi faciendi in S.C. & ea peracta per S.C. prouiſum fuit, quod ſuſpenſa executione ſententiæ procedatur in cauſa appellationis, & cum pro executione dicti decreti fuiſſet proceſſũ per M. C. ad expeditionẽ cauſæ appellationis interpoſitæ, demũ fuit per eã interpoſitum decretum confirmatorium primi decreti interpoſiti, licèt ex parte ipſius pupillæ petita fuiſſet reſtitutio in integrum, & per partem aduerſam obtentum pluries, quod M.C.V. iuſtitiam faceret, iam quod fuerat decretũ interpoſitum infra ſummam, nihilominus fuit interpoſita Regia decretatio, vt verbum fieret in aula S.C. vbi alias fuerat relata, quocirca pro ipſius pupillæ defenſione dicebatur, omninò legatarium ob talem controuentionem fore priuandum commodo dicti legati, nam certum eſt in iure fieri poſſe legatum conditionatum, & cum onere faciendi, vel non faciendi aliquid, & etiam cum onere non petendi quod ſibi debetur, & legatarium acceptando legatũ huiuſmodi ſibi præiudicare, ad text. in l. Imperator Antoninus, in princip. verſic. ſi centum legans duplum reſtituere rogatus ſit, & verſic. enim verò, ſi pecunia accepta rogatus ſit rem propriam, quanquam maioris æſtimaretur reſtituere, non eſt audiendus legatarius legato percepto, ſi velit computare, non enim æquitas hoc probare patitur, ſi quod legatorum nomine perceperit legatarius offerat, ff. de leg. 2. vbi glo. in verbo offerat affert leges concordantes, immò de hoc extat text. in terminis in l. Lucius Titius 78. ff. ad Trebell. §. tres hæredes, verſic. ſed in codicillis, vbi deciditur caſus his verbis, ſed & in codicillis ità cauit vnciam, ex qua Sticcum feci hæredem, ſi quam Seius controuerſiã mouerit ad Meuium fratrem meum reuerti volo, & in verſic. idem quæſiuit, an ſi aliquam cõtrouerſiam Seius de vncia hac, ex qua Sticcus inſtitutus eſt facere velit, & Meuius vnciam ex cauſa fideicommiſſi à Seio fuerit conſecutus, vtrum hanc vnciam, an verò & dodrantem, ex quo ipſe Meuius inſtitutus eſt eidem Sticco reſtituere debeat? Reſpondi de omni eo reſtituendo, quod ad Meuium quoquo modu peruenit teſtatricem ſenſiſſe, ex quo text. patet deciſio, quod legatarius amittit legatum factum ſub conditione, ne moueatur lis, etiam ſi per alium, quod ipſum ibidem decidit per dictum text. d. l. Lucius glo. in d. verbo de omni, vbi ponit caſum, ſi relinquo Monacho, vt Abbas non faciat ei quæſtionem, alias relinquo extraneo, & decidit, competere extraneo petitionem, ſi Abbas eum moleſtet, & dici controuerſiam moueri, etiam reſiſtendo, decidit glo. in eadem l. & §. in verbo mouerit, punctualis eſt etiam deciſio text. in l. liberto ſuo 25. §. Lucius, ff. de ann. leg. vbi habetur, quod legatarius, qui non parit conditioni oppoſitæ legato compellitur reſtituere hæredi legatum ſibi ſolutum, ergo tanto magis legatario petenti denegatur actio, habemus etiam text. in l. vnica, C. de his, quæ pœn. nom. &c. l. 2. C. de his, quæ ſub modo, & facit C. de condit. ob cauſ. l. dictam legem, & ff. de condit. cauſ. dat. & non ſeq. l. ſi mulier, & l. ſi hæres, in quibus etiam repetitur datum ſub cõditio-

ditione non adimpleta, & generalitèr verum eſſe comperitur, quod quotieſcunq; aliquid relinquitur ſub conditione, primo debet legatarius parere conditioni, & poſteà legatum petere, dixit Roff. Beneuent. in ſuis quæſt. Sabbat. q.48.n.6. per tex. ff. de condit. & demonſtr. l. qui hærede, §. vlt. per quem text. illam decidit quæſtionem, vt in illius ſolutione, nam cũ iſta conditio ſit appoſita gratia hęradis, nè indebitè moleſteint, non autem gratia legatarii, debet omninò legatarius iſti conditioni parere, l. Titio, in princ. ff. de condit. & demonſtr. l. municipibus, & l. cum ſeruus, eod. tit. l. ſi ità, §. Pegaſius, verſ. intereſſe, cuius cauſa, & ibi vitum ne hæredis, ff. de leg.2. Quæſtionẽ iſtam in terminis deciſam poſuit Bar. in l. paterfam. n.6. ff. de hær. inſt. vbi dixit, quod ſi teſtator inſtituit Titium hæredem cum conditione, quod ſi moleſtauerit vxorem, priuetur hæreditate, omninò priuari debet, ſi moleſtet, & in l. vxorem, §. hæres, ff. de leg.3. vbi firmat, hęredem hac conditione inſtitutum perdere omninò hæreditatem, & eã accreſcere cohæredi, & Bald. in d. l. 1. C. de his, quæ pœn. nom. q.5. & 7. refert, & ſequendo Bar. tenet, relictum eſſe legatum, non cauſa legatarij, ſed quietis hæredis ad remouendam vexationem, quia ſciebat legatarium rixoſum, & litigioſum, & redemptorem eſſe litium, & licèt Bart. in d. l. paterſam. dicat, attendendam eſſe cauſam moleſtiæ, & ſi iniuſta fuerit, omninò priuari debere, verum quia apparet, ideò legatũ feciſſe, ne moleſtaret hæredem, quia cum Dominico Antonio non calculauerat rationem in menſe Februarii, ideò dubitabat, nè indebitè vexaret pupillam, ſed poſteà calculatis in ſcriptis tribus vicibus ceſſat cauſa legati, & ſic non debetur. Vlterius litem non mouere obligatus ex diſpoſitione hominis intelligitur incidiſſe in pœnam, etiam ante litem conteſtatam, Bart. in l. amplius non peti, n.5. ff. rem rat. hab. immò quoquo modo controuerſiam faciat, Bart. in in ead. l. n.3. & 6. vbi etiam per ſolam citationẽ, & Alexand. in addit. ad Bart. in d. l. paterſam. in verbo rationem decidit, ſolam petitionem ſufficere, ad hoc vt dicatur moleſtari, prout etiam tenet Bart. ad Bald. in d. l. vnica, C. de his, quæ pœn. nom. in addit. magna, in verbo item quæro, & Bart. in d. l. amplius non peti dicit, per maritum factis legatis vxori, ſi dotem non petierit illam incidere in pœnam amiſſionis legatorum, ſi exegerit dotem, etiam ab hæredibus ſpontè dantibus, & imputandum eſſe mulieri, quæ debebat denunciare hæredi, ſe paratam eum liberare acceptilatione, vel cauere de non petendo, & ibi additio in verbo maritus legauit, decidit, quando petitio, etiam extraiudicialis præceſſit, tunc perdere legata, etiam ſi hæredes ſpontè ſoluerint, & ità deciſum fuiſſe Florentiæ aſſerit Paul. Caſtr. in d. l. amplius non peti. Quãquam facta relatione in S.C. fuerit confirmatũ decretum ipſius M.C. remittendo eidem cauſam prædictam, vt patet ex actis in banca Franciſci Vulturalis.

Legatum relictum fauore filiorum, & vxoris, quod ſit vſufructuaria, domina, & patrona, donec lectum vidualem ſeruauerit, & cum filiis permãſerit, exiſtentibus filiis reſoluitur in alimenta, decedentibus filiis reintegratur vxor in totum vſumfructum, & ità deciſum refert D. Reg. Sanfelic. dec.201.

Legatum factum alicui ſub conditione non mouendi litem, an valeat, ità quod legatarius quoquo modo litem mouerit cadat à commodo legati, deciſum fuit affirmatiuè, vt refert D. Reg. Sanfel. in dec.167.

Legatum an dicatur ſub vna conceptione verborum, vel diuerſa, itaut dicatur conditionale, vel ſub conditione ſuſpenſiua poſitum, per hæc verba pronunciatum, videlicet. *Laſcio à Gio. Iacono Siciliano mio nepote docati cento da conſignarſeli dopo la morte di eſſo Lorenzo mio herede* præmortuo ipſo legatario fuit hęſitatum in Sacr. Conſ. ſi tale legatum eſſet conditionale, vndè duo ex Dominis cenſuerunt, non eſſe conditionale, ex text. in l. ex his, C. quando dies leg. ced. tres autem affirmabant, non eſſe conditionale, ſed fuiſſe inductam conditionem ſuſpenſiuam, ex text. in l. ſi cui legetur, ff. de legat.1. & ſecundum hanc opinionem deciſum fuit per S.C. in cauſa Petronillæ Coſinæ cum Gregorio Siciliano, referente D. Regio Conſiliar. Andręa Prouenzale, penès Solarium Actor. Magiſtr. refert Horat. Montan. controu. forenſ. in contrad. 32. ſub. n.15.

Legatum an tranſmittatur ad hæredes filii ſubſtituti eo decedente ante patrem, fuit deciſum affirmatiuè per S.C. ex rationibus deductis per D. Reg. Sanfel. in dec.279.

Legatum ſub conditione nubendi certæ perſonæ in inſtitutione, ſed legato adiectæ, an debeatur ſi legataria alteri nupſerit, fuit per Collaterale Conſilium adhibitis adiunctis per maiorem partem deciſum, tale legatum deberi, & hoc potiſſimum ex clauſula adiecta legato, *non eſſendo ei inconueniente, &c.* Ex quo perſona illa nominata à teſtatore erat conſobrinus ipſius legatariæ, ità D. Reg. Sanfel. dec.288.

Legatum factum à marito vxori vltrà conſuetudinẽ Neap. propter benemerita, an valeat, fuit deciſum affirmatiuè in caſu relato per D. Reg. Sanfel. dec.315. in fine.

Legatum relictum pro dote ab extraneo alicui puellæ tempore matrimonii, quo caſu conditionale diceretur, an debeatur dictæ puellæ, illud petenti, quæ non aliter matrimonium, nec ſpirituale, neq; carnale contrahere poterat ob malam valetudinem, ſed vitam cęlibem peragerer, deciſum fuit per S.C. non eſſe pro nunc locum petito legato, & quod procedatur ad deciſionem articuli ſubſtitutionis, D. Reg. Salern. dec.87.

Legatum ſimpliciter relictum pro maritãda puellæ paupera præſtandum ab aliquo hærede, vel fideicommiſſario, an per eos opponi poſſit conditio aliqua, quando puella nuptui traditur, vt dos eis reuertatur ea decedente ſine filiis, Ang. in tract. de teſtamentis, in verbo item reliquit centum pro puellis pauperibus maritandis in fine inquit, quęro relinquitur pauperibus puellis pro eis maritandis, & maritentur, non debet fieri ſtipulatio de dote reddenda hæredi legantis, ſed ipſis puellis maritatis, & eorum hæredibus, vt voluit Bald. in l. 2. in princip. per gloſ. ff. ſol. matr. & ità fuit iudicatum per M. C. V. ad relationem Iudicis de Cirbera in cauſa Portiæ Bagactæ vxoris Antonij de Ioanne Andręa de

Trignanò, cum Renetendo Capitulo S. Nicolai Barenſis, vt in Banca Lanxettæ, & his addo notabilem deciſionem Rotæ Romanæ apud Paul.Duran.deciſ.171.tom.s. vbi pleoè articulum examinar, qualitèr io hoc caſu legati præſtandi mulieribus pauperculis ab aliqua Confraternitate de mandaio teſtatoris, vt non debeat cautio præſtati pro reſtituenda dote, in caſu, quo decederet ipſa dotata ſine filijs, vel iohoneſtæ vitæ, oiſi tamen id expreſsè fuerit à teſtatore mandatum, cautionem præſtati io caſu decedentiæ ſioe filijs, ad hoc vt alijs idem legatum debeatur, vt patet in hæreditate q.Baptiſtæ Ametrani, cuius hæres eſt Sacrum Hoſpitale Diuæ Matiæ Annunciataæ de Neap. vbi appatet expreſsè id mandatum in codicillis, & ſic indifferentèr cautiones preſtantur per maritandas puellas deſcendentes ex Iulia, & Aliabella Ametrano eius ſorores, vt habetur in proceſſibus compilatis in Banca Caotoni.

Legatum factum de aliquo annuo reditu alicui, qui debebat conſequi medietatem bonorum antiquorum ab aliquo teſtatore ita legante, an compenſari debeat cum dicta medietate debita à iure, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa relata per Io. Bapt. Hodiern. in addit. ad deciſ. Surdi 244.]

Legatum annuum factum à teſtatore eius fratri, licet dicatur ex fructibus Montis, vel alterius corporis, tamen nunquam taxatiuè ex fructibus, ſed demonſtrationis gratia cenſetur factũ, & potiùs ex ſanguinis affectione, & coniunctione, quæ cauſa oneris ſibi iniuncti motum teſtatorem præſumitur, & ità fuit iudicatum per S.C. pro Ill. D. Paulo de Curte Epiſcopo Iſerniæ, vt tradit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu.iur.tom.2.controu.44.

Legatum factum pro aliqua Eccleſia, ſiuè Monaſterio conſtruendo, oon eſt dubium, quin de iure validum ſit, cap. Abbate ſane, de re iudic. in 6. Abb. Fontanell. & Zerol. quos probat Molfeſ. in a. parte eius ſummæ cap. 17. num. 45. vbi ſubdit, ſecus eſſe in donatione facta pro Monaſterio, ſeù Eccleſia conſtruenda, quoniam tunc requireretur acceptatio, & ità ioquit fuiſſe executum ab Ill. Iſabella Carapha Duciſſa Cerzæ maioris pro Monaſterio conſtruendo, quod erit ponderandum ad declarationem deciſ. per nos relatæ in 3. par. verbo reſtitutio In integrũ ao competat Monaſterio, ex quo licet fuerit denegata reſtitutio in iotegrum Gubernatoribus Monaſterij erigandi, oon tamen per hoc erit excluſum à cooſecutione legati ex ſupra relatis, quæ conueniunt pro ſupplemento.

Legatum relictum à teſtatore alicui certæ rei, & indè ab eius hærede iterum relictæ, an debeatur iteratè, vel compenſationi locus eſſe debet, cõdito teſtamento per Natalem de Nauco die 18. Iunii 1588. poſt inſtitutionem hæredis factam in perſonam Fraociſchellæ de Mauro eius ſororis caſu, quo fuiſſet reuerſa ex itinere Ieruſalem Victoria Ricera eius mater, vt ſua vita durante hæres fuiſſet, poſt cuius mortem dicta Franceſchella legauit Donato, Iſabellæ, & ei naſcituro ex Cornelia Porta eius filiis naturalibus medium modii Terræ eius, quod poſſidebat in paludibus Neapol. ſuccedeote indè dicta Victoria eidem Natali eius matre, quæ die 14. Ianuarii 1603. poſt inſtitutionẽ factã in beneficiũ Ianuarii, & Filadoræ maritatæ eius nepotũ ex dicta Franceſchella reliquit eidem Donato ſimilitèr medium modii Terræ ſitæ io eodem loco, & cum iam fuiſſet prius dictus Dooatus ſatisfactus de dicto medio modio Terræ, illud vendidit eidem Ianuario hæredi ipſius Victoriæ pro pretio ducatorũ quinquagiota, aſſerendo illud poſſidere virtute legati dicti q. Natalis, poſteà idem Donatus ſub die a. Maii 1634. ioſtitit pro conſecutione alterius legati medii modii Terræ relictæ à dicta quondam Victoria, prætendens eſſe diuerſum, & quod oon intelligebatur factum in compenſationem conſimilis legati facti à dicto Natale, & properea cum ipſe Donatus ceſſiſſet eius prætenſiooem in beneficium D. Iacobi iugeniti, qui greſſus ſuos direxit contra dictum Iaouarium hæredẽ ipſius Victoriæ, & poſſeſſorem dictæ Terræ; ex aduerſo ſe opponens conuentus contra ceſſionarium peteodo, abſolui à tali impetitione, eo quia reus mioimè prohibetur vti pluribus exceptionibus, etiam diuerſis, ad text. in l. nemo prohibetur, ff. de except. gloſ. notab. io l. ſiquidẽ, C. de except. quocirca dum prius illud medium modii Terræ fuerat relictum à Natale, quod iã fuerat conſecutus, licet poſteà conſimile mediũ modii fuerat relictum à dicta Victoria hærede eiuſdem Natalis, videbatur relictum animo cõpenſandi, & quod in hærede talis aoimus præſumitur, quod legauit eidem legatario defuncti, ex ſequentibus demooſtrabitur, primo ex text. in l. vxorem 39. §. pater naturalis, ff. de leg. 3. vbi debitum patris naturalis erga filiam erat ex cauſa fideicommiſſi ei relicti per q. eius virum, cuius fuerat hæres pater oaturalis, & deciditur In eo text. quod ſi deindè idem pater naturalis dotet filiam, non videtur habere animum donandi, ſed magis compenſandi cum eo, quod filia debebat ex cauſa fideicommiſſi, & quod dicitur in donatione inter viuos facta à debitore creditori, obtinet in legato in hac materia compeoſationis, tradit Alex. conſ. 12. n. 50. lib. 4. Secuodo ex text. in l. pen. §. qui fratris, ff. de alim. leg. vbi habetur, non poſſe peti legatũ factum ab hærede eidem legatario defuncti, oiſi legatarius ipſe liberet hæredem hæredis à præſtatione primi legati, & ſi fuerit ſolutum, repellitur idem legatarius ope exceptionis, & licet ibi vtrumq; legatum fuerat in eandem cauſam alimentorum, poterant tamen alimeota etiam deberi ex ſecundo legaro, cum poſſet eorum quantitas augeri ex cauſa legati ſic reiterabilis, ſeù duplicabilis. Tertio, omiſſis aliis quampluribus cooſert tex. in l. ſi cum, dotem 23. §. ſi pater, ff. ſol. matr. ponderando ibi, debitum fuiſſe ex quaſi contractu, vt præceteris declarat Barboſ. ibidem ſub n. 5. verſ. & ex his colligitur. Quartò, quia præſumitur teſtator voluiſſe quãto minus potuit grauare hæredem, nec eum duplici præſtatione onerare, ad text. in l. penult. ff. de dot. prælég. l. Titia 35. §. quod in vita, ff. de leg. 2. & l. huiuſmodi 13. Suid. conſ. 11 a à nu. 13. ad 17. ex Natta, Phanuc. & Menoch. tradit ſub n. 14. fortiorem eſſe hanc coniecturam, quam illa, quod legatum oon eſſet inutile, ſi non induceretur compenſatio, & id ipſum ex Crau. aſſerit Vrſill. ad Afflict. deciſ. 44. ſub n. 16. & po-

tius

tius tolerati, quod legatum ſit nullum, quam quod grauetur hæres, ibidem Surd. n. 16. & magis quando legatarius non eſſet ità teſtatori, vt hæres coniunctus, & ſic non eſt veriſimile, voluiſſe Victoriam grauare eius hæredes nepotes ex filio duplici præſtatione in beneficium Donati nepotis naturalis, nati ex filio, ſed potius argui deberet animus compenſandi cum eo, quod debebatur eidem nepoti naturali vigore præcedentis legati eius patris naturalis, ſtante quoq; tenuitate patrimonii, quæ ſufficiens eſt ad moderandum legatum, l. quæ ſitum, §. ſed & ipſe, ff. de fund. inſt. Bart. in l. 1. n. 14. ff. de leg. 2. Et propterea non obſtat ſi opponatur, poſſe cõcurrere duas cauſas lucratiuas ex perſona diuerſorum teſtatorum, & duplicari legatum, etiã ſi idem corpus fuerit relictum, nã ſi ex vno teſtamento res legaretur, ex altero æſtimatio deberetur, l. plane 34. §. 1. ff de leg. 1. & diſcutit D. Reg. Hect. Capyc. Latr. dec. 51. hoc enim procedit, quando illæ duæ perſonæ legatariæ ſunt omninò diuerſæ, non autem ſi habeantur loco vnius, vt hæres, & defunctus, quia tunc iudicaretur, ac ſi ex perſona vnius duæ iſtæ cauſæ lucratiuæ deſcenderent, l. huiuſmodi 86. §. ſi Sempronius, vbi glo. & alij, ff. de leg. 1. Surd. dec. 161. nu 22. & ita quoq; reſoluitur aliud obiectum, quod fieri poteſt ex l. Titius Stichi 85. ff. de leg. 1. vbi in re, quæ non poteſt ad oculum demonſtrari duæ cauſæ lucratiuæ poſſunt concurrere, cum ibi diuerſi fuerint teſtatores, qui habentur loco vnius, fuit enim à Titio legata Stichi pars, & à Seio eiuſdem Stichi pars eidem legata, & deciditur ex vtriuſq; teſtamento legatarium Stichum conſequi. Nec ſecundo refragatur; ſi obijciatur, minimè cenſeri Victoriam legando cõpenſaſſe ex diſpoſitione hominis nõ neceſſaria, ſed ex diſpoſitione legis, iuxtà communem diſtinctionem, de qua per DD. in d. l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſol. matrim. & l. creditorem 87. ff. de leg. 2. & in auth. præterea, C. vndè vir, & vxor, cum pluribus allegatis per Menochium lib. 4. præſumpt. 109. nu. 23. & 26. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2. Couarr. in cap. officij, n. 2. de teſtam. Ann. iun. in addit. ad patrem ſing. 310. Surd. d. cõſ. 112. n. 1. & ſeq. vbi de ratione, & alijs infinitis, nec mutari cauſam debiti, & conditionem obligationis ex perſona hæredis, quia attendi debet, qualis fuerat obligatio in perſona defuncti, qui primus erat debitor, ex traditis per Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 134. n. 17. & ſeq. & latiùs cap. 198. ſiquidem contrarium verius eſt, ſcilicet cenſeri debitum neceſſarium in perſonam hæredis, licet voluntarium fuerit in perſonam defuncti, attento initio propriæ obligationis, nam tripliciter conſideratur debitum neceſſarium, ſtrictè, largè, & largiſſimè, iuxtà diſtinctionem Xuarez in tit. de arris, nu. 37. quæ innititur doctrinæ Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, n. 37. ff. de verbor. obligat. & exornat Barb. in d. §. ſi pater, n. 50. verſ. 1. ſtrictè, Simon de Præt. & Baez, quos refert, & ſequitur D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. tom. 1. Illuſtr. contron. in controu. 30. n. 2. qui ſtatuunt debitum neceſſarium. Secundo modo ſcilicet largè illud dici, quod inducitur ex legis diſpoſitione, præcedente aliquo facto hominis voluntario, non tamen principaliter ordinato ad obligationem inducendam, & in hoc, vt in primo, quod ſtrictè, & impropriè dicitur neceſſarium cenſeri legatum factum animo compenſandi, huiuſmodi autem obligatio hęredis, quę inducitur ex legis diſpoſitione, mediante quaſi contractu per aditionem, quæ non eſt principaliter ordinata ad obligandum ipſum hæredem, ſed vt per eam acquiratur ius vniuerſale, licet in eius conſequentiam ſuſcipiat onera, vt cõſiderauerunt Anan. conſ. 30. n. 4. verſ. non obſtat aliud argumentum, & Alba conſ. 17. n. 8. & ſeq. & ex hac ratione mulierem adeundo hæreditatem non iuuari Velleiano, l. fin. ff. ad S. C. Vell. probat ibi Franc. Aret. & refert D. de Franc. dec. 518. ante num. 11. & in omni alio, qui obligatur ex quaſi contractu nõ conſiderari debitum voluntarium, etiam attento initio, quia lex eum obligat præter eius intentionem, ac proindè habito reſpectu ad id, quod eſt principale obligatio dicitur legalis, fundat præ cæteris poſt Galiaul. & Alc. Barboſ. in d. §. ſi pater, ſub n. 4. Quinimmo etiam attenta obligatione primi teſtatoris in caſu noſtro debitum hæredis fuit neceſſarium, non enim admiſſa opinione contraria affirmari poteſt, debitum, quod in perſona hæredis eſſet, Grauett. d. conſ. 131. n. 14. Surd. d. conſ. 112. n. 69. cum ſeq. Camill. de Medic. conſ. 124. n. 2. quidquid voluerit Corn. conſ. 292. lib. 1. ꝙ autem fuerit neceſſariũ in perſona primi teſtatoris, indè deducitur, quia legatum fuit relictum filio naturali animo compenſandi cum eo, quod ei pater naturalis debebat, Paleot. de noth. & ſpur. cap. 38. n. 4. Nec obſtat dec. Surdi 244. quia legatum ibi fuit relictum in diem, & in certam cauſam, & ſic non poterat compenſari cum debito puro, & in aliã cauſam facto, in ea nihilominus fuit quoq; deciſum, non deberi vtrumq; ſed ſufficere alimenta filio naturali per prædiorum aſſignationem, nec deberi legatum. Nec reſiſtit ſi dicatur, vtrumq; legatum conſiſtere in ſpecie, non in quantitate, & ideò de ſpecie ad ſpeciem non poſſe fieri compenſationem, l. ſi conuenerit, ff. de pign. act. quia hoc non procedit in cõpenſatione, quæ fit in vltimis voluntatibus, cũ hæc non reguletur legibus, & regulis, quibus compenſatio, quæ fit in contractibus, nam eſt impropria compenſatio, l. vnum ex familia 69. §. ſed ſi vno, ff. de leg. 2. glo. in l. cum pater 39. §. cum pater, eo. Dec. in d. auth præterea n. 10. Soc. iun. conſ. 112. n. 4. & Surd. d. deciſ. 244. n. 70. & quia inducitur à lege, & fundatur ſuper tacita diſponentis voluntate, nec fit ſine ea, vt explicat idem Surd. d. conſil. 39. & d. deciſ. ſub n. 7. Deniq; in noſtra facti ſpecie omnis debet ceſſare dubietas, ſtante voluntate teſtantis, quæ ſi tacita ex coniecturis ſufficeret ad compenſationem inducendam, etiam in debito voluntario, Corn. conſ. 115. lib. 4. Affl. dec. 44. ſub n. 9. vbi Vrſill. nu. 12. cum pluribus per Surd. ſepius citatum d. conſ. 112. ſub nu. 10. verſ. quinimmo etiam ſi coniecturæ deſumerentur extrà teſtamentum, Gratian. tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 639. n. 11. ſicut è contra ad non inducendam in neceſſario, Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 7. glo. 3. par. 6. n. 106. magis quando fuit expreſſa, dum eadem Victoria declarauit tam tempore teſtamenti, quam poſteà ſenſiſſe, per illud lega-

tum

Digitized by Google

tum à ſe conſcriptum de eademmet re legata eidem in teſtamento Natalis, ac dimidium tantum modij vnolegatario etiam præſtandum, & ſic voluiſſe exequi primã illam diſpoſitionem, confirmando, non ſuperaddendo, vt colligitur ex depoſitionibus quinque teſtium ſuper 4. & 5. articulo, ad cuius voluntatis declarationis probationem etiam ſufficeret numerus duorum teſtium, iuxtà notata in l. hæredes palam, §. ſed ſi quid, ff. de teſt. Capy. dec. 182. n. 14. & 15. Vrſill. ad d. deciſ. Afflict. 44. n. 23. Maſcard. de probat. concluſ. 486. vbi n. 30. tradit, etiam mulieres admitti, licet alias in teſtamentis repellantur, & Gratian. d. cap. 687. n. 8. & 12. nec potuerunt teſtes teſtamentarii adhiberi, cum duo fato ceſſerint, vt etiam teſtibus probatum eſt. Et quamuis ex ſuperius ponderatis in præſenti primæ exceptionis capite pateat iuſtitia conuenti, tamẽ ex abundãti ſubnectitur altera defenſionis ratio fundata in præſcriptione, ex qua conditionaliter, & gradatim cõuentus abſoluitur, cum à die obitus Victoriæ, quod fuit in eodem anno 1603. defluxerint pluſquã anni 30. vſq; ad diem petitionis, quæ fuit de menſe Maij 1634. Conſtat autem, tanti temporis ſpatio præſcribi legatum, §. pro temporali. auth. de Eccl. tit. & ex Anchar. Soc. Ripa, Dec. Negu. Pand. Soc. iun. & alijs Becc. conſ. 48. quem refert Surd. dec. 25. n. 4. & ante n. 25. Grat. qui alios allegat tom. 1. cap. 118. n. 19. & ſeq. & dec. 4. nu. 10. Gaſp. Theſ. quæſt. foren. p. 1. q. 86. n. 5. cum ante acceptationem, & petitionem legatarii mala fides hæredis conſiderari non poſſit, nec ſit date propriè malam fidem, quando agitur de iure quærendo, vt probat idem Gratian. præcitato loco, & præcipuè d. deciſ. 4. n. 15. nec legatarij ſcientia adfuerit, quia idem teſtes deponentes ſuper declaratione voluntatis, illam fuiſſe emiſſam præſente Donato legatario teſtantur ſuper 4. art. quinimmo ſi adfuiſſet ignorantia nec daretur reſtitutio in integrum ex hoc capite, poſt Maur. & Bertaz. tradit Gratian. d. cap. 118. n. 21. vel deberet concurrere (vt excuſaret) probabilis, & veriſimilis ignorantia, non autem craſſa negligentia, idem Grat. d. dec. 4. n. 41. Hæc ſunt, quæ proponuntur in cauſa hac, licet paruæ quantitatis, pro defenſione pauperis clientis, à quo tanquam rea magni ponderis exiſtimatur, cætera ſuppleat peritia, ac Religio Dominorum Iudicantium. Facta relatione in M. C. V. die 5. Decembris 1641. per Iudicem benemeritum D. Thomam Carauita, deciſum fuit, quod dictus Ianuarius conuentus abſoluatur à petitis. vt ex actis in banca Conſtantini. Hic adde Mandell. conſil. 411. præſertim num 8. vbi agit de legato eiuſdem rei factæ per defunctum, & per eius hæredem, & ità etiam concludit ſemel deberi.

Legatum certæ quantitatis pecuniarum ſoluendatum legatario poſt mortem hæredis, an dicatur conditionale, ita quod præmortuo legatario ad eius hæredem tranſmittatur, vel non, de hoc incidit altercari tàm in Mag. Curia Vicariæ, quam in Sacr. Conſil. in cauſa Gregorij Siciliani cum Petronilla Coſma hærede q. Laurentij Lia, ſuppoſito qualiter Laura Fanuzzi hæredẽ inſtituit dictum Laurentium eius virum, & inter cætera legauit Iacobo Siciliano eius nepoti ducatos centum ſoluendos poſt mortem dicti eius hęredis, præmortuo ipſo Iacobo legatario, & inde ſuccedente morte ipſius Laurentij hæredis, inſurrexit dictus Gregorius filius eiuſdẽ Iacobi, & conueniri fecit ipſam Petronillam hæredem eiuſdem Laurentij ad ſoluendum dictos ducatos centum vna cum intereſſe decurſo, pręſupponendo, dictum legatum fuiſſe ipſi tranſmiſſum per obitum dicti ſui patris, in quo quidem articulo & ſi in mei poſſe nil in iure allegatum peruẽtum ſit; nihilominus aliqua excogitari poſſe decreui, & principaliter, tale legatum factum poſt mortem hæredis præſtandum eſſe in diem incertum protelatum, & tunc legatum non facit conditionale dies incertus appoſitus præſtationi, non ſubſtantiæ legati, ita probat Ludou. Bell. conſ. 30. n. 4. 5. & 9. cum alijs adductis in terminis à D. Reg. Hect. Capyc. Latro deciſ. 107. à n. 1. ad 19. Quo fit vt dies incertus adiectus præſtationi legati non impedit tranſmiſſionem, ità probat Galgan. de condit. & demonſtr. par. 2. cap. 6. q. 8. nu. 16. & legatum purum, & in diem certum tranſmittitur, Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 5. num. 11. aſſequitur Ludou. Bell. conſ. 31. n. 1. vbi conciliat. quãdo dies præſtationis apponitur legatum eſſet purum, nouiſſimè ad idem allegat text. in l. Sempronius Attalus, ff. de vſu, & vſufr. leg. Conſil. Marcell. Marcian. conſ. 11. n. 3. vbi in terminis noſtræ altercationis. Nihilominus pro cõuenta dicebatur, ſtante obitu legatarij ante mortem hæredis fuiſſe caducatum, & legatum factum patri præmorienti fuiſſe ad filium tranſmiſſum, Io. Ant. Bellon. conſ. 6. n. 5. & in conſimili caſu pro conuenta rationes alias deduxit idem D. Reg. Capyc. Latro d. dec. 107. n. 20. Taliter quod cum tale legatum conditionale reputetur, licet ſub die incerto relictum ſit, optimè Theſaur. iun. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 43. n. 8. ad quod optimè Galgan. vbi ſup. nu. 19. inquit per hæc verba, aut & quarto caſu dies non eſt omninò incertus, ſed ſolum incertus. vt quia fuit legatum Sempronio relictum, quando hæres morietur, nam Sempronius decedens ante hæredem, non tranſmittit ad ſuos hæredes. l. hæres meus, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. huiuſmodi, in fin. ff. quando dies leg. ced. Corn. in d. l. ex his, num. 6. verſic. aut non eſt incertum ann. C. eod. Alexand. conſ. 2. lib. 1. Dec. conſ. 417. n. 2. Ruin. conſ. 85. n. 2. lib. 2. Boet. dec. 154. Gabriel. de hæred. inſt. lib. 4. concluſ. 2. nu. 3. 4. & 5. Phanuc. vbi ſup. num. 84. & ſequitur dicendo, & id procedit etiam quando dies iſte fuit adiectus in perſonam alicuius tertij, nam hoc caſu legatum tamquam conditionale nõ tranſmittitur, l. ſi pecunia, §. 1. ff. de legat. 2. procedit etiam quando dies iſte incertus fuit adiectus ſolutioni, & præſtationi legati, non autem ſubſtantiæ, quia & hoc caſu legatum habetur tanquam cõditionale, & ideò legatarius ante illud tempus non tranſmittit ad ſuos hæredes. gloſ. in l. Scius Saturninus, ff. ad Trebell. Bald. in l. ſi cui legetur, ff. de leg. 1. Alexand. in conſ. 134. num. 22. lib. 2. Ruin. in conſ. 85. nu. 4. lib. 2. & in conſil. 68. nu. 7. lib. 4. Æmil. in conſil. 143. nu. 7. & omnes moti ſunt per text. in d. l. ſi pecunia, §. 1. ff. de leg. 2. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtr. contrarium tenue-

Digitized by Google

nuerunt Capra in conſ.79. n.2. & in conſ.133. n.4. Cuman. in d.l.ſi cui,ff de leg.1. hæc ille. Sed pro coronide Craſſ. in tract. de ſucceſſ. tom.1. §. legatum quæſt.43. n.8. exactè quæſtionem iſtam attingit, ſi legatum relictum ſit poſt mortem alterius, vbi dies quidem certus eſt, ſed incertus, nunquid erit legatum in diem, reſpõdit ſecundum aliquos, non eſſe conditionale, ſed contrarium ex multis ibi relatis ſubſtinet, hanc eſſe communem opinionem, vbi in fine ſubdit dicendo, quinimmò inutile eſſet, eam oriri, quia ante mortem petere non poteſt, & poſſet legatarius ante diem legati cedentem mori pendente conditione, & nihil tranſmittere ad hæredem, hactenùs ille, vndè ſuccedit vulgata regula à Doctoribus noſtris tradita, quod legatum conditionale non tranſmittitur ante euentum conditionis, idem Galgan. eod. tract. ead. par. 2. cap. 1. q. 20. num. 3. Craſſ. d. §. legatum q.51. Mant. vbi ſup. & ad noſtrum propoſitum idem Mantic. lib. 11. tit. 20. n. 1. aſſerit, quod legatum non tranſmittitur, ſi legatarius decedat ante implementum conditionis, quod extendit, vt nec ad liberos tranſmittatur, optimè Theſaur. iun. dict. lib. 1. quæſt.68. numer.1. Mandell. conſ.474. num.1. neq; tale legatum conditionale ad hæredem tranſmittitur, Surd. conſ.123. num.7. & conſ.267. num.39. Torniol. conſ.64 num 5. & conſ.62. num.4. refert idem in fideicommiſſo conditionali procedere, ſubdens num.5. nec quidèm ad filios, idem in legatis, vt dictum eſt, ſequitur Bellus conſ.226. n.7. Conſiliar. Marcell. Marcian. conſ.52. num.2. Gallus de excep. tit.2. excep 2. par.3. num.131. Et in ſumma legatum non ſortitur effectum, niſi mortuo legante, & ſuperſtite legatario, Bocca in conſ.58. n.17. etenim legatum quaſi caducum fit, quoties legatarius moritur viuo teſtatore, Io. Ant. Bellon. conſ.6. n.5. & propterea tale legatum conditionale non agnitum non tranſmittitur, nec quæſitum videtur, Torniol. conſ.6. n.63. ex quo legatarius, cui legatum eſt ſub conditione non eſt creditor legati conditione pendente, ſed cum conditio extiterit, D. Reg. Hector Capyc. Latro deciſ.2. ſub n.11. & quod legatum conditionale non tranſit in legatarium, niſi purificata conditione, Mareſc. variar. reſol. lib.2. cap.96. n.8. neq; legatario ante conditionis euentum actio ad legatum competit, Idem Latro dec.107. n.39. Quamquã præfatus dictus Reg. Hect. Capyc. Latro in d. dec.107. de eademmet cauſa memor poſt traditionem aliquorum caſuum à n.22. demum n.25. concludit, aut dies incerta poſita ſit tempore mortis alterius, nempè ſi reſpectu legatarij, & tunc legatum eſſet purum, & tranſmitteretur, quod ſecus eſſet, quando reſpectu mortis hæredis appoſita fuiſſet, vt in caſu prædicto, & ſubſequitur n.26. dicendo, alios voluiſſe diſtinguere, quod aut tempus mortis ſit poſitum præſtationi, aut ſubſtantiæ legati, & primo caſu tranſmittitur, ſecundo verò non, ex multis ibi relatis, reliqui verò affirmarunt, quod aut dies incerta appoſita ſit præſtationi legati per verba conditionem importantia, & tunc legatum erit conditionale, aut non per viã conditionis, & tunc erit purum, tandèm cõcludit n.25. ſemper tempore mortis hæredis, ſiuè ſubſtantiæ legati, ſiuè exequutioni appoſitum ſit, ſiuè cum verbis conditionem importantibus, ſiuè non, ſemper legatum dici conditionale, & ſic non tranſmitti, vbi plures allegat. Demum concludit ità pronunciatum fuiſſe pro maiori parte Conſiliariorum S.C. confirmantium decretum M.C. licèt pendeat reclamatio facienda iunctis aulis de ordine Præſidis eiuſdem S.C. ità mandantis ob articuli ſubtilitatem, in Banca Solarij.

Legatum vſusfructus certæ ſummæ, & alimentorum factum in beneficium vxoris à viro ſimpliciter per verba Gerundij *volendo oſſeruare il letto viduale*, an ſequutis nuptijs debeatur ex præterito attenta diſpoſitione, quatenùs eſſet conditionalis, ſuſpenſiua, reſolutiua tamen in puta. Pro hæredibus, ac tutoribus Thereſiæ Petræ filiæ quondam Franciſci Petra cum Iulia Tortella relicta ipſius quondam Franciſci fuerunt ſequentia in facto, & in iure allegata, v3. Quondam Franciſcus Petra legauit Iuliæ Tortellæ eius vxori ſuas dotes, antephatum, aliquas veſtes, & vulgò *certe galanterie*, & deindè fecit aliud legatum cum verbis ſequentibus. *Item laſcia eſſo teſtatore alla detta Signora Giulia Tortella ſua cara conſorte volendo però oſſeruar letto viduale vſufruttuaria ſua vita durante ducati mille, verùm à morte di detta Signora Giulia ſua conſorte torni alli heredi, e ſucceſſori d'eſſo teſtatore, ma non oſſeruando letto viduale, non ſe le dia eccetto che li ſopradetti veſtiti & altre galantarie fattoli come di ſopra e volendo oſſeruar letto viduale, e ſtare in caſa di eſſo teſtatore, vole che ſia Signora, e padrona, e tutrice in ſolidum con li ſopradetti Signori matre, e fratelli, e compare.* Poſt quinq; annos, & menſes quatuor obijt dictus Franciſcus, & ipſa Iulia trãſiuit ad ſecunda vota, non alitèr perſiſtendo in domo teſtatoris, & pro dicto tempore, quo fuit vidua petijt vſumfructum dictorum ducatorum mille, ac etiam alimenta ad rationem ducatorum 500. annuorum, & quia tutores ipſius Thereſiæ filiæ, & hæredis ipſius Franciſci inſtiterũt abſolui pupillam à petitione, ſtante quod non obſeruauerat ipſa Iulia lectum vidualem vita durante, ac etiam ſtante quod non habitauerat in domo teſtatoris iuxta ipſius ordinem. Et ad fundandam iſtam iuſtam exceptionem propoſitam pro parte tutorum, verum eſt in iure, legatum ſub conditione viduitatis nunquam acquiri, niſi præſtita cautione Mutiana de reſtituendo rem, vna cum fructibus in caſu tranſiti ad ſecundas nuptias, auth. cui relictum, C. de ind. vid. toll. nec refert, quod conditio viduitatis ſit appoſita per verba negatiua, vel verba affirmatiua, quia ſemper habent implicitam negatiuam, gloſ. in l. fin. C. de indict. viduit. toll. Bart. in l. Mutianæ n.3. ff. de condit. & demonſtr. Mantic. de coniect. lib.10. tit.10. n.14. Difficultas conſiſtit, ſi dicta legata ſunt facta ſub conditione viduitatis, nàm eſt differentia, quod legatum, ſiuè annuum, ſiuè vſusfructus, ſiuè alimentorum fiat vxori, ſi voluerit ſeruare viduitatem, ſiuè ſi non nupſerit, quo caſu dicitur conditionale à principio, & in caſu nuptiarum vxor tenetur reſtituere etiam fructus perceptos pro præterito, & quantitates perceptas, pro quibus tenetur præſtare cautionem Mutianam, & aliud eſt, quod legatum fiat vxori, do-

noc

nec lectum vidualem ſeruauerit, vel quouſquè, vel quandiu lectum vidualem ſeruauerit, quo caſu legatum continet conditionem diſtributiuam temporis, & non requiritur cautio Mutiana, & vxor pro tempore, quo ſeruat viduitatem, conſequitur legatum, & tranſeundo ad ſecundas nuptias non, quia in primo caſu conditio reſpicit originem legati, in ſecundo verò caſu reſpicit durationem legati, Cyn. Bald. Paul. de Caſtr. & alij in d. l. fin. C. de indict. viduit. toll. Natta conſ. 459. n. 17. lib. 2. Caualc. de vſufr. mul. rel. n. 115. 116. 117. & 118. Præſ. de Franch. dec. 231. & dec. 174. Mantic. lib. 11. tit. 19. num. 23. Surd. de aliment. tit. 20. q. 3. n. 40. Matheac. de legat. & fidaicomm. lib. 1. cap. 4. n. 19. Niger Cyriac. controuerſ. iur. lib. 1. controuerſ. 136. Marta de ſucceſſ. par. 4. q. 18. art. 2. nu. 80. & 81. Pariſ. conſ. 95 num. 43. lib. 2. & quando conditio viduitatis facit legatum conditionale à principio dicitur conditio ſuſpenſiua, & quando vero fecit legatū conditionale ſub cōditione diſtribuitina temporis, dicitur conditio reſolutiua ex nunc, non à principio, Menoch. conſ. 494. lib. 5. & dum conditio eſt ſuſpenſiua, requiritur cōtinua obſeruantia, vita durante, & quia habet tractum ſucceſſiuum, ex momento temporis nō impletur, Menoch. lib. 4. præſumpt. 110. n. 21. Caualc. d. n. 117. Iaſ. in d. auth. cui relictum, n. 2. & alij citati ſup. Videndum eſt ergo ſi dicta verba, *volendo però oſſeruare letto viduale*, ſunt verba conditionalia ſuſpenſiua à principio, ac ſi eſſet dictum, ſi voluerit obſeruare lectum vidualem, vel ſunt verba conditionalia reſolutiua ex nunc, & ſic diſtributiua temporis, ac ſi eſſet dictum, donec, ſiuè quouſq; vel quandiù obſeruare voluerit. Er in hoc eſt conſiderandum, quod illud verbum, *volendo*, eſt verbum garundij, & eſt appoſitum verbo futuri temporis expreſsè, & ſpecificè, ſcilicet, *Laſſa vſufruttuaria vita durante*, quæ ſunt verba futuri temporis, vltra quod in hoc caſu de neceſſitate importat futurum tempus, quia Iulia legataria nec tempore teſtamenti, nec ante in viduitate viuere poterat, & ſic futurum tempus denotat, & ideò ſuccedit communis Doctorum concluſio, quod dictum gerundium importat conditionem ſuſpenſiuam à principio, non autem reſolutiuam ex nunc, nec conditionem diſtributiuam temporis, glo. in l. ſi tu ex parte, verſic. adeundo, vbi Bart. n. 1. in fin. ff. de acquir. hæred. idem Bart. in l. falſus, n. 6. C. de furt. Dec. conſ. 433. n. 6. Soc. iun. conſ. 121. n. 20. lib. 2. Sard. conſ. 72. n. 1. lib. 1. de Ponte conſ. 30. n. 21. & 22. lib. 1. Rebuff. ad Conſt. Franc. tit. de ſent. prouiſ. art. 2. glo. 6. Theſ. quæſt. for. lib. 1. q. 87. n. 20. per quam communem concluſionem Ruin. in proprio caſu, ſi teſtator dixerit obſeruando lectū vidualem, conſuluit in conſ. 170. n. 5. & 6. lib. 3. legatum eſſe conditionale à principio, ſub conditione ſuſpenſiua, non temporis diſtributiua, Bald. in conſ. 167. n. 3. & 4. lib. 5. dixit, dictam opinionem eſſe veram, & ſi contrariam opinionem dicit fauere voluntati teſtatoris, quod nō fundat, licet Menoch. d. conſ. 494. & præſumpt. 187. n. 20. lib. 4. ſcripſerit, dictum gerundium importare conditionem reſolutiuam ex nunc, & ſic diſtributiuum temporis, allegando Ruinio d. conſ. 170. n. 6. tamen Ruin. dicit contrariū.

In occurrenti vero caſu coram Ludouiſio poſtea Gregor. XV. Rota ſequuta eſt doctrinam Ruini, vt in deciſ. 187. n. 5. & 6. eiuſdem Ludou. & Ruin. Curt. ſen. Torniell. & Bened. Girard. quos citat Menoch. in d. conſil. 494. num. 20. non loquuntur viuente, faciente, permanente, & ſtante, quæ ſunt verba participij, Benint. dec. 98. n. 5. & 11. & dicta opinio eſt etiam controuerſa, nam contrarium conſuluit Alciat. in vet. ſententiæ in conſ. 85. n. 12. lib. 9. quem ſequitur Mantic. d. tit. 19. n. 23. Prædicta autem difficultas ceſſat in præſenti caſu per illam dictionem, *però*, nam dixit teſtator, *volendo però oſſeruare*, hæc verba omninò faciunt legatum conditionale ſuſpenſiuum à principio, ac ſi eſſet dictum, ſi obſeruare voluerit, ità habemus indiuiſas, & particulares deciſiones Rotæ apud Seraph. dec. 749. n. 1. & 2. vbi erat caſus ſub verbis faciendi pro vita honeſta, & viduale, eadem Rota apud Ludouiſ. in d. dec. 187. nu. 6. ſub eiſdem verbis, *reſtando però vedua, e ſeruando l'habito viduale*, Rota Florentina apud Caualc. d. tract. de vſufr. mul. rel. n. 117. & 118. ſub verbis, dummodo, & tamen, quę idem important, quod d. dictio *però*, & dictam deciſionem Rotæ Florentinæ commendat Præſ. de Franch. d. dec. 231. Matheac. d. cap. 4. n. 19. Peregr. de fideicomm. art. 11. n. 122. Niger Cyriac. controu. 136. nu. 1. Marta d. art. 2. num. 81. ſicut generalem dictionem, dummodo importare conditionem à principio ſcribit in l. quibusdiebus, §. fin. n. 2. 4. & 9. ff. de condit. & demonſtr. Veral. deciſ. 35. num. 2. & 3. par. 2. Giouagn. conſil. 21. nu. 5. lib. 5. maximè in hoc caſu, in quo adimplementum eſt faciendum, antequam actus perficiatur, Gabr. conſ. 5. nu. 3. lib. 1. Alex. Sperell. dec. 40. num. 38. & 39. Sacrum noſtrum Conſilium in cauſa Victoriæ Gill cum hæredibus Doctoris Franciſci Antonij de Ianuario primo eius viro in proprio caſu iudicauit idem, ſcilicet eſſe legatum conditionale ſuſpenſiuum à principio, & fuerunt denegata alimenta relicta ſub illis verbis, *Laſcio domina, donna, padrona, e ſignora, guardando però il mio letto viduale*, de qua deciſione eſt præſentata copia in actis, Alexand. Sperell. d. deciſ. 40. n. 36. verſ. 2. & n. 37. ſcribit, dictionem, *però*, eſſe conditionalem à principio. Præterea & ſecundo ceſſat difficultas in præſenti caſu, quia expreſsè fuit ademptum legatum ſub contraria conditione, dixit enim Franciſcus teſtator, *ma non oſſeruandolo letto viduale, non ſe le dia*, quādo enim ſub contraria conditione eſt legatum ademptū, nulla eſt difficultas, quod cenſetur legatum factum ſub conditione ſuſpenſiua à principio, non autem ſub conditione diſtributiue temporis, Ruin. d. conſil. 170. num. 5. & 6. Mantic. d. tit. 19. nu. 23. Ludouic. Bellus conſ. 186. Caualc. d. num. 117. Matheac. d. num. 19. Tertiò ceſſat difficultas in præſenti caſu, quia intentio teſtatoris eſt expreſſa, denotando totum tempus vitæ Iuliæ vxoris, reliquit enim Iuliam vſufructuariam vita durante, *oſſeruando il letto viduale*, verum vſusfructus in morte Iuliæ redeat ad ſuos hæredes, & non obſeruando, quod non detur vſusfructus, iſta omnia exprimunt totum tempus vitæ vxoris, nam legatum de toto tempore vitæ vxoris loquitur ſub conditione viduitatis, ſub contraria conditione adimitur, &

con-

Digitized by Google

conſolidatio cum proprietate in tempore mortis vxoris conſideratur, quod expreſsè volunt Doctores concludere in quæſtione de legato facto vxori, vita eius durante, donec permaneret in viduitate, & poſt mortem, quia pro tanto teſtator dixit de morte vxoris, quia credidit, eam non tranſituram ad ſecundas nuptias, non enim in mortem diſtulit, ſi eam tranſire ad vota ſecūda credidiſſet, Bart. in auth. hoc locum, à nu. 10. & præcipuè num. 13. verſ. ita in propoſito, C. de ſecund. nupt. Iaſ. in l. tale pactum, §. fin. num. 3. ff. de pact. Quartò ceſſat difficultas, quia teſtator iam reliquerat veſtes, deinde ſub obſeruantia lecti vidualis reliquit etiam vſumfructum, & in caſu inobſeruantiæ lecti vidualis ademit vſumfructum, & reliquit ſolùm veſtes, quomodo ergo poterit Iulia & habere veſtes, & legatum vſusfructus, non ſeruando lectum vidualem, & tranſeundo ad ſecundas nuptias. Quintò ceſſat difficultas ex geminatione verborum, & multiplicatione legati, nam primò dixit, *volendo però oſſeruare il letto viduale*, deinde, *ma non oſſeruando*, demùm, *& volendo oſſeruare il letto viduale, e ſtare in caſa di eſſo teſtatore*. Sextò, & vltimò ceſſat difficultas, quia illa verba *volendo però* ſunt appoſita in initio, non autem in fine diſpoſitionis, & recepta eſt doctrina, quod conditio reſolutiua ſi adijciatur diſpoſitionis initio, reputatur conditionalis à principio, & à principio reſoluit, ſi verò adijcitur fini diſpoſitionis, tunc à principio eſt pura, & diſpoſitio habet locū, donec conditio euenerit, qua adueniente diſpoſitio fit conditionalis, & reſolutiua ea tunc conditione adueniente, Bart. in l. 1. num. 15. ff. de condit. & demonſtr. Cæphal. conſ. 52. num. 8. & 15. & 16. lib. 1. & perbellè ſequuta eſt Rota Bonon. omnino videnda num. 43. in deciſ. inſerta poſt conſ. 144. Rimin. iun. lib. 3. Dum ergo legatum fuit conditionale à principio ob cautionem non præſtitam, nec oblatam, adhuc Iulia non poteſt prætendere vſumfructum prædictum, Caſtill. controu. de vſufr. tom. 1. cap. 16. num. 10. & 11. Reſpectu ſecundi legati alimentorum, illud neque debetur ob inobſeruatam viduitatem prædictā, propter illam copulam *& volendo*, quæ dictio &, copulat æqualiter, vt idem ſit de vno, quàm de altero, Barboſ. in tract. de diction. in dict. 110. num. 9. ſed ex quo Iulia non habitauit in domo teſtatoris, gloſſ. in l. 1. verſ. poſt mortem, in fine, vbi & alij Doct. C. de lega. Amat. conſ. 29. Nec dicat Iulia, non potuiſſe habitare, ex quo erat extera, ſiquidem in illa domo habebat Socrum, cum qua habitare poterat, nec non & cognatos fratres teſtatoris, ſicut iam incepit habitare in domo teſtatoris in eius Terra, dicta *Velli Chianni*, teſtes deponunt ſuper ſeptimo, nec teſtes Iuliæ aliquid probant, nam loquuntur de auditu, vt aſſerunt ſuper decimo, & Ianuarius Poſitanus, & Procurator Iuliæ nec aliquid ſubſtantiale deponūt. Item ex alio excluditur à legato, ſcil. ob adminiſtratam tutelam iniunctam à teſtatore, l. Neſennius, in fine, ff. de excuſ. tut. cum ſimilibus per Gutier. de tutelis, par. 3. cap. 5. nu. 55. & cap. 33. num. 2. & ideò non venit excuſanda, & pupilla eſt abſoluenda, vt ſupplicatur, Neap. die 9. Decembris 1641. Ex parte ipſius Iuliæ Tortellę fuerunt ſequentia allegata, videlicet. Scripſi diffusè, legatum factum per quondam Frāciſcum Perta Baronem Claulcatum in beneficium Iuliæ Tortellę vſusfructus ducatorum mille, & alimentorum, ex Conſuetudine Bulgari, durante perſeuerantia viduitatis per annos quinque omnino deberi, non obſtante petita reſtitutione quantitatis frumenti acceptæ, & pecuniæ per Tutores Tereſiæ Pertæ communis filiæ ex illo matrimonio per viam reconuentionis, & ijs ſcriptis firmiter inſiſto, dictis in Aula pro contrario non militantibus. Verba legati ſunt hæc, videlicet *Item laſcio alla Signora Giulia Tortella le doti, & antefate, veſtiti, & galantarie*. Deinde, *Item laſcia eſſo Teſtatore alla Signora Giulia Tortella ſua chara conſorte (volendo però oſſeruare letto viduale) uſufruttuaria, ſua uita durante de docati mille, verùm à morte de detta Signora Giulia torni alli heredi, e ſucceſſori de eſſo teſtatore, ma non oſſeruando letto uiduale non ſe le dia, eccetto che li ſopradetti veſtiti, & altre galanterie fatteli, come di ſopra. Et volendo oſſeruar letto uiduale, ò ſtare in caſa di eſſo Teſtatore, vuole, che ſia ſignora, e padrona, e vitrice inſolidum con li ſopradetti Signori madre, fratelli, e compare*. Intentionem fundaunt, nam vis quæſtionis eſſe poterat, ſi ſub conditione ſuſpenſiua fuiſſet factum legatum, ſin autem reſolutiua modo in omnibus æquiparata, vel ſub modo, & potiùs eſſe ſub modo relicta, vel conditione reſolutiua, quam ſuſpenſiua. Et pro elucidatione quæſtionis præmiſimus, conditionis ſuſpenſiuæ ab initio denegare perceptionem, & actum ſuſpēdere, donec ſortiatur effectum ante ipſius euentum, l. conditionales 54. l. cedere diem 213. ff. de verb. ſignific. l. ſi quis ſub conditione dandorum dierum 8. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. Menoch. cōſ. 388. numer. 5. Decian. conſ. 8. volum. 1. numer. 7. Priùs enim debet ſecundùm naturam conditionis exiſtere, quam quis emolumentum conſequatur, l. Thais ancilla, §. Stichus, ff. de fideicom. libert. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 6. ff. de condi. & demonſt. Galgan. de condi. & demonſt. p. 1. cap. 1. quæſt. 19. num. 7. Sperel. dec. 40. num. 8. Importari illam per negatiua verba, ſi non nupſerit, vel affirmatiua, ſi lectum vidualē ſeruauerit, legata fuerint relicta, vt ex authen. cui relictum, C. de indic. vid. toll. de verbis negatiuis ibi, ne ſecundas ineat nuptias, de verbis affirmatiuis in l. fin. C. eod. tit. ibi cum huiuſmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur, ſi vidua erit, vel quoties vidua erit, vel cum vidua erit. Nec affirmatiui, ſiuè negatiui ſermonis diſcrimen dari, quin conditio ſuſpenſiua non eſſet vnquam diximus, prout ex dict. l. final. & Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 10. tit. 2. nu. 14. idem Rum. conſ. 170. in fine, numer. 7. verſic. & idem dicitur de qualibet affirmatiua, lib. 3. ex not. in l. fin. ff. de dol. except. ſed tātum quòd cōditio importatur propriè per dictionem, ſi, l. 2. & 3. §. ſi ita ſcriptum ſit, ff. de condi. & demonſtra. gloſſ. & Bart. in l. 1. eod. tit. num. 6. à quibus habetur, quòd dictio, ſi, facit conditionem expreſſā, l. ſi Titio, ff. quādo dies leg. ced. Mattheac. de leg. cap. 4. num. 13. & meliùs num. 19. qui expreſſam conditionem vocat in legato facto vxori per dictionem, ſi, & huius conditionis effectum eſſe nil ponere in eſſe, l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. Bart. in dict. l. 1. num. 30. ff. de cond. & demonſtr. & alij, quos refert Menoc. cōſ. 388. n. 15. l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. Le. eod. Galgan.

Digitized by Google

cap.5.quæſt.3.num.2.de condi. & demonſt. Requirere etiam perſeuerantiam actus, & conditionis in legato adiectæ, vt Franc.Nig.Cyriacua controu.139.num.1.& actus perfectionem, ſecundùm gloſſ.in l.2.ff. de in diem adiect. adimpleri priùs deberi in forma ſpecifica, quod in conditione exprimitur, antequam emolumentum legatarius cõſequatur,l. qui hæredi,§.fin ff. de condit.& demoſt.l.Mæuius,eod.tit.Doct.in l. Gallus,§.& quid ſi tantùm,de liber. & poſthum. Galgan.part.2. cap.1.quæſt.41. obligari legatarium,illumque attringi ad implendum,ſi velit legatum conſequi, & ſi non fuit adimpleta conditio, legatum ceoſeri ademptum, l.legata,l.Mæuius,ff.de condi.& demonſt. Galgan. pa.1. cap. 88.Naturam dictæ conditionis eſſe importare formam,Bal.in auth.matri, & auiæ, C quando mul.tut.offic.fungi poteſt, Ruin.conſ.199.nu.1. lib.1.Galgan.part. 2. cap.1.quæſt.21. eruditiſſimus, ac ingenioſiſſimus Dominus meus Don Franc.Merlin.controu.86 num.9.cum ſeqq. Et pro legati conſequutione loco implementi,ne legatum euaneſcat vltimo vitæ ſpiritu præſtari cautionem Mutianam, l. Mutianæ,& ibi Doct. ff de condi.& demonſtr. cum concord. Reſolutiuæ tamen conditionis effectum eſſe, actum non ſuſpendere, ſed reſolui in ipſius euentum, tex.cum gloſſ.in l.2.ff.de in diem adiect.Decian. dict.conſ 8.num.70.volum.5.Menoch.dict.conſ. 388.num.16.lib.4. Peregr.de fideicom. artic.42. num. 20.& 21.cæteri,quos Giurb. dec. 60.num. 31.refert. Inde legatarium pro futuris annis priuari legato, nec impediri,quin à principio non capiat,Bal.Caſtr.& alij in l.fin. C.de indict. viduit. toll. & re tantùm priuari,non fructibus ipſius pro tempore, quo conditioni fuit paritũ, vt probatur in dicta l.2.ff. de in diem adiect. declarat Menoch dict. conſ.494. ſcribit Mantica de coniect.lib.11.tit 19.num.24. Molin.de Hiſp. primog.lib.2.cap.12.num.19. Caualc. de vſufru. num.115.& 116.Gratian.dec.Match.164.num 6, & dec.187.num. Bariz.dec. Bonon.73. Surd.de aliment.tit.5.quæſt.3.num.32. Vnde pro primo anno eſt purum,& pro ſequentibus conditionale,l.filiæ meæ 21.ff. de cond & demonſt. ſignificari ipſam per dictiones,donec,quandiu,& alias dictiones temporis diſtributiuas, l.pater Seuerinã,§.fin.ff. de cond. & demonſt. l.legatum 17. ff. de ann.leg.l.1. C.de leg. l.Caio Seio 13. §.Imperator,ff.de alim leg, declarat Menoch.conſ.494. num.1.par.6. Quod ſecus in conditione ſuſpenſiua, nam ex ea legatam rem, & fructus perceptos reſtituit,Franch.dec.231.& alij pro contrario citati. Differentiæ rationem Doct. adducere, nam legatum factum ſub conditione reſolutiua per donec,& quouſquè,& ſimiles dictiones,dicitur legatum annuum, dict.l.pater Seuerinam, §. fin. ff. de cond. & demonſt. l.legatum 17.de ann.leg.l.ſi in ſingulos annos, ff. de alim.& cib. leg. Parificari, imò non differre in aliquo modo à modo,ſecundùm Menoch.dict.conſ.494.num. 6.& reſpicere tantùm diſceſſum ab actu, & eo caſu reſoluere,ſecundùm gloſſ. cum l.2. ff. de in diem adiect.& in l. obligationum ferè, §.conditio,ff.de verb.oblig.Neguſant. par.4.princ.nu. 37.verſ.prædictorum. Et ſicut modo non impleto reſoluitur actus ſub modo conceſſus; vt lex nunc,non ex tunc,l.1.C.de donat.ſub modo,l.ſi C.de his,quæ ſub modo, l.cum te fundum, C.de pact. int. emptor. & vendit.l. liberatas, §. hæc ſcriptura,ff.de manum.teſt.Bart.in l.quibus diebus,§.Termilius,ff. de cond.& demõſt. vbi Soc. num.8.Menoch.præſumpt.175.num. 11.lib.4.ita & in conditione reſolutiua. Hinc gloſſ. in rub. ff.de cond.& demonſt. tradit, modo non impleto legatarium priuari legato, vt in conditione reſolutiua. His iactis fundamentis generalibus, opus eſt ad particularia deuenire, ſi in præſenti cauſa relicta fuerit ſub conditione ſuſpenſiua, vel reſolutiua,quæ modalis dicitur, & modo æquiparatur. Et quidem potiùs cum dictione reſolutiua, & modali fuiſſe legata facta vſusfructus,& alimentorum. Primò ex verbis, ſecundò ex dictionibus, tertiò ex expreſſa, vel tacita mẽte teſtatoris,quartò ex gerundio, *volendo* in vulgari,ſiuè participio in latino, in conditionem reſolutiuam ab omnibus interpretato ſermone, quintò ex natura relicti, ſextò alijs coniecturis. Primò ex verbis,nam teſtator non vſus fuit verbis præcepti,vel ſaltem conſilij, ſed tantùm modo verbo, *volendo*, quod denotat arbitrium voluntatis, Menoch.conſ.30. num.11.l.cum quidam,ff.de leg.2.l.fideicommiſſaria libertas,ff.de fideicom.liber. Menoch. de arbitrat.quæſt.7.lib. 1.Bart.in extrauag.ad reprimendum, verſ.videbitur, Afflict. dec. 371. num.8. Quod probatur, quia non prohibentur abſolutè ſecundæ nuptiæ, nec inducitur perpetua viduitas, vt in conditione ſuſpenſiua explicata per verba negatiua, ſi non nupſerit,vel affirmatiuè, ſi vitam vidualem ſeruauerit, & per dictionem,ſi, vt Bart.& Caſtr. in l. fin. §. 1.C.de ind.vid.toll. Surd. de aliment. tit.5.quæſt.3.num.28 legatum enim,quod eſt in electione,eſt momentaneum,quia actus electionis eſt momentaneus, & perſeuerantiam non requirit,ſed momento temporis explicatur,Cornaz.dec.Lucenſ.3.ante num. 10. Sed magis voluntati vxoris remiſſa viduitas, & ſecundæ nuptiæ permiſſæ, vnde mens teſtatoris colligitur, voluiſſe expreſsè nubere potuiſſe, quando placeret, ſed ex die nuptiarum noluiſſe habere relicta, vt in ſimili explicant Cyn. & Caſtr.in dict.l.fin.& dixit Bal.num.2. durare legatum, donec durauerit voluntas vxoris permanendi in viduitate, cùm prædicta verba perſeuerantiam legati potiùs, quàm originem reſpiciant, & ideò ſolùm videatur ademptum à die nuptiarum,ex mente Bal. Caſt. & Salic.in dict.l.fin.Mantica de coniect. vltim.volunt.lib. 11.tit.19.num.22.& in caſu fortiori, ſi facto legato in alio capitulo ſeparato dicitur, quod legatum intelligitur factum,dum tamen permanſerit in viduitate, quòd non ſit facere legatum conditionale à principio, ſed declarare, & taxare,& ipſius perſeuerantiæ apponere modum,vt ſic,donec vidua eſſet legatum percipiat, poſtea verò non,Reg. de Ponte conſ.78. poſt numer.3. verſ.hæc difficultas pariter ex facto &c.Secundò ex dictionibus, nam dictio *però* in latinum dicitur,tamen,quæ dictio non niſi conditionem reſolutiuam importat, quia non reſpicit perfectionem actus, ſed reſolutionem, vt in caſu noſtro,l.2 ff de in diem adiect. vbi gloſſ.Bal.in cap. dudum,lib.2.num.43.extra de elect. Crot.conſ. 138.num.7.volum.5.Cagn.in l.lecta, num.172. ff.ſi cert. pet. Bart. in l. Iudex poſtquam,vlt. col.

ff.de

Digitized by Google

ff. de re iud. Surd. conſ. 528. numer. 29. volum. 4. Reg. Rouit. dec. 4. num. 12. & dum ibi dicitur, *&* *volendo però* deinde *ma non volendo*, verbum *volendo però* eſt modus, & verbum *ma non volendo* eſt conditio reſolutiua, vt probat Caſtill. in puncto lib. 5. par. 2. controuerſ. 109. num. 31. omninò videndus, & Berous conſ. 153. lib. 3. ſic idem Ruin. vulg. conſ. 170. lib. 3. num. 2. qui dicit, fuiſſe inductam in caſu ſuo conditionem ſuſpenſiuam, quia in adeptione hæreditatis erat appoſita dictio, ſi, legatur, quæſo. Similiter dictio, ſed, ibi *ma non oſſeruando* aduerſatur, & diuerſitatem inducit ab his, quæ priùs dicta ſunt in facto, & in iure, gloſſ. in l. qui vſumfructum, in verſ. ſed qui actum, ff. de verb. oblig. l. hoc ampliùs, §. de his, in verſ. autem, de dam. inf. Bart. Iaſ. & cæteri in l. pactis, & filij, ff. de vulg. & pupill. & cùm aduerſatur, excipit, & limitat, quæ priùs dicta ſunt, Dec. in cap. at ſi Clerici, ſ. de adulterijs. num. 2. de iudic. cæteros Camill. de Medic. conſ. 62. numer. 2. Et abſquè difficultate conſenſu Doct. traditur, dictionem prædictam, & ſimiles, quando diriguntur ad honoratum, & ad actum explicandum per ipſum, in cuius fauorem diſpoſitio facta eſt, eſſe modales, vt Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius, num. 2 & 4 ff. de cond. & demonſtr. Bal. in auth. cui relictum. C. de ind. vid. toll. poſt num. 2. verſ. in contrarium videtur, qui loquitur in legato facto vxori, cum dictione, vt ne ſecundas contrahat nuptias, Rota dec. 231. in nouiſſ. Ruin. conſ. 215. num. 10. volum. 1. & conſ. 20. col. 2. num. 1. volum. 1. Berous quæſt. 99. numer. 3. Iſern. in Conſt. In aliquibus, num. 10. vbi Afflict. num. 23. ſic in puncto Gabr. conſ. 5. num. 2. & in fine num. 3. etiam ſi reſpiciant actum de futuro peragendum. Tertiò ex expreſſa, vel tacita mente teſtatoris, expreſſa ſiquidem, dum non fuit per teſtatorem inducta perpetua viduitas, ſed tantùm collata in arbitrium vxoris, ibi *volendo però*. vt ſuprà fuit probatum. Ex tacita ibi, *ma non oſſeruando letto viduale*, communiter namque per Doct. tranſit, videri, ex tacita mente teſtatoris non fuiſſe priuari vxorem à tempore inchoatæ viduitatis, ſed à die ſecundarum nuptiarum, dum in caſu tranſitus ad ſecundas nuptias vxorem legato honorauit, vt in caſu noſtro. Hoc infertur primò à ſimili, nam licèt diſpoſitione legit mulier tranſiens ad ſecundas nuptias legato priuetur, ex l. 1. & l. fęminę, C. de ſecund. nupt. Theſaur. quæſtion. forenſ. quæſt. 27. lib. 1. & mulier incurrat in pœnas per legem inductas. Tamen ſi maritus in caſu tranſitus ad ſecundas nuptias aliquid reliquit vxori, non incurrit ad pœnas, nec legato priuatur, Bal. in dict. l. fœminæ. poſt num. 1. verſ. aut maritus reliquit vxori, C. de ſecund. nupt. Dec. in l. fin. ſub num. 4. C. de pactis, Roman. conſ. 219. ſub num. 2. verſ. & in hoc breuiter, & num. 5. Gabriel conſ. 27. ſub numer. 15. vol. 2. Franc. Curt. conſ. 27. Soc. conſ. 81. vol. 3. Pariſ. conſ. 95. num. 24. vol. 3. Caſtill. in tract. de vſufruct. cap. 2. quæſt. 25. num. 83. fol. 10. Franc. Niger Cyriac. controuerſ. 135. num. 14. tomo 1. Caualc. in hac materia num. mihi 135. fol. 320. ver. & prædicta de legato vſusfructus in caſu viduitatis, & ſcutorum ducentum in caſu tranſitus ad ſecundas nuptias, non habere locum, quando conſtaret, deberi vtrumque, ex Doctor. per ipſum citatis in l. fin. C. de indict. viduit. toll. & alijs, Franc. Cremenſ. ſing. 75. inter ſingularia Doct. Adeſt etiam deciſio punctualis Octau. Zuccar. deciſ. Lucenſ. 13. num. 2. qui loquitur in indiuiduo in legato facto vxori per verbum *volendo però*, & dicit, fuiſſe deciſum, ex mente teſtatoris videri datam licentiam nubendi, & deberi legatum ex præterito. Similiter deciſum fuiſſe per Rotam Romanam in vna Imol. coram Coccino dicit Franc. Niger Cyriac. poſt controuerſ. 136. num. 8. verſ. prædictis tamen non obſtantibus, fol. mihi 580. ea potiſſimùm ratione, quia ſi teſtator voluiſſet priuare legato vxorem à die mortis, dixiſſet, nec ipſam honoraſſet alio legato in caſu tranſitus ad ſecundas nuptias, legantur quæſo, nam ſunt punctuales doctrinæ, & deciſiones, non mendicatæ, licèt pro contrario citatæ, & ne deficiant deciſiones punctuales, & doctrinæ à Reg. de Ponte dict. conſ. 78. poſt numer. 3. verſ. hęc clariora redduntur. Quartò ex natura relicti, nam legatum vſusfructus annuum eſſe cenſetur, vt plura legata in annos ſingulos, l. ſi in ſingulos annos, cum l. ſeq. & l. in ſingulos annos, & l. cùm in annos, & l. filiæ meæ, ff. de ann. leg. l. nec ſemel, ff. quando dies leg. ced. prout eſt legatum alimentorum in caſu viduitatis, Bal. & Imol. in l. cùm filius, §. Mutiam. ff. eod. Crauet. conſ. 300. num. 4. & alij per Caual. de vſufruct. num. 115. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 19. num. 21. & 22. Barz. dec. 73. nu. 30. & 31. Farinac. deciſ. Roman. 373. num. 9. par. 2. tom. 1. & 2. ex Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 25. num. 28. & quando eſt annuum tot iudicantur legata, quot ſunt anni, Surd. dict. tractat. tit. vlt. quæſt. 6. num. 3. & dec. 273. num. 9. Pariſ. conſ. 95. num. 45. Et in hoc cognoſcitur conditio ſuſpenſiua à modo, nam conditio requirit perſeuerantiam in legato, modus ſecùs, nam dicitur annuus, & pro quibus annis ſtetit mulier in viduitate, ſatisfecit voluntati teſtatoris, & paruit conditioni reſolutiuæ, & lucratur fructus, Roman. conſ. 516. Dec. conſ. 421. Aym. conſ. 300. num. 3. Mantica de coniect. vltim. volunt. tit. 19. nu. 21. libro. 11. Iaſ. in l. ſi fundum, §. paterfamil. num. 11. col. 3. in princ. verſ. nunc quod maritus, ff. de leg. 1. Natta conſ. 459. num. 17. lib. 2. Quintò, & vltra coniecturas inſrà dicendas in caſu fortiori legati relicti, non per verbum *volẽdo*, ſed per verbum gerundij *ſeruando* tamen *il letto viduale* non induci conditionem, nec reſolui in dictionem, ſi, ſed per dictiones temporis qualificatiuas, & limitatiuas, donec, & quouſquè, vel quandiu vidualem vitam ſeruaſſet, expoſuerunt ſecundùm intentionem, mentem, & voluntatem teſtatoris Anteſignanus, Bal. conſ. 276. numer. 3. volum. 5. Rutn. per partem citatus, non facta ademptione conditionali ſub contraria conditione per dictionem, ſi, conſ. 270. num. 4. vol. 3. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 12. titul. 19. num. 23. Simon de Prętis de interpret. vltim. vol. lib. 4 dub. 10. num. 67. fol. 187. Surd. de alimentis, dict. quæſt. 3. poſt num. 4. Menoch. conſ. 494. nu. 20. & præſumpt. 187. dub. 4. num. Barz. dec. 73. num. 20. qui citat Mantic. vbi ſuprà, Alciat. in l. Stichum, qui meus erit, col. 6. num. 19 ff. de leg. 1. Gratian. dec. Marchiæ 164 num. 2. Alciat. dict. l. Stichum, §. qui exiſtimauerat, ff. de legat. 1. Octau. Zuccar. dec. Lucc. 13. num. 1. qui loquitur per verba *volẽdo però*, Magon. deciſ. Florent.

1.n.8.expreſsè dicens, reſolui in conditionem reſolutiuam, & à principio contractum eſſe putum, ſed reſolubilem ſub conditione, arg nos. in l.2 ff de in diem adiect. Donat. Ant. de Marinis cap.547.num.17. quotid, reſolut. Quod in caſu ſtrictiſſimo ad importandam conditionem ſcil. participij, & ablatiui abſoluti legati relicti, videlicet (ſtante, viuente, vel permanente) interpretari legitum reſolutiuum per dictionem donec, & ſimiles dixerunt Bart. in l.1.quæſt.7. num.35.ff de condit.& demonſtr Alciat.in lege Stichum, num.52.ff.de leg.1.Curt ſen.conſ.14.& 15 Mantic. dict. lib.11.tit.19 in locis allegatis, Barz. qui cumulat omnes dec.73. num.15. Cancer.tit.de legat.num.358.& 366. Menoch.conſ. 494.num.22. Surd.de aliment. dict.quæſt.3.nu. 44.Ruin.conſ.190. num.7.lib.2. & important neceſſitatem Iaſ.in §.præterea, Inſt.de act. Bal & Iaſ.in rub. ff.de liber. & poſthum. Non militat reſponſio Patris, prædictos Doctores loqui in participio, quia eius reſponſio corruit, nam licèt per participium id procedat, tamen in caſu ablatiui abſoluti, ſcilicet ſtante, viuente, vel permanente, quo inducitur expreſſa conditio, l.a teſtatore ff de condit. & demonſtrat. cum concord. Præterea ex alio corruit, nam licèt in vulgari ſermone verbum *volendo* importet gerundium, tamen in latino non ſignificatur, niſi per participium, & idem fuiſſet dicere, relinquo meæ vxori, volenti tamen, quod in vulgari *volendo*, caret enim gerundio verbum volo ſecundùm Grammaticos. Sexto etiam ex coniecturis, quarum eſt inter plures vtrumque legatum deberi, vt Menoch. dict. conſ. 494. num. 22. in indiuiduo Barz. dec.73.num.2.ex Bal.conſ.267. dixerunt ex coniecturis legatum prædictum deberi. Prima, diſpoſitionem in dubio potiùs præſumi modalem, vel ſi conditionalem conditione reſolutiua aliquod relictum, quàm conditione ſuſpenſiua. Anna ſing.699.verſ.in dubio, poſt Cyn. Bart. & alios in l. cùm mora, C. de tranſact. vbi Alexand.num.8. Iaſ.num.21 Alexand.conſ. 102.num.4.vol.1. Menoch. qui plures præſumpt. 175.num. 15. Gratian. diſcept.forenſ. cap.44.nu. 17.& cap.136.num.14. Rota dec.362. Reg. Rouitus dec. 4. num.2. Tiber. Deciſ. reſp.8 num. 83.volum. 1. Galgan. de condit. & demonſtrat. par.2.cap.5.quæſt.5.& cap.1.quæſt 29.numer.4. Vt in legato relicto vxori, ſi lectum vidualem ſeruauerit, dixit Bal.in auth.cui relictum, C.de indict.vidui, toll.col.3.in fine, num. 22. Gabr. conſ.5.num.5. Eò magis quando dictiones adijciuntur ad aliquid de futuro agendum, & implendum poſt ius quæſitum, Berous conſ.153. lib.3.& conſ.30.lib.2. vt Magon. dec.Florentin. 314 Maximè quando actus, & non conditio, vt Gabr. conſ.5. num.4. eſt explicandus per honoratos Non enim dici poteſt conditio, niſi quæ purificatur ante executionem actus, vnde quando venit ſupplendum poſt executionem actus, dicitur modus, & non conditio, quia actus de futuro explicandus eſt modus, vt probat bene Caſtill. controuerſ.109.par.2. lib.5.nu. 11.& ſuprà probaui. Diſpoſitio enim quando ſit conditionalis, vel modalis, ex affectu rei dignoſcitur, quia ſi priùs debet impleri quod per diſpoſitionem exprimitur, ante emolumenti cõſequutionem diſpoſitio eſt conditionalis, ſi poſt emolumentum quæſitum, eſt modalis. Molina de Hiſpan. primogen. lib.2.cap.12. num.5. Menoch. conſ. 131. num. 3. Surd. de aliment. tit.9. quæſt.16.à num.40.& deciſ.156. Et in tantum præſumptio viget, præſumi potiùs modum, quàm conditionem, quod etiam ſi fuerit dictum in legato, relinquo cum hac cõditione, adhuc modus dicitur, Bart. in l.quibus diebus, §. Termilius, num.5. ff de condit. & demonſtr. Caſtr. conſ 5.lib 1 Felin. in cap. cùm Ioannes, il ſecondo, de fide inſtr. Rota Romana deciſ.39. num.2. lib.2. Sarmient. lib.2. ſelect. interpr. cap.3. num.1. Bal.conſ.219.lib.2. Crauett.conſ.59. qui num.1. plures citat, Menoch. præſumpt.175. poſt num. 15.verſ. his intelligimus, ad text. in l. Mæuia, ff.de manum. teſt. l.2. de dolo, Imol. in l. quæſitum, ff.de condit. & demonſtr. Galgan. cæteros citata par.2.cap.1. quæſt.19. num.8.& cap.3.q.6. Secunda coniectura eſt, ſi teſtator appellauerit vxorem ſuam dilectiſſimam, vel charam, prout in caſu noſtro ibi. *Item laſcia eſſo teſtatore alla ſignora Giulia Tortella ſua chara conſorte*, Bart. in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. Gabriel. conſ.170.nu. 10.lib. 1. quos Franc. Niger Cyriac controuer. 136.num.6.& omnes in puncto de vxore inſtituta hærede ſeruante lectum vidualem, Menoch.conſ.494 num.19. Dec.conſ 681.numer.4. Soc.conſ.69 num.3. Menoch.conſ.146 num.10. Ex mente namque, & voluntate teſtatoris, Bal. conſ.267.& alij Doct. interpretati ſunt expoſitionem fauorabilem vxori per dictionem, donec, & quouſque, & prædilectio, quæ in teſtamento dignoſcitur, non ſolùm eſt nuncupatio, ſed operatio, propter implicata legata iocalium, vſusfructus, & alimentorum, vt in ſpecie Menoch. dict. conſ.494.num.19 & 22. Surd.de aliment.tit.5.quæſt.3. num. 44. & Ricc. collectan. 3112. vbi cæteros. Tertia coniectura eſt, nam legatum alimentorum ſemper cenſetur factum fauore legatarij, non autem hæredis. Bart. in l. Caio, §. Imperator, ff.de aliment. & cib. leg. & in l.1. vbi Dec.num.11. C.de inſtit. & ſubſtit. Dec. conſ.69 num.8.lib.1. Quod comprobatur, quia legatum ſemper præſumitur factum contemplatione illius, in cuius vtilitatem tendit, & reperitur factum, l. filiusfam. §. diui, il ſecondo, ff.de leg.1. ibi niſi inueniatur perſona, cuius reſpectu, l. Titio centum 70. ff.de condit. & demonſtrat. Menoch.conſ.156. num. 24. lib.2. etiam ſi onus adijciatur legatario. Maximè ſi dilectiſſima appellatur legataria, Ludou. concluſ.24. verſ prima coniectura fol 66. citat Dec. conſ.485. numer. 2. & conſ. 601. num. 4. verſ. inde tertius. Caccial. conſ.69.num.2. verſ. ſecundò videtur, Menoch. conſ.146.num.4.lib.2. Cephal.conſ 429. numer. 106. verſ quinto reſpondetur. Quarta coniectura eſt in caſu noſtro ex commemoratione temporum habita ex illis verbis adiectis, ſua vita durante, quæ verba cùm non poſſint reſolui, niſi per dictionem, donec vixerit legataria, ita & faciunt, vt exponi debeat viduitas annexa, donec vitam vidualem ſeruauerit, conſtituendo legata annua ad vtrumque tempus vitæ, & viduitatis, vt probat Barz. alleg. deciſ.73.num.6.9.& 14. propriè num.15. per 21.& Doctores per ipſum citatos non tranſcribo, Peregrin. de fideicommiſſis, art 11.num.123.in fine. Quinta coniectura eſt, nam dum in legato dicitur, *ma non volendo*, & ſic

per

Digitized by Google

per conditionem reſolutiuam ſub contraria eadem dicitur legatum factum, l. aliquando, ff. de condit. & demonſtr. l. qui purè, ff. quando dies leg. ced. l. ſi pecuniam, ff. ſi cert. pet. Ruin. conſ. 170. num. 5. lib. 3. Natta conſ. 200. num. 5. Ceph. conſ. 17. num. 4. & conſ. 197. numer. 24. libr. 2. Oſaſch. dec Pedemont. 166. num. 4. Galgan. par. 1. cap. 88. num. 17. & meliùs par. 2. cap. 1. quæſt. 105. num. 14. probat Caſtill. controuerſ. lib. 5. par. 2. cap 109. num. 21. per ſeq. non enim opus fuiſſet conditione reſolutiua, ſi per conditionem ſuſpenſiuam fuiſſet relictum, vt probat Surd. conſ. 268. & Galgan. cap. 5. quæſt. 5. num. 4. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, vbi dicit, fuiſſe inſtitutam vxorem ſub conditione ſuſpenſiua, quia ſub ademptione conditionali ſuſpenſiua per dictionem, ſi, fuerat facta ademptio, te legendus. His poſitis opus eſt ſatisfacere adductis per Partem aduerſam in Aula. Primò de gerundio quòd reſoluatur in conditionem, nam ſatis probatum eſt, reſolui in conditionem reſolutiuam, donec, non obſtante opinione Ruini dict. conſ. 170. num. 5 & 6. qui loquitur facta adēptione conditionali, ſcilicet, Inſtituo vxorem meam hæredem, ſeruando lectum vidualem, & ſi non ſeruauerit, vt probat Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 19. numer. 23. & etiam Barz. dec. 73. numer. 6. idem Ruin. dict. conſ. 170. num. 6. lib. 3. Galgan. de condit. & demonſtr. part. 1. cap. 11 num. 12. citat Alciat. conſ. 85. num. 13. lib. 9. Secundò loquitur in vxore inſtituta hærede, & de hæreditate, in qua non poteſt dari conditio reſolutiua, ſed ſuſpenſiua, debet enim inſtitutio eſſe vnica, & perpetua, vt per Doctor. per Partem in Aula allegatos habetur, ſignantèr per Beltram. in addition ad deciſ. Ludouiſ. 187. Roman. num. 2. & Bal. in dict. l. fin. numer. 3. C. de indict. vid. toll. quod ſecùs eſt in legatis, nam in hæreditate ſubſequentibus nuptijs habetur, ac ſi nunquam fuiſſet hæres, quoquo modo relicta ſit, & fructus reſtituere tenetur, Bal. & Salic. in dict. l. fin. num. 2. & 14. C. de indict. vid. toll. Menoch. conſ. 494. num. 31. Barz. dec. 73. numer. 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 563. num. 24 libr. 3. Ricc. collectan. 3112. quod comprobat Menoc. in fine conſ. 494. & Barz. dec 73. poſt num. 6. in medio col. ex Ruin citato conſ. 170. num. 7 libr. 3. legatur quæſo. Hanc diſtinctionem inter legatum, & hæreditatem in puncto ponit Beltram. in addit. ad Ludou. dec 187. per Partem in Aula citatum, citat duas deciſiones Rotæ Rom. alteram Anconitanam fideicommiſſi 19. Iunij coram Lancellotto numer 4. anni 1613. fol. 555. Secundam Imolenſem 19 Maij 1631. coram Coccino, num. 5. fol. 586. impreſſas inter controuerſ. Fran. Nigri Cyriac. poſt controuerſ. 136. ex Bal. in dict. l. fin. num. 3. & Salic. num. 4. C. de indict. vid. toll. Cyn. Ang. Caſtr. & alijs, Natta conſ. 459. num. 17 Ex qua diſtinctione corruunt deciſiones citatæ per Partem aduerſam in Aula, quia in hæreditate loquuntur, vt eſt videre ad oculum, primò ex Farinac. dec. 693. par. 1. Seraſin. dec. 749. & deciſ. 1354. immò Idem deciſion. 1406. num. 61. probat, inſtituta vxore, & priuata hæreditate ob tranſitum ad ſecundas nuptias, licèt iura fuerit reſolutum, attamen quia ab initio fuit hæres, non tenetur reſtituere fructus conſumptos, præſertim qui ſunt conſumpti pro alimentis, num. 6. citat Theſaur. dec. 43. num. 5. qui propriè in caſu noſtro applicari poteſt, fuit enim recepta quantitas frumenti, & pecuniæ, quam Pars prætendit recuperare, vt ex petitione, & eſſet reſtituere accepta in partem debiti. Ludou. dec. 187. loquitur perfunctoriè, & citat Ruin. conſ. 170. loquentē in vxore inſtituta hærede, & per adēptionem conditionalem per dictionē, ſi, nec vnquam ſomniauit Ruin. in quo allegatur per Ludouiſ. dec. 187. Caualc. cit. num. 117. & 118. & dec Florent. per ipſum citata non facit in caſo noſtro, nam verba legati erant, videlicet, Quidā Aretinus reliquit eius vxorem dominam, & vſufructuariam toto tempore vitæ ſuæ, dummodò vitam caſtam, honeſtam, & vidualem ſeruauerit, ſi verò tranſierit ad ſecunda vota, tunc reliquit tantùm florenos ducentos. Primò quia fuit appoſita dictio, dummodò, quæ ſecundùm eum importat conditionem, vt ipſo relato dicit, Mattheac. de leg. cap. 4. n. 19. Secundò fuit dicta dictio appoſita poſt diſpoſitionem perfectam, & ſecundùm eum tantò magis importat conditionem, vt per ipſum eſt videre. Tertiò loquitur in ademptione conditionali per dictionem, ſi verò tranſierit, vt loquitur Ruin. conſ. 170. lib. 3. ſumus in claris. Quartò idem Caualc. in num. 135. verſ. & prædicta de legato vſusfructus, limitat, quando conſtaret de mente teſtatoris debeti vtrumque, citat Ruin. conſ. 53. volum. 2. & Pariſ. conſ. 67. num. 6. volum. 2. putà ſi dixerit, reliquit vſumfructum, donec vitam vidualem ſeruauerit, & ſi tranſire voluerit ad ſecunda vota, reliquit quinquaginta. Nec Rotam Florentinā ſequitur Franc. dec. 231. niſi concepto ſermone conditionali per dictionem, ſi, immò notabiliter aduertit, eſſe inſpiciendum conceptum ſermonem in materia, de qua agitur, nam nunquam præſumitur conditio, niſi expreſſa, & in dubio potiùs modus, ſic etiam Mattheac. cap. 4. nu. 18. de legat. & fideicomm. ibi diuerſum igitur ius ſanciturum iri arbitrati ſunt, ſi fideicommiſſum ſub figura veræ conditionis per dictionem, ſi, fuerit conceptum. & ponit exemplum in legato facto vxori, ſi ipſa non nupſerit. Nec obſtat, quòd dicatur in caſu, de quo agitur, adimplementum eſſe faciendum actus perficiatur, quia non eſt verum, vt ex Doct. per ipſum citatis patet ex Gabr. conſ. 5. num. 3. qui loquitur in habilitate perſonæ, vt eſt videre cit. cap fin. de trāſlat. Epiſc. & Epiſcopo tranſire volente ad dignitatem maiorem, debere examinare poſtulationem, & eius perſonam, ibi non ſolùm videatur poſtulationis examinare, ſed perſonæ, nec probat ex iuribus citatis ad quod allegatur. Tertiò idem Gabr. limitat in puncto in caſu noſtro, quādo venit adimplendum per honoratum, ex Bart. in dict. §. Termilius, & Bal. in dict. auth. cui relictum, poſt num. 22. & diximus in dictione tamen. Nec deciſio Sperell. 40. num. 37. nam ſumus extra caſum, fuit enim dictum per hæc verba in contractu, *daue però prima dia la quietanza*, & ſic implementum per dictionem, *prima*, erat promiſſum, & faciendum, miror cur allegetur, prout idem Sperell. ſeipſum declarat, quæ dictio, dummodò, quando iungitur ei, quod venit implendum, antequàm actus perficiatur, ſignificat conditionem, poſito caſu per dictionem *prima*, vt num. 4. quod non eſt in caſu noſtro,

Digitized by Google

ſtro, vt ſuprà per dictiones probauimus, potiùs induci modum, quàm conditionem, maximè quando adijcitur per dictionem aliquid, quod eſt explicandum per honoratū, vt in puncto Bart. in l. quibus diebus, §. fin. poſt num. 2. per 4. Nec exemplum cauſæ Victoriæ Gilli meruit allegari, tùm quia exemplis non eſt iudicandum, l. nemo Iudex, ff. de ſentent. & interloc. omn. iudic. Secundo, ibi legatum fuit factum per verbum *oſſeruando però*, & ſic præcipuè in caſu noſtro *volendo però* à diuerſo ſermone, prout hoc appoſito ſermone *volendo habitare*, fuit iudicatum ad fauorem Ill. Principiſſæ Stillæ D. Iſabellæ Aquauiuæ in legato facto per eius virum Fabritium Ruffum, licet non habitaſſet, deberi legatum ex facultate conceſſa per verbum *volendo*, vt ex exẽplo in Banca Cioffi. Tùm etiam quia reſtitutio fuit conceſſa, nam decretum erat latum inaudita parte, nec citata, immò falſo, vt aſſerebatur in relatione adiuncta perſona Camilli Tambri Procuratoris ex ſupplicatione partis, & petitionibus, indè nõ dicitur iudicatum, niſi fuerit diſcuſſum, Præſ. de Franch. dec. 278. num. 6. Nec tertia conſideratio præſumi in dictam viduitatem vita durante, ex quo teſtator vſus fuit. *Item laſcia eſſo teſtatore alla detta Signora Giulia Tortella ſua cara conſorte, volendo però oſſeruare il letto viduale, vſufruttuaria ſua vita durante*. Nam tempus durationis vitæ non fuit adiectum viduitati ſeruandæ, ſed tantùm præſtationi, nè hęres referret quęſtionem de tempore, indè non benè infertur, falua pace, ſicut vita durante præſtatio, ità vita durante viduitatis obſeruatio, ſuprà enim probauimus in puncto, per hęc verba reſolui per dictionem, donec, ex allegatis ex Menoch. conſ. 494. n. 22. & Barz. deciſion. Bonon. 73. num. 15. per 31. & alijs probatis per ipſos in quarta coniectura diximus. Nec Bart. doctrina in auth. hoc locum, num. 10 C. de ſecund. nupt. vbi ponit quæſtionẽ, quidam in ſuo teſtamẽto dixit, ſic ſtatim volo, & præcipuo, quod Berta vxor mea habeat mille de bonis meis in gaudimento toto tempore vitæ ſuæ, donec honeſte vixerit ſine viro, & poſt vitam ſuam duc. mille ſuperueniant in Titium conſobrinum meum, accidit, quod Berta tranſiuit ad ſecunda vota, & ſic expirauit legatum, quæritur, an Titius ſtatim ad dicta mille admittatur, an poſt mortem Bertæ, & interim penès hæredem dicta mille debeant peruenire, arguit à nu. 11. per 12. pro hærede, deindè ante num. 13. verſ. è contra pro ſubſtituto ſubdit verſ. ità in propoſito, quod pro tanto dixit teſtator de morte Bertæ, quia credit, eam non tranſituram ad ſecunda vota; primò non dicit Bart. ſi crediderit, non reliquiſſet, ſecundo loquitur de futuro euentu, nec altera eiuſdem Bart. doctrina inibi poſt num. 3. verſ. ità in propoſito, & Iaſ. in l. tale pactum, §. fin. num. 3. ff. de pact. obſtet, quia ex dictis ipſorũ aſſeritur, tantùm diſpoſitionem teſtatoris in vno caſu vendicare ſibi locum, etiam in caſu alio omiſſo, ſcilicèt vſufructu relicto vxori, durante vita, dummodò vidua remanſerit, etiam ſpectare ad ſubſtitutum ante mortem, ſi mulier tranſit ad ſecundas nuptias, ſed Bart. & Iaſ. nõ dicunt, quod ſicut durante vita, ità & durare deberet viduitas, immò contrarium, relegantur quæſo. Quarta, & quinta conſideratio gratis aſſeritur, quod ex multiplicitate legati inducatur conditio viduitatis perſeuerantiæ, nàm primum legatum reſpectu veſtium fuit eluſorium, ſiquidèm probatum eſt, fuiſſe tranſmiſſas, antequam tranſduceretur ad domum viri, vndè donatæ erant, vt ex teſtibus. Præterea nos probauimus contrarium ex multiplicitate legati, fuiſſe ſignificatam extremam dilectionem, quæ coniectura torqueretur contra partem, vt ex ſecunda coniectura. Tandèm non viget ſexta conſideratio, quod illa verba *volendo però* ſunt appoſita in initio, & in fine, & importent conditionẽ, indè reputetur conditionalis à principio, ex Bart. in l. 1. num. 15 ff. de cond. & demonſtrat. & alijs per partem in Aula citatis. Negamus enim, per illa verba *volendo però*, fuiſſe inductam conditionem, ſed tamen modum, vel ad ſummum conditionem reſolutiuam appoſitam in illis verbis, *manon oſſeruando* non loquor meo marte, ſed Ioannis Petri Surdi conſ. 264. num. 55. verſ. reſpondeo, vbi hæc verba teſtamenti refert Surd. citato loco, videlicèt. Iuſtituit ſibi hæredem Dominicum de Pacchinis in omnibus ſuis, hac tamèn lege, & conditione, &c. & caſu, quo, &c. ſubdit Surd. per quæ verba dare deprehenditur, Dominicum fuiſſe inſtitutum ſub modo, & onere implendi certum quid, & caſu, quo non dederit, ſit priuatus hæreditate, probat benè Surd. à num. 55. per 58. Deindè idem Surd. num. 10. per 20. ponit obiecta contraria, illa tamen ſoluit poſt num. 20. cuius verba tranſcribere volui, ſunt videlicèt. Ad hoc enim reſpondeo, quod procederet, quando conditio reſolutioni collatæ ante ius quæſitum, quia actus tunc redditur conditionalis, vt quando relinquitur ſimpliciter, ſed admittit ſub conditione, ità loquitur text. in l. aliquando, & alia iura ſuprà in contrarium allegata, ſed reſolutio ponitur poſt ius quæſitum, tunc licèt conditionem cõtineat principalem, ſed remanet pura, probatur in l. pater familias teſtamento, ff. de hæred. inſtit. vbi teſtator duobus inſtitutis hæredibus mandat, quod monumentum faciant, & ſi quis eorum defecerit, ambos exheredat, & tamen dicitur, quod ſi vnus non impleuit modum, alter, qui ex parte ſua adimpleuit, non priuabitur hæreditate. Ad idem eſt text. in l. vxorem, §. hæres, ff. de leg. 3. vbi loquitur de exheredatione collata poſt ius quæſitum, & probat Bart. in d. l. paterfamil. num. 9. vbi dicit, quod ſi talem inſtituo, & prohibeo, ne moleſtet vxorem, & ſi moleſtet, exheredo, inquit, quod in caſu moleſtię hęres eſt priuatus per fideicommiſſum, quia onus non moleſtandi eſt impoſitum poſt emolumentum quæſitum, ideſt poſtquàm adiuerit hæreditatem, & non directè, quia qui fuit ſemel hæres, non poteſt directè detinere, & eſſe hæres. Præſupponit ergò Bart. quod inſtitutio non eſt facta conditionalis per conditionem appoſitam reſolutioni, ſi enim fuiſſet conditionalis, non cenſetur grauatus fideicommiſſo, nec potuiſſet interim pendente conditione adire, l. cedere diem, ff. de verbor. obligation. l. is, qui hęres, in princip. ff. de acquit. hæredit. & Bart. ſequitur ibi Io. Imola, Coman. in l. planè la ſeconda, §. final. ff. de legat. 1. Aret. Inſt. quibus modis teſtament. infirm. in princip. nu. 9. & in terminis noſtris ità declarat Cephal. in conſil. 52. num. 8. & 16. vbi dicit, quod ſi conditio exequutioni, ſeù reſolutioni adiecta facit diſpoſitionem conditionalem in vltimis voluntatibus, tamen fallit, quando reſolutio conditiona-

lis

lis eſſet poſita poſt quæſitum emolumentum, allegat omnia prædicta, ſed pręter eum probatur ex doctrina Bart. in l. 1. §. item ſi ità, numer. 2. in fine, ff. ad l. ſalcid. vbi dicit, quòd vbi ademptio hæreditatis ſit in pœnam, quando teſtator grauat hæredem ad dandum centum alicui, & ſi non dederit, priuat eum, tunc licèt priuatio ſit ſub conditione, tamen inſtitutio eſt pura, & hæres ante conditionis euentum poteſt petere hæreditatem, & quamuis non dicat, ratio eſt, quia pœna arguit ius quæſitum, Bart. in l. Titia, in quarta oppoſition. vbi alij ſequuntur, ff. de verb. obligat. & eſt communis opinio, vt dicit Ceph. in d. cõſ. 52. n. 15. Et quando adeptio ordinatur poſt ius quæſitum, licèt ſit cõditionalis, nõ ſuſpẽdit, nec impedit, quin interim ius quęratur. Et dicitur in propoſito, quando ponitur poſt præceptum, ſeu onus à teſtatore iniunctum, §. fin. vbi Io. Fab. & alij, Inſt. de legat. Aret. in dict. l. Titia, col. 3. Ceph. dict. conſ. num. 14. & cum Bart. tranſit Imol. col. fin. verſ. in ea gloſſ. ibi l. obligationum, & idem defendit Ruin. conſ. 48. num. 2. volum. 2. vbi dicit, quòd ademptio facta in pœnam ſit conditionalis, non facit principalem diſpoſitionem conditionalem, ſed interim poteſt legatum peti, vel hæreditas adiri, aliàs falſum eſſet quod dixit Bart. in dict. l. paterfam. ſcilicet teneri grauatum reſtituere per fideicommiſſum, quia ipſo iure, & directè deſineret eſſe hæres, & reprobat ideò Ang. qui dicebat, inſtitutionem eſſe conditionalem, quando fuit quis inſtitutus cum onere, ne alienet, & in caſu alienationis priuatur, idem Ruin. in conſ. 28. num. 4. eo. volum. Cùm ergo pœna præſupponat priuationem, & priuatio non habeat locum, niſi poſt ius quæſitum, nec priuari quis poſſit, eò quòd non habet, ſequitur, quòd ademptio conditionalis facta in pœnam, vel collata poſt ius quæſitum non facit inſtitutionem conditionalem, & clare quoquè id probat Aretin. in dicta l. Titia, col. 5. verſ. ſed ità ſua ratio, ff. de verbor. obligat. vbi dicitur, quòd ſi purè relictum adimatur, ſub conditione clarum eſt, cenſebitur datum ſub contraria conditione, ſed ſi quid purè relinquatur, deinde ei onus adiungatur, & ſi illud non adimpleuerit, adimatur relictum, hoc caſu relictum non deſinit eſſe purum, nec fiat conditionale, ſed illa pœna reſoluit ius quæſitum, & per hoc reprehendit deciſionem Oldr. in contrarium allegatam, Menoch. conſ. 78. nu. 8. & 10. vbi ſi reuocatio conditionalis non ſtatim ſequitur legatum, aut inſtitutionem, ſed poſt modum appoſitum, vel onus, aut præceptum iniunctum adimatur, quod fuit purè relictum, tenet, quòd principalis diſpoſitio non ſit conditionalis, ſed pura, reſoluenda tamen in euentum conditionis. In præſenti itaque quæſtione Dominicus fuit purè inſtitutus, deinde adiectus fuit modus per illa verba, & caſu, quo, atque ità apparet, quòd reſolutio fuit collata poſt ius quęſitum, quia poſt iniunctum modum, nam, vt dixi ſuprà, modus debet impleri poſt emolumentum quæſitum, & conſequentèr poſt aditionem, ergo conditio appoſita reſolutioni non facit inſtitutionem conditionalem, quæ fuit purè facta, præcipuè cùm, vt dixi, ſit facta illa ademptio in pœnam modi non impleti. Hæc Surdus. Cuius verba tranſcribere volui, ne fur eſſem alienæ laudis, vt eius auctoritati deferatur, Surdum refert, & ſequitur, & tranſcribit Doctor non inferioris conditionis Caſtill. par. 2. tom. 5. cap. 109. num. 3. & 7. & ner 10. propriè, numer. 11. folio mihi 581. & ſatisfacit dictis per Rimin. cõſ. 144. per Partem citatum, videndum quæſo. Patet etiam reſponſio ad Bart. & auctoritatibus prædictorum, & vltra ipſos ex adductis ſuperiùs, nempe omnes dictiones, quando referuntur ad honoratum, eſſe modales, vt in puncto Bal. in dict. auth. cui relictum, poſt num. 22. qui loquitur in vxore relicta hærede, vt ſecundas non contrahat nuptias, quia licèt reſpiciant tempus futurum, attamèn quia dicitur ad honoratum, non eſt conditio, ſed modus, ex eodem Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 9. ff. de condit. & demonſtrat. Sed ex abundanti concedimus, Bart. in dict. l. 1. num. 15. dicere, dictiones prædictas adiectas inchoationem beneficij inducere conditionem, ſed non dicere, eſſe conditionem ſuſpenſiuam, ſed reſolutiuam ex iuribus citatis per ipſum, l. pater, §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. legatum, de ann. leg. l. Caio, §. Imperator, de aliment. legat. quibus probat, induci per iura prædicta legatum annuum, vel menſtruum, vel diurnum, vt in alimentis, ergo quod eſt annuum ex natura relicti à principio eſt purum, pro ſequentibus conditionale, ad l. ſi in ſingulos, de ann. leg. vt ſuprà probauimus ex natura relicti, etiam ex quidditate conditionis reſolutiuæ. Cætera verò, quæ de legato alimentorum aſſeruntur non deberi, quia repetita eſſet conditio, hoc expreſsè negatur, nam etiam dictio, &, aliquando ſeparat, vt Menoch. conſ. 137 num. 43. & in cauſa conditionis non obſeruatæ per dictam Iuliam legatariam habitationis in domo teſtatoris, nec in iure, nec in facto militant, nam habitationem reliquit voluntati ipſius Iuliæ, ibi, *& volendo oſſeruare letto viduale, e ſtare in caſa di eſſo teſtatore*, & ſic Menoch. de præſumpt. lib. 4. cap. 123. num. 14. Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 4. num. 14. Quod magis, quia legatum prædictum fuit factum fauore legatarię prædictæ, vt probauimus ſuprà in tertia coniectura, ſemper enim in dubio cenſetur factum legatum alimentorum fauore legatariæ, vt Bart. in lege Caio, §. Imperator, ff. de aliment. & cib. leg. & in l. 1. vbi Dec. numer. 11. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Dec. conſ. 385. num. 10. & conſ. 526. verſ. vnde primò non obſtat, Soc. conſ. 69. numer. 8. libr. 1. Immò dato, & non conceſſo, quòd legatum fuiſſet factum tàm fauore legatariæ, quàm hæredis, quod mixtum appellat Dec. adhùc ponderate fauorem legatariæ, ne extinguatur legatum, voluit Dec. conſ. 601. num. 4. quem refert Menoch. loco citato de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 123. num. 23. Dicatur ampliùs, conditionem prædictam, quatenùs conditio eſſet, quod negatur, ſiuè reſpiceret commodum filiæ teſtatoris, ſiue legatariæ, fuiſſe adimpletam, ex quo filia relicta per dictum Franciſcum teſtatorem continuò poſt mortem d. Franciſci educata fuit penès ipſam Iuliam matrem legatariam, vnde ſit conditio adimpleta, Præſ. de Franch. dec. 58. Nec dubitari poteſt de educatione habita penès matrem, ſic enim fuit determinatum decreto S. C. anno 1629. de menſe Iulij, & apparet ex inſtantia prædictæ Iuliæ petentis, reintegrari

in

in educatione, & poſtmodùm fuerunt petita alimenta pro perſona dictæ filiæ. Nec relinquatur, quòd ipſa Iulia permanſiſſet in domo prædicta, ſi ſacto tutorum non fuiſſet expulſa, nam de facto in anno 1625. poſt annum à die obitus dicti Franciſci, dum adhùc in faſcicolis lactabatur filia dicti Franciſci penès ipſam Iuliam, ab eius manibus abſtulerunt, & quod peius die 8. Aprilis 1625. dicti Tutores commiſſa cauſa in S.C. inſtiterunt pro conſeruatione in quali poſſeſſion e educandi, & per Reg. Conſiliar. Marcianum fuerunt expeditæ prouiſiones cum ordine, quòd interim nihil innouetur, die 8. Aprilis, & prouiſiones prædictæ intimantur dictæ Iuliæ Tortellę die 10. Maij 1639. in Terra Vaſti Gitardi, prouocata Iulia Tortella ſpoliata ab educatione eius filiæ, cui fuerunt ſubſtituti filij tutoris, coacta fuit comparere in S.C. & petere reſtitutionem eius filiæ, & per S.C. fuit interpoſitum decretum, eſſe educandam penès ipſam Iuliam Tortellã die 31. Maij 1638. & porrecta ſupplicatione per Tutores loco reclamationis confirmatur decretum S.C. & neceſse fuit committere executionem decreti Gubernatori Terræ Friſolini. Igitur vertente lite iuſtam habuit cauſam diſcedendi, prout in puncto dicit Iaſ. conſ. 44. 2. dubio, lib. 1. Rol. conſ. 22. num. 12. lib. 1. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 46. num. 10. qui loquitur in vxore relicta domina, & patrona, Caror. dec. 119. num. 8. Menoch. de arbitrar. caſu 170. numer. 16. vnde videtur, ſtetiſſe per Totores, quin habitaret, vt ſufficit, vt Bal. in l. 3. C. de cond. inſet. Tandem ad corroborationem dicitur, conditionem prædictam cauſa honeſtatis eſſe reijciendam, vt Iaſ. in l. 1. num. 4. C. de leg. & in l. diuortio, num. 75. ff. ſolot. matrim. Bal. in l. 1. numer. 9. C. de leg dicens, talem conditionem vti turpem reijci, & in auth. hoc locum, C. ſi ſecun. nupſ. mul. Bart. in l. Caio, §. fin. ff. de alim. & cib. legat. Quod magis etiam, ſi hæres eſſet boni, & honeſti nominis, nam ad euitandam ſiniſtram opinionem reijcitur, l. facta, § & ſi ſub conditione, ff. ad Trebell. quam legem ſingularem dicit Bal. in dict. l. 1. num. 10. C. de leg Menoch. de arbitr. Iud. caſu 170. num. 12. & de præſumpt. libro 5. præſumpt. 157. num. 13. Nec habitatio in Terra Clauicorum, ex quo non eſt populata, & per aliquot menſes ſtetit coactè à die litis motæ, & ſpolij per prædictas filias, vt teſtes dicunt, cum maxima cuſtodia, & expenſis, at expenſæ erogatæ pro cuſtodia propriæ perſonæ, & pupillæ fuerunt petitæ ad minus duc. 600. & probatum tam metu prædicti Vincentij Petra de facto ſpoliare tentantis ob educationem, quàm bannitorum, fuiſſe expenſas plures pecuniarum quantitates, vt per teſtes. Non militat, quòd contemplatione tutelæ fuerit factum legatum, nam contrarium apparet ex teſtamento, ſecundò in legato facto vxori alimentorum potiùs præſumitur affectione maritali, Menoch. conſ. 546. num. 24. libro 2. Grat. conſ. 84. num. 5. lib. 2. quã tutelæ, Crot. conſ. 148. num. 3. lib. 1. ex quibus omnibus pro Iulia Tortella iudicandum ſperatur Religioni Domini cauſæ Commiſſarij, & aliorum Senatorum ſe ſubmittendo. Io. Baptiſta Amendola, &c. Deciſum fuit in beneficium ipſius Iuliæ, referente Domino Don Franciſco Merlino, vt ipſemet etiam teſtatur controu. tom. 2, controuerſ. 40. per totam, penès Burrellum. Additio. In præſenti caſu non aliter agebatur de legato conditionali taliter concepto ſub ſolitis conditionibus, per verba, ſeù dictiones demonſtrantia, ſeù demonſtrantes conditiones, vt putà ſi nupſerit, vt proſequitur Barry de ſucceſſ. tom. 2. lib. 16. tit. de conditione ſi nupſerit, vel de conditione ſi non nupſerit, quemadmodùm in ſequenti titulo de conditione ſi non nupſerit ipſemet proſequitur; & meliùs Fontanell. de pactis nuptial. clauſul. 6. gloſſ. 3. par. 3. vbi tamen num. 8 & ſeq. intuetur dictiones tales importantes conditiones, ſed agitur potiſſimùm de legato ſimpliciter facto, abſquè tamen clauſulis importantibus conditiones, & ideò ante omnia erit inueſtigãdum, attento tenore huiuſmodi legati, ſi illud reputari debeat conditionale, vel purum, vt præſtari potuiſſet, quocircà ad rem noſtram Paulus Æmil. Gallus de exception. quæ poſſ. oriri in ſucceſſ. tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento, tit. 4. except, 17. ſeù 4. par. 2. dum mouet quæſtionem illam, quando vſusfructus relictus ſit ſub conditione, an, & quando per legatarium conſequi poſſit, expreſſim agens de legato facto mulieri, ſi vidua erit, vel ad vidulitatem peruenerit, aut teſtaret, vel vidua permanebit, ita vt non inducatur viduitas perpètua, quòd non priuetur illo per tranſitum ad ſecunda vota, & hanc opinionem probat ex aliquibus fundamentis à nu. 1. ad 7. vbi in ſequenti numero contrariam opinionem aliquorum recenſuit, vt legatum mulier tranſeundo ad ſecunda vota amitteret, per multas rationes deductas à num. 7. cum ſeq. nedùm ſi tales adiectæ eſſent dictiones importantes cõditiones, vt ibi num. 14. & 15. ſed etiam ſi aliæ non adeſſent ſimiles conditiones, ſed verba certa quædam ſimilia, quæ reſoluerentur in conditiones, vt ibidem num. 19. & 20. ſubdens nu. 21. per talia verba legatum eſſe iuris extinctiuum, ſeù reſolutiuum, prædictis tamen addo Cauagn. in dec. conſult. 19. lib. 1. vbi illam quæſtionem enarat, ſi legatum factum mulieri, donec vitam vidualem duxerit, caſtamque, & honeſtam, debeatur illi tranſeunti ad ſecunda vota, vbi n. 4. & ſeqq. de talibus dictionibus conditiones importantibus agit, licèt in caſu ibi per eum relato non agebatur de legato conditionali concepto cum ſimilibus dictionibus, ſed per verbum gerundij, hoc eſt, ducendo tamen vitam vidualem, caſtam, & honeſtam, ac conferendo dotes, &c. & per rationes ibi relatas in hanc quoquè opinionem inclinare videtur, vt non aliter debeatur tale legatum per mutationem ſtatus viduitatis, ad ſecunda vota conuolando mulier legataria, non lucrabitur. Nihilominùs ſi rectè verba iſtius legati intueantur, dum dictum fuit à teſtatore, *& volendo oſſeruare &c.* videbitur ex hoc fuiſſe remiſſum voluntati ipſius legatariæ pro obſeruantia legati, vt illud conſequi potuiſſet, quando voluiſſet obſeruare lectum vidualem, & ſi non vellet, erit quoquè relictum eius voluntati, & hoc caſu quando legatum ſit, vt quis nubat, id magis importat quandam admonitionem, vt indè ſe nubat, quam conditionem ita ex Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 4. ff. de condit. & demonſtr. notat Fõtanell. eo. tract. dict. clauſ. 2. par. 1. ſub numer. 4. quaſi quòd videatur tacitè conceſſa licentia mulieri

lieri

Digitized by Google

ſteri iterum nubendi, quemadmodùm legatum factum vxori tranſeunti ad ſecunda vota de conſenſu viri, ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè, proculdubio ei erit præſtandum, ita ex notabili conſil. Hieron. Grati 83. num. 12. & 13. volum. 2. probat Gutier. in tractat. de tutor. & curator. par 1. cap. 16. num. 121. Difficultas tamen oritur ex eo, quòd licèt tale legatum fuerit conceptum purè, abſquè dictionibus importantibus conditionem, tamen dum mandauerat teſtator, obſeruari lectum vidualem, difficultabatur, an tale legatum debeatur per inobſeruantiam contrariã, hoc eſt per tranſitum ad ſecunda vota, in quo aduertendum eſſe duxi, quòd dato, vt non ſit conditionale, attamen per ſequentem dictionem adiectam in legato prædicto, ſed, ***ma non oſſeruando***, per hanc dictionem aduerſatiuam legatum ſit conditionale, prout ita in terminis probat Fontanell. dict. gloſſ. 2. par. 3. num. 10. & 11. vbi ſub num. 18. & ſeqq. probat, non ſufficere ſimplicem declarationem voluntatis, ex verbo, volo, quoniam tale verbum quando apponitur actui ſucceſſiuo, & non momentaneo, qui ſola voluntatis declaratione explicatur, neceſſarium eſt factum, vt conditioni paritum dicatur, ex Ruin. conſ. 184. num. 5. volum. 2. & Marzat. cõſ. 36. num. 19. Inſuper quia teſtator hoc caſu mandauerat, legatum non deberi, etenim teſtator de bonis ſuis poteſt ita diſponere, vt in eis poſſit legem, quam voluerit imponere, & tanquam lex eius voluntas erit ſeruanda, Spino in ſuo ſpecul. gloſſ. 14. num. 51. vnde ex his dubia altercatio redditur, iudicio meo, niſi dicatur attenta Doctorum diſtinctione, quòd in vltimis voluntatibus conditio in reſolutiuis poſita, conditionalem reddit diſpoſitionem, quando in diſpoſitiuis ante ius quæſitum apponeretur, ſecùs ſi ea reſolutiua conditio poſt ius quæſitum apponeretur, cùm tunc diſpoſitio non efficeretur conditionalis, ſed pura remaneret ſub conditione reſoluenda, vt ex multis conciliat Anton. de Amato var. reſol. tom. 1. reſolut. 39. num. 104. & ſeq. vbi plura. Thoro.

Legatum factum per defunctum filiumfamilias in teſtamento in beneficium alicuius, an data inualiditate inſtrumenti ex cauſa prædicta debeatur legatario, ſi per hæredem fuerit tale teſtamẽtum approbatum, percipiebatur ex facti ſerie, quòd dum Dominicus Angioia Atranenſis ſuum condidiſſet teſtamentum in anno 1627. inſtituendo eius hæredes Io. Angelum, & Claudiam Angioia eius filios, & inter cætera legauit Elionoræ Amatrudæ eius vxori ducatos centum in remunerationem ſeruitiorum, quæ illinc in anno 1634. inſtitit, condemnari prædictos hæredes, & pro illis Pompeum Angioia tutorem, & compilato proceſſu, ſuccedente obitu eiuſdem Io. Angeli cohæredis, & iterum compilato proceſſu cum eadem Claudia, cùm fuiſſet obiectum, teſtamentum eſſe nullum, vti conditum ab ipſo Dominico, quo tempore erat filiusfamilias, ad text. in l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. Iulius Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 18. latiùs Vaſquez de ſucceſſ. tom. 2. lib. 1. §. 1. per totum, Rationem aſſignat Marta de ſucceſſ. par. 4. quæ. 1. articul. 3. numer. 26. & quæſt. 2. art. 5. numer. 7. quia nil habet in bonis, Vaſquez vbi ſuprà num. 7. & conſequenter non potuiſſe legare, gloſſ. in l. 2. ff. de leg. 1. Iaſ. Ruin. Alexand. Martin. Laudenſ. Plot. Hipol. Rimin. & Gomeſ. quos probat Craſſus de ſucceſſ. tom. 1. §. legatum, quæſt. 4. n. 1. & proindè illud nullatenus deberi. Ex aduerſo replicabatur, ad hoc vt legata debeantur, requiritur hæreditatis aditio, ſiuè ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato, vel alia cauſa ſint relicta, ex gloſſ. in l. qui filio, §. 1. verſ. codicillis, ff. de hær. inſtitu. quam communiter ſequuti ſunt Doctores relati ab eodem Craſſ. eo. tractat. dict. §. legatum, quæſt. 68. num. 1. & hæres adeundo dicitur conſentire, ſe teneri, quatenus lex velit, Mart. in ſumma de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 3. art. 2. numer. 8. At cùm in facto propoſito apparebat, eandem Claudiã hæredẽ eſſe declaratam ex eodem teſtamento, mediante præambulo M. C. V. cuius vigore procurauit, omnia bona hæreditaria deſcribi in eius faciem, vigore prouiſionum eiuſdem M. C. propter quod videtur approbaſſe teſtamentum, iuxtà vulgatam regulam illam, quòd approbo, non reprobo, gloſſ. in l. Pomponius, ff. de negot. geſt. & in l. cùm mulier, ff. ſolut. matrim. ex text. in l. ſi vxor, § fin. ff. ad leg. Iul. de adult. & approbatum ſemel ampliùs reprobare non poſſum, facit gloſſ. in §. ſi verò, verſ. repudiare, auth. de exhib. reis, Maſcard. de probat. concluſ. 946. nu. 20. & quod non improbat, probat, gloſſ. in l. 1. in fine, verb. eligit, ff. furt. aduerſ. naut. caup. ſtabul. Menoch. de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 14. num. 14. Ad talis articuli deciſionem ſolers Doctor Iuuenis Berardinus Saxus cauſæ prædictæ patronus allegauit text. notabilem in l. non dubium, C. de teſtam. ibi illud etiã adijciendum eſt, vt qui ex teſtamento, vel ab inteſtato hæres extiterit, & ſi voluntas defuncti circà legata ſeù fideicommiſſa, ſeù libertates legibus non ſit ſubnoxia, tamen ſi ſua ſponte agnouerit, implendi eam neceſſitatem habeat, vbi gloſſ. in verb. agnouerit, ſubdit, ſcilicet ſoluendo, ſciens, voluntatem non valere, vt infrà de fideicommiſſ. l. 2. & l. ſi veritas, quam gloſſ. ibi Doct. ſequuntur, & vltrà eos Simon de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib. 2. dubit. 3. ſolut. 6. numer. 2. latiùs Marta in ſumma legali de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 3. art. 2. numer. 1. & ſeqq. Et quamuis hæſitari poterit, ſi gloſſ. auctoritas attendatur, dum aſſerit explicando verbum, agnouerit, hoc eſt ſoluendo, ſciens, voluntatem non valere, quaſi quòd ex pacto teneatur ſoluere, vt ibi proſequitur Marta num. 15 & 16. At in caſu præmiſſo nulla apparebat ſolutio, neque promiſſio ſolutionis, ob quod videretur facta approbatio, nihilominus ibidem Salic. ſub num. 1. inquit, approbationem triplicem eſſe. Primò quando verbo fiet aliter non ſolemnizatus, & procedunt contraria allegata. Secundò per verbum obligatiuum, quia per ſtipulationem. Tertiò facto, quia per ſolutionem ſcienter factam, quæ ſiquidem approbatio biſariam eadem gloſſ. exemplificat, vt ibi per eam, attendendo ſecundum exemplum legati ſimplicis alicuius ſpeciei, vel quantitatis, quam hæres ſcienter ſoluit, quia præiudicaret ſibi, ne repetat, quod ſiquidem ſecundùm Iacob. Butrig. non benè conuenit huic literæ, quia hæc lex ſupponit non ſolutum, cùm dicat, implendi neceſſitatem habet, ſed ſaluando gloſſ. inquit Salic. quòd non totum ſoluerit, vnde ad ſoluendum reſiduum compellitur, ſed

Digitized by Google

meliùs num.3. quòd qualitercunque approbet, ſibi præiudicat, & circa iſtud aduertendum erit, quòd aliter ſit aditio, quàm ab agnitione, vt infrà dicetur, Et ſic ipſa aditio pluriſariam probari poterit, vt refert Marta in eius ſumma legali de ſucceſſ.par.4.quæſt.14.artic.2.per totum. Vnde deriuatur probatio hæredis, quæ ſit, ſi probo, eum aliquid feciſſe, eo animo, vt ſit hæres, agnouiſſe bonorum poſſeſſionem ſibi delatam, erit hæres, vel bonorum poſſeſſor, ſin autem probetur, geſſiſſe alio animo, & non vt ſit hæres, non erit hæres, ſed in dubio ſi aliquid factum eſt, & non appareat, quo animo ab eo, cui hæreditas eſt delata, ſi quidam non contenditur hæres, ſed bonorum poſſeſſor, & præſumitur, hoc eſſe, niſi probetur, eum agnouiſſe, iuxtà theoricam Bal.in l. 4.in princ.C. vnde legit, ex qua percipitur, agnitionem probari debere, idcircò aduertendum eſſe ad ipſos terminos inſtitutos, quòd aditio hæreditatis licèt de per ſe conſiſtat in animo, Maſcard.de probat, concluſ.40.num.7. Marta dict.ſumma, par.4.quæſt.13.art.2.num.2. Quia aditio hæreditatis ab animo noſtro pendet, Maſcard.de probat.concluſ.44.num.6.& talis animus multipliciter oſtenditur, Brixien.in repert.ad Borgn.verſ.hæreditas adita. Eſt tamen ipſa aditio quid facti, vt Maſcard.dict.concl.40.nu.7. probat, poſt Monticul.de inuent.cap.10.numer. a 38. & factum aditionis pluriſariam probatur, vt ipſemet Maſcard.concluſ.27.40.41.43.44 45. 49.& 78.Marta dict.par.4.quæſt.14.artic.2. Sed agnoſcere bonorum poſſeſſionem eſt etiam quid facti, quo fit, vt is præſumatur bonorum poſſeſſionem agnouiſſe, qui in poſſeſſione eſt, Maſcar. eo.tract.concluſ. 1200. num. 11. Taliter quòd neutiquam bonorum poſſeſſionem agnouiſſe in tempore probare teneatur, qui eſt in poſſeſſione illorum bonorum, idem Maſcard. concluſio. 1352. num. 23. quamuis regulariter agnoſcens bonorum poſſeſſionem, probare debeat, ſe in tempore agnouiſſe, Idem concluſ. 1357.num.17. Demùm ambo termini concordantur ea eo, quia adire dicitur de iure ciuili qui agnoſcit bonorum poſſeſſionem de iure prætorio, inquit Marta in eadem ſumma legali, par.4.quæſt.17. art.2. num. 6. inde agnoſcere verbum accipitur pro ſubintrare in locum alterius, ad text.in l.ſi hæreditas, § 1 ff. de teſt. tut. vbi gloſſ. cum alijs apud Paul. *Æmil.* Gallum de except. quæ oriri poſſunt, tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento, tit.4.except.23. ſeù par.2. num.73. ſic hæres ſubintrat in locum defuncti, l.qui in alterius, ff.de regulis iuris, ſicque ſtante inſtitutione hæredis in eius perſonam facta, & ſubſecuta eius voluntate, velle adire hæreditatem, confirmata per comparitionem præſentatam in iudicio pro interpoſitione decreti præambuli, agnoſcere vtiq; hæreditatem videtur, nam agnoſcere hæreditatem ſòla auctoritate prætoria poteſt pupillus ſaga tutore carens, inquit Angel. in l. ſi infanti, num.5.C.de iure delib, ſic & quilibet hæres, ſi vult adire, interponitur decretum præambuli, quod eſt quædam declaratio hæredis, Scagl.in ritu 282.num.2.Carau.in rito 181.num.3.Immò liquida probatio aditionis hæreditatis, Conſil. Theod.alleg.17.num.4. & ita aditio facit hæredem dominum, Monticul.de inuent.cap.1.num. 336.& continuatur poſſeſſio defuncti in hæredem, Phaunc.de inuent.par.5.num.5. & ſic hæreditate non adita non continuatur poſſeſſio, niſi apprehendatur, Borgn. dec.30.num.61.par. 3.ſecus tamen ipſa adita, ac agnita. Adeo quòd ſi bene hæreditas adita efficiatur proprium patrimonium hæredis, Præſ. de Franch.dec.307. num.3.dec.91.num.4. Borgn. dec.28.numer.20 par.1.cum alijs relatis per Brixien. in repert.ad Borgnin.verſicul.hæreditas adita, Marta dicta ſumma par.3.quæſt.4 art.3. num.12. Adhùc tamen hæres triplicem ſuſcipit obligationem, cum defuncto, cum creditoribus, & cum legatarijs, ex Bal.in l.de eo, ff. de iudic. quem ſequitur Dec.in l.qui cum alio, ff.de reg.iur. Bolog. in l.nemo poteſt, ff.de leg.1.quos probat Monticul.eo.tract.cap.1.numer.7. Et adeundo dicitur conſentire, ſe teneri, quatenùs lex velit, Marta in dict.ſumma par.4. quæſt.3.art.2.num.8.& ita videtur ſe obligare ad omnia onera hæreditaria, idem Gallus dict. tractat.tit.4.except.14 par. 2.num.66. Accedebat demùm id, quod in facto ſuprà deductum eſt per aliam comparitionem, petendo, corpora hæreditaria in eius faciem deſcribi, & pariter inter cætera probatur aditio, cùm quis in iudicio compareat vt hæres, Marta dict.par.4.quæſt.14.artic.2.num.2. & cum effectu ita fuit probatum, quæ omnia in facto conſiſtebant, ideò ex facto aliquo, & non ex non facto approbationem induci probat Maſcardus dict.tract.concluſ.121.num.8.Et proptereà facta relatione in S.C.per Reg.Conſiliarium Franciſcum Antonium Muſceptulam.Fuit præuia ſententia eiuſdem S.C, ipſa Claudia Angiota condemnata ad ſoluendum petitos ducatos centum, vnà cum intereſſe liquidando, ſalua diſcuſſione facienda inuentarij, quatenùs, &c.vt ex actis in banca Scacciauenti.

Legata facta in teſtamento vltimi morientis an debeant deduci ex medietate bonorum liberorum, vel totius hæreditatis, huic conuenit diſtinctio conſimilis de oneribus relictis in teſtamento, de qua infrà in verb, onera, & ibi deciſio S.C. refertur.

Legata pia an debeant ſolui legatarijs, exiſtente reuocatione teſtamenti per aliud ſubſequens, non facta ſpeciali reuocatione ipſorum legatorum, hanc materiam exactè pertractauit Caroc.dec.85. quem ſequutus eſt Illuſt.Epiſcopus Ricctus collectan.a 15.& vltra eum Muta deciſ. 41.num.7. quos ego probaui in ſumma priuilegiatum cauſarum, in priuil. 206. in principio, Et ita fuit iudicatum præteritis annis in fauorem Sacri Templi Virginum, nuncupati *delle Papare*, ac Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum, contra Philippum Gaiullum, ad relationem Regij tunc Conſiliar. D. Ioannis Sanchez de Luna, in banca Fabritij Sollatij Mag. Act.

Legata pia an veniant in generali reuocatione fauore piæ cauſæ, deciſum fuit per S.C. negatiuè, & ſic fuit condemnatus conuentus, quia in ſecundo teſtamento non aderat ſpecialis reuocatio, retulit D Reg. Hector Capyc.Latro conſult.71,num.66.

Legatus quàmuis eſſet perſona Religioſa miſſus à Ciuitate ad Regem pro negotijs ei incumbentibus, an non obſtante pragmatica prohibente eas officijs publicis fungi, debeat admitti, in contingenti caſu fuit per S.C. affirmatiuè iudicatū,

vt

Digitized by Google

vt refert D. Reg. Tapia in ſuo iure Regni part. 7. tit. 7. de adminiſt. vniuerſ. pragmat. 2. column. 4. verſ. duodecimo, vbi alia exempla conſimilia refert,

Legatum mittere an liceat Ciuitati Neapolitanæ ad Suam Maieſtatem pro grauaminibus fortè à Proregibus irrogatis abſq; eius licentia, per literas Suæ Maieſtatis fuit difficultas ſublata, & iuſſum, licere etiam non petita licentia à Prorege, vt refert Dom. Regens Sanfelic. deciſion. 135. per tot.

Legitima an debeatur matri ex bonis filiæ, non obſtante grauamine fideicommiſſi impoſiti à patre in omni ſua hæreditate, & prætenſa fideicommiſſi acceptatione, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. ad relationem Regij Conſiliarij Scipionis Theodori in cauſa illorum de Balignano cũ Maria Strina, in Banca Scacciauenti, vt teſtatur Reg. Conſiliar. Thomas Carlenal in tractat. de iudicijs tom. 2. libr. 1. titul. 3. diſputation. 26. num. 28.

Legitima inſimul cum dote materna præcapi an poſſit à filio ex fructibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorũ ad excluſionem legatarij fideicommittentis, licèt de iure fructus, quos filius grauatus percipit ex vniuerſa hæreditate in legitimam non imputet, vt proſequitur Merlin. in tractat. de legitima lib. 3. tit. 2. quæſt. 9. num. 15. Mangil. de imputat. quæſt. 11. num. 5. Fuſar. latiſſimè de ſubſtitut. quæſt. 660. per totam, Barry de ſucceſſ. tom. 2. titul. qui fruct. imputent. in legitimam, num. 3. Nihilominùs vbi eſſet grauatus in tota hæreditate cum expreſſa prohibitione detractionis legitimæ, tunc licèt grauamen, quòad corpus, & fructus ipſius legitimæ non ſubſtineatur, cùm pater in ea filium grauare nõ valeat, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. teſt. cum alijs apud Craſſum de ſucceſſion. tom. 1. §. legitima, quæſt. 38. num. 2. nàm ab ea omne onus reijcitur, Mangil. de imputat. quæſtion. 7. num 8. cùm illa abſq; onere debeatur, dict. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtament. cum alijs relatis per Battand. in tract. de legitima parent. artic. 10. per totum. Præterea grauamen ſubſtinebitur, quando eſſet inſtitutus hæres vniuerſalis, quod ſecùs in legitima, tamen Giouagnon. conſ. 99. n. 41. lib. 1. probat, verùm quòad hoc, vt filius teneatur fructus vltrà quotam legitimæ perceptos imputare in legitimam, Cuman. in l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. & in l. in fideicommiſſariam, ff. ad trebell. & in conſil. 55. column. 4. & in conſ. 52. column. 1. Curt. Iun. conſ. 120. num. 16. & conſ. 54. & 59. Natta conſil. 321. num. 5. Cephal. conſil. 153. num. 2. aſſequitur Mangil. dict. quæſt. 11. num. 9. Fuſar. conſ. 185. num. 89. & ſeqq. & probatur eorum opinio ineuitabilitèr ex tex. in l. cum pater 76. §. Titio fratri, ff. de leg. 2. & in l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad l. falcid. in quibus ſtatuitur, quod quando hæres grauatur, etiam in re propria, quamuis fideicommiſſum in illa re ſua propria non ſubſtineatur, locus erit imputationi. Nihilominùs operabitur quòad hoc, vt hæres grauatus tantundem de fructibus ex hæreditate teſtatoris perceptis fideicommiſſario præſtet, proſequitur ampliſſimè Mangil. eod. tract. de imputat. quæſt. 125. num. 42. & 43. vbi cenſuit ità iudicatum. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 665. num. 13. Barry de ſucceſſ. to. 1. lib. 8. tit. qui fruct. ven. in reſtit. fideicomm. num. 13. Et propterea in cauſa Andreæ Macedonij conuenti à Io. Vincentio Macedonio eius filio ad ſoluendum ſibi legatum factum ab Antonia Venata, & vt ipſum excluderet, dictus Andreas oppoſuiſſet, velle præcapere legitimam & dotes maternas præcipuas ex hæreditate dictæ Antoniæ, fuit per S.C. iunctis aulis condemnatus ad præſtationem legati, & dictus Io. Vincentius ab eius prætenſis abſolutus de anno 1612. in Banca Figliolæ.

Legitima primogeniti in feudo nouo empto quanta erit, deciſum fuit per R.C.S. eſſe tertiam tertiæ, vt refert Reg. Reuertet. in ſuis deciſ. manuſcriptis lib. 4. dec. 51. incip. R.C. aſſerens, ità pluriès fuiſſe deciſum per S.C.

Legitima & ſi liquidetur in pecunia, vt ſciatur quantitas, non vt in pecunia debeatur, ſed in eiſdem corporibus hæreditarijs, iuxtà quantitatem liquidatam, & æſtimationem factam, & aſſignatur arbitrio Iudicis in corporibus hæreditarijs mediocribus, ideſt non de melioribus, neq; de peioribus, & aſſignetur vna res, vel duæ, non ſingulæ particulæ ex ſingulis corporibus hæreditarijs, & ſic fuit deciſum per S.C. in cauſa creditorum Franciſci Montani cum eius filijs fideicommiſſarijs, in Banca Borrelli, refert Horat. Montan. controu. forenſ. controu. 48. n. 7.

Legitima primogeniti reſpectu bonorum feudalium, & particularium in feudo de nouo empto quanta eſſe debeat, vel tertia tertiæ, vel tertia totius, nàm & ſi legitima primogeniti dicatur eſſe tertia totius reſpectu valoris feudi inſpecto tempore mortis, tamen reſpectu pretij, quo fuit emptum, conſiderando illud vt quid ſeparatum, diuerſum dicetur tertia portio, quam habiturus eſſet ab inteſtato, iuxtà doctrinam Camer. quo fit, vt cùm teſtator filium ſuum primogenitum hæredem inſtituiſſet in feudalibus, ac alios ſecundogenitos fratres ipſi decedenti abſq; filijs ſubſtituiſſet in ducatis 40. mille, defuncto dicto primogenito relictis duabus filiabus, quarum vna primogenita in feudo ſucceſſerat, inſtiterunt ſecundogeniti pro conſequutione dictorum ducatorum 40. mille, vigore dicti fideicommiſſi, obiectum fuit per dictam primogenitam, teneri dumtaxat pro concurrente valore legitimæ debito eidem primogenito, & non aliter, vndè contigit dubitari de valore dictæ legitimæ, fuit prolata ſententia in beneficium ſecundogeniti, & confirmata in reclamatione, ac impoſitum perpetuum ſilentium, vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latr. conſult. 121. vol. 2.

Legitima matris an ſit tertia tertiæ, vel quarta pars, licèt deciſum alias fuiſſet, eſſe tertiam tertię apud D. de Franch. dec. 73. cum alijs allegatis per D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 143. numer. 33. tom. 2. tamen ibidem num. 34 & 35. refert nouiſſimis temporibus in cauſa Aureliæ de Acampora poſt paritatem votorum datis adiunctis fuiſſe per S.C. decrſum, legitimam non eſſe, niſi quartam partem.

Legitima an competat filio ex filio nepote teſtatricis auiæ in bonis eiuſdem, ſtante eius diſpoſitione teſtamentaria, ac præteritione ipſius nepotis, Hoc incidit difficultati in S. C. in cauſa D. Violantis Sanfelicis, cui fuerunt relicti ducati bis mille à Iulia Seripanda

eius matre, quæ conueniri fecerat D. Franciſcum Sanfelicium Ducem Balneoli, qui reconueniendo ipſam Actricem oppoſuit, teſtamentum eſſe nullum ob eius præteritionem, demum ſeruatis ſeruandis Facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. D. Fardinandum Arias de Meſa, fuit per idem S. C. abſoluta ipſa D. Violans actrix ab impetitis ſuper cauſa reconuentionis, verùm fuit declaratum, competere eidem Duci legitimam in bonis extradotalibus Iuliæ de nouo quæſitis, & antiquis, ſi quę ſunt; & portionem debitam vigore Conſuetudinis noſtræ Ciuitatis, vt ex actis in banca Carboni Magiſtri Actorum Sac. Conſil. prout infrà in verbo teſtamentum, pro cuius deciſionis comprobatione erit notandum, citra dubium competere legitimam, ac portionem Conſuetudinariam nepoti ex filio in bonis auiæ, quemadmodùm enim legitima debetur nepoti ex filia in linea aſcendenti, ita Conſil. Georgius alleg. 30.num.4. immò legitima peti poteſt in bonis aui materni per nepotem ex filia præmortua dotata, & hoc ex propria perſona ſui ipſius, nō obſtante renunciatione ſuæ matris, Grammat. dec. 57. num. 39. multò fortiùs nepoti filio ex filio prædefuncto ipſa debetur in bonis aui ex propria perſona, vt probat D. Reg. Hector Capyc. Latro conſul. 79. num. 15. tom. 2. Inſuper quia legitima nihil aliud eſt, quàm portio portionis ab inteſtato contingentis, vt refert Ant. Faber lib.7.tit.1.defin 5.num.6. Marta in ſumma de ſucceſſ. par. 1. quæſt. 13. ar.2. num.4. & dicitur quota bonorum, non hæreditatis, probant idem D. Reg. Hector Capyc. Latro dec. 59 num. 17. & 18. & conſul. 50. num. 10. tom. 1. D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. 22. num. 9. tom. 2. poſt Conſil. Paſcal. de vir. pat. poteſt. par. 2. cap. 4. num. 11. cùm ipſa ſit portio bonorum, non autem hæreditatis, Afflict. dec. 382. num. 2. quocircà nedùm in corporibus hæreditariis debetur, vt ipſi Domini Regentes fatentur poſt Capyc. dec. 2. num. 2. & idem D. Reg. Hector Capyc. Latro conſul. 112. num. 21. tom. 2. ſed etiam in ſingulis corporibus, prout ibidem Conſil. Paſcal. num. 12. ſubdit, & ſic in corpore, non autem in pecunia, idem Conſil. Georgius alleg. 40. num. 13.

Legitimæ computatio facienda an ſit,incluſo pretio feudi empti à patre, Io: Angel. Piſanell. in addit. manuſcripta ad deciſion. 2. Anton. Capyc. inquit, per Sacrum Conſilium deciſum fuiſſe die 21. Ianuarij 1572. in cauſa liquidationis legitimæ Caroli Gomez, quod in computatione legitimæ ſuper bonis paternis veniat pretium, quo feudum fuit emptum à patre, referente D. de Altomare, hæc ille, ex quo legitima debetur ex dicto pretio ſecundogenitis, Capyc. dict. dec. 2. Conſil. Anna in conſ. 6. n. 14. Reg. Lanar. conſ. 80. n. 49.

Legitimæ ſupplementum peti an poſſit à filia dotata à patre, cui dotem in vita dederat, accedente promiſſione eius renunciationis in forma, in capitulis matrimonialibus promeſſa per virum, cui dotans in eius teſtamento legauerat certam ſummam pecuniarum, vt adimpleret promiſſa contenta in dictis capitulis matrimonialibus, pro qua ſumma ipſa filia poſt obitum ſui viri, ac morte eius patris aſſignationē obtinuerat, qua non obſtante attēta opulētia hæreditatis paternæ, videbatur grauatam fuiſſe in paruitate dotis datę, contra ipſam filiam Andrianam Vaccaro pro tuitione iurium Dominici Vaccarij fuerunt ſequentia allegata per ſubſcriptum I.C. ſolertiſſimum, videlicet. Hieronymus Vaccaro plures habens filios maſculos .ſ. Petrum, & Sabatinum, Andrianam, Mariam, & Gratiam fœminas, nuptui tradidit Andrianam Carolo Niola Crepidario anno 1613. tercentorum ducatorum dote numerata, videlicèt ducat. 193. in pecunia, & pro reliquis ducatis centum, & ſeptem ſe obligauit ad annuum intereſſe cum Petro eius filio, vt in capitulis matrimonialibus, de quibus non controuertitur, qui Carolus promiſit ex nunc, prout ex tunc cum eius vxore dote recepta renunciare omni ſucceſſioni legitimæ, hęreditari, &c. & agere, vt dicta Andriana renunciaret, quæ habetur pro præſtita, vt legitur in proceſſu Petri, & Sabatini Vaccari. Mortuo poſtmodum in anno 1621. dicto Hieronymo vltià teſtamentum peractum, in quo reliquit hęredes vniuerſales dictum Petrum, & Sabatinum fideicōmiſſo inducto in eius bonis in perpetuū, quibus contemplauit ſpecificè perſonas eius deſcendentium, tanta relicta copia legatorum, vt hæredes honorarij dici poſſint, codicillauit dictum teſtamentum, & inter alia legauit dicto Carolo viro Andrianę prædictæ dictos ducatos centum, & ſeptem, alioſq; ducatos triginta tertiarum cum onere, quod adimpleat conditiones appoſitas in capitulis matrimonialibus, nec non Gratiæ, & Mariæ ſimillitèr maritatis legauit ducatos centum quinginta pro qualibet ad complementum ducatorum 300. ſicuti Andrianæ dotem conſtituerat. Andriana prędicta vidua dicti Caroli egit in S. C. pro conſequutione legati paterni, nulla facta iuris reſeruatione, & petens aſſignationem ſuper cenſibus paternis, erga dictos Petrum, & Sabatinum fratres obtinuit decretum aſſignationis, qui poſteà in exequutionem decreti S.C. ſub menſe Iunij 1631. ceſſarunt annuā ſummam ſuper cenſibus per eam electis, & in pacifica poſſeſſione remanſit. Poſt annos ferè quindecim melius recordata libellum porrexit in S.C. ſupplendo eius legitimę tanquam non congruè dotata à patre, ſub prætextu, quod dictus Hieronymus pater relinquerat ducatos quindecim mille, & ei paruam dotem dederat, petendo condemnari fratres hęredes ad supplēdum dotes pro eius legitima, multò magis, quod dotes in parte numeratæ erant deperditæ, & dilapidatæ à dicto Carolo, nec excuſſionem in bonis affert, & nil in libello dicit de bonis habitis per patrem tempore dotationis, cui libello contra producentem, per ea, quæ inferius dicam ſtatur, l. cum precum, C. de liber. cauſ. Bart. in l. conditioni, C. de inſtitut. & ſubſtitut. Tandem compilato compilato proceſſu obtinuit ſententiam, condemnari dictos hęredes ad ei ſupplendum dotes liquidandas, dùm Sabatinus colluſiuè ſe habuit cum dicta Andriana, Petrus verò pauperrimus à nullo adiutus eius iura oſtendere nequiuit, Apertè enim conſtat eius inopia, dùm dato termino in cauſa liquidationis, & calculi per Scribam cauſæ erroneè peracto, reuiſione commiſſa non potuit pro eius inopia perfici, ſicque in contumaciam ex declaratione facta per

Sa-

Sabatinum fratrem bonorum remanſorum in hæreditata liquidari prætenditur per Hieronymum Niola filium dicti Caroli, & Andrianæ, & hoc eſt factum. In his terminis Dominicus Vaccaro nepos dicti Hieronymi, & filius dicti Patri hæres fideicommiſſarius aui, petijt in S.C. reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam, opponendo dictæ Andrianæ, quod ſtante ſtatuto noſtri Regni excluſiuo fœminarum, nullum ei competa poſſit ſupplementum legitimæ; de quibus mandatum fieri verbum ad finem videndi ad relationem Domini cauſæ Commiſſarij fuit per Sacrum Conſilium prouiſum, quod audiatur in terminis, in quibus reperitur. Ad excluſionem igitur dictæ Andrianæ peritiſsimis Dominis Senatoribus pro dicto Dominico veritatem ingalis controuerſiæ demonſtrabo, Deo fauente, &c. Primò, concedendam reſtitutionem in integrum; ſecundò vel negandum legitimè ſupplementum, vel nihilum liquidandum. Circà primum minori concedendam reſtitutionem in integrum, dummodò concurrat læſio, & minor ætas, nemo eſt, qui dubitat, dicit tex. in l. 1. C. ſi aduer. rem iud. latè Sforz. Odd. de reſtitut. in integrum, l. verum, §. ſciendum, vbi Bart. ff. de min. Idem in l. fin. C. eod. Dec. conſil. 616. in fine, vbi dicit, quod in læſione conſiſtit reſtitutionis fundamentum Deciſio Pedemont. 158. nu. 9. & paſſim per Doctor. communiter, quia petita eſt ſuperſedendum in exequutione, l. vnica, C. de in integr. reſtitut. poſtul. nihil noui fiat, vt ea Boat. Capyc. Dom. de Franch. etiam aduerſus ſententiam S.C. & ex Affl. dec. 356. firmat Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 24. & 28. quod procedit dummodò ſententia non ſit cœpta exequi, & ſic intimatum mandatum de parando, vt ea Anna. num. 27. refert ſic ſeruari in praxi. Sed videtur in quæſtione propoſita negandam reſtitutionem in integrum, quia minor non contraxit, nec in iudicio læditur; iudicium enim eſt peractum cum Petro, & Sabatino Vaccaro, nec læditur, dùm illa petens pro conſeruatione fideicommiſſi non prodeſt in cauſam dotis exceptio prædicta, auth. res, quæ, C. commun. de legat. Reſpondetur, non ſolùm de contractu geſto cum minore dari reſtitutionem, ſed etiam de omni actu, per quem minori infertur præiudicium, dixit tex. in l. final. C. in quibus cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſar. aſſignat Imperator rationem, dùm meliùs eſt ante tempus occurrere, quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere, Dom. Rouit. dict. pragmatic. de minor, num. 17. & Gammam deciſion. Luſitan. 162. Læditur enim dictus Dominicus minor, nam ſi ſententia exequitur, ſupplementi legitimæ venit priuandus dictus Dominicus vocatus commodo fideicommiſſi, & ſic læditur ex illa ſententia, quæ læſio ſufficit, vt præſumptiuè probetur, & ſemiplanè, vt concludit ex caterua Doct. Surd. conſ. 95. n. 15 cui me remittò. Nec dictis aduerſatur regula, quòd tertius veniens ad cauſam, debet venire in ſtatu cauſæ, cui videtur alludere decretum ſub illis verbis, in terminis, in quibus reperitur, quia in facultate tertij eſt venire adhærendo, & tunc procedit regula prædicta, vel de nouo inchoando nouum iudicium, prout eſt reſtitutio in integrum, & tunc poteſt venire, vt ſibi placet, Caſſador. dec. 1. num. 9. verſ. item in pubertate, de except. Afflict. dec. 255. num. 6. Abb. in cap. cùm ſupra, num. 5. de re iud. Decretum enim latum, quòd audiatur, nihil operatur, niſi concederetur reſtitutio, & ſic debet mandari, eſſe deferendum dictæ reſtitutioni, dum aliter non eſſet dicendū, niſi quòd exequatur ſententia S.C. quando deberet dici, & minori nullum competeret remedium, ſolùm remedium reſtitutionis per viam actionis, quod eſſet fruſtratorium, iuxtà text. in cap. conſtitutus, lo ſecondo, in fine, extra de appellat. In iuſtitia enim quoties filia dotata à patre nil aliud petere poteſt, & eſt ſecundum aſſumptum probandum, quo fundato non intrat diſpoſitio dict. auth. res, quæ, non enim procedit in dotata ex verbis tex. Secundum aſſumptum examen requirit, nam verè quæſtio iſta, an filia dotata à patre poſſit petere ſupplementum legitimæ, laberintus eſt, vt teſtatur Theſaur. nomine, & ſcriptis, dec. 159. num. 1. Sed retineamus cōſiliū Andrianæ filò ordinis procedēdo, nā ſic facilè erit nobis aditus, & regreſſus. Si tamen ex facto ſuppoſito, quòd d. Andriana petens legatum paternum teſtamentum dotium, in quo expreſsè Hieronymus pater conditionem impoſuit, quòd teneatur adimplere conditiones appoſitas in capitulis matrimonialibus, quæ non erant, niſi renunciatio promiſſa, & in pluribus comparitionibus per eam præſentatis dicit, debere conſequi legatum ducatorum 107. eius dotium, geminando actum, & recipiens aſſignationem nulla proteſtatione iurium, maximè cum hæredibus, te concordando, à dicto ſupplemento excludendam affirmabimus. Et eſt illud, quod dixit Iuſtin. in l. ſi quando, §. 1. & fin. C. de Inoff. teſt. in illis verbis, ſcilicet, & poſt obitum patris filius cognito teſtamento paterno non agnouerit eius iudicium, ſed oppugnandum putauerit, & curſus, ſed hoc ita admittimus, niſi tranſactiones ad hæredes paternos filius celebrauerit, in quibus apertiſſimè iudicium patris agnouerit, &c. de ſupplemento loquitur in §. fin. idem reperitur ſub illis verbis, videlicèt, tunc enim omni excluſa querela paternum amplecti compellitur iudicium, que omnis ſanctio ſuas extendat radices, non ſolùm ad filium, vel filiam. Si agnouerit Andriana teſtamentum patris, ſi tranſactionem fecerit, non controuertitur, Doctores verò, qui loquuntur in contrarium procedunt, quando legatum factum à patre non facit mentionem de eius excluſione, vt per gloſſ. in dicta l. ſi quando, verbo & generaliter, & verè hactenus dicta ſufficerent ad eius excluſionem. Sed ingrediendo laberintum ex multis quæſtionibus propoſitis, & concluſionibus firmatis per Theſaur. dict. deciſ. 159. duas ad caſum noſtrum fundabimus, repetendo dicta Excell. Doct. in cuius laudem ſufficit nomen, nam ſæpiùs excogitatum ſplendeſcit in lucem, 35. quæſt. 9. cap. graue, & repetitum cenſetur magis famoſum, & validum, l. vnica, C. de emend. Iuſt. cod. Prima eſt, quòd quotieſcunque filia non fuit agnite per ſtatutum, vel ſua, vt per Conſtitut. Regni In aliquibus, ſed tantummodò mandatur dotari, & idem diſponitur per Conſuet. noſtram, Si moriatur, tunc filia excluditur à legitima, & ſupplemento, ſuccedens dos in eius locum, vt fundat Caſtr. in l. planè, §. ſi duobus, num. 8. ff. de leg. 1. Gabr. conſ. 11. num. 15. & dict. Theſaur. num. 5. verſ. 4. premitto, quibus addo Brunnum in

tract.

tract. de ſtatut. excluſ. fœmin. princ. art. 9. num. 35 verſ. Item limitatur. Et eſt ratio, vt dicit Ruinus conſ. 27. num. 13. volum. 3. ex quo hoc caſu filia non poteſt impugnare teſtamentũ paternũ, non poteſt petere ſupplementum, nam is poteſt petere ſupplementum, qui poteſt impugnare teſtamentum, l. ſi quis filium, C. de inoff. teſt. l. ſi pater, C. de inſtitut. & ſubſt. huius opinionis fuerunt idem Ruin. conſ. 56. in fine, & 62. num. 5. volum. 3. Alexand. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num. 15. & 16. Ruin. num. 17. ff. de liber. & poſthumis, Crauet. conſ. 11. num. 15. & conſ. 236. numer. 4. Gram. dec. 101. & 57. quibus addo Surd. ab alijs non relatum, conſ. 148. num. 1. & ſeq. Secunda eſt, quando ſtatutum conſiderat fauorem maſculorum, vt eſt ſtatutum noſtrũ, tunc enim licèt filia faciat partem, non admittitur ad partem, ſed facit partem ad fauorem maſculorum, & quod plus eſt legitima cedit ad fauorem maſculorum, quæ opinio fundatur per dict. Theſaur. ex Alex. Rub. Gabr. Corn. Bocr. Bellon. & alijs, & fortiùs procederet, quando ſtatutum vult, quòd filia dotetur ſimpliciter, vt in terminis noſtri ſtatuti fundat ex dictis diuerſorum num. 14. referens, nonnullos fuiſſe in opinione, quòd neque faciat partem, ſicque deciſum, re pleniùs diſcuſſa per Senat. Pedemont. in caſu reuiſionis ſententiæ, ita vt ampliùs non ſit diſputandum, refert dict. dec. 159. num. 18. in fine. Quod per noſtrum eruditiſſ. Regnicolam Camill. Salern. affertur, pluries deciſum in addit. ad Conſuet. Si moriatur per S.C. non obſtante, quòd nec etiam renunciauerat, vt per Aduerſarium ſupponitur in cauſa Antoniæ Cangianæ cum Magnifico Cæſare, & fratribus, referente Domino Io. And. de Curtis, de conſenſu omnium celeberrimorum Patrum, iunctis Anlia, vt vtar eius verbis, verbo paragium, lit. E. in cauſa Iſabellæ de Ruggerio, & alijs, ita vt ceſſet diſputatio, fol. mihi 96. idem deciditur per Annam alleg. 81. num. 6. & miror de hac ſententia S.C. ſalua debita reuerentia, dum eſt contra tot deciſiones, & Claſſicorum Doctorum opinionem. Et quamuis magna ſit vis ſententiæ S.C. habet ſua ſydera, nec ſolùm fundamentum in ea, ſed in iuſtitia, dum ſapientis eſt mutare conſilium in melius, l. manifeſtiſſimi, C. de furt. vnde qui meliùs conſiderat, ſententiam mutat, l. diui fratres, ff. de iur. patr. excuſari enim debent Domini Iudicantes in articulo tam inuoluto, dũ etiam per Senatum Pedemontanum fuit deciſum ad fauorem filiæ, vt teſtatur Theſaur. poſteà in fauorem maſculorum, & tandem re pleniùs diſcuſſa, confirmata ſententia abſolutoria in cauſa reuiſionis, multò fortius dum filia fuit dotata à patre, in quo caſu non eſt difficultas, ſecundùm Surd. dict. conſ. 148. num. 11. vbi refert opinionẽ noſtri Regnicolæ Ant. Cannet. qui ex cõtinua habitatione, & conuerſatione vxoris, dato quod non renunciauit, præſumitur ſcientia, & conſenſus in eo, quod per virum eſt peractum. Non obſtat deciſio Afflict. 160. quam Aduerſarius fundat pro ſe, quòd in liquidatione legitimæ paragium in non nupta non poteſt eſſe minus legitima, in maritata plus ea, nam in caſu, de quo quæritur, legitima fuit liquidata à patre, & arbitrium Iudicis non eſt neceſſarium. Tollit denique arbitrium S.C. matrimonium peractum cum dict. Andriana, & viro ignobili, viliſque conditionis, ex quibus ſpero, abſolutis hæredibus in nihilum liquidandum ſupplementum legitimæ, ſi quę audio deciſum in S.C. in cauſa illorum de Zito, patrocinante celeberrimo noſtrorum temporum Aduocato V.I.D. Io. Franciſco Caſtaldo. Sed ad exuberantiã vt victoriam conſequar, ex facto animaduertant Domini Iudicantes, quòd quando deberetur liquidari legitima, non inſpicitur tempus dotationis circa facultates teſtatoris, poſito ſupplementum dandum, vt dignoſcatur, an dos data ſit congrua, voluit Bal. in auth. res, quæ, C. communia de leg. qui infert, quòd ſi poſt dotationem augeantur facultates, non augetur dos, ſequũtur Ruin. Soc. Pariſ. Gram Dec. Crau. & alij, quos citat, & ſequitur Menoch. de arb. Iudic. caſu 149. num. 16. In quæſtione noſtra nihil fuit fundatum de bonis tempore dotationis, ſed tempore mortis, vt ex libello, & articulis apparet, & qui ſe fundat in tempore, tenetur tempus probare præcisè, gloſſ. in l. eum actum, vbi Bar. multùm commendat, ff. de neg. geſt. Iaſ. in rub. C. qui admitti, nu. 7. verſ. aut iſta agnouit, & non ſequitur, habet nunc multa bona, ergo ea quoque habuit, quando filiã in matrimonio collocauit, nam præſumitur quis ditari, l. defunctus, C. arb. tut. vt in caſu noſtro, nam pater dotans habebat Rus in Maſſatia Fonſechæ, ex quo percipiebat annuos ducatos 40. & eo tempore ducati tercentum erant vltrà legitimam, deinde ad cenſum dedit, & auctus eſt valor. Reuiſio Scribæ erronea eſt, & debet S.C. fidem adhibere Tabulario electo ad appretiandum bona Galletano, qui dicit, valorem eſſe duc. octo mille, & non quindecim mille, abſque oneribus, vt dicit Scriba cauſæ, ex declaratione facta per Sabatinum Vaccarum, magiſque confirmatur ex depoſitione facta per eundem teſtatorem ad beneficium aliarum filiarum, quibus eandem dotem reliquit, ſicque non præſumitur, patrem conſilium capere pro filia deterius, quã extraneus, l. nec in ea, ff. de adult. Vltimò non debent priuari legitima filij pro exceſſu dotis ſororis, dum ſunt in pari gradu, vulg. auth. de triente, & ſemiſ. & auth. nouiſſimè, C. de inoff. teſt. alias daretur occaſio alijs filiabus petendi dictum ſupplementum, & filij eſſent excluſi à dict. legitima, quæ omnia ſubmitto ſapientiæ Dominorum Iudicantium, ſilere enim cogitaueram in hac cauſa, tùm pro reuerentia ſententiæ S.C. cùm etiam ſciens, me non minùs malè ſaltare, quàm ſcribere, & in articulo tam inuoluto, attamen ne aliquis Senatui Neapolitano, à cuius oraculo pendent conſilia alienigena, tanquam Regina Saba à Salomone, erroris maculam inferret, & cliens ex inopia indefenſus eſſet, tanquam formica Doct. prædicta in aceruum duxi, &c. Iacinthus Miranda. Demùm ad relationem Regij Conſil. D. Alonſi Vargas Ducis Caguiani fuit per S.C. deciſum, vt Conuentus ſolueret ducatos ſeptingentum pro omnibus prætenſis, ſub anno 1644. vt in banca Scacciauenti Magiſtri Actorum. Ad ornatum iſtius deciſionis aduertendum erit, quòd in præſenti caſu non agebatur de filia à patre dotata congruenter, quæ renunciauerat in forma, quo nam caſu filia dotata à patre conqueri non poteſt, etiam ſi dos fuiſſet minùs, vt nouiſſimè Dominus meus Reg. Hect. Capycius Latro conſult. 77. num. 47. lib. 2. probat, ſubdens

num.

Digitized by Google

num. 48. & cùm renunciauerit cum ampliſſimis clauſulis, non reſtitueretur in integrum, etiam ſi adeſſet læſio, & ſequitur num. 49. ſufficit, fuiſſe competenter dotatam ſecundùm morem patriæ à patre, & quòd nupſerit condigno, quia non poterit ampliùs ſe dicere læſam, etiam ſi minus legitima ſit ei datum in dotem, vel patrimonium patris augetur, præſertim ſi adeſſet renunciatio, & de hoc extat notabile conſil. Domini Regentis Rouiti 36. lib. 2. Sumus enim in filia licèt maritata à patre, non tamen facta per eam renunciatione, iuxtà formam capitulorum, & legati reſidui dotis, cum tali onere renunciandi, ex quo dum detur fœminis ius ad ſupplementum, vt diſcutit Merlin in tractat. de legitima, lib. 3. tit. 3. quæſt. 1. num. 5. ſubdens num. 6. etiam ſtante ſtatuto excludente fœminas, quo fit, vt ſi filia per ſpecialem conuentionem, qua fuit dote contenta, non excluditur à iure petendi ſupplementum legitimæ, etiã ſtante ſtatuto prædicto, vt refert Mangil. de imputat. quæſt. 54. num. 11. & 12. vbi refert ita iudicatum Florentiæ, quamuis num. 17. & ſeqq. contrariam ſectetur opinionem, & multis ibi relatis, quibus conueniunt congeſta per Dominum Reg. Rouitum, vbi ſuprà nu. 8. aſſerentes, hoc caſu eſſe inſpiciendum tempus dotationis, non autem mortis teſtatoris, poſt d. Mangil. vbi ſuprà, num. 43. idem Reg. Rouitus eo. loco, numer. 11. vbi plures allegat Doctores. Nihilominùs Fontanella de pactis nuptial. tom. 2. clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 1. num. 13. ex Rota Romana apud Statil. Pacific. in deciſ. 160. & ibi poſt eius tract. de ſaluian. interdict. refert, fuiſſe deciſum, eſſe magnam differentiam inter ſupplementum dotis, & ſupplementum legitimæ, poſtquàm vt primum peti poſſit ante mortem patris, inſpectis illius bonis tempore dotationis, ſecundum verò poſt illius mortem, vbi non adeſt aliqua renunciatio, attento valore bonorum tempore mortis. Et ſi dicatur, hoc procedere, vbi non eſſet iſta Conſtitutio, ſeù Conſuetudo excluſiua fœminarum, prout eſt in Regno noſtro, adeò quòd filia excluſa à ſtatuto, dicitur etiam excluſa à legitima, & ab omni ſupplemento, idem Mangil. eod. tract. quæſt. 72. num. 15. nam huic obiectioni reſpondet Duran. dec. Roman. 169. num. 4. & 5. 10. 1. ſpecificè loquens de hac Conſtitutione huius Regni, illam procedere in hæreditate Comitum, & Baronum, ſed meliùs illam procedere, quando congruenter fuiſſet filia dotata, ex Gram. deciſ. 101. num. 13. & 14. & ad hoc vt filia dicatur cõgrueuter dotata ſunt conſideranda bona tempore mortis, non autem dotationis, refert Caſtill. dec. 203. num. 4. ideò filia non poterit agere ad ſupplementum ſuæ dotis in bonis auctis poſt dotationem, quæ tempore mortis reperiuntur, ex Gram. dec. 57. num. 33. firmat Caſtill. dec. 189. num. 6. expreſſim in dict. deciſ. Statil. Pacific. fit mentio de conſimili ſtatuto Romæ vigente, & illi reſpondet. Sed in legitima, quæ debetur tempore mortis, vt probat idem Caſtill. vbi ſuprà, num. 43. ideò erit attendendum tempus mortis, ita Merlin. dec 65. num. 4. dec. 64. num. 19. deciſ. 121. num. 2. poſt tract. de legitima, Mangil. eod. tract. quæſt. 41. num. 54. quo tẽpore aucta facultate bonorũ augetur legitima, vt deciſũ tradit Fr. Steph. dec. Aquenſ. 85. Sed veriùs dicerem, hoc caſu non verſari de commodo ſucceſſionis, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, vt loquitur ipſa Conſtitutio. Neque de ſupplemento dotis, pro quo datur actio ex teſtamento, vt inquit Mang. loco citato, num. 15. neque de legitima, pro qua datur petitio hæreditatis, ſeù iudicium familiæ erciſcundæ, Pereg. dec. 37. num. 14. Sed de ſupplemento legitimæ, non enim eadem competit actio in ſupplemento legitimæ, quæ in legitima procedit, inquit Mangil. eo. tract. quæſt. 13. num. 16. ſed pro tali ſupplemento competit conditio ex lege omnimodo, C. de inoff. teſt. Mang. quæſt. 13. num. 10. & quæſt. 12. num. 26. Statil. Pacif. dec. 60. num. 6. poſt eius tract. de ſaluian. interdicto, Ferrer. in Conſt. Catal. Hac noſtra, temp. 2. declar. 1. num. 5. quod eſt remedium extra ordinarium, & non ex teſtamento, quod eſt remedium ordinarium, vt ſubdit num. 19. etenim talis petitio ſupplementi legitimæ eſt ſubrogata in locum querelæ inofficioſi teſtamenti, vt idem Mangil. quæſt. 12. num. 19. ex eo, quia legitimæ ſupplementum non debetur ex voluntate teſtatoris, ſed contra voluntatem, Idem quæſt. 13. num. 17. & quæſt. 92. num. 5. Merlin. eod. tract. lib. 3. tit. 3. quæſt. 6. num. 1. Franc. Stephan. dec. Aquenſ. 85. num. 1. Statil. Pacif. dict. dec. 60. num. 7. Peregrin. vbi ſuprà, num. 13. Ferrer. in Conſt. Hac noſtra, temp. 2. decl. 2. num. 62. Nec obſtat, quòd pater legatum reſiduæ dotis fecerat in teſtamento in beneficium filiæ, licèt cum onere renunciandi, ob quod videtur compenſare, nam vltrà quòd tale legatum erat debitum neceſſarium contractum in vita defuncti, quando dotem promiſerat, & ſic nullum commodum reſultauerat in beneficium legatariæ creditricis. Et dato, quòd eſſet lucratiuum, & iam acceptatum, adhùc tamen filia acceptando legatum cum onere, ſibi non præiudicat in legitima, idem Mangil. eod. tract. quæſt. 7. num. 38. immò etiam à ſupplemento illius. Adeò quòd filia à ſtatuto, vel aliàs excluſa, ſi inſtituatur minus legitima, poterit agere ad ſupplementum, tradit D. Regens Rouit. conſ. 45. num. 26. lib. 1. Et ampliùs ex ſimplici approbatione teſtamenti, aut relicti non excluditur filius à ſupplemento, Merlin. dict. tract. lib. 3. tit. 3. quæſt. 3. n. 1.

Libellus an erit neceſſarius, quando de læſione maxima venditionis rei ſtabilis allegata per tertium intereſſe prætendentem ageretur, ad hoc vt emptor reus conuentus ſe tueri poſſit aduerſus eam, cùm fuiſſet empta certa domus ab Aloyſio Capacio V. I. D. ab illis de Cæſario, ac aliis partem domus poſſidentibus, exiſtente concurſu creditorum de prioritate contendentium, & fuiſſet inſtatum pro graduatione ipſorum, ſtante relatione facta, licèt promulgatum fuiſſet etiam decretum contra dictum emptorem, vt faceret depoſitum, aliàs prouidebitur, quòd domus venderetur, ſe oppoſuit Chriſtina Ambroſina creditrix anterior allegando, talem emptionem factam fuiſſe voluntariè tempore, quo erat ſub iudice, & vendita cum maxima læſione. Replicabat emptor, opus eſſe libello pro tali læſione oppoſita, ad hoc vt potuiſſet exceptiones opponere, quia eſt fundamentum iudicij, Maſcard. de prob. concl. 31. num. 18. & indicat, quale ſit iudicium Ciarl. contro. 40. num. 78. & videbatur ita concludendum, ex quo læſio non præſumitur, niſi probetur, Pariſ. conſ. 49. num. 29. lib. 1. Honded.

Digitized by Google

ded.conſ.31.num.52. vol.1. Quocircà læſio, & dolus probanda ſunt,idem Paiiſ. conſ 96. num 67.68.& 69.eod.lib.1. Honded.conſ.59.num.52. Et dum probationem requirat,neceſſe erit,quòd allegetur, poſtquàm læſio non præſumitur, ſed illam allegans, inſpecto tempore contractus probare debet,Borgn.dec.46.num.14 & 169.par. 1.Polyd.Ripa obſeru.333.num.8. Hinc Doctores cenſuerunt, libellum in remedio l.2. C.de reſc.vend.concipiendum eſſe alternatiuè,ſcilicet pro rei relaxatione,vel iuſti pretij ſupplemento, Præſ. de Franch. dec.496. num.1.poſt Maſcard. concl.663.num.5. cùm ſit in electione creditoris, ſeù emptoris rem reſtituere, vel ſupplere pretium, & ſi electio adimatur, ſententia eſſet nolla, probat nouiſſimè Conſil. Arias de Meſa var.reſol.lib.3.cap.24.ſub num.3.& non abſre per S.C. fuit interpoſitum decretum huiuſmodi,videlicet,Die 24.Ianuarij 1641. Audita relatione Magnifici V.I.D.Donati Coppulæ Iudicis M.C.V.Per S.R.C.remiſſa eſt cauſa eidē M.C.V. quæ prouideat, quòd audiantur Partes infra quatuor dies ſuper omnibus hinc inde prætenſis.Hoc ſuum,&c. De Mercatis Secretar.in banca Carboni. A quo decreto cùm fuiſſet reclamatum, & obtentum, verbum fieri in S.R.C. quia agebatur de conſecutione ſui crediti per dictam Chriſtinam,quæ & ſi nō porrexerat libellum læſionis,adhùc poterat excipere,quando de læſione poteſt agi,& excipi, non obſtantibus renunciationibus,ex Calcan.conſ.24. probat Mandel. in conſ.394.num.3.ideò fuit poſteà aliud decretum interpoſitum,videlicèt. Die 11.Iulij 1641. Audita relatione Magnif.V.I.D.Donati Coppulæ Iudicis M.C.V.Decreto S.R.C.prouiſum eſt, quòd ſuſpenſo decreto lato ſub die 24. Ianuarij 1641.remiſſa eſt cauſa eidem M.C. quæ procedat ad diſcuſſionem relationis ordinatæ, & interim Aloyſius Capacius faciat depoſitum tertiarum debitarum,& debendarum dict.Chriſtinæ Ambroſinæ pro capitale ducatorum 200. Hoc ſuum. &c.In banca prædicta.

Libri impreſſi, ac etiam ſtilia neceſſaria pro illorū impreſſione ſunt exempti à gabellis,paſſibus,& alijs, & de iure probatum eſt,quòd Scholaris nō debet ſoluere gabellas pro libris, Bellac. inter commun.opin.tit.de vectigal. num. 27. Horat. Lucius de priuil.Schol. priuil.54.ita etiam quòad alios libros mercantes, vt ſunt libri impreſſi cuiuſcunquè ſcientiæ à gabellis immunes, refert ex Bertach.& Girond. Gutier. de gabellis, cap.79.num.3.4.5. quia publicæ vtilitatis cauſa exercēt, non mirum ſi priuilegium de hoc obtinuerunt ab Imperatore Carolo V. vt dixi in ptima part.verbo Mercator,& intèr artifices ipſi Librarij,& Impreſſores,ſeù Calcographi, aut Bibliothecatij præferuntur, ex rationibus adductis per Caſſan.in Catalogo Gloriæ mundi,par.1 conſid.39.vbi in fin. inuentionem impreſſionis librorum intuetur,& à quo inuēta fuit.Quocircà de hoc fuerunt expeditæ patentes tam pro libris impreſſis,quàm pro dictis ſtileis, ne aliquid ſoluatur pro gabella, & paſſibus per R.C. ac illius Locumtenentem Franciſcum Reuerterium ſub die 4.Nouembris 1550. in Regeſtro communi 25.fol.37. penès Io. Paulum Criſpum Mag.Act. quod etiam ſeruatur pro charta deſeruiente ad impreſſionem librorum.

Licentia conceſſa alicui habilitato domi, quòd liceat ei diuina officia audire in Eccleſia propinquiori,an inducat nouationem, ita vt fideiuſſor cenſeatur liberatus, concluditur negatiuè per D.Reg.Sanf.dec.253.

Licitator extraneus àn admitti debeat ad licitandum in venditione iuriſdictionis ſecundarum cauſarum alicuius Terræ, vt contingit in cauſa Regij Fiſci euincentis iuriſdictionem cauſarum ciuilium, & criminalium, in Terris Salicis, & Guagnani, ob quod illius Princeps Auerranæ fuit condemnatus,& expoſita venali, licèt ipſe fuiſſet abſolutus à iuriſdictione primarum cauſarum vigore tituli oſtenſi, fuit admiſſus per R.C.D. Conſil.de Franchis pro perſona nominanda, qui nominauit eundem D. Principem, cui fuit poſſeſſio conceſſa,vt retulit D. Reg.Fab. Capyc.Galeota controu.iur.tom.1. in dec.ad cōtrou.53.in ar.4. num.8.

Ligna incidendi facultatem habens in aliquo territorio communi, ſeù promiſcuo qualitèr ſe gerere debeat,ex quo talis inciſio arbitrio boni viri erit facienda pro modo neceſſitatis,atquè ita vt fundus deterior non fiat,quemadmodùm aſſerit Caſtill.de vſufructu, aliàs quotid. controu. iur.cap.25.num.8.Ciarlin.controu.forenſ.iudic. cap.51.per totum. Nam reſpectu lignorum aridorum nulla erit difficultas, cùm licitum erit etiam vſufructuario arbores aridas, ſiccas,atque vetuſtas excidere,Caſtill. vbi ſuprà, num. 22. vel corruptioni proximas,Ciarlin. vbi ſuprà,nu.45. ſimilitèr arbores non fructiferas, ex multis probat Borgn.dec.44.num.72.in fine,par.1.Ciarlin. vbi ſuprà,num.16. & 17. vel quando eſſent arbores ceduæ, vt inquit Pariſ. conſ.111.num.31. volum.1. Quod ſecùs eſſet in arboribus fructiferis,quas incidere nemini licitum erit, ex Dyno in l.diuortio,§.fondum,ff.ſol.matrim.probat Pariſ.de reinteg.feud.cap.an ruſticus,num.9.ſol.30 Caſtill. vbi ſuprà,in principio,& cap.21. num.5. Ciarlin.dict.cap.51. Donat. à Fina inter comm. opin.tit.de vſufr.num.15. vbi etiam Xuarez nu. 39. Afflict.dec 295.num.74. ſed benè ramos. Et hoc ſanè intelligendum eſſet quòad vſum duntàxat, & ſic non extraordinariè, ſicuti vſufructuarius, Caſtill. cap.21. num.16. ad quod facit optima deciſio Boerij 51. præſertim num. 8. vbi declarat,verbum vtendi qualitèr intelligatur,& ſatis ad rem noſtram diſcutit Imbert. in enchyrid. iuris Galliæ, verbo vſus rei admodùm refertur. Quocireà præteritis annis,regnante Alphonſo Secundo fuit prolata ſententia pro Vniuerſitate Procinæ cum Vniuerſitate S. Nicandri huiuſmodi,videlicèt. In Dei nomine, Amen. Pateat vniuerſis, quòd nos Alphonſus Secundus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ, Viſa quadam ſupplicatione noſtræ Maieſtati,ſeù in noſtro S.C. præſentata pro parte Vniuerſitatis,& hominum Aprocinæ,tenoris,& continentiæ ſequentis,&c.S.R.M.Viſis videndis,attentis attendendis, ac conſideratis conſiderandis totius præſentis cauſæ meritis,& proceſſu, habitaquè ſuper his noſtri S.C.deliberatione matura, per ea inſpect, quæ vidimus, & cognouimus, animumquè noſtrum, & cuiuſlibet recti Iudicantis,& Deum timentis mouent, mouereque poſſunt,& debent, Chriſti, & B.Mariæ Virginis nominibus inuocatis,de quorum vultu recta iu-

dicia

diela prudeunt, & opus Iudicantium reſpiciunt veritatem ſacroſanctam, quatuor Euangelijs coram nobis propoſitis, & per nos reuerentèr inſpectis. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus, Vniuerſitatem, & homines Terræ Procinæ eſſe in poſſeſſione, ſeù quaſi paſcua herbatum cum eorum animalibus ſumendi in Territorio S. Nicandri, in quo includuntur Territoria, quæ dicuntur Terræ Perroſæ, Rocchæ, & Lauri de dia tantùm, excepta defenſa Camardæ, nec non ligna arida, viridiaquè fructum non efferentia incidendi, etiam radicitùs, ligna autem viridia fructum efferentia quòad ramos tantùm pro igne faciendo, ad vſum duntaxat ipſorum, & quòd dictus Io. Paulus, ac Magnifica Cornelia de Marra eius vxor abſtineant in præſentiarum, & in futurum à turbationibus, & moleſtationibus faciendis dictæ Vniuerſitati, & hominibus Aprocinæ in dicto Territorio quòad prædicta, &c. Iacobus de Balneo Conſ. Act. Mag. manu propria, &c.

Liquidari an poſſit inſtrumentum ad inſtantiam Procuratoris, ſiuè Actoris alicuius, cui fuit promiſſa ſolutio, hoc accidit controuerti in M.C. ad inſtantiam Baldaſſaris de Angelis V. I. D. qui præuia tranſactione habita inter ipſum, & N. præfatus debitor promiſerat certos redditus eidem ſoluere infra certum tempus, quo quidem elapſo prædictus Baldaſſar dictum debitorem citari fecerat vigore inſtrumenti liquidi ſecum ſtipulati, & pro eius defenſione adducebatur doctrina Vrſill. ad Afflict. dec. 64. num. 2. vbi dixit, quòd Procurator, cui fuit facta promiſſio nomine principalis valet agere, & præſentare inſtrumentum, ſecundùm formam ritus, nomine ſui principalis. Ex aduerſo Galtet. in praxi inſtrument. par. 1. 2. partis, rub. 2. ſub num. 15. verſ. item limita in eo, ex pluribus cenſuit, non poſſe liquidari, ea potiſſimùm ratione, quia non ſufficit, quòd inſtrumentum ſit ſtipulatum de facie ad faciem, ſed exigitur, quòd ſit creditor realitèr is, qui ſtipulatur, & quia Procurator dum ſtipulatur non alitèr ad ſui commodum, ſed alterius vtilitatem ſtipulatur, ideò agere via ritus neutiquam poterit, per iura, & auctoritates ibi relatas, ſicuti etiam dicitur, quòd res empta per me nomine alterius, ſit illius, etiam ſi ſit empta de propijs pecunijs meis, Fontanel. de pact. nuptial. clauſul. 7. gloſſ. 3. par. 15. num. 31. Relata cauſa per Iudicem Donatum Coppulam die 18. Martij 1643. in M. C. V. fuit deciſum, quòd rectiùs agat ordinariè, penès Salernum Actorum Magiſtrum.

Liquidari an poſſit inſtrumentum iam præſentatum penès acta graduationis creditorum debitoris ad inſtantiam alicuius creditoris illius, & eius filiorum, deducta fuit deciſio ſuprà in verb. inſtrumentum.

Liquidari an poſſit inſtrumentum ad inſtantiam creditoris infirmi, accedente licentia diſpenſatiua ſuæ Excellentiæ, non facta derogatione expreſsè Pragmaticæ, ac Ritui M. C. & ſi fuiſſent præſentatæ ſcripturæ ad Actoris inſtantiam de diſſequeſtro capitalis, non facta eius mentione in citatione, & è conuerſo ſtantibus ſolutionibus factis per debitorem in computum capitalis, ac tertiatum, & contentamento inuicem peracto intereos non petendi capitale, ſed quandocunquè illud ſoluendi, in contingenti caſu ſequentia in facto fuerunt deducta, & de iure Regni examinata, quæ ſunt, videlicet. Expedita citatione ſuper tenore inſtrumenti ad inſtantiã Ill. Dominæ Fælicis Vrſinæ Duciſſæ Sermunetæ, Grauinæ, & S. Marci, contra Ill. D. Aloyſium Sanſeuerinum Principem Biſiniani pro capitali ſumma ducatorum decem mille, ex teſta maioris ſummæ, & pro ducatis biſcentum pro rata intereſſe decurſi, ſtante Regia diſpenſatione expedita die 11. Ianuarij 1644 contra eundem Ill. Principem Grandiatu Hiſpaniæ prædium per Collaterale Conſilium, quòd liceat pro nunc quòad executionem realem, ſalua prouiſione facienda quòad executionem perſonalem, ſe oppoſuit dictus Ill. conuentus, inde Curià pro Tribunali ſedente fuit iam ex parte creditricis, quàm debitoris allegata infirmitas, quare per Dominum Hebdomadarium fuit aditus habitus ad domum dictæ Creditricis, prætextu cuiuſdam Regiæ diſpenſationis per viam Scriptorij expeditæ dia 18 Ianuarij eiuſdem anni, præſentando comparitionem quandam, in qua allegabatur, dictum capitale fuiſſe diſſequeſtratum, præſentando etiam copiam decreti diſſequeſtri, & verſa vice præfatus Dominus Hebdomadarius ſe contulit ad domum ipſius debitoris Infirmi, à quo fuit præſentata ſupplicatio verbi faciendi vti grauati ab indebita citatione, vnà cum alijs ſcripturis ſolutionum factarum in computum dicti debiti, & pariter præſentauit quandam copiam ſupplicationis præſentatæ in S.C. commiſſa Regio Conſ. D. Flaminio de Conſtantio, vna cum contra ſupplicata eodem die expedita ad inſtantiam ipſius debitoris, ne moleſtaretur ad inſtantiam ipſius Ill. Duciſſæ pro dicto capitali ducatorum 10000. ex quo ſoluerat tertias, & inter eos conuẽtio habita fuerat, vt non teneretur reſtituere d. capitale, ſed illud reſtituere, & ſoluere quandocunq; & continuare ſolutionem annuorum duc. 600. pro tertijs illius, & notificata die 21. eiuſdẽ menſis Procuratori ipſius Ill. Duciſſæ, ac inſuper Curia pro Tribunali ſedente fuit altera comparitio præſentata per dictum Ill. Principem, aſſerendo, non eſſe debitorem dicti capitalis, eò ampliùs, quia erat ſequeſtratum, & quòd nequè erat debitor tertiarum, ſtante earum ſolutione, & ampliùs inſtabat prouideri, quòd Partes adirent S.C. ſtante litis pendentia. Vnde per M.C.V die 22. Ianuarij 1644. prouiſum fuit, quòd condemnetur dictus Ill. Princeps, & non ponatur in libro, donec alitèr per ipſam M.C. alitèr viſis ſcripturis fuerit prouiſum, & quòad ſupplicationem porrectam adimpleat, &c. proùt fuit admiſſus, ſtante implemento fideiuſſionis. In banca Auerſanæ. Cùm igitur tractaretur expeditio dictæ cauſæ, fuit ex parte ipſius Ill. Duciſſæ præſentatum villectum Secretarij Gual, cum rubrica ſuæ Excellentiæ tenoris ſequentis, videlicèt.

Los dias paſados ordino el Duque mi Senor, que fueſſe vn Iuez della Gran Corte della Viqueria à caſa de la S. Duqueſſa de Grauina D. Luis Maria Vrſina, á tomar la palabra para liquidar vno inſtromento di dieze mille ducentos ducados que le deue il S. Principe di Biſinnano D. Luis Sanſeuerino, Cuyo diſpacho ſe hyſo por eſta Secretaria, diſpenſando a la Pragmatica en conformidad de la

pretenſion deſſa Sennora, y por que el villette fue de ordine de Su Eccellenza, aunqu ſin ſu rubrica, me manda dezir a V. S. que non oſtante que lo villette non haya ſido rubricado, ſe le de eſecution en la miſma forma, que ſe lleuare eſta circunſtanza Palatio à 15. Marzo 1644. El Dottor Antonio Gual, con rubrica di Sua Eccellenza. At Ill. Princeps præſentauit in Aula quodam inſtrumentum celebratum cum ipſa Domina Duciſſa die 10. Iunij 1634. notatum in margina inſtrumenti crediti ipſius D. Duciſſæ cum pattita banci vigore dicti inſtrumenti, & per ipſam M. C. non fuerunt recepta, prætextu quod non erant præſentata ab ipſo Ill. Principe Curia pro Tribunali ſedente, quinimmò fuit prouiſum, quod pœna ponatur in libro, verùm non exequatur, donec alitèr facta relatione in S. C. fuerit prouiſum. Eapropter dùm relatio facienda erat in S. C. coràm dicto D. Commiſſario, coràm quo lis pendebat, dicebatur ex parte ipſius Ill. Principis, ipſum fuiſſe grauatum in decreto prolato, ob quod reuocari debet, primò, ex quo in citatione non fiebat mentio diſſequeſtri præſentati Curia pro Tribunali ſedente, & proindè non potuerat expediri citatio ad ſoluendum, dùm capitale erat ſequeſtratum in eodem inſtrumento, ob quod diſſequeſtrum debebat præſentari tempore citationis, in qua mentio fieri debebat, & proindè non obſtabat replica ipſius D. Principiſſæ, qualitèr dictus Ill. Princeps comparuit, & vidit decretum diſſequeſtri, & quod ſoluerat duc. 27500. in computum capitalis, quos minime ſoluerat, niſi fuiſſet factum diſſequeſtrum, ex quo talis citatio malè expedita, & iudicium criminale liquidationis in ea fundatum non conualidat, dùm dictus Illuſtriſſimus Princeps coactè comparuit, qui in ſua comparitione oppoſuit de diſſequeſtro, vt dictum eſt, & quod ſoluerat in partem capitalis, non concludit perneceſſe diſſequeſtrum, quod producitur per decretum in Curia, ex quo dictus Ill. Princeps non poterat partem capitalis ſoluere, non obſtante ſequeſtro, dùm de ſui præiudicio agebatur, & eo magis, quia ex ſtilo ordinario ipſius M. C. eſt, fieri mentionem in citatione ſcripturæ. Secundò dicebatur, quod liquidari non poterat inſtrumentum ad inſtantiam creditoris infirmi, eundo Hebdomatarius domi, vt aliàs deciſum fuit apud Franch. dec. 676. nec proindè iuuabit actrici diſpenſatio expedita à Secretario, eo quia debebat eſſe expreſſa derogatio Ritui ipſius M. C. per diſpenſationem Suæ Excellentiæ per villectum rubricatum ab ipſo, dùm tractabatur diſpenſare dicto Ritui, & iuri, & proindè nulla ratio haberi debuerat de illa, àm quod ex diſpoſitione pragmaticæ 12. §. 4 de offic. ſecret. expreſsè dicitur. *Que por las Secretarias dellos dichos mis Virreis non ſe decreta, ni haga prouiſion en materia de iuſticia, aora tocca al Fiſco, ò partes, ſe non que todo eſſe para por mi Conſejo Collateral*, & in pragm. 2. in fine dicitur, *que a los villettes de los Secretarios de mis Virreis non ſe le deſen credito, ſi non fuſſe firmados, ò rubricados del miſmo Virres*, & in eadem pragm. §. 11. dicitur, *que ſi por mis Virreis ſe li ordinerà alguna coſa en contrario ſeles auerten, come è contra los dichos ordenes, y ſi non obſtante eſto mandare que ſe executen lo hagan auiſandome*. Neq. obſtabat dictum villectum præſentatum ex parte ipſius D. Duciſſæ, quia dicebatur primò, quod non loquitur de prætenſa licentia conceſſa in memoriale, ſed loquitur de certa licentia conceſſa per villectum eum diſpenſatione Regiæ pragmaticę, quę non eſt præſentata, neq. in dicto memoriali, loquitur de diſpenſatione dictæ pragmat. Secundò dicebatur, quod dum pendebat lis circà eandem prætenſam licentiam vigore dicti primi ordinis prætenſi, & ſecundum pragmaticas, ritus M. C. & iura Regni, ipſa erat, & eſt nulla, neq. poterat D. Duciſſa in medio litis obtinere dictum villectum, & dùm illud obtinuerat, ei non ſuffragabatur, vt in auth. in medio litis non fieri factam iuſtit. §. 1. per totum. Deciſio patet in ſequenti verbo.

Liquidari an poſſit inſtrumentum contra debitorem pro certo capitale promiſſo reſtitui intrà certum tempus, & interim correſpondere ad certam rationem pro centenario, ſi elapſo tempore ſoluendi capitale prædictum, ſoluerit certam pecuniarum quantitatem in computum dicti capitalis, & tertiarum, adeò quod tacitè conuentum videbatur, continuari ſolutionem tertiarum firmo remanente capitale, vt fuit controuerſum tàm in Sac. Conſil. quàm in M. Cur. in cauſa Ill. Duciſſæ Sermonetæ cum Ill. Principe Biſiniani, de qua in præcedenti verbo fuit deductum, ſed benè reſtabat de iure fundari rationes à debitore oppoſitas pro eius defenſione, de quibus ſigillatim ex ſequentibus conciliatis à Peritiſſimo I. C. Petro Carauita Aduocato Neapolitano præſtantiſſimo, quæ ſunt, videlicèt. Pro iuſtitia Ill. Domini Principis dicebatur, qualitèr die 10. Decembris 1628. ſe conſtituerat debitorem Ill. Ducisſæ Sermonetæ, &c. in ducatis 37500. quos promiſit ſoluere infrà terminum octo annorum, hoc eſt pro ſeptem annis duc. 5000. ſingulis annis, & in octauo, & vltimo anno duc. 2500. & ſic in octo ſolutionibus, donec dicti ducati 37500. fuerint ſoluti, præfatus Ill. Princeps habēs reſpectum, quod ſi nunc dicta Ill. Ducisſa illos implicaret in emptionē, ſeù emptiones tot annuorum introituū ſaltim ad rationem ſeptem pro centenario, quas in promptu haberet, & quotidie hic Neap. non deficiunt, propterea nec ipſe D. Princeps locupletaretur cum aliena iactura, eo magis, quia dicta dilatio, ſeù gratia ipſius D. Principis promiſit anno quolibet à præſenti die in anteà reſpondere, & ſoluere eidē D. Ducisſæ hic Neap. duc. 2250. de prædictis carolenis argenti ad prędictam rationem ducatorum ſex per centum per annum in duabus paghis cuiuslibet anni ſinguli, videlicet ſex menſibus in fine medietatis ipſorum, & incipere, & facere primam ſolutionem primæ paghæ in fine menſium ſex à primo die in antea numerandum, & ſic continuare anno quolibet pendente ſolutione prædicta de ſemeſtre in ſemeſtre, vt ſuprà ſimiliter in pace, & non obſtante quacunq. exceptione, & liquida præuentione, vt ſuprà, cui renunciauit, & renunciat, & promiſit, non vti vt ſupra, & ab annua ſolutione non deficere, vel ceſſare, aliqua ratione, occaſione, vel cauſa, & abſq. diminutione, & quæ de iure facienda eſſet, tam ex cauſa belli, vel peſtis, quod abſit, quàm alterius impedimenti, & caſus fortuiti diui-

Digitized by Google

uini, ſeù humani contingentis rari, ſeù inſoliti, & inopinati, ità quod ſit ſemper in electione prædictæ Dominæ Duciſſæ, eiuſq; hæredum, & ſucceſſorum prædictum interuſurium ducatorum 2250. anno quolibet pendente ſolutione prædicta de ſemeſtre in ſemeſtre, vt ſuprà conſequi à prædicto Domino Principe, ſuiſq; hæredibus, ſucceſſoribus, eorum debitoribus, quibuſcunq. præſentibus, & futuris, quàm à quibuſcunq. penſionarijs, & inquilinis, conductoribus, exactoribus, perceptoribus, ærarijs, & poſſeſſoribus, qui pro tempore fuerint quorumcunquè bonorum, & iurium burgenſaticorum, feudaliū, & titulatorum dicti Domini Principis præſentium, & futurorum, & ſuper fructibus, & introitibus ipſorū, & vna via electa ſemel, & pluties liceat variare, & redite ad aliā toties quoties voluerit, etiam ſi eſſet per Iudicam pronunciatū, & exequutum, &c. Ex dicta ſumma ducatorum 37500. capitalis Dominus Princeps ſoluit ducatos 2350. & remanſerunt ducati decemmille, de quibus hodiè agitur, & iſti ducati decemmille ſunt, videlicèt, duc. 2500. ſextæ ſolutionis maturatæ 10 die Septembris 1634. & ducati 500 ſeptimæ ſolutionis maturatæ die 10. Septembris 1635. & ducati 2500. octauæ ſolutionis maturatæ die 10. Septembris 1636. pro quibus ducatis decemmille erat conuentum intereſſe dictorum ducatorum 600. annuorum ad rationem ducatorum ſex pro centum, quos ducatos 600. annuos pro annatis 1635 1636. 1637. dictus Dominus Princeps ſoluit anticipate, & pro alijs annatis ſoluit per aliquos menſes poſt eorum maturationem, ſoluendo ſemeſtre pro ſemeſtre, vt dictum eſt. In die 10. Iunij 1634. fuit celebratum aliud inſtrumentum notatum in margine dicti inſtrumenti anni 1628. in quo declarauerat ipſa Domina Duciſſa, quod remanebat creditrix dictorum ducatorum decemmille dictorum ducatorum 37500. & quod ſolùm remanſerat creditrix intereſſe dictorum ducatorum decemmille capitalis decurrendi à die 10. Martij 1634. in anteà, & quod celebrarunt hoc inſtrumentum eodem tempore notatum in eodem margine, & apparet ex partita banci, quas quidèm ſcripturas receptas ex proceſſu S. C. præſentauit in Magn. Cur. in quibus aſſeritur, quod dicta Domina Duciſſa non poterat præſentare in eadem Mag. Cur. de anno 1644. dictum inſtrumētum anni 1628. abſq. ſecundo inſtrumento anni 1634. aut ſaltim Mag. Cur. debebat recipere illud notatum in margine, dum erat pars illius, aut ſaltim debebat recipere dictas ſcripturas, & iudicare cum illis, dùm erant, & ſunt pro declaratione dicti inſtrumenti anni 1628. ità D. Reg. Sanfel. dec. 313. lib. 2. Ex hoc facto dicit ipſe Dominus Princeps, primò, quod ex quo Duciſſa elapſis iàm dictis annis octo dilationis datæ, recepit dictos ducatos 600. annuos pro dicto capitale ducatorum decemmille in vnum corpus iàm vnitum, quod non poteſt Duciſſa petere dictum capitale, dùm Illuſtr. Princeps ſoluit dictos annuos ducatos 600. pro annatis decurſis, & non eſt debitor hodie, dùm ſemeſtre non eſt maturatum, nec annata maturata, quia cenſetur relaxatum capitale penès Principem, vt quandocunq. ei placuerit poſſit illud reſtituere, & receſſum per Duciſſam à petitione capitalis, & contenta, quod ei correſponderetur de dictis annuis ducatis 600. Hoc probatur primò in l. poſt diem, ff. de lege commiſſ. & l. commiſſoriæ, C. de pactis inter emptor. & vendit. vbi non eſt locus legi commiſſoriæ, facta ſolutione vſurarum, & intereſſe poſt caſum legis commiſſoriæ conuentum. Secundò probatur in l. 2. C. de iure dom. impet. vbi ex receptione vſurarum, & intereſſe pretij cenſetur renunciatum adiudicationi, & dominio impetrato. Tertiò probatur ex doctrina communiſſima, & in ſupremis Tribunalibus recepta de emphyteuta, qui ſoluendo canonem pro annatis decurſis poſt declaratam caducitatem, cenſetur liberatus à caducitate, & ei remiſſa, quia eſt incompatibile, quod habeatur pro emphytheuta, ſoluēdo canonem, & quod non habeatur pro emphyteuta per caducitatem, Surd. deciſ. 317. Mant. dec. 200. num. 1. Stephan. Gratian. deciſion. Marchiæ 49. Rota deciſ. 180. num. 2. tom. 1. part. 1. Franciſc. Burat. deciſion. 617. num 40. & 8. & deciſ. 640. num. 17 & 19. tom. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 30. num. 3. tom. 2. Mareſc. lib. 2. variar. cap. 138. num. 8. & 9. Quarto probatur, quia reſciſſio contractus cenſualis cum tertijs non ſolutis, & condemnato debitore ad reſtitutionem capitalis, ſi creditor recepit tertias decurſas poſt reſciſſionem non poteſt ampliùs exigere capitale, quod cenſetur relaxatum penes debitorem, Conſiliar. Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 6. num. 19 Dominus meus Conſil. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 31. num 1. Dom. Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 4. ad 9. de cenſ. & in conſ. 37. lib. 2. tenet contrarium vnica ratione, quia reſciſſo contractu debetur tàm capitale, quàm etiam tertiæ, ſcilicèt deberi intereſſe ad eandem rationem tertiatum, & ideò exigendo creditor tertias, exigit quod ſibi debetur, & eſt actus compatibilis, quod exigit tertias, quæ debentur pro intereſſe, & quod remanet creditor capitalis, & quod illud poſſit exigere, dùm vtrumq; debetur, ſed cum omni reuerentia tanto viro debita dico, quod actus eſt omninò incompatibilis, nā præſupponit, quod creditor exigit tertias, nō vt intereſſe, ſed vt tertias determinato tempore debitas, iuxta contractum, & ſic eſt incompatibile, quod exigantur vigore contractus cenſualis, & ſic quod cōtractus nō ſit reſciſſus, & vigore eiuſdē cōtractus cēſualis, & quod nō debeātur vigore eiuſdē cōtractus cēſualis, ſed tanquā intereſſe, & illud, quod tertiæ debentur poſt reſciſſionem, non ſic ſimplicitèr procedit, non debentur vt intereſſe, & debentur in qualibet die, non autem in fine anni, vel in ſemeſtris, vel in tertijs, prout dicebatur in contractu ante reſciſſionem, & prout ſoluuntur poſt reſciſſionem tanquàm debitæ in illis temporibus conuentis in contractu, vt præſupponitur, quod non debentur extrà illa tempora, quod præcipuè contingit in præſenti caſu, in quo Princeps ſoluit elapſis octo annis dilationis datæ dictorum annuorum ducat. 600. pro annatis anticipatè maturandis certo tempore, & etiam ſoluit poſt annatam maturatam, dicendo ſoluere pro annata maturata, & pro ſemeſtre maturato tali die in inſtrumento contento, & ideò ſoluit tanquam annuum, & tanquam debitum certo tempore, hęc ſunt incompatibilia cum reſtitutione capitalis,

Digitized by Google

quia ſi capitale eſt ſoluendum non habet intereſſa determinato tempore in fine anni ſoluendum, ſiuè de ſemeſtre in ſemeſtre, ſed deinde vſq; quo reſtituitur capitale, & quod ſoluendo vt annuum inducat debitum pro annis futuris, perbellè ſcribit Cyn. in l. ſi certis annis, num. 15. in fine, C. de pactis, Mant. de tacit. & ambig. conuent. tom. 1. lib. 3. tit. 15. num. 61. & 62. Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 15. num. 31. & quod ſoluendo intereſſe pro annata maturanda inducat pactum de non ſoluendo capitale, l. qui in futurum, vbi Batt. Paul. de Caſtr. & alij, ff. de pact. Reg. Lanat. conſ. 64. num. 7. Steph. Gratian. diſceptat. forenſ. lib. 4. cap. 679. num. 23. Quare in puncto data dilatione per certum tempus, eo elapſo, ſi creditor exigit quantitatem conuentam pro intereſſa, quod non poſſit petere capitale, ſiuè ſortem principalem, ſcribit Gaſpar Theſ. quæſt. forenſ. quæſt. 64. num. 7. lib. 2. Dominus meus Conſiliar. Merlin. ad controuerſ. 31. vbi erat caſus liquidationis inſtrumenti, & dicit, quod partes deuenerunt ad concordiam, Conſil. Paſchal. dict. cap. 6. num. 13. Nec vrget in contrarium idem D. Reg. Rouit. in dict. pragm. 1. num. 48. & 49. vbi vult, quod ſi mutuans poſt elapſum tempus reſtitutionis mutui exigit per aliquos annos tertias, & non eſt inductus contractus cēſualis, & quod mutuatarius tenetur reſtituere ſortem principalem, non obſtante dicta ſolutione tertiarum, ad quod lectat Salaz. in tractat. de conſuet. cap. 9. numer. 11. & Maſtr. ad Petr. Greg. de cenſ. part. 3. nu. 305. ſiquidem à Dom. Rouit. citati procedunt primò, quia pro cenſu non adeſt ſcriptura in dicto caſu per eum poſito, ſecundò, quod cenſus fundatur in ſola obligatione perſonali, & non eſt relatus ad rem immobilem, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, quia adeſt ſcriptura, ſcilicèt dictum inſtrumentum, in quo fuit facta promiſſio de dictis annuis ducatis 600. pendente ſolutione capitalis, item dicta ſolutio facienda eſt etiam relata ad rem immobilem, dùm fuit expreſsè conuentum, eſſe in electione Duciſſæ exigere iàm ab ipſo Principe, quàm à penſionarijs, inquilinis, ærarijs, & alijs perceptoribus bonorum burgenſaticorum, & feudalium Principis, etiam titulatorum, & etiam ſuper fructibus dictorum bonorum, vt eſt dictum, etiam quia non dicimus, quod ſit factus contractus cenſualis, ſed quod ſit prorogata dilatio ad reſtituendum capitale, quandocunquè Principi placuerit cum intereſſe interim ad rationem ſex pro centenario, quod fieri poteſt, & quotidiè practicatur in Regno. Dùm ergò habemus particulares doctrinas Doctor. tantæ authoritatis, iuribus, & rationibus validioribus fūdatas, nōn poteſt tractari de liquidatione inſtrumenti cum pœna, a qua excuſat quælibet cauſa, & iniuſta, etiam beſtialis, ac etiam opinio vnius Doctoris, Afflict. deciſ. 87. num. 8. Iaſ. in l. properandum, §. ſin autem, ff. de iudic. Vueſembecc. conſ. 281. num. 117. lib. 6. & in propria materia liquidationis Illuſtriſs. Dominus meus Capyciux Latro Marchio Torelli deciſ. 45. num. 24. ſicut & particulares doctrinæ pro legibus habentur, Præſ. de Franch. deciſ. 266. Præterea, & ſecundo ſtante dicta incompatibilitate cenſetur inducta nouatio, ſaltim ope exceptionis, Præſ. de Franch. dec. 15. Item & tertiò ex inſtrumento prædicto apparet, quod fuit data dilatio octo annorum pro ſolutione dicti capitalis ducator. 37500. cum ſolutione ratæ quolibet anno, & quod pendente ſolutione fuit promiſſa dicta annua ſolutio; & ſic conſenſus fuit expreſſus, quod per octo annos capitale eſſet penès Principem, & quod interim ſolueret intereſſe ad rationem ſex pro centenario, quod deindè elapſis octo annis prædictus Princeps ſoluit ad eandem rationem, prout in contractu reſolutum fuit nè ſolueret capitale, vt eſt fundatum, vnius actus ſufficit, quia eſt ſecundum naturam præcedentis actus, & cenſetur facta prorogatio, Bart. in l. cum de in rem verſo, nu. 8. ff. de vſur. Rurſus & quartò Princeps allegauit in S.C. in dicta lite per eum intentata expreſſam conuentionem, quod retinere habeat penès ſe dictum capitale, & correſpondere dictam annuam ſolutionem ad rationem ſex pro centenario, hæc conuentio vltra teſtes examinandos in ipſo S.C. cum dictis ſcripturis præſentatis in ipſa M. C. apparet ex duobus, primò ex dictis anticipatis ſolutionibus factis, quæ inducunt pactum de non ſoluendo ſortem, tanquam ſolutiones factæ de intereſſe, & ſic apparet animus dandi dilationem, cùm deindè non petitur capitale cenſetur prorogata dilatio, & non requiritur, quod ſit repetitum in alijs ſolutionibus ſequentibus, quia ſufficit, quod ſemel appareat expreſsè, ſeù ex coniecturis, Roder. quæſt. 15. num. 30. Secundo ex ſolutione annua facta tanquam debita ex cauſa eiuſdem capitalis penès Principem remanſi per nouem annos reſpectu primorum duc. 2500. remanſorum ex ſeſta paga, & per octo annos reſpectu duc. 5000. ſeptimæ paghæ, & per ſeptem annos reſpectu vltimorum ducatorum 2500. & dictum primum capitale remanſit penès Principem per nouem annos, & per tres menſes, abſq; petitione Duciſſę, & ſic per decennium, hoc ſtante ex dicto curſu decennij præſumitur cauſa allegata, & præſumitur ſcientia, maximè ſtantibus non decem ſolutionibus, ſed decem & octo factis in dictis ſemeſtribus, & maximè quod non agitur de ſubſtantia obligationis, ſed de qualitate obligationis, ſcilicet quod Princeps teneatur continuare ſolutionem annuam, & poſſit retinere ſortem principalem, Bald. in d. l. ſi certis annis, num. 8. vſq; ad 13. Alex. num. 7. C. de pactis, Menoch. de præſumption. lib. 3. præſumption. 131. num. 54. cum ſeqq. Roder. dict. quæſt. 15. num. 2. cum ſeqq. Cenc. de cenſib. quæſt. 85. in nouiſſimis, quod procedit etiam in muliere, maximè in tàm magna Domina, Menoch. ex receptiori in dict. præſumption. 131. num. 70. & procedit pro ſoluente, ſicut & contra ſoluentem, Bart. Salyc. & Iaſ. in d. l. ſi certis annis, quos ſequitur Roder. dict. quæſt. 15. num. 49. ſicut & ſecundum diſtinctionem Alex. in praxi receptam in eadem l. ſi certis annis, numer. 8. & 9. procedit etiam data patientia per curſum decennij, item & quinto dicta annua ſolutio fuit in dicto inſtrumento promiſſa pendente dicta dilatione, debeatur, quæ non venit ex tenore inſtrumenti, ſed ex interpretatione, ideò liquidatio non procedit, Præſ. de Franch. dec. 325. Galrer. in praxi liquidat. inſtrument. in 2. part. primæ partis, rub. vnica, num. 47. Poſtremò & ſextò Princeps eſt in-

Digitized by Google

in poſſeſſione ſoluendi annuam iſtam quantitatem,& retinendi ſortem principalem, pro qua poſſeſſione ſufficiunt duæ præſtationes, Roder, vbi refert communem dict. quæſt 15. num 21. & 22. petitorium venit diſcutiendum in S. C. in dicto iudicio ordinario, iam quod Princeps allegauit expreſſam conuentionem, ex hac poſſeſſione inſtrumentum redditur illiquidum, & dubium, eo maximè quod ſtante pacto de non petendo dictum capitale pro tempore dictarum ſolutionum anticipatarum factarum, & deindè conſtat de ſequenti continuatione, ex quibus præſumptio eſt pro Principe, & proptereà redditur dubia prætenſio Duciſſæ, ſtante dubietate non poteſt liquidari inſtrumentum, cùm pœna à qualibet cauſa excuſet, ſed eſt augendum via ordinaria in Sac. Conſil. in quo pendet lis, non enim hoc caſu remanet liquidum inſtrumentum, dùm non remanet certum, ſed dubium, Barz in tract. de inſtrum, guarent. t. verſ. liquidatio dicitur. Non obſtant conſideratа pro Illuſ. Duciſſa, & primo, quod intereſſe fuit ſolutum ab Illuſt Principe Aloyſio vigore inſtrumenti anni 1628. non vigore dictæ nouæ conuentionia. Siquidem dicimus, quod noua conuentio fuit circà capitale, continuando Princeps ſolutionē intereſſe vigore dicti inſtrumenti, Secundò non obſtat, quod ſolutio facta per Illuſtr. Principem de intereſſe anticipatè denotet ſolùm dilationem pro illo tempore tantùm, ſiquidem ex dicta anticipata ſolutione à principio facta colligitur expreſſa voluntas Duciſſæ dandi dilationem pro illo tempore, quæ dilatio deindè cenſetur prorogata ab aliis ſolutionibus ſequētibus, vt dictum eſt. Non obſtat tertiò, quod actus fuiſſet incompatibilis, quando Duciſſa petiit capitale durante tempore, pro quo anticipatè fuit ſolutum intereſſe, non autem hodiè quo tempore prætenditur finita dilatio, ſiquidem non deducitur incompatibile, incompatibilitas ex dicta anticipata ſolutione, ſed deducitur incompatibilitas ex illa exactione intereſſe pro certa, & determinata annata, & pro certis, & determinatis ſemeſtribus, quaſi quod vltrà illud tempus hoc intereſſe non debebatur, vt dictum eſt. Quartò non obſtat authoritas rerum iudicatarum, quæ ex aduerſo allegantur, quia in caſu relato per Dominum Merlinum, dicit ipſe Dominus, quod deuenerunt ad concordiam, prætereà ille caſus non eſt conformis cum præſenti, quia ibi non erant factæ determinatæ ſolutiones pro intereſſe, nec erant decurſi decem anni, vt in pręsēti caſu. Prætereà alia deciſio allegata in cauſa Spectabilis Comitiſſæ Gambateſæ ſub eo patrocinio, neq. eſt vera, cum rauertentia, cum de tali articulo non fuit tractatum. Ex quibus reuocandum eſt decretum Mag. Cur. vt ſupplicatur, & cauſa debet remitti ad S.C. & coràm Domino Conſiliario Conſtantio, coràm quo fuit cauſa introducta antè citationem, quod non prohibetur per Regiam pragmaticam 8. §. 5. in fine, de inſtrum. liquid. quæ loquitur de cauſa introductis per citationem, & non poteſt dubitari, quod prædicta cauſa ſit introducta in Sac. Conſil. ante citationem inſtrumenti, ſiquidem fuit ante commiſſa, & expedita citatio, licet poſtea exequuta, ex quo cenſetur introducta cauſa reſpectu Iudicis, & actoris, Rota deciſion. 28. num. 1. & 3. par. 3. lib. 1. in nouiſſimis diuerſorum Neapo. die 30. Aprilis 1644. Facta relatione in S.R.C. in aula Domini Conſiliarij Andreæ Prouenzalis vna cum Adiunctis die 26. Martij 1644. per Iudicem Franciſcum Vollarum, fuit per S.R.C. remiſſa cauſa eidem M.C. quæ prouideat, quod rectius citetur, penès Secretarium in Banca de Aueiſana Mag. Act.

Liquidari an poſſit inſtrumentum per Generum cōtra Socerum, data eius illiquiditate, ac pactione vltra, citroq. obligatoria, & potiſſimùm ob conuentionem ſequeſtri habitam in futurum, ità vt videatur renunciatum rigori liquidationis, adeò quod videbatur præiudicium factum actori in liquidando inſtrumētum capitulorum extrà Ciuitatem Neapol celebratum inter exteros, ex facti ſerie, ac iuris rationibus deductis pro defenſione conuenti per V.I.D. Dominicum Potum benemeritum Aduocatum ſequentia deſumebantur, videlicet. Anno 1637. ſtipulata fuerunt in Ciuitate Puteolorum capitula matrimonialia Annæ Potæ pro dotibus, cuius Vincentius Potus pater contemplatione futuri matrimonij contrahendi inter dictam Annam cum Franciſco de Iſanto, eidem Franciſco promiſit ducatos mille, & tercentum, v3. centum mobilium corredalium appretiandorum, & cōſignandorum tempore matrimonij contracti, & pro aliis ducatis mille, & bis centum correſpondere annuos ducatos nonaginta à die contracti matrimonij, & in caſu non ſolutionis tertiarum, ſiuè conſignationis dictorum mobilium valoris ducatorum centum conuentum fuit, quod inſtrumentum prædictum cum ſide contracti matrimonij liquidari potuiſſet via titus contra dictum Vincentium pro capitale, tertijs, & mobilibus prædictis non conſignatis, vinculatum tamen capitale prædictum pro facienda alia emptione. Et in eodē inſtrumento promiſit Franciſcus tempore ſtipulationis cautelarum dotalium renunciationem dictæ Annæ eius vxoris ad beneficium dicti Vincentij vti dotatæ de paragio in ampla forma, vt latiùs legitur ex inſtrumento in pergameno. Virtute horum capitulorum matrimonialium exigit dictus Franciſcus, fuitq. ſatisfactus per totam medietatem Auguſti anni 1640. de tertiis annuorum ducatorum 90. & quia ad ſuam inſtantiam erant ſequeſtrati fructus omnes dicti Vincentij mediante alio publico inſtrumento conuentum fuit, quod ſequeſtrum prædictum firmum remanere deberet in futurum, prout ſimiliter mobilia conſignata fuerunt eidem Franciſco præuio appretio, reſpectu quorum nullum adeſt iudicium motum, & ex declaratione iurata facta per Expertos appretiatores electos manifeſtè apparet de tali cōſignatione, hinc non aliter facta renunciatione prædicta, & inſtrumentum dotali, nec ſaltem ea oblata. Citatus fuit dictus Vincentius in M.C.V. virtute dicti inſtrumenti capitulorum ad inſtantiam dicti Fracīſci tàm pro tertijs hucuſq. decurſis ab anno 1640. quam etiam ad depoſitandum capitale ducatorum mille, & biſcētum, & licèt, Curia pro Tribunali ſedente plura oppoſuiſſet, & ſcripturas præſentaſſet, appellādo etiā à dicta indebita citatione, ex quibus nō poterat adliquidationē talis inſtrumenti procedi, aliter tñ decreuit ipſa M.C. ad relationem D.

Iu-

Iudicis de la Torre, per quã prouiſũ fuit, quòd remaneat dictus Vincentius condemnatus, verùm ſuperſedeatur in exequendo de perſona, & pœna non ponatur in libro, donec facta relatione in S.C. aliter prouiſum fuerit. In hac igitur relatione, & prouiſione facienda per S.C. virtute ſupplicationis porrectæ ſperat dictus Vincentius iuſtiſſimè reuocationem dicti decreti M.C. & prouideri debere, quòd agatur ordinariè triplici ex capite. Secundò quia Gener non liquidat contra Socerum, quoties liquidum eſſet inſtrumentum. Primò quia dictum inſtrumentum capitulorum erit illiquidum, pactionatum, vltrò, citroque obligatorium. Tertiò quia ex conuentione habita per ſequeſtrũ in futurũ videtur renunciatum rigori liquidationis, & præiudicauit ſibi d. Franciſcus in liquidando. Quòad primum non poteſt ex ſuprà in facto deductis dubitari, dotem a Vincentio fuiſſe promiſſam, & à dicto Franciſco renunciationem, quo caſu dicitur inſtrumentum pactionatum, vltrò, citroque obligatorium. Igitur non poterat Franciſcus via ritus agere pro conſecutione dotis, niſi priùs ex parte ſua adimpleret, producendo renunciationem factam prædictæ Annæ, vel ſaltèm ea in citatione offerri debebat, prout nec etiam fuit oblata, & agenti ex tali contractu obſtat exceptio non implementi ex parte ſua, & agere non poteſt, tex. eſt punctualis in l. Iulianus 14. §. offerri, ibique Bart. ff. de act. empt. Galter. in 2. par. 1. partis. rub. aduertant ad debita, & cauſas, n. 48. fol. 74. Additio Carol. Grimaldi ad cap. primum practicæ ciuilis Tarcaglıæ, fol. 16. Alexan. conſ. 49. num. 3. vol. 2. Dec. conſ. 119. num. 2. Cranet. conſ. 146. num. 3. Rol. à Valle conſ. 53. n. 27. 28. & ſeqq. volum. 1. tacita enim in ſimilibus cõtractibus intelligitur ineſſe conditio, ſi ſibi fides adimpleatur, & cùm fidem non ſeruat, æquum eſt, eidem non ſeruari, l. cùm proponas, C. de pact. nec ſufficit in parte adimplere, nam ſi in vno numero defecerit, locus eſt exceptioni, & oportet perfectè, & totaliter adimplere, vt optimè tradit Maſcard. concl. 1393. vol. 3. num. 12. & 25. idque ampliat num. 46. & contra debita exequutionem non paratam habentia, ſicque nouiſſimè deciſum tradit D. Reg. Sanfelic. deciſ. 216. volum. 2. immò non poſſe inſtrumentum liquidari tanquam pactionatum tenent Ricc. collect. 152. ex Viuio dec. 39. Theſaur. deciſ. 26. num. 3. Anna ſing. 248. Molteſ. in addit. ad Conſuet. quæſt. 8. par. 10. num. 6. eſt enim contra ius commune, vt inſtrumenta paratam habeant executionem, ſtrictè in quantum poſſunt intelligenda ſunt. Nec obſtat motiuum Partis aduerſæ, renunciationem fuiſſe promiſſam tempore ſtipulationis cautelarum dotalium, ſiquidem Vincentius ex dotibus promiſſis ducatorum mille, & tercentum, mobilia valoris ducatorum centum ſtatim conſignauit, præuio appretio, vt ex declaratione Expertorum apparet, nec poteſt de hoc penitus dubitari, nam prout agit via ritus dictus Franciſcus pro ducatis mille, & biscentum capitalis, & tertijs decurſis ab anno 1640. ita ſimiliter ageret pro mobilibus non conſignatis, & pro alijs ducatis 1200 dict. Vincentius in dicto inſtrumento capitulorum ex nunc pro tunc contracto matrimonio ſe ipſum obligauerat, in beneficium dicti Franciſci in ann. duc. 90. de quibus per totam medietatem Auguſti 1640. ſoluere non ceſſauit, igitur obligatio erat dicti Franciſci in faciendo cautelas dotales, & procurando renunciationem promiſſam, & conſequenter ceſſat argumentum Partis aduerſæ. Circa ſecundum caput, iam ex ſuprà deductis liquet de illiquiditate talis inſtrumenti, at quando eſſet dictum inſtrumentum ex omni ſui parte liquidum, quod nullo iure admittitur, nõ poteſt Gener liquidare contra Socerum, ea ratione, quia cauſa liquidationis ratione pœnæ, & periurij dicitur criminalis, & Socer loco patris habetur, l. quia Socer, l. quia parentis, & l. ex diuerſo, ff. ſol. matrim. taliter quòd Gener tenetur alere Socerum, Anna alleg. 33. numer. 18. vnde quemadmodùm filius patrem non accuſat criminaliter, l. ſi magnum, C. qui accuſ. poſſ. ita nec Gener Socerum, & alia ratio eſt à DD. conſiderata, cur non poſſit à Genero inſtrumentum liquidari contra Socerum, nam dicunt, non poſſe Socerum conueniri, niſi in quantum facere poſſit, ex tex. in l. rei iudicatæ, §. fin. ff. ſol. mat. & proinde dicunt, non poſſe carcerari, ita Præſ. de Franch. dec. 164. ibique Addentes, Minad. dec. 2. prout inter fratres notauit Theſaur. dec. 119. & ita in ſpecie firmat Frece. in ſuo tract. de inſtrum. liquidat. par. 12. q. 1. & Conſil. Paſcal. de patria poteſt. par. 2. cap. 9. num. 19. 20. & 21. Nec tali opinioni obſtat dec. de Franch. 366. quam ſequuti ſunt Reg. Rouit. in rub. de inſtrum. liquid. num. 7. & Reg. Tapia cod. tit. de inſtrum. liquid. ſuper titu M.C. 166. numer. 10. col. 2. fol. 242. ex qua deciſione habetur, fuiſſe inſtrumentum liquidatum ad inſtantiam Generi contra Socerum, ſiquidem deciſio prædicta, ac aliæ ab eo relatæ, ab eodem Relatore procedunt in hac Ciuitate Neapolitana, in qua ex Conſuetudine incip. Vbi dos, maritus in ſolidum conuenitur ad dotis reſtitutionem, neque Conſuetudo interpretationem etiam recipit reſpectu Soceri non ſoluentis dotem Genero, vt ipſemet Præſ. de Franch. notat in dict. deciſ. numer. 11. & 12. ibidemque dicit, in Ciuitate hac Neapolitana hanc quæſtionem non habere difficultatem, at dum ſumus extra hanc Ciuitatem, vbi viget ius commune, quo iure attento nec conuenitur Socer vltrà quam facere poſſit, nec criminaliter accuſatur, vt ſuperiùs fundatum eſt, nemo ex Doct. qui contrarium ſentiunt, videtur talem opinionem approbare, & Ricc. in addit. ad dictam deciſ. de Franc. ex traditis per Præſ. Battagl. in addit. ad Cynum in l. qui in poteſtate, C. de in ius voc. refert contrariam deciſionem. Igitur ex hoc ſecundo capite nec etiam poterat, & his accedit notabilis, & punctualis Allegatio 23. Io. Dominici Taſſoni in eius volumine de antephato, obſeru. iuriſdict., verſ. 9. obſeruat. 2. Quòad tertium, & vltimum caput ſequeſtri, illud priùs factum fuit per M.C. & in inſtrumento ex conuentione confirmatum in futurum, igitur ex tali conuentione præiudicauit ſibi in agendo dictus Franciſcus via ritus, non enim poterat Vincentius ſtante tali ſequeſtro exigere, & ſoluere, & ad inſtar prodigi, cuius bonis interdictum eſt, iuxta terminos l. is, cui bonis, C. de verb. oblig. contra quem non liquidatur inſtrumentum, ex adductis per D. de Franch. in dec. 672. per Staiban. conſ. 30. ac per D. Regent.

Rouit.

Digitized by Google

Rouit. in Pragm. 4. de inſtrum. liquid. num. 17. & ſeqq. Camill. de Medic. conſ. 39. à num. 15. ad 20. ita nec etiam liquidatur contra dictum Vincentium. Item ex tali ſequeſtro elegiſſe videtur viam ordinariam, & in dicto inſtrumento capitulorum non adſunt clauſulæ, quòd vna via electa alia non tollatur, & ſumus in Ciuitate Puteolorum, vbi non apponuntur tales clauſulæ ex ſtylo Notariorum, eligendo enim quis viam ordinariam, videtur renunciaſſe ſummariè, tanquam electione vnius ex contrarijs facta, cap. vt quis duas 25. de elect. in 6. & in cap. 1. de poſtulat. Prælat. & ita firmant Nouar. in praxi dationis in ſolutum, quæſt. 6. ſect. 1. Grau. par. 4. declaratio. 1. Gallet. de oblig. Camer. p. 2. quæſt. 3. ad 3. partem, num. 4. Vitalis in tract. clauſ. verſicul. quid vna actione, Monter. dec. 22. Maſtrill. dec. 175. ac alios adducit & ſequitur Petra in addit. ad Capyc. in dec. 33. & Galter. in 3. par. princ. rub. præſentet inſtrumentum, num. 8. fol. 158 & notat Ricc. in dict. collect. 158. Ex quibus remanet de iure fundatum, non potuiſſe ad liquidationem dicti inſtrumenti procedi, & debere reformari decretum M.C. per quod ordinatum fuit, quòd remaneat dictus Vincentius condemnatus, cætera ſuppleant doctiſſimi Senatores, &c. Facta relatione in S.R.C. per Iudicem D. Andream de la Torre, de anno 1644. Fuit per S.C. mandatum eidem M.C. vt prouideret, quòd agatur ordinariè, penès Secretarium, in banca Marci Salerni Magiſtri Actorum. Vltra relata per nos in prima part. verb. Inſtrumentum, & iterum in 3. parte noſtri compendij. verb. Socer, confert notabilis conſultatio huiuſmodi materiæ D. Reg. Hector. Capyc. Latro 155. tom. 2. Thoro.

Liquidari an poſſit Inſtrumentum reaſſumptum per alium Notarium fidem facientem in eo de poteſtate reaſſumendi inſtrumenta aliorum Notariorum, non aliter facta extenſione poteſtatis in eodem inſtrumento, videbatur affirmandum, & concludendum, talem fidem ſufficere, ex eo, quod creditur Notario aliquid ſcribenti, & dicenti de inſtrumento, ex Bart. in l. ſi Librarius, num. 4. ff. de reg. iur. notat Galter. in praxi inſtrum. 8. par. primæ, rub. 2. num. 40. Et ſuppoſito, quòd quando reaſſumitur inſtrumentum ex protocollo alterius Notarij, eo mortuo ac etiam teſtibus, licèt vnus ipſorum ſuperuiuat, ſemper priùs obſeruatum extitit, quod aditur Rex, qui reaſſumi faciat ipſe, vel eius delegatus Regia auctoritate, citatis citandis, vt refert Paris de Puteo de reaſſumpt. inſtrum. rub. 7. in fine, quem probat D. Reg. Rouit. in Pragmatic. 2. de fide inſtrum. num. 15. aſſerens ex diſpoſitione dictæ Pragmaticæ idem fuiſſe poſteà confirmatum per Cæſaream Maieſtatem, poſtquam talis reaſſumptio regulariter fit, quando peteretur, illud liquidari iuxta ritum 166. M.C.V. vt inquit Frec. de præſent. inſtr. p. 1. Bernard. Pandus de præſen. inſtr. par. 1. declar. 3. cum ſeqq. & ſic deciſum refert Anna ſing. 252. & in alleg. 84. num. 18. quapropter ob talem reaſſumptionem plura requiruntur, & potiſſimùm priùs conſtare debet de fide, & moribus Notarij, & Iudicis, iuxta diſpoſitionem Cap. Regni Ne perſonarum, vbi Camp. & Afflict. in Conſt. Baiulos omnes, num. 26 & dec. 6. cum alijs citatis per Annam ſing. 254. poſt Pand. dict. tract. rub. 14. & 17. & potiſſimùm parte citata fieri debet, vt inquit Præſ. de Franc dec. 567. num. 4. ex quibus colligitur, iudicium inſtitui licèt ſummariſſimum, Anna ſing. 255. Vnde opus erit cognitione cauſæ, quo nam caſu Notario aſſerenti in inſtrumento, cauſæ cognitionem interueniſſe in decreto Iudicis, non aliter crederetur, Maſcard. de probat. concluſ. 487. nu. 22. attamen num. 23. contrarium putat eſſe verum, Farinac. in repert. de contract. quæſt. 17. num. 12. Prout ita fuit iudicatum per M.C.V. ad relationem Iudicis Caraccioli in cauſa D. Petri della Matitia, cum Franc. Florillo V. I. D. de anno 1644. & menſe Maij, & dictum, quòd remaneat condemnatus, vt ex actis in banca Salerni, & interpoſita appellatione ad S.C. præuia Regia decretatione verbi faciendi dicebatur ex parte rei debitoris, tale decretum ipſius M.C. fore reformandum, ex eo, quia Notarius non niſi de his, quæ coram ipſo actu, de quo rogatur, aguntur, fidem facere poteſt, cùm in alijs nulla ei adhibeatur fides, vt probat poſt Maſcard. de probat. concluſ. 35. num. 17. concluſ. 4. num. 22. & ſeq. concluſ. 711. num. 4. D. Reg. Rouit. in Pragmat. 1. num. 82. de Notarijs, & ſic licèt Notario ſit credendum in concernentibus officium ſuum, Magon. deciſ. Lucenſ 52. numer. 11. Mandel. conſil. 139. numer. 15. vbi etiam tradit de his, quæ dependunt à perſona ſua, hoc eſt de his, quæ vidit, & intellexit, Grammat. conſ. ciuil. 66. num. 18. Intrigliol. ſing 75. nu. 52. par. 3. Alex. Trentac. conſ. 23. num. 23. tom. 2. & coram eo geruntur, Honded. conſ. 31. num. 85. & 26. volu. 2. vel à ſe, latè D. Reg. Capyc. Latro conſult. 108. num. 28. tom. 2. & de his, quæ à Partibus fuerit rogatus, Honded. conſ. 31. num. 24. volum. 2. Et ſic non de alijs extra ſuum officium, Farin. vbi ſuprà num. 20. Camill. de Medic. conſ. 56. num. 3. & 4. ſubdens quòad plenam fidem, ſed quòad præſumptionem ſecùs, & ad idem non pertinentibus, ita quòd ſi fuerit aliquod commiſſum ab aliquo Superiore alicui Notario, vt agat, ſtante impedimento alterius Notarij, tunc ſtante impedimento illius, dum Iudex valeat committere, quòd alius Notarius præſertim redigat in formam publicam inſtrumentum principaliter, neceſſe erit, quòd Notarius atteſtetur, ſe vidiſſe originale, & quòd dictum originale per eum viſum nihil differat ab iſto tranſumpto, & properea impedimentum talis Notarij ipſum de Iudicis mandato tranſumpſiſſe, vt ex Dec. in l. 1. col. 7. in 4. not. ff de offic. eius, & Aym. conſ. 274. num. 14. probat Vrſil. ad Afflict. dec. 6. numer. 1. adeò quòd Notarius in ſubſcriptione non ſolùm debet facere mentionem de impedimento, ſed quod etiam inuenit exemplum cum originali conuenire, Maſcard. de probat. concluſ. 781 num. 42. & 43. & ita pariter ſucceſſo obitu Notarij, in cuius locum alter fuerit ſubrogatus ad reaſſumendum inſtrumentum, vigore decreti Iudicis ita mandantis, in tantùm, quòd ſi fuerit mentio facta de tali commiſſione Iudicis, eidem Notario ſcribenti in actis aliquid ſibi commiſſum non creditur, Maſcard. eod. tractat. concluſ. 189. num. 4. qui in concluſ. 1101. num. 21. aſſerit, non credi Notario de commiſſione ſibi facta, præſertim ſi eam ſcripſit in baſtardello, Berous conſ. 89 num. 8. vol. 1. Surd. conſ 462. numer. 55. & ſequitur Molfeſ. in Conſuet. Neap. tomo 1. par. 10.

par.10.quæſt.9.nom.11.ſubdens,tunc credi poſſe de prædicta commiſſione,quando de ea apparet aliquod inſtrumentum,hinc eſt,quòd ſi Notarius referret,ſe vidiſſe inſtrumentum,ſeu aliud priuilegium,ei non crederetur, niſi illud oſtendatur in proprio originali,Honded.conſ.71.nu.12.volum.2. Inſuper Notarij verba in inſtrumento appoſita, videlicet, Titius Procurator Caij, vt conſtat in inſtrumento publico manu talis Notarij à me viſo, & lecto,non probant, Gozadin.conſ.11.num.5. Gram.conſ. ciuil.104. num.4. cum aliis apud Muram dec. 67. num.11. Conſi.Paſcal.de vir.pat.poteſt.par.1.cap.8.num.81.præterea ſi aſſeruerit Notarius,ſe mandatum vidiſſe,& legiſſe,immò de eo rogatum fuiſſe nun creditur,Manent. dec.Mantuæ 61.num.19. Neque enim crederetur aſſertioni Notarij,neque fidem faceret de his, quæ indigent particulari ponderatione,ſicuti contractus, & aſſenſus,qui debet inſeri in contractu,oſtendit Conſ.Theodor.alleg.93.num.1. Et tantò fortius ſi Notarius aſſeruerit, habere poteſtatem reaſſumendi inſtrumenta aliorum, quoniam Notario aſſerenti cum iuramento,ſe talem eſſe,ei non crederetur, Amat.dec.Ancon.21.num.39.quia de facto proprio atteſtaretur, & huc caſu non crederetur Notario de facto proprio atteſtanti, Io.Anton. Bellon.conſ.65. nom.17. quoniam de tali poteſtate debet ante omnia conſtare per publicum authenticum inſtrumentum,vt ei credatur,quoniam hæc ſunt extrinſeca, & extra eorum officium; quocircà ſicuti Notario ſtandum erit in his,quę ad eius officium ſpectant,Pancirol.conſ. 140.num.2.Surd.conſ.440.num.9. ita è contra ei non crederetur de eo, quod coram ſe geſtum nòn fuit,Idem conſ. 146.num.14. etiam ſi aſſeruiſſet Notarius,vt conſtat in iuramento per me viſo, & lecto, Surd.conſ. 245.num.22. qui in cõſil. 419.ſubdit dicendo,Si Notarius referendo diceret,ſe vidiſſe,& legiſſe inſtrumentum,non probat, niſi conſtet de relato, moltò fortiùs ei credendum non erit,tam ſi aſſeruiſſet,feciſſe aliquid de mandato,vt inquit Surd.dict.conſ.440. num. 8. quàm ſi id potuiſſet facere vigore ſuæ facultatis conceſſæ, ſi non docuerit de tali facultate.Quemadmodùm ei non credendum ſit, ſi aſſeruerit,Comitem habuiſſe facultatem legitimandi in inſtromento legitimationis, ex Hercul.& Roland. probat ibidem Farinac.num.13. Et inde facta relatione in S.C. per eondem Iudicem,fuit per S.C.deciſum,mandando eidem M.C.V.quòd prouideret,vt iterum citetur, penès Secretarium in eadem banca.

Liquidari an poſſit inſtromentum via Ritus ad inſtantiam Generi, ſcilicet mariti filiæ contra Socrum pro recuperatione intereſſe dotis promiſſæ,& videtor affirmandum ex diſpoſitione Ritus,qui generaliter loquitur, vt poſſit inſtrumentum liquidari ad inſtantiam creditoris contra ſuos debitores,ponderando verba Ritus 166. Item quòd ſi qui debitores, aut debitrices quarumcunque perſonarum, ſeù eorum fideiuſſores, &c. vnde deſumitur generalitas debitorum tam maſculini generis, quàm fœminini,& proptereà generaliter erit intelligendum, iuxtà regulam vulgatam, quòd lex generaliter loquens generaliter erit intelligenda,l.de pretio, ff.de publ. in rem act. cum alijs adductis per Barboſ. in libello Principia Iuris vtriuſque, lit.L. num. 29. idcircò omnis creditor, qui contraxit, & principaliter nominatus eſt in inſtrumento, ad formam Ritus exequitur,Galter.in praxi inſtrument. par. prima 2.par.rub.1.n.1. & per totam per exempla oſtendit.Ex aduerſo autem dicebatur,de iure eſſe certum,parentes venerari oportere,l.1.§.oportere, ff.de obſeq.à libert. & libert. præſt. & multum tribui honori parentum, & patronorum,l.2.ff. eod. in tantùm quòd non tantùm reuerentia à filijs erit præſtanda parentibus,l.parentes, ff.de in ius voc. quibus tam viuis,quàm mortuis reuerentia debetur, l. apud Celſum,§.aduerſus,ff.de doli mali, & metus except. ſed pariter obſequium parentibus,& patronis, & eorum liberis præſtari debet, l. nec quiſquam,§.de plano,ff.de offic.Procur. Et demùm prædictis obedientiam præſtari, l. veluti erga Deum religio,vt parentibus, & patriæ pareamus,ff.de iuſt.& iure,vbi gloſſ.notat,filium debere patri obedire, auth. de nuptiis,§.ſi verò capectet. Quoſit, vt parentes naturales in ius vocare nemo poſſit,dict.l.parentes,vbi I.C.ſubdit,vna eſt enim omnibus parentibus ſeruanda reuerentia,& in l. 4.§. Prætor ait præfatus I.C. dixerat,parentem,patronum,patronam,liberos, parentes patroni,patronæue in ius ſine permiſſu meo ne quis vocet, non tantùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus,ad tex. in l.qui accuſare,ff.de accuſat. in fine, ibi alii propter conditionem, vt filii contra parentes,& liberti contra patronos, immò I.C.in d.l.apud Celſum,§. aduerſus inquit, aduerſus parentes, patronoſque neque doli exceptio, neque alia quædam, quæ patroni, parentiſue opinionem apud bonos mores ſugillet,competere poteſt,neque teſtimonium dicere cogantur Gener, aut Socer, l.in legibus,ff de teſt. ſicuti filii contra parentes,l.4 ff.eod. quia Gener loco filii habetur, l.3. in fine,C.de nat.lib. Alber.in diction.verb.Gener.Cùm igitur Socer parentis loco eſt,l.quia, ff. ſolut.matrim. adeò quòd Socer habet beneficium in id, quod facere poteſt, l.rei iudicatæ, §.Socero, ff.eod. iure meritò aliàs, & pluties deciſum fertur, non poſſe contra eum liquidatio inſtrumenti via ritus inſtitui, apud D.Præſ.de Franch.dec.164. eo ampliùs ſuppoſito, quòd cauſa ſuper tenore inſtrumenti eſt criminalis, multos citat Galter. in dict. praxi,3. par.principali,rub.6.num.1. vbi Additio alios citat Doct. Ita pariter aſſeuerandum erit in Socru cum Genero,ſuppoſito,quòd Socrus appellatione non tantùm vxoris meæ mater,ſed auia, & proauia intelligitur, vt nullam earum ducere poſſim, l. adoptiuus, §.pen. ff.de ritu nupt.& quemadmodùm Socer, vt dictum eſt, loco parentis eſt, ita Socrus loco matris eſt,ad tex. in §.Socrum, Inſt.de nupt. Socrum quoque, & Nouercam prohibitum eſt vxorem ducere,quia matris loco ſunt,& par ratio eſſe videtur inter Socrum, & Generum,notat gloſſ. in l.3.§.ab vxoris, ff. de donat. inter vir. & vxor. verſ. non eſt prohibitum,loquiens,idem in Genero,& Socru intelligas,quia eadem eſt ibi ratio,vt C. de donat.ante nupt.l.ſi mater veſtra. Et proptereà cum fuiſſet citata ſuper tenore inſtrumenti in M.C.V.Hieronyma Lelma Socrus Not. Honofrii Capizzuti,ad eius inſtantiam, & pariter germanus ipſius

Hiero-

Hieronymæ in Curia Nuntiaturæ Neap. pro eadem cauſa, & fuiſſet per ipſum debitorem factum depoſitum in eadem Curia Nuntiaturæ, Facto verbo in S.C. per Iudicem de Herrera, fuit prouiſum, quòd reſtituto depoſito facto in dicta Curia eidem Germano, M.C.V. mandaret, vt rectiùs citetur, & facta reſtitutione depoſiti prædicti cùm fuiſſet iterum citata ipſamet Hieronyma ſuper tenore inſtrumenti ad inſtantiam eiuſdem Notarij Honoſtij. Facta Relatione in M.C.V. per Alexandrum Rouitum fuit deciſum, vt ageretur ordinariè, vt ex actis in banca Gregorij Canalis Magiſtri Actorum, de quo grauatus Actor obtinuit, fieri verbum in eodem S.C. quæ adhuc non fuit facta.

Liquidatio partitæ deductæ in calculo ſi ſit facta ad effectũ incurrẽdi in mora, an ſit neceſſariũ vt decretum Iudicis ſubſequatur, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa illorum de Galluppo, cum illis de S. Antonio, præuia relatione Regij tunc Conſil. Iacobi de Franchis in anno 1623. penès Figliolam, refert Io. Maria Nouarius dec. 200. in fine, & iterum inter collectan. Epiſcopi Riccij, p. 7. collect. 312 r.

Liquidatio fructuum, ſeù dotis de paragio in feudis etiam titulatis fit ad rationem quinque pro centenario, Muta dec 90. num. 37. & ita deciſum refertur infrà in verbo paragium, vt fuit deciſum in cauſa ſororis Corneliæ de Piccolomine, cum Marchione Miceti, de qua per Reg. Rouit. in Pragm. 24. num. 75. de feud. ſequitur Barba. de Aſſiſt. gloſſ. 12. num. 72.

Liquidatio inſtrumenti facta in Curia Baiuli, abſque tamen interuentu Conſultoris ſui, ſubſequente inſiſtentia creditoris pro executione, ſi non illicò, ſed poſt alium ſequentem diem debitor fecerit depoſitum tertiarum ad euitandum executionem capitalis, & illinc ad certos dies monito creditore, & reſpondente, fuiſſe interloquutum per ipſam Curiam, & depoſitum non fuiſſe legitimè factum, & conſequenter debitor vti contumax fuerit condemnatus ad pœnam contentam in citatione, & dictum, quòd exequatur realiter, & perſonaliter, an iure ſubſiſtet, & cùm ita fuiſſet deciſum per Curiam Baiuli Ciuitatis Materæ, licèt contrarium deciſum per Iudicem illius Ciuitatis, fuit tamen confirmata ſententia per M.C.V. in cauſa Ioannis Scatani, cum Io. Baptiſta Nouello, in banca Palmæ, vt nouiſſimè teſtatur Horatius Perſius conſ. crim. vlt.

Liquidatio inſtrumenti an impediri poſſit prætextu cuiuſuis exceptionis oppoſitæ incontinenti, vel per inſtrumentum, vel publicam ſcripturã, vel per teſtes, hoc contingit hæſitari in M.C.V. inde in S.C. in cauſa Marij dello Iodice, cum Gubernatoribus Montis Miſericordiæ huius Ciuitatis, ad quorum inſtantiam cùm fuiſſet citatus ſuper tenore inſtrumenti præfatus Marius pro ducatis 3000. capitalis, & pro aliis ducatis 220. tertiarum, fuit per dictam M.C. iuſſũ, vt procederetur ad interrogationem, licèt pro parte ipſius Marii dictum de nullitate, & notoriæ iniuſtitiæ, præſupponendo, non potuiſſe procedi ad liquidationem inſtrumenti à dictis Gubernatoribus producti; qua de re pro eius fundamento dicebatur, qualiter in dicto inſtrumento Marius ſe obligauerat ſoluere eiſdem Gubernatoribus ducatos 16000. infra certum tempus, & quòd vltimi ducati 3000. pro quibus fuerat citatus, ſolui debuerant in menſe Octobris 1622, & interim promiſerat in eodem inſtrumento ſoluere intereſſe ad rationem ducatorum nouem pro centenario pro tota ſumma ducatorum 16000. & hoc pro eadem ſumma, quam Gubernatores ceſſerant in beneficium ipſius Marii, conſequendam à Duce Caiuani, quocirca tale pactum reſtitutionis capitalis de iure eſt nullum, iuxta opinionem Soti, & Couar. ac aliorum relatorum à Gaylio, lib. 2. obſer. 7. num. 14. Et hoc inſpecta Bulla Papæ Nicolai relata in Pragm. 1. de cenſibus. Et quamuis in contrarium allegari poterit communis Regni obſeruantia, qualiter ſimiles contractus ſunt permiſſi, iuxta terminos l. curabit, C. de contrahend. empt. quòd pro recompenſatione fructuũ, quos percipit debitor, poſſit pendente ſolutione pretij promittere intereſſe, & hac ratione contractus eſt permiſſus, ſicuti ipſe Marius promiſerat dictis Gubernatoribus Montis in recompenſam capitalis dictæ ſummæ ducatorum 16000. ex intereſſe, quod ipſe exigere debebat à Duce Caiuani, quod dicti Gubernatores ceſſerant contra dictum Ducem, quo ſiquidem attento, validitas promiſſionis reſultauerat ipſius Marij, vnde Gubernatores dicti Montis obnoxij erant fundare, quòd Marius vigore dictæ ceſſionis factæ ab eis exigiſſet, & exegit à dicto Duce quantitates ceſſas tam capitalis, quàm intereſſe, quod dum non apparet nec per inſtrumentum, nec per aliam ſcripturam productam, Curia pro Tribunali ſedente, neutiquam procedi poterat via ritus, ſed ordinariè. Immò contrarium apparet, qualiter Marius requiſiuerat dictos Gubernatores, vt liquidaſſent inſtrumẽtum contra Ducem, iuxta promiſſionem contentam in dicto inſtrumento, quod non fecerant. Inſuper contrarium patet, quia ex ſumma ducatorum 1500. quam Gubernatores debent conſequi à Duce Caiuani, non habet emptionem annuorum introituum, neque intereſſe conuentum, ſed eſt inſtrumentum mutui, vt ibi legitur, Præſupponitur etiam ex parte Marij, quòd liquidari non poſſit inſtrumentum pro dicto capitale, quia dato, & non conceſſo, quòd contractus ſit validus cum dicto pacto reſtitutionis capitalis infra certum tempus, quod debebatur, vt dictum eſt, in menſe Octobris 1622. quòd dicto pacto fuiſſet renunciatum ex conuentione, nedum tacita, quæ à lege inducitur, ex eo, quia Gubernatores contenti remanſerunt poſt dictum menſem Octobris 1622. quo tempore poterant petere capitale, illud nolentes, ſed fuit ſubſequuta ſolutio tertiarum abſque petitione tertiarum vſque ad menſem Ianuarij 1627. quo tempore citauerunt, & non priùs ipſum Marium, immò etiam poſt dictam citationem Gubernatores mediante perſona Saluſtij Baſſi eorum Procuratoris petierunt ſolutionem tertiarum, quoniam ſuperſederent in liquidatione, vt ex vil lecto, & poſteà Gubernatores receperunt ducatos 150. vt ex partita, quæ ſiquidem exacta propter ſpatium annorum quinque tertiarum eſt certum, quòd de iure inducitur renunciatio pacti, non deberi capitale infra certum tempus, ad tex. in l. aduerſus, C. de

vſuris,& in l,quamuis,C.eod,& in l.ſi creditor, C.de iure dom.imp. Et qoòd huic pacto ſit renunciatum, expreſsè clarificatur ea probationibus productis,Curia pro Tribunali ſedente,hoc eſt ea fide,& ex teſtibus, qui depoount, quòd Horatius Gambacorta Gubernator dicti Montis declarauerat, quòd Marius priuſquàm monera mutaretur vellet reſtituere dictos ducatos 3000. & quòd Gubernatores dicti Montis voluerant ralaxare quandocuuque,& exigere tertias, & quamuis tales probationes, Curia pro Tribunali ſedente, non ſint plenæ,nec concludentes,tamen concomitatæ, ex facto prædicto, quòd Gubernatores per quinquennium poſt temporis lapſum,ſolutionis faciendæ dicti capitalis non petierint,ſed intereſſe eaegerant,vnde credendum erit, quòd dictum pactum ſoluendi capitale verè remiſſum fuiſſet, & tales probationes,& coniectutæ,vt à rigore ritus deniſtur,ſufficiunt ex his,quæ diait Præſ.de Fran, quælibet vmbra ſufficit.Quæ quidem eapreſſa conuentio recedentis à pacto clarificatur ea fide Rationalis,& comparitiooe ipſorum Gubernatorum,in qoibus legitur,quod debitorem declarant Marium à menſe Decembris 1623. pro tertijs ducatorum 3000, & non pto capitale,& tertias petierunt, non capitale, quamuis fuiſſet tempos maturatum, vt legitur ea proceſſu S.C. producto, Curia pro Tribunali ſedente. Et deniqoe erit in conſideratione habendum, quòd Marius de dict. ducatis 16000.quos promiſerat Gubernatoribus dicti Montis infra certum tẽpus ſoluir ducatos 13000.& reliquos duc.3000. voluit ſoluere anta mutationem monetarum, quod fuit maximum Montis vtile relaaare, & tertias illorum ſoluit,& iam in S.C.fuit preſentatum depoſitum tertiarum,pro quibus fuit citatus,quocirca omni iure decretum M.C.V. renocari,quòd procedatur ad interrogationem, tam pro capitale,quã pro tertijs,ſtãte depoſito, & ampliùs,quia dũ Marius ſoluerat duc.13000. ex dictis ducatis 16000. promiſſis remanet Mõs tutos pro raliquis ducatis 3000. nedum ex obligatione, quam contra Marium, & eius bona habet,ſed cum ſpeciali hypotheca,quam habet ſuper ducatis 16000. ceſſis ipſi Matio, de quibus receperat à Mario ducatos 13000. His tamen conueniunt pro deciſione articoli quæ tradit Carau. in ritu 166. num. 57. quòd exceptiones in promptu oppoſitæ, & probatæ impediunt inſtrumenti liquidationem, ac debitoris carcerationem,eundem ſequuti ſunt Reg. Rouit. in Pragm.1.num.19. alias 26. io nouis,de cenſ.nouiſſimè Reg.Capyc. Latro dec.45. num. 11. poſtquàm exceptiones in continenti probandæ nuuquam cenſentur reiectæ, Paul.Bellon.de poteſt.eorum, quæ ſiunt incont. par.1. cap.11.oom.3.& ſeq. de qùo ſatis apod Carol. de Graſſ. de exception. in 7. except. per totam. Et tales exceptiones,carcerationes impedientes in promptu probandæ,tunc dicerentur probari, quando per publicom inſtrumentum, item per aliam ſcripturam authenticam, & inſuper per teſtes, vt dicitur ad literam in titu 174. & 175.vt ſubdit ibi Carau.num.60. ad quod etiam Carol.de Graſſ. ibi num.8.comprobat,quòd exceptio ipſa incootinenti probari dicitur, ſi de ea conſtat per publicum inſtrumentum. Et ſic facta relatione in S. R. C. die 31. Auguſti 1628. per Iudicem Io.Baptiſtam Muſceptulam, deciſum fuit,quòd cauſa remaneat in S.C.& coram Regio Conſil.Octauio de Piccolellis Commiſſario cauſæ vertentis in S.C. à qoo decreto cùm fuiſſet reclamatum pro parte Gubernatorum prædictorum,& obtentum, iterum verbum fieri,tandem die 22.Septembris eiuſdem anni fuit decretum bene prouiſum in decreto lato ſub die 31. Auguſti 1628. penès de Amico Magiſtrum Actorum.

Liquidatio inſtrumenti facta contra debitorem ad inſtaotiam creditoris an poſſit retractari ex ſequentibus cauſis, primò, quia in prima Curia non fuerat vocatus, & non apparet de vocatione,& per conſequens non poterat cum requiſitoria vocari in ſecunda Curia, & iode omne ſubſequutum eſt nullum. Secondò, quòd intimatio ſit nulla,quia in inſtrumento eatat deſignatus locus citationis in Coria N. qui ſtipulauerat inſtrumeotum, & citatio fuit facta in curia alterios Notarij,Tertiò,qui requiſitoria vltimo loco eapedita ſit nulla,quia non fuit manu Iudicis firmata. Quartò, qualiter cum fuiſſet facta monitio, vt fieret actus interrogationis pro ſequenti die, talis actus non fuit factus, vt ex ſupplicatione porrecta conſtabat, quæ fuerat expedita die 20. Octobr.Hoc contingit hæſitari in S.C.io cauſa liquidationis inſtrumenti contra Marchioniſſam Corleti ad inſtantiam Illuſt. Principis Biſiniani D. Aloyſij Sanſeuerini, qui cùm ipſam citare feciſſet ſuper tenore inſtrumenti pro ſumma duc.7169.3. ex reſta docatorũ 56666.pretij Terræ Altimontis, & in aliis doc. 1568.4.7. pro intereſſe aſcendantibus ómnibus ad ſũmam duc.8738.2.7.ſub die 23.Martii 1616. in ioſtrumento venditionis dictæ Terræ facto à Regio Conſiliar. Saluo adminiſtratore patrimonij,in quo promiſerat ſoluere dictos ducat. 8738.2.7.inſra duos menſes,& interim ſoluere ad rationem decem pro centenario;& cùm non ſoluiſſet, remaoſit debitrix in ducatis 16200. tam pro cauſa dict. duc. 8738. pro cauſa tertiarum ipſorom,& benefactis quauis partita præfata Marchioniſſa vendiderat eidem Ill. Principi annuos ducaros 1296. ad rationem ducatorum octo pro duc.16200. capitalis ſoluendi ſingulis ſemeſtribus ratam com pacto executiuo in forma cum poteſtate liquidandi via ritus,deficiente ſolutione per duas pagas continuas,& in caſu liquidatioois deſignauit pro citatione Curiã Notarii Io.Andreæ de Auetra,ſitam ſubtus domum Ducis Veteris in frontiſpicio Eccleſiæ S. Angeli ad Nidum, vt in inſtrumento præſentato, & cùm defeciſſet Marchioniſſa à ſolutione, fuit ad inſtantiam dicti Ill. Principis expedita citatio ſuper tenore inſtrumeoti pro ducatis 16200. capitalis, & 1600. tertiarum, & fuit talis citatio facta in Curia Notarii Troyli Schiuelli deſignata in inſtrumento prædicto die 12. Auguſti 1629 & fuit incuſata prima contumacia die 7. Auguſti dicti anni, & vocata ipſa Marchioniſſa in prima Curia, comparuit de ſero, quæ licèt in ſecunda Curia fuiſſet vocata, ex quo creditor non comparuit,fuit licentiata. Inde die 3.Septembris 1629.fuit expedita requiſitoria,quòd ipſa Marchioniſſa comparuiſſet prima die,nullo triduo expectato, nec contumacia incu-

Digitized by Google

incuſata reſponſura ſuper tenore inſtrumenti liquidari alias petiti ad inſtantiam Principis pro duc. 16300. capitalis, & ducatis 1600. pro tertiis in citatione contentis pro cauſa, vt in ea. Et intimata requiſitoria prædicta die 15. Septembris, vt ex relatione, ſic dicendo: *Intimata detta Marcheſa in Curia di Notare Troylo Schiuelli, doue reſiede Not. Gio. Ant. de Auetra designata nell'inſtromento, ſita à S. Angelo à Nido preſente le gente di detta Curia.* Inde de nouo fuit vocata in ſequenti Curia die 28. Septembris eiuſdem anni coram creditore, ſed ex parte Marchioniſſæ fuit allegata infirmitas, quæ eſt exceptio permiſſa & clauſa in corpore dicti ritus 267. Galter. in praxi inſtrum. in 3. pat. rub. 6. num. 4. Ob quod fuit ordinatum, vt fieret acceſſus, quo facto per Iudicem hebdomadarium præfata Marchioniſſa præſentauit quaſdam ſcripturas, & fuit iuſſum, viſis ſcripturis extra bancam prouidebitur, verùm quia ſcripturæ præſentatæ non faciebant ad cauſam, quia erant prouiſiones R.C. in beneficium Vniuerſitatis Altimontis cum inſertione conſultæ R. C. quòd Perceptor, & Theſaurarius Calabriæ exigerent certas pecuniarum quantitates debitas Regiæ Curiæ pro reſiduis Fiſcalium, vnde per eandem M. C. fuit ordinatum, vt procederetur ad interrogationem, & proinde die 16. Octobris fuit alia requiſitoria expedita, vt fieret interrogatio die ſequenti, eodem die notificata dictæ Marchioniſſæ, & cum actus interrogationis factus eſſet die 17. in ipſo actu interrogationis ex parte dictæ Marchioniſſæ fuit præſentata ſupplicatio cum decretatione ſolita, comparente perſonaliter, & præſtita cautione de parendo mandatis S.C.M.C. verbum faciat, fuit expectata Marchioniſſa vſq; ad diem 22. Octobris, dum die ſequenti fieri debuerat prouiſio ex ſtylo, vt fideiuſſionem præſtaret, & cùm non fuiſſet tunc præſtita, fuit interpoſitum decretum, ex quo dicta Marchioniſſa debitrix non adimpleuit, iuxta formam retroſcriptæ decretationis remaneat condemnata pro ſumma in citatione contenta, & expediantur ad inſtantiam Principis Biſiniani literæ executoriales in forma, & conſignentur, vnde præfata Marchioniſſa comparuit cum memoriali Collateralis, aſſerendo, qualiter Magiſtri Actorum M.C. noluerunt capere fideiuſſionem, & proinde expoſtulabat, admitti abſque fideiuſſione, iam quia creditor erat cautus ſuper Terra Altimontis, aut concedi tempus, vt inueniret fideiuſſorem, & interim ſuperſederi in condemnatione, & per dictum Collaterale fuerat prouiſum, quòd M.C. ante omnia prouideat ſuper contentis in memoriali, cum illius prouiſione facta die 23. Octobris, & ſic poſt condemnationem, & cùm ſe condemnatam vidiſſet, præſentauit ſupplicationem, quòd facto mandato prædictæ Marchioniſſæ, quòd detineat domum loco carceris, M.C.V. de ſupplicatis verbum faciat in Sacro Conſil. & ea perſiſtente pro reuocatione decreti præſentauit dictas nullitates. Ex parte ipſius Ill. Principis replicabatur, omnino fore confirmandum decretum prædictum, non obſtantibus nullitatibus oppoſitis, & quantum ad primam nullitatem propoſitam dicebatur, dictam Marchioniſſam fuiſſe vocatam in prima Curia, quod verificabatur, quia ipſa vocata præſentauit comparitionem de ſero, fuit inde vocata in ſecunda Curia, & quia creditor non comparuit, fuit licentiata, vt iuris eſt, & in praxi receptum, vt infra dicam. Fuit neceſſe, vt fieret inſiſtentia in alia Curia, ſicut facere aliam requiſitoriam, de quo fuit factum notamentum in folio, quod in proceſſu aderat ante citationem folii nuncupatum interlocutoriè, & ad præſens dictum foliū reperitur ſublatum, vt fidem faciunt Magiſtri Actorum & Scribæ, & pariter ex libro Archiuii, & etiam ex libro ciuili Magiſtri Actorum, vbi fit notamentum omnium liquidationum inſtrumentorum. Reſpectu ſecundæ nullitatis dicebatur, verum eſſe, quòd fuit deſignata Curia Not. Io. Andreæ de Auetra, ſed in inſtrumēto dicebatur, etiam ſi non habitauerit, quamuis relatio dicat in Curia Notarii Troyli Schiuelli, ſubſequitur relatio ſic dicens: *ſotto le caſe de Duca de Vetri deſignata nell'inſtromento*, & ſufficit aſſerere, quòd ſit Curia deſignata in inſtrumento, ex quo non ſequitur, non habitat Notarius Io. Andreas, ſed Notarius Troylus, ergo eſt nulla, quia fuit conuentum, quòd potuiſſet citari in dicta Curia, etiam ſi Notarius Io. And. ibi non habitauerit. Nihilominus hoc idem clarificatur ex alia relatione, vbi dicitur, *hauer citato in Curia di Notario Troylo doue reſide lo Notario Gio: Andrea d'Auetra deſignata nell'inſtromēto*, & producitur fides, qualiter in Curia, vbi reſidet Notar. Troylus præfuit Notario Io. Andreæ, donec vixerit, nec aliam Curiam habuit, & circa hoc aduertendum erit, quòd licèt inſpecto iure communi citandus erit perquirendus per Ciuitatem, vt perſonaliter citari potuiſſet antequàm ad eius domum deueniatur, gloſſ. in cap. cauſam, de dolo, & contum. & c. ſignificauerunt, de teſtibus, Bal. in l. fin. C. de iure dom. imp. cum aliis apud Palmam in ſua praxi, par. 2. gloſſ. 10. n. 1. Et per Conſt. Citationis, vbi Afflict. in 1. notab. dixit, quòd citandus erit perquirendus per Ciuitatem, vt perſonaliter citari poſſit, & non repertus, facta priùs diligentia, domi citari debeat, vt tradit etiam Galter. in ſua praxi inſtrum. 3. par. principali, rubr. expediatur citatio, ſub. n. 32. tamen ibi ſubdit, quòd ſufficiat, ſi nuntius directò vadat ad domum citandi, ex mente Bal. in l. conſentaneum, un. C. quomodo, & quando Iud. & hæc opinio approbatur per Reg. Prag. in cap. quilibet agere, de ord. iud. poſtquàm hæc alternatiua ſufficiat, vt alterum adimpleri, vt proſequitur ibi Palma, ſicque pro vera habita iſta opinione, quòd citatio fieri debeat ad domum habitationis, vt ibi Palma num. 6. & Galter. ſuprà citatus, ex Foller. in praxi crim. rub. vel eos verbaliter, &c. num. 29. nam domus eſt refugium, & vniuſcuiuſque auxilium, l. pleriq; ff. de in ius voc. Et citra debitum citatio ipſa, quæ fit domi, eſt ſubſidiaria, ex quo dum non poteſt haberi de perſona, fit citatio in domo ſolitæ habitationis, ex gloſſ. in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. & in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de dam. inf. notat Afflict. in Conſt. Probationum, ſub num. 4. in 4. notab. & quia in eius domo ſūt vel vxor, vel filii, vel filia, & illi habitantes præſumuntur, quòd deducant in notitiam, quòd fuit citatus de commiſſione Iudicis, vt Afflict. in dict. Conſt. Citationis literæ, ſub num. 4. in 3.

norab. Sed quoties ex particulari pacto conuentum ſit, vt in certo loco fieri debeat citatio, vt communiter fieri ſoler in confectione inſtrumentorum, pro citatione facienda ſuper tenore inſtrumenti, & eo caſu erit obſeruanda, & ſi ibi nullus reperiatur, debet fieri in domo ſolitæ habitationis, vbi habitat cum familia, vt ex Bart. notat ibi Afflict. num. 5. taliter quòd ſi fuerit deſignata Curia pro citatione facienda, & ibi nullus habitaret, debet fieri in domo habitationis, vt de ea notitia habeatur, & ſi dictum eſſet, in Curia talis Notarij, & talis Notarius ibidem non reperiretur, ſed alius, exiſtimarem, quòd tunc pro validitate citationis debet fieri ad maiorem cautelam in domo habitationis, ex allegatis, dummodò dictum ſit, ſiue talis Notarius perſiſteret in tali Curia, ſiue non, vt in caſu præmiſſo, & eo caſu bene procederet citatio. Reſpectu tertiæ nullitatis circa requiſitoriam replicabatur, ipſam non egere forma, quia dum fuerat expedita citatio in forma vocata in prima Curia, ex quo ipſa debitrix comparuit cum compatitione de ſero, cum qua aliud non ſit, niſi ſuperſederi in expeditione literarum executorialium, nam per Actuarium notatur in libro contumaciarum, & euitabit pœnam, Galter. in dict. praxi, 2. par. tertiæ partis, tub. 1. ſub num. 3. attamen in ſecunda Curia eſt neceſſe fieri inſiſtentiam, quæ eſt ſecunda comparitio per debitorem, præſente creditore, quam ſi debitor nõ fecerit, contumacia firma remanebit, comparitione de ſero non obſtante, ex ritu 204. & prag. 13. de offic. Magiſtri Iuſt. §. item quod, & Rober. & Carau. ibi relatis per Galter. verùm quia in caſu enarrato non fuit præſens creditor, ideò fuit Marchioniſſa licentiata, vt iuris eſt, & docet ibi Galter. in verſ. ſi verò abſuerit, & ad hoc, vt debitori innoteſcat, quòd creditor vult venire ad aſſiſtentiam faciendam, fit requiſitoria, quæ eſt ſimilis citationi ad dicendum, quia nil aliud continet, quòd debitor compareat in prima Curia reſponſurus vti principalis ſuper liquidatione inſtrumenti iam petita, pro ſumma contenta in citatione, quæ remanebit valida, ac etiam validæ contumaciæ, neque opus erit noua incuſatione contumaciæ, quia in ea ſimiliter dicitur, nullo triduo expectato, neque contumacia incuſata, vt docet ibi Galter. num. 5. & cùm talis citatio notificata fuiſſet dictæ Marchioniſſæ, quia poſtea comparuit, allegando infirmitatem præſentauit ſcripturas. Vltimæ nullitati dicebatur, interrogationem fuiſſe factam die 17. Octobris, & ſic die ſequenti poſt monitionem, & ſupplicatio non aliter fuerat prouiſa die 20. Octobris, ſed fuit eodem die 17. & apparet vitiata, quod euidenter patet ex relatione facta Suæ Excellentiæ per Reg. Conſil. Felicem de Ianuario, in qua dicitur, quòd M. C. die 13. Octob. ordinauerat, vt procederetus ad interrogationem, & die 16. eiuſdem fuit monita. Marchioniſſa, vt veniret ad dictum actum interrogationis, quæ ſupplicationem porrexerat ex dicto decreto, & per Præſidem decretum in forma, nempe comparente perſonaliter, & præſtita cautione, &c. quæ fuit præſentata die ſequenti, & producitur fides Magiſtri Actorum, qualiter dicta ſupplicatio fuit præſentata die 17. Octobris in actu interrogationis. Et proinde non obſtabit memoriale Collateralis Conſilij, in quo adeſt prouiſio die 23. Octobris, poſt decretum eiuſdem M. C. quòd remaneat condemnata, interpoſitum die 22. Octob. immò idem memoriale clarificat, actum interrogationis factum fuiſſe, quia pe[r]ierat tempus dandi fideiuſſionem, & interim ſuperſederi in condemnatione, manifeſtum ſignum, quòd non remanſerat facere actum interrogationis, ſed ſolùm ad condemnandum, quemadmodum decretum ſubſequebatur die 22. Octob. ex quo non adimpleuit, remaneat condemnata, ob ſtylum ordinarium eiuſdem M. C. in liquidationibus inſtrumentorum, quando in actu interrogationis præſentantur ſupplicationes cum decretatione, comparente perſonaliter, & præſtita cautione de parendo mandatis S. C. M. C. faciat verbum, ſicuti ex fide Magiſtrorum Actorum M. C. producta apparebat, de quo etiam per eundem Galter. in dict. praxi, loco relato, num. 9. Inde facta relatione in S. C. per Iudicem Donatum Coppulam, die 3. Maij 1630. in aula olim Conſil. de Angulo, vbi interfuerunt Regij Conſil. de Piconlellis, Marcianus, Carleual, & Apicella, fuit per idem S. C. deciſum Remiſſa eſt, penès Secretarium in banca Sixti, & ſic fuit confirmatum decretum eiuſdem M. C. Hæc non ab re diſcuſſa recenſere vanum fuit, cùm in dies idem accidere poſſit in actu practico circa iſtam materiam frequentem in Tribunalibus Regni, ideò ſatis notanda erunt in poſterum.

Liquidatio inſtrumenti ad inſtantiam hæredum creditoris, impediri an poſſit prætextu coloratæ quietationis, factæque receptionis raſidui pro complemento magnæ ſummæ ex libro reſultãte, non aliter notata in margine inſtrumenti, iuxta formam pacti adiecti in dicto inſtrumento, vt non poſſit ſolutio probari per teſtes, vel ſcripturas publicas, vel priuatas, niſi per deſcriptionem factam in inſtrumento pro receptione in contanti, ex facti ſerie apparebat, qualiter celebratis inſtrumentis ſub die 11. Iunij 1629. inter Ioannem Caluaneſe debitorem, & Carminum Caluaneſe eius fratrem pro ſumma certarum quantitatum cum obligatione Felicia Caluaneſe filij, Ioannis Alphonſi Hodierna, & Hieronymi de Letitia, qui ſe obligauerat ſoluere eidem Carmino ducatos 2038. hoc eſt ſingulis diebus Iouis partem ducatorum centum, vnà cum rata intereſſe ad rationem ducatorum nouem pro centenario, cum relaxamento ducatorum bis centum dictæ ſummæ priùs debitæ, & aliorum ducatorum 59. debitorum per dictum Ioannem vigore apocæ, cum pacto expreſſo, quòd in caſu deficientiæ duarum ratarum aſcendantium ad ſummã ducatorum bis centum, potuiſſet liquidari inſtrumentum pro tota ſumma, & intereſſe, & etiam pro dictis ducatis bis centum relaxatis, ac alijs ducatis 59 & pariter conuentum fuerat inter eos, quòd ſolutio non potuiſſet probari ex quauis ſcriptura etiam publica, & partita banci, & cum ſubſcriptione propriæ manus ipſius creditoris, ſed ſolùm pro contantis notandis in margine inſtrumenti, & non aliter, dum igitur viuente ipſo creditore debitor à die 25. Iulij, vſque ad diem 28. Iulij ſequentis anni 1629. ſoluerat ducatos 400. cum eorũ adnotatione in margine dicti inſtrumẽti,

ſucceſſo

ſucceſſo indè obitu ipſius creditotis de menſe Auguſti 1629. ſuperſtitibus Iacinto, Ioſepho, & Carolo filiis ipſius Carmini, in minori ętate cōſtitutis, fuit declaratus curator ipſius Iacinti præfatus Ioannes debitor, & aliorum fratrum ob mortem Didaci Caluaneſe, nec non Syluia Roſſa eorum mater tutrix relicta ab ipſo Carmino, quæ ſiquidèm Syluia conſtituit procuratorem eundem Ioannem ad exigendum, quietandum, ſoluendum, caſſandum ſcripturas, coſtringendum renitentes, & faciendum omnia, & ſingula, prout tenebatur, & opus erat. Poſt igitur dictam procurationem factam præfatus Ioannes à die 4. Martij vſq; ad diem 16. Aprilis 1630. ſoluerat eidem Syluiæ tutrici in compotum dicti crediti alios ducatos 2001.2.10. inclusis ducatis 323. ſolutis à Saluatore Celentano cum illorum annotatione in imargine dicti inſtrumenti, ſeruata forma pacti, inde cum compertum fuiſſet per dictam tutricem, dictum debitorem, curatorem, & procuratorem magnam quantitatem pecuniarum accepiſſe ex dicta hæreditate, prætextu ſolutionum factarum quibuſdam creditoribus in ære figurando, cum ſuppoſitiones ſcripturarum figuratarum, & alio indè curatore Franciſco Antonio Piſtacchio V.I.D. conſtituto ob illius priſtini ſuſpitionem fuit proceſſum ad citationem ſuper tenore inſtrumenti die 4. Iunij 1630. ad inſtantiam Ioſephi, & Caroli Caluaneſe, Syluię Roſſę tutricis, nec non Iacinti Caluaneſe, & prædicti Fráciſci Antonii, tam contra Ioannem debitorem principalem, quàm contra dictum Hieronymum Letitia, ac alios inſolidum obligatos pro ducatis 8,6.2.10. capitalis, incluſis etiam dictis ducatis biſcentum relaxatis, ac alijs ducatis 59. 4. 6. pro intereſſe decurſis, & quia ſequenti die 5. Iunij 1630. ipſa Syluia reuocauerat procurationem factam in perſonam dicti Ioannis debitoris, præſatus Ioannes ad impediendam liquidationem ſub ſimulsta conuentione geſta cum dicto Hioronymo eius fideiuſſore, & conſocio, qualitèr dictus Hieronymus fuiſſet realitèr debitor hoc geſſerat, primò poſt diem citationis vti procurator dictæ Syluiæ, & curator Iacinti de mane ſub hora duodecima per alium Notarium confeſſionem fecerat, recepiſſe à dicto Hieronymo Letitia ducatos 25. ad complementum ducatorum 636..2.10. nàm alios ducatos 611.2.10. receperat in pluribus ſolutionibus à dicto Hieronymo ad complementum duc. 2038. & cùm voluiſſet adnotari facere in dicto inſtrumento dictam receptionem à vero Notario, inuenit reuocationem procurationis, ſecūdò vt meliùs verificatur, tractatum, qualitèr prædictæ partitæ totius ſummæ duc. 2038. à die 28. Decembris 1629. vſque ad diem 5. Iunij 1630. ex vna parte per ipſum Ioannem reperti fuiſſent adnotari in quadam cartula in pluribus partitis deſcriptis, & ſubſcriptis ſua manu, figurando eas ſolutas ab ipſo Hieronymo eidem Ioāni procuratori, & ex alia parte, qualitèr dicta ſumma pecuniarum, & partitæ cum eiſdem diebus reperirentur notatæ in libro ipſius Hieronymi, & tandem præſentatis Curia pro Tribunali ſedente dictis cartulis, libro, & receptionibus cum obiectione aduerſus pactum, vti factum contra ius, etiam à lege improbatum, iàm extinctum per obitum creditoris, fuit per M.C. iudicatum, vt ordinariè ageretur, & cùm fuiſſet appellatum ad S. C. & obtentum, de prædictis verbum fieri, vndè pro reprobatione, & comprobatione pacti diceretur infrà eodem, verbo pactum, ſed quantum ad prædictas quietationes cartulā, & librum, cum quibus ſe tuebatur ipſe debitor, dicebatur ex parte pupillorum, de eis nullam habendam fore rationem, & primò, quia dicta quietatio facta die 5. Iunij 1630 & ſic poſt diem citationis factæ perſonalitèr dictis Ioanni, & Hieronymo ab ipſa Siluia, ac etiā poſt notitiam habitam reuocationis dictæ procurationis, fuerunt factæ tales ſolutiones, quæ fieri non poterant, dato, quod ipſe Hieronimus fuiſſet debitor, ad tex. in l. qui hominem, §. ſi filium, ff. de ſolut. Immò ſufficiebat, habuiſſe notitiam ipſum procuratorem per ea, quæ habentur in cap. ex parte il 3. vbi gloſ. & Abb. num. 12. & in fine, & alij num. 19. de reſcrip. & per tractationem cauſæ, & citationem ſuper tenore inſtrumenti ab ipſa Syluia principali factam, notificatam dicto Hierouymo, & mandatum reuocatum fuit, ità quod ſoluere non poterat dicto Ioanni procuratori reuocato, ex tex. in cap. ſi quem, de procur. in 6. Secundò, quia prædicta quietatio eſt euidentèr colluſiua ex eodem, quod deduxit idem debitor, quia aſſeruit, fuiſſe factam die 5. Iunij 1630. hora duodecima per alium Notarium, & procurationem eiuſdem Syluiæ eodem die hora decima octaua fuiſſe reuocatam, igitur dùm hora duodecima non erat reuota, cur procurauerat fieri facere quietationem per alium Notarium, & non per illummet, qui ſtipulauerat dictum inſtrumentum, & procurationem, & benè tàm dictus Ioannes, quàm Hieronymus ſciebant onus faciendi annotare partitas in imargine inſtrumenti, indè deſumitur euidens fraus, & dolus, non obſeruando dictam ſolemnitatem, & pactum, ex adductis per Oſaſc. deciſ. 109. num. 9. Tertiò, quia in dicta quietatione præfatus Io. principalis debitor fingendo eſſe debitorem dictum Hieronymum, vti procurator dictæ Syluiæ, & Curator dicti Iacinti dixerat, recepiſſe in contantis ducator 25. ad complementu m ducat. 636. 2. 10. & reliquos ducatos 631. 2. 10. confeſſus fuit recepiſſe in pluribus partitis, & ex diſpoſitione iuris non habens dictus procurator mandatum à dicta Syluia cum libera poteſtate iuxtà terminos l. procurator, cui generalitèr cum libera, ff. de procur, immò limitata cum certa lege ad exigendum, quietandum, caſſandum ſcripturas, & conſtringendum renitentes, & faciendum omnia, & ſingula, prout tenetur, & opus erit, & in plena copia ad inſtructionem Iudicis, non alitèr probata in promptu Curia ſedente vera numeratione, dicta confeſſio in præiudicium creditoris mandantis à dicto procuratore fieri non poterat, & facta non nocet, ſecundùm Bald. in l. omnes, §. ad hæc, C. de quadrien. præſcrip. Bar. in l. 2. §. fin verſ iſta ſunt vtilia, ff. ſi cert. pet. & in l. abſtulit, C. de nouat. & in l. ſi debitorem, ff. eod. Capyc. dec. 16. à num. 7. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. numer. 11. & ſeqq. Stracca de mercatura, tit. mandati num. 3. quibus addo, quod licèt talis ſolutio facta ad complementum cenſetur anteà ſoluiſſe reliquum, Coſta Sicul. in conſ. 69. num. 3. latè

Au-

Anton. da Amato var. reſol. tom. 2. reſol. 97. nu. 12. & operatur præiudicium creditoris tantùm, cui talis ſolutio facta eſt, vt ibi Amat. num. 9. probat, non tamen poterat afferre præiudicium ipſi tutrici varè craditrici per confeſſionem factam ab ains Procuratore, dum non aliter conſtatet aliunde per partitas ſolutionum, vt inquit ibi Amat. num. 7. Idcirco obſtare non videbatur cartula receptionis ſub colore quietationis, ex quo non erat confecta per actum publicum, nec ſubſcripta à teſtibus videbatur de recenti ſacta ex aadem manu, charactere, & tinctura, quamuis cum interuallo multorum menſium, eadem receptio arguitur ſuſpecta de falſo, & nullius fidei, quia præfati Io. & Hieronymus tam in compatitione, quàm in dicta quietationa dicunt die 5. & 8. Iunij 1630. qualiter ipſe Hieronymus ſoluit dicto Ioanni ducatos 636. 2. 10. & in dicta receptione leguntur receptiſſa pluſquàm ducatos bis mille, igitur ſuſpecta, & ſi dict. Ioannes die 5. Iunij 1630. recepit duc. 25. pro dict. quantitate, cur de nouo notati fuerunt in dicta receptione eodem die, & ſi die 5. Iunij per quietationem declaratur, quòd ſit facta ſolutio totius debiti duc. 2038. qualiter poſt tres dies, & ſic die 8. Iunij idem Ioannes in dicta comparitione dixerat, recepiſſe à Hieronymo ſolùm ducatos 636. intra maiorem ſummam debitam per eoſdem obligatos, ergo ſuſpecta, quia in eadem receptione legitur, quòd Hieronymus de ſua pecunia ſoluit Saluatori Celentano creditori dicti Carmini, & ex ſcriptura publica, & quietationa Saluatoris legitur, qualiter ſunt de pecunia ipſius Ioannis, igitur dictæ ſcripturæ ſunt inuicem contrariæ, nec proinde erit habenda ratio de dicta quietatione, nec confeſſione principalis debitoris in præiudicium creditoris, arg. l. qui teſtamentum, de probat. vbi gl. Neque obſtabat liber ſub colore quietationis, quoniam ex eo clarè videbatur eadem manus, character, & atramentum, & de recenti, nec omittendum, quòd dictus liber non poterat eſſe ipſius Ioannis, quoniam ipſe erat nominatus craditor, & debitor in eodem libro in perſona tertij, nec atiam eſſe poterat ipſius Hieronymi, quia ipſe etiam erat nominatus vti creditor, & debitor in perſona tertij, igitur alter liber ſimulatus, ſuppoſitus, & vitiatus, dum cernebatur in coperta incipere 1628. 1629. & in corpore incipit ab anno 1627. & ampliùs, quia erat liber debitoris, qui nullam fidem facit pro ſcribente, ex vulg. l. exemplo. & in l. rationes, cum concordant. C. de probation. & in l. quædã, §. nummularius, ff. de eden. tantò magis data tanta magna quãtitate, & ſuſpitione producéris. ſicqua dum obſtare non poſſint quietatio, naque colores, chartulæ, & liber, perlegendo ex inſtrumento pactum, ac voluntatem contrahentium, qualiter non repertis ſolutis in contanti pecunijs, neque notatis in imatgine inſtrumenti, etiã ſi ſolutiones probara voluiſſent per partitas banci, & apocas firmatas ab ipſo Carmino creditore, potuiſſet inſtrumantum liquidari, quæ nam difficultas poterit remanere, quæ impediat dictam liquidarionem, poſtquam quando dicti debitores ſoluere voluiſſent contra formam dicti inſtrumenti, non erint liberati, nam tanquã debitores ſcientes pactum, non poterant mutarea, quæ à domino creditorè ſpecialiter erant prouiſa, & ſi ipſe Io. fuiſſat procurator generalis, l. ſi hominem, vbi Doct. ff. mand. Bart. in l. ambitioſa, ff. da dec. ab ord. fac. eſt enim in dolo qui non vult facere id, ad quod ſcit, ſe teneri, ex ſing. tex. in l. dolus, ff. man. qui dolus etiam in generali, & libera procurationa ſemper videtur exceptus, vt refert Natta conſ. 342. poſt Bart. in l. creditor, § Lucius Titius, ff. mand. Eò ampliùs, quia dum publicari intenderet Sylua facere excommunicationem, vt ipſa colluſio, & dolus manifeſtarentur, præfati debitores eam impediuerunt, vt ex fide præſentata apparabat, quod eſt ſignum manifeſtæ confeſſionis, arg. l. manifeſtè, ff. de iureiur. Eapropter facta relatione in S. C. in aula Cõſ. Don Gregorij de Angulo per Iudicem Ioannem Cioſſum, fuit per idem S. C. decretum huiuſmodi, Remiſſa eſt eidem M. C. V. quæ prouideat, quòd procedatur ad interrogationam, ſicuti patet ex actis in banca Buzzacarini.

Liquidario inſtrumenti an impediatur prætextu litis pendentiæ in S. C. ac compilato proceſſu, pluries deciſum fuir per idem S. C. affirmatiuè, & prouiſum, cauſam remanere in eo, & vnico actu prohiberi M. C. ne procederet ad interrogationem, D. Reg. Sanſelic. dec. 212. num. 7. ſed ſi proceſſus fuerit compilatus in M. C. fuit deciſum, vt expectararur exitus cauſæ, & confirmatum per S. C. ſubdit n. 8.

Liquidatio legitimæ facienda filiæ, cui legitima relicta fuerat, an contineat dotes datas, vel promiſſas alijs filiabus à patra, relata fuit deciſio ſuprà in verb. Dotes.

Liquidatio inſtrumenti an nulla reddatur, ſi fuerit facta ex cauſa tertiarum adhuc non debitarum, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, & conſequenter iuſſum, capitale reſtitui debitori, & creditor condemnatus ad pœnam Fiſco, refert Io. Baptiſta Hodierna in addit. ad Sucd. dec. 65. num. 27. in noua impreſſione.

Liquidatio inſtrumanti fieri debet per cedantem, & ceſſionatium ſimul, & ſemel, adeò quòd neque per ceſſionatium poterit liquidari inſtrumentum, niſi cum interuentu cedentis, qui fuit ſtipulatus de facie ad faciem, vt per Vrſil. dec. 64. num. 8. probat Reg. Rouit. in rub. de liquid. inſtrum. num. 10. latiùs Galter. in praxi inſtrum. par. 1. ſecundæ partis, rub. 1. num 30. Sed contingit hæſitãri, ſi cedens cogi poſſit inuitus liquidare, ad quod Præſ. de Franch. dec. 353. quem ibi Reg. Rouit. ſectatur, nagatiuè reſpondit, ſubdens niſi in actu ceſſionis ſe obligauerit ex pacto ad liquidandum, inſtante ceſſionario, vt docet Scaglion. in ritu 163. num. 21. & hac cautela vtimur, vt inquit ibi Galter. num. 31. hoc igitur præſuppoſito contingit in cauſa Vincentij Galani cedentis, & Antonij Police ceſſionarij contra Ill. Principem Noyæ debitorem difficultari, ex quo ambo interuenire debuerant in liquidatione, & dictus cedens, qui ſibi reſeruauerat poteſtatem liquidandi, citari fecerat dictum debitorem pro ſumma ducatorum 3000. & incuſauerat primam contumaciam, deinde pœnitentia ductus noluerat liquidare, ob quod cogi debuerat ad liquidandum, fuit captus, & Curia pro Tribunali ſedente renuerat liquidare, & videbatur dicendum, ſtante pœnitentia non poſſe cogi ad agendum.

Digitized by Google

agendum, quia agere non debet quis cogi inui-
tus, Bart. in l. creditor, num. 2. C. de pign. & præ-
ſentia non ſufficit vbi conſenſus requiritur,
gloſſ. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Et li-
cèt hoc procedere videatur ante porrectionem
libelli, nam poſt porrectionem cogitur, niſi re-
nunciet, vt inquit Bart. in auth. qui ſemel, num.
6. C. quomodo, & quando Iudex, &c. Nihilomi-
nus fuit habitum pro vero, quòd ſola eius ce-
dentis præſentia ſufficeret, etiam ſi non iurauer-
rat, quia cogi poterat, vt dictum eſt, poſtquam
præſentia pro conſenſu habetur, gloſ. in l. ſi ſer-
uus, §. ſi furtum, ff. ad l. Aquil. & l. Gaius, ff. de pi-
gnor. act. Sicque fuit per M.C.V. iudicatum, eo
exiſtente in Curia, quòd debitor remaneat con-
demnatus de menſe Februarij 1643. in banca
Serafini, quibus conueniunt tradita per Anton.
Capyc. dec. 1. in fine, vbi tradit, quòd licèt cita-
tio ad ſententiam ſit de ſubſtantia etiam in
ſummarijs, tamen ſecùs erit in ſententia Prin-
cipis, vel ſi fuiſſet præſens in probatione ſenten-
tiæ, quoniam ſufficeret, apparere de ſententia,
ex Bal. in l. fin. C. de ſent. ex breu. recit. & Aret.
in cap. 1. de iudic. & præſentia includit actus
intelligentiam, probat ex Bart. idem Capyc. dec.
192. num. 3. Surd. dec. 216. num. 10. immò inclu-
dit vſum, Bal. in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam. in
1. col. verſ. caueant tamen. Quanquam autem
præſentia non inducat conſenſum regulariter,
quia talis præſentia non facit, vt quis videatur
in ſui præiudicium conſentire, Maſcard. de pro-
bat. concl. 1215. num. 4. Et potiſſimùm ſubſequē-
te taciturnitate, tunc diceretur diſſentire, quia
de eius damno agebatur, Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 42. num. 10. & 24. Et maximè in
eius præiudicium, quoniam tunc præſens, & ta-
cens non dicitur conſentire in reſpicientibus
eius præiudicium, & ius perſonale, Pariſ. conſil.
21. num. 51. vol. 4. Surd. dec. 302. num. 3. & conſ.
45. num. 45. conſ. 164. numer. 44. Barboſ. in eius
opuſculo Princ. iur. lit. Z. num. 1. in medio, Me-
noch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 74. numer. 8.
Nihilominus quia tacere eſt medium inter con-
ſentire, & diſſentire, Bart. in l. quę dotis, num. 21.
ff. ſolut. matrim. exquiritur in hoc contradictio
expreſſa, & ſic præſens, & non contradicens di-
citur conſentire, Cagnol. in l. ſemper, ff. de regul.
iur. num. 1. Pariſ. conſ. 32. num. 28. volum. 4. &
conſ. 76. num. 8. Et ſic præſens, & tacens con-
ſentire videtur, probat Io. Ant. Bellon. conſ. 55.
num. 27. Menoch. dict. tract. lib. 3. præſumpt. 42.
num. 12. 22. & 23. Nam præſentia alicuius facit
etiam præſumi acceptationem, & conſenſum,
Mandel. conſ. 782. num. 32. Eò ampliùs quando
eſſemus in iudicio, quoniam præſens, & tacens
in iudicio habetur pro conſentiente, etiam in
ſui præiudicium, Pariſ. conſ. 132. num. 27. vol. 4.
eò quia præſentia inducit conſenſum in iudi-
cialibus, Surd. dec. 47. num. 9. & conſ. 8. num. 29.
conſ. 12. num. 35. conſ. 445. num. 25. conſ. 188. n.
25. Hæc ſunt ſuperaddenda ad eandem alterca-
tionem proditam ſuprà in verbo Ceſſionarius.

Liquidatio inſtrumenti impediri an poſſit prætex-
tu ordinis oretenus dati Iudici à Præſide S. C.
De hoc incidit cōtrouerti etiam in Collatera-
li Conſilio, cùm fuiſſet datus ordo oretenus Io.
Arcamono Iudici M.C.V. per eundem Specta-
bilem Præſidem S.C. ne procederet ad liquida-
tionem inſtrumenti contra Ill. Marchionem
Montisleonis ad inſtantiam N. Zattaræ, & cum
Curia pro Tribunali ſedente inſtatum fuiſſet
pro ipſa liquidatione, præfatus Iudex vti Heb-
domadarius inſimul cum alijs Iudicibus pro-
ceſſit ad dictam liquidationem, non obſtante
dicto ordine ſibi oretenus iniuncto, & hoc at-
tenta diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ 8 §. 4. de
liquidat. inſtrum. cuius verba ſunt hæc. *Volemo,
che pendente la cauſa di liquidatione d'inſtromen-
to in Vicaria tanto prima, quanto dopoi, che s'era
introdotta, e riferita in Conſilio, non poſſa il S.C.
collegialmente, e molto meno li Conſeglieri in parti-
colar dar ordine alla Vicaria à bocca, ne per de-
creto, che ſopraſeda in quella, ò che mandi il pro-
ceſſo, ò li atti, ò che altro modo poſſa impedire il pro-
greſſo della cauſa, &c.* & dicendum videbatur,
non fuiſſe in ea incluſum dictum Præſidem
S.C. & proinde ipſum potuiſſe talem ordinem
oretenus facere Iudici, nam lex ſi aliud voluiſ-
ſet, dixiſſet, l. vnica, §. fin autem, C. de caduc. tol.
cum alijs apud Barboſ. in opuſcul. Principia Iu-
ris, lit. I. num. 32. & ideò cùm ipſe non fuerat ex-
preſſus, id agere potuiſſet, eò ampliùs, inſpecta
ſuprema eius poteſtate in ipſa M.C. quæ illi ſu-
beſt. Præterea quia Præſes S.C. repræſentat per-
ſonam Regis, Gramm. dec. 76 num. 33. & 34.
Muſcatel. in praxi S.C. lib. 2. gloſſ. tenebitur, nu.
97. cui inſcribitur in ſupplicationibus. Sacræ
Regiæ Maieſtati, vt inquit D. Reg. Tapia in ſuo
iure Regni, rub. de offic. S.C. quo fit, vt quemad-
modum Princeps poterit mandare ſuo Officia-
li, vt ſic iudicet, vel pronunciet, ex Bal. in l. 1.
vlt. col. C. quomodo, & quando Iud. perpendit
Martin. Laud. in tract. de Principe, art. 405. quos
probat Caſſan. in catal. glor. mund. par. 1. con-
ſider. 24. priuil. 22. & pariter inhibere. Ita etiam
præfatus Præſes, cui omnino parendum ſit, ma-
ximè ſi inferior fuerit Officialis, ad tex. in cap.
cum Inferior, de maior. & obed. Et ſic facto ver-
bo in S.R.C. & ita deciſum contra liquidatio-
nem, ſtante dicto ordine dato, & prout perce-
pi, ratio fuit, quia pendebat depoſitum factum
in S.C. liberandum eidem debitori, licèt credi-
tor interim procuraſſet, liquidationem fieri,
quaſi quòd dum non fuerat liberatum, videba-
tur imputandum eidem S.C. & fuiſſet cauſa li-
quidandi inſtrumentum, quod fieri non pote-
rat, dum fuerat talis ordo, licèt oretenus datus.
Verùm quia à tali decreto fuit reclamatum ad
Collaterale Conſiliū, dicebatur, id fieri non po-
tuiſſe, eò quia licèt in prædicta Pragmatica mē-
tio facta non fuerat de Præſide S. C. attamen
intelligebatur comprehenſus in ea ſub verbis
illis *il Sacro Conſilio*, quod cùm ſit corpus myſti-
cum, comprehendit omnes Officiales in eo exi-
ſtentes, quorum caput eſt ipſe Præſes, qui loco
Præfecti Prætorio vices gerit, & primum locum
obtinet, Gamma dec. 1. num. 16. Cabed. dec. 1. n.
5. par. 1. & conſequenter etiam perſonam Prin-
cipis, vt dictum eſt, adeò quòd ſicut Princeps
inter Senatores connumeratur, l. ius Senato-
rum, C. de dignit. lib. 12. Oſaſc. dec. 1. num. 1. ita
ipſe Præſes inter Conſiliarios connumeratur.
Præterea quia talis Pragmatica cùm ſit lex ge-
neralis, ſeu vniuerſalis promulgata à Prorege
cum Collaterali Conſilio, & hac ratione nun-
cupatur Pragmatica, quia cum conſilio Proce-
rum

Digitized by Google

tum ſit à Principe, §. ſi verò, auth. vt omnes obed. verſ. præcipiat, erit tandem vti lex generalis generaliter intelligenda, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. Iura enim non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur, inquit tex. in l. iura, la ſeconda, ff. de leg. cui omnibus obedire eſt mandatum, auth. vt omnes Iudic. obed. §. 1. per totum, & propterea Sacrum Conſilium vt ſuperius iuriſdictione, & ordine habet Collaterale Conſilium, vt habetur in Pragmatica ſententias, de offic. S.C. quam ſectatur Io. Franciſc. de Leonard. in tract. de Magiſt. Regni, cap. 4. nu. 12. Tale igitur Collaterale Conſilium eſt Tribunal Supremum, cum certo Regentium numero, cuius Tribunalis Prorex eſt caput, & in eo negotia omnia terminantur per maiorem votorum partem, ita Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in titul. de Delegat. cauſ. num. 12. vbi n. 20. ſubdit, eos eſſe partes corporis Principis, ad quos ſpectat declarare, & limitare Pragmaticas, idem Reg. de Ponte in tit. de diuerſ. prouiſ. tit. de decret. Collateralis Conſilij, numer. 12. In tantùm quòd dum Sacrum Conſilium repræſentet hodie Præfectum Prætorio, Muſcatell. dict. praxi, lib. 2. par. 1. gloſſ. 1. num. 107. ſucceſſiuè ipſe Præſes loco Præfecti Prætorio ſit, non tamen poterat leges condere, l. firma, C. de offic. Præfect. Præt. cum alijs apud de Leonard. ibidem num. 20. ideò non poterat Præſes dictæ Pragmaticæ diſpenſare, neque contrauenire, ſed eidem Collaterali Conſilio conceſſum eſt, vt dixi, iuxta regulam vulgatam, cuius eſt condere, eius eſt deſtruere, ad tex. in l. fin. C. de leg. Nec propterea obſtabat, quòd Præſes repræſentat perſonam Regis, immò potiùs perſonam Præfecti Prætorio, vt idem de Leonardis vbi ſuprà, num. 20. & ideò non omnia, quæ Rex facere poteſt, ipſe poſſet, quoniam darentur duo Domini in ſolidû, quòd à lege eſt improbatum, ad tex. in l. ſi vt certò, § ſi duobus, ff. comod. Idcircò ſi Princeps mandaret Iudici, vt ſic iudicet, prouenit ex ſuprema eius poteſtate, quod alteri eſt denegatum. Vltra quod circa hoc erit aduertendum, quod non ſemper erit obtemperandum præcepto Principis, niſi fuerit iuſtum, vt aduertit ibi Caſſan. iuſtum ſiquidem non videbatur Iudici, vt ſuperſederet in liquidatione inſtrumenti contra formam dictæ Pragmaticæ, cui obtemperare condecens erat, nam lex quamuis dura, erit ſeruanda, l. proſpexit, ff. qui, vel à quibus. Cæterùm ſi non fuerit iuſtum præceptum etiã Principis, Officialis obedire non compellitur, vt per exempla oſtendit Buſſius de republ. lib. 2. cap. 11. ex quo Princeps reſcribens ad inſtantiam Partis, præſumitur potiùs motus per importunitatem, quàm ex iuſta cauſa, Rodulf. lib. 2. quæſt. 22. num. 21. & 22. hinc ad maiorem cautelam Miniſtri, Officiales non illicò Principis mandata exequuntur, niſi altera iuſſio ſubſequatur, cui præcisè ſtandum erit, And. Gail lib. 1. obſeru. 35. num. 6. & 7. nam quando interuenit ſecunda iuſſio, præſumitur Princeps vti voluiſſe plenitudine poteſtatis, Rodulfin. in tract. de abſolut. Princ. poteſt. cap. 3. num. 11. Et tandem Princeps, qui ſolutus eſt legibus, non tamen eius vxor, adhuc ei ſua priuilegia licèt conceſſiſſet, ad tex. in l. Princeps, ff. de leg. non tamen omnia, quę Principi conueniunt, ad eam porriguntur, vt ſubdit ibi gloſſ. latiùs Topius de poteſt. Principis, §. 9. Quocirca facta relatione in Collaterali Conſilio per eundem Iudicem, fuit confirmatum decretum ipſius M.C.V.

Litera, ſiue Epiſtola Regis ad inſtantiam alicuius impetrata, quæ debet infra annum regiſtrari ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, ab elapſo tempore prædicto exequi debeat, ceſſante cauſa intereſſe Partis, & Fiſci, de hoc fuit dubitatum in cauſa Ciuitatis Ariani, & Marij de Bononia, cum Ill. Duce Bouini, eo priùs pręſuppoſito, dum agebatur de venditione eiuſdem Ciuitatis, habito colloquio generali concluſum fuit in anno 1625. quatenus ipſa Ciuitas vendi debuerat, exiſtente ordine Suæ Maieſtatis facto pro venditione aliquarum Terrarum domanialium, ipſa vendi debuerat eidem Mario, & non alteri, ſuper qua quidem concluſione fuerunt plures literæ Suæ Maieſtatis obtentæ pro confirmatione dictæ concluſionis, interea præfatus Ill. Dux preces Regi porrigendo ſupplicauit ſuper eius prætenſione prouideri, iam quòd agebatur de venditione dictæ Terræ, ſub haſta facienda, obtulerat pretium ducatorum 84000. nec aliter in literis impetratis ad inſtantiam dictæ Vniuerſitatis mentio facta fuerat de debitis illius, quæ aſcendebant ad ſummam ducatorum 150000. quæ non poterat minori pretio vendi, niſi præcedentibus ſubhaſtationibus, & inde liberari plus offerenti, vt conſuetum eſt ſeruari in omnibus rebus ad Vniuerſitates ſpectantibus, vt iuris diſpoſitione cautum eſt, Reg. de Ponte conſ. 158. num. 10. vol. 2. Et ſic cùm fuiſſet per Suam Maieſtatem reſcriptum, quòd de omnibus fieret relatio per R.C.S. in Collaterali Conſilio, & non fuiſſet illicò litera ipſa præſentata pro parte dicti Ill. Ducis, ſed poſt lapſum triennij, ex eo, quod per cauſæ Commiſſarium fuerat inhibitum Electis dictæ Vniuerſitatis, ne procederent ad electionem aliorum Officialium, inconſulto ipſo, & præfati Electi in poſſeſſione gubernij exiſtentes, procurationem fecerãt in perſonã Aduocati ipſius Ill. Ducis, ex quo partes Ducis aſſequebantur, & cùm per triennium in eo munere perſiſterent, eo elapſo facta noua electione aliorum Electorum partem Marij emptoris ſectantium inſtiterant pro executione literarum in fauorem ipſius Ciuitatis, & ſucceſſiuè dicti Marij impetratarum, quo audito per dictum Aduocatum Ducis, ſuum reſcriptum, ſiuè literam præſentauerat, vt facta priùs executoria literæ relatio fieret in Collaterali Conſilio. Replicabatur ex parte dictorum Electorum, nullam rationem habendam de tali litera, quia non fuerat præſentata infra annum, iuxta diſpoſitionem Pragm. 1. de priuil. qua diſpoſitum apparet, quòd priuilegia à Rege obtenta executorientur infra annum, & ſpecificè in ea mentio fit de literis, vt ibi legitur, & alias prouiſiones, & literas, &c. & paulò poſt ibi ſubditur, & alias quaſcunque prouiſiones, & literas, de negotijs, & rebus ad dictum Regnum, & ſingulas perſonas eiuſdem quomodocunq; & qualitercunque ſpectantibus, & pertinentibus, &c. adeò quòd ſi non fuerint præſentatæ, & intra dictum tempus executoriatæ, nullius efficaciæ, valoris, & momenti ſint, vt ibi ſancitur, & propterea obſtante lege prędicta, minimè

vlterius

vlteriùs procedi poterat ob clauſulam annullatiuam, de qua reſtantur Frecc. de ſubfaud. libr. 2. tit. quis dic. Dux, num. 57. & 64. Reg. de Ponte conſ. 135. in princip. volum. 2. Conſil. de Georg. alleg. 3. num. 11. ſicuti in aſſenſu non regiſtrato dicitur, de Ponte conſ. 60. num. 1. volum. 1. & proptereà regiſtranda qui non fecerunt regiſtrare, his imputandum venit, Reg. de Ponte conſ. 5. num. 45. volum. 1. Ex aduerſo pro parte dicti Ill. Ducis replicabatur, quatenus intereſſe Fiſci ex hoc oriretur, officere ei non debet, cùm regiſtratio intra annum, licèt fauorem Regis reſpiciat, vt inquit Reg. Lanar. conſ. 82. numer. 15. adhuc ipſemet num. 18. ſubdit, quòd regiſtratio intra annum non obeſt Principi, quemadmodum in regiſtratione aſſenſus dicitur, quòd aſſenſum non regiſtrari in R.C. non reſpicit intereſſe Partium, ſed Fiſci, & poteſt quandocunque fieri, Reg. de Ponte conſ. 17. num. 8. vol. 2. nouiſſimè Reg. Fabius Capyc. Galeot. controuerſ. iuris tom. 2. controu. 6. n. 33. & tom. 1. contro. 14. nu. 49. & ſeqq. quanquam in hoc nullum Fiſci intereſſe incurrebat, ex quo petitioni Ducis adhærebat, vt Ciuitas venderetur ſub haſta, ad hoc vt omnes licitantes concurrere potuiſſent, & plus offerenti ipſa liberaretur, quatenus autem intereſſe Partis conſideraretur, dicebatur, quòd per totum triennium Ciuitas gubernabatur per Electos, qui voluntati Ducis inhærebant, ideò opus non erat, vt litera præſentaretur, ſed quia elapſo triennio, ſuperuenientibus alijs Electis contrariæ factionis, & inhærebant concluſioni aliàs factæ in beneficiū ipſius Marij, pro cuius obſeruantia inſtabant, tunc intereſſe amborum reſultauerat, & eo tempore præſentari congruum erat, ad ſimilitudinem regulæ illius, hodie conſtat, hodie agatur. Sicque ceſſante amborum intereſſe ceſſabat obiectio regiſtrationis non factæ in tempore, vt in ſimili eiuſdem materiæ fundat Reg. de Ponte dict. cōſ. 34. num. 1. Et ideò facta relatione per Præſidentem R.C. D. Matthiam Caſanate nunc meritiſſimum Regentem Reg. Cancell. in Collaterali Conſilio de anno 1629. deciſum fuit, vt exequeretur litera Regia, penès Honofrium de Flore Act.

Litera alicuius miſſiua in iudicio præſētata, & iuſſum per Iudices eā recognoſci, ſi non fuerit aliter eo tempore recognita, an haberi debeat pro recognita, vt ipſe ſcribens condemnaretur, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, & ſic fuit condemnatus conuentus, non recognoſcendo eius literam, tradit Horat. Montan. controuer. forenſ. controu. 5. ſub n. 16.

Literæ cambij ſoluendæ factæ ab aliquo exiſtente ſub patria poteſtate, tranſmiſſę alicui, per quē non fuerunt acceptatæ, an executionem paratam habeant vigore Regiæ Pragmaticæ, ſi poſt quaſi biennium fuerint productæ in iudicio, non ſine falſitatis ſuſpitione, licèt verificatæ per tres teſtes deponentes, habere notam manum ſcribentis, examinatos, ac receptos abſque citatione Partis ad videndum illorum iuramenta, non obſtante exceptione Macedoniani oppoſita per patrem ſcribentis, ac remiſſione petita ad R.C.S. quia eius ſubditus erat, quamuis per M.C.V. fuiſſet prouiſum in beneficium hæredum quondam Marci Antonij Maffei, contra Iacobum Sallutium, & eius filium, tamen facta per eum relatione in S.C. fuit dictum, Remiſſa eſt eidem M. C. quæ prouideat, & ſic decretum M.C. fuit reuocatum, ita D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 146. tom. 2.

Locatio facta alicuius domus ad vitam conductoris, & ſi abſque ſcriptura, an valeat. In caſu priſcis temporibus occurſo cùm fuiſſet facta locatio cuiuſdam apothecæ pro annuis ducatis treſdecim per Io. Anto. Rubeum Ioanni Gregorio Bacchi, poſtea tenuerat illam relaxare, ob quod fuit nedum in M. C. V. hæſitatum, ſed etiā in S.R.C. & pronunciatum in fauorem locantis, quia videbatur talis locatio non ſolùm ad longum tempus facta, ſed etiam in perpetuū, ob quod videbatur, locātē ſuo iure quodammodo priuari, eò quòd quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, ad tex. in l. in re mandata, C. mād. Quaprόpter hanc exarando altercationem, Carroc. in tract. de locato, & conducto, par. 2. tit. de locat. ad longum tempus, queſt. 2. quærit primò, ſi locatio ad vitam locatoris, & conducentis dicatur ad longum tempus, & adductis hinc inde rationibus concludit affirmatiuè vſque ad nu. 2. vbi aliam queſtionem examinat, ſi locatio ad vitam locantis, vel conducentis dicatur perpetua, ſeù habeat naturam perpetuæ locationis, & tandem multis hinc inde citatis Auctoribus, & rationibus, demùm concludit affirmatiuè, ex quibus videtur concludendum, fieri poſſe talem locationem ad vitam, & eſſe validam, quinimmò in pręmiſſo caſu reperi adnotatum ſubſcriptum votum manuſcriptum incerti Auctoris ſic dicentis, videlicet. Die 29. menſis Nouembris 1564. Neap. In cauſa reclamationis Magnifici Io. Gregor. Bacchi, cum Magnific. Io. Antonio Rubeo. Facta relatione in S.R.C. per Reg. Conſil. Ludouicum Quadra cauſæ Commiſſarium. Pronuncietur ex nouiter deductis in S. R. C. bene fuiſſe reclamatum pro parte prædicti Io. Gregorij Bacchi, & proinde prædictum Magnificum Io. Antonium Rubeum eſſe condemnandum ad relaxandum eidem Ioanni Gregorio tenutam dict. apothecæ vacuam, & expeditam pro locatione annuorum ducatorum treſdecim, eius vita durante, & ad conficiendum eidem Ioanni Gregorio debitas cautelas, ſeruata forma locationis prædictæ, neutiam, &c.

Locator operis dietim non tenetur de vitio ipſius operis, vt iudicauit S. C. antiquis temporibus, referente Conſiliario Bermudez, refert Nouar. in pragmat. 1. collectan. 2. numer. 8. de Magiſtrariorum.

Locator domus pendente locatione an poſſit inquilinum expellere pro ſuo vſu proprio, tex. in l. ede, C. loc. inter alias cauſas, propter quas locator poterit expellere inquilinum ea eſt, quādo locator rem proprijs vſibus ſibi neceſſariam habet, quem expendit Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 14. num. 6. & 8. M.C.V. in cauſa Iuliæ Santoliæ matris, & tutricis filiorum quondam Iulij Cæſaris de Tomaſo V. I.D. cùm vellet domum ab ea locatam rehabere pro vſu proprio, licèt ſub iſto colore quęſito, dum tandem domum vellet vendere Franciſco de Amato, & interim eidem locare decreuit, ipſam domum relaxari, ſed refectis expenſis, & intereſſe conductori, in

banca Lanzettæ. Sicuti locator domo locata euicta aliam habitationem æquè idoneam præſtare tenetur, etiam inuitus, l. ſi quis domũ, ff. loc. Maur. Aretin. in tractatu de ſolutionibus, cap. 7. num. 46.

Locator poterit conductorem expellere, quando ipſe malè verſatus eſſet in re conducta, ad tex. in l. ede, C. loc vbi Doct. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 14. num. 23. Quæ circa in cauſa D. Franciſci Antonij, & Io. Pauli Durante V.I.D. cum Petro Angelo Ferrario fuit iudicatum, vt exfractaret, & condemnatus dictus Petrus Angelus ad exfractandum ex iardeno ſibi conducto infra tempus conductionis, prætextu quod dict. iardenum deteriorauerat, faciendo griptam intus illud, & rapillos euellabat, ob quod fabrica quædam dirupta fuit, die 23. Feb. 1635. referente Iudice Aloyſio Corciono, in banca Saleſii.

Locator locans domum promittendo inquilino de non expellẽdo eũ intra tẽpus conductionis, an per contrauentiouem licitum erit conductori aliam domum conducere in damnum locatoris; non obſtante oblatione alterius domus æquè idoneæ facta, non tamen tempore congruo, ex facto apparebat, Sergium Muſceptulam locaſſe quandam apothecam, cameram, & cantinam Simeoni de Philippis barbitonſori per annos quinque, pro certa mercede conuenta aſcendente ad ſummam ducatorum 70. cum promiſſione de non expellendo, etiam pro vſu proprio, & manutenendi, defendendi, cum refectione intereſſe, & expenſarum ante damnum paſſum, de anno 1620. in anno 1622. præfatus Sergius cenſui ſuppoſuit tres apothecas Simeoni Scarpato, incluſa dict. apotheca locata, qui mandari fecit per M.C. vt adueniente tempore dict conductor exfractaret, & hoc audito prefatus conductor hæc omnia exponendo in S.C. fuit per idem S.C. decretum interpoſitum, quòd terminus aliàs datus curreret, & interim liceat ipſi Simeoni de Philippis locare aliam domum in damnum Sergii, & adueniente tempore exfractet, cuius vigore aliam domum conduxerat à Conſtantia Tizzano, pro ducatis centum annuis per quatuor annos, & quamuis fuiſſet ex parte locatoris oblata alia domus æquè idonea, vt præſupponebat, vnde ex hoc inferebat, non potuiſſe conducere aliam domum ipſũ conductorem in damnum locatoris, ſtante tali oblatione, ex diſpoſitione tex. in l. ſi quis domũ, ff. loc. Carroc. in tract. de locato, par. 4. titul. de euict. num. 4. vbi in ſeq. num. declarat dictam legem, per quem tex. notat ibi Caſtrenſ. relatus à Mangil. de euict. quæ. 149. num. 22. quia locator licèt non tradat rem promiſſam, tradendo rem æquè commodam, liberatur cum alijs apud Guzman. in eod. tract. de euict. quæſt. 17. num. 1. & 2. Replicabatur ex parte conductoris aſſerentis, ex duobus fore iudicandum in ſui fauorem, primò per ea, quæ ex facto percipiebantur quia domus oblata non erat idonea, neque æqualis, poſtquam in vna aderat camera, ſed non cantina, in alia erat cantina, non tamen camera, inſuper quia oblatio Sergii facta fuerat die 4. Maij, tempore, quo conductor exfractauerat è domo, præuio decreto lato die 28. Aprilis, & quod fit lege permittente, pœnam non meretur, l. Graccus, C. de adult. Inſuper de iure probatum eſt, tex. in dict. l. ſi quis domum loqui in locatore ignoranter rem alienam locante, & eo caſu ex quo non eſt in dolo poterat offerre æquè idoneam, nam quando culpa locatoris conductor non vtitur re conducta, tunc tenetur ad omne intereſſe, l. ex conducto, in princ. & l. ſi fundus, ff. loc. & in ſpecie quando locator infrà tempus locationis præſtitum rem locatam alienauit, quòd teneatur ad totale intereſſe conſuluit Pariſ. in conſ. 38. & 40 vol. 1. fortiùs tamen in caſu præmiſſo, & ſcienter, ſiue ignoranter in hoc verſatus eſſet, locator tenetur ad intereſſe, vt ibi Caroc. num. 15. probat, & regula dict. l. ſi quis domum procedit re integra ante traditionem, aliàs ſecùs ſi poſt, vt ex Fuſco ſubdit ibi Mangil. nu. 27. Fuit per S.C. deciſum, quòd terminus aliàs datus currat, & interim Sergius faciat depoſitum ducatorum 30. & ita pluries prouiſum pro executione dict. decreti de anno prædicto 1622. ad relationem Regii Conſiliar. Ioannis Baptiſtæ Melioris, vt percipitur ex actis in banca Scacciauenti, licèt poſteà fuiſſet reclamatum, & pendet reclamatio.

Lucrum ceſſum à creditore hæredi an ſit hæreditarium penès hæredem, vel non hæreditarium, fuit deciſũ per S.C. in cauſa illorum de Lepore, eſſe proprium hæredis, aduerſus creditores teſtatur Hora. Montan. contr. forenſ. controu. 60. n. 2.

M

MAGISTER Actorum fideiuſſores capiens non idoneos repertos ex diſpoſitione Regiæ Pragm. 17. de Actuariis, quod eſt etiam probatum in iure communi apud Amadeũ de Syndic. quæſt. 210. verſ. poſtremò aduerte, citatũ à Scappa de iure non ſcripto, lib. 3. cap. 22. numer. 6. Cùm autem extaret in Banco ſumma ducatorum 300. dotium Lucretiæ Nardillo, & in emptione implicari illi debuiſsẽt, & per M.C.V. iuſſum, vt in emptionem tutam conuerterentur, fuit facta emptio ſuper certo Territorio cum Raymo Falangone, cum fideiuſſione Petri Tironis capta per Io. Baptiſtam Indellum Actuarium M.C. de anno 1632. conquæſti fuerunt fratres ipſius Lucretiæ aſſerentes, emptionem non eſſe tutam, ſed fictitiam, & proinde fuit prouiſum per M.C. firma remanente emptione, de nouo præſtetur cautio recipienda per vnum ex Actuariis approbatis per R. C. à quo decreto cùm fuiſſet appellatum ad S.C. facto in eo verbo per Iudicem D. Blaſium Poliaca, fuit confirmatum decretum ipſius M.C. penès Secretarium in banca Nucerini, cuius vigore fuerunt expeditæ literæ executoriales contra principalem venditorem, ad præſtandam cautionem pro executione decreti eiuſdem M. C. ac S. C. non aliter ad eff. ctum deuentum per aliquos annos, nouiſſimè autem ad inſtantiam Melchioris Palombæ viri eiuſdem Lucretiæ de hoc anno 1642. inſtitit, incuſari fideiuſſionem tam contra principales, & fideiuſſores, quàm contra Actuarium, ſtante lapſu temporis quatuor

tuor

Digitized by Google

tuor menſium, & ſic per eundem Iudicem prouiſum fuit, & ex parte d. Actuarii ſupplicatum, non poſſe contra ipſum procedi, tum ob lapſum temporis decennii, tum etiam quia fuerat innouata fideiuſſio per decretum Iudicis mandantis, de nouo præſtare cautionem, & propterea facta relatione in S.C. fuit prouiſum, mandando eidẽ M. C. ſtante indicatione bonorum principalis, quòd infra mẽſẽ facere deberet diligẽtias ſolitas pro cõſecutione crediti petẽtis, iã quòd vigore literarũ executorialiu expeditarũ per M. C. vigore pacti executiui, facta diligentia contra principalem, habita relatione Alguzeriorum, quòd nil fuerat repertum in domo prædicti principalis, propter quod exequi debere inſtabat contra eundem Magiſtrum Actorum, qui cùm iam ſuam feciſſet diligentiam contra dictũ principalem, exequi faciendo dictum territorium, & venale expoſitum, interea dum verbum faciendum erat in S.C. ſe tuebatur ex pluribus, Primo quia ſtante tali innouatione facta per Iudicem, & S.C. vt iterum cautio præſtaretur, videtur ex hoc liberatus, iuxta terminos l. ſi cum Hermes, C. loc. & nouatione tollitur fideiuſſoria obligatio, Herring. de fideiuſ. cap. 20. §. 3. num. 1. & ſeqq. Sed his replicari poterat, minimè poſſe procedere, ex quo licèt fuiſſet facta nouatio per Iudicis miniſterium, non tamen deuentum, ad effectum, vt fuiſſent dati fideiuſſores, ſed in caſu prædicto nulla alia apparebat fideiuſſio præſtita, meritò nouatio non militabat, tunc enim procederet priorum fideiuſſorum liberatio, quãdo realiter perfecta eſſet nouatio, vt expreſſim habetur in l. 4. C. de fideiuſſ. nouatione legitimè perfecta debiti in alium tranſlati, prioris contractus fideiuſſores, vel mandatores liberatos eſſe non ambigitur, notanda erit illa particula perfecta, quæ intelligenda erit, id eſt impleta, l. 1. C. de reuoc. don. & perfectum, & completum idem eſt l. 2. §. omnes autem, ff. de iudic. & ſic eum effectu datis nouis fideiuſſoribus fideiuſſores prioris contractus cenſentur liberati nouatione obligationis, Mura dec. 11. num. 4. latius Herring. dict. tract. d. cap. 20. § 36. num. 8. & ſeq. Barz. dec. 20. num. 1. Marius dec. Senenſ. 67. nu. 1. Maur. Aret. de fideiuſſ. ſect. 10. cap. 4. Camil. de Medic. conſ. 26. num. 56. exquiritur, vt expreſſim dictum fuerit, vt priores fideiuſſores liberentur, Parlad. rer quotid. lib 2. cap. fin. par. 1. §. 12. limit. 6. num. 51. Immò nec totaliter videbatur liberatus Actuarius, etiam ſi in effectum deducta fuiſſet nouatio prædicta, dum ipſa M. C. ordinauerat, firma remanente emptione, de nouo præſtetur cautio, &c. quia hoc actum erat ad maiorem cautelam, nullum præiudicium faciendo primæ obligationi, & ſic nouatione non tollitur fideiuſſoria obligatio, ſi addita ſit clauſula, citra præiudicium priorum iurium, idem Herring. dict. cap. 20 §. 3. num. 13. nam non fit nouatio in his, quæ ad maiorem cautelam fiunt, ex multis probat Aretin. de fideiuſſ. ſect. 10. cap. 4. num. 38. & ſic reſeruata prima iura, Mura vbi ſuprà, nu. 30. Secundò ſe tuebatur Actuarius dicendo, qualiter dict. emptor, & fideiuſſor erant tempore obligationis habiles ad ſoluendum, quia poſſidebant bona immobilia, hoc eſt certum territorium, ex his, quæ tradit Maur. Aretin. dict. tract. ſect. 7. cap. 2. num. 38. Et propterea dans fideiuſſorem idoneum, ſi poſteà efficiatur non idoneus non tenetur alium dare, maximè ſi in contractibus verſaretur, ex Bart. Aret. & Marſil. probat Bertazol. de clauſul. in clauſ. 39 gloſſ. 3. numer. 3. quem citat Aretin. dict. tract. ſect. 7. cap. 5. nu. 10. & proinde periculum ſuperuenientis inopiæ ſpectat ad creditorem, Maur. Aret. in dict. ſect. 7. cap. 3 num 29. & ſi fideiuſſores ſequuta decoctione principalis ſunt ipſo iure liberati, Mura dec. 100. num. 24. Tertiò ſe tuebatur dicendo, qualiter cùm ipſe creditor obtinuiſſet literas executoriales contra principalem, & fideiuſſorem, eo tempore, quo habiles erant, debebant actores eos proſequi ad cauendum iterum, iuxta formam dictorum decretorum, & non poſt decurſum decennii, & propterea ſuæ culpæ erit impſitandum, quemadmodum fideiuſſo. ſi ſit negligens in exequendo contra ſuum principalem, qui quanquam fuerit ſoluendo, & efficiatur poſtea non ſoluẽdo, ſibi imputet. cùm ſuo damno cedat, Magon. dec. Florent. 38. numer. 7. poſt Gomeſ. variar. reſol. tom. 2. cap 13 num. 9. Sed replicari poterat reſpectu primi obiecti, quod vbi quis non eſt ſoluendo nunc, non præſumitur etiam fuiſſe ſoluendo tunc, ex Carpano notat Maur. Aret. dict. ſect. 7. cap. 3. num. 39 Ad ſecundum dici poterat, quòd ſi debitor fideiuſſorem dederit ex neceſſitate, pro forma, & ſubſtantia actus iterum ſatiſdare tenetur, non obſtante calamitate interim ſuperueniente, eleganter Gomeſ. var. reſol. tom. 2. cap. 13. num 7. & id limitant ibi Doct. non procedere in cauſa dotis, prout erat caſus allegatus. Ad tertium replicabatur, niſi fuiſſet renunciatum beneficio auth. præſenti, C. de fideiuſſ. vt probat Gomeſ. loco citato ſub numer. 9. verſicul. dubium tamen. Partes deuenerunt ad concordiam, ex quo reperta fuerunt bona ſufficientia pro ſatisfactione debiti, & ſic Actuarius non aliter moleſtatus, ſed veritas ex allegatis patet.

Magiſter Actorum, ſeù Actuarius an teneatur in ſubſidium ſatisfacere Parti creditrici ob defectum fideiuſſoris non idonei capti, vel inſolidum, attenta diſpoſitione Regię Pragmaticæ 17. de Actuariis mandantis, quòd ipſi infra quatuor menſes teneantur poſt incuſationem fideiuſſionis exequi facere contra fideiuſſores, & excuſſionem illorum bonorum peragere, vt creditori ſatisfactum ſit, quo termino elapſo ipſi teneantur de proprio, ſicque ſuccedente caſu diſcuſſionis bonorum fideiuſſorum poſt executionem per eos factam, exiſtentibus bonis fideiuſſoris, ſi non totaliter ſufficientibus pro ſatisfactione debiti, vt pro illis non teneantur, ſed facienda erit illorum adiudicatio creditori. Pro ipſis Actorum Magiſtris dicebatur, de iure certum eſſe, quòd ipſi pro fideiuſſionibus, quas capiunt tenentur in ſubſidium, hoc eſt principale, & fideiuſſore repertis non ſoluendo, idque vt aduertit Carau. in ritu 35. in fine, deducitur ex tit. ff. & C. de Magiſt. conuen. in quibus diſponitur, Magiſtratus teneri pro fideiuſſionibus, quas capiunt, rem pupilli ſaluam fore in ſubſidium, quod hodie practicatur quòad omnes fideiuſſiones iudiciales, & quia non Magiſtratus, vt forſan antiquitus capiunt iſtas fideiuſſiones, ſed Actorum Magiſtri, ipſi tenentur exemplo dictorum Magiſtratuum, gloſſ. in §. fin. Inſt. de

Digitized by Google

tutorib. & in §. penultim. Inſt. de Atil. tutor. vbi quòd hodie iſtæ fideiuſſiones capiuntur per tabelliones, vel milites iuſtitiæ, quibus talia committuntur. Cùm ergo Actorum Magiſtri teneãtur pro fideiuſſionibus per eos captis, eo modo, quo tenebantur Magiſtratus, quod erit diſpoſitũ in Magiſtratibus, rectè applicabitur ad ipſos Actorum Magiſtros, Magiſtratus enim tenebantur in ſubſidium, videlicet ita demùm ſi vniuerſis bonis principalis, & fideiuſſoris excuſſis reperiebantur non ſoluendo, l. 1. C. de Magiſt. conuen. vbi etiam quòd nedum ſunt excutienda bona per eos poſſeſſa, ſed etiam bona in fraudem per eos alienata, conferunt tex. in l. 3 & 4. eod. tit. vbi ita demùm peruenitur ad Magiſtratus, ſi omnibus bonis excuſſis indemnitati creditoris non eſt ſatisfactum, quinimmò ſi Magiſtratus exigerunt a principio fideiuſſorem ſoluendo, ad nihilum tenebatur, ſi ex poſt facto efficiebatur non ſoluendo, cùm nihil eſt, quod eis imputetur, nec debent Magiſtratus caſus futuros, & fortunam creditori præſtare, ſunt verba certè aurea tex. in l. 1. §. ſi Magiſtratus, ff. de Magiſt. conuen. & in l. fin. C. eod. tit. deciditur, quòd ſufficit, debitores eſſe ſoluendo tempore, quo ceſſit, & venit dies, & actio, quæ competit contra Magiſtratus non habet eadem priuilegia. quæ habet actio competens contra principales debitores, d. l. 1. § ſed & ſi ſatis non exegit, ff. de Magiſt. conuen. Vnde ſi Actorum Magiſtri ità demùm tenentur, ſi excuſſis omnibus bonis etiam in fraudem alienatis indemnitati creditoris non eſt conſultum, inueſtigandum eſt, quando fieri debeat, & quando dicatur facta iſta excuſſio, formam enim excuſſionis ponit Angel. in auth. de fideiuſſ. §. ſed neque, in fine, vt Iudex deſtinet duos executores, qui inueſtigent, ſi debitor habet bona mobilia, vel immobilia, quæ poſſunt ſine controuerſia poſſideri in Ciuitate, vel in Comitatu, vel Territorio, & ſi executores dicant, adhibuiſſe diligentiam, & nulla reperiſſe bona, Iudex pronunciabit, diſcuſſionem eſſe legitimè factam, vel quòd agens dicat, tot eſſe in bonis, & non plus, & dicenti eſſe maiora bona Iudex ſtatuat terminum ad probandum de alijs bonis, quo elapſo, ſi non eſt probatum, dicitur facta excuſſio, Bellacomb. in ſyntagm. commun. opin. in tit. de fideiuſſor. num. 121. Imol. conſ. 9. num. 30. & 31. volum. 1. Sed ſi facta diſcuſſione repertuntur bona, quæ ſine controuerſia poſſideri poſſunt, tunc proceditur ad illorum venditionem, & non reperto emptore bona adiudicentur creditori, auth. de fideiuſſor. § ſed neque, ex quo deſcripta eſt authentica hoc niſi, C. de ſolut. Neque obſtabit ſi fieret obiectio, quòd beneficio dictæ auth. hoc niſi non poſſit renunciari cum iuramento, & facta renunciatione creditor non cogitur recipere bona in ſolutum, quia nec talis renunciatio apparet, quæ ſpecificè requiritur, D. de Franch. dec. 81. nec noceret Actuario non ſe obliganti expreſsè, nec renuncianti, cum reſpectu ſui ſufficit demonſtrare, adeſſe bona, ex quibus creditori ſatisfieri poſſit, Nec etiam obſtat Regia Pragmatica, quia arctauit tantum tempus, infra quod fieri deberet diſcuſſio, quod priùs erat indeterminatum & nihil aliud immutauit, vnde cùm Actuarius infra tempus contentum in dicta Regia Pragmatica fecit diſcuſſionem, quia demonſtrauit, adeſſe bona debitoris, quæ ſine controuerſia poſſideri poſſunt, vt dicebat Ang. in dict. §. neque, ad nihil aliud tenetur, & verba Pragmaticæ, *che frà quattro meſi ſi debb ano far, & finire le diſcuſſioni*, non obſtant, quia non dicit Pragmatica, quòd Actuarius infra quatuor menſes procuret, quòd ſolutio fiat creditori, ſed quòd finiatur diſcuſſio, id eſt demonſtrentur bona, quæ poſſint ſine controuerſia poſſideri, nam hic eſt ſignificatus, & effectus diſcuſſionis, vt eſt demonſtratum, & cùm Actuarius infra terminum fecit, & compleuit diſcuſſionem, non tenetur. Hæc ex allegationibus editis olim per Antonium de Philippis pro Io. Carolo Mancino, contra Ill. Comitem Montis militum, & patent nonnulla exempla deducta in proceſſu, idem pluries iudicatum per S. C. Primò in cauſa Ioſephi de Seſſa, in qua dum fuerat condemnatus Actuarius poſt diffinitiuã ſententiã S. C. Actuarius docuerat, quod aderant bona fideiuſſoris, & fuit dictum, quòd adiudicentur creditori, præuio appretio, & pro reſiduo exequatur contra Actorum Magiſtrum, fol. 17. Secundò idem fuit deciſum per Conſil. Io. Andream de Georgio Delegatum cauſarum Ciuitatis Sueſſæ per Suam Excellentiam, quòd bona exequuta contra D. Aloyſium de Silua fideiuſſorem N. Mongiardini, adiudicentur dictę Ciuitati, præuio appretio, fol. 21. lit. A. Tertiò idem fuit iudicatum per Reg. tunc Conſil. Iacobum de Franchis pro fideiuſſione accuſata a Fiſco contra Io. Baptiſtam de Bonis, fol. 18. & propriè à ter. lit. B. Quartò per Reg. tunc Conſil. Ferdinandum Brancia, fol. 18. à t. litera B. Quintò fuit deciſum ad relationem Regij Conſiliarij Io. Baptiſtæ Melioris in cauſa Andreæ Macedonij, contra eundem Io. Carolum Mancinum, fol. 22. Sextò fuit aliàs deciſum per S. C. contra Io. Dominicum Sixtum Actuarium M. C. V. qui acceperat fideiuſſionem pro ducatis 200. cui nomine mutui erat obligatus Io. Angelus Bagliuo, pro quo fideiuſſerat Io. Baptiſta Garzetta ad ſoluendum dictos ducatos bis centum in quatuor ſolutionibus, quarum vna cõpleta, & accuſata fideiuſſione, expeditis literis executorialibus, non aliter repertis bonis, fuit inſtatum per Franciſcum Antonium Taſſuniũ, quod ſeruata forma Reg. Pragmat. ipſe Actuarius procuraſſet diſcuſsionem ac ſolutionem infra quatuor menſes & per S. C. diẹ 17. Nouẽbris 1625. fuit deciſum, quòd dictus Io. Dominicus Sixtus infra quatuor menſes procuraſſet ſolutionem, aliàs prouidebitur, quòd exequatur, vt ex actis in banca Sirinæ pro de Felice, & fuit confirmatum in reclamatione die 6. Februarij 1625. quia de re pro eodem Io. Dominico Sixto, licèt in alia conſimili cauſa ad corroborationem præmiſſorum fuerunt ſequentia allegata, quæ conueniunt etiam ſtipulationibus extraiudicialibus, de quibus ipſa Reg. Pragmatica non loquitur, libuit eas hic inferere. Cùm ex cauſa ſtipulationis penès acta M. C. cuiuſdam obligationis poſtea accuſatæ, in qua Marcus Antonius Battimellus pro aſſerto mutuo ducatorum 1200. ſibi, vt dixit, mutuatorum per Io. Romagium ad eiuſdem ſummæ reſtitutionem faciendam in certis tandis ſe obligauit, & pro eo fideiuſsit Ioſeph Battimellus, fuiſ-

ſet

ſet ob lapſum termini quatuor menſium in Regia Pragmatica contenti per prædictum Inannem petium exequi contra Io Dominicum Sixtum Actorum Magiſtrum, qui prædictam obligationem ſtipulatus fuerat, per eum fuit replicatum, non poſſe moleſtari, ſtante quòd prædictus principalis debitor eſt ſoluendo, & produxit duo inſtrumenta publica, in quibus apparebat, quòd prædictus principalis erat, & eſt creditor duorum in duabus ſummis ſatis excedentibus creditum actoris, & proptereà per M.C.V. facto verbo fuit prouiſum, quòd ſtantibus prædictis inſtrumentis crediti præſentatis audiantur Partes ſuper eorum diſcuſſione, à quo decreto cùm appellaſſet Actor, facto verbo fuit per S.C. prouiſum, quòd ſubhaſtentur prædicta nomina debitorũ, ad finé prouidendi, & cũ non fuiſſet repertus emptor, prætenditur ex aduerſo, quòd ipſe Ioannes Dominicus teneatur. E contrà pro Io. Dominico dicitur, ipſum nullo modo moleſtari poſſe, ſtantibus prædictis nominibus debitorum, & alijs poſteà præſentatis, & pro elucidatione, & fundamento infrà dicendorum in primis aduertendum eſt, quòd licèt de iure communi Magiſtratus, quorum ordine fideiuſſores capiebantur in ſubſidium, reo principali, & fideiuſſoribus non exiſtantibus ſoluendo, tenerentur, iuxta tex. in l. 1. §. ſi Magiſtratus, ff. de Magiſt. conuen. & in l. 4. & toto tit. C. eod. & in l. Æmilius, ff. de admin. tut. tamen poſteà Tabelliones, ſeù Actuarij loco Magiſtratuum cęperũt fideiuſſiones, & ſic quemadmodùm priùs quando fideiuſſores ordine Magiſtratuum capiabantur, ſi non erant idonei, ipſi Magiſtratus tenebantur, per iura prædicta, ita hodie Tabelliones, ſiue Actuarij, principalibus, & fideiuſſoribus non exiſtentibus ſoluendo, ad ſolutionem debiti teneri conſueuerunt, ita declarat gloſſ. per illum tex. in §. fin. Inſt. de Attil. tutor. & in §. fin. Inſt. de ſatiſd. tut. Peris de Puteo in tract. de ſyndic. verb. fideiuſſor Officialium, capit. 3. num. 2. Amed. in ſimili tract. de ſyndic. num. 110. Bouadil. lib. 2. polit. cap. 3. num 140. & lib. 3. cap. 14. n. 99. Iul. Clar. in praxi crim. q. 46. n. 12. Ioſeph. Ludou. dec. Lucenſ. 33. num. 7. & ſeqq. Carauita ſuper ritu 35. in fine, & in ſpecie, quòd Magiſtratus eatenùs teneantur tantùm, quatenus ad eorum officium pertineat, videtur probari in §. penult. iuncto §. fin. ſeqq. Inſt. de ſatiſd. tutor. & declarat Iaſ. in addit. ad Portium, in §. ſciẽdũ, lit. E. Hac concluſione præſuppoſita pro parte ipſius Io. Dominici dicitur, quòd cùm in caſu noſtro non agatur de fideiuſſione iudiciali, non poteſt aliquo pacto Pars allegare Pragmaticas, quæ de fideiuſſionibus iudicialibus loquuntur. In caſu enim noſtro agitur de fideiuſſione non iudiciali, ſed merè conuentionali, in qua ipſe Actuarius non conſideratur vt Actuarius, cùm non agatur de re pertinente ad eius officium, ex traditis poſt alios per Conſil. Rouit. in Prag. 2. num. 16. cum ſeq. de iuriſd. inuic. non turb. & ideò cùm in hac obligatione Actuarij non dixerint, ſe capere fideiuſſionem, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ de iudicialibus fideiuſſionibus loquentis, nec in villecto, cuius vigore fuit capta, vllo modo contineantur, proptereà remanet in diſpoſitione iuris communis diſponentis, quòd etiam ſi eſſet iudicialis, non teneatur, niſi excuſſis omnibus bonis appareat, creditori ſatisfieri non poſſe, iuxta tex. in dict. l. 4. C. de Magiſt. conuen. cum concord. quod comprobatur, quia cùm agatur de Pragmaticis correctorijs iuris communis, non poſſunt extendi extra caſus, in quibus loquuntur, etiam ex maioritate rationis, iuxtà reg. tex. in auth. quas actiones, & ibi omnes, & inter alios Iaſ. num. 21. C. de Sacroſ. Eccleſ. immò in caſu noſtro militat ſatis diuerſa ratio, nam quando agitur de iudicialibus, cùm pars non poſſit contradicere Actuario, quando capiat quamlibet perſonam fideiubentem, quæ ſibi placuit, proptereà ſumma cum ratione per prædictas Pragmaticas fuit eum magno rigore arctatus terminus Actuarijs ad faciendum diſcuſſionem, quæ ratio penitùs non poteſt applicari ad caſum noſtrum, in quo agitur de fideiuſſione conuentionali, in qua cùm Pars potuerit ſibi cauere, & nolle conſentire in qualibet perſona fideiubere volente, ſi hoc non fecit, nec expreſsè poſuerit in villecto, quòd caperetur fideiuſſio per Actuarium eius riſico, iuxta formam Regiarum Pragmaticarũ de iudicialibus cautionibus loquentium, ſibi imputandum eſt, ex reg. tex. in l. veteribus, ff. de pact. tantò magis cùm fideiuſſio ſit ſtricti iuris, & non extenditur vltra expreſſa, iuxta regulam traditam per Doct. relatos per Herring. in tract. de fideiuſſ. cap. 2. n. 50. ex quibus infertur, quòd cùm in caſu noſtro ceſſet ratio, quæ militaret in cautionibus iudicialibus, ceſſare quoque debet eius diſpoſitio, iuxta reg. tex. in l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr. cum concord. Sed vlteriùs dato, & non conceſſo, quòd cautio, de qua agitur, poſſet regulari, proùt aliæ iudiciales, adhùc dicitur, ipſum Actuarium in caſu noſtro vllatenùs moleſtari poſſe, ſiquidem ex ſcripturis in actis præſentatis iam conſtat, principalem eſſe ſoluendo, quod ſufficit, vt Magiſtratus, ſiue Actuarius eius loco ſubrogatus ad aliquid non teneatur, ita expreſsè probatur in dict. l. 1. §. Magiſtratus, verſ. ſed & ſi ſatis, vbi Bal. in verſ. in tex. ibi ſufficit, ff. de Magiſt. conuen. & idem expreſsè probatur in dict. l. Æmilius, ff. de adminiſt. tut. in quo eſt aduertendum, quòd Actuarius diuerſo modo tenetur, quo tenentur fideiuſſores, vti poſt Bart. in l. mancipium, §. 1. ff. de euict. declarat Herring. de fideiuſſ. cap. 28 n. 5. tamen Magiſtratus, & Actuarij eorum loco ſubrogati non poſſunt conueniri, niſi priùs apparuerit, ex bonis principalis, & fideiuſſorum creditori ſatisfieri non poſſe, iuxta tex. in dict. l. 4. C. de Magiſt. conuen. & hoc eſt, quod dicunt iura, & Doct. quòd in ſubſidium teneantur, vt probatur in §. pen. Inſt. de ſatiſd. tut. & ibi Doct. addentes ad gloſſ. in verb. Subſidiaria, & in ſpecie in Actuarijs, quòd non teneantur, ſi principales, vel fideiuſſores ſint ſoluendo, declarat poſt alios Iul. Clar. in dict. §. fin. q. 46. n. 12. in fine, & Ioſeph Ludou. in dict. dec. 33. Rotæ Lucenſ. n. 14 & punctualiſsimè, quòd ſi principales, vel fideiuſſores habeant mobilia, vel nomina debitorum, cenſeantur eſſe ſoluẽdo, ita vt Actuarij non teneantur, declarat idem Iul. Clar. vbi ſuprà, & probari poteſt ex reg. tex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, in fine, iuncta gloſſ. ff. de re iud. Non obſtat modo, ſi ex aduerſo allegatur diſpoſitio prædictarum Regiarum Prag-

Digitized by Google

Pragmaticarum arctantium tempus ad faciendum diſcuſſionem ab Actuarijs, nam diſcuſſio in hac materia aliud non importat, niſi facultatem diſcutiendi, & diſcutere, ſiue inquirere, vt ſciatur, an ſit ſoluendo, nec ne. vti bene probatur in l. ſi mādauero, ff. mād. & ſic nō eſt aliud, niſi inquirere bona debitoris, an ex ipſis creditori inſolidum ſatisfieri poſſit, vt plene declarat, & comprobat per multa iura Ant. Herring. in dict. tract. de fideiuſſ. cap. 27. par. 5 n. 3. & 4. & propterea non eſt mirum, ſi in caſibus ſimilibus pluries per S C. fuit deciſum, etiam quòd tranſactum eſſet tempus diſcuſſionis faciendæ, quod Actuarius indicaret bona principalis, vel fideiuſſorum, cùm autem de prædictis creditis in caſu noſtro conſtet per publica inſtrumenta, & inſuper literæ executoriales eorum vigore fuerunt expeditæ, ac accuſata pœna fideiuſſionis contra fideiuſſores principalium debitorum in prædictis inſtrumentis obligatorum, propterea pleniſsimè cenſetur probatum, ipſa credita adeſſe, cùm inſtrumentum dicatur probatio probata, euidens, concludens, & manifeſta, proùt late poſt alios declarat Tiraq in tract. de vtrinque retractu, par. 1. §. 21 gloſſ. 1. n. 20. quibus omnibus diſcuſsis in S C. cùm fuiſſet habitum pro abſoluto, quòd ſtante exiſtentia prædictorum nominum debitorum Actuarius ad aliud non tenetur, ſed creditori eſſet ſuper eis ſatisfaciendum, iuſsit, nomina prædicta ſubhaſtari, ad finem prouidendi, & hoc ex tex in l. ordo, C. de exceptre i iud. in l. 1. C. ſi in cauſam iud. pignus captum ſit, verùm quia fuit repertus emptor, ſuccedit diſpoſitio eiuſdem tex. in dict. l. 1. vbi Salic. quòd non reperto emptore, vel non iuſto, eſt facienda eiuſdem rei adiudicatio creditori, proùt declarat, & deciſum refert Afflict. in deciſ. 358. n. 5. verſ. quarta ratio, & n. 6. Immò etiam ad inſtantiam debitoris poteſt cogi creditor ad recipiendum eius res inſolutum, iuxta reg. tex. in auth. hoc niſi, C. de ſolut. & per idem S.C. nouiter fuit deciſum ad relationem Domini Conſil. Lopez, in cauſa Actuarij Maticondæ, vt apparet ex exemplo præſentato in hoc proceſſu, fol. 20. ad inſtantiam ipſius Io. Dominici Sixti, cum Berardino Lezcano. Additio. Notandum duxi, ex regula communi eſſe deſumptum, Notarios fideiuſſores minùs idoneos accipientes teneri, & obligatos eſſe, vt habetur in comped. in verb. Notariorū exceſſus, errores, atque peccata, cap. 52. vbi id limitat quatuor modis, eam non procedere, ad quod vltra Par Iul. Clar. Ioſeph Ludou. ſuprà relatos alios enumerat Muta in Pragm. Sicil. tit. 19. n. 6. & meliùs Pyrr. Maur. Ater. in tract. de fideiuſſor. ſect. 3. cap. 4. à n. 12. cum ſeqq. vbi n. 13. id præſertim dixit procedere in fideiuſſoribus Iudicis, licèt hoc intelligant Doct. procedere in ſubſidium, vt poſt Coſtam de remed. ſubſid. in remedio 5. n. 5. Valent. Franc. in tract. de fideiuſſ. cap. 4. in 12. concluſ. n. 195. & ſeq. attamen Gargiar. dec. 22. refert, deciſum fuiſſe, quòd in hoc caſu Notarius accipiendo fideiuſſorem minùs idoneum, tenetur reficere Parti damna. & intereſſe, per tex. in l. 1. & 6. C. de Mag. conuen. Ludou. dèc. Lucenſ. 33. ſub numer. 2. & ſeqq. excuſſo tamen ipſo fideiuſſore.

Magiſtri Actorum S. C. an, & quando poſsint actitare cauſas delegatas per Suam Excellentiam, ſiue Collateṛale Conſilium, & quando Scribæ à mandatis, & ad tollendas eorum differentias fuit interpoſitum ſequens decretum per Collaterale Conſilium, videlicet. In cauſa Magiſtrorum Actorum S. R. C. cum Scribis à mandatis. Die 1. Decembris 1588. Neap. Facta relatione in Collaterali Conſilio per Magnific. V. I. D. Vincentium de Franchis Reg. Conſiliar. & Commiſſarium ſpecialiter delegatum per Ill. & Excell. Proregem, cum interuentu Magnificorum, & circunſpecti Antonij Orificij S R.C. Præſidis, & Viceprothonotarij, ac Hieronymi Olignant Regij Conſiliarij in præſenti cauſa adiunctorum. Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis mandat, decernit, atque declarat, differentias inter prædictos ortas eſſe decidendas, proùt ſubſcripto modo dictus Ill. Vicerex illas decidit, videlicet. In primis omnes cauſæ per Suam Excellentiam delegatæ, & fortè delegandæ alicui ex Regijs Conſiliarijs, & per eum in Regio Collaterali Conſilio referendæ, & decidendæ actitentur. & fiant per eoſdem Scribas à mandatis, præterquam quando cauſæ prædictæ reperirentur in S. C. cœptæ ante dictam delegationem factam, & ex dicta Regia delegatione auocarentur, quo caſu fiant per dictos Actor. Mag. S.C. Secundò declarat, quòd omnes cauſæ delegatæ, & forſan delegandæ per Suam Excellentiam alicui ex Regijs Conſiliarijs, qui nomine Regio ſolus procedere debeat, ſimiliter fiant per dictos Regios à mandatis Scribas, præterquam quando aliquæ ex eis, vel ipſarum pars in dict. S.C. cęptæ reperirentur, & ex dicta delegatione auocarentur, quo caſu dictæ cauſæ iam inceptæ per Actuarios S. C, actitentur. Tertiò, quòd quando contingiſſet appellari à ſententijs, ſeù à decretis forſan per dictos Iudices delegatos proferendis, in quibus interuenerint dicti Scribæ à mandatis, & committerentur alteri ex Regijs Conſiliarijs, ſimiliter per eum referendę, ſeù decidendæ, iidem Scribæ à mandatis in cauſa reclamationis procedant, quando verò remitterētur S.R.C. Actuarii prædicti S. C. in eis procedant. Quartò declarat, quòd omnes cauſæ prædictæ vt ſuprà delegandæ, quando ad S.C. remitterentur, in eis procedant dicti Actorum Magiſtri S. C. ſeruata forma decreti aliàs interpoſiti ſub die 26. Septembris 1583. Quintò declarat, quòd quando contingerit delegari vniuerſitatem cauſarum, cum poteſtate auocandi cauſas, & inceptas, & vertentes coram aliis Regiis Conſiliariis, tunc in cauſis prædictis vt ſuprà auocandis ſeruiant pro Actuariis, ideſt Actorum Magiſtris ipſius S.C. penès quos priùs cauſæ actitabantur, & propterea omnes cauſas ab eis auocatas eſſe eiſdem reſtituēdas. Sextò idem Ill & Excell. Dom. Vicerex declarat, quòd quando contingerit cauſas fortè delegatas in ſra certum tempus, & eo elapſo ad S. C in totū, vel in partē eas remitti, & deinde obtineretur reiterata delegatio, quòd ſimiliter in cauſis prædictis ſemel iam remiſsis procedant, & actuent Actorum Magiſtri S.C. Septimò S. E. prouidit, atq; mandat, quòd quando per Suam Excellentiam committuntur alicui

cui

cui ex Regijs Conſiliarijs cauſæ per dict. S.R.C. referendæ in S.C. quòd ſimiliter in eis procedant dicti Actorum Magiſtri S.C. Moles Regens, Ribera Regens, Berticanus Regens, Antonius Orificius Præſidens, Vincentius de Franchis, Hieronymus Olcignanus.

Magiſtri Actorum S.R.C. an, & in quibus cauſis actitare poſſint, non derogando iuribus Secretarij Regni, fuit interpoſitum ſequens decretum per Collaterale Conſilium. In cauſa Magnificorum Magiſtrorum Actorum S.R.C. cum Magnifico, & circunſpecto Don Berardino Barionouo Regni Secretario. Die 20. Aprilis 1595. Facta relatione in Reg. Collaterali Conſilio per Magn. V.I.D. Io. Thomam Salamanca Regium Cõſiliarium, & Commiſſarium ſpecialiter delegatum, cum interuentu Magnificorum, & circunſpectorum Vincentii de Franchis S.C. Præſidis, ac Viceprothonotarij, & Nic. Ant. Gizzarelli. Idem Illuſtriſs. ac Excellentiſs. Dominus Prorex decernit, atque declarat, quòd detur, prout præſenti decreto datur terminus dierum decem vtrique Parti ad probandum incumbentia, & interim lite pendente citra præiudicium iurium Partium ſeruetur decretum latum ſub die 1. Decembris 1588 præterquam in contentis in ſexto capite circa reiteratam delegationẽ tantùm, in poſſeſſione cuius reiteratæ delegationis lite pendente manuteneatur dictus circunſpectus Secretarius citra præiudicium, vt ſuprà. Ribera Regens, Goroſtiola Regens, Vincẽtius de Franchis Præſidens, & Viceprothonotarius, Nicolaus Antonius Gizzarellus, Io. Thomas Salamanca, Marcellus de Amato In cauſa Magnificorum Magiſtrorum Actorum S.C. cum Magnifico, & circunſpecto D. Berardino Barionouo Regni Secretario. Die 16. menſis Octobris 1595. Facta relatione Illuſtriſs. & Excell. D. Proregi in Regio Collaterali Conſilio per Mag. V.I.D. Ioannem Thomam Salamanca Regium Conſiliarium, & Commiſſarium ſpecialiter delegatum, cum interuentu Magnificorum circunſpecti Vincentii de Franchis S.R.C. Præſidentis, & Viceprotonotarii, & Nicolai Antonii Gizzarelli Regii Conſiliarii. Idem Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandat, decernit, atque declarat, quòd pro executione decreti lati ſub die 20. Aprilis 1595. circunſpectus Secretarius manuteneatur in poſſeſsione actitandi omnes proceſſus hucvſque per eum ſemper alios eius nomine inceptos, & reiteratè delegatos, excluſis proceſsibus inceptis per Scribas à Mãdatis, licèt ſint reiteratò delegati, in quibus Magiſtri Actorum S.C. manuteneantur in poſſeſsione actitandi, & proinde proceſſus prædicti altrinſecus reſtituantur, ſalua prouiſione facienda, quando per reſtitutionem altrinſecus factam reſultaret conſiderabilis exceſſus, & citra præiudicium iurium prætenſorum per dictos Actorum Magiſtros, virtute decreti lati in anno 1571. inter dictum circunſpectum Secretarium, & dict. Scribas à Mãdatis, quoad cauſas in futurum delegandas præfatus Illuſtriſsimus, & Excellentiſsimus D. Prorex reſeruat meliorẽ deliberationẽ. Hoc ſuũ, &c. Ribera Reg. Goroſtiola Reg. Gallus Reg. Vinc. de Franchis Præſ. Io. Thom. Salamanca, Nic. Ant. Gizzarellus.

Magiſtri Actorum an teneantur rationes adminiſtrationis reddere de emolumentis perceptis ex officio intereſſe habentibus, refertur deciſio infra in verbo Rationes.

Magiſtri Actorum S.C. an quemadmodùm cæteri Magiſtri Actorum aliarum Curiarum ſolo iuramento ſuſpecti allegantur, ex Afflict. dec. 317. Marta voto 131. ita pariter & ipſi, videbatur dicendum, eandem rationem militare. Nihilominus contrarium deciſum fuit in cauſa Illuſt. Principis Scillæ in ſuſpitione allegata in perſonam Fabritii Romani Magiſtri Actorum eiuſdem S.C. teſtatur Nouar. inter opera Ill. Epiſc. Ricc. collect. 3382. par. 8. verſ. hinc etiam, in rub. de Actuariis, &c. collect. 1. num. 8. Et in hoc erit aduertendum, quòd de iure communi permiſſum eſſe videtur cuilibet, Notarium actorum vt ſuſpectum recuſare ex iuſta cauſa, gloſſ. in §. & quod ſæpe, auth. de trient. & ſem. Bal. in l. ſcire, §. ſemper, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, Anchar. conſ. 263. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum in 16. Col. de Conſt. Phil. in cap. cum ſpeciali 5. col. de appell. vbi ſubdit, quòd ille, qui recuſat Notarium Actorum abſque cauſa, tenetur actione iniuriarũ, ex Bal. in cap. ſuper quæſtionum, de offic. del. quos omnes probat Vezin. inter commun. opinion. lib. 2. de iudicijs, num. 196.

Magna Curia Vicariæ an poſsit procedere abſque quærela pro iniuria verbali, deciſum fuit affirmatiuè in caſu occurſo relato per D. Reg. Sanfel. dec. 258.

Magna Curia Vicariæ an cognoſcere poſsit de criminibus extra officium commiſsis per Subditos Præfecti annonæ, vulgò nuncupati il Graſſiero, ſamota inhibitione prætenſa per ipſum Præfectum, aduerſùs Tribunal ipſius M.C. ex inæqualitate ipſorum, concluditur affirmatiuè ex allegationibus inſertis in dec. 290. D. Reg. Sanfel. & ita deciſum, vt ibi refertur.

Magna Curia Vicariæ quoties procedit vti delegata contra aliquem ex cauſa vnius delicti, an contra eundem pro aliis delictis cum tali delegatione procedere poſsit, vel ordinariè, ita vt denegata inquiſito appellatione in crimine expreſsè delegato, cenſeatur quoque ei denegata in cæteris, Giniba in dec. 101. dixit, quòd in aliis procedi debet ordinariè, & ſic erit concedenda appellatio, Conſil. Gizzarel. dec. vlt. num. 4. obiter dixit, quòd in omnibus cum delegatione procedi debet in M.C.V. At in cauſa Hieronymi Cantauale, qui repetiebatur inquiſitus de pluribus delictis, licèt in vno ipſorum M.C. procedebat vti delegata ſuper omnibus, & vti delegata fuit lis conteſtata, attamen ex aduerſo prætendebatur, pro reliquis debere appellationem admitti, fuit demùm per Collaterale Conſilium contrarium determinatum, ad relationẽ Iudicis Rufsini, in banca Ioelis, penès Coſentiam Scribam, & ad tollendas has differentias per idem Collaterale Conſilium fuit reſcriptum eidem M.C. quòd quoties procederet in vno vti delegata, in cæteris pariter procedere debet huiuſmodi, ſi tamen pro illis imponi poſsit pœna corporalis, vt extat regiſtratum penès Perceptorem M.C.V. de anno 1641 ad quod ſubiunxit Franciſcus Laurus V.I.D. iunior dicendo, ſed Dom. Thorus in 3. par. compend. fol. 131. col. 1.

deciſum

deciſum refert, quòd delegatio facta alicui Iudici, vt procedat in cauſa Titij, ſi in ea adeſſent alij inquiſiti, non extenditur ad eos, citat Taſſonum in obſeru. ad Pragmat. de anteſato, obſeruat. 3. num. 147. verſ. ſed pone caſum, qui in verſ. 12. obſeru. 2. num. 26. ſeu 27. in fine, contrarium in alia cauſa per Collaterale Conſilium refert deciſum, in banca de Cuntio, quibus pro prima ſententia addit Nouar. in Pragm. 1. num. 2. & 3. & in lib. 2. quæſt. forenſ. in quæſt. 46. quibus addo Maur. Burg. in tract. de modo procedendi ex abrupto, quæſt. 62. num. 13. & 15. vbi probat, quòd delegatio non extenditur vltra in ea expreſſa, vbi plura, & meliùs in quæſt. 64. num. 21. inquit, quòd delegatio eſt ſtricti iuris, ideòq; non extenditur ad perſonas, neque ad res non expreſſas, Giurbs conſ. 39. n. 14. idem aſſerit, ad quod conuenit optima contr. 67. D. Don Franciſci Merlini Pignatelli Reg. Conſil. nunc Præſ. R. C. S. pro Regni Secret. & Regent. Regiam Cancellar. vbi num. 2. & 3. cenſet, quòd delegatio ſit ſtricti iuris, & nullam admittit interpretationem extenſiuam, aut ſubauditum intellectum, & refert in caſu per eum relato, quòd Fiſcus noluit expectare reſolutionem, ſed adiens Collaterale Conſilium, quatenus opus eſſet, nouam obtinuit delegationem, cum qua fuit proceſſum. Thoro.

Magna Curia Vicariæ in furtis commiſſis intus Ciuitatem Neapolis ſemper procedit vti delegata, ex diſpoſitione Pragmaticæ primæ de Delegat. an etiam vti delegata procedat in furtis commiſſis in Suburbiis Ciuitatis eiuſdem, de hoc fuit ſemper magna diſceptatio, ita vt in ſimilibus caſibus fuit neceſſe ſpecialis delegatio Collateralis Conſilii, ſed poſtea per idem Collaterale Conſilium fuit ordinatum, quòd M. C. ſemper ijs in caſibus procedat vti delegata, vt apparet ex reſcripto Suæ Excellentiæ expedito in anno 1641. ſub die 21. Auguſti præſentato in proceſſu contra Pacionum, & Lilium Iordanū, in banca Tartagliæ, penès Violam Scribam, regiſtrato in libro Perceptoris, fol. 53. & his conueniunt collecta per D. de Franch. deciſ. 529. & per nos in prima parte compendij, verb. Suburbia, fol. 530. vbi extat deciſio hæc ex adnotatis ſingularibus per V. I. D. Franciſcum Lauritum iuniorem perſpicaciſſimum Aduocatum, & meū familiarem amicum.

Maior pars Collegij, & ſimilium exiſtente diſparitate Collegatorum, hoc eſt nobilium, & ignobilium qualiter conſtituatur circa explicationem Actorum, exemplo oſtenditur in facto iam occurſo in Gubernatoribus Sacri Hoſpitalis Diuæ Mariæ Annunciatæ Neap. inter quos vnus preeſt Nobilis de Sedili Capuanæ. Cæteri verò ſunt de Populo, & ad hoc vt conſtituatur maior pars, nam & ſi Nobiles, & Plebei faciunt corpus diuiſum, vt tradit Alphonſ. Modit. in ſuis dubitat ſeù reſolut. lib. 1. §. plebiſcitum, dub. 50. num. 2. In hoc caſu dici non poterat corpus diuiſum, poſtquam inter eos vnicum reputatur corpus, cuius caput eſt ipſe Nobilis, & circa iſtud quæſitum reſpondit Bart. in l ſi vni, nu 6. ff. de re iudic. quem citant Doct. in cap. Eccleſia veſtra, de elect. gloſ. in prag ſanct. tit. de elect. §. licèt, §. veruntamen, in gloſſ. maiores, Franc. Marc. dec. 1033. & dec. 1391. quos probat Licèt, de Piſa in ſua Curia Piſ n 4. lib. 1. cap. 2. num. 10. vltra eos Modit. in dict. §. plebiſcitum, dubit. 104 num. 2. dicens id verum putare, quando iuriſdictio competeret pluribus vt vniuerſis, hoc eſt Collegio vel ordini Decurionum, vel Priorum, ex l. vbi, ff. de tut. & curat. datis ab his, ſi verò pluribus vt ſingulis, tunc maior pars intelligitur numero, & quamuis ibidem Licentiat. dicat ſupra n. 11. ſolùm attēdi numerum perſonarum ad conſtituendum maiorem partem, quia pro pluralitate præſumitur, & ſic quòd maior pars, etiam ſi ſit ſanior, & conſequenter proùt tradit Martin. Rauault in ſuo enchyrid. Iud Eccleſ. not. 83. quoties in Collegio aliquis nobilior, & potentior ineſſet, intelligatur ad conuocandum illos de liga. Attamen Abbas in cap prudentia, de offic. deleg. inquit, quod illa duo copulatiua requiruntur, quòd ſit maior pars reſpectu numeri, & etiam dignior reſpectu meriti, quia iura dicunt illud validum quod fit à maiori, & ſaniori parte, cap. quia propter, de elect. & cap. Eccleſ. eod. tit. & hanc ſententiam ex pluribus comprobat præfatus Martin. in notab. 66. nempe in explicandis per Collegium, non ſufficit maior pars, niſi etiā ſit ſanior, nec etiam ſanior, niſi ſit etiam maior, ex cod. Abb. in cap. licet de vitanda, verſ. not. regulam, de elect. & in cap. cū omnes, vbi Felin. de Conſt cui conuenit allegata Bart. diſtinctio, quòd in hoc caſu iuriſdictio competeret pluribus vt vniuerſis. Et propterea in cauſa ipſorū Oeconomorum fuit per S. R. C. die 18. Septembris 1577. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Io. Felicis Scalaleonis declaratum, quòd in omnibus actibus gerendis, & concluſionibus firmandis pro beneficio dictæ Eccleſiæ, & Hoſpitalis S Mariæ Annunciatæ, vnà cum Magiſtro Nobili interueniant duo ad minus ex aliis quatuor Magiſtris, in proceſſu Fabii Vicedomini, & aliorum, cum Io. Baptiſta Minutulo, in banca de Felice.

Mandatarius, cui fuit iniunctum onus emendi oleum in aliquo loco, vbi degebat, & poſt acceptationem mandati in forma ſpecificè adimpleuiſſet, ſi fortè aliquæ ex ſalmis emptis deficerent, quia non fuerunt à venditoribus conſignatæ, vel ab eiſdem venditoribus venditæ, vtrum ipſe poſſit nedum oleum à venditoribus recuperare, & mandanti conſignare, ſed etiam alias eiuſdem bonitatis, & qualitatis in locum quantitatis deficientis ipſi mandanti conſignare, fuit per S. C. inductis aulis deciſum in eius beneficium, & mandans condemnatus, licèt cum aliqua moderatione, ita D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 21.

Mandatū ſi ſit factū alicui Procuratori generaliter ad fideiubendum, & Procurator excedendo fines mandati fecerit dominum principalem debitorem annuorum introituum, licet probatum fuiſſet per literas, ſiue epiſtolas miſſiuas repertas in poſſe Procuratoris, & contra illud multa obijciebantur, an obliget debitorem ad ſolutionē fructuum, & tertiatum, deciſum fuit in cauſa Ducis Nuceriæ bene reclamatum, & proinde condemnetur Ill. Dux ad ſortem, cum teſtiis decurſis, verùm non exequatur, niſi facta diſcuſſione contra Franciſcum, & Pyrrum Caraſa, audito Domino Duce, & cauſa potiſſima fuit notitia habita de Thoma Longo Procuratore confidentiſſimo

deatiſſimo Ducis, & de ipſo maximè benemerito, qui veriſimiliter non explicaſſet actum fideiuſſionis, niſi recepto prius mandato, & ſic habita fuit pro vera ſcientia mandati ea qualitate perſonarum, & coniecturis oblatum arbitrium S.C. vt cenſuit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contr. iur. tom. 2. contr. 28. & 29. vbi deciſionem refert.

Manuteneri quis debeat in poſſeſſione creandi Officialem, an Ciuitas, quæ reperiebatur in poſſeſſione eligendi, ſtante illius domanio, vel Baro, qui eam emerat cum omni iuriſdictione, domanio iam extincto, cui pertinet Officiales creare. De hoc accidit nouiſſimè altercari in causa Vniuerſitatis Ariani cum Ill. Duce Bouini illius vtili domino. Dum igitur Ciuitas Ariani in domanio perſiſtens, & ſuum elegiſſet Officialem, Magiſtrum Iuratum, ſiuè Camerlingum, qui carcerum cuſtodiam habebat, ac claues illorum detinebat, percipiendo emolumenta iuria portelli, carcerandi, & excarcerandi poteſtatem, nec non exercitium Magiſtri Nundinarum cum iuriſdictione temporanea per dies octo in feſto S. Othi, & in tali exercitio reperiretur dictus Officialis electus, mox poſita ſub haſta venditio dictæ Ciuitatis, remanſit dicto Illuſtr. Duci vltimo licitatori pro ducatis 84000. & in poſſeſſionem immiſſus inſtitit ob mutationem ſtatus Ciuitatis de libera effectæ vaſalla, ad ipſum pertinere talem electionem Officialis prædicti, vti annexam eius iuriſdictioni, cum qua omnia comprehenduntur, licèt ex parte dictæ Vniuerſitatis prætenderetur, ad ſe pertinere, & proinde manutenendam in poſſeſſione eligendi, & conſequenter electum Officialem in officio manuteneri debere, etiam ſi non fuiſſet ſub domanio poſita, ſed ſub Baronum dominio, vigore capitulorum aliàs additorum, & confirmatorum per antiquos Barones, exiſtente antiqua, & immemorabili poſſeſſione nominandi quinque Ciues, de quibus Baro vnum eligebat, ſic enim obſeruari debuiſſe inſtabat, & ampliùs, quia dum dictus Officialis ab ea electus fuerat, & in dicto officio perſiſtebat, nullatenus amoueri debuerat, & conſeruari in poſſeſſione. Sed ex parte dicti Ill. Ducis replicabatur per Petrum da Philippis V.I.D. eius Aduocatum perſpicaciſſimum, qualiter dum ipſe Ill. Dux emerat dictam Ciuitatem ſub haſta à Regia Camera, ſignanter cum officiis ſolitis creandis, quemadmodùm in apoſtilla eius oblationis adnotata inſpiciebatur, & inter ea officium Camerlingatus, & poſſeſſionem illius perceperat die 28. Nouembris 1639. & prætendebat Ciuitas per diſpoſitionem capitulorum, & priuilegiorum retro Regum ſtetiſſe, & ſtare in poſſeſſione eligendi Camerlingum, cui ſpectabat nocturna cuſtodia, & diurna dictæ Ciuitatis, vltra alia ſuprà expreſſa, & ideò inſtabat pro manutentione poſſeſſionis dicti officij, cum reſtitutione clauium carcerum conſignatarum per Commiſſarium Officialibus ipſius Ill. Ducis tempore poſſeſſionis, nam & ſi cuſtodia carcerum pertineat ad Baronem, tamen Vniuerſitates ſolitæ ſunt aſſignare perſonam, quæ teneat claues, & vocatur Camerlingus, ita Nouar. in rub. Pragm. de cuſtodia reorũ, collect. 1. num. 1. Propterea præfatus D. Dux replicabat, ei, non tamen dictæ Ciuitati debere concedi manutentionem poſſeſſionis dicti officij, poſtquam dictus Camerlingus, ſicuti etiã Ciuitas prædicta aſſerebat, poteſtatem habebat carcerandi, excarcerandi, tenendi claues carcerum in eius poſſe, ac exigere ius portelli, exercendi iuriſdictionem, & vti de iuriſdictionalibus ad ipſum pertinere, cuius eſt iuriſdictio, ac ad eius Officiales, & non ad Ciuitatem, ita Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. quæſt. 46. num. 3. citat Nunium de los Corregidores fol. 131. num. 4. Et ita etiam eſſe interpretatum de conſuetudine, Præſ. de Franch. dec. 526. num. 10. & nos in compend. deciſ. par. 2. verb. Carcerari an poſſint per Barones, Capiblanc. de auct. Baron. Pragm. 19. num. 2. qui dicit, carceres eſſe Baronum, & de mero imperio, allegat Bal. & alios in l. imperium, ff. de iuriſd. omn. iud. quibus addo, qualiter carceres ſunt de Regalibus, ex Fatin. conſ. 51. nu. 2. firmat Petrus Caliſtus in tract. de lege Regia, §. 16. num. 3. quæ à Rege dicta ſunt, Bucer. de Regal. cap. 1. num. 17. quæ ſiquidem veniunt in generali conceſſione feudi Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & ſimilium, & ampliùs ſi eſſent de minoribus, idem Bucer. dict. tract. cap. 4. num. 5. & ſic ex inueſtitura, & conſuetudine. And. Kiuch. in comment. de Saxon. non prouid. iur. cap. 1. num 65. & 66. & proinde ad eum ſpectat carceratorum cuſtodia, vt idem Capibl. explicat num. 29. ad ſimilitudinem creationis Capitanei ad Guerram pro cuſtodia Ciuitatis nocturna, & diurna, cuius officium ſpectat ad Baronẽ, firmat Guid. Pap. dec. 631. n. 9. Boer. dec. 214. Capyc. dec. 27. Anna ſing. 63. Capibl. ſuper Pragm. 10. nu. 88. de Baron. & nouiſsimè Reg. Tapia in iure Regni, in cap Regni Ad quietem, & ratio eſt, quia Vniuerſitas non poteſt conferre iuriſdictiones, per Conſt. Regni Cum ſatis. Vnde iſtorum creatio ad Baronem ſpectat, per cap. Regni Robertus, & in omnibus, vbi iuriſdictio erit conferenda, eſto quòd Ciuitas haberet ius eligendi, prout etiam licèt variè prætendat dicta Ciuitas, tamen confirmatio erit faciẽda per Baronem, vt aduertit Capiblanc. loco citato, num. 89. Quare ſentiendo, Ducem dominum eſſe iuriſdictionis emptæ per eum cum Ciuitate prædicta, eum tam graui pretio, & non poſſe eam per eius Officiales exercere, in præſenti caſu prætendendo Ciuitatem illam exercere ſatis eſſet ridiculum, immò abſurdum. Nec obſtat dicere, ex præterito ipſam elegiſſe Camerlingum, qui tempore nundinarum S. Othi exercuit officium Magiſtri iurati, exercendo iuriſdictionem, vt ex ſcripturis dictæ electionis anni 1627. & anni 1628. & ſimilibus. Poſtquam tunc ipſa in domanio perſiſtebat, & cum ratione ſpectabat eidem, ex diſpoſitione Cap. Regni Item ſtatuimus. Sed nunc quòd domanium eſt reuocatum, & Ciuitas fuit vendita eidẽ Ill. Duci, ſpectat ad eũdem Ducẽ ex diſpoſitione Cap. Regni, incipit Robertus tali Comiti, & ſic fuiſſe deciſum, concordando prædicta duo capitula, refert Præſ. de Franch. dec. 43. & in poſſeſſione perſiſtit præfatus Ill. Dux, qui ſtatim ea capta deſiſtit ab exercitio, & poſſeſſione Camerlingus creatus primò à dicta Ciuitate tempore domanij, & exercuit, prout ad præſens exercet alter Camerlingus ab ipſo Ill. Duce

creatus, vt ex fide producta à dicto Camerlingo dictæ Ciuitatis, & pariter exercuit officium Magiſtri Mercati in dicta feſtiuitate S. Othi, præcedentibus prouiſionibus Regiæ Cameræ, quod exerceret illic, qui in præſentiarum exercet, expeditarum præuio decreto eiuſdem R.C. Neque minùs erit ipſa Ciuitas in poſſeſſione manutenenda, licèt ſe poſſediſſe aſſeueret, vt fundat Præſid. Marcell. Maur. alleg 99. num. 7. ſed potiùs Baronem, etiam pendente lite, cui ius aſſiſtit, vt oſtendit idem Maur. in alia alleg. 32. cùm ad ipſum ſpectet electio Magiſtri Iurati, Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 70. num. 1. Vlteriùs præfatus Ill. Dux ad id replicabat, minùs rectè ſenſus Capitulorum Regni adductorum peruerti per Præſ. de Franch. dict. dec. 43. qui ex Supremi noſtri S. C. Senatus deciſione teſtatur, Cap. Regni, incip. Robertus tali Comiti, vel Baroni, alias Ad quietem publicam, dando electionem Baroni, ſemper fuiſſe practicatum in terris Baronum, quod ex ipſius Magiſtri Iurati præſcripto electio ſpectaret ad Baronem, ac aliud Cap. Regni. Item ſtatuimus, quòd officiũ Magiſtri Iurati, & dat electionem Vniuerſitatibus, fuiſſe practicatum in terris domanii, ita quòd ex ipſius diſpoſitione Magiſtri Iurati electio ad dictas Vniuerſitates ſpectaret quidem domaniales, ſed non Baronales. & non ſine rationis fundamento hanc deciſionem recenſuit, quia dec. prædicta 43. ſub num. 3. ſolidiſſimum, & fundamentale in eam adduxit, quòd cùm hoc officium habeat annexam iuriſdictionem, & Vniuerſitates non poſſunt creare Magiſtratus, qui habeant iuriſdictionem, per dict. Conſtit. Cùm ſatis, verò in Baronalibus Vniuerſitatibus electio huiuſmodi ſpectet ad Barones, penès quos iuriſdictio ob noſtri Regis infeudationem reſidet, in domanialibus verò ad eaſdem pertinet Vniuerſitates, virtute dicti Capituli, Item ſtatuimus, & toleretur ex cõſuetudine, Capiblanc dict. cap. 70. nu. 9. quamuis iuriſdictionem non habeant, quam diſtinctionem ſic practicatam Præſ. de Franc. dict. dec. 43. num. 4. exornat auctoritate Luc. de Penna in l. obſeruare 2. ſub num. 5. verſ. ex quo ſumitur argumentum, C. de Decur. lib. 10. & Capyc. in ſua inueſt. feud. ſub tit. feud. officiorum, ſub verſ. Mareſcalli exercitium, verb. Magiſtri Iurati officium, fol. 274. quibus addo Montan. in Pragm. 2. num. 191. de adminiſt. Vniuer. Capiblanc. de Baron. in Pragm. 10. num. 88. Regens Tapia dict. iure Regni, in dict. cap. Ad quietem, & licèt dicatur, Præſidem per dicta Capitula loquutum fuiſſe in Magiſtro iurato, non autem in Camerario, non rectè, ac bene dicitur, cùm Camerlingus idem ſit quòd Magiſter Iuratus, & Camerarius, ex locorum, & temporum diuerſitate, & viciſſitudine diuerſa nomina ſint attributa, quin & eadem Ciuitas in proceſſu Sacri Conſilij in eius ſupplicationibus, vt ſic identificauit, & minùs diſtinxit, Nouar. in tract. de grauamin vaſall. in grauam. 270. & 272. Vlteriùs replicabatur, neque poſſe Ciuitatem Ariani ſe iuuari capitulatione in proceſſu producta, cap. 3. ex qua nominatio plurium Ciuium pro dicto officio Vniuerſitati Ariani dabatur, & confirmatio, ſiue electio Baroni reſeruabatur, ob quod Aduerſarius eam in iure illationẽ deduxit, quòd eo caſu nominare, & eligere idem ſint, ex doct. Reg. Rouit. in Pragm. 2. num. 30. 31. & 49. de Admin. Vniuer. poſt alia iura, quæ citat, & vt ſic Vniuerſitas ipſa nominando eligit, differunt tamen inter ſe nominatio, poſtulatio, & electio, Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 2. num. 26. ſiquidem in ordine aſſerta illa capitulationis cartula peccat, primò cùm careat die, & conſule, quo caſu nedum non probat, ſed nullius roboris reputatur, ad tex. terminantem in l. 3. & 4. C. de diuerſ. reſcr. Secundò, quia in fine in decretatione dicitur, placet, prout hactenus fuit obſeruatum, iuribus Curiæ noſtræ ſemper ſaluis, & vt ſic minùs refragatur, ſtante reſeruatione iurium Curiæ Baronalis, in iuſtitia verò cùm originalia ſcripturarum exhibitarum nequaquam producantur, ad tex. in l. 3. C. de diuerſ. reſcript. ibi ſancimus, vt authentica ipſa, atque originalia reſcripta ex noſtra etiam manu ſubſcripta, non exempla eorum inſinuentur, at cùm Ciuitas Ariani è Baronum manibus obtento domanij iure ad Regis poteſtatem conuolauerit, quælibet iuriſdictionis prærogatiua à retroactis Baronibus conceſſa, fuit confuſa, & reſoluta, prout obſeruauit ſingulariter Præſ. de Franch. dec. 517. ſub num. 2. atque ita minùs ſuffragari valent illæ cartulæ aduersùs D. Ducem Bouini, ad præſens ab eodem Rege de Ciuitate Ariani infeudatum, reſoluto domanij iure, & vt ſic ex iuribus Curiæ, & Regis ſucceſſorem, qui quamuis beneficia a Fiſco, & Rege connexa rata habere teneatur, cùm ſpecialiter de ipſis conſtet, non eò minùs ſtare tenebitur conceſſionibus, & capitulationibus factis à præteritis Baronibus ante domanij acquiſitionem, maximè aſſenſu carentibus, vt obſeruat Reg. Rouit. in Pragm. 1. de priuil. Vniuerſ. qui in caſu ſuo ponderabat aſſenſum hominis, quem ſuper conceſsione, & capitulatione perſonali Baro interpoſitum cõtendebat, ita quòd extincta perſona tam conceſsio, quàm aſſenſus euaneſcunt, quia & adhuc ſi aſſenſus exhiberetur, prout in contingenti caſu minimè exhiberi valet, neque ſingularem ſucceſſorem ex primis illis Baronibus, qui capitula condiderunt, vel conceſſere, minimè deſcendentem obligare poſsit ad eorum obſeruantiam, prout ſolemniter in S.C. fuit deciſum de anno 1555. in cauſa Sigiſmundi Pignatelli, cum Vniuerſitate, & hominibus Roccæ Mondolfi, cuius deciſionis, & decreti copia reproducitur in proceſſu, vt inde magis D. Ducis Bouini emptoris à Regia Curia, & vt ſic omnino ſingularis, & extranei ſucceſſoris iuſtitia attendatur, tantò magis, quia eiuſmodi aſſerta capitulatio de euidenti iniuſtitia redargui valet, cùm ſint illicita, & iuris habent reſiſtentiam & Vniuerſitas iuriſdictionalis, immò quæ iuriſdictionem omnimodam abſorbeat, obtineat, vt voluit Afflict. in prælud. Conſt. quæſt. 3. num. 5. Niger in Cap. Regni 1. num. 6. & 16. Viſcont. in concluſ. verb. Baronis, fol. 20. Bottel. de Magiſt. edict. lib. 2. cap. 2. num. 30. allegans poſt alios Afflict. dec. 307. num. 20. & ſub num. 31. verſic. quia talia, ſubdens omnino abolenda talia capitula, contra ius ſtatuta, ex Gom in §. ſed iſte, num. 13. Inſt. de Act. & Rol. conſ. 86. num. 1. vol. 1. & reaſſumit nouiſsimè Nouar. in tract. de grauam.

grauam.vaſall.in grauam.278.ſub n.7.adducendo Patrem Dianam reſolut. Moral. tract.6. Miſcell.p.3.reſolut.36. probantem inſuper, neque poſſe timeri periurij incurſum, quinimmò neq; hoc caſu, vt perperam pars ex aduerſo prætendit nominare idem eſſe, quod eligere, quemadmodùm ſingulariter exploſa Regentis Rouiti ſententia, concludit Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de abund. Ciuit. §.1. ſub n.5.6.7.& ſeqq. vbi non ſolùm ſolemnis iurium intellectus recéſſit, ſed etiam ſolitas doctrinas memorat in terminis, quod eligens, & nominans ſatis differunt, & poſtremo reſpondetur, quod vbi Ciuitas Ariani titulum ſic infectum, & vitioſum adducat, minus poſſit ſe tueri prætenſa quadam poſſeſſione, quæ ſi fuiſſet tempore dominij, nullo modo reſiſtit, iuxtà ſuprà fundata, ſin verò in alio tempore conſideretur, neq; repugnat, ſtante vitio, & infectione tituli iàm producti, tum magis, quia ad præſens in poſſeſſione manet dictus Ill. Dux, qui continuando ſuam poſſeſſionem nequaquam attentare dicitur, vt fundamentalitèr concludit Capyc. dec. 72. ſub n.2. quocireà iure merito in eadem poſſeſſione erit manutenendus, prout certo ſpectat, hæc ille, fuit proindè interpoſitū ſubſcriptū decretū, v3. Super inſtantia facta pro parte Ciuitatis Ariani ſupra non eſſe moleſtandā in poſſeſſione eligendi Camerarium dictæ Ciuitatis, ad quem pertinet cuſtodia nocturna, & diurna Ciuitatis, cum poteſtate carcerandi, & excarcerandi à iure portelli, nec non ſuper reſtitutione clauium carcerum dictæ Ciuitatis, & quod non moleſtetur Ciuitas ipſa in exercitio iuriſdictionis ſecūdarum cauſarum, ac etiam ſuper exercitio Camerarij, ſiuè Camerlenghi pro exercendo officium Magiſtri Nundinarum feriæ S. Othi cum prærogatiuis ſolitis, & conſuetis, & alijs, vt in actis. Die 13. menſis Iulij 1640. viſis comparitionibus præſentatis pro parte Ciuitatis Ariani ſub diebus 23. Decembris 1639. fol.68. 13. Februarij 1640. fol.70. 10. & 22. Martij eiuſdem inſtantis anni f.123.134. per D. militem V.I.D. Fabium Capycium Galeota Regium Conſiliarium, Præſidentem R.C. & Reg. Regiam Cancellat. & cauſæ Commiſſarium, factaq; per eundem relatione in dicta R.C. coràm Spectabile Regente Matthia Caſanatè Locumtenente, fuit per Reg. Cam. prædictam conſenſu promiſſum, & decretum, quod citrà præiudicium iurium vtriuſq; partis in petitorio detur terminus decem dierum in cauſa ad probandum incumbētia, & interim Ciuitas prædicta conſeruetur, & manuteneatur in poſſeſſione eligendi quolibet anno quinque homines pro eius gubernio, qui habeant maiora ſuffragia, ex quibus vnus confirmetur per Ill. Ducem in Camerarium, ſiuè Magiſtrum Iuratum cum ſolitis, & conſuetis honoribus, & prærogatiuis, & ſignanter cuſtodiæ clauium carcerum, & nocturnæ cuſtodiæ excubiarum, & cum facultate exercendi officiū Magiſtri Nundinarum, ſeù mercati ſpatio octo dierum in feſto S. Othonis cuiuslibet anni iuxtà antiquum ſolitum, hoc ſuum, &c. Capycius Galeota, Io. Baptiſta Sebaſtianus Magiſter Act. Conſ. Antonius Bolinus, Io. Baptiſta Conſtantinus Act. per S.C.

Manuteneri an debeat Baro nouus emptor feudi in poſſeſſione exigendi à vaſallis ligna, & paleā in pecunia, quemadmodùm ipſi ſoluebant Regiæ Curiæ venditrici feudi, quod cùm fuiſſe exemptum à Io. Antonio Pariſio I.C. optime merito talia prætendente, fuerunt ſequentia in facto, & in iure conſiderata, videlicèt. Quod debet lite pendente Baro Paniſcoculi manuteneri in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi in pecunia ius lignaminum, & paleæ à ſuis vaſallis, fundatur ex ſequentibus, primo ex priuilegio inſerto in prouiſionibus expeditis à Regia Camera, quod recognoſcat Baronem vti Dominum, firmatis ab Illuſtr. Domino Marchione S. Iuliani pro lignis, pro palea, pro venatione, quam facit conſultationis pro venditione, & cum prouiſione D. Comitis, cum quo fuit ſtipulatum inſtrumētum, & D. Ducis Medinę. Secundò qualitèr Regia Curia à Caſalibus prædictis exigebatur ius prædictum in pecunia, apparebat ex fide Contatoris Sanguinetti, & ante ipſum per totum tempus gubernij Illuſtriſs. Card. Zapattæ, & D. Comitis Montis Regij, illud exegit Vincentius Victorius Contator, & producetur fides cōmiſſionis eiuſdem in perſonam Auguſtini Bruni exactoris, & fides etiam Maiordomi fratris Ioannis Deodati, vbi declarat, ità vidiſſe obſeruari à ſuis prædeceſſoribus, & obſeruaſſe, & quod importabat ducatos 30.4. pro ſemeſtre pro vndecim cannis lignorum ad rationem ducator. 5.3. cuiuslibet cannæ, ac etiam producebatur commiſſio originalis anni 1638. D. Franciſci Moles, vbi ſunt deſcripta omnia Caſalia, & inter ea Paniſcoculi Caſale, vbi mādabatur, conſtringi ad ſoluendum eos, non oſtendentes ſoluiſſe ligna, inſuper alia fides producebatur cum iuramento eiuſdem Auguſtini aſſerentis, per 23. annos, quod exercuerat officium Commiſſarij, exigiſſet, & exigere in beneficium S.E. cum commiſſione Maiordomi, producebatur etiam fides Officialis Scribæ Rationis Cauallaritiæ Octauij Cimini, vbi dicebatur, quod quilibet Maſſarius obligatus eſt adducere paleam Ponti Magdalenæ carrū vnū pro pari bobū cantara ſex faſciculorum 200. & rotulorū ſex pro quolibet faſciculo, & quando nolit ſoluere paleam, exigere debebat carolenos 20 pro quolibet Carro, ad quod cōſtringi deberent cum exequutione, ac etiam bannum de anno 1637. producebatur. Licèt autē per S.C. fuiſſet die 20. Maij 1642. prouiſum, quod intimatis particularibus prouidebitur, quibus intimatis replicauerunt, qualitèr fuerunt decepti in conſtitutione procurationis cauſa litigandi cum ipſo Barone, eo quod N. deputatus perſuadebat eos velle tollere onus, ſoluendi ligna, & paleam, quam reuocauerunt, eo quod Baro ſtetit, & ſtat in poſſeſſione, ſicuti Regia Curia ſteterat in poſſeſſione exigendi ligna, pro quibus ſoluebantur ducati 61.4. ſingulis annis quolibet ſemeſtre, & paleam ad rationem carolenorum duodecim pro pari bobum ab anno 1633. vſque ad annum 1645. vt quoque cæteri Maſſarij, & Braceiales aſſerebant. Ex quibus nedùm ſemiplena probatio reſultare videbatur, ſufficiens ad manutentionem poſſeſſionis, ſed probatio realis Miniſtrorum Regiorum, ac confeſſiones ipſorummet intereſſe habentiū, ſufficientes pro interpoſitione decreti manutentio-

tionis, & primò, quia dùm Regia Curia ante
venditionem in ea reperiebatur in poſſeſſione
ad ſui libitum exigendi in pecunia, prodeſt ſuc-
ceſſori, vt manuteneri poſſit, ex quo ſucceditur
in dignitate, & officio, quæ non moritur, &
requiritur apprehenſio, poſt Tiraquell. in tract.
le mort laiſ. le viſ. par. 1. ſic deciſum refert Gui-
do Pap. dec. 355. Ludouiſ. dec. 438. de qua conſtat
tàm ex fide, & commiſſione prædictorom offi-
cialium, quam in his, quæ ipſorum concernunt
officium plenam faciunt probationem, c. poſt
commiſſionem de prob. prout in eius officio
Nuntius, gloſ. in cap. cum parati, de appell. &
communis eſt opinio Maſcard. de probat. con-
cluſion. 1138. num. 1. dùm hæc iura conceſſa
abſq; apprehenſione in Baronem fuerunt tranſ-
lata, Capyc. dec. 121. D. Reg. Valenzuela conſil.
71. n. 33. vol. 1. eo magis in poſſeſſorio ſumma-
tiſſimo lite pēdente, in quo ſemiplena ſufficiet
vnius tantùm teſtis depoſitio, Menoch. de retin.
poſſeſſ. remed. vltim. num. 44. etiam non idonei,
Ludouiſ. dec. 438. & ſi iuris communis contra-
ſe haberet præſumptionem, vt in praxi ſic ſerua-
ri dixit Couarr. pract. quæſtion. cap. 71. num. 6.
poſt Capyc. dec. 189. quam plenam faciunt etiā
fides priuatæ, quæ & ſi regulariter non probēt,
ex reg. quod teſtibus, & non teſtimonijs, proce-
dit tamen regula in criminalibus, non autem
in ciuilibus, gloſ. in l. 3. §. ideòq; ff. de teſtib. pri-
mò, quia ſunt iuramento fulcitæ, poſt Bart. idem
Maſcard. de probat. concluſ. 13. & paratam ha-
bēt exequutionem. Secundò, quia ſunt admini-
culata priuilegio, gloſ. in l. inſtrumenta, C. de
probat. etiam contra tertium, Bald. in l. 1. C. de
edend. Genua de priuat. ſcriptura, lib. 1. quæſt. 5.
num. 2. eo magis, quando ſunt veriſimiles, Idem
loco citato. Ex quibus etiam Baroni permittitur
Vniuerſitatem cogere, Vaſq. controuerſ. Illuſtr.
quæſt. 83. & 84. & non poteſt Baro abſq; cauſæ
cognitione priuari, cap. conquærente, de reſtit.
ſpoliat. Affl. deciſ. 98. num. 2. Veral. deciſ. 21. nu.
9. part. 1. Nec obſtat ponderatio Vniuerſitatis,
dicendo quod Curia conceſſerat, non alitèr pe-
cuniam, ſed paleam, & ligna, & quod fuit vo-
luntaria datio pecuniæ, quod ideò non præiu-
dicauerat in futurum. Primò, quia ſeparabatur
Caſale à iuriſdictione Ciuitatis Neapolis, etiam
reſpectu Monterij Maioris pro venatione, Ca-
ualeritij Maioris pro palea, & à quolibet onere,
& ſeruitute aſportandi ligna ad Regium Pala-
tium, & venduntur dictæ iuriſdictiones, non
tamen ligna, & palea. Et indè ſubſequitur
cum declaratione, quod per dictam deſcriptio-
nem corporum particularium nullum intelli-
gatur factum præiudicium venditioni omniū,
& quorumcunq; bonorum, introituum, iurium,
& iuriſdictionum ad dictam Regiam Curiam
ſpectantium, & competentium, ſeù quæ ſpecta-
rent, & competere poſſent in dicto Caſale cum
eius diſtrictu, & territorio, iuxtà fines appoſitos,
eiuſq; vaſallis, vaſallorumque redditibus, ſer-
uitutibus, & iuribus ſeruitutum, & ſunt alia,
quæ debentur ratione feudi, Capyc. in inueſtit.
feud. fol. 103. ità quod ſuccedens in Caſtro ha-
bet omnia iura, quæ occaſione Caſtri debētur,
Bald. conſ. 275. volum. 2. & veniunt cum Caſtro
omnia iura, etiam quod non eſſet dictum, Bart.
in l. quidèm, C. de reſeruat. lib. 10. idem Capyc.

fol. 14. à ter. verbo Caſtrum, mandans eis, & cui-
libet eorum, & in genere, & in ſpecie, quod ex
nunc in anteà correſpondere debeant dicto
Doctori Saluo de iuribus ſolitis, & conſuetis
debendis à præſenti die in anteà, & in futurum,
eiq; pareant, & obediant tanquam eorum, &
dicti Caſalis vtili domino, & patrono. Et dum
per priuilegium nil reſeruauerat, & transtulit
Baroni dominium, & poſſeſſionem ſupradictā,
ſufficit oſtendere ſtatum, in quo ſtabat dictum
Caſale, quando tenebat Curia ante venditio-
nem, vt poſſit conceſſionarius obtinere, Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. auct. 5. n. 8. & ſicuti in electio-
ne Regis erat exigere in re, vel in pecunia in
ſeruitijs perſonalibus, quod conſueuit attendi-
tur, Capyc. dec. 37. n. 2. nàm in dubio, prout vſu
anteà fuerat conceſſa, intelliguntur, l. ſi de in-
terpretatione, ff. de leg. Gomeſ. in l. Tauri 40. n.
12. verſ. 3. quia in dubio. Et licèt ex aduerſo ad
inſtantiam aliquorum ciuium, non alitèr com-
parentium in Banca, vbi venditio facta fuerat
de dicto Caſali Paniſcoculi, & non audito illius
Barone, fuerunt expeditæ per Regiam Came-
ram prouiſiones, nè moleſtaretur Vniuerſitas
prædicta, fuſfultæ verbis illis adiectis in dicto
inſtrumento, ibi ſeparando prius ſupradictum
Caſale Paniſcoculi à iuriſdictione huius Ciui-
tatis Neapol. etiam reſpectu Monterij Maioris,
& palea, à quo onere, & ſeruitute aſportandi li-
gna ad Regium Palatium ex conuentione ſic
habita, ſtante ſolutione infraſcripti maioris pre-
tij ad maiorem ſummam de eo, quod vendita
fuerunt alia Caſalia, quæ ſunt v3. quibus inti-
matis eidem Baroni, replicauit, qualiter non
ſubſtinebant vti ſubreptitiæ, & ſubreptitiè im-
petratæ, & in aliena Banca confectæ, & dùm
prouiſio facienda erat, fuit per dictam Vniuer-
ſitatem oppoſitum de pendentia litis in S. C.
fuit prouiſum, quod vnitis prouiſionibus, & re-
ductis ad ius, & iuſtitiam partes adeant S. Con-
ſilium, vbi diſceptari contingit de prædictis om-
nibus, & quod de talibus prouiſionibus nulla ra-
tio habenda erat ex ſequentibus. Primò, quia
emptor voluit, diuidi Caſale à iuriſdictione
Neap. quia in eo Territorio Monterius maior
habebat iuriſdictionem pro venatione, & Ca-
ualeritius pro platea, & Maiordomus ſeruitute
lignaminum, & fuit per pactum expreſſum con-
uentum, quod non ſolùm fuiſſet diuiſum à di-
ctis iuriſdictionibus, ſed quauis ſeruitute, &
nil tàm conueniēs erit humanæ fidei, quā pacta
ſeruari. Ideò Excell. Comes antequam vendere-
tur dixerat, ex nunc ſeparando ſupradictum
Caſale Paniſcoculi à iuriſdictione huius Ciui-
tatis, etiam reſpectu Monterii maioris pro ve-
natione, & Caualleritii maioris, & palea, & à
quolibet onere, & ſeruitute aſportandi ligna
ad Regium Palatium ex cōuentione ſic habita,
& rationem reddit ſtante ſolutione infraſcri-
pti crediti ad maiorē ſummam de illo, quo ven-
dita fuerunt alia Caſalia, & poſteà conceſſit ei-
dem Baroni omnes introitus, cum ſeruitutibus,
& iuribus ſeruitutum, & ſic dum ius paleæ, & li-
gnaminum ſit ſeruitus, quæ debebatur ex Mia-
no vendidit Baroni, & tollit ab illis, qui nomi-
ne Regiæ Curiæ detinebant, ex quo Caſalia
Miani, & Mianelli fuerunt vendita ad ratio-
nem ducatorum 36. pro foculari, & Caſale Ma-
rani

tani ad rationem ducatorum 54. pro foculari, & Panicoculi Caſale ad rationem ducatorum 70. pro foculari ex conuentione, ex quibus verbis Vniuerſitas argumentum ſumere poterat, quòd non fuiſſet exempta, dum illam non exemit à dictis oneribus, ſed illud ſeparauit, at Ciues non debuiſſent eſſe ſubiecti prædictis Miniſtris, ſicuti perſiſtebant, quia ſic noluit emptor in ſui beneficium, & non aliter, & ideò ſolueret ducatos 70. pro quolibet foculari, & tale pactum ſibi ipſi prodeſſet, & non dictis vaſallis, qui non contraxerant, nec interuenerunt in eo, §. alteri, Inſt. de inutil. ſtipul. l. 3. C. eod. neque petierunt vnquam talem exemptionem, qui cùm eſſent focularia 267. voluit Regia Curia pro 291. ſicque ſeparatio non induxit Vniuerſitati exemptionem à Barone, dùm poſteà conceſſerat omne, quod ipſa Regia Curia habebat pro ſeruitio, aut pro quauis ratione, & mandauit, quòd ipſi correſpondiſſent abſque exemptione dictorum onerum. Voluit etiam emptor, quòd de ducatis 20370. quod importabat pretium, ſoluerentur ducati 9547.17. Ioanni Zoaglies pro fiſcalibus, quæ tenebat, & cum iſtis extinguebant ipſa, quę importabant duc. 6681.13. annuatim, & remanſit Vniuerſitas exempta, pro quibus ſupplicaueras Suæ Excellentiæ, ex quo ſoluere non poterat. Secundò, quia illo tunc, quo fuit vendita idem D. Comes per villectum mandauit Regiæ Cameræ, vt expedirentur prouiſiones pro obſeruantia inſtrumenti, ſtante ſolutione pretij, & per dict. R. C. fuerunt expeditæ prouiſiones venationis, & fuit mandatum, vt exploraretur voluntas Ciuium, ex ordine Dominorum Iunctæ, & aliæ prouiſiones pro palea, & lignaminibus, ex quo ſubſequitur, quòd quando priuilegium fuiſſet dubium, ſicut non eſt, quia clarè fuerunt conceſſæ, & venditæ dictæ rationes, eius eſt interpretari, cuius eſt condere, l. fin. C. de leg. & dū ipſe D. Comes Montiſregij inſimul cum prædictis Miniſtris expreſsè mandauerunt expediri prouiſiones, nullatenùs ad præſens difficultari debet, maximè quia idem D. Comes cum eius firma mandauit obſeruantiam, & quòd reſtitueretur executio contra eam facta. Tertiò dum fuiſſet controuerſum priuilegium, ac etiam prouiſiones Monterij maioris, diſcuſſo negotio coram D. Regente Zufia tunc Præſidente, viſis prouiſionibus mandauit, vt obſeruarentur iuxta ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem, qui interuenerat in venditione, & quartò ex iuris diſpoſitione deſumitur, quando priuilegium fuiſſet dubium, poſſeſſio ab annò 1633. vſque huc ipſum declarauerat, Bart. conſ. 59. Commune Spoleti, Præſ. de Franch. dec. 59. & 397. num. 11. Immò poſſeſſio vnius iuris, quando non eſſet in caſu noſtro reſpectu omnium, operatur quòad omnia in priuilegio contenta, Præſ. de Franch. dec. 397. num. 6. & 13. Et quod eſt iudicatum in vno iure, priuilegio contento facit ius quòad omnia, l. 3. vbi Doct. ff. de acquir. poſſeſſ. Menoch. de retin. poſſ. remed. nu. 158. & non modò nos habemus iudicatum in contradictorio iudicio ſuper venatione per dict. D. Reg. Zufia, verùm pro paleę poſt prouiſiones prædictas Vniuerſitatis ſubreptitie impetratas die 15. Septembris 1642. & cum Monterio Maiore præſente dùm fuiſſent in iudicio ijdem deputati, qui ſunt ad præſens cum Barone, vt ex actis. Quintò idem, quod ad præſens poſt tot annos deputati controuertunt poſſidet ab anno 32. & 33. Domina Principiſſa Marani cum prouiſionibus R. C. fundatis in priuilegio, quia Excell. Prorex vendidit Caſale Marani cum dictis pactis contentis in venditione Paniſcoculi, nil ſibi reſeruans, cum decreto Præſidentis Bactaglini, in contradictorio iudicio, & obſeruantia dictarum prouiſionum inſertarum, ac prouiſionum Suæ Excellentiæ per Collaterale, non obſtante, quòd Caſale Miani nòn gaudet, ex quo diuerſa eſt ratio, & non infertur de vno ad aliud per ſupradictas rationes, & in priuilegio Paniſcoculi poſt ſeparationem Caſalis, vt dictum eſt, vendidit quantum Curia poſſidebat, cum ſupradictis verbis, dicendo, ſubmittens ex nunc in antea dictus Dominus Vicerex, quo ſuper nomine omnes, & ſingulos homines, & vaſallos dicti Caſalis, modo, quo ſuprà in omnibus, & per omnia dicto Doctori Saluo, & alibi cedens omne ius dictę Regiæ Maieſtati, eiuſque Regis Curiæ, competens contra, & aduerſus perſonas quaſcunque, ratione, & cauſa dicti Caſalis vt ſuprà venditi, ac in, & ſuper eodem, & eius iuribus, &c. quocunque modo, ita quòd, &c. & alibi, & promiſit, & conuenit, &c. ceſſionem prædictam, & omnia prædicta, &c. ſemper, &c. habere, &c. rata, &c. et rata, & contra non facere aliqua ratione, &c. nec non dictum Caſale cum iuriſdictionibus prædictis venditis, &c. & alibi, nil Regiæ Curiæ in dicto Caſali reſeruans, niſi ius exigendi vinum ad minutum, & omnia alia bona, ac iura voluit, quòd intelligantur vendita, & ſint vendita dicto Doctori Saluo, nihil, &c. & hoc etiam deciſum patet in eadem Aula, quia prætendens Vniuerſitas eligere Syndicum, & Electos pro gubernio, Baro probauit, qualiter ante emptionem erat gubernatum à Camerlingo, & per decretum fuit ſublatum gubernium in anno 1638. & non erat expreſsè venditum, vnde ex prædictis prouideri inſtatur, quòd in dictis iuribus manuteneatur Baro in quaſi poſſeſſione ipſorum, vt reperiebatur Regia Curia. Cætera ſuppleant peritiſsimi mei Domini. In cauſa V. I. D. Io. Antonij Pariſij Baronis Paniſcoculi, cum Vniuerſitate prædicta. Die 11. Februarij 1643. Neapoli. Facto de prædictis verbo in S. R. C. per Magnific. V. I. D. D. Flaminium Conſtantium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S. R. C. prouiſum eſt, quòd donec aliter fuerit prouiſum, ac citra præiudicium iurium Partium, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio perſonæ eligendæ pro executione decreti S. C. lati ſub die 10. Maij 1642. eligantur per Magnificum cauſæ Commiſſarium, & nihilominus capiatur informatio ſuper poſſeſſorio ordinario, & interim manuteneatur Baro in poſſeſſione iuris eſportandi ligna, & paleam, in qua exiſtebat Regia Curia tempore venditionis. Hoc ſuum, &c. D. Flaminius Conſtantius. Fabritius Sollatius pro Secretario S. C. in banca Iadoniſij, interfuerunt D. Præſidens S. C. Andreas Marcheſius, Conſiliarij Salinas, Salituros, de Angelis, & D. Hieronymus Garſia. Ad comprobationem præmiſſorum erit adnectendum, qualiter ſi iſta præſtatio lignorum, & paleæ ſit

de-

Digitized by Google

de Regalibus, & tunc quia Regalia abſque ſpeciali titulo nequeunt poſſideri, iuxta Conſt.Ea, quæ ad decus,Gram.dec.59.num.15.& nullatenùs in conceſſione feudi veniunt,vt probat Anna in alleg.29.à num.12.cum ſeqq.vbi num.16. probat ex Afflict.dec.122.eſſe iudicatum, non ea venire in alienatione Caſtri venditi cum pertinentijs,& num.17.ea Bal.probat,quòd vendita domo cum omnibus iuribus,quę ibi habebat, non cenſetur venditum ius paſſagij, requirunt enim Regalia ſpecialem, & expreſſam mentionem illorum,nam nulli alteri, niſi Rex conceſſerit,conueniunt,Afflict.in cap.vnico,quæ ſunt Regal.num.1.Quapropter Regalia quæcunque per quoſcunque contractus priuatis perſonis conceſſa,etiam in allodium ſine Principis aſſenſu minimè transferuntur,Camil.de Medic.conſ. 147.num.13.quia nullus priuatus poſſidere poteſt,Afflict.in l.Imperialem,§.illud quoque,nu. 32.de prohib. alien. per Feder. Sed dùm non ſunt aliter Regalia, ſed reditus conſuetus pręſtari,nulli dubium eſt, quòd quando conceditur feudum cum iuribus, & pertinentijs ſuis, veniunt ea,quæ ſunt de iure,& conſuetudine, ex Andrea probat Paris de reintegr. feud.cap. qualiter proberur,num 21.fol.170.& quia tales redditus lignorum,& paleæ erant conſueti præſtari Regiæ Curiæ,quando conceditur res feudalis, intelligitur etiam conceſſus reditus conſuetus, vt ipſemet Paris eod.tract. cap.reperitur conceſſio,fol.157.qui notabiliter in cap. quando eſt facta,fol.132.à ter.quærit,quando eſſet facta conceſſio rei particularis feudi,& non continetur reditus in inſtrumento, & reſpondit, quòd præſumuntur tales conceſſiones ſicut erat moris concedentis,vnde recurrendum erit ad conſuetudinem, & ſubdit num.4. quòd ea, quæ non veniunt,niſi exprimantur,erunt probãda per allegantem, cæterùm quando eſſent conſueta,cenſentur ineſſe,per iura ibi citata,confert allegatis conſ.34. Reg.Lanarii: Thoro.

Manuteneri quis debeat in poſſeſſione feudi, an frater defuncti, vel vxor ipſius, quæ fuerat in vita ab eo præuio mandato conſtituta vicaria, & procuratrix ad gubernandum,regendum,& adminiſtrandum, etiam ſequuto ipſius obitu omnes terras,& feuda,& præſertim feudum,de quo controuertebatur, cuius mandati vigore poſſeſſionem cœperat,& in ea reperiebatur,quãuis turbata à dicto fratre prætextu conſecutionis illorum,vigore cuiuſdam maioratus,fuit deciſum die 15.Decemb.1612. & datus terminus iuris in cauſa ad probandum incumbentia, & interim Ill.Donna Beatrix Vrſina Principiſſa Montis Caueoſi manuteneatur in poſſeſſione Terræ Boualini.& omnium bonorum burgenſaticorum remanſorum in hæreditate Principis Loffredi viri,& Alexander Loffredus deſiſtat à turbationibus illatis in dicta Terra Boualini,& reſtituat illud,quod fortè exegit in Terra prædicta, & quoad bona maioratus eodem decreto prouiſum fuit,quòd Alexander de Loffredo manuteneatur in poſſeſſione bonorum contentorum in maioratu olim inſtituto à quondam Sigiſmundo Loffredo, ita refert D. Reg. Fabius Capyc.Galeot.controuerſ.iuris tom.1. contron. 26.qui in ſequenti controuerſ.27. eandem proſequendo cauſam in calce ſubiunxit,fuiſſe deciſum quoad hoc caput, quòd Terra Montis Caueoſi ſequeſtretur penès perſonam declarandam per S.C. vſque ad declarationem faciendam à Sua Maieſtate, ſeruata forma priuilegij in actis producti,& interim fructus Terræ prædictæ Montis Caueoſi liberentur, cui per S.C. declarabitur,Partibus auditis,penès Burrellum, verùm quia ipſe Alexander non procurauerat proponere ſua iura coram Sua Maieſtate ad executionem gratiæ impediendam, factum eſt, vt Principiſſa enixè gratiæ effectum procurans,orto à Sua Maieſtate ordine de gratia executioni demandanda, expeditis literis, & præſentatis in S.C.fuit die 27. Aprilis eiuſdem anni iunctis aulis prouiſum,ſtante priuilegio confirmationis,& approbationis Suæ Maieſtatis in actis exhibito, ſequeſtrum ordinatum fieri ſub 15.Decembris 1612.tollatur, & D.Beatrix manuteneatur in poſſeſſione dictæ Terræ, & terminus aliàs datus currat ab hodie, & ampliùs quia Alexander non habebat teſtamentum pro ſe, ſed teſtator vxorem ſibi hæredem fecerat vniuerſalem, ſub qua feuda comprehendebantur, vt idem refert in controuerſia 37. in fine.

Manuteneri an debeat in poſſeſſione feudi empti, licèt de aliena pecunia filia emptoris illius, vel ſucceſſor in feudo empto de pecunia prædicta illius domino,relata fuit deciſio ſuprà in verbo Dominium.

Manutentio rerum ſtabilium à Iudice alicui conceſſa,an nedùm pro poſſeſſione illorum,ſed etiã pro proprietate conceſſa videatur, vt contingit dubitari in Reg.Camara Summar. in cauſa Lucretię Comonte vtilis dominæ Terræ Roſtani,cum Vniuerſitate,& hominibus illius, & propterea cum fuiſſet interpoſitum decretum per ipſam R.C.die 10.menſis Maij 1578. huiuſmodi.Viſis actis prædictis per Excell.V.I.D.Dominum Aegidium de Tapia R.C.S. Præſidentem,& præſentis cauſæ Commiſſarium, de quibus omnibus facta per eundem relatione in banca R.C.alijs Excell.Pręſidentibus ipſius,fuit per eandem R.C. conſenſu prouiſum, & decretum,prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur,quòd Vniuerſitas,& homines prædictæ Terræ Roſtani manuteneantur, prout præſenti decreto manuteneri decernitur,& mandatur in poſſeſſione prædicti Territorii dello Caruſo, & Tripaldo,& ampliùs nõ moleſtetur pro territorio prędicto.Hoc ſuum,&c. Aegidius de Tapia, Scipio Solimena pro Magiſtro Actorum, Conſ. Decius Raparius, fuit ex hoc decreto controuerſum, ſi nedum pro poſſeſſione illorum manutentio conceſſa videretur,ſed etiam pro proprietate,& dicendum videbatur, eſſe pro poſſeſſione tantùm conceſſa, & quia manutentio datur poſſeſſori,Cocein.dec.14.num.5.deciſ.99. num.1.dec.125.num.8.dec.150.num. dec.261. num.2.dec.286.num.1.dec.314.num.1.dec.354. num.1.& 2.dec.366.num.1.dec.378.num.1.dec. 417.num.31.dec.486.num.2.dec.488.num.1.Farin.dec.ciuil.56.num.15.dec.508.num.1.tom.2. Ludouiſ.dec.458.num.1.Caual.dec.106.num.2. & dec.565.num.1.Duran.dec.308,num.5.par.2. Et proptereà concedi non poteſt,niſi ad limites poſſeſſionis,Ludouiſ.dec.569.num.1. vbi Additio num.6.Nec aliter conceditur,niſi de poſſeſ-

ſiona

ſione conſtet, Farin. dec. 685. num. 1. tom. 1. Ludouiſ. dec. 160. num. 1. Mantic. dec. 95. n. 1. Poſtquàm proprietatem a poſſeſſione ſeparatam eſſe dixit Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. n. 76. & propterea in eo non admittitur exceptio proprietatis, Ludouiſ. dec. 9. num. 10. dec. 107. num. 3. Ex aduerſo autem dici poterat, mandatum manutentionis habere naturam interdicti retinendæ, Verall. dec. 198. num. 1. par. 2. Quod ſiquidem interdictum retinendæ admixtam habet causã proprietatis, l. 1. §. vlt. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 6. n. 164. vbi num. ſeq. notat, quòd cùm cauſa proprietatis ſit dignior, & potentior, trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis minùs dignam, & potentem, quo fit, vt proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis, Rota in nouiſſimis dec. 174. n. 4. & dec. 362. n. 5. Quocirca ſuper hoc fuit interpoſitum aliud decretum per eandem R.C.S. videlicet. Die 4. Iulij 1579. In cauſa in R.C.S. vertente inter Vniuerſitatem, & homines Terræ Roſrani, & Magnificam Lucretiam Comonte vtilem dominam dictæ Terræ ſuper differentia manutentionis eiuſdem territorij nominati Tripaldo, & lo Caruſo ſiti in pertinentijs dictæ Terræ, & prouiſione petitorij ipſius, ac alijs in actis, &c. Viſis actis per Excell. Militem V.I.D. Dominum Franciſcum Aluarez de Ribera R.C.S Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, de quibus facta per eundem relatione in banca dictæ R. C. alijs Excell. Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem R.C. conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, quòd decretum aliàs in præſenti cauſa latum in fauorem prædictæ Vniuerſitatis Roſrani ſub die 10. menſis Maij 1578. ſuper manutentione poſſeſſionis prædicti territorij, intelligatur etiam in proprietate ipſius, & quòd comprehendat etiam Tripaldo, prout intelligi, & comprehendi prouidetur, & mandatur. Hoc ſuum, &c. Franciſcus Aluarez de Ribera, Scipio Solimena Mag. Act. Conſ. Dacius Rapatius.

Maritus hæres vxoris conuentus à creditrica dictæ vxoris, vigore donationis certæ ſummæ pecuniarum, per quem fuerat oppoſitum, eſſe hæredem eum beneficio legis, & inuentarij, & in hæreditate prædicta nil aliud eſſe, niſi dotes per eũ lucratas, iuxta conſuetudinem loci contracti matrimonij, quamuis poſteà fuerit præſentata litera miſſiua, ex qua percipiebatur, ipſum contentari de nouo ſtipulari capitula, iuxta Conſuetudinem Neap. aliter diſponentem, quæ cùm noluiſſet recognoſcere vigore præcepti ſibi facti à Iudice, an cogi debeat ad ſoluendum, fuit per S.C. deciſum contra dictum maritum, teſtificatur Horat. Montan. controuerſ. forenſ. in cõtrou. 5. per tot.

Maritus conuentus ab hæredibus vxoris ſuæ præmortuæ ad reſtitutionem dotis promiſſæ probatæ per teſtes, non aliter per ſcripturas, licèt contra tales teſtes plura fuiſſent deducta, an propterea teneatur ad talem reſtitutionem dotis, ex facto percipiebatur, quòd cùm in anno 1606. die 30. Ianuarij Nuntius de Caſtello in vxorem duxerat Portiam Cauam filiam Io. Antonii Cauæ, qui poſt eius obitum reliquerat Pompeum, & Thomam Caua, ſucceſſo obitu ipſius Portiæ inſurrexerunt dictus Pompeus, ac D. Carolus, & Io. Antonius filij eiuſdem Thomę, ſe hæredes declarati faciendo ipſius Portiæ, & conueniri fecerunt eundem Nuntium ad ſoluendum ducatos 250. dotis dictæ Portiæ, vnà cum intereſſe exacto poſt illius mortem, licèt ex parte ipſius Nuntij fuiſſet oppoſitum, eſſe à limine iudicij abſoluendum, reconuenerat eoſdem ad ſoluendum tertias decurſas. Dato termino in cauſa fuerunt ex parte Actorum examinati tres teſtes fœminæ deponentes de promiſſione dictę dotis, ex quarum depoſitione prætendebant, vt ipſe Nuntius condemnaretur, ex cuius parte replicabatur, non teneri ad talem reſtitutionem, attenta Conſuetudine Neapolitana, Dos, & quarta, ſub tit. de iure dotium, qua cauetur, vt dos peti nequeat, nec dotis ſolutio, niſi per inſtrumentum dotale, vel ſaltem per teſtes, qui ſunt numero quinque, qui æquiualent inſtrumento, vt voluit gloſſ. in eadem Conſuetudine. Et quoad teſtes examinatos dicebatur, duas ex eis eſſe ſorores vtrinque coniunctas femellas, ac pauperes, quibus deficiebant omnia requiſita, quæ debet Iudex arbitrari, ſine quibus fidem facere non poterant, ad tex. in l. teſtium. vbi gloſſ. verb. Inimicitiæ, in fine, ff. de teſt. Concurrebat quoque contrarietas inter eas, poſtquam in articulis dicebatur, qualiter fuerunt promiſſi in dotem duc. 150. dùm ipſimet Actores alibi aſſerebant, eſſe ducatos 250. promiſſos à dicto Io. Antonio, & teſtes aſſerebant, non aliter à dicto Io. Antonio, ſed à Viola de Lauro, item vna ex ipſis aſſerebat, matrimonium fuiſſe cõtractum circa annos 28. altera verò aſſerebat circa annos 25. alter circa annos 30. immò vna ex eis, quæ aſſerebat, eſſe annos 35. deponebat de tali matrimonio contracto ante eius natiuitatem, & demùm tertia teſtis deponebat de auditu ab ipſis duabus, vnde cùm eius depoſitio ſit relatiua ad depoſitionem ſororis, laborat eodem morbo, ex vulgata l. aſſe toto, ff. de hæred. inſt. vnde quanta fides ſit adhibenda dictis teſtibus talis qualitatis, & taliter inter ſe, & contra confeſſiones Actorum contradicentibus, Iudicis arbitrio relictum eſt, l. teſtium, §. ideoque, ff. de teſt. & præſertim cùm eorum depoſitio ſit de per ſe valdè inueriſimilis, dum de promiſſione dotium dicunt, fuiſſe ſtipulata capitula, & tamen cùm ſit in his appoſitum pactum, quòd tempore receptionis dotium fiat inſtrumentum pro cautela mulieris, nihilominùs non ſolùm fuerit confectum tale inſtrumentum, ſed de integra dotium prætenſa ſolutione, & vt ipſi dicunt, facta in pluribus vicibus nulla fuerit facta ſcriptura, vel apoca, ſaltim alicuius dictarum aſſertarum ſolutionum, quæ inueriſimilitudo quantum infirmet teſtium dicta docet Dec. in cap. licèt cauſam, num. 87. de probat. Quapropter altera iuris regula inſurgit, de qua in l. teſtium, C. de teſt. quòd quando aliquid debetur vigore ſcripturæ, vt in caſu noſtro, deberi aiunt Partes, & teſtes aduerſi ex capitulis ſtipulatis, eius ſolutio non poteſt probari minori numero teſtium, quàm quinque, & qui, vt inquit tex. ſint idonei, & ſummæ, atque integræ opinionis, qui etiam deponant in ſua præſentia, debitum eſſe ſolutum, quæ omnia deſiunt in caſu iſto, & prædicta procedunt etiam ſi quis velit probare confeſſionem credi-

toris

toris de debito recepto, vt in ſequenti authentica rogati, ex qua patet etiam, quòd teſtes in his caſibus examinandi debent eſſe quoque rogati, & inſtrumentarii, immò exquiritur, quòd teſtes eo in caſu debēt eſſe conteſtes de loco, & tempore, quod deeſt in hoc ſacto, in quo ne quidem deponunt de loco, & tempore præſenſæ confeſſionis Nuntij, & ſic ſunt ſingulares, & non concordes, immò ex quo in pluribus falſum depoſuerant, proinde cenſendi erunt falſi in omnibus, ex regula vulgata, falſus in vno falſus in omnibus, Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 63. num. 8. Facta relatione in M.C.V. die 12. Ianuarii 1633. per Iudicem Miconum, fuit Nuntius conuentus abſolutus ab impetitis per Actores de Caua, qui fuerunt condemnati ad ſoluendum eidem Nuntio intereſſe liquidandum, ſalua prouiſione facienda reſpectu ducatorum 50. compilatis actis cum hæredibus quondam Horatii Cauæ, vt in banca Mongelli, licèt fuerit appellatum, vbi adhuc pendet.

Mater, quæ iure ſucceſſionis feuda conſequitur, an mortuo feudatario admittatur ad bona burgenſatica inſimul cum eius filia, ſtante quòd matrimonium fuit contractum ſecundùm vſum platearum Neap. libui copiam ſententiæ hic inſerere, ſuccedente caſu aliàs deciſo per S.C. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ oblata ſub die 9. Septembris 1593. viſaque etiam comparitione præſentata in S.C. ſub die 27. Ianuarii 1594. aliiſque comparitionibus, & aliis in proceſſu deductis pro parte Magnificæ Virginiæ Gambacortæ contra Magnificam Ioannam Gambacortam eius filiam, quorum tenor eſt. S.R.M. in S.R.C. viſis denique videndis. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, Terram Limatulæ in proceſſu deductam ſpectare, & pertinere ad prædictam Virginiam Gambacortam iure ſucceſſionis, & propterea ſententiam per noſtrum S.C. latam ſub die 19. Ianuarii 1580. tempore executionis ipſius eſſe executioni demandandam, & demandati debere in beneficium prædictæ Magnificæ Virginiæ, & inſuper dicimus, decernimus, ſententiamus, & declaramus, feudum de Vico in proceſſu deductum ſpectare, & pertinere ad dictam Magnificam Virginiam, & propterea dictam Magnificam Ioannam, & Egregium Io. Dominicum Fontanam eius Procuratorem vt Procuratorem condemnatum, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dimittendum, & relaxandum eidem Magnificæ Virginiæ, & eius Procuratori vt Procuratori feudum prædictum, vnà cum fructibus, reſtitutis priùs quantitatibus ſolutis pro recuperatione feudi prædicti, vnà cum intereſſe, iuxta liquidationem faciendam onerum prædictorum tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, quo verò ad omnia bona burgenſatica, quæ remanſerunt in hæreditate quòdam Magnifici Annibalis Gambacorta declaramus, ſpectare ad dictam Magnificam Ioannam, tam obuenta ex ſucceſſione paterna, quàm fraterna, & omnia, & quæcunque per ipſum quæſita, etiam ex fructibus, & ſuper ipſis, ſtante matrimonio contracto ad nouum vſum platearum huius noſtræ Fideliſſimæ Ciuitatis, nullum ius competere dictæ Magnificæ Virginiæ, & propterea d. Magnificam Ioannam fore, & eſſe abſoluendā, prout eadē noſtra ſētētia diffinitiua abſoluimus, & penitùs liberamus ab impetitione prædict. Mag. Virginiæ, nemirā, &c. Io. Thom. Salamanca. Et ſi ſecundùm conſuetudines feudales fœminæ non ſuccedunt in feudis, niſi in inueſtitura ſint expreſsè vocatæ, vt proſequitur Reg. de Ponte lect. 1. num. 129. & lect. 10. num. 2. & ſeq. Marta de ſucceſſ. legali par. 3. quæſt. 3. art. 3. num. 13. Reg. Rouit. conſ. 1. num. 5. lib. 1. conſ. 79. num. 21. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 122. n. 28. tom. 2. & conſult. 3. num. 69. tom. 1. & conſult. 75. num. 22. & ſeqq. Secùs tamen eſt in Regno iſto Neapolitano per Conſt. In aliquibus in defectum maſculorum, vt poſt Reg. de Ponte vbi ſuprà Reg. Lanar. conſ. 1. num. 47. Molſeſ. ad Conſuet. Neap. tom. 2. par. 4. quæſt. 56. Marta dicta ſumma, par. 3. quæſt. 5. art. 4. nouiſſimè, & latiſſimè Horat. Montan. controuerſ. 22. per totam, Camil. Laratha in ſuo Theatro feudali, par. 9. dilucid. 74. num. 16. & dilucid. 82. n. 1. idem D. Reg. Hector Capyc. Latro dict. conſult. 75. à num. 57. cum ſeq.

Mater an admittatur inſimul cum fratre vtrinque coniuncto, excluſo vterino tantùm, vel conſanguineo ad ſucceſſionem filij, deciſum fuit affirmatiuè, iuxta deciſa per Franc. dec. 112. quam citat Epiſcopus Ricc. collect. 3216. par. 8. vbi refert, contrarium deciſum fuiſſe per idem S.C. iunctis Aulis, præuia relatione Reg. Conſil. Fabii Riccardi, & fuit admiſſa mater cum fratribus vtrinque coniunctis, inſimul cum fratribus conſanguineis in cauſa Hippolytę Capomazæ, cum illis fratribus de Burrello ſuper hæreditate fratris ex ſecundo matrimonio, decedentis in pupillari ætate.

Mater tutrix ſuorum filiorum, ſi ſe obligauerit ſoluere debitum defuncti ſuo proprio, & principali nomine, etiam accedente diſpenſatione Regia, an teneatur illud ſoluere, de hoc incidit tractari in cauſa Iſabellæ Vargas, cum Ioanna del Vecchio, contra quam fuit domi prouiſum per Iudicem Carauita, & pronunciatum ex inſpectione ſuæ obligationis taliter factę, ex actis in banca de Ferdinando, quemadmodùm mulier quando vt principalis, & principaliter ſe obligat, & maritus pro ea fideiubet, tunc cùm non intercedat, obligatur, refert Pyt. Maur. Arez. in tract. de fideiuſſ. ſect. 8. cap. 3. num. 67. eò fortiùs quando ſimpliciter ſe obligaret ſine viro, quia vidua erat. Licèt ex parte ipſius replicaretur, non teneri, quia non obligatur, dum mulier ſe pro alio ſoluturam conſtituat, quoniam alienam ſuſcipit obligationem, ad tex. in l. 1 §. 1. ibi ſi non intercesserint, ff. de conſt. pecun. probat Mantic. de tacit. & ambig. lib. 19. tit. 4. num. 6. tunc enim diceretur intercedere, & fideiubere ſuſcipiendo alienam obligationem, latiſſimè Gratian. diſcept. forenſ. cap. 669. num. 11. 12. & 18. vbi num. 13. probat, quòd mulier conſtituēs ſe pro alio ſoluturam, non obligatur, & obſtaret velleianum, etiam quòd promiſſio eſſet geminata, ſunt enim regulariter prohibitæ pro aliis intercedere, & fideiubere, vt proſequitur Picus in dec. 1. num. 1. ſubdens num. 4. & 17. quòd mulieris obligatio præſumitur dolosè, & in fraudem legis procurata, niſi probetur contrarium, pecu-

niam

tiam fortè verſam in eius vtilitatem in tantum eſt verum, quòd mulieres non poſſunt perſonaliter obligari, nec pro debito carcetari, etiam tutelari, vt probat Muta in Conſuet. Panorm. cap. 80. num. 10. Reliqua verò pertinentia ad hanc materiam referuntur à Zanger. in tract. de exceptíon. par. 3. cap. 11. vbi num. 14. agit, quòd mulier tribus modis pro alio ſe obligat, ſcilicet alienam obligationem vel in ſe transferendo, vel ſuſcipiendo, vel ſe ſolam ream conſtituendo, & pro omnibus iuuatur beneficio S. C. Velleiani, vt ibi ſequitur. Hæc libuit diſcutere pro veritatis indagatione, ex quo pendet deciſio ſupradicti caſus.

Mater liberorum tutelam amittens ob tranſitum ad ſecunda vota, an illam reaſſumat poſt ſecundi viri mortem, deciſum fuit affirmatiuè, hoc eſt in ſubſidium, ita Dominus Regens Sanfelicius dec. 206.

Mater relicta tutrix ſuorum filiorum cum altero tutore, ſi ad ſecunda vota tranſierit, non petito tutore, an priuetur ſucceſſione filij, deciſum fuit per S. C. negatiuè, vt non priuetur, ita Io. Baptiſta Hodiern. in addit. ad Surd. dec. 48. n. 15. in noua impreſſione.

Mater an ſuccedat in bonis filij burgenſaticis, & ſi in capitulis matrimonialibus nil dictum ſit de renunciatione, cùm inter Magnates cenſeri debeat contraxiſſe ſecundùm nouum vſum Capuanæ, & Nidi, quo iure filij quandocunque ab inteſtato deceſſerint, ſuccedere illis prohibeantur parentes, excepto ſi eſſent Magnates, quos non eſt præſumendum ſe ſubmittere voluiſſe huic nouo vſui à priuatis Nobilibus inuento, dùm de illo nullam mentionem fecerũt, & ideò per S. C. iunctis aulis die 20. Decembris 1632. fuit iudicatum in cauſa ſucceſſionis Principis Conchæ, cui in omnibus bonis, exceptis feudalibus ſucceſſit Principiſſa mater, excluſa defuncti amita, quæ tantùm ſucceſſit in bonis feudalibus, vt tradit Donat. Anton. de Marinis quotid. reſolut. cap. 398. numer. 16. in noua impreſſione.

Mater an teneatur fideiuſſionem præſtare pro filio carcerato tempore commutationis carceris in alio loco tranſmittendo, per Collaterale Cõſilium fuit admiſſa Portia Caetana mater D. Cæſaris Caraſæ ad præſtandum fideiuſſionem pro dicto eius filio ducatorum 6000. tempore commutationis carceris in Caſtro Gulettæ, refert Dominus Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 6. num. 140.

Mater an exacto triennio cogatur alere filium, ſi vel pater ſit inops, vel aliunde filius non habet, per Collaterale Conſilium fuit iudicatum in cauſa Ill. Principiſſæ Caſpuli, contra Ill. Principiſſam Conchæ, quòd aſſignentur annui ducati 1800. Ill. Principiſſæ Caſpuli de reditibus Ill. Principiſſæ Conchæ matris, vt refert D. Regens Sanfelicius in nouiſsima additione ad eius deciſ. 205.

Mater, quæ contraxerat matrimonium ſecundùm morem Magnatum, & Procerum huius Ciuitatis an admittatur ad ſucceſsionem bonorum feudalium, & burgenſaticorum filij decedentis ab inteſtato, nulla facta ſubſtitutione ab eius patre, ex diſpoſitione cap. Conſuetud. ſeu vſus Procerum Comit. &c. in Conſuet. Neap. Si rutè, fol. 143. hæc verba habentur Item mulier nupta vt ſuprà, moriente viro, ſuperſtitibus liberis, nulla per eum in ſuo vltimo teſtamento dictis ſuis liberis facta ſubſtitutione pupillari, mater admittatur ad ſucceſsionem filiorum morientium in pupillari ætate, vel ab inteſtato in bonis hæreditarijs paternis, mobilibus, & ſtabilibus, burgenſaticis, & feudalibus, vt quoque meminit Molſeſ. ad Conſuet. Neap. par. 1. cap. 3. nu. 14. Et ſucceſſo caſu in facto in cauſa Donnæ Camillæ Battirocta Piccolomini de Aragonia, Duciſſæ Lizzani, ob obitum eius filij D. Antonij Clotini ab inteſtato, nulla facta ſubſtitutione per quondam D. Franciſcum eius patrem, qui contraxerat matrimonium ſecundùm morem Magnatum, fuerunt expeditæ prouiſiones per Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſceptulam die 1. menſis Iulij 1643. quòd manuteneretur in poſſeſsione bonorum feudalium, & burgenſaticorum, in Banca Bortelli, & fuerunt poſteà confirmatæ cum obſeruationibus per S.C.

Medietas fructuum omnium ſuperiorum exiſtentium in Terra conceſſa ad perpetuam laborandiam per colonum promittentem ſoluere medietatem vini, ſeù vindemiæ, an debeatur, ex adnotatis, ſeù apoſtillis Magnif. Franciſci Laurini I. C. ſenioris, & Aduocati Neap. ex Dominis Laureti ad Conſuet. Neap. in Conſuet. Cum terra, qui hæredes in locat. ſucc. mihi traditis à Franciſco Laurito V. I. D. nepote ex filio meritiſsimo, Aduocato diſertiſsimo hæc verba habentur. Ruſticus huius Ciuitatis recipiens ad perpetuam laborandiam ab aliquo, cum promiſsione ſoluendi medietatem vini, ſeù vindemiæ, an teneatur quoque ſoluere medietatem omnium fructuum ſuperiorum. Per S. C. ad relationem Reg. Conſil. Thomæ de Altomare in anno 1557. ſub die 10. Aprilis fuit deciſum, dictum Ruſticum teneri ſingulis annis etiam ad medietatem fructuum ſuperiorum, in cauſa Magnifici Federici Tomacelli cum Franciſco Buiano Turris Octauę, in Banca Io. Alphonſi Capua, aſsignatur ratio, quia antiquitus fiebant tales conceſsiones ad laborandum, & plantandas haſtas, & vites, & præſtandum medietatem vindemiæ, & quia arbores, & vites vetuſtate, vel vi ventorum cadebant, callidi Ruſtici non plantabant alias arbores, & vites, ſed plantabant alios fructus, & deinde recuſabant præſtare medietates fructuum, innitentes pacto de præſtanda medietate vindemiæ, & ſic fuit contra Ruſticos deciſum ex doctrina Iaſ. in l. 1. & 2. C. de iure emph. & idem deciſum in anno 1581. die 25. Octob. ad relationem tunc Regij Conſiliar. Vincentii de Franchis cauſæ Delegati, in cauſa Venerabilis Monaſterii Sanctę Claræ de Neap. & aliorum, contra Martinum de Abenante, & alios, apud acta Scanapeci, ſed an vltra medietatem omnium fructuum, vt ſuprà, debeatur quoque medietas lignorum incidendorum in ſimilibus territoriis incultis, & nemoroſis conceſsis ad dictam laborandiam perpetuam, & per S. C. ſub die 5. Decembris 1594. fuit deciſum, deberi ad relationem Reg. Conſil. Fuluij Conſtantii, interuenientibus ſimiliter Regiis Conſiliariis de Franchis S. C. Præſide, D. Thoma de Salamanca, D. Cæſare Bernardo de Aquiros,

Digitized by Google

& Marcello Fornario, & confirmatum in cauſa reclamationis ſub die 1. Martij 1595. in cauſa Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Neapolitani contra colonos conuentos, penès Annibalem Cęſarium Secretarium. Hæc ille.

Meliorationes factæ in aliqua re immobili per illius poſſeſſorem qualiter ſiot eidem ſatisfaciendæ, non eſt dubium, quin meliorationes factæ iure dicantur obligatæ, & ita deciſum refert Præſ. de Franch. dec. 38. in fine, ex tex. in l. Paulus, §. damus, ff. de pignor. quem ſequitur Mangil. in tract. de euict. quæſt. 40. num. 8. & meliorationes factæ iure obligatæ per quemcunque factæ ſint, ſiue per debitorem, ſiue per alium de iure, ſicut & ipſæ res ſunt obligatæ, idem Præſ. dec. 506. num. 10, & dec. 456. num. 5. & 2. hinc eſt, quòd pro illis datur retentio, Idem dec. 112. num. 1. & 10. Verùm proùt ſubdit idem Præſ. in dec. 38. erit facienda reſtitutio pretij, quo res obligata eſt facta pretioſior, iuxta diſpoſitionem illius tex. & ratio eſt, quia meliorationes cedunt ſolo obligato, effectus eſt maximus, quod idem tradit in dec. 527. num. 9. dec. 506. num. 7. tamen domino ſoli non cedunt; niſi expenſis melioranti refectis per pretij ſolutionem, aliàs cum doli exceptione repelli poteſt, vt ſubdit num. 8. hinc ſi fideicommiſſarius meliorationes ad perpetuã rei vtilitatem factas ſoluere tenetur, Idem dec. 109. num. 1. Immò ſiue impenſæ meliorationum factæ ſint per eum, qui non habet dominiũ perpetuum alicuius rei, repetuntur, Idem dicta dec. 97. Et ideò in cauſa D. Octauij Villagut Caraſæ cum D. Franciſco, & Ferdinando Caraſa, ac Sacro Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, cùm fuiſſet prolata ſententia in beneficium ipſius D. Octauij, ad relationem eiuſdem Vinc. de Franc. tunc Regij Conſil. die Iunii 157 inter cætera leguntur ſequentia verba. Inſuper declaramus, dicto D. Octauio deberi ſuper hæreditate prædicta pretium meliorationum per dictum D. Octauium factarum in domibus dictæ quondam Magnificæ Dominæ Locretiæ, aſcendens iuxtà fidem Experti in ducatis 1631. &c. in Banca Turini.

Meliorationes factæ per defunctum ſuper feudo noniter empto, an diuidi debeant inter primogenitam, & ſecundogenitam filias ipſius, fuit per ſolertiſſimos Arbitros in cauſa ſororum de Coppula arbitratum, medietatem meliorationũ tam in domo, quàm in alijs rebus dicti feudi factatum, vnà cum eodem intereſſe, & medietate bonorum burgenſaticorum, & fructibus deberi ſecundogenitæ, ita refert D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 25. in calce, vbi cenſuit, tale laudũ fuiſſe confirmatum per S.C.

Menſura alueorum probata per teſtes, non tamen per Expertos in arte, hoc eſt per Architectos, an ſit ſufficiens pro punitione rei inquiſiti de fraude menſurationis factæ in Fiſci detrimentum, fuèrunt ſequentia in iure allegata per ſubſcriptum Aduocatum peritiſſimum Conſtantinum Caſarum I.C. Clanij, Mephytis, ac Abellenæ aquas huius fœlicis Campaniæ amœniorem, ac ferociorem partem vaſtare, aerem inficere, accolas tabeſcere, omnibuſque miſerijs opprimere, omnibus infortuniis vexare compertum eſt. Tantis mali Antiqui occurrentes magnos, & longiſſimos alueos, vt ad mare Linterni aquas ſtagnantes educerent, in id ferè centum myriadas aureorum nummorum erogatas perſecerũt. Verùm quia aluei ex limo, aliiſque immunditiis, quas eundo aquæ in lecto relinquunt, quotidiè aluei replentur, opus eſt, eos de triennio in triennium expurgare, ob quod, vt refert Reg. da Ponte de poteſt. Proreg. de Regal. impoſit. tit. 4. §. 8. num. 58. verſ. ſunt aliæ multę. Totum Regnũ ſoluit annuos ducatos 28000. pro conſeruatione, & expurgatione dictorum alueorum, qui vulgò Lagni appellantur, cùm lagynos ex voce græca λαγύνος appellari deberentur, vt Ambroſius de Nola lib. 1. cap. 9. teſtatur, qui dicit, cauatur autem à conctis Paganis in agro Nolano colentibus iuſſu, ac more antiquo coactis. Et ante Ambroſ. de hoc meminit Virg. lib. 6 Aenei.

Talem dines erat Capua, & vicina Veſeuo
Ora iugo, & vacuis clarius non aquus Acerris.

Quem locum exponens Seruius loquitur de aquis, & inundationibus Clanii fluuii, de qua re meminit etiam Leander Albert. in ſua Italia tit. Campania fœlix Cumani, fol. mihi 167. cùm aquæ dicti amnis, omnes res, ſiue ligna, ſiuè herbas, ſiue omne totum, quod ei obuiam fit, in ipſo alueo in lapides miranda tranſubſtantiatione infra paucos dies conuertat, vt refert Gaodentius Merula in ſylua variarum lectionom, lib. 3. cap. 3. & experientia docet, & ideò appellatur à vulgaribus, Lagno dello Gorgone, ex Meduſa vna ex Gorgonibus, quæ cuncta, quæ ei obuiam fierent, in lapides conuertebat, vt Poetæ ſabolantur, Boccatius lib. 10. genealog. Deorum in Meduſa, fol. mihi 164. & Natalis Comes mythologiæ lib. 7. cap. 11. Cartar. imag. delli Dei in Meduſa, fol. mihi 315. Cùmque Regia Curia pro expurgandis dictis laneis, & faciendo recauamento in eis tam dictorum lapidum, qui in dicto laneo Clanii, ſeu del Gorgone generàntur, quàm recauamento omnium aliorum laneorum, & feciſſet partitum cum Berardino de Furno Caporale Aprutinorum, vt pro qoalibet canna cubba dicti recauamenti ei ſoluerentur tareni duo, & grana quatuor, iuxta menſuras faciendas per Architectos Regiæ Curiæ ad id deputatos per Spectabilem Delegatum, & Superintendentem dictorum laneorum, fuit denonciatum, fuiſſe commiſſam fraudem in conficiendis menſuris peractis, & carceribus mancipato dicto Berardino, cùm per eum fuiſſet inſtatum quondam Martino Burguedæ Præſidenti Regiæ Cameræ, quòd iret ſuper locum, & cum Peritis in arte faceret diligentiam neceſſariam ex oculari inſpectione, noluit id facere, ſed voluit probare quantitatem, & menſuras per teſtes, & interim dicto Berardino in criminalibus detento examinauit contra eum centum viginti teſtes, qoi de menſura, ſcilicet de altitudine recauamenti deponebant, cùmque fuiſſent dati adiuncti de ordine D. Comitis Montiſtegij, D. Reg Zuſia, D. Reg. Ezguerra tunc Reg. Conſil. ac Dominus Antonius Caracciolus tunc Præſidens Regiæ Cameræ, nunc meritiſſimus Regens Reg. Cancellariã, ac pro Fiſci patrono quondam Ferdinandus Mugnoz Reg. Conſil. Fuit pro parte dicti Berardin. allegatum, quòd a ſæcolo non fuerat auditum, & menſuratio quantitatis nullo modo erat facienda per teſtes, & quòd inſulsè, & iniuſtè fuerat pauper ipſe tandiu in criminalibus

nalibus

Digitized by Google

nalibus detentus, donec tot teſtes inaniter examinarentur, & quod dictus Delegatus Burgoeda fecerat, nedum contra iura omnia, ſed contra rei euidentiam, nolle accedere ab initio ſuper loco, & probare cum Peritis in arte, & confrontare opus confectum, cum relationibus menſurarum factarum per Regios Architectos, nam quę ad menſuram ſpectant circa teſtium, & probationum materiam non verſantur, Maſcard. de probat. concluſ. 1048. in fine, ex Bart. in tract. teſtimon. & refert alios Card. Tuſcus, lit. M. concluſ. 202. & lit. A. concluſ. 318. & hoc eleganter dicit Bart. in tract. teſtimon. num. 47. qui dicit hæc formalia verba. Si igitur de longitudine alicuius rei quęritur determinatè, & quòd pedum ſit tota longitudo, talis rei teſtis dixit eſſe decem pedum, quia vidit, ſufficientem cauſam non reddit, quia per viſionem ſolam ipſius rei de hoc certi non reddimur, debet ergo dicere, quia vidi, & menſurari vidi. Et poſt pauca ſubiungit idem Bart. hæc alia, quæ adamuſſim articulum decidunt. In his verò, quæ non conſiſtunt in pondere, vel menſura, vel ad iſta non reducuntur, menſuratio totius corporis eſt difficilis, nec poſſet fieri niſi à Peritis in arte. Oportet enim, quòd menſurentur ſuperficies cuiuſlibet diuiſionis, quæ ſunt ſex, ſcilicet ſupra, & infra, ante, & poſt, dextera, & ſiniſtra, exemplum de Taxillo. Hæc Bart. Et hoc eſt regulare, nam ſtandum eſt Peritis in arte in omni materia, vt dicit Neuizan. conſ. 94. num. 18. Io. de Amic. cōſ. 102. col. 3. Card. Tuſc. lit. P. concluſ. 286. num. 23. & magis creditur vni Perito in peritia artis ſuæ, quàm mille teſtibus imperitis, ad latiſſimè tradita per Gratianum diſcept. foreuſ. cap. 600. nu. 23. cum ſeqq. Farinac. quæſt. 127. par. 4. de homicidio, num. 116. verſ. amplia decimò, & num. 133. verſ. verum, vbi dicit, quòd hoc non ſpectat ad teſtes, & ideò probatio per inſpectionē oculorum cum Peritis nunquam excluſa intelligitur, Bal. in rub. C. de probat. Alexand. conſ. 186. col. fin. lib. 2. & cunctis alijs probationibus præfertur, Bal. in l. contra negantem, C. de l. Aquil. & hoc eſt adeò verum, quòd Iudex non poteſt in aliam ſententiam ire, quam Periti in arte iuerunt, text. ad literam in cap. quia indicante, de præſcript. ibi, Agrimenſoris definitione, &c. Et demùm eam faciatis in veſtra præſentia terminari. Bis in hoc tex. dicit Papa, quòd Iudex non iudicet ipſe, ſed iudicium ſequatur Agrimenſoris, idem habet tex. in auth. de non alienand. rebus Eccleſ. §. quod autem, ibi, adhibitis duobus inſignibus Architectis, &c. definiatur ab Architectis, &c. Idem in l. ſi quis ſuper, §. ad officium, ff. finium regund. ibi, menſores mittere, & per eos dirimere, &c. Neque ſuffragatur quod idē Delegatus replicabat, quòd iam opus erat conſummatum, quia lanei erant iterū repleti, & ſic non poterant ampliùs remenſurari, neque reuideri menſuras factas, nam cùm lanei repleantur ſingulis annis, recauamentum iam factum non poterat apparere propter nouum replementum, quod aquæ attulerant, & in lecto reliquerant, accedentibus etiam tot diluuijs præter ordinarium, quæ ob Veſuuij incendium, quod illis tēporibus acciderat, & cineris pluuia, & tot voluminibus, ſaxis, & alijs materijs ex propinquis montibus, & ſignanter Abellæ, & Gecalæ, licet tantas aquas ad mare lanei eduxerant, tamen maiorem, & præter ordinariam repletionem dictis de cauſis in eis acciderat. Sed tribus modis fuit replicatum dicto Delegato pro parte dicti Berardini de Fiuno. Primò, quòd non omnia recauamenta erant conſumpta, nam aderat dictus laneus Clanij, ſeù del Gurgone, item alius della volta del ginocchio nuncupatus, alius dictus del Liſcaro, alius dictus del Porcile, in quibus nedùm non erat recauamentum iterum repletum, vel conſumptum, ſed tunc actualiter conficiebatur ab Operarijs dicti Berardini, in quo loco poterat, & omnino debebat menſurari facere à Peritis in arte, & non probare per teſtes id, quod in quantitate, quæ menſurari, & haberi poterat, conſiſtebat. Secundò reſpectu operis conſumpti, nempe recauamenti iam iterum repleti, fuit allegata punctualis doctrina Bart. in eodem tract. teſtimoniorum, n. 48. qui ſic dicit ad literam. De ſuperficie totius corporis menſurandi tractatur, cùm fundus venditur ad menſuram, & cùm de aliquo pariete, quòd cannarum ſit, quæritur, vel de tabulis, vel de ædificio ex tabulis compilato, quæritur, quot pedum ſit, & ſimilibus. Hoc enim communiter omnibus notum eſt, ſed conſiſtit in artis peritia, ideò ſi res, de qua agitur, haberi poteſt per Iudicem menſuratoribus committenda, quòd ſi res haberi non poteſt, non credendum eſt teſtibus, qui de menſura dicunt, niſi conſtet in dicta arte peritos. Ecce locus punctualiſſimus Bartol. qui dicit, quòd ſi res extat, debet committi menſuratio Agrimenſoribus, ſi non extat, non eſt credēdum teſtibus, qui dicent de menſura, quòd cùm opus erat repletum, ac ex temporis curſu deſtructum, non erat credendum teſtibus, qui dicerēt de menſura, tantò magis quia cùm Regij Architecti, qui tempore, quo recauamentum conficiebatur, & extabat, & poterat menſurari, poſtquam fuit ab eis menſuratum. In relatione menſuræ, quam Spectabili Delegato pręſentauerunt, ſe fuerunt proteſtati, quòd ſtante quòd dictum recauamentum poſtquam fuit factum non extabat, ſed conſumebatur, & iterum replebatur, proteſtabant, quòd elapſis viginti diebus à die datæ relationis menſurę, nolebant ampliùs teneri pro illis in aliquo, quæ proteſtatio facta ex cauſa vera illos excuſabat, iuxta deciſ. Bart. in l. non ſolùm, §. morte eius, ff. de noui operis nunciatione, qui eſt communiter receptus, vt dicit Intrigl. conſ. 21. & idem Bart. loco citato, num. 28. quòd quando proteſtatio fit ex cauſa iuſta, & vera, tunc omnino conſeruat ius proteſtantis. Et vltimò replicabatur, quòd cùm Fiſcus aliquas ex illis menſuris infra terminum proteſtationis reuideri feciſſet, eas iuſtiſſimas, & rectiſſimas reperit, & ſic aliæ, quas reuideri non fecit, ſimiliter iuſtæ, ac rectæ præſumendæ erant, nam qui benè ſe geſſit in prima adminiſtratione, præſumitur, quòd benè ſe habuit in ſecunda, & in alijs, l. 3. §. ſed et ſi, cum gloſſ. in verbo verſatus eſt, ff. de ſuſpect. tutoribus, l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re militari, cap. mandata, de præſumpt. cum ſimilibus. Denique dicebatur, quòd Partitarius, & Architecti, etiam ſi eſſet res, quæ ſuapte natura non deſtineretur, tamen non debebant in æternum obnoxii eſſe pro prætenſa falſa, vel doloſa, ſeù mala menſura, nam licèt

Digitized by Google

creatus, vt ex fide producta à dicto Camerlingo dictæ Ciuitatis, & pariter exercuit officium Magiſtri Mercati in dicta feſtiuitate S. Othi, præcedentibus prouiſionibus Regiæ Cameræ, quod exerceret ille, qui in præſentiarum exercet, expeditarum præuio decreto eiuſdem R.C. Neque minùs erit ipſa Ciuitas in poſſeſſione manutenenda, licèt ſe poſſediſſe aſſeueret, vt fundat Præſid. Marcell. Maur. alleg. 99. num. 7. ſed potiùs Baronem, etiam pendente lite, cui ius aſſiſtit, vt oſtendit idem Maur. in alia alleg. 32. cùm ad ipſum ſpectet electio Magiſtri Iurati, Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 70. num. 1. Vlteriùs præfatus Ill. Dux ad id replicabat, minùs rectè ſenſus Capitulorum Regni adductorum peruerti per Præſ. de Franch. dict. dec. 43. qui ex Supremi noſtri S. C. Senatus deciſione teſtatur, Cap. Regni, incip. Robertus tali Comiti, vel Baroni, alias Ad quietem publicam, dando electionem Baroni, ſemper fuiſſe practicatum in terris Baronum, quod ex ipſius Magiſtri Iurati præſcripto electio ſpectaret ad Baronem, ac aliud Cap. Regni. Item ſtatuimus, quòd officiũ Magiſtri Iurati, & dat electionem Vniuerſitatibus, fuiſſe practicatum in terris domanij, ita quòd ex ipſius diſpoſitione Magiſtri Iurati electio ad dictas Vniuerſitates ſpectaret quidem domaniales, ſed non Baronales. & non ſine rationis fundamento hanc deciſionem recenſuit, quia dec. prædicta 43. ſub num. 3. ſolidiſſim. in, & fundamentale in eam adduxit, quòd cùm hoc officium habeat annexam iuriſdictionem, & Vniuerſitates non poſſunt creare Magiſtratus, qui habeant iuriſdictionem, per dict. Conſtit. Cùm ſatis, meritò in Baronalibus Vniuerſitatibus electio huiuſmodi ſpectet ad Barones, penès quos iuriſdictio ob noſtri Regis infeudationem reſidet, in domanialibus verò ad eaſdem pertinet Vniuerſitates, virtute dicti Capituli, Item ſtatuimus, & toleretur ex cõſuetudine, Capiblanc dict. cap. 70. nu. 9. quamuis iuriſdictionem non habeant, quam diſtinctionem ſic practicatam Præſ. de Franc. dict. dec. 43. num. 4. exornat auctoritate Luc. de Penna in l. obſeruare 2. ſub num. 5. verſ. ex quo ſumitur argumentum, C. de Decur. lib. 10. & Capyc. in ſua inueſt. feud. ſub tit. feud. officiorum, ſub verſ. Mareſcalli exercitium, verb. Magiſtri Iurati officium, fol. 274. quibus addo Montan. in Pragm. 2. num. 191. de adminiſt. Vniuer. Capiblanc. de Baron. in Pragm. 10. num. 88. Regens Tapia dict. iure Regni, in dict. cap. Ad quietem, & licèt dicatur, Præſidem per dicta Capitula loquutum fuiſſe in Magiſtro iurato, non autem in Camerario, non rectè, ac bene dicitur, cùm Camerlingus idem ſit quòd Magiſter Iuratus, & Camerarius, ex locorum, & temporum diuerſitate, & viciſſitudine diuerſa nomina ſint attributa, quin & eadem Ciuitas in proceſſu Sacri Conſilij in eius ſupplicationibus, vt ſic identificauit, & minùs diſtinxit, Nouar. in tract. de grauamin. vaſall. in grauam. 270. & 272. Vlteriùs replicabatur, neque poſſe Ciuitatem Ariani ſe iuuari capitulatione in proceſſu producta, cap. 3. ex qua nominatio plurium Ciuium pro dicto officio Vniuerſitati Ariani dabatur, & confirmatio, ſiue electio Baroni reſeruabatur, ob quod Aduerſarius eam in iure illationẽ deduxit, quòd eo caſu nominare, & eligere idem ſint, ex doct. Reg. Rouit. in Pragm. 2. num. 30. 31. & 49. de Admin. Vniuer. poſt alia iura, quæ citat, & vt ſic Vniuerſitas ipſa nominando eligit, differunt tamen inter ſe nominatio, poſtulatio, & electio, Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 2. num. 26. ſiquidem in ordine aſſerta illa capitulationis cartula peccat, primò cùm careat die, & conſule, quo caſu nedum non probat, ſed nullius roboris reputatur, ad tex. terminantem in l. 3. & 4. C. de diuerſ. reſcr. Secundò, quia in fine in decretatione dicitur, placet, prout hactenus fuit obſeruatum, iuribus Curiæ noſtræ ſemper ſaluis & vt ſic minùs ſuffragatur, ſtante reſeruatione iurium Curiæ Baronalis, in iuſtitia verò cùm originalia ſcripturarum exhibitarum nequaquam producantur, ad tex. in l. 3. C. de diuerſ. reſcript. ibi ſancimus, vt authentica ipſa, atque originalia reſcripta ex noſtra etiam manu ſubſcripta, non exempla eorum inſinuentur, at cùm Ciuitas Ariani è Baronum manibus obtento domanij iure ad Regis poteſtatem conuolauerit, quælibet iuriſdictionis prærogatiua à retroactis Baronibus conceſſa, fuit confuſa, & reſoluta, prout obſeruauit ſingulariter Præſ. de Franch. dec. 517. ſub num. 2. atque ita minùs ſuffragari valent illæ cartulæ aduersùs D. Ducem Bouini, ad præſens ab eodem Rege de Ciuitate Ariani infeudatum, reſoluto domanij iure, & vt ſic ex iuribus Curiæ, & Regis ſucceſſorem, qui quamuis beneficia a Fiſco, & Rege connexa tata habere teneatur, cùm ſpecialiter de ipſis conſtet, non eò minùs ſtare tenebitur conceſſionibus, & capitulationibus factis à prætetitis Baronibus ante domanij acquiſitionem, maximè aſſenſu carentibus, vt obſeruat Reg. Rouit. in Pragm. 1. de priuil. Vniuerſ. qui in caſu ſuo ponderabat aſſenſum hominis, quem ſuper conceſsione, & capitulatione perſonali Baro interpoſitum cõtendebat, ita quòd extincta perſona tam conceſsio, quàm aſſenſus euaneſcunt, quia & adhuc ſi aſſenſus exhiberetur, prout in contingenti caſu minimè exhiberi valet, neque ſingularem ſucceſſorem ex primis illis Baronibus, qui capitula condiderunt, vel conceſſere, minimè deſcendentem obligare poſsit ad eorum obſeruantiam, prout ſolemniter in S.C. fuit deciſum de anno 1555. in cauſa Sigiſmundi Pignatelli, cum Vniuerſitate, & hominibus Roccæ Mondolfi, cuius deciſionis, & decreti copia reproducitur in proceſſu, vt inde magis D. Ducis Bouini emptoris à Regia Curia, & vt ſic omnino ſingularis, & extranei ſucceſſoris iuſtitia attendatur, tanto magis, quia eiuſmodi aſſerta capitulatio de euidenti iniuſtitia redargui valet, cùm ſint illicita, & iuris habeant reſiſtentiam & Vniuerſitas iuriſdictionalia, immò quæ iuriſdictionem omnimodam abſorbeat, obtineat, vt voluit Affl. &. in prælud. Conſt. quæſt. 3. num. 5 Niger in Cap. Regni 1. num. 6. & 16. Viſcont. in concluſ. verb. Baronis, fol. 20. Bortel. de Magiſt. edict. lib. 2. cap. 2. num. 30. allegans poſt alios Afflict. dec. 307. num. 20. & ſub num. 31. verſic. quia talia, ſubdens omnino abolenda talia capitula, contra ius ſtatuta, ex Gom in §. ſed iſte, num. 13. Inſt. de Act. & Rol. conſ. 86. num. 1. vol. 1. & reaſſumit nouiſsimè Nouar. in tract. de grauam.

Digitized by Google

grauam. vaſall. in grauam. 278. ſub n. 7. adducendo Patrem Dianam reſolut. Moral. tract. 6. Miſcell. p. 3. reſolut. 36. probantem inſuper, neque poſſe timeri periurij incurſum, quinimmò neq; hoc caſu, vt perperam pars ex aduerſo prætendit nominate idem eſſe, quod eligere, quemadmodùm ſingulariter exploſa Regentis Rouiti ſententia, concludit Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de abund. Ciuit. §. 1. ſub n. 5. 6. 7. & ſeqq. vbi non ſolùm ſolemnis iurium intellectus receſſet, ſed etiam ſolitas doctrinas memorat in terminis, quod eligens, & nominans ſatis differunt, & poſtremo reſpondetur, quod vbi Ciuitas Ariani titulum ſic infectum, & vitioſum adduxit, minus poſſit ſe tueri prætenſa quadam poſſeſſione, quæ ſi fuiſſet tempore domanij, nullo modo reſiſtit, iuxtà ſuprà fundata, ſin verò in alio tempore conſideretur, neq; repugnat, ſtante vitio, & infectione tituli iàm producti, tum magis, quia ad præſens in poſſeſſione manet dictus Ill. Dux, qui continando ſuam poſſeſſionem neqnaquam attentare dicitur, vt fundamentalitèr concludit Capyc. dec. 72. ſub n. 2. qnocircà iure merito in eadem poſſeſſione erit manutenendus, prout certo ſpetat, hæc ille, fuit proindè interpoſitũ ſubſcriptũ decretũ, v3. Super inſtantia facta pro parte Ciuitatis Ariani ſupra non eſſe moleſtandã in poſſeſſione eligendi Camerarium dictæ Ciuitatis, ad quem pertinet cuſtodia nocturna, & diurna Ciuitatis, cum poteſtate carcerandi, & excarcerandi à iure pottelli, nec non ſuper reſtitutione clauium carcerum dictæ Ciuitatis, & quod non moleſtetur Ciuitas ipſa in exercitio iuriſdictionis ſecũdarum cauſarum, ac etiam ſuper exercitio Camerarij, ſinè Camerlenghi pro exercendo officium Magiſtri Nundinarum feriæ S. Othi cum prærogatiuis ſolitis, & conſuetis, & alijs, vt in actis. Die 13. menſis Iulij 1640. viſis comparitionibus præſentatis pro parte Ciuitatis Ariani ſub diebus 23. Decembris 1639. fol. 68. 13. Februarij 1640. fol. 70. 10. & 22. Martij eiuſdem inſtantis anni f. 123. 134. per D. militem V. I. D. Fabium Capycium Galeota Regium Conſiliarium, Præſidentem R. C. & Reg. Regiam Cancellar. & cauſæ Commiſſarium, factaq; per eundem relatione in dicta R. C. coràm Spectabile Regente Matthia Caſanatè Locumtenente, fuit per Reg. Cam. prædictam conſenſu promſum, & decretum, quod citrà præiudicium iurium vtriuſq; partis in petitorio detur terminus decem dierum in cauſa ad probandum incumbẽtia, & interim Ciuitas prædicta conſeruetur, & manuteneatur in poſſeſſione eligendi quolibet anno quinque homines pro eius gubernio, qui habes nt maiora ſuffragia, ex quibus vnus confirmetur per Ill. Ducem in Camerarium, ſiuè Magiſtrum Iuratum cum ſolitis, & conſuetis honoribus, & prærogatiuis, & ſignanter cuſtodiæ clauium carcerum, & nocturnæ cuſtodiæ excubiarum, & cum facultate exercendi officiũ Magiſtri Nundinarum, ſeù mercati ſpatio octo diarum in feſto S. Othonis cuiuslibet anni iuxtà antiquum ſolitum, hoc ſuum, &c. Capycios Galeota, Io. Baptiſta Sebaſtianus Magiſter Act. Conſ. Antonius Boſinus, Io. Baptiſta Conſtantinus Act. per S. C.

Manuteneri an debeat Baro nouus emptor feudi in poſſeſſione exigendi à vaſallis ligna, & paleã in pecunia, quemadmodùm ipſi ſoluebant Regiæ Curiæ venditrici feudi, quod cùm fuiſſe emptum à Io. Antonio Pariſio I. C. optime merito talia prætendente, fuerunt ſequentia in facto, & in iure conſiderata, videlicèt. Quod debet lite pendente Baro Paniſcoculi manuteri in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi in pecunia ius lignaminum, & paleæ à ſuis vaſallis, fundatur ex ſequentibus, primo ex priuilegio inſerto in prouiſionibus expeditis à Regia Camera, quod recognoſcat Baronem vti Dominum, firmatis ab Illuſtr. Domino Marchione S. Iuliani pro lignis, pro palea, pro venatione, quam facit conſultationis pro venditione, & cum prouiſione D. Comitis, cum quo fuit ſtipulatum inſtrumẽtum, & D. Ducis Medinę. Secundò qualitèr Regia Curia à Caſalibus prædictis exigebatur ius prædictum in pecunia, apparebat ex fide Contatoris Sanguinetti, & ante ipſum per totum tempus gubernij Illuſtriſs. Card. Zapatæ, & D. Comitis Montis Regij, illud exegit Vincentius Victorius Contator, & producetur fides cõmiſſionis eiuſdem in perſonam Auguſtini Bruni exactoris, & fides etiam Maiordomi fratris Ioannis Deodati, vbi declarat, ità vidiſſe obſeruari à ſuis prædeceſſoribus, & obſeruaſſe, & quod importabat ducatos 30. 4. pro ſemeſtre pro vndecim cannis lignorum ad rationem ducator. 5. 3. cuiuslibet cannæ, ac etiam producebatur commiſſio originalis anni 1638. D. Franciſci Moles, vbi ſunt deſcripta omnia Caſalia, & inea Paniſcoculi Caſale, vbi mãdabatur, conſtringi ad ſoluendum eos, non oſtendentes ſoluiſſe ligna, inſuper alia fides producebatur cum iuramento eiuſdem Auguſtini aſſerentis, per 23. annos, quod exercuerat officium Commiſſarij, exigiſſet, & exigere in beneficium S. E. cum commiſſione Maiordomi, producebatur etiam fides Officialis Scribæ Rationis Caualleritiæ Octauij Cirrini, vbi dicebatur, quod quilibet Maſſarius obligatus eſt adducere paleam Ponti Magdalenæ carrũ vnũ pro pari bobũ cantara ſex faſciculorum 200. & rotulorũ ſex pro quolibet faſciculo, & quando nolit ſoluere paleam, exigere debebat carolenos 20 pro quolibet Carro, ad quod cõſtringi deberent cum exequutione, ac etiam bannum de anno 1637. producebatur. Licèt autẽ per S. C. fuiſſet die 20. Maij 1642. prouiſum, quod intimatis particularibus prouidebitur, quibus intimatis replicauerunt, qualitèr fuerunt decepti in conſtitutione prourationis cauſa litigandi cum ipſo Barone, eo quod N. deputatus perſuadebat eos velle tollere onus, ſoluendi ligna, & paleam, quam reuocauerunt, ao quod Baro ſtetit, & ſtat in poſſeſſione, ſicuti Regia Curia ſteterat in poſſeſſione exigendi ligna, pro quibus ſoluebantur ducati 61. 4. ſingulis annis quolibet ſemeſtre, & paleam ad rationem carolenorum duodecim pro pari bobum ab anno 1633. vſque ad annum 1645. vt quoque cæteri Maſſarij, & Bracciales aſſerebant. Ex quibus nedùm ſemiplena probatio reſultare videbatur, ſufficiens ad manutentionem poſſeſſionis, ſed probatio realis Miniſtrorum Regiorum, ac confeſſiones ipſorummet intereſſe habentiũ, ſufficientes pro interpoſitione decreti manuten-

Digitized by Google

tionis, & primò, quia dùm Regia Curia ante venditionem io ea reperiebatur in poſſeſſione ad ſui libitum exigendi in pecunia, prodeſt ſucceſſori, vt manuteneri poſſit, ex quo ſucceditur in dignitate, & officio, quæ non moritur, & requiritur apprehenſio, poſt Tiraquell. in tract. le mort laiſ. le viſ. par. 1. ſic deciſum refert Guido Pap. dec. 355. Ludouiſ. dec. 438. de qua conſtat tàm ex fide, & commiſſione prædictorom officialium, quam in his, quæ ipſorum concernunt officium plenam faciunt probationem, c. poſt commiſſiooem de prob. prout in eius officio Nuntius, gloſ. in cap. cum parati, de appell. & communis eſt opinio Maſcard. de probat. concluſion. 1138. num. 1. dùm hæc iura conceſſa abſq; apprehenſione in Baronem fuerunt tranſlata, Capyc. dec. 121. D. Reg. Valenzuela conſil. 71. n. 33. vol. 1. eo magis in poſſeſſorio ſummariſſimo lite pẽdente, in quo ſemiplena ſufficiet vnius tantùm teſtis depoſitio, Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. vltim. num. 44. etiam non idonei, Ludouiſ. dec. 438. & ſi iuris communis contra ſe haberet præſumptionem, vt in praxi ſic ſeruari dixit Couarr. pract. quæſtion. cap. 71. num. 6. poſt Capyc. dec. 189. quam plenam faciunt etiã fides priuatæ, quæ & ſi regulariter non probẽt, ex reg. quod teſtibus, & non teſtimonijs, procedit tamen regula in criminalibus, non autem in ciuilibus, gloſ. in l. 3. §. ideòq; ff. de teſtib. primò, quia ſunt iuramento fulcitæ, poſt Bart. idem Maſcard. de probat. concluſ. 13. & paratam habẽt exequutionem. Secundò, quia ſunt adminiculata priuilegio, gloſ. in l. inſtrumenta, C. de probat. etiam contra tertium, Bald. in l. 1. C. de edend. Genua de priuat. ſcriptura, lib. 1. quæſt. 5. num. 2. eo magis, quando ſunt veriſimiles, Idem loco citato. Ex quibus etiam Baroni permittitur Vniuerſitatem cogere, Vaſq. controuerſ. Illuſtr. quæſt. 83. & 84. & non poteſt Baro abſq; cauſæ cognitione priuari, cap. conquærente, de reſtit. ſpoliat. Affl. deciſ. 98. num. 2. Vetal. deciſ. 21. nu. 9. part. 1. Nec obſtat ponderatio Vniuerſitatis, dicendo quod Curia conceſſerat, non alitèr pecuniam, ſed paleam, & ligna, & quod fuit voluntaria datio pecuniæ, quod ideò non præiudicauerat in futurum. Primò, quia ſeparabatur Caſale à iuriſdictione Ciuitatis Neapolis, etiam reſpectu Monterij Maioris pro venatione, Caualeritij Maioris pro palea, & à quolibet onere, & ſeruitute aſportandi ligna ad Regium Palatium, & venduntur dictæ iuriſdictiones, non tamen ligna, & palea. Et indè ſubſequitur cum declaratione, quod per dictam deſcriptionem corporum particularium nullum intelligatur factum præiudicium venditioni omniũ, & quorumcunq; bonorum, introituum, iurium, & iuriſdictionum ad dictam Regiam Curiam ſpectantium, & competentium, ſeù quæ ſpectarent, & competere poſſent in dicto Caſale cum eius diſtrictu, & territorio, iuxtà fines appoſitos, eiuſq; vaſallis, vaſallorumque redditibus, ſeruitutibus, & iuribus ſeruiturum, & ſunt alia, quæ debentur ratione feudi, Capyc. in inueſtit. feud. fol. 103. ità quod ſuccedens in Caſtro habet omnia iura, quæ occaſione Caſtri debẽtur, Bald. conſ. 275. volum. 2. & veniunt cum Caſtro omnia iura, etiam quod non eſſet dictum, Bart. in l. quidèm, C. de reſeruat. lib. 10. idem Capyc. fol. 14. à ter. verbo Caſtrum, mandans eis, & cuilibet eorum, & in genere, & in ſpecie, quod ex nunc in anteà correſpondere debeant dicto Doctori Saluo de iuribus ſolitis, & conſuetis debendis à præſenti die in anteà, & in futurum, eiq; pareant, & obediant tanquam eorum, & dicti Caſalis vtili domino, & patrono. Et dum per priuilegium nil reſeruauerat, & tranſtulit Baroni dominium, & poſſeſſionem ſupradictã, ſufficit oſtendere ſtatum, in quo ſtabat dictum Caſale, quando tenebat Curia ante venditionem, vt poſſit conceſſionarius obtinere, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auct. 5. n. 8. & ſicuti in electione Regis erat exigere in re, vel in pecunia in ſeruitijs perſonalibus, quod conſueuit attenditur, Capyc. dec. 37. n. 2. nàm in dubio, proùt vſu anteà fuerat conceſſa, intelliguntur, l. ſi de interpretatione, ff. de leg. Gomeſ. in l. Tauri 40. n. 12. verſ. 3. quia in dubio. Et licèt ex aduerſo ad inſtantiam aliquorum ciuium, non alitèr comparentium in Banca, vbi venditio facta fuerat de dicto Caſali Paniſcoculi, & non audito illius Barone, fuerunt expeditæ per Regiam Cameram prouiſiones, nè moleſtaretur Vniuerſitas prædicta, ſuffultæ verbis illis adiectis in dicto inſtrumento, ibi ſeparando prius ſupradictum Caſale Paniſcoculi à iuriſdictiooe huius Ciuitatis Neapol. etiam reſpectu Monterij Maioris, & palea, à quo onere, & ſeruitute aſportandi ligna ad Regium Palatium ex conuentione ſic habita, ſtante ſolutione infraſcripti maioris pretij ad maiorem ſummam de eo, quod vendita fuerunt alia Caſalia, quæ ſuot v3. quibus intimatis eidem Baroni, replicauit, qualiter non ſubſtiaebant vti ſubreptitiæ, & ſubreptitiè impetratæ, & in aliena Banca confectæ, & dùm prouiſio facienda erat, fuit per dictam Vniuerſitatem oppoſitum de pendentia litis in S.C. fuit prouiſum, quod vnitis prouiſionibus, & reductis ad ius, & iuſtitiam partes adeant S. Conſilium, vbi diſceptari contingit de prædictis omnibus, & quod de talibus prouiſionibus nulla ratio habenda erat ex ſequentibus. Primò, quia emptor voluit, diuidi Caſale à iuriſdictione Neap. quia in eo Territorio Monterius maior habebat iuriſdictionem pro venatione, & Caualeritius pro platea, & Maiordomus ſeruitutẽ lignaminum, & fuit per pactum expreſſum conuentum, quod non ſolùm fuiſſet diuiſum à dictis iuriſdictionibus, ſed quauis ſeruitute, & nil tàm conueniẽs erit humanę fidei, quã pacta ſeruari. Ideò Excell. Comes antequam venderetur dixerat, ex nunc ſeparando ſupradictum Caſale Paniſcoculi à iuriſdictione huius Ciuitatis, etiam reſpectu Monterii maioris pro venatione, & Caualleritii maioris, & palea, & à quolibet onere, & ſeruitute aſportandi ligna ad Regium Palatium ex cõuentione ſic habita, & rationem reddit ſtante ſolutione infraſcripti crediti ad maiorẽ ſummam de illo, quo vendita fuerunt alia Caſalia, & poſteà conceſſit eidem Baroni omnes introitus, cum ſeruitutibus, & iuribus ſeruitutum, & ſic dum ius paleæ, & lignaminum ſit ſeruitus, quæ debebatur ex Miano vendidit Baroni, & tollit ab illis, qui nomine Regiæ Curiæ detinebant, ex quo Caſalia Miani, & Mianelli fuerunt vendita ad rationem ducatorum 36. pro foculari, & Caſale Ma-

rant

Digitized by Google

tani ad rationem ducatorum 54. pro foculari, & Panicoculi Caſale ad rationem ducatorum 70. pro foculari ex conuentione, ex quibus verbis Vniuerſitas argumentum ſumere poterat, quòd non fuiſſet exempta, dum illam non excmit à dictis oneribus, ſed illud ſeparauit, at Ciues noo debuiſſent eſſe ſubiecti prædictis Miniſtris, ſicuti perſiſtebant, quia ſic noluit emptor in ſui beneficium, & non aliter, & ideò ſoluerat ducatos 70. pro quolibet focolari, & tala pactom ſibi ipſi prodeſſet, & non dictis vaſallis, qui noo coottraxerant, nec ioteruenerunt lo eo, §. alteri, Inſt. de inutil. ſtipul. l. 3. C. eod, neque petieruot vnquam talem exemptionem, qui cùm eſſeot focularia 267. voluit Regia Curia prò 291. ſicque ſeparatio onn inducit Vniuerſitati exemptionem à Barone, dùm poſteà conceſſerat omne, quod ipſa Regia Curia habebat pro ſeruitio, aut prò quauis ratione, & mandauit, quòd ipſi correſpondiſſent abſque exemptione dictorum onerum. Voluit etiam emptor, quòd de ducatis 30370. quod importabat pretium, ſoluerentur ducati 9547. 17. Ioanni Zoaglies pro fiſcalibus, quæ tenebat, & cum iſtis ex inguebant ipſa, quę importabant duc. 6681. 13. aonuatim, & remaoſit Voiuerſitas exempta, pro quibus ſupplicauerat Suæ Excellentiæ, ex quo ſoluere non poterat. Secundò, quia illo tunc, quo fuit vendita, idem D. Comes per viilectum mandauit Regiæ Cameræ, vt expedirentur prouiſionea pro obſeruantia inſtrumenti, ſtante ſolutione pretij, & per dict. R. C. fuerunt expeditæ prouiſiones venationis, & fuit mandatum, vt exploraretur voluntas Ciuium, ex ordine Dominorum Iunctæ, & aliæ prouiſiones pro palea, & lignaminibus, ex qoo ſubſequitur, quòd quando priuilegium fuiſſet dubium, ſicut non eſt, quia clarè fuerunt coonceſſæ, & venditæ dictæ rationes, eius eſt interpretari, cuius eſt coodeta, l. fin. C. de leg. & dū ipſe D. Comes Montiſreg[i]j inſimul cum prædictis Mioiſtris expreſsè mandauerunt expediri prouiſiones, nullatenùs ad præſens diſficultari debet, maximè quia idem D. Comes cum eius firma mandauit obſeruaotiam, & quòd reſtitueretur exccotio contra eam facta. Tertiò dum fuiſſet controuerſum priuilegium, ac etiam prouiſiones Monterij maioris, diſcuſſo negotio coram D. Regente Zufia tuoc Præſidente, viſis prouiſionibus mandauit, vt obſeruarentur iuxta ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem, qui interuenerat io venditione, & quartò ex iuris diſpoſitione deſumitur, quaodo priuilegium fuiſſet dubium, poſſeſſio ab anno 1633. vſque huc ipſum declarauerat, Bart. conſ. 59. Communoe Spoleti, Præſ. de Franch. dec. 59. & 397. num. 12. Immò poſſeſſio vnius iuris, quādo non eſſet in caſu noſtro reſpectu omnium, operator quòad omnia io priuilegio contenta, Præſ. de Franch. dec. 397. num. 6. & 13. Et quod eſt iudicatum in vno iure, priuilegio contento facit ius quòad omnia, l. 3. vbi Doct. ff. de acquir. poſſeſſ. Meoocb. de retin. poſſ. remed. nu. 158. & oon modò nos habemus iudicatum in contradictorio iudicio ſuper venatione per dict. D. Reg. Zufia, verùm pro palea poſt prouiſiones prædictas Voiuerſitatis ſubreptitiè impetratas die 15. Septembris 1642. & cum Monterio Maiore præſente dùm fuiſſent in iudicio ijdem de-

putati, qui ſunt ad præſens cum Barone, vt ex actis. Quintò idem, quod ad præſens poſt toc aooos deputati controuertunt poſſidet ab anno 32. & 33. Domioa Priocipiſſa Marani cum prouiſionibus R. C. fundatis in priuilegio, quia Excell. Prorex vendidit Caſale Marani cum dictis pactis contentis in venditione Paniſcoculi, nil ſibi reſeruans, cum decreto Præſidentis Bactaglini, in contradictorio iudicio, & obſeruantia dictarum prouiſionum inſertarum, ac prouiſionum Suæ Excellentiæ per Collaterale, non obſtaore, quòd Caſale Miani nòn gaudet, ex quo diuerſa eſt ratio, & non infertur de vno ad aliud per ſupradictas rationes, & in priuilegio Paniſcoculi poſt ſeparatiooem Caſalis, vt dictum eſt, vendidit quaotum Curia poſſidebat, cum ſupradictis verbis, dicendo, ſubmittens ex nuoc in antea dictus Dominus Viceręx, quo ſuper nomine omnes, & ſingulos homines, & vaſallos dicti Caſalis, modo, quo ſuprà in omnibus, & per omnia dicto Doctori Saluo, & alibi cedens omne ius dictę Regiæ Maieſtati, eiuſque Regis Curiæ, competens contra, & aduerſus perſonas quaſcunque, ratione, & cauſa dicti Caſalis vt ſuprà venditi, ac in, & ſuper eodem, & eius iuribus, &c. quocunque modo, ita quòd, &c. & alibi, & promiſit, & conuenit, &c. ceſſionem prædictam, & omnia prædicta, &c. ſemper, &c. habere, &c. rata, &c. ac rata, & contra non facere aliqua ratione, &c. nec non dictum Caſale cum iuriſdictionibus prædictis venditis, &c. & alibi, nil Regiæ Curiæ in dicto Caſali reſeruans, niſi ius exgeodi vinum ad minutum, & omnia alia bona, ac iura voluit, quòd intelligantur vendita, & ſint vendita dicto Doctori Saluo, nihil, &c. & hoc etiam deciſum patet in eadem Aula, quia prætendens Vniuerſitas eligere Syndicum, & Electos pro gubernio, Baro probauit, qualiter ante emptiooem erat gubernatum à Camerlingo, & per decretum fuit ſublatum gubernium in aono 1638. & non erat expreſsè venditum, vnde ex prædictis prouideri inſtatur, quòd io dictis iuribus manuteneatur Baro in quaſi poſſeſſiooe ipſorum, vt reperiebatur Regia Curia. Cætera ſuppleant peritiſsimi mei Domini. In cauſa V. I. D. Io. Aotonij Pariſij Baronis Paniſcoculi, cum Vniuerſitate prædicta. Die 11. Februarij 1643. Neapoli. Facto de prædictis verbo in S. R. C. per Magnific. V. I. D. D. Flaminium Coſtantium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S. R. C. prouiſum eſt, quòd donec aliter fuerit prouiſum, ac citra præiudicium iurium Partium, tam io poſſeſſorio, quàm in petitorio perſonæ eligendæ pro executione decreti S. C. lati ſub die 30. Maij 1642. eligantur per Magoificum cauſæ Commiſſarium, & nihilominus capiatur ioformatio ſuper poſſeſſorio ordinario, & interim manuteneatur Baro in poſſeſſione iuris aſportandi ligna, & paleam, io qua exiſtebat Regia Curia tempore veoditionis. Hoc ſnum, &c. D. Flaminius Coſtantius. Fabritius Sollatius pro Secretario S. C. io banca Iadoniſij, interfueront D. Præſidens S. C. Andraas Marcheſius, Conſiliarij Salinas, Salituros, de Angelis, & D. Hieronymus Garſia. Ad comprobationem præmiſſorom erit adnettendum, qualiter ſi iſta præſtatio lignorum, & paleæ ſit

de-

de Regalibus, & tunc quia Regalia abſque ſpeciali titulo nequeunt poſſideri, iuxta Conſt.Ea, quæ ad decus,Gram.dec.59.num.15.& nullatenùs in conceſſione feudi veniunt,vt probat Anna in alleg.29.à num.12.cum ſeqq.vbi num.16. probat ex Affl:ct.dec.122.eſſe iudicatum, non ea venire in alienatione Caſtri venditi cum pertinentijs,& num.17.ex Bal.probat,quòd vendita domo cum omnibus iuribus,quę ibi habebat, non cenſetur venditum ius paſſagij, requirunt enim Regalia ſpecialem, & expreſſam mentionem illorum,nam nulli alteri, niſi Rex conceſſerit,conueniunt,Affl.ct.in cap.vnico,quæ ſunt Regal.num.1.Quapropter Regalia quæcunque per quoſcunque contractus priuatis perſonis conceſſa,etiam in allodium ſine Principis aſſenſu minimè transferuntur,Camil.de Medic,conſ. 147.num.13.quia nullus priuatus poſſidere poteſt,Affl.ct.in l.Imperialem,§.illud quoque,nu. 32.de probib. alien. per Feder. Sed dùm non ſunt aliter Regalia, ſed reditus conſuetus pręſtari,nulli dubium eſt, quòd quando conceditur feudum cum iuribus, & pertinentijs ſuis, veniunt ea,quæ ſunt de iure, & conſuetudine, ex Andrea probat Paris de reintegr. feud.cap. qualiter probetur,num 21.fol.170. & quia tales redditus lignorum,& paleæ erant conſueti præſtari Regiæ Curiæ,quando conceditur res feudalis, intelligitur etiam conceſſus reditus conſuetus, vt ipſemet Paris eod.tract. cap.repetitur conceſſio,fol.157.qui notabiliter in cap. quando eſt facta,fol.132.à ter.quærit,quando eſſet facta conceſſio rei particularis feudi,& non continetur reditus in inſtrumento, & reſpondit, quòd præſumuntur tales conceſſiones ſicut erat moris concedentis,vnde recurrandum erit ad conſuetudinem, & ſubdit num.4. quòd ea, quæ non veniunt,niſi exprimantur,erunt probanda per allegantem, cæterùm quando eſſent conſueta,cenſentur ineſſe,per iura ibi citata,confert allegatis conſ.34. Reg.Lanatij. Thoro.

Manuteneri quis debeat in poſſeſſione feudi, an frater defuncti, vel vxor ipſius, quæ fuerat in vita ab eo præuio mandato conſtituta vicaria, & procuratrix ad gubernandum,regendum, & adminiſtrandum, etiam ſequuto ipſius obitu omnes terras,& feuda,& præſertim feudum,de quo controuertebatur, cuius mandati vigore poſſeſſionem cœperat,& in ea reperiebatur,quàuis turbata à dicto fratre prætextu conſecutionis illorum,vigore cuiuſdam maioratus,fuit deciſum die 15.Decemb.1612. & datus terminus iuris in cauſa ad probandum incumbentia, & interim Ill.Donna Beatrix Vrſina Principiſſa Montis Caueoſi manuteneatur in poſſeſſione Terræ Boualini,& omnium bonorum burgenſaticorum remanſorum in hæreditate Principis Loffredi viri,& Alexander Loffredus deſiſtat à turbationibus illatis in dicta Terra Boualini,& reſtituat illud,quod fortè exegit in Terra prædicta, & quòad bona maioratus eodem decreto prouiſum fuit,quòd Alexander de Loffredo manuteneatur in poſſeſſione bonorum contentorum in maioratu olim inſtituto à quondam Sigiſmundo Loffredo, ita refert D. Reg. Fabius Capyc.Galeot.controuerſ.iuris tom.1. contron. 26.qui in ſequenti controuerſ.27. eandem proſequendo cauſam in calce ſubiunxit,fuiſſe deciſum quòad hoc caput, quòd Terra Montis Caueoſi ſequeſtretur penès perſonam declarandam per S.C. vſque ad declarationem faciendam à Sua Maieſtate, ſeruata forma priuilegij in actis producti,& interim fructus Terræ prædictæ Montis Caueoſi liberentur, cui per S.C. declarabitur,Partibus auditis,penès Burrellum, verùm quia ipſe Alexander non procurauerat proponere ſua iura coram Sua Maieſtate ad executionem gratiæ impediendam, factum eſt, vt Principiſſa eiuſdem gratiæ effectum procurans,orto à Sua Maieſtate ordine de gratia executioni demandanda, expeditis literis, & præſentatis in S.C.fuit die 27. Aprilis eiuſdem anni iunctis aulis prouiſum,ſtante priuilegio confirmationis,& approbationis Suæ Maieſtatis in actis exhibito, ſequeſtrum ordinatum fieri ſub 15.Decembris 1612.tollatur, & D.Beatrix manuteneatur in poſſeſſione dictæ Terræ, & terminus aliàs datus currat ab hodie, & ampliùs quia Alexander non habebat teſtamentum pro ſe, ſed teſtator vxorem ſibi hæredem fecerat vniuerſalem, ſub qua feuda comprehendebantur, vt idem refert in controuerſia 37. in fine.

Manuteneri an debeat in poſſeſſione feudi empti, licèt de aliena pecunia filia emptoris illius, vel ſucceſſor in feudo empto de pecunia prædicta illius domino,relata fuit deciſio ſuprà in verbo Dominium.

Manutentio rerum ſtabilium à Iudice alicui conceſſa,an nedùm pro poſſeſſione illorum,ſed etiā pro proprietate conceſſa videatur, vt contingit dubitari in Reg.Camera Summar. in cauſa Lucretię Comonte vtilis dominæ Terræ Roſtani,cum Vniuerſitate,& hominibus illius, & proptereà cum fuiſſet interpoſitum decretum per ipſam R.C.die 10.menſis Maij 1578. huiuſmodi. Viſis actis prædictis per Excell.V.I.D.Dominum Aegidium de Tapia R.C.S. Præſidentem,& præſentis cauſæ Commiſſarium, de quibus omnibus facta per eundem relatione in banca R.C.alijs Excell.Pręſidentibus ipſius,fuit per eandem R.C. conſenſu prouiſum, & decretum,prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur,quòd Vniuerſitas,& homines prædictæ Terræ Roſtani manuteneantur, prout præſenti decreto manuteneri decernitur,& mandatur in poſſeſſione prædicti Territorii dello Caruſo, & Tripaldo,& ampliùs nō moleſtētur pro territorio pędicto.Hoc ſuum,&c. Aegidius de Tapia, Scipio Solimena pro Magiſtro Actorum, Conſ. Dacius Raparius, fuit ex hoc decreto controuerſum, ſi nedum pro poſſeſſione illorum manutentio conceſſa videretur,ſed etiam pro proprietate,& dicendum videbatur, eſſe pro poſſeſſione tantùm conceſſa, & quia manutentio datur poſſeſſori,Coccin.dec.14.num.5,deciſ.99. num.1.dec.125.num.1.dec.150.num. dec.261. num.2.dec.286.num.1.dec.314.num.1.dec.354. num.1.& 2.dec.366.num.1.dec.378.num.1.dec. 417.num.38.dec.486.num.2.dec.488.num.1.Farin.dec.ciuil.56.num.15.dec.508.num.1.tom.2. Ludouiſ.dec.458.num.1.Caual.dec.106.num.2. & dec.565.num.1.Duran.dec.308,num.5.par.2. Et proptereà concedi non poteſt,niſi ad limites poſſeſſionis,Ludouiſ.dec.569.num.1. vbi Additio num.6.Nec aliter conceditur,niſi de poſſeſ-

ſione

ſione conſtet, Fariu. dec. 685. num. 1. tom. 1. Ludouiſ. dec. 160. num. 1. Mantic. dec. 95. n. 1. Poſtquàm proprietatem a poſſeſſione ſeparatam eſſe dixit Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. n. 76. & propterea in eo non admittitur exceptio proprietatis, Ludouiſ. dec. 9. num. 10. dec. 107. num. 3 Ex aduerſo autem dici poterat, mandatum manutentionis habere naturam interdicti retinendæ, Verall. dec. 198. num. 1. pat. 2. Quod ſiquidem interdictum retinendæ admixtam habet causã proprietatis, l. 1. §. vlt. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 6. n. 164. vbi num. ſeq. notat, quòd cùm cauſa proprietatis ſit dignior, & potentior, trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis minus dignam, & potentem, quo fit, vt proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis, Rota in nouiſſimis dec. 174. n. 4. & dec. 362. n. 5. Quocirca ſuper hoc fuit interpoſitum aliud decretum per eandem R.C.S. videlicet. Die 4. Iulij 1579. In cauſa in R.C.S. vertente inter Vniuerſitatem, & homines Terræ Roſtani, & Magnificam Lucretiam Comonte vtilem dominam dictæ Terræ ſuper differentia manutentionis eiuſdem territorij nominati Tripaldo, & lo Caruſo ſiti in pertinentijs dictæ Terræ, & prouiſione petitorij ipſius, ac alijs in actis, &c. Viſis actis per Excell. Militem V.I.D. Dominum Franciſcum Aluarez de Ribera R.C.S Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, de quibus facta per eũdem relatione in banca dictæ R. C. alijs Excell. Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem R.C. conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & declaratur, quòd decretum aliàs in præſenti cauſa latum in fauorem prædictæ Vniuerſitatis Roſrani ſub die 10. menſis Maij 1578. ſuper manutentione poſſeſſionis prædicti territorij, intelligatur etiam in proprietate ipſius, & quòd comprehendat etiam Tripaldo, prout intelligi, & comprehendi prouidetur, & mandatur. Hoc ſuum, &c. Franciſcus Aluarez de Ribera, Scipio Solimena Mag. Act. Conſ. Decius Raparius.

Maritus hæres vxoris conuentus à creditrice dictæ vxoris, vigore donationis certæ ſummæ pecuniarum, per quem fuerat oppoſitum, eſſe hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, & in hæreditate prædicta nil aliud eſſe, niſi dotes per eũ lucratas, iuxta conſuetudinem loci contracti matrimonij, quamuis poſtcà fuerit præſentata litera miſſiua, ex qua percipiebatur, ipſum contentari de nouo ſtipulari capitula, iuxta Conſuetudinem Neap. aliter diſponentem, quæ cùm noluiſſet recognoſcere vigore præcepti ſibi facti à Iudice, an cogi debeat ad ſoluendum, fuit per S.C. deciſum contra dictum maritum, teſtificatur Horat. Montan. controuerſ. forenſ. in cõtron. 5. per tot.

Maritus conuentus ab hæredibus vxoris ſuæ præmortuæ ad reſtitutionem dotis promiſſæ probatæ per teſtes, non aliter per ſcripturas, licèt contra tales teſtes plura fuiſſent deducta, an propterea teneatur ad talem reſtitutionem dotis, ex facto percipiebatur, quòd cùm in anno 1606. die 30. Ianuarij Nuntius de Caſtello in vxorem duxerat Portiam Cauam filiam Io. Antonij Canæ, qui poſt eius obitum reliquerat Pompeum, & Thomam Caua, ſucceſſo obitu ipſius Portiæ inſurrexerunt dictus Pompeus, ac D. Carolus, & Io. Antonius filij eiuſdem Thomę, ſe hæredes declarari faciendo ipſius Portiæ, & conuenire fecerunt eundem Nuntium ad ſoluendum ducatos 250. dotis dictæ Portiæ, vnà cum intereſſe exacto poſt illius mortem, licèt ex parte ipſius Nuntij fuiſſet oppoſitum, eſſe à limine iudicij abſoluendum, reconuenerat eoſdem ad ſoluendum tertias decurſas. Dato termino in cauſa fuerunt ex parte Actorum examinati tres teſtes fœminæ deponentes de promiſſione dictę dotis, ex quarum depoſitione prætendebant, vt ipſe Nuntius condemnaretur, ex cuius parte replicabatur, non teneri ad talem reſtitutionem, attenta Conſuetudine Neapolitana, Dos, & quarta, ſub tit. de iure dotium, qua cauetur, vt dos peti nequeat, nec dotis ſolutio, niſi per inſtrumentum dotale, vel ſaltem per teſtes, qui ſunt numero quinque, qui æquiualent inſtrumento, vt voluit gloſſ. in eadem Conſuetudine. Et quòad teſtes examinatos dicebatur, duas ex eis eſſe ſorores vtrinque coniunctas femellas, ac pauperes, quibus deficiebant omnia requiſita, quæ debet Iudex arbitrari, ſine quibus fidem facere non poterant, ad tex. in l. teſtium, vbi gloſſ. verb. Inimicitiæ, in fine, ff. de teſt. Concurrebat quoque contrarietas inter eas, poſtquam in articulis dicebatur, qualiter fuerunt promiſſi in dotem duc. 150. dùm ipſimet Actores alibi aſſerebant, eſſe ducatos 250. promiſſos à dicto Io. Antonio, & teſtes aſſerebant, non aliter à dicto Io. Antonio, ſed à Viola de Lauro, item vna ex ipſis aſſerebat, matrimonium fuiſſe cõtractum circa annos 28. altera verò aſſerebat circa annos 25. alter circa annos 30. immò vna ex eis, quæ aſſerebat, eſſe annos 35. deponebat de tali matrimonio contracto ante eius natiuitatem, & demùm tertia teſtis deponebat de auditu ab ipſis duabus, vnde cùm eius depoſitio ſit relatiua ad depoſitionem ſororis, laborat eodem morbo, ex vulgata l. aſſe toto, ff. de hæred. inſt. vnde quanta fides ſit adhibenda dictis teſtibus talis qualitatis, & taliter inter ſe, & contra confeſſiones Actorum contradicentibus, Iudicis arbitrio relictum eſt, l. teſtium, §. ideoque, ff. de teſt. & præſertim cùm eorum depoſitio ſit de per ſe valdè inueriſimilis, dum de promiſſione dotium dicunt, fuiſſe ſtipulata capitula, & tamen cùm ſit in his appoſitum pactum, quòd tempore receptionis dotium fiat inſtrumentum pro cautela mulieris, nihilominùs non ſolùm fuerit confectum tale inſtrumentum, ſed de integra dotium prætenſa ſolutione, & vt ipſi dicunt, facta in pluribus vicibus nulla fuerit facta ſcriptura, vel apoca, ſaltim alicuius dictarum aſſertarum ſolutionum, quæ inueriſimilitudo quantum infirmet teſtium dicta docet Dec. in cap. licèt cauſam, num. 87. de probat. Quapropter altera iuris regula inſurgit, de qua in l. teſtium, C. de teſt. quòd quando aliquid debetur vigore ſcripturæ, vt in caſu noſtro, deberi aiunt Partes, & teſtes aduerſi ex capitulis ſtipulatis, eius ſolutio non poteſt probari minori numero teſtium, quàm quinque, & qui, vt inquit tex. ſint idonei, & ſummæ, atque integræ opinionis, qui etiam deponant in ſua præſentia, debitum eſſe ſolutum, quæ omnia deſinunt in caſu iſto, & prædicta procedunt etiam ſi quis velit probare confeſſionem creditoris

totis de debito recepto, vt in ſequenti euthentice rogati, ex qua patet etiam, quòd taſtes in his caſibus examinandi debent eſſe quoque rogati,& inſtrumentarii, immò exquiritur, quòd teſtes eo in caſu debēt eſſe conteſtes de loco,& tempore,quod deeſt in hoc facto, in quo ne quidem deponunt de loco,& tempore præſenſæ confeſſionis Nuntij, & ſic ſunt ſingulares,& non concordes,immò ex quo in pluribus falſum depoſuerent,proinde cenſendi erunt falſi in omnibus, ex regula vulgata, falſus in vno falſus in omnibus,Iul.Clar.in pract.crim.§ fin. quæſt.63.num.8.Facta relatione in M.C.V.die 12.Ianuarii 1633. per Iudicem Mιconum, fuit Nuntius conuentus abſolutus ab impetitis per Actores de Caua, qui fuerunt condemnati ad ſoluendum eidem Nuntio intereſſe liquidandum,ſalua prouiſione faciende reſpectu ducetorum 50.compiletis actis cum hæredibus quondam Horatii Ceuæ, et in banca Mangelli, licèt fuerit appellatum,vbi adhuc pendet.

Mater,quæ iure ſucceſſionis feuda conſequitur,an mortuo feudatario admittatur ad bona burgenſatice inſimul cum eius filia,ſtante quòd matrimonium fuit contractum ſecundùm vſum platearum Neap. libui copiam ſententiæ hic inſerere,ſuccedente caſu aliàs deciſo per S.C. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ oblata ſub die 9.Septembris 1593.viſaque etiam compatitione præſentata in S.C.ſub die 27.Ianuarii 1594.aliiſque compatitionibus,& aliis in proceſſu deductis pro parte Magnificæ Virginiæ Gambacortæ contra Magnificem Ioannam Gambacortam eius filiam,quorum tenor eſt.S.R.M. in S.R.C. viſis denique videndis.Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiem dicimus, pronunciamus, ſententiamus,decernimus,& decletamus, Terram Limatulæ in proceſſu deductam ſpectare, & pertinere ad prædictam Virginiam Gambacortam iure ſucceſſionis, & propterea ſententiem per noſtrum S.C. latam ſub die 19. Ianuarii 1580.tempore executionis ipſiua eſſe executioni demandandam, & demanderi debere in beneficium prædictæ Magnificæ Virginiæ, & inſuper dicimus, decernimus, ſententiamus,& declaramus, feudum de Vico in proceſſu deductum ſpectare, & pertincre ad dictam Magnificam Virginiem, & propterea dictam Magnificam Ioannam, & Egregium Io. Dominicum Fontanam eius Procuratorem vt Procuratorem condemnatum, & condemnari debere, proùt ipſos præſenti noſtre diffinitiua ſententia condemnamus ad dimittendum, & relaxandum eidem Magnificæ Virginiæ, & eius Procuratori vt Procuratori feudum prædictum, vnà cum fructibus, reſtitutis priùs quantitetibus ſolutia pro recuperatione feudi prædicti, vnà cum intereſſe,iuxte liquidationem faciendam onerum prædictorum tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, quo verò ad omnia bona burgenſatica, quæ remanſerunt in hæreditate quondam Magnifici Annibalis Gembacorta decleramus, ſpectare ad dictam Magnificam Ioannam,tam obuenta ex ſucceſſione paterne, quàm fraterna,& omnie,& quæcunque per ipſum quæſita,etiam ex fructibus, & ſuper ipſis, ſtante metrimonio contracto ad nouum vſum plateatum huius noſtræ Fideliſſimæ Ciuitatis,nullum ius competere dictæ Magnificæ Virginiæ,& propterea d.Magnifiram Ioannam fore,& eſſe abſoluēda,proùt eadē noſtra ſētētia diffinitiua abſoluimus,& penitùs liberamus ab impetitione prædict.Mag.Virginiæ, nentrā,&c. In.Thom.Salamanca. Et ſi ſecun dùm conſuetudines feudales fœminæ non ſuccedunt in feudis,niſi in inueſtitura ſint expreſsè vocatæ, vt proſequitur Reg.de Ponte lect.1. num. 129. & lect.10.num.2.& ſeq.Marta de ſucceſſ. legali par.3.quæſt.3.art.3.num.13.Reg Rouit.conſ.1. num.5.lib.1.conſ.79.num.21. Reg.Hector Capyc.Latro conſult. 122.n.28. tom.2. & conſult. 3.num.69.tom.1.& conſult.75.num.22. & ſeqq Secùs tamen eſt in Regno iſto Neapolitano per Conſt. In aliquibus in defectum maſculorum,vt poſt Reg.de Ponte vbi ſuprà Reg.Lanat.conſ.1.num.47.Mulſeſ. ad Conſuet.Neap. tom.2.par.4.quæſt.56.Marta dicta ſumma,par.3. quæſt.5.art.4.nouiſſimè,& latiſſimè Horat.Monren.controuerſ.22.per totem, Camil.Laratha in ſuo Theatro feudali,per 9.dilucid.74. num. 16. & dilucid.82.n.1. idem D. Reg. Hector Capyc. Latro dict.conſult.75. à num.57. cum ſeq.

Mater an admittatur inſimul cum fratre vtrinque coniuncto,excluſo vterino tantùm, vel conſanguineo ad ſucceſſionem filij,deciſum fuit affirmatiue,iuxta deciſa per Franc. dec.112. quam citat Epiſcopus Ricc.collect.3216.par 8.vbi refert, contrarium deciſum fuiſſe per idem S.C. iunctis Aulis,præuia relatione Reg. Conſil.Fabii Ricrardi, & fuit admiſſa mater cum fratribus vtrinque coniunctis,inſimul cum fratribus conſanguineis in cauſa Hippolytę Capomazæ, cum illis fratribus de Burrello ſuper hæreditate fratris ex ſecundo matrimonio,decedentis in pupillari ætate.

Mater tutrix ſuorum filiorum,ſi ſe obligauerit ſoluere debitum defuncti ſuo proprio, & principali nomine, etiam accedente diſpenſatione Regia,an teneatur illud ſoluere, de hoc incidit tractari in cauſa Iſabellæ Vargas,cum Ioanna del Vecchio, contre quam fuit domi prouiſum per Iudicem Catauita, & pronuncietum ex inſpectione ſuæ obligationis taliter factę,ex actia in bance de Ferdinando, quemadmodùm mulier quendo vt principalis, & principaliter ſe obligat,& maritus pro ea fideiubet, tunc cùm non intercedat,obligatur,refert Pyr.Maur.Aret. in tract.de fideiuſſ.ſect.8.cap.3. num.67. eò fortiùs quando ſimpliciter ſe obligaret ſine viro, quia vidua eret.Licèt ex parte ipſius replicaretur,non teneri,quia non obligatur,dum mulier ſe pro alio ſoluturam conſtituat,quoniam alienam ſuſcipit obligationem,ad tex.in l.1 §.1.ibi ſi non intercaſſerint,ff. de conſt. pecun. probat Mantic.de tecit.& embig.lib.19. tit.4. num.6. tunc enim diceretur intercedere, & fideiubere ſuſcipiendo alienam obligationem, latiſſimè Gratian.diſcept.forenſ.cap.669.num. 11.12. & 18.vbi num.13.probat, quòd mulier conſtituēſa pro alio ſoluturam,non obligatur,& obſtaret velleianum,etiam quòd promiſſio eſſet geminata,ſunt enim regulariter prohibitæ pro aliis intercedere,& fideiubere,vt proſequitur Picus in dec.1.num.1.ſubdens num.4.& 17.quòd mulieris obligatio præſumitur dolosè, & in fraudem legis procurata,niſi probetur contrarium,pecu-

tiam fortè verſam in eius vtilitatem in tantum eſt verum, quòd mulieres non poſſunt perſonaliter obligari, nec pro debito carcerari, etiam tutelari, vt probat Muta in Conſuet. Panorm. cap. 80. num. 10. Reliqua verò pertinentia ad hanc materiam referuntur à Zanger. in tract. de exception. par. 3. cap. 11. vbi num. 14. agit, quòd mulier tribus modis pro alio ſe obligat, ſcilicet alienam obligationem vel in ſe transferendo, vel ſuſcipiendo, vel ſe ſolam ream conſtituendo, & pro omnibus iuuatur beneficio S. C. Velleiani, vt ibi ſequitur. Hæc libui diſcurere pro veritatis indagatione, ex quo pendet deciſio ſupradicti caſus.

Mater liberorum tutelam amittens ob tranſitum ad ſecunda vota, an illam reaſſumat poſt ſecundi viri mortem, deciſum fuit affirmatiuè, hoc eſt in ſubſidium, ita Dominus Regens Sanfelicius dec. 206.

Mater relicta tutrix ſuorum filiorum cum altero tutore, ſi ad ſecunda vota tranſierit, non petito tutore, an priuetur ſucceſſione filij, deciſum fuit per S. C. negatiuè, vt non priuetur, ita Io. Baptiſta Hodiern. in addit. ad Surd. dec. 48. n. 15. in noua impreſſione.

Mater an ſuccedat in bonis filij burgenſaticis, & ſi in capitulis matrimonialibus nil dictum ſit de renunciatione, cùm inter Magnates cenſeri debeat contraxiſſe ſecundùm nouum vſum Capuanæ, & Nidi, quo iure filij quandocunque ab inteſtato deceſſerint, ſuccedere illis prohibeantur parentes, excepto ſi eſſent Magnates, quos non eſt præſumendum ſe ſubmittere voluiſſe huic nouo vſui à priuatis Nobilibus inuento, dùm de illo nullam mentionem fecerũt, & ideò per S. C. iunctis aulis die 20. Decembris 1632. fuit iudicatum in cauſa ſucceſſionis Principis Conchæ, cui in omnibus bonis, exceptis feudalibus ſucceſſit Principiſſa mater, excluſa defuncti amita, quæ tantùm ſucceſſit in bonis feudalibus, vt tradit Donat. Anton. de Marinis quotid. reſolut. cap. 298. numer. 16. in noua impreſſione.

Mater an teneatur fideiuſſionem præſtare pro filio carcerato tempore commutationis carceris in alio loco tranſmittendo, per Collaterale Cõſilium fuit admiſſa Portia Caetana mater D. Cæſaris Carafæ ad præſtandum fideiuſſionem pro dicto eius filio ducatorum 6000. tempore commutationis carceris in Caſtro Guilettæ, refert Dominus Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 6. num. 140.

Mater an exacto triennio cogatur alere filium, ſi vel pater ſit inops, vel aliunde filius non habet, per Collaterale Conſilium fuit iudicatum in cauſa Ill. Principiſſæ Caſpuli, contra Ill. Principiſſam Conchæ, quòd aſſignentur annui ducati 1800. Ill. Principiſſæ Caſpuli de redditibus Ill. Principiſſæ Conchæ matris, vt refert D. Regens Sanfelicius in nouiſsima additione ad eius deciſ. 205.

Mater, quæ contraxerat matrimonium ſecundùm morem Magnatum, & Procerum huius Ciuitatis an admittatur ad ſucceſsionem bonorum feudalium, & burgenſaticorum filij decedentis ab inteſtato, nulla facta ſubſtitutione ab eius patre, ex diſpoſitione cap. Conſuetud. ſeu vſus Procerum Comit. &c. in Conſuet. Neap. Si tortè, fol. 143. hæc verba habentur Item mulier nupta vt ſuprà, moriente viro, ſuperſtitibus liberis, nulla per eum in ſuo vltimo teſtamento dictis ſuis liberis facta ſubſtitutione pupillari, mater admittatur ad ſucceſsionem filiorum morientium in pupillari ætate, vel ab inteſtato in bonis hæreditarijs paternis, mobilibus, & ſtabilibus, burgenſaticis, & feudalibus, vt quoque meminit Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par. 1. cap. 3. nu. 14. Et ſucceſſo caſu in facto in cauſa Donnæ Camillæ Battiroctæ Piccolomini de Aragonia, Duciſſæ Lizzani, ob obitum eius filij D. Antonij Clorioi ab inteſtato, nulla facta ſubſtitutione per quondam D. Franciſcum eius patrem, qui contraxerat matrimonium ſecundùm morem Magnatum, fuerunt expeditæ prouiſiones per Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſcettulam die 1. menſis Iulij 1643. quòd manuteneretur in poſſeſsione bonorum feudalium, & burgenſaticorum, in Banca Borrelli, & fuerunt poſteà confirmatæ cum obſeruationibus per S.C.

Medietas fructuum omnium ſuperiorum exiſtentium in Terra conceſſa ad perpetuam laborandiam per colonum promittentem ſoluere medietatem vini, ſeù vindemiæ, an debeatur, ex adnotatis, ſeù apoſtillis Magnif. Franciſci Laurini I.C. ſenioris, & Aduocati Neap. ex Dominis Laureti ad Conſuet. Neap. in Conſuet. Cum terra, qui hæredes in locat. ſucc. mihi traditis à Franciſco Laurito V. I. D. nepote ex filio meritiſsimo, Aduocato diſertiſsimo hæc verba habentur. Ruſticus huius Ciuitatis recipiens ad perpetuam laborandiam ab aliquo, cum promiſsione ſoluendi medietatem vini, ſeù vindemiæ, an teneatur quoque ſoluere medietatem omnium fructuum ſuperiorum. Per S.C. ad relationem Reg. Conſil. Thomæ de Aitomare in anno 1557. ſub die 10. Aprilis fuit deciſum, dictum Ruſticum teneri ſingulis annis etiam ad medietatem fructuum ſuperiorum, in cauſa Magnifici Federici Tomacelli cum Franciſco Buiano Turris Octauę, in Banca Io. Alphonſi Capua, aſsignatur ratio, quia antiquitus fiebant tales conceſsiones ad laborandum, & plantandas haſtas, & vites, & præſtandum medietatem vindemiæ, & quia arbores, & vites vetuſtate, vel vi ventorum cadebant, callidi Ruſtici non plantabant alias arbores, & vites, ſed plantabant alios fructus, & deinde recuſabant præſtare medietates fructuum, innitentes pacto de præſtanda medietate vindemiæ, & ſic fuit contra Ruſticos deciſum ex doctrina Iaſ. in l. 1. & 2. C. de iure emph. & idem deciſum in anno 1581. die 25. Octob. ad relationem tunc Regij Conſiliar. Vincentii de Franchis cauſæ Delegati, in cauſa Venerabilis Monaſterii Sanctę Claræ de Neap. & aliorum, contra Martinum de Abenante, & alios, apud acta Scanapeci, ſed an vltra medietatem omnium fructuum, vt ſuprà, debeatur quoque medietas lignorum incidendorum in ſimilibus territoriis incultis, & nemoroſis conceſsis ad dictam laborandiam perpetuam, & per S. C. ſub die 5. Decembris 1594. fuit deciſum, deberi ad relationem Reg. Conſil. Fuluij Conſtantii, interuenientibus ſimiliter Regiis Conſiliariis de Franchis S.C. Præſide, D. Thoma de Salamanca, D. Cæſare Bernardo de Aquiros,

& Marcello Fornario, & confirmatum in cauſa reclamationis ſub die 1. Martij 1595. in cauſa Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Neapolitani contra colonos conuentos, penès Annibalem Cæſarium Secretarium. Hæc ille.

Meliorationes factæ in aliqua re immobili per illius poſſeſſorem qualiter ſint eidem ſatisfaciendæ, non eſt dubium, quin meliorationes factæ iure dicantur obligatæ, & ita deciſum refert Præſ. de Franch. dec. 38. in fine, ex tex. in l. Paulus, §. damus, ff. de pignor. quem ſequitur Mangil. in tract. de euict. quæſt. 40. num. 8. & meliorationes factæ in re obligata per quemcunque factæ ſint, ſiue per debitorem, ſiue per alium de iure, ſicut & ipſæ res ſunt obligatæ, idem Præſ. dec. 506. num. 10. & dec. 456. num. 1. & 2. hinc eſt, quòd pro illis datur retentio, Idem dec. 112. num. 1. & 10. Verùm proùt ſubdit idem Præſ. in dec. 38. erit facienda reſtitutio pretij, quo res obligata eſt facta pretioſior, iuxta diſpoſitionem illius tex. & ratio eſt, quia meliorationes cedunt ſolo obligato, effectus eſt maximus, quod idem tradit in dec. 527. num. 9. dec. 506. num. 7. tamen domino ſoli non cedunt; niſi expenſis melioranti refectis per pretij ſolutionem, aliàs cum doli exceptione repelli poteſt, vt ſubdit num. 8. hinc ſi fideicommiſſarius meliorationes ad perpetuã rei vtilitatem factas ſoluere tenetur, Idem dec. 109. num. 1. Immò ſiue impenſæ meliorationum factæ ſint per eum, qui non habet dominiũ perpetuum alicuius rei, reperuntur, Idem dicta dec. 97. Et ideò in cauſa D. Octauij Villagut Caraſæ cum D. Franciſco, & Ferdinando Caraſa, ac Sacro Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, cùm fuiſſet prolata ſententia in beneficium ipſius D. Octauij, ad relationem eiuſdem Vinc. de Franc. tunc Regij Conſil. die Iunii 157 inter cætera leguntur ſequentia verba. Inſuper declaramus, dicto D. Octauio deberi ſuper hæreditate prædicta pretium meliorationum per dictum D. Octauium factarum in domibus dictæ quondam Magnificæ Dominæ Lucretiæ, aſcenden. iuxtà fidem Experti in ducatis 1631. &c. in Banca Turini.

Meliorationes factæ per defunctum ſuper feudo nouiter empto, an diuidi debeant inter primogenitam, & ſecundogenitam filias ipſius, fuit per ſolertiſſimos Arbitros in cauſa ſororum de Coppula arbitratum, medietatem meliorationũ factæ in domo, quàm in aliis rebus dicti feudi factarum, vnà cum eodem intereſſe, & medietate bonorum burgenſaticorum, & fructibus deberi ſecundogenitæ, ita refert D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 25. in calce, vbi cenſuit, tale laudũ fuiſſe confirmatum per S. C.

Menſura alueorum probata per teſtes, non tamen per Expertos in arte, hoc eſt per Architectos, an ſit ſufficiens pro punitione rei inquiſiti de fraude menſurationis factæ in Fiſci detrimentum, fuèrunt ſequentia in iure allegata per ſubſcriptum Aduocatum peritiſſimum Conſtantinum Caſarum I. C. Clanij, Mephytis, ac Abellenæ aquas huius fœlicis Campaniæ amœniorem, ac ferociorem partem vaſtare, aerem inficere, accolas tabeſcere, omnibuſque miſerijs opprimere, omnibus infortunijs vexare compertum eſt. Tantis malis Antiqui occurrentes magnos, & longiſſimos alueos, vt ad mare Linterni aquas ſtagnantes educerent, in id ferè centum myriadas aureorum nummorum erogatas perſecerũt. Verùm quia aluei ex limo, aliiſque immunditiis, quas eundo aquæ in lecto relinquunt, quotidiè aluei replentur, opus eſt, eos de triennio in triennium expurgare, ob quod, vt refert Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. de Regal. impoſit. tit. 4. §. 8. num. 58. verſ. ſunt aliæ multę. Totum Regnũ ſoluit annuos ducatos 28000. pro conſeruatione, & expurgatione dictorum alueorum, qui vulgò Lagni appellantur, cùm lagynos ex voce græca λαγύνοι appellari deberentur, vt Ambroſius de Nola lib. 1. cap. 9. teſtatur, qui dicit, cauatur autem à cunctis Paganis in agro Nolano colentibus iuſſu, ac more antiquo coactis. Et ante Ambroſ. de hoc meminit Virg. lib. 6 Aenei.

Talem diues erat Capua, & vicina Veſeuo
Ora iugo, & vacuis clarius non aquus Acerris.

Quem locum exponens Seruius loquitur de aquis, & inundationibus Clanii fluuii, de quare meminit etiam Leander Albert. in ſua Italia tit. Campania fœlix Cumani, fol. mihi 167. cùm aquæ dicti amnis, omnes res, ſiue ligna, ſiue herbas, ſiue omne totum, quod ei obuiam fit, in ipſo alueo in lapides miranda tranſubſtantiatione infra paucos dies conuertat, vt refert Gaudentius Merula in ſylua variarum lectionum, lib. 3. cap. 3. & experientia docet, & ideò appellatur à vulgaribus, Lagno dello Gorgone, ex Meduſa vna ex Gorgonibus, quæ cuncta, quæ ei obuiam fierent, in lapides conuertebat, vt Poetæ fabulantur, Boccatius lib. 10. genealog. Deorum in Meduſa, fol. mihi 164. & Natalis Comes mythologiæ lib. 7. cap. 11. Cartar. imag. delli Dei in Meduſa, fol. mihi 315. Cùmque Regia Curia pro expurgandis dictis laneis, & faciendo recauamento in eis tam dictorum lapidum, qui in dicto laneo Clanii, ſeu del Gorgone generântur, quàm recauamento omnium aliorum laneorum, & feciſſet partitum cum Berardino de Furno Caporale Aptutinorum, vt pro qualibet canna cubba dicti recauamenti ei ſoluerentur tareni duo, & grana quatuor, iuxta menſuras faciendas per Architectos Regiæ Curiæ ad id deputatos per Spectabilem Delegatum, & Superintendentem dictorum laneorum, fuit denunciatum, fuiſſe commiſſam fraudem in conficiendis menſuris peractis, & carceribus mancipato dicto Berardino, cùm per eum fuiſſet inſtarum quondam Martino Burguedæ Præſidenti Regiæ Cameræ, quòd iret ſuper locum, & cum Peritis in arte faceret diligentiam neceſſariam ex oculati inſpectione, noluit id facere, ſed voluit probare quantitatem, & menſuras per teſtes, & interim dicto Berardino in criminalibus detento examinauit contra eum centum viginti teſtes, qui de menſura, ſcilicet de altitudine recauamenti deponebant, cùmque fuiſſent dati adiuncti de ordine D. Comitis Montiſregij, D. Reg. Zufia, D. Reg. Ezguerra tunc Reg. Conſil. ac Dominus Antonius Caracciolus tunc Præſidens Regiæ Cameræ, nunc meritiſſimus Regens Reg. Cancellariã, ac pro Fiſci patrono quondam Ferdinandus Mugnoz Reg. Conſil. Fuit pro parte dicti Berardin. allegatum, quòd a ſæculo non fuerat auditum, & menſuratio quantitatis nullo modo erat facienda per teſtes, & quòd inſulsè, & iniuſtè fuerat pauper ipſe tandiu in crimi-

nalibus

ſalibus detentus, donec tot teſtes inaniter examinarentur, & quòd dictus Delegatus Burgneda fecerat, nedum contra iura omnia, ſed contra rei euidentiam, nolle accedere ab initio ſuper loco, & probare cum Peritis in arte, & confrontare opus confectum, cum relationibus menſurarum factarum per Regios Architectos, nam quę ad menſuram ſpectant circa teſtium, & probationum materiam non verſantur, Maſcard. de probat. concluſ. 1048. in fine, ex Bart. in tract. teſtimon. & refert alios Card. Tuſcus, lit. M. concluſ. 202. & lit. A. concluſ. 318. & hoc eleganter dicit Bart. in tract. teſtimon. num. 47. qui dicit hæc formalia verba. Si igitur de longitudine alicuius rei quęritur determinatè, & quòd pedum ſit tota longitudo, talis rei teſtis dixit eſſe decem pedum, quia vidit, ſufficientem cauſam non reddit, quia per viſionem ſolam ipſius rei de hoc certi non reddimur, debet ergo dicere, quia vidi, & menſurari vidi. Et poſt pauca ſubiungit idem Bart. hæc alia, quæ adamuſſim articulum decidunt. In his verò, quæ non conſiſtunt in pondere, vel menſura, vel ad iſta non reducuntur, menſuratio totius corporis eſt difficilis, nec poſſet fieri niſi à Peritis in arte. Oportet enim, quòd menſuretur ſuperficies cuiuſlibet diuiſionis, quæ ſunt ſex, ſcilicet ſupra, & infra, ante, & poſt, dextera, & ſiniſtra, exemplum de Taaillo. Hæc Bart. Et hoc eſt regulare, nam ſtandum eſt Peritis in arte in omni materia, vt dicit Neuizan. conſ. 94. num. 18. lo. de Amic. cóſ. 102. col. 3. Card. Tuſc. lit. P. concluſ. 286. num. 13. & magis creditur vni Perito in peritia artis ſuæ, quàm mille teſtibus imperitis, ad latiſſimè tradita per Gratianum diſcept. forenſ. cap. 600. nu. 23. cum ſeqq. Farinac. quæſt. 127. par. 4. de homicidio, num. 116. verſ. amplia decimò, & num. 133. verſ. verum, vbi dicit, quòd hoc non ſpectat ad teſtes, & ideò probatio per inſpectionē oculorum cum Peritis nunquam excluſa intelligitur, Bal. in rub. C. de probat. Alexand. conſ. 186. col. fin. lib. 2. & cunctis alijs probationibus præfertur, Bal. in l. contra negantem, C. de l. Aquil. & hoc eſt adeò verum, quòd Iudex non poteſt in aliam ſententiam ire, quam Periti in arte iuerunt, text. ad literam in cap. quia indicante, de præſcript. ibi, Agrimenſoris definitione, &c. Et demùm eam faciatis in veſtra præſentia terminari. Bis in hoc tex. dicit Papa, quòd Iudex non iudicet ipſe, ſed iudicium ſequatur Agrimenſoris, idem habet tex. in anth. de non alienand. rebus Eccleſ. §. quod autem, ibi, adhibitis duobus inſignibus Architectis, &c. definiatur ab Architectis, &c. Idem in l. ſi quis ſuper, §. ad officium, ff. finium regund. ibi, menſores mittere, & per eos dirimere, &c. Neque ſuffragatur quod idē Delegatus replicabat, quòd iam opus erat conſummatum, quia lanei erant iterū repleti, & ſic non poterant ampliùs remenſurari, neque reuideri menſuras factas, nam cùm lanei repleantur ſingulis annis, recauamentum iam factum non poterat apparere propter nouum replementum, quod aquæ attulerant, & in lecto reliquerant, accedentibus etiam tot diluuijs præter ordinarium, quæ ob Veſuuij incendium, quod illis tēporibus acciderat, & cineris pluuia, & tot voluminibus, ſaxis, & alijs materijs ex propinquis montibus, & ſignanter Abellæ, & Cecalæ, licet tantas aquas ad mare lanei eduxerant, tamen maiorem, & præter ordinariam repletionem dictis de cauſis in eis acciderat. Sed tribus modis fuit replicatum dicto Delegato pro parte dicti Berardini de Furno. Primò, quòd non omnia recauamenta erant conſumpta, nam aderat dictus laneus Clanii, ſeù del Gorgone, item alius della volta del ginocchio nuncupatus, alius dictus del Liſcato, alius dictus del Porcile, in quibus nedùm non erat recauamentum iterum repletum, vel conſumptum, ſed tunc actualiter conficiebatur ab Operariis dicti Berardini, in quo loco poterat, & omnino debebat menſurari facere à Peritis in arte, & non probare per teſtes id, quod in quantitate, quæ menſurari, & haberi poterat, conſiſtebat. Secundò reſpectu operis conſumpti, nempe recauamenti iam iterum repleti, fuit allegata punctualis doctrina Bart. in eodem tract. teſtimoniorum, n. 48. qui ſic dicit ad literam. De ſuperficie totius corporis menſurandi tractatur, cùm fundus venditur ad menſuram, & cùm de aliquo pariete, quòd cannarum ſit, quæritur, vel de tabulis, vel de ædificio ex tabulis compilato, quæritur, quot pedum ſit, & ſimilibus. Hoc enim communiter omnibus notum eſt, ſed conſiſtit in artis peritia, ideò ſi res, de qua agitur, haberi poteſt per Iudicem menſuratoribus committenda, quòd ſi res haberi non poteſt, non credendum eſt teſtibus, qui de menſura dicunt, niſi conſtet in dicta arte peritos. Ecce locus punctualiſſimus Bartol. qui dicit, quòd ſi res extat, debet committi menſuratio Agrimenſoribus, ſi non extat, non eſt credēdum teſtibus, qui dicent de menſura, quòd cùm opus erat repletum, ac ea temporis curſu deſtructum, non erat credendum teſtibus, qui dicerēt de menſura, tantò magis quia cùm Regii Architecti, qui tempore, quo recauamentum conficiebatur, & extabat, & poterat menſurari, poſtquam fuit ab eis menſuratum. In relatione menſuræ, quam Spectabili Delegato pręſentauerunt, ſe fuerunt proteſtati, quòd ſtante quòd dictum recauamentum poſtquam fuit factum, non extabat, ſed conſumebatur, & iterum replebatur, proteſtabant, quòd elapſis viginti diebus à die datæ relationis menſurę, nolebant ampliùs teneri pro illis in aliquo, quæ proteſtatio facta ex cauſa vera illos excuſabat, iuxta deciſ. Bart. in l. non ſolùm, §. morte eius, ff. de noui operis nunciatione, qui eſt communiter receptus, vt dicit Intrigl. conſ. 21. & idem Bart. loco citato num. 28. quòd quando proteſtatio fit ex cauſa iuſta, & vera, tunc omnino conſeruat ius proteſtantis. Et vltimò replicabatur, quòd cùm Fiſcus aliquas ex illis menſuris infra terminum proteſtationis reuideri feciſſet, eas iuſtiſſimas, & rectiſſimas reperit, & ſic aliæ, quas reuideri non fecit, ſimiliter iuſtæ, ac rectæ pręſumendæ erant, nam qui bene ſe geſſit in prima adminiſtratione, præſumitur, quòd bene ſe habuit in ſecunda, & in alijs, l. 3. §. ſed & ſi ſuerit, cum gloſſ. in verbo verſatus eſt, ff. de ſuſpect. tutoribus, l. non omnes, §. a barbaris, ff. de re militari, cap. mandata, de præſumpt. cum ſimilibus. Denique dicebatur, quòd Partitarius, & Architecti, etiam ſi eſſet res, quæ ſuapte natura non deſtrueretur, tamen non debebant in æternum obnoxii eſſe pro prætenſa falſa, vel doloſa, ſeù mala menſura, nam licèt

Digitized by Google

ager ſit malè menſuratus, ſi aliqua Partium dicit ſe deceptam, debeat iterum měſurari, vt dicit Iaſon in §. quædam, circa finem, Inſt. de act. tamen hoc debet fieri infra annum à die factæ menſuræ, vt eſt tex. punctualis ad literam in l. qui grauatos 5. C. de cenſibus, & Cenſitoribus, lib. 11. vbi id notant Loc. de Penna, Platea, & And. de Barulo, & dicit Bal. conſ. 387. vol. 3. Maran. in ſpeculo par. 4. diſtinct. 11. num. 45. & Bertach. In verbo menſuratio, fol. 338. & ſatis abſurdum eſſet, quòd Menſurator, ſiue Architectus ſemper obnoxius, & ligatus remaneret pro menſuratione à ſe facta, ſed debet infra annum reuideri, aliàs eo elapſo non debet moleſtari, maximè cùm ipſi inſtitiſſent pro reuiſione menſuræ. His diſcuſſis coram dictis DD. Delegatis fuit iudicatum, ſtandum eſſe dicto Peritorum in arte, & non teſtibus, nam per decretum factum per dict. DD. Zufia, Ezguerra, Caracciolum, & Mugnoz, in quo interuenit idem Burgueda, qui per ſemitam teſtium proceſſum itité inceperat, fuit commiſſum Magnifico Bartholomæo Ricchiarri Regio maiori Architecto, nec non Magnifico Horatio Campanæ Regio Architecto, vt facto acceſſu ſuper loco, ibi Fiſcum, & Partes audirent, & de omnibus relationem facerent cum voto, quibus explicatis, & facta per eos relatione, nullam adeſſe fraudem, ſed omnia ritè, & rectè proceſſiſſe. Dictus Partitarius renunciauit defenſionibus, & inſtitit expediri ex eiſdem actis, & ſic patuifecit centum viginti teſtium depoſitiones, quibus viſis per Fiſcum, ampliùs de cauſa non fuit loquutũ, & Partitarius liberè abire in ſuam Regionem dimiſſus, vt in proceſſu, in Banca Ioannis Baptiſtæ Conſtantini Actuarij Regiæ Cameræ Summariæ. &c.

Mercator vendens frumentum malum mixtum cum bono, hoc eſt miaturando ſolimam cum tritico bono, tenetur pœna falſi, ex doctrina Gregorij Lopez relati à D. Reg. Tapia in ſuo iure Regni, par. 7. tit. 4. de Piſtor. Pragmat. 1. vbi tradit, per S. C. fuiſſe liberatum quendam mercatorem ita frumentum vendentem, ſed credo quia non conſtabat plenè de delicto.

Meretrix à conuicinio honorato quòd expelli poſſit non eſt dubium, Affl. & in Conſt. Quæ paſſim, n. 3 Caſſan in Conſuet. Burgund. rub. 4. §. 5. num. 58. ex Luc. de Penna, Barbat. & alijs probat Auend. de exeq. mand. par. 2. cap. 6. num. 3. & vicini poſſunt expelli facere meretrices, & ſimiles inhoneſtas perſonas eis graues, Muta in cap. 116. num. 135. cum ſeqq. tom. 2. vbi num. ſeq. 156. tradit, quod vicinus non poteſt tenere meretricem domi in vitiis carnis, quid tamen ſi eſſet maritata, an etiam ob id exſtractare debeat, concurrente vicinorum clamore, Auend. vbi ſuprà, verſ. extendendum eſt, ex Afflict. in Conſt. lib. 3. rub. de prohib. habit. inhoneſt. Borrel. vbi ſuprà, num. 18. & 19. cum alis relatis à Conſil. Gizzarel. dec. 54. num. 26. vbi Additio Baldaſſ. ab Angel. in principio alios collexit, & alios cumulauit ibidem Didacus de Mari in Addit. num. 1. licèt ibidem Ioſeph Mele in addit. num. 16. dicat ex Conſil. Paſcal. de vir. par. poteſt. cap. 10. n. 35. ad 38. contrarium eſſe reſpondendum, neque ipſas expelli poſſe, iuxta dict. dec. Gizzarel. vbi num. 27. retulit, ita fuiſſe deciſum per S. C. & cùm iterum contingiſſet de hoc altercari in S. C. ad inſtantiam Andreæ Mele inſtantis vt N. exſtractaret à conuicinio, quia commercium carnale habebat cum N. excipiebat eſſe nuptam, nec proptereà potuiſſe cogi ad exſtractandum, nihilominus fuit idem deciſum per S. C. vt exſtractaret, & confirmatum in reclamatione, facta relatione in eodem S. C. per Iudicem in criminalibus Io. Baptiſtam de Stephano in aula Regij Conſil. Petri Antonii Carauitæ, penès Secretarium in anno 1637. in banca Tartaliæ, vbi erat informatio capta contra eam, & alios de iniurijs, verberibus, & alis, & cùm ipſa porrexiſſet memoriale Suæ Excellentiæ, ne potuiſſet exſtractare, & mandatum, quòd S. C. de iuſtitia prouideret, eius vigore fuit in reclamatione confirmatum decretum, & ipſa translata ad domum pœnitentię, quod quidem ampliatur, etiam ſi eſſet domus propria, adhuc ab ea expelli debet meretrix ſiue nupta, ſiue non, vt tradit ibi Caſſan. quem ſequitur Auend. loco citato, verſ. ſecundò extende. & habetur in dict. dec. Gizzarel. vbi Baldaſ. ab Angel. in princ.

Miles aufugiens à bello qua pœna plecti debeat, de iure communi variè impoſita refertur pœna militibus aufugientibus, nam ſi in acie belli id contigiſſet, certum eſt, eſſe pœnam capitalem, l. omne delictum, §. quod in acie, ff. de re milit. & in l. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. Iul. Ferrer. de milit. inſt. &c. num. 107. Tull. Criſpol. in ſuis caſibus militar. caſu 11. per tot. Ayala de iure, & offic. belli lib. 3. cap. 25. num. 2. Caball. reſol. criminal. caſu 294. num. 185. Extra belli aciem qualiter puniri debeat miles aufugiens, de iure communi non reperitur expreſſum, vnde comperitur, pœnam eſſe arbitrariam, ob quod erit conſiderandum, quia non omnes ſimiliter puniuntur, quare erit intuenda ordinis, & ſtipendiorum ratio, item gradus militiæ, vel loci, ac muneris deſerti, & anteactæ vitæ, l. non omnes, ff. de re milit. Sed in Regno ex ſpeciali Pragm. 2. §. che il ſoldato, il ſecondo, de militia, impoſita reperitur pœna mortis pro fuga, & ſic multoties vidi practicari, ſed veriùs pœna triremium ex æquitate potiùs practicatur, ſuggerente aliqua iuſta cauſa excuſationis, vt quoque practicatum vidimus in meo voto 55. num. 2. At in caſu contingenti priſcis temporibus in perſonam Michaelis Ioann. Blanes, ob fugam ex militia, iuncta informatione nonnullarum extorſionum in diuerſis partibus Regni per eum commiſſarum, deducta cauſa in S. C. ex quo erat perſona qualificata. Facta relatione in S. C. die 8. Nouembris 1567. per Reg. Conſil. Ludouicum Quadra, fuit per maiorem partem condemnatus ad relegationẽ perpetuam in inſulam, &c. & pro extorſionibus vt torqueretur, verùm ſtante ordine Suæ Maieſtatis ante executionem certior reddatur, vt habui ex votis manuſcriptis eiuſdem Regij Conſiliarij.

Miles an gaudeat priuilegio militari antequàm in numerum militum referatur, & proinde in contingenti caſu illorum de Fuſco prætendentium gaudere priuilegio militari ob ſolam atteſtationem Præfecti militum, & realiter non erant adſcripti in rollo, fuerunt excluſi à prætenſa repoſitione, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in primo reſp. Fiſcal. in differr. R. C. S. num. 89.

Miles

Miles aſcriptus militiæ abſque tamen exercitio, ſi poſteà debita contraxerit, & iterum aſcriberetur vti Ferrerius cum exercitio, an poſſit moleſtari da perſona in veſtibus, & armis, fuerunt in caſu contingenti occurſo in R.C.S. infraſcripta de iure probata, & allegata per ſolertam virum Franciſcum Centalium V.I.D. & Aduocatum Neapolitanum, videlicet. Supponimus in facti ſerie indubitatum, D. Marchionem Borgentiæ ante contracta debita per plures annos fuiſſe aſcriptum militiæ, & ſi tamen eiuſdem militiæ exercitium non habuerit, & cùm non haberet exercitium militiæ, contraxit debita, verùm poſtmodùm poſt debita contracta fuit militiæ Hiſpanæ cohortis illi Ferrerius adſcriptus, & non dubitatur ad præſens, quòd ſit aſcriptus vti per priùs erat, & habet exercitium actuale, quod per prius non habebat, nec ſit in expeditione, vt proinde conquæritur, an eius perſona ſit immunis, ſic etiam veſtes, & arma, idemque non poſſit de perſona capi, dum vacat militiæ, & belli expeditioni, neque in veſtibus, vel armis moleſtari, etiam pro debitis anteà contractis, conſtanter reſponderem, quòd quia ſine fraude D. Marchio fuit ingreſſus militiam ad præſens vti Ferrerius, ob quod per prius adhùc erat adſcriptus vti ſimplex miles, non teneatur vltra prædicta, quàm facere poſſit, neque poſſit inde de perſona capi, vel in armis, & veſtibus moleſtari, etiam poſt debita contracta. Hæc mea aſſertio probatur. Primò de iure communi, ſecundùm quod da perſona milites moleſtari non debent, ex l. milites, C. de locato, vbi milites armis, non verò priuatis negotijs occupari debent, iubet Imperator, ne Reinpublicam, à qua aluntur, & tenentur ab omni bellorum neceſſitate defendare deſerant, quod vtique præſtari non poſſit ſi carceri mancipatentur, pro ciuili debito etiam anteà contracto. Dixi etiam anteà contracto, quia pono abſolutum, quòd hoc priuilegium comprehendat eos, qui ſine fraude ingreſſi ſunt militiam poſt deb[illegible] contracta, ex Belluga in ſpecul. Princ. rub. 2[illegible] num. 24 & ſeqq. qui vlterius concludit, deb[illegible] gaudere hoc priuilegio etiam milites n[illegible]enies in armorum expeditione, & poſt B[illegible] reaſſumpſit Doctiſs. Patinus in eius alleg. inſertis per Reg. [illegible] Prag. 2. de milit. fol. 458 ſub num. 3[illegible] & [illegible]cens, concluſionem illam veriſſimam [illegible] Regentam de Ponte in tit. de aſſenſ Reg[illegible]§. 7. num. 48. & ſubdens poſt ſingularia iura, & Doct. vt nempe tali priuilegio valeat renunciari, quamuis iuramento firmaretur renunciatio, quia & ſubdit num. 41 quòd cùm de iura Regni miles habeatur pro habili, vt in Conſt. Terminum vitæ, de homicid punien. & habiles de iura communi [illegible] debent pro debito carcerari, vt probat Gu[illegible] in locis per ipſum allegatis, iure [illegible] qui emnt iure Nobilium gaudet [illegible]ijs, debeat liber eſſe, & immunis à carce[illegible], nec poſſit pro debito ciuili de pe[illegible] moleſtari, & ita in terminis loquens de [illegible] militibus, multis probat, videndus Ca[illegible] tract. de benef. deduc. ne egeat, qu. 8 num[illegible]7. & 48. Secundò probatur ex noſtro iure Regni quo viuimus, & ſecundùm quod fuit declaratum, milites militiæ inſeruientes actu non poſſe de perſona capi, neque in armis, & veſtibus moleſtari, ita ſiquidem poſt multa declaratum, & obſeruatum refert Conſil. Paſcal. de vit. pat. poteſt. par. 3. cap. 3. à num. 28. & ſeqq. vbi refert declarationem, eam in Hiſpanica lingua tranſcripſit factam à Domino Duce Alcala Regni Prorege, de anno 1563. quòd milites non poſſint capi de perſona, neque in veſtibus, & armis moleſtari, in cuius executione exinde fuerunt, vt ſic prouiſiones expeditæ, idcò viamur iure, vt idem Paſcal. reportat, & ſi tamen limitet ex Fontanel. & alijs, quòd hoc priuilegium amittant, quando occultant bona, quæ habebāt tempore obligationis, ad finem euitandi executionem, quæ limitatio non eſt applicabilis ad caſum vertentem, in quo D. Marchio abſque fraude fuit ad præſens ingreſſus exercitium militiæ, quia ſatis per priùs ad debita contracta erat eidem militiæ adſcriptus, & neque bona vila, quæ tempore obligationis habebat occulteuit, vel occultat, vt poſſet prætendi, quòd ex hoc non deberet hoc priuilegio potiri, ſecundùm ea, quæ in his terminis expendit Capibl. tom. 1. de Baron. Prag. 8. par. 2. num. 181. & propriè nu. 183. vnde proinde tam communi, quàm noſtri Regni iure inſpecto ſit releuandus a moleſtia, & captura in perſona, veſtibus, & armis, cùm actu militiæ inſeruiat, maximè hiſce calamitoſis temporibus, quibus Orbis totus bellis flagrat, & militum priuilegia non ſunt minuēda, ſed augenda, vt alacriori, & lubenti animo Regi noſtro, ac Regno inſeruiant, ſecundùm ea, quæ expendit idem Io. Caſtagna Doctor Siculus citato tract. quæſt. 8. ſub num. 71. & 72. & loquitur de effecto militie timore litis, vel vt de perſona non cogatur ad ſoluendum debitum, quòd licèt poſſit condemnari, non tamen de perſona capi, & bene probat. Quibus omnibus neque refragari valeat commune vulgarium nonnullorum dictum, quòd milites noſtri temporis non gaudeant priuilegijs militaribus, ſiquidem cùm milites ſunt ordinarij ſtipendiati à Regia Curia, etiam ſi reſidant in præſidijs Arcium, vel Ciuitatum, omnibus priuilegijs militaribus gaudere debent, vt notanter poſt innumeros, quos allegat diſtinguit Conſil. Paſcal. in ſupradicto loco, ſub num. 35. & probat relegendus idem Caſtagn. citato tract. de beneficio deducto ne egeat, quæſt. 8. ſub numer. 7. & 8. cum ſeqq. fol. mihi 212. & ſub num. 12. & 13. ergo ſi D. Marchio eſt miles ordinarius Hiſpanæ cohortis ſtipendiatus à Curia, quamuis in Ciuitate præſens ſeruiat, omnibus militaribus priuilegiis gaudere debet, & ſignanter hoc ipſo beneficio deducto ne egeat, atque ita vt da perſona non capiatur, prout multis demonſtrat Caſtagna in ſuprà citatis locis, relegendus ad deciſionem articuli. Fuit per R.C.S. ad relationem Præſid. D. Gregorij de Ganaueto deciſum in fauorem ipſius D. Marchionis, de anno 1642. vt ex actis in Banca de Sebaſtiano.

Milites tractenuti gaudent priuilegijs militum, vt fuit iudicatum per M.C. in cauſa Pauli Borrelli, contra Anellum de Rianzo, in Banca Conſtantini, refert Nouar. in Prag. 11. collect. 5. n. 3. de milit.

Milites non deſcripti in libro Scribæ Portionis, licèt ſint deſcripti in libro Capitanei, an includantur in banno emanato contra milites nudato

Digitized by Google

dato enſe rixantes, deciſum fuit affirmatiuè per D. Reg. Sanfelicium Delegatum, vt teſtatur in dec. 164.

Milites, qui armata manu occultando foriudicatum ſociauerunt eum armis, an pœna ordinaria mortis plectendi ſint, vel mitiori, puniti fuerunt mitiori pœna, hoc eſt triremium per ſeptennium, retulit Dominus Regens Sanfelicius deciſ. 227.

Milites Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani nondum per eos facta profeſſione, ſed tantùm cruce alba inſigniti, an gaudeant priuilegio fori, deciſum fuit affirmatiuè per M.C. ita D. Reg. Sanfel. dec. 251.

Milites Hiſpani degentes in Ciuitate Neapolis dicuntur Ciues, vt tradit Carau. in ritu 301. nu. 22. & ita deciſũ per S.C. teſtatur D. Reg. Sanfelic. dec. 74. n. 3. nam milites Hiſpani commorantes in Ciuitate dicuntur habitantes ipſius, Caſtil. dec. 105. n. 94.

Minor, qui ſe obligauit cum iuramento abſque Curatore de retinendo palatium loco carceris, ſi extra palatium deliquerit, an teneatur ad pœnam fideiuſſionis, fuit per M.C.V. condemnatus ad exulandum pro nouo delicto, & ad fideiuſſionis pœnam, Dominus Regens Sanfelicius dec. 246.

Minor annorum ſexdecim qua pœna puniri debeat ob vitium nefandum in eius perſona commiſſum, fuit per M.C.V. punitus ſtilis lardeis in pudendis, & quòd detineatur per decem annos carceratus, vt refert D. Reg. Sanfelicius deciſ. 57. num. 12.

Minor ob atrocitatem delicti fuit per M.C.V. condemnatus donec perueniret ad maiorem ætatẽ, vt detineretur, vt inde puniri poſſet pœna remigationis, & ita obſeruari teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 57. n. 10.

Minor ob delictum aſſaſſinij qua pœna puniri debeat, in facto cùm adultus tale commiſerit delictum, fuit par M.C.V. punitus pœna vltimi ſupplicij, refert Dominus Regens Sanfelicius in dec. 57. à n. 1. ad 5.

Minor reſtitui in integrum an debeat aduerſùs ſententiam adiudicationis bonorum creditori, non facto priùs appretio, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè, Dominus Regens Sanfel. deciſ. 188. in fine.

Minor petens beneficia in cauſa priùs agitata cũ patre, iam perempta inſtantia, licèt inſtaurata per inſufflationem ſpiritus vitæ, an erit audiẽdus pro conſecutione beneficiorum, nam certum eſt ex nota iuris regula, quòd perempta inſtantia competunt in ſecunda omnes exceptiones, & defenſiones, quæ competebant in prima, perinde ac ſi primum iudicium non fuiſſet, quia omnia acta pereunt, & de nouo ſunt faciẽda, Doct. in l. properandum, C. de iudic. ita poſt Angel. Marant. in ſpecul. par. 5. rub. inſtantia, nu. 61. Reg. Rouit. in rub. de inſtant. cauſæ non ecit. num. 13. ſequitur ex hoc, quòd mutato ſtatu per litigantem poſt inſtantiam peremptam opponitur etiã declinatoria fori, & competunt omnia priuilegia ex propria perſona, non obſtante regula l. ſi quis poſteà quàm, ff. de iudic. vt declarat poſt alios Ang. in l. cùm quędam puella, num. 3. verſ. vltimò, & ibi Iacob. 1. lect. nu. 17. ff. de iuriſd. omn. Iud. Et prædicta procedunt etiam in ſecunda inſtantia facta per inſufflationem in cauſa, quia adhuc litigator vtitur ſuo priuilegio poſt primam inſtantiam acquiſito, ita poſt alios firmat Anna ſing. 129. & aſſignat rationem, quia dicitur noua inſtantia, quam opinionem plenè comprobat, & facit illationes Conſil. Paſcal. in tract. de vir. pat. poteſt. par. 1. cap. 9. n. 204. & 218 ſequitur etiam per S.C. approbatam, teſtatur Reg. Rouit. in dict. rub. nu. 14. & in propriis terminis perempta inſtantia fuit datus nouus terminus tertio poſſeſſori, cui aliàs non competebat ex rationibus prædictis, non obſtante inſufflatione, ita teſtatur deciſum Vrſil. ad Afflict. dec. 331, numer. 2. Hinc minor ſuccedens in ſecunda inſtantia vtitur proprio priuilegio ad pinguius probandum ſibi per Conſt. Regni conceſſo, eo ipſo, quòd non probauit, nam cùm in omni inſtantia noua ei competat, etiam ſi prima inſtantia facta ſit cum maiore, cum diſtinctione, de qua per D. de Franch. dec. 647. & inſtantia per inſufflationem dicatur noua, abſque dubio dicendum eſt, ei competere ex ſupradictis. Neq; obſtat inſufflatio facta cũ ipſo minore poſt perẽptã inſtãtiã cũ maiore, vt cõtingit diſceptari in cauſa pupillorũ de Simeonibus cum illis de Martino in Bãca de Martino, nam cùm inſufflatio ſit gratia Principis, & miraculoſa, vt de exemplo Lazari, non operatur in præiudicium beneficij competentis minori ante inſufflationẽ, tum quia Princeps nũquã derogat iuri tertij, l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco pub. Tantò minùs in caſu noſtro, in quo Pars aduerſa non expreſſit in ſupplicatione inſufflationis, hæredes eſſe minores, & pupillos, tum etiam quia reſcripta non extenduntur de caſu ad caſum, minùſque de perſona ad perſonam, iuxta not. in cap. cùm dilecti, de reſcript. cap. ex parte, de offic. deleg. & ſi Princeps per reſcriptum inſufflationis auferret beneficium minoris, operaretur duo ſpecialia, contra l. 1. C. de dot. promiſ. alterum, quòd cauſa expediretur ex actis peremptis, & hoc concedimus, alterum, quod negamus, quòd minor non gauderet beneficio, quo gauiſus fuiſſet per inſtantiæ peremptionem, ſi inſufflatio non ſuperueniſſet. Et quòd talis gratia non operetur contra ius tertij, poſt Gramm. dec. 103. num. 116. cum ſeqq. ſequitur Conſil. Paſcal. dict. cap. 9. nu. 205. & ſeqq. Immò ſi talis gratia Principis dat regreſſum de priuatione ad habitum miraculosè, quo modo dicimus, quòd retrotrahatur, non exiſtentibus extremis habilibus, reperit enim minorem in medio, cui perempta eſt inſtantia, beneficium competebat, non eſt hoc decidendum, vt per Minad. dec. 5. Quinimmò ex rationibus prædictis ſi perempta inſtantia minoribus iſtis beneficia competunt, vt fundatum eſt, non ideò minùs competunt, vt quia inſufflatio ſuperuenit, & ex his S.C. ita aliàs iudicauit cõtra Duciſſam Grauinæ pro Bartholomæo, & Victoria de Martino, Actuario Sarto.

Molendinum dirutum reædificare an liceat Monaſterio intra proprias domus, ſtante prohibitione Baronis domini aquæ inſtantis, nil immutari, & innouari in aqua, & in curſibus ipſius, nec propterea reædificare ex curſu temporis. exaratur altercatio per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. ill. tom. 2. controu. 52. vbi in con-

trouerſia

trouerſia 53.deciſionē allegat dicendo.D e 28. Maij 1623.referente Conſil. Don Aloyſio Xarava Hiſpano,decreto S.C.prouiſum eſt,quòd detur terminus in cauſa, & interin liceat Monaſterio reædificare molendioum alias dirutum intra proprias domus,cū cautione de demoliēdo ad omnē ordinem S.C.in quacūq; parte iudicij, verùm non liceat immutare, vel innouare aliquid in aqua,vel in curſibos ipſius,proùt ad præſens reperiuntur, penès Burrellum Magiſtrum Actorum.

Moleodinum conſtruere an poſſit Baro in eius Territorio,ac in flumine,non obſtante prohibitione alterius Baronis habentis molendinum ibidem magis antiqnum,prætextu inundationis euitandæ vicinorum prædiorum, deciſum fuit per S.C.licere Baroni Valentini conſtruere molendinum in eius Territorio, & ſic fuit executum,vt refert Domin.Regens Hect.Capyc.Latro conſult.39.

Molendinum conſtroere an poſſit Baro in eius Territorio pro commodo eius Ciuium,non obſtante prohibitione alterius Baronis conuicini prætendentis,conſtrui non poſſe in præiudiciū eius molendini, ad quod concurrebant etiam Ciues illius,hæc ſequentia in iure fuerunt allegata à ſubſcripto benemerito Aduocato, videlicet.In hoc papyro paupertatem ingenij mei detegere nullatenus ſtatueram, & claritatem præſentis articuli obſcuro atramento denigrare non aodebam,ſed ne videatur ſationum arma deficere pro bellicoſo Equite,cuius Sacer Habitus enſe Diui Iacobi reſulget, & ne videat filius Parthenopes loquacis Syrenis obmuteſcere, & vbi de molendino agitur perpetuo velut motu laborante, ego otioſus huius penoæ, & ſi rudis motus non tractare,ad articulos aggredior, veſùm moræ fluemis aquæ molendini, ac de molendino fluenti currenti calamo ſcribam, cùm longè,latèque ea pateat materia,quæ ex tot Tribunalium Rotis non minùs trita,quàm decorata eſt.Quapropter in facto eſt aduertendum,D. Octanium Valignanum Equitem Sancti Iacobi antiquiſſimum Baronem in Prouincia Aprutij conſtruere incępiſſe molendinum in Territorio ſui feudi,dicti Ceppagatto,qui aquam ducere intendebat ex flumine Noræ non nauigabili decurrente per ſua territoria, & dum moles conſtruebatur inhibitum ei fuit per Ill. Regentem Capycium Latro ad inſtantiam Sereniſſimi Ducis Parmæ Herois huius ſæculi,Baronis feudi Planellæ,conuicini feudo Ceppagatti, quòd nihil inoouaret, & compareret infra 10. dies ad audiendam prouiſionem,&c. D.Octaujus notificatus illicò ab ædificio deſtitit,comparuitque inſtando pro ædificatione prædicta, menſuremus ergo mei Clientis iuſtitiā ab obiectionibus acriter per eximios Aduocatos Sereniſ.oppoſitis. Inter alia oppoſita,ac propoſita hæc ſunt,videlicet.Sereniſſimum Parmæ Ducem iure prohibēdi foueri,vt Ciues Ceppagatti ad alia molendina,præter illud Planellæ accedere nequeant, inſuper centenaria præſcriptione vallati adeſſe etiam conuentionem aiebant,vt molire deberēt in eo Planellæ molendino prædicti Habitantes, nec non dictam extructionem maximi præiudicij,& intereſſe iactabant,& eſſe ſolitos molire molendino Sereniſſimi. Ad cauſæ dilucidationem pro parte Nobiliſſimi Baronis Valignani dicitur, iſta ab Aduerſarijs proferri ad defatigandum ipſum enunciatum in iudicio,quæ ergo de tot propoſitis, vel documenta publica, vel priuata oſtendunt? quid de iure prohibendi demōſtrāt? quid de aſſerta conuētione patefaciunt? vbi inſtrumentum? vbi cartula? vel ad minùs fides priuat.? vbi præſcriptio? vbi ſunt requiſita præſcriptionis? De his quidem nihil penitus inſpicitur, & hæc omnia probant per ſimplices aſſertiones,ſi tamen aſſertiones nomē probationis merentur.At Baro D. Octauius haber ſuam intentionem fundatam,non minùs de iure,quàm ex forma priuilegiorum Baronum, de iure,quo ſtatuitur, quemcunque in ſuo ſolo liberè poſſe ædificare, non obſtante prohibitione,tex.eſt vulg.in l.altius,C.de ſeruit. l.fluminū, cum ſeqq.ff.de damn.inſect.& l.fin.ff.pariter de ſeruit.& in puncto de molendino Afflict in ſamig.dec.388.vbi ſic deciſum. Reg. Capyc. Latro conſult.39.vbi ſimiliter deciſum,Dec.conſ.244. non obſtante,quòd alius in eodem flumine haberet antiquiſſimum molendinum, & quando aqua ſufficit omnibus,primus non poteſt prohibere nouum ædificantem, vltra alios innumeros de Franch.dec.183.n.9. Ann.alleg.91.num.3. lib.2.Thor.oculatiſſimus deciſionum comprobator,candidiſſimus amicus in compend dec. par.1.in verb.Molendinum conſtruens, Coſta in tit.aut ſciebat,aut ignorabat, cent.1.diſt.3. n. 3.qui allegat Surd.conſ.127. vol 1. & Mororius conſ.64.idem aſſerunt Capyc.dec.209. num.26. Boer.dec.125.col.2. Guido Papa dec.298. Theſaur.dec.16.num.1. vbi & alios Doctores allegat, ex forma itidem priuilegiorum Baronum, namque certo certius eſt, Barones in dominio habere quaſcunque aquas fluentes, vel firmas in eorum territorijs apparentes, Luc. de Penna to l.vſum,C.de aquęduct. lib.11.Idem in l. quicunque,num.2.C.de fund.limitroph.lib.11.Capyc.in inueſt.feudal.in verb.de fluminibus, & alibi, Ann.alleg.79.Loffred.conſ.13. col.3. verſ. ſed prædictis,Boer.dec.212.num. 16. vbi allegat Iſern.& Bald. idem probat Thor. diſertiſſimè in compend.dec.dict.par.1.in verb.Molendinum conſtruere,Vueſemb.conſ.34.num.18.volum.1. & alibi,Cepoll.in tract.de ſeruit. ruſticor. præd. cap.de flum.n.4.Ex quibus liquet, licito iure D. Octauium conſtruere molendinū vti Baronem. His ſummariè diſcuſſis coram Ill. Regente diſertiſſimo in iure,fuit decretum,quòd infra mēſem Partes valeant deducere incumbentia (ſalua prouiſione facienda)eò quòd Procurator Sereniſſimi autumabat, ſe omnia in libello aſſerta teſtium dictis demonſtraturum. Dato termino,curſus cauſæ per varias formulas Partis aduerſæ impediebatur,& erat elapſus non ſolùm terminus menſis datus in cauſa,ſed etiam erant elapſi tres menſes à die nunciationis noui operis molendini,fuit inſtatum per D. Octanium, decerni,licitum eſſe ei conſtruere molendinum, ſaltem præſtita cautione de demoliendo,eò magis,quòd prouiſio prædicta fuerat reſeruata in datione termini,hæc enim petitio præſtita cautione omnino eſt admittenda,l.Prætor ait,§.interdictum,ff.de nou.oper.nunc.& l.vnic.C.eod. tit.vbi communiter Doctores.At quia Pars aduerſa inſtabat,ad vlteriora non procedi in cau-

ſa

ſa, niſi priùs reuocatis attentatis, etenim aſſerebat, D. Octauium poſt inhibitionem operam dediſſe conſtructioni molendini in contemptum inhibitionis, & lite pendente, ſed fuit replicatum, hæc ſimiliter gratis dici, & quòd aliàs idem dixerat, & obtinuerat prouiſiones ad ſaturitatem, quod omnia attenta ad priſtinum reduceretur, & fuit commiſſa obſeruantia Regiæ Audientiæ Aprutinæ, verùm quia non aderant attentata, Regia Audientia nihil peragere potuit. Attamen quia conquærebatur de breuitate termini, fuit decretum die 6. Nouẽbris 1643. quòd infrà alios dies decem præcisè Procurator Sereniſſimi valeat producere incumbentia & examen, aliàs termino elapſo liceat D. Octauio conſtruere molendinum præſtita cautione, &c. Ab hoc decreto notificato Pars aduerſa appellauit, obtinendo, relationem fieri S. E. in Collaterali Conſilio. Pro cuius confirmatione non eſt omnis inſiſtendum, nam fuit latum decretum à doctiſſimo integerrimo Regente Capycio Latro Marchione, qui verè virtuoſus, & innocens latro, nã legum archana ab obliuione eſt feliciter furatus, vel potiùs latro per antiphraſim, qui theſauros Aſtrææ prodigaliter donat, liberrer largitur in tot voluminibus, luminibus vndique micantibus. Et pro confirmatione eſſet iterum decantare ſuperiùs relatos tex. allegatos DD. breuiterque noto, D. Octauium vti Baronem eſſe dominum aquarum in ſuis territorijs, & conſequenter poſſe molendinum conſtruere, ex ſuperiùs dictis, aſſertiones aduerſæ in libello nullius eſſe debent conſiderationis, cùm nullis documentis roborentur. Nec iuuat aſſerere, Gentes Ceppagatti fuiſſe ſolitas molera molendino Planelle (quod & etiam negatur) nam non ideò poſſent cogi ad continuandum, cùm ſit actus meræ facultatis, DD. in cap. ſignificante, de appellat. & clariùs Abb. in cap. Abbate, n. 10. & 11. de verb. ſignif. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. caſ. 160. num. 8. vbi alios congerit, Io. Herring. de molend. quæſt. 13. num. 5. inſuper intereſſe lucri ceſſantis ob nouum molendinum non debet eſſe in cõſideratione, Bal. cõſ. 463. n. 6. vol. 4. Iaſ. in l. quominùs, num. 84. ff. de flumin. Rip. in ead. l. quominùs, num. 82. qui allegat tex. in l. quæro, ff. de iur. patron. l. fin. ff. de obſeq. lib. & l. Medicus, ff. de oper. lib. Regens Latro, qui plures adducit, conſultat. 8 num. 15. & 42. de Ponte de poteſt. Proreg. de diuerſ. prouiſ. tit. de mercatis, ſeu nundinis. Vnde cùm Procurator Sereniſſimi nihil ſolidum de aſſertis demonſtrauit, dicunt DD. quòd in dicto caſu petitio ſperni debet, Abb. in cap. 1. de nou. oper. nunc. Bar. & DD. in l. 1. ff. eod. idem Reg. Latro conſul. 64. num. 35. Ad quæ omnia confirmanda ſimiliter duco, indubitatum eſſe, ex flumine poſſe fieri nouum molendinum, non obſtante vicino, quando fit non principaliter ad æmulationem, ſed ad proprium commodum, Iaſ. in l. ex hoc iure, num. 8. ff. de iuſt. & iur. & ex communi ſic diſtinguit Papienſ. in form. libell. in act conſeſſ. in gloſſ. ſeruitus aquæductus, num. 7. in flumine priuato (quinimmò etiam in publico, quã dum fluit per propria territoria Baronis, tunc publicum flumen fit priuatum, Reg. Lanar. conſ. 2. num. 5. Regens Latro dicta conſult. 39. on. 23.) ad tex. in l. fluminum, §. fin. & l. Proculus, ff. de dam. infect. Rip. in d. l. quominùs, num. 26. Iaſon conſ. 98. vol. 1. Guid. Pap. d. dec. 298. & in dubio debet præſumi, quem ad commodum, & non vt noceat ædificare, ſeu aquam capere, & mutare, & ſimilia facere, Anna alleg. 91. num. 5. in fine, lib. 2. ibique allegat gloſſ. Ruin. Bertr. Pariſ. Beto, & alios, idem aſſerit Guido Papa dict. dec. 298. ad notata etiam vltra allos tex. in l. meritò, ff pro ſoc. nulla igitur æmulatio hic eſſe poteſt, nec præſumi. Quid plura? In eodem feudo Ceppagatti, vbi dicitur Vallemani, fuit molendinum ex eodem fluuio Noiæ poſſeſſum per antiquiſſimos, & Nobiliſſimos Progenitores præſentis Domini Valignani, quod molendinum vetuſtate ruit, vnde quaſi infertur, præſens molendinum non eſſe nouum. Sed quid longo calamo perſiſto in tam breui materia ſatis per ſe nota Dominis Regentibus, certò fœliciter regentibus robore doctrinæ vaſtam legum machinam, ex quorum iure confirmatio lati decreti attenditur. Die 25. Octobris 1644. Facta relatione prædicta in Collaterali Conſilio per eundem Regentem Capycium Latro fuit confirmatum decretum latum, & ſic bene fuiſſe prouiſum ſub die 6. Nouembris 1644. vnde fuerunt practicati tex. in l. vnica, C. de nou. opet. nunc. & l. Prætor ait, cum alijs ſuprà allegatis, quòd liceat Dom. Octauio conſtruere, præſtita cautione de demoliendo, & ita executum, penès Franciſcum Anaſtaſium à Mandatis Scribam, & Honofrium de Vito eius Scribam. Ianuarius Groſſus V. I. D.

Monacus ſe offerens, & bona Monaſterio, à quo recedendo, an recuperet bona, deciſum refertur in verbo Monaſterium, & verbo Retroceſſio.

Monaſterium ea perſona Monaci, ſeu Monialis poterit allegare ſuſpectum Iudicem, vt fuit deciſum per S.C. in cauſa Monaſterij Reginæ cœlorum, in Banca de Mondellis, Nouar. in rubr. de ſuſpit. offic. coll. 1. n. 4.

Monaſterium vbi Laicus cum bonis ſe obtulerat, & inde receſſerat, ſi tamen donationem factam eidem retroceſſerit, an reuocare poſſit, deciſum fuit per M.C. retroceſſionem validam fuiſſe, vt teſtatur D. Regens Sanfel dec. 191.

Monaſterium an poſſit ex parte Monaci infringere diſpoſitionem eius matris diſponentis de ſuis bonis in beneficium eius filiæ, relicto certo legato eidem ſuo filio Monaco, & præſertim diſpoſuerat de quondam iure ei obuento in beneficium Petri Limæ, ob quod Monaſterium prætendebat, illius medietatem ad ſe ſpectare ex parte dicti Monaci, in prima inſtantia fuit iudicatum in fauorem dicti Monaſterij, iuxta deciſa per Præſ. de Franch. dec. 667. ſed poſtmodùm in cauſa reclamationis fuit abſolutus dictus Petrus per S.C. ad relationem D. Ioannis Baptiſtæ Valenzuela mei Domini tunc Regij Conſiliarij, inde Regentis digniſſimi in Supremo Conſilio Italiæ apud Suam Maieſtatem, deinde in Supremo Conſilio Regali, & ad præſens ob ſingulares eius virtutes ad Epiſcopatus dignitatem Ciuitatis Salmantinæ aſciti, de qua deciſione poſtrema teſtatur Horat. Montan. controu. for. contr. 11. n. 2.

Monaſterium an teneatur exhibere libros, ex quibus poterit releuari conuentus ab onere probandi, hoc accidit controuerti in S.C. in cauſa

Monaſterij

Monaſterij Ieſus Mariæ Ordinis Prædicatorum de Neap. nomine Fratris Antonij Maſturtij Monaci eiuſdem Conuentus, ac legatarij quondā Io. Antonij Maſturtij, dum conuenire feciſſet in eodem S.C. Lucretiam Antoniam Maſturtiam hæredem dicti Io. Antonij ad ſoluendum omnes annatas ab anno 1630. & licèt fuiſſet nedum petita declaratio firmiter per tale Monaſterium & iam facta per Syndicum illius, quàm etiam exhibitio librorum Sacriſtiæ, vel Sacriſtæ Monaſterij, ex quibus ſe releuare poterat conuenta, & cùm fuiſſet domi prouiſum per Reg. Conſil. Petrum Antonium Carauita, vt accederet Scriba cauſæ in Monaſterio ſumptibus conuentæ, vt exemplarentur partitæ neceſſariæ ex libris prędicti Monaſterij, fuit appellatum ex parte dictæ conuentæ, & obtentum, verbum fieri in S.C. & videbatur ius ei ſuffragari, cùm ius mandat, Actori incumbere exhibitionem librorum edere, Bart. in l. 1. §. editiones, ff. de eden. latiſſimè Caluol. in ſua praxi iudic. §. reus, concluſ. 2. per totam, Muſcarel. in praxi S.C. lib. 1. par. 3 gloſſ. mentionatorum, per totam. Vnde quemadmodum quando ageret Eccleſia, quia tunc reus ei edere tenetur, non ſolùm ad intentionem fundatam coadiuuandam, ſed etiam ad intentionem fundandam, ex Dec. in l. & qui à Diuo, nu. 13. C. de eden. probat Caluol. vbi ſuprà, num. 16. Ita è contrà, quia in iudicijs æqualitas erit ſeruanda, cap. nouit, de iudic. etenim acta publica ſunt edenda vnicuique habenti intereſſe, Gratianus cap. 162. num. 44. Ex aduerſo pro parte Monaſterij dici poterat, ad hoc cogi non poſſe Monaſterium à Iudice ſæculari ex carentia poteſtatis, quam non habet in Monaſterio, quod eſt ſpirituale, & Iudici Eccleſiaſtico ſubiectum, nam Abbas, & Monaſterium ſubiiciuntur Epiſcopo de iure communi, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 270. num. 29 Præterea quia cùm libri, qui conficiuntur à Monaſterijs quotidie eis ſunt neceſſarij, nec proinde extrahendi ab illis. Et data pro vera opinione Doctorum, quòd libri Monaſterij plenam fidem faciant, quemadmodùm prolixiùs egit Nicol. Genua in tract. de priuata ſcript. lib. 5 cap. 1. per totum, non tamen erit inconueniens, quòd ab illis extrahantur partitæ, quibus fides adhiberi debet, quoniam exempla ſolemniter ſcripta eandem habent fidem, quam habent originalia. Abb. in cap. fin. num. 5. de fide inſt. Ideò die 23. menſis Octobris 1638. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnificum V. I. D. Petrum Antonium Carauita Regium Conſil. & cauſæ Commiſſarium, Per S.R.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per Magnificum cauſæ Commiſſarium ſub die 5. præteriti Octobris 1638. Hoc ſuum, &c. de Mercatis Secretarius, in Banca Iadoniſij, & cùm fuiſſet reclamatum, fuit interpoſitum ſequens decretum. Die 23. menſis Nouembris 1638. Facto verbo de prædictis per Magnificum Petrum Antonium Carauita Reg. Conſil. &c. Per S.R.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per idem S.C. die 27. Octobris 1638. verùm de exceptionibus oppoſitis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit in expeditione cauſæ. Hoc ſuū, &c. Frāc. Antonius de Mercatis Secretarius, in eadem Banca, in proceſſu inter Monaſterium Ieſus Mariæ cum Lucretia Antonia Maſturtia.

Moneri debent vaſalli per diem ante, quando fuerint requiſiti à Domino pro eorum ſeruitijs, vt deciſum refertur infrà in verb. Vaſalli.

Monetæ malæ conditionis vigentis ſi contigerit fieri mutationem in bonam conditionem, & formam qualiter ſolutio facienda erit inter debitores, & creditores, ſuper hoc variæ fuerunt exortæ lites in Regno, ob quod fuit cum matura deliberatione interpoſitum decretum per Collaterale Conſilium die 17. Nouembris 1622. cuius verba ſunt relata ad vnguem in Pragm. 18. de Monetis, in vltima impreſſione, quam etiam ſectatur Reg. Rouit. in dec. 35. in princ. quod in ſumma hoc dicit, ſcilicet quòd depoſita facta ante diem 15. Februarij dicti anni Neap. & alibi, hoc eſt per milliaria 30. circum circa Neap. in cęteris verò partibus Regni ante diem vigeſimum rітè, & rectè, ac legitimè facta de pecunia tunc currenti, & approbata, ſint valida, exceptis tamen depoſitis factis de pecunia aliena ad deponentes quomodolibet peruēta ad hūc effectū, reliqua verò depoſita poſt prędictos dies facta, illegitimè facta iudicantur, & proinde riſico, & periculo ipſorū deponentiū ſtare debeant, exceptis tamen depoſitis receptis, acceptatis, aut liberatis creditoribus non contradicentibus. Item reſpectu recemptionum faciendarum decernitur, termere volentes annuos introitus venditos cum pacto de retrouendendo, vel extinguere cenſus redimibiles, non poſſe retrouenditionem, vel extinctionem obtinere, niſi ſoluto capitali pretio in moneta numerata, nec ſufficere depoſitum, vel ſolutionem de duobus tertijs in Bancis in eorum creditū exiſtentibus, niſi fuerint ab emptoribus introituum conuenti ex quauis cauſa pro reſtitutione capitalium, quo caſu ſequuta, vel non ſequuta condemnatione licuiſſe, & licere deponere capitalia prædicta, illaque ſoluere de duobus tertijs. Vltimo reſpectu cenſuum emphyteuticorum, penſionum, & quadrimeſtrium declaratum fuit, tales cenſus ſoluendos eſſe in pecunia numerata, penſiones domorum, & aliorum ſtabilium conductorum pro medietate in pecunia numerata, & pro alia de duobus tertijs, ſolutiones verò aliorum onerum debitorum ex cauſa tertiarum fieri de dictis tertijs, exceptis tamen quantitatibus debitis vigore literarum cambij, quæ erunt ſoluendæ ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ. Inde poſt promulgationem huiuſmodi decreti generalis inſurrexerūt multæ lites occaſione prædicta iam deciſæ diuerſis temporibus à nobis relatæ in tertia parte noſtri compendij ſub diuerſis verbis, vnde pro maiori cōmodo duxi eas hic referre. Et primò dubitatum fuit, facto depoſito alicuius ſummæ per debitorem, vigore inſtrumenti tempore, quo dubitabatur de mutatione monetarū, ad hoc vt retrouenditio fieret à creditore proteſtante, nolle illud accipere ob talem cauſam, an contrario erit liberandum, & breui manu liberatum cogi ad faciendum retrouenditionem, deciſum fuit in fauorem creditoris, vt dixi in verb. Depoſitum factum, par. 3. Secundò fuit dubitatum, ſi depoſitum factum de pecunia aliena, vt ſolueretur creditori, facta per eū ceſſione iurū in beneficiū domini pecuniæ pro pretio alicuius Terræ vēditæ, non aliter ob cauſam te-

tioue venditionis conſequendæ validum ſit et, fuit pariter deciſum in fauorem creditoris, vt dictũ fuit ſuprà in verbo Depoſitum factum, il ſecondo. Tertio fuit dubitatum, ſi depoſitum factum de pecunia currenti tempore ſolutionis validũ ſit, dum fuerat promiſſio facta tempore contractus, in eadem moneta eiuſdem ponderis, & valoris, & ligæ, iudicatum fuit in fauorem creditoris, vt retuli ſuprà verb Depoſitum factum, il terzo. Quarto fuit dubitatum, ſi depoſitum integrũ fieri debeat per debitorem pro affictu alicuius rei, ac etiam de pecunia expliciia, ſi eo pendente fuerit mutata moneta, & qualiter faciendum pro præterito & in futurum, fuit deciſum, quòd debitor faceret depoſitum vſque ad certam ſummam de pecunia explicita, & numerata pro affictu, retento ex computo pro dicta ſumma ad rationem 20. pro centum, deducto intereſſe ipſius ſummæ ad rationem ducatorum octo pro centum, & ſi in eodem aliqua fuerit producta ſolutio forſan legitimè facta creditoribus anterioribus, aut quietatio, ſiue cautio ſuperſedeatur pro dicta ſumma, vt ſuprà eodem verbo Depoſitum integrum. Quintò dubitari contingit, ſi factum fuerit depoſitum capitalis in emptionem annuorum redditnum à debitore, eum retentione certæ ſummæ prætenſæ ſibi deberi ob deteriorationem monetarum inde ſubſequentem, an iure ſubſiſtat, ſi conſtiterit ex pecunia in emptionem accepta, ſub exiguo annuo reditu, debitorem ſoluiſſe illam creditoribus ſuis, quibus correſpondebat ad maiorem redditum annuum, ex quo vtilitas ipſi reſultauerat, potius quam damnum, deciſum fuit in beneficium creditoris, vt dixi ſuprà in verb. Depoſitum capitalis. Sextò dubitatum fuit, ſi facto depoſito certæ pecuniarum ſummæ in Banco per debitorem, & ibidem ſequeſtratæ ab eodem debitore prætendente ius habere à creditore, ſi inde poſt certum temporis interuallum fuerit debitor condemnatus, & per debitorem habitus ſecurius ad dictum depoſitum, & fuerit per Bãcum oppoſitum, non teneri ad illiuſmet pecuniæ reſtitutionem ob malarum monetarum conditionem poſteà ſubſequutam, quę & Bancis, & particularibus perſonis detrimentum attulerat, ob quod fuit immutatus ſtatus Banci, & alius inſtitutus de ordine Superioris mandantis creditoribus ſatisfieri de effectibus Banci, hoc eſt de nominibus debitorum illius Banci, an ob id creditor, qui petierat, illud ſibi liberari de pecunia currenti, ita erit liberandum, deciſum fuit in fauorem creditoris, vt dixi in verbo Depoſitum certæ. Septimò an ſequeſtrum factũ à debitore deponente capitale cum tertijs decurſis vigore pacti de retrouendendo ſuper prędictis capitale, & tertijs, pro excomputo præteſo debito ob cauſam mutationis monetarum, vigore generalis decreti, iure ſubſiſtat, deciſum fuit negatiuè in fauorem creditoris, vt dixi in d. 3. parte, verb. Sequeſtrum. Octauò hæſitatum fuit, an debitor, qui ſatisfaciendo eius creditori apocam Banci dederat de tertio remanſo in eo, quod ſi inde fuerit à Superiore ſequeſtratum, an per hoc liberatus cẽſeatur, vel iterum ſoluere debitum fuit hine inde deciſum, vt in d. parte 3. verb. Debitor. Nonò moneta in Banco exiſtens licèt deteriorata ex forma intrinſeca, & ſlæ conditionis, ſi fuerit in emptionem rei ſtabilis ſub annuis redditibus à creditore data alicui venditori, quæ poſtea fuit ſublata per Superiorem, cum expreſſo ordine Bancarijs facta, vt retento tertio illius poſſit de duabus partibus diſponi ſingulis hebdomadis de certa parte, ſuccedere debeat in damnum, vel fauorem creditoris, aut debitoris, fuit iudicatum pro vtraque parte hinc inde, ſed in alio caſu, ſtante conuentione habita inter eos, fuit decretum, quòd pro illis duntaxat duobus tertijs debitor teneretur, ſublato tertio ſequeſtrato, vt dixi d. parte 3. verbo Moneta. Decimò mutatio monetarum in depoſito facto per debitorem, ſuperueniente ordine Superioris, cui cedere debeat damno, deciſum fuit in damnum deponentis, vt dixi dict. par. 3. verb. Monetarum. Vndecimò Mercatores, qui merces emerant à diuerſis, an ſuccedente mutatione monetarum conſequi debeãt integrum pretium de moneta noua, vel fieri debeat excomputum, habita ratione ad detrimentum ipſarum, deciſum fuit, eſſe tres partes ſoluendas, ſuſpenſa quarta parte, vt dixi in dict. par. 3. verbo Mercatores, quod poſteà fuit ordine Superioris ſancitum, ſolui debere pretium, deductis ducatis 20. pro centenario. Duodecimò pretium ſolutum ab emptore venditori in contractu cẽſuali, ſeù annuorum introituum in pecunia, conciſa, & diminuta in pondere, & liga, an integrum reſtitui debeat tempore reemptionis, vel licitum erit de eo ſibi retinere aliquam ratam, & interim pendente reemptione diminuẽda ſit annua præſtatio ab ipſo ſoluenda emptori, ſaltem pro rata pretij diminuendi, ſuccedente inde ordine S.E. per quem fuit ſublatus totaliter vſus monetarum, deciſum fuit, eſſe retinendam quintam partem capitalis, vt dixi in dicta 3. parte, verb. Pretium. Decimotertiò pecunia depoſita in Banco per debitorem ſoluenda eius creditori, & ſi non fuerit in eadem bonitate, & qualitate, iuxta conuentionem factam tempore contractus, vt reſtitueretur de eodem valore, & non aliter, ſi poſtmodùm ſuccedente ordine Superioris diſponente de depoſitis factis ex aliena pecunia, vt reſtitueretur venditio facta cum aliquo, etiam certo tempore præfixo in antea, cederet damno deponentis, retento per Bancum tertio cuiuſuis ſummæ, an exiſtente depoſito prædicto ante tempus præfixum facto de pecunia tunc currenti malæ conditionis accepta ab alio creditore, vt ſolueretur creditori debitoris, factis cautelis de recepto, & inde ſubſequuta quietatione facta per Virum Procuratorem vxoris, ipſa agere poſſit pro conſecutione tertij amiſſi ob defectum monetarum, ita quòd ordo ipſe ad caſum dotis extendi non poſſit, niſi fuerit hoc expreſſum, deciſum fuit in fauorem conuenti contra dictam vxorem, vt dixi in 3. parte, verbo Pecunia depoſita. Decimoquartò in cauſa Ill. Ducis Campiclari aui, & tutoris filiorum, & hæredum quondam Don Antonii Mormilis eius filij hoc difficultati contingit in S.C. quòd cùm ipſe Don Antonius inſimul cum inſolidũ obligatione ipſius Ducis feciſſet venditionem annuorum ducatorum 240. pro capitale ducatorum 3000. quondam Ill Octauiano de Loffredo Marchioni Cannæ, de quibus fuerunt reempti ducati 2000. per ipſum Ducem in beneficiũ pu-

pupillorũ, pro quibus nulla fuerat facta retentio ducatorum 20. pro centum, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, & decretorum Regiæ Iunctæ, ex eo, quia peruenerant ex pecunia duorum tertiorum, & dum iorenderet nomine, quo ſupra retinere certam ſummam tam ex capitale ducatorum mille reſtituendorum, quàm ex alijs ducatis 2000. reemptis, etiam reſpectu ſolutionum tertiarum ſuperſtuè factarum vſque ad diem 17. Decembris 1629. fuit interpoſitum ſequent decretum per Sac. Cõſ. videlicet. Die 29. Maij 1632. Neap. Facto de prædictis verbo io S.R.C. per Ill. V.I.D. Andream de Ianuario Ducem Caotalupi Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S R.C. prouiſum eſt, licere Ill. Duci Campiclari tempore ſolutionis aliorum ducatorum mille debitorum Ill. Marchioni Cannæ retinere ducatos 20. pro centum pro excomputo, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, tam pro prædicta ſumma ducatorum 1000. quàm pro alijs ducatis 2000. ſolutis. Hoc ſuum, &c. Andreas de Ianuario, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, *Zoxus* pro Cantone. Poſtmodùm cùm fuiſſet interpoſitum decretum domi per eundem cauſæ Commiſſarium huiuſmodi, videlicet. Die 14. Iunij 1632. Neap. per Ill. Andream Ianuarium Regiũ Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Viſis actis fuit prouiſum, & decretum, quòd ſtante depoſito facto per Ill. Ducem Campiclari, & ſeruata forma decreti S.C. Ill. Dux Nucariæ faciat retrouenditionem, & quietationem annuorum ducatorum octuaginta pro capitale ducatorum mille, ſeruata forma inſtrumenti, aliàs prouidebitur. Hoc ſuum, &c. & intimetur. Andreas de Ianuario. Fuit ex parte ipſius Ducis Nucariæ Donati Antonij de Loffredo fratris, & hæredis ab inteſtato cum beneficio legis, & inuentarij eiuſdem quondam Marchionis Cannæ ſupplicatum, qualiter cùm fuiſſet ordinatum per dictum cauſæ Commiſſariom, licere dicto Ill. Duci Campiclari tempore ſolutionis ducatorum mille ex reſta ducatorum 3000. retinere penès ſe ducatos 20. pro centum, tam de dictis ducatis 1000. quàm de alijs ducatis 2000. iam ſolutis, demùm facto depoſito per dictum Ill. Ducẽ ducatorum 279. & fuiſſet ordinatum per Dom. cauſæ Commiſſarium, vt facerat retrouenditionem in beneficium dicti Ducis, cùmqua præfatus *Dux* Campiclari in menſe Septembris 1622. vendidiſſet eidem quondam Marchioni annuos ducatos 243. pro capitale ducatorum 3000. de quibus in menſe Februarii, & Martij 1628. reemerat à dicto Marchione annuos duc. 160. 2. 10. pro capitale ducatorum 2000. abſque proteſtatione, & ſi dicti ducati 3000. non fuiſſent de duobus tertijs, ſed expliciti, vtique per dictum Marchionem fuiſſent implicati in emptionem annuorum introituum ad maiorem rationem, ſcilicet decem pro centenario, prout implicabantur eo tempore ob malam conditionem monetarum, & cùm dictum capitale ducatorum 3000. dictus Ill. Dux Campiclari ſatisfecit ſuis creditoribus, vt ex depoſito patebat per ipsũ facto, nec ipſi damnum attulerat, ſed potiùs vtile, idcirco tractari non poterat de retrouenditione ordinata, neque de retentione dict. ducatorum 30. pro centum, ſtante quòd depoſitum etiã non erat integrum, ideò fuit interpoſitum per S.C. ſubſequens decretum, videlicet. Die 14. Iulij 1632. Neap. Facto verbo in S.R.C. per Ill. Andream de Ianuario Ducem Cantalupi Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, explicando caput omiſſum in decreto S.C. declaratum eſt, licere Ill Duci Campiclari retinere etiam intereſſe quinti contenti in prædicto decreto, & proinde bene eſſe prouiſum per Ill. cauſæ Commiſſarium ſub diebus 14. 19. & 26. Iunij. Hoc ſuum, &c. Andreas Ianuarius. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius. Ioſeph de Scacciauento Actorũ Magiſter. Decimoquintò fuit etiam in controuerſiam deductum, ſi minor reſtitui debeat aduerſùs acceptationem ſolutionis, retrouenditionẽ, & quietationem per tutorem factas debitori redimenti de pecunia diminuta, quam appellamus de duobus tertijs, ſtante ſtatuto, ſiue Pragmatica diſponente, ſortem pretii venditionis annuorum introituum, eſſe ſoluendam in pecunia numerata, de quo apud Regent. Galeot. contr. tom. 1. vt ibi erit videre, aſſerendo, cauſam non fuiſſe deciſam ob proceſſus perditionem, ſed rationes ibi adduxit pro minore. Et iterum in cauſa Lucii Caraccioli idem fuit deciſum, vt retinere liceret pro integra ſumma quintum tam pro parte ſoluta, quàm ſoluenda. Sed in cauſa Octauii Serræ cũ Eccleſia Diuæ Mariæ Annunciatæ, dũ ſoluiſſet duc. 13000. & poſteà alios duc. 7000. pro toto debito, quia intẽdebat retinere quintũ pro tota sũma, & illud excõputare in remanẽti sũma d. ducat. 7000. fuit per S.C. deciſum, ei licere pro ſumma dictorum ducatorum 7000. retinere quintum, non aliter pro ſumma ſoluta, cuius exemplum eſt præſentatum in proceſſu Octauii Guindarii, vt ex ſeq. alleg. & videtur hoc iuri conſonum eſſe, dum ſit permiſſa retentio, quæ faciliùs datur, quàm actio, Præſ. de Franch. dec. 104. num. 5. Si tamen ſoluerit habens facultatem retinere, iam repetere prohibetur, ex tex. notabili in l. ex quibus cauſis, retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea ſi ſoluimus, repetere non poſſumus, ff. de cond. indeb. Et licèt aliqui ex aduerſo allegant regulã illam, quòd nemo præſumitur iactare ſuum, l. cũ de indebito, ff. de prob. Menoc. de præſum. lib. 1. quæſt. 18. num. 13. & lib. 2. præſumpt. 33. num. 5. & lib 5. præſumpt. 35. numer. 7 & præſump. 27. num. 6. lib. 3. præſumpt. 122. num. 54. Attamẽ hæc controuerſia determinatur ex tex. in l. cuius per errorem dati repetitio eſt, cuius conſultò dati donatio eſt, ff. de reg. iur. vbi Doct. & Cagnol. num 2. probat, quòd quando ſcienter, & conſultò ſoluerit, proculdubio erit donatio, nec dabitur repetitio, quia quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mand. & id copioſè proſequitur Maur. Aret. in tract. de ſolution. cap. 22. Et propterea pro concordia erit aduertendum, ſi conſultò, & ſcienter debitor ſoluerit, nulla facta retentione, ſeù proteſtatione, tunc donaſſe videretur, latiùs Muta dec. 6. n. 12. Sin autem per errorã ſoluerit, & tunc aſtringitur cauſam, atque errorem probare, vt dixit Menoch dict. tract. lib. 3. præſumpt. 14. num. 23. Maur. Aret. vbi ſuprà, n. 21. & conſequenter ſolutum repetere vti indebitum, Muta vbi ſuprà, num. 17. quod etiam admittit Maur. vbi ſuprà,

n.16. Subnectuntur allegationes in conſimili cauſa editę per Honofrium de Palma I.C.Neap. præſtantiſſimum,& Aduocatum benemeritum, quæ ſunt, videlicet. Quondam Octauius Brácacius in anno 1622.& propriè die 3. Ianuarij emit à quondam Excellentiſſ.Principe Hoſtiliani D. Aloyſio Carafa annuos ducatos 225. pro capitale ducatorum 3000.& cùm defeciſſet prefatus Princeps à ſolutione tertiatum de anno 1623. dictus Octauius petijt reſciſſionem contractus,& cum effectu præuia ſententia S.C. ad relationem Conſil.Scipionis Theodori, die 18. Iunij 1630.fuit reſciſſus contractus, & condemnatus Princeps tam ad capitale dictorum ducatorum 3000.quã ad tertias decurſas,& facto inde calculo fuerunt in ſumma omnia calculata in ducatis 3675. Contra dictum calculum licèt fuiſſet petita reuiſio, & cum effectu reuiſo fuit prætenſum ex parte hæredum dicti Principis retentio quinti, immò tertij, vnde ex decreto eiuſdem Conſil. fuit liquidatum creditum iuxta primum calculum, abſque alia deductione quinti, quemadmodum nec etiam in ſententia facta alia mentio. Et quia ipſe quondam Princeps debitor erat Barbaræ de Iudice in annuis ducatis 150. pro capitale ducatorum 1700. de anno 1622. fuit ſimiliter ad inſtantiam eiuſdem Barbaræ reſciſſus contractus,& iunctim tam ad inſtantiam dictæ Barbaræ, quàm dicti Octauij creditorum exequuta Terra Molitterni, quæ cùm fuiſſet expoſita venalis, fuit empta per V.I.D. Aloyſium Maneſe pro ducatis 22000. cũ conditione concordandi cum dictis duobus creditoribus, ſicuti cum effectu ſe concordauerunt in beneficium ipſorum pro rata eorum creditorum reſpectiuè, quibus ſtantibus fuit interpoſitum decretum, quòd conſignaretur poſſeſſio dicto Maneſio, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum ſub prætextu, quòd dicta Terra non fuerat appretiata, vnde fuit interpoſitum decretum, quòd Ill. Principiſſa Hoſtiliani procuraſſet apprętium infra menſem, verùm quia non fuit aliter procuratum apprętium elapſo termino, ideò prouiſum, quòd conſignaretur poſſeſſio cum pacto de retrouendendo infra triennium, habito priùs Regio aſſenſu, & interim eidem emptori conſignetur tenuta dictæ terræ, donec aliter fuerit prouiſum per S.C. poſt hæc omnia emptor declarauerat habere nudum nomen, & nominauit Octauium Brancacium,& Barbaram de Iudice. Et licèt ex parte ipſius Principiſſæ fuiſſet reclamatum à dicto decreto conſignationis poſſeſſionis, obtinuit verbum fieri in S.C. quod nunquam fuit factum, quanquam in anno 1634. tempore, quo elapſum fuerat trienniũ conceſſum pro reemptione dictæ Terræ, fuerint dicti creditores requiſiti ab ipſa Principiſſa ad prorogandum terminum pro annis ſeptem, ſicut cum effectu fuit prorogatus ſub expreſſa conditione, quòd tempore retrouenditionis ſoluantur dictis creditoribus liberè,& explicitè abſque vinculo pacti, vel alterius conditionis, vel expenſis dicta credita ipſorum de Brancatio,& Iudice, dando ipſa Principiſſa pro irritis,& caſſis omnibus actis factis ad ſuam inſtãtiam, quæ ſunt verba propria comparitionis. In anno poſteà 1644. dicta Principiſſa reemit dict. Terram ſoluendo integrum creditum dicti capitalis,& tertiatum, tam dicto Octauio Guindatio ceſſionario dicti Octauij Brancatij, quàm dictæ Barbaræ, aſſignando tot annuos introitus cum eorum capitale ſuper gabella farinæ, ex partita Gaſparis Romeri, abſque vlla reſeruatione quinti, immò dum fuiſſet coram Officialibus Iunctæ dubitatum pro defenſionibus dictæ Principiſſæ de dicto quinto, recognitis ſcripturis per dictos Officiales, fuit ordinatum, vt pecunia reſtitueretur integrè, prout fuit reſtituta. Facta inde tali reſtitutione comparuit ipſa Principiſſa, & inſtitit per viam principalis petitionis, condemnari dictum Octauium ad reſtituendum ducatos 600. pro quinta parte ducat. 3000. vti indebitè ſoluta, ſuper quo compilato proceſſu, præuio decreto Spect. Regentis Hectoris Capycij Latro Delegati cauſarum ipſius Principiſſæ, fuit condemnatus dictus Octauius ad ſoluendum dictos ducatos 600. vnà cum intereſſe à die petitionis, à quo decreto ex parte ipſius Octauij fuit reclamatum,& obtentum fieri relationem in Collaterali Conſilio, in qua ſperatur tam de facto, quàm de iure reuocatio. De facto primò, quia dum fuiſſet oppoſita retẽtio quinti ex parte dictæ Principiſſæ in reuiſione calculi, hoc tamen non obſtante fuit liquidatum creditum iuxta primum calculum,& ſic fuit reiecta dicta prætenſio. Secundò quia ipſa Principiſſa renunciauerat tempore, quo fuit pactum redimendi prorogatum cum particulari inſtantia, in qua licèt expreſſa mentio non fuit facta prętenſionis quinti, nihilominus fuit promiſſa reſtitutio dicti crediti liberè, & explicitè,& immunis ab expenſis, taliter quòd à fortiori intelligitur renunciatum prætenſioni dicti quinti, dum ipſe Octauius voluit reſtitutionem ſuæ pecuniæ abſque onere expenſarum, excluditur etiam dicta prætenſio quinti ex renũciatione facta per eandem Principiſſam omnibus ad eius inſtantiam factis, & certum erat, quòd in actis fuerat oppoſita dicta prętenſio, neque de hoc dubitari contingit, quia aliter fruſtratoria, ac vana redderetur dicta comparitio, dum aliud prætendere non poterat Principiſſa,& ampliùs vt pactum de retrouendendo prorogaretur per alios ſeptem annos, res multæ conſiderationis,& maioris pretii, quod veniret renunciandum abſque alia recompenſatione, immò etiam infructuoſa, & ſine reditu Terra redderetur, nec etiam ad rationem quatuor pro centenario,& creditum ipſius Octauii debetur ad rationem ſeptem pro centenario, quod non eſt paucæ conſiderationis ad excluſionem paruæ prætenſionis, dum è conuerſo Octauius ipſe paſſus fuerat maiora damna,& refici debuerant, & ſolam tenutam dictæ Terrę poſſidarat cum ſua annua perceptione, ſicuti inſtiterat pro cõpenſatione. De iure aduertendum erit, vllo modo retentionem poſſe competere ex ſequentibus. Primò non exiſtente vlla declaratione, vel decreto generali id mandante, decretum enim generale ſub die 3. Auguſti 1623. mandauit, deduci quintum à contractibus factis poſt diem 2. Martii 1622. de moneta duorum tertiorum, quò verò ad contractus initos ante dictum diẽ 2. Martii 1622. allegatur deciſio 33. Dom. Regẽtis Rouiti in cauſa Iulii Sardi,& Duraſtantis de Roſatis, quæ non aliter obſtat, fuit enim facta deductio,

deductio, quia pecunia data fuerat ante quindecim dies dictæ Pragmaticæ 2. Martij, & ipſemet Auctor aduertit in principio dict. deciſionis, verſ. accidit, vnde præſenti negotio adaptari non poteſt, cùm per duos menſes ante emptio facta fuerit. Secundò dicta retentio, ſeu deductio quinti ſatis dependet à damno, & intereſſe veriſimiliter paſſo per venditorem annuorum. Introituum, quo deficiēte vt plurimùm contrarium iudicauit Regia Iuncta, vt ex exemplis in processu præſentatis, ipſa enim Regia Iuncta habuit præ oculis reficiendi damna paſſa per debitores, alioquin ſi ceſſante damno decreuiſſet retinere quintum, remanſiſſent debitores in lucro, & creditores in damno, quod omnes leges abhorrent, In præſenti enim caſu dupliciter hoc damnum ceſſauit, primò, quia de dictis ducatis 3000. integrè diſpoſuit dictus Ill. Princeps, ſecundò cùm non ſit veriſimile, dictum Ill. Principem regulam noſtri temporis expendendo pecuniæ damnum paſſum fuiſſe, vnde quandoque fuit deciſum per S. C. ad relationem Domini Regentis Branciæ tunc Regij Conſiliarij, competere tantùm retentionem decimæ partis, vt in copijs præſentatis in proceſſu in cauſa Cæſaris de Clora A. M. D. cum Doctore Marcello de Mrſio, in Banca Beroardi Spatæ. Tertiò, credo, caſum noſtrum fuiſſe virtualiter deciſum per decretum generale anni 1622. 17. Nouembris (quod rogo aduertatur à ſapientibus Iudicantibus) in eo diſpoſitum fuit, omnia depoſita facta per debitores redimere volentes annuos introitus fuiſſe ritè, & rectè facta ante 15. diem Februarij 1622. nec creditores potuiſſe illa recuſare, ſi enim depoſita prædicta facta ante diem 15. fuerunt reputata valida pro obtinendis retrouenditionibus, tantò magis pariter emptiones annuorum introituum ante dictum diem, cùm nulla ſit diſpar ratio, immò plus eſt in debitore reſtituente debitum, ad quod tenebatur de iuſtitia, quàm in creditore emente annuos introitus. Quartò, quia eſto talis retentio dictæ Ill. Principiſſæ competeret, omnino ea ceſſaret poſt ſolutionem, quòd enim illi competerat per viam retentionis, parùm iuſto modo petit per viam actionis, l. ex quibus, & ibi Bart. ff. de cód. indeb. vbi expreſsè dicitur, quòd habens retentionem, ſi ſoluit, non repetit, prout ita fuit deciſum in pluribus cauſis per Regiam Iunctam non competere retentionem quinti facta ſolutione, & præcipuè in cauſa Octauij Serræ, cum Banco A. G. P. vt videre eſt ex exemplis, ſeu copijs præſentatis in proceſſu, nam cùm de ducatis 2000. ad quos dictus Octauius tenebatur dicto Banco, ſoluiſſet ducatos 13000. & remanſiſſet debitor in ducatis 7000. à quibus prætenderet retinere quintum totius quantitatis ducatorum 2000. fuit ſolùm per Regiam Iunctam deductum quintum reſtantis ſummæ ducatorum 7000. & condemnatus ad ſolutionem ducatorum 5600. quippe quod cum maxima diſcuſſione, & cauſæ cognitione proceſſit. Quintò, nam cùm dicta Ill. Principiſſa habebat ſcientiā, ei competere retentionem quinti, prout etiam oppoſuit in proceſſu, facta tamen per ipſam ſolutione non poteſt ampliùs repetere, l. quod quis, ff. de cond. indeb. vbi ſoluens ſcienter indebitum non repetit, & gloſſ. ibi dicit expreſſe, vel non expreſſo, Mura dec 6. num. 12. & quòd cenſetur donaſſe, l. 1 ff. de cond. indeb. Afflict. in cap. 1. col. 2. ſi pro feud. vaſal. interpell. & Coſta in tract. de iuris, & facti ignor. aut ſciebat, aut ignorabat. Sextò ceſſat talis repetitio, ſeu actio repetendi in illo, quando ſoluitur in cauſam iudicati, aut per tranſactionem, vt notat gloſſ. in l. elegantei, §. fin. in gloſſ. fin. verſ. hic ergo, ff. de cond. indeb. vterque enim concurrit in caſu noſtro, fuerat enim condemnata per ſententiā dicta Ill. Principiſſa, vt per Mur. dec. 28. num. 9. & pariter pro executione tranſactionis, in cuius locum ſucceſſit comparitio, inſuper dicta Ill. Principiſſa erat debitrix virtute ſententiæ, & inſtrumenti, & ſic naturaliter, & ciuiliter, quo caſu ceſſat repetitio, nec poteſt condicere, gloſſ. in cap. fin. de ſolut. in verb. indebitum, etiam ſi fuiſſet naturaliter tantùm, Iaſ. in l. 1. num. 23. & 24. ff. de cond. indeb. Nec obſtat tex. in l. ſi in ea, ff. de cond. indeb. ſed noſtræ ſententiæ adſtipulatur, loquitur enim in ædificante in ſolo alieno, quòd conditio locum non habet, & ratio eſt, quia in meliorationibus datur retētio, nō actio; Inſuper idem Octauius quatenus aliquid deberet oppoſuit compenſationem cum duobus eius creditis, ſuper quibus non facta priùs ſpeciali prouiſione, non debet ad petitam prætenſionem quinti condemnari. Denique pro deciſione huius cauſæ rogo reuideri ſolemnem definitionem Antonii Fabri lib. 8. tit. 30. de ſolut. & liber. defin. 51. vbi deciſum refert, nullam competere petitionem augmenti monetæ creditori, cui fuit facta reſtitutio in viliori moneta, quā in quam reſtituere debebat, ſi proteſtatio nulla interuenit, qui loquitur in caſu fortiori in reſtitutione dotis reſtitutæ in viliori moneta, in qua reſtitui debebat, vnde in cæteris debitis, quæ multo minùs fauorabilia ſunt, multi magis idem iuris eſſe firmat. Nec dicatur, dictam deciſionem procedere, dictumque Antonium Fabrum loqui in creditore, cui fuit facta reſtitutio vilioris monetæ, quòd non habeat petitionem augmenti, cùm par ſit ratio in debitore, qui reſtituit in moneta augmentata, quam debebat in moneta diminuta, nulla præcedente proteſtatione, vel retentione, de iure enim contrahens tempore monetæ fortis, quam fortè Rex mutauit, & pro ea facit currere aliam minùs fortem, ſoluendo hanc minùs fortem non liberatur, ſed debet ſoluere, ſicut erat tempore contractus, cap. olim cauſam, & cap. pen. & ibi gloſſ. extra de cenſ. Io. Fab. in §. 1. Inſt. quib. mod. toll. obl. n. 3. Bal. in l. acceptam, n. 179. C de vſur. dicens, ſi quis mutauit Florenos, ſi poſteà eſſent deteriorati pondere, vel materia, creditor non cogitur recipere, l. 1. C. vet. nummiſ. poteſt. lib. 11. eſſet enim dare monetam in alia materia, non eiuſdē ligæ, quam creditor non tenetur recipere, gloſſ. in l. ſi quis argentum in addit. C. de donat. & tamen ſi talis creditor pecuniam adhuc diminutam reciperet, à petitione augmenti ſubmouetur, vt per Ant. Fab. loco citato, pari igitur modo dicendum eſt in debitore, qui ſoluit monetam bonam pro reproba, quam recepit, cùm debitor, & creditor ſint correlatiui: Et correlatiuorum eadem eſt virtus, & diſpoſitio, latè Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 14. Ofaſc. deciſ. 115. num. 10. Extat proceſſus huius cauſæ, vbi

prædicta exempla deducta fuerunt in Banca Longhi, nunc de Bonocorde, penes Petrum de Niſi Scribam. Et de alijs exemplis vide ſuprà verbo Deductio, & verbo Excomputum.

Monetam falſam æneam cum inſculptura magnis Principis falſificans qua pœna puniri debeat, relata fuit deciſio ſupra in verbo Falſificans.

Monopolium iudicari an debeat, ſi in arte pānorū fuerit inter eius Superiores conuentum, vt panni nequeant alibi purgari, niſi in purgatorio ab eis confecto, adeò vt libertas Mercatorum videatur reſtricta, in occurrenti caſu fuerunt ſequentia in iure allegata à ſolertiſſimo ſobſcripto I. C. Sebaſtiano Conſtantinus ad præſens Conſul Artis lanæ, & Angelus Geonueſe, Santolus Pandolfo, Vincentius Vela, Vincentius Criſcuolo, & Sebaſtianus Caſanoua Mercatores Artis eiuſdem menſibus elapſis à fundamentis proprijs ſumptibus quodam purgum extruxerunt, & ſe expreſſè ad inuicem obligauerunt ſub iuramento, & ſub certis pœnis de ibi ferendo omnes pannos cuiuſcūq; conditionis purgandi cauſa, vt ex fide Notarij Io. Vincentij Pezzi, & ex inſtrumento ſublocationis per eos Hieronymo, & Andreæ de Pino factæ. Quòd cùm in euidentiſſimum odium, & damnum Magiſtrorum purgatorum Artis eiuſdem reſultaret, ipſi Magiſtri purgatores porrexerunt quoddam memoriale S. E. ſupplicando, mandari Reg. Cam. Sum. quòd prouideat, quòd tollatur dictum purgum, & omnia innouata ad priſtinum ſtatum reducantur, & ſic fuit prouiſum per præfatam Excellentiam, quòd R. C. S. de iuſtitia prouideat. Et quidem certum eſt de iure, Purgum prædictum ſtante dicta iurata pactione, & conuentione non poſſe ſubſiſtere, & conſequenter eſſe tollendum. Primò quia non licet facere conuentiones, per quas aliis præiudicetur, ſecundùm Bart. in l. fin. col. 4. verſ. quæro ſuper quibus, ff. de colleg. illi. Bal. in l. 1. C. de monopol. num. 2. facit etiam ad hoc tex. in cap. quamuis, in fin. de reſcript. in 6. in l. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, Laurētius de Pinu conſ. 159. num. 4. & conſ. 160. n. 2. ſed conuentiones in dicto inſtrumento conſtructionis Purghi prædicti ſunt in præiudicium, & damnum prædictorum Purgatorum, vt de ſe patet, quia tollitur per hoc eorum exercitium, & Ars, vnde non ſolùm non poſſunt ampliùs viuere, ſed fruſtrà ſoluunt domorum penſiones, quæ ſunt alicuius conſiderationis, iuxta eorum conditiones, & adſunt etiam inſtrumenta materialia, quæ ad illud exercitium requiruntur inutilia, quorum valor in quolibet purgo ad valorem ducatorum 300 & plus aſcendit, & ſic tollitur eorum patrimonium, damnum autem dicitur etiam patrimonij diminutio, iuxta tex. in l. 4. ff. de dam. infect. Secundò quia ſtante iuramento prædicto eſt manifeſta coniuratio, quæ de iure eſt prohibita, vt in cap. ſi qui Clericorum 11. q. 1. l. denunciamus, C. de his, qui ad Eccleſ. confug. & ſecundùm leges imponitur grauis pœna gloſſ. eſt in cap. conſtitut. de verb. ſignific. lib. 6. in verb. nos, immò etiam non ſolùm conuenti, ſed etiam conſentientes infames efficiuntur. d. cap. conſpirationum, & cap. ſtatuimus, immò dicit Bal. in d. l. 1. ut alleg. de monopol. n. 8. quòd qui ſibi pares conſtringunt, debent expelli de Ciuitate, & bona illorum publicari. Eſt autem coniuratio quaſi conſpiratio facta cum iuramento contra aliquem in damnum illius, cap. coniurationum, & cap. conſpirationum 11. q. 1. Inno. & DD. in cap. cum T. & A. de re iudicata, & cap. exhibita, de iudic. Quòd verò hoc Purgum ſit conſpiratum in damnum non ſolū vnius, ſed omnium Magiſtrorum Purgatorum, patet ex dictis in prima ratione, ergo omnino eſt tollendum. Tertiò, nam etiam quòd non eſſet iuratum in dicto inſtrumento per prædictos Mercatores de dando dicto nouo Purgo omnes eorum pannos, ſufficeret, quòd fuiſſet tantùm pactionatum, ad hoc vt eſſet de iure prohibitum, nam quotieſcunque plures conueniunt etiam ſine iuramento de ſtando contra aliquē, eſt monopolium, vt habetur ex l. vnica, C. de monopol. Azo in ſumma, C. tituli alleg. de monopol. l. ſi quis ingenuum, §. in ciuilibus, ff. de capt. Quartò hæc ars lanæ conſtat ex multis gradibus, ſcilicet Garzonottis, Textoribus, Tinctoribus, Azzimmatoribus, Mercatoribus, & ipſis Purgatoribus, vt patet, quapropter hæc conſpiratio eſt ad deſtructionem prædicti gradus Purgatorum Artis eiuſdem, nam ſi ipſi Purgatores ad laborandum non inueniunt, opus eſt, ſe ipſos ad alia exercitia applicari, quæ de re ex hoc etiam capite eſt etiam monopolium, ex verbis expreſſis d. l. 1. C. de monopol. vbi DD. dum ſit expreſsè directum contra bonum Reipubl. cui intereſt, artes, & exercitia ampliari, nō autem reſtringi. & ſic eſt omnino monopoliū, vt ex d. l. 1. allegata, quod expreſsè dicit Azo in ſumma de legib. his verbis, quod tunc accidit (de dicto monopolio loquendo) quando inter ſe paciſcuntur, ne aliquem inſtruant in Arte ſua, &c. vt eſt in caſu noſtro, dum volunt, hoc Purgatorum exercitium detrahere per hunc nouum purgum, prætérquam quòd eſt etiam contra intentionem Catholicæ Maieſtatis, quæ vt hæc Ars ampliaretur in Regno, multa priuilegia conceſſit, vt R. C. conſtat. Vltimò aliis omiſſis dùm ipſi Mercatores ſint artis prædictæ capita, & dominatores, & ſemper etiam ſint artis eiuſdem Conſules, poſſunt tenendo purgum prædictum committere fraudem, cum tauerentia, tam circa prædictorum pannorum longitudinem, quæ poſſunt facere, non ſeruata ordines, & concluſiones Artis eiuſdem, quàm circa lanarum qualitatem, & circa quantitatem imbratti, quod debetur ex quolibet panno, quando purgatur, expelli, quæ fraus à Prouiditoribus non patefit, dum ipſi Prouiditores ſint eorum depēdenses, & habent ipſis Mercatoribus propter Conſulatum, qui inter eos in dies luduntur, maximam reuerentiam, non ſic ipſis Purgatoribus, vt patet, quia nunquam ad prædictum gradum Conſulatus poſſunt aſcendere. Neque obſtat primò, quòd nulli prædictorum Purgatorum ſint matriculati, vt Mercatores, & conſequenter ſi ipſi faciunt purgum, ita & poſſunt ipſi Mercatores, nam replicatur primò, quòd non eſt quæſtio, vtrum Mercator poſſit purgum ſtatuere, & extruere, ſed tantùm vtrum plures Mercatores poſſint extruere vnum purgum, cum iuramento de illuc ferendo omnes eorum pannos, quod minimè de iure ſubſiſtere poteſt,

dum

dùm ſit pactio, & conuentio in præiudicium tertij à iure reprobata, & cùm ſit etiam coniuratio, conſpiratio, & monopolium, vt ſupra diximus, & ex iuribus iam allegatis, reſpondetur ſecundò, quòd non per hoc, quòd ipſi Purgatores ſint matriculati, vt Mercatores, non ſint Purgatores exercendo artem purgandi, nam matricula ſola non probat artificem, ſed tantùm exercitium, in quo verſatur, ex dec. Bart. in l. ſcriniarios, C. de milit. teſt. vbi Franc. de Aret. in 2. annot. & Corn col 2. verſ nota ſecundò, Bartol. dec. ibid. 2. not. Ant. de Alex. in 1. not. quia de te- ſi ipſi exercent artem purgandi, ſunt Purgatores, non autem Mercatores. Neque obſtat ſecùndò, quòd ipſi Mercatores iurauerunt tantùm de dandis pannis dicto nouo purgo per eos conſtructo, non autem prohibuerunt de non ferendis pannis reliquis purghis, nam reſpondetur, quòd iurare de dando omnes eorum pannos dicto nouo purgo per eos confecto, eſt expreſsè excludere, ne reliquis purghis ipſorum Purgatorum pannos prædictos ferant, incluſio autē vnius eſt excluſio alterius, l. cùm Pretor, in principio, ff de iudic. & ibi notat Accurſ. l. maritus, C. de Procurat. cap. nonne, de præſumpt. l. legata ff de ſuppell. leg. arg. l. cū lex, ff. de legibus, l. 1. §. huius rei, ff de offic. eius, Cagn. in l. 1. num. 31. de reg. iur. Soc. Iun. in rubr. de acq. poſſeſſ. idem Cagn. in l. 1. C. de pact. num. 49. gloſſ. in l. In donationibus, in verb. ſub notatione, C. de donationibus. Neque obſtat tertiò, quod Pars aduerſa aſſerit, ſcilicet quòd ipſi Purgatores non purgant pannos ſecundùm requiſita artis prædictæ, quamobrem ipſi Mercatores condiderunt dictum purgum, vt optimè pannos prædictos purgarent, nam reſpondetur, quòd falſum eſt, quòd ipſi Mercatores poſſunt meliori modo pannos purgare, quàm ipſi Purgatores, non ſolùm ratione dicti noui purghi, quod eſt valde arctum cæterorum purgorum, vt D. Commiſſario conſtat, ſed etiam quia ipſi Mercatores neſcirent artem purgandi, ſecus verò ipſi Purgatores, qui longo exercitio ſunt peritiſſimi in arte prædicta, iuxta illud (Rara datur longo ſapientia temporis vſu) & ſic debet ſtari magis eorum Purgatorum exercitio, quàm Mercatorum, ſtatur enim Peritis in arte, l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu hominum, facit etiam ad hoc tex. in l. 1. ff. de ventre inſpiciendo, & ſi malitioſè rectè pannos prædictos præfati Purgatores non purgant, poſſunt in hoc caſu à Conſulibus Artis eiuſdē caſtigari, & mulctari pœnis in eorum ordinibus contentis. Neque obſtat vltimò informatio capta contra prædictos Purgatores, quòd ſtatuerunt pretium in purgandis dictis pannis, nam reſpondetur, quòd hoc non eſt verum, & eſt inuentum per ipſos Mercatores in odium ipſorum Purgatorum, quia porrexerunt memoriale S. E. inſtando, mandari Regiæ Cameræ, quod tollatur dictum nouum purgum per eos confectum, vt patet, tantò magis, quòd informatio prædicta de iure eſt nulla, cum reuerentia, non ſolùm quia eſt capta poſtquam porrexerunt memoriale prædictum S. E. ſed etiam quia teſtes examinati non ſint idonei, dùm ſint pueri. Et ſunt etiam eorum Mercatorum ſerui, & dependentes, qui de iure ad teſtificandum reprobantur. Sed dato quòd ſtatuerunt pretium, quando pretium eſt iuſtum, bene poſſunt ſtatuere, & non eſt contra Rempublicam, vt dicit Azo in ſumma, C. de monopol. num. 4. Immò dum iſti propriè dicantur Ergolabi, habent liberam facultatem operas ſuas locandi, & illis pretium ſtatuendi, dummodò non excedant grandia pretia, vt proprijs verbis Azonis vtar. Quòd verò ipſi Purgatores non exceſſerunt pretia, conſtat D. Commiſſario, dùm Pars aduerſa confitetur, ſoluiſſe de qualibet petia panni carolenos viginti duos, & ipſi Purgatores ſe contentabant pro carolenis viginti, licèt qualibet petia cānas viginti ſex iuxta ordines Artis prædictę excederet. Quapropter reiectis omnibus prædictis oppoſitionibus, & ſtante dicta iurata conuentione per prædictos Mercatores in damnum ipſorum Purgatorum, vnde eſt coniuratio, conſpiratio, & monopolium; & ſtante etiam fraude, quod poteſt prædictos Mercatores in prædicto nouo purgo conijci, & quòd coarctatur Ars in maximum damnum Reipub. non ſolum eſt omnino prouidendum, quòd tollatur dictum nouum purgum, & omnia innouata ad priſtinum reducantur, ſed etiam ſunt caſtigandi pro dicta coniuratione, conſpiratione, & monopolio iuxta formam iuris, & ita ipſi Purgatores ſupplicant. D. Franciſcus Bernaudus. Die 23. Nouembris 1631. fuit per R. C. S. interpoſitum decretum tenoris ſequentis, videlicet. Terminus in cauſa, & interim ſeruata forma antiqui ſoliti nihil innouetur, virtute inſtrumenti nouæ conuentionis, penès Franciſcum Pernam Actuarium R. C. S. Poſt hæc prædicti Mercatores retractauerunt dictam nouam cōuentionem de ferendo pannos in dicto nouo purgo confecto, & ſubaffictauerunt alteri, quapropter ſubaffictator dicti noui purghi prætendebat poſſe ibi continuare ſuum exercitium. Per Purgatores etiam, me patrocinante fuit replicatum, nullo modo eſſe ſubſiſtendum dictū nouum purgum, nam licèt ſit retractata per prędictos Mercatores dicta noua conuentio, tamen quia eſt actum ex neceſſitate, & viribus prætiuræ, præſumitur fictum, & perſeuerantia primæ conuentionis ſemper perſiſtere ſcit, ad hoc tex. in l. ſi rem, ff. de leg. 3. & ibi gloſſ. vbi habetur, quòd ſi rem ſuam teſtator alicui legauerit, eamque neceſſitate vrgente alienauerit, adhùc fideicommiſſum peti poſſe, nam perſeuerantia eius voluntatis ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur, quod à ſimili eſt in caſu noſtro, dùm ex neceſſitate, & ſic ex decreto Regiæ Cameræ videntur coacti retractare dictam turpem conuentionem, adeſt enim regula generalis, quod perſeuerantia in eadem voluntate ſemper præſumitur, Alex. conſ. 43. num. 6. vol. 7. l. Lucius Titius, ff. de legat. 2 &c. Vnde fuit prouiſum in fauorem dictorum Purgatorum pro executione dicti decreti Regiæ Cameræ, immo dictus nouus ſubaffictator fuit carceratus, vt ex actis prædictis, penès dictum Actuarium Franciſcum Pernam. D. Franciſcus Bernaudus qui ſuprà.

Mulier, quæ vigore capitulorum matrimonialium ſubſcriptorum poſt contractum debitum per maritum, hypothecando eius bona, matrimonium celebrauerit, an præferatur creditori viri contrahenti intra dictum tempus, deciſum fuit

per

Digitized by Google

per M.C.& confirmatum per S.C. negatiuè, vt erit videre apud Dom. Regent. Sanfelicium deciſ.129.

Mulier an poſſit agere ſoluto matrimonio ad exactionem dotis viro promiſſæ abſque ceſſione, deciſum fuit pluries per S.C. & M.C. affirmatiuè, vt refert D.Reg.Sanf.dec.130.

Mulier maritata an poſſit concurrere in maritagio relicto per aliquem in beneficium mulierũ eius familię, in maritagio inde maturando, deciſum fuit per S.C. iunctis Aulis, ad relationem Reg.Conſil. Marci Antonij Moræ, ſub die 28. Auguſti 1614. affirmatiuè, & ſic obtinuit maritagium Aloyſia Caraceiola, licèt à diſtributoribus fuiſſet excluſa, vt cenſuit D.Reg.Hect.Cap. Latro conſult.17.

Mulier an quemadmodum pro recuperatione dotis, & antefati poſſit agere ad bona ſubiecta fideicommiſſo, poſſit pariter agere ad bona ſubiecta reſtitutioni, ſtante ſubſtitutione reciproca, hoc accidit controuerti tam in M.C.V. quàm in S. C. in cauſa Fauſtinæ de Benedictis cum Veſpaſiano Paſcarello, præſuppoſito priùs qualiter Pyrrus Paſcarella ſuos filios Io. Camillum, & Veſpaſianum hæredes ſuos inſtituit, & mãdauit, quòd ſi aliquis ipſorum ſine filijs deceſſerit, ei ſuccedere alium, ſucceſſo habitu ipſius Io. Camilli ſine filijs, inſurrexit præfata eius vxor Fauſtina pro recuperatione dotis, & antefati ſuper portione ipſius Io. Camilli, contra quam ſe oppoſuit dictus Veſpaſianus, prætextu dictæ ſubſtitutionis fore repellendam, quanquam poſtcà præfatus Veſpaſianus conſenſum præſtiterat per intermediam perſonam ſui Procuratoris, vt procederetur ad venditionem bonorũ ipſius Io.Camilli, non obſtante tali ſubſtitutione, ad hoc vt non ſolùm ipſi Fauſtinæ ſatisfieret de dote, & antefato, ſed etiã Berardinæ Mõtanæ matri, & tutrici filiorum Io.Thomę Micogni creditrici in certis annuis redditibus, ſed quia bona ipſa exequuta, & vendita, quorum pretiũ prædictis liberatum fuit per M.C. nec ſufficiebant pro integrali ſatisfactione, fuit iuſſum, vt ad venditionem aliorum bonorum procederetur, & ſic executo quodam territorio empto ab ipſo Veſpaſiano, de nouo oppoſuit exceptionem dictæ ſubſtitutionis, quapropter de iure certum eſt, bona fideicommiſſo relicta poſſe alienari pro reſtitutione dotis, antefati, & intereſſe, vt in auth.res, quæ, C.comm, de leg. vbi DD. omnes, latiùs Reg.Rouit.in conſ.54. num.10. & ſeqq. tom.1.Conſil Theodor.in alleg.64.num.8.& alleg.65.n.26. Quod etiam procederet vbi adeſſet ſubſtitutio reciproca, vt in caſu noſtro, nam licèt fideicommiſſum propriè ſubſtitutio non ſit, Tiraq.la mort ſaiſit le viſ, par.2. declar.10. num. 13. tamen pariter fideicommiſſum cenſetur iniunctum, quando teſtator dixerit, quòd vnus ſuccedat alteri, ita ex Ruin.Gozad.& Ceph.tradit Menoch.de præſumpt. lib.4. præſumpt.68. num. 8. Accedebat quoque conſenſus ipſius ſubſtituti pro venditione dictorum bonorum, pro quo ſibi præiudicium attulit, quocirca vti grauatus à liberatione pretij facta per M.C. obtinuit verbum fieri in S. C. prætextu oppoſitionis fideicommiſſi aduersùs dictam Berardinam creditricem, vt ſuprà, & inde facta relatione in S. C. fuit confirmatum decretum eiuſdem M. C. & fuit executum decretum liberationis factæ eidem Berardinæ, non obſtante dicto fideicommiſſo, & iterùm confirmatum decretum prædictum per idem S.C. & mortuo dicto Veſpaſiano aliam ſupplicationem verbi faciendi obtinuit Lucretia Maſciaro mater. & tutrix filiorum ipſius Veſpaſiani, opponendo de tali fideicommiſſo, & facta relatione per Reg.Conſil. Alonſum Vargas, fuit per S.C. dictum bene prouiſum, quanquam poſtmodùm prætendiſſet etiã per viã reſtitutionis in integrum reformari decretum eiuſdem S.C. per oppoſitionem dicti fideicommiſſi, nil refragante conſenſu præſtito ab ipſo Veſpaſiano ſuper dictorum bonorum venditione, ſed replicabatur, non obſtare talem prætenſionem, & primò, quia in tali ſubſtitutione reciproca fuerunt vocati ipſi Veſpaſianus, & Io.Camillus, & non eorum filij, vnde bene poterat conſentire in ſui præiudicium. Et propterea dicti filij non poſſunt prætendere aliam reſtitutionem in integrum ex perſona eorum propria, ſed quia ſuccedebant vti hæredes dicti quondam eorum patris, compellebantur habere ratum factum paternum, ex reg. tex. in l.cùm à matre, C. de rei vendic. cum alijs adductis per Fuſar.de ſubſtit, quæſt.557.numer.1. Immò cùm fuiſſet per eundem teſtatorem mãdatum prædictis filiis hæredibus, ne potuiſſent per ſpacium annorum duodecim accipere pecuniam ſub vſuris ſuper bonis teſtatoris, & in caſu contrauentionis infra dictum tempus portio contrauenientis acquireretur alteri fratri obedienti, & ambobus contrauenientibus voluit, vt bona deuoluerentur eorum ſororibus, facto caſu contrauentionis per ambos, vt ſorores ſuccederent, procurauerunt à prædictis ſororibus ceſſionem, donationem, & renunciationem ab eis, ob quod talis ſubſtitutio extincta comperitur, quæ ſiquidem extinctio, ſtante ceſſione ſororum per eoſdem fratres recepta, de iure comprobata eſt, nam per eam ipſi fratres recognoſcendo bona à ſororibus, eaque fatentes, ad ſorores ipſas ſpectare, ſibi præiudicauerunt, etiam ſi ad ipſos fratres verè ſpectaſſent, ex cumulatis per Menoch.in conſ.265.num,13 14 & 15. vol.3. & proptereà fuit denegata talis reſtitutio, vt et deferendum non ſit, vt erit videre in proceſſu, penès Figliolam Magiſtrum Act.S.C.

Mulier vidua in eius vita an poſſit ſuas dotes obligare in præiudicium filiorum, ex facto apparebat, fuiſſe liberatos ducatos 16000. Lauræ Mormili pro ſuis dotibus & antefato cum cautione in forma, quam cùm præſtare non potuiſſet, obtulit dictam ſummam in emptionem conuertere pro fideiuſſione præſtanda, ſicque cùm emiſſet feudum Paglietæ pro ducatis 22000. indigebat ducatis 5000. quos ſumpſit mutuo à Galeatio Pinello, pro quibus obligauit dictum feudum, ac etiam ſuas dotes. & cùm poſtea alios ducatos mille mutuo accepiſſet a Camillo Bonello, pro illis ſoluendis eidem Galeatio ceſſis iuribus in beneficium Bonelli, Hieronymus hęres Bonelli comparuit ſuper depoſito obuento ex affictu dictæ Terræ Paglietæ, cui ſe oppoſuit Baldaſſar Pignatellus filius Lælii, & nepos dict. Lauræ, cui Lælio ipſa Laura mater donationis titulo reſeruauerat ducatos 3000. ex dotibus

ſuis

filii eo tempore, quo refutauerat dictum feudũ Paglietę Carolo primogenito, à quo Carolo facta fuerat venditio annuorum redditũum dicto Lælio. Replicabat Baldaſſar, non potuiſſe Lauram obligare dotes ſuas in præiudicium filii ſui Lælii, ex diſpoſitione Conſuet. Neap. fuit tandẽ deciſum per S.C. depoſitum eſſe liberandum dicto Bonello, & ſic fuit habita pro valida obligatio facta dotium à Laura, ad relationem Regij Conſiliarii Domini Didaci Soriæ, in Banca de Licto, vt teſtatur Horatius Montanus controuerſ. forenſ. in controuerſiâ 4. ſub numero 8.

Mulier vigore capitulorum matrimonialium ſubſcriptorum tantùm, non tamen ſtipulatorũ abſque expreſſione hypothecæ an præferatur Fiſco, deciſum fuit per Collaterale Conſilium affirmatiuè, D. Reg. Sanfelic. dec. 99. ſub n. 25. & vide infrà verb. Promiſſio.

Mulier vidua intercedens pro filio, præuia diſpẽſatione Collateralis Conſilii in forma, an iuuetur exceptione Velleiani oppoſita per eam aduersùs creditorem, deciſum fuit, non eſſe ſuccurrendam remedio prædicto per S. C. teſte D. Reg. Sanfel. dec. 133. vbi ſubdit, fuiſſe cõfirmatũ tale decretum, non obſtante reſtitutione in integrum petita per eandem.

Mulier paupercula an reſtituatur ad appellandum, elapſo tempore appellationis, conſtito priùs de paupertate, decrſum fuit per S.C. affirmatiuè, ſic dicente Domino Regente Sanfelicio deciſ. 133. in fina.

Mulier, quæ præuia diſpenſatione ſe obligauit pro eius viro detento in carceribus pro magno ære alieno affecto, ne à creditoribus emparetur pro debito Fiſcali, an contra ipſam procedi poſſit ad liquidationem inſtrumenti, non obſtante diſpenſatione, quæ ſub conditione fuerat conceſſa, dummodò non aliàs ſit diſpenſatum, & ipſa alias obligationes fecerat, & deciſum fuit per M.C. affirmatiuè, vt refert Io. Baptiſta Hodierna in addit. ad Surdum dec. 86. ſub n. 3. in noua impreſſione.

Mulier an præferatur pro ſua dote omnibus creditoribus viri, tùm quia anterior eſt in tempore in burgenſaticis bonis, tùm etiam quia potior, etiam quòad feuda ex ſecundo contractu cum viro celebrato cum aſſenſu, non obſtante prætenſione cuiuſdam creditoris prætendentis, eſſe creditorem alicuius, qui erat creditor viri ex iuribus ceſſis, non aliter inſtructo proceſſu intendebat vigore dictæ ceſſionis in nomine debitoris ſui viri experiri, deficiẽtibus illis tribus requiſitis ad hoc peragendum, tàm factum, quàm ius eo conueniens diſſeritur per D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu. 63. vbi in calce refert, S.C. mediante ſententia lata iunctis Aulis, referente D. Conſiliario Marco Antonio Morra è Capuanæ Seſſione, ſub die 2. Feb. 1618. & decreto 16. eiuſdem menſis, in proceſſu creditorum Odoardi Cicalæ, penès Magiſtrum Actorum Cioffum, fol. 840. & 842. determinaſſe iuxta votum Dominæ Catharinæ de Auria, & fuerunt ei vti creditrici anteriori liberati ducati 6022. pro tertiis, tanquam allodiales, & pro reſtanti quantitate, in qua apparuerit creditrix facta liquidatione ex nunc aſſignentur tot annui introitus proueniendi ex emptione ducatorum 15333. pro rata tamen capitalis reſtantium dotium dictæ Catharinæ.

Mulier relicta a viro tutrix infantis filiæ ſimul cũ fratre defuncti, & altero tutore in teſtamẽto dato, quæ tutelam non acceptauit, aut decreto Iudicis tutricem ſe declarari fecit, nec ſolemnia adimpleuit, nec aliquem actum adminiſtrationis fecit, præterquàm ex vnica ſolaque aſſertione in inſtrumento locationis cuiuſdam fundi hæreditarii, ob quod præſumitur, potiùs id feciſſe, ne fructus prædii locati in perniciem hæreditatis perderentur, quàm vt tutrix eſſe velit, maximè accedente priùs proteſtatione, quæ per contrarium actum nõn tollitur, an poſſit ſuam dotem petere, ac alia iura dotalia, & ſi ex parte creditoris oppoſitum fuiſſet de redditione computorum ob adminiſtrationem prætenſam ex dicta aſſertione, de hoc agit D Reg. Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controu. 68. qui in calce ipſarum controuerſiarum, potiſſimùm in recollectione deciſionum inquit, Ad controu. 68. deciſio in præſenti controuerſia propoſitis his iuribus pro parte Olympiæ in ſupplicatione porrecta, 19. Maii 1620. cart. 300. fuit immediatè decreto S.C. 6. Iunii 1621. iudicatum pro Olympia, ead. cart. à t. & pluries rejecta oppoſitio Iudithæ Campanilis prætendentis Olympiæ fuiſſe ſatisfactum ex acceptatione, & adminiſtratione tutelæ, vt ex decreto, & ſupplicatione Olympiæ 13. Iulii 1621. carta 304. & 309. & aliis decretis latis per S.C. ſub die 27. Iunii 1628. referente D. Conſiliar. Marcello Marciano, & adiudicatione pro reſtanti parte totius eius crediti 11. Maii 1632. carta 401. & 423. non obſtantibus oppoſitis per d. Iuditham, car. 397. à t.

Mulier dotata à matre an conſtante matrimonio ſine liberis, inſtituto hærede poſthumo naſcituro, eique vulgariter ſubſtituto viro, relicto matri bonorum ſubſidio, ac aliis legatis factis potuerit attento iure communi de dote diſponere ad beneficium viri, qui non nato poſthumo hæres fuit declaratus, non obſtante matris ſuperexiſtẽtia, ita quòd actio de dote ex forma pactionis nuptialis fuerit integrè quæſita ipſi mulieri dotatę à matre, vt potuerit de ipſa dote diſponere ad libitũ in præiudicium matris, relicto dicto bonorum ſubſidio, aut etiam id admiſſo matrem dotantem voluiſſe ligare, vt filia non poſſit diſponere, ſicque tale pactum potuerit de iure impedire, quin filia potuerit diſponere de prædicta dote, an verò vel de iure nullum ſit reiiciendum, & pro defenſione iurium viri in iure allegauit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contr. iuris tom. 1. controuerſ. 12. vbi in calce inquit, Die Sabbathi nona Martii 1624. obtinui pro voto ſententiam pro meritiſſimo Cliente, referente Domino Conſil. Octauio de Piccolellis, cum interuentu Domini Regentis Io. Baptiſtæ Valenzuela Velazquez ob ſuam maximam virtutem, & doctrinam ab Inuictiſſimo noſtro Rege inter Regentes Supremi ſui Conſilii Italici adſciti ac demum ad faſtigium in Supremo Conſilio, Hiſpanico, quod appellant Regale, & inde tranſlati ad Præſidatum Granatenſis Cancellariæ, Sarrus Act. Mag.

Mulier extera Neapolitano nupta vtrum comprehendatur appellatione forenſium in ſtatuto,

Digitized by Google

vel ſuperindicto de ſoluendis duc. 25. in ſingula centum ex redditibus, quos exterr poſſidet in Regno, de hoc contigit controuerti in cauſa Excellentiſſimæ Dominæ Duciſſæ Mondragonis, pro qua in iure allegauit D.Reg.Fab.Capyc. Galeot.controu.iur.tom.1.controuerſ.13. vbi in calce inquit. Die Veneris 19. Maij 1623. referente Spect. Dom. Regente Don Io. Henriquez Marchione Campic, Equite non minùs natalibus, quàm morum candore nobiliſſimo, integritate, ingenio, & doctrina inſigni, fuit deciſū in Supremo Collaterali, quòd non moleſtetur Ducisſa pro bonis dotalibus, penès Ioſephum Scorzellum Regium Cancellarium, & longè poſt hæc ſcripta, & deciſa dùm idem caſus accidiſſet in perſonam Donnæ Lauiniæ Ferriæ de Ruuere Marchioniſſæ Vaſti viduæ D. Alphōſi de Aualos de Aragonia Marchionis Vaſti, idem fuit deciſum non obſtante, quòd poſt mortem viri noto ï Magnatis, & Procerl Neapolitani reuerſa fuiſſet ad patrios lares, vt viueret cum Duce Vrbini ſuo propatruo, de quo eſt impreſſa dec.75. D.Reg.Reuit.in vol.1. impreſſo anno proximè præterito 1633.

Mulier an teneatur pro viro, non exiſtente ſoluēdo, ſoluere penſionem domus conductæ ab eo in ſubſidium, decerſum fuit pluries per M.C.V. affirmatiuè, & confirmatum per S. C. in cauſis relatis a Donato Antonio de Marinis quotid. reſol, cap. 275. in noua impreſſione, & de hoc etiam egimus in 3.p. noſtri compend. verb. mulier maritata, vbi alias deciſiones adduxi.

Mulier, quæ vel ſi fuerit vidua cum diſpenſatione Regia ſe obligauit ſub illo tenore, quia vidua, vel ſi fuerit maritata cum diſpenſatione Regia, quia maritata, vel quia in capillo, ſub alia diſpenſatione, quia in capillo, vt quotidie in praxi verſatur, an efficaciter obligetur, renunciando beneficio Velleiani, deciſum fuit pluries per S.C. affirmatiuè, prouti in cauſis relatis per Donat, Ant. de Marin. quotid, reſol, cap. 276. in noua impreſſione. 1

Mulier vidua ſe obligans proprio, & principali nomine, obligando propria ſua bona, licèt dictæ obligationi alij acceſſiſſent, & pecuniam acceptam ſub intereſſe ipſa alij obligato girauerit ſoluēndam, an poſſit ſe iuuare beneficio S.C. Velleiani, fuerunt contra eam ſequentia allegata per ſolertiſſimum I.C Franciſcum Laurentium iuniorem, videlicet Ill. Domina Aurelia Caracciola Forenſ Principiſſa anno 1632. annuos mil ducatos centum pro capitali ducatorum mille à Domina Laura Criſpana vidua, quos dicta Domina confeſſa eſt recepiſſe per medium Banci Sacri Montis Pietatis, & pro maiori ipſius Dominæ Principiſſæ cautela acceſſit inſolidum obligatio Dominorum Petri Antonij de Summa Criſpani Ducis Mirandæ fratris, & Ioannis Baptiſtæ Surgente filij. Fuit continuata ſolutio tertiarum pacificè, & quietè per plures annos, tandē tùm eſſet d. Domina debitrix in duc. centum & plus pro tertijs, citata ſuper tenore inſtrumēti opponit de Velleiano, ex quo, vt ipſa dicit, pecunia prædicta fuit girata, & ſoluta Petro Antonio de Summa Criſpano fratri, & licèt in contractu prædicto ipſa appareat principalis, ſe verè interceſſit pro dicto eius fratre principali debitore, cui pecunia fuit girata, & hoc ſciente Ill. Domina creditrice. Pro parte D. Principiſſæ dicitur, fruſtrà per Dominam debitricem Senatuſconſulti exceptionē implorari, dū ipſa ſit principalis, & principaliter ſuper eius proprijs bonis ſit cōtractum dicti verò frater, & nurus fideiuſſores, l.2. C. ad Vell. l. ſi mulier 11. ff. ad Vell. Reg. de Pōt. cōſ.28. n.1. & 2. p.1. Quòd aūt d.D. ſit principalis patet, quia in contractu eſt prænominata, & ſuper eius bonis eſt facta venditio annuorum introituum, Bal. in auth. hoc ampliùs, num.21. C. de fideicom. Aret. in l. ſi communis ſeruus ita. ff. de ſtipulat. ſeru. quæ venditio cùm ſine aſſignatione certi corporis non ſuſtineatur, Theſaur. deciſ.154. Viu. dec. 365. Caſſan, Catal glor. mun. par. 12. conſ.99 & ſuper eius bonis, vt ſuprà, facta reperiatur, neceſſariò ſequitur, quòd ipſa ſit principalis, & alij fideiuſſores, d.l.2.C. ad Vell. propriūq; negotiū geſſerit, l. aliqnādo, l. ſi domina, l. bona fide, §. fin. & l. quāuis, §. 1. ff. ad Vell. mulieres enim quoties non intercedunt fideiubendo, ſed proprium agunt negotium Senatuſconſ. ceſſat, Petrus Gregor. ſyntagm. iuris, lib.24. cap.3. num.25. Vrgel. in meth. iuris lib.21. cap.5. excep.2. Conſil de Georgio alleg.32. Regens de Ponte dict. conſ.28. num.1 & 2. Accedat, quòd dicti ducati mille fuerunt ſoluti dictæ Dominæ Lauræ per medium dicti publici Banci, vt ſupr. ex quo ſequitur de iure dicendum, quòd quoties, ſoluitur mulieri, Velleiani beneficium ceſſat. l. vir vxori, §. ſi mulier, ff. ad Vell. ratio eſt, quia eo caſu principalis dicitur, Bal. in l.2 C. ad Vell. l. ſed ſi ego, §. proinde, ff eod. niſi expreſsè probetur fraus, vel color quæſitus in contractu, quæ fraus non præſumitur, niſi probetur, l. quoties 18 §. qui dolo, ff. de probat. Maſcard. de probat. concluſ.531. communiter DD. in l. merito, ff. pro ſocio. Fraus verò, ſine creditricis ſcientia, quam iura requirunt, vt ex aduerſo figuratur, ad hoc vt mulier Velleiano iuuetur, per tradita in l. quamuis, § ſi cùm eſſem, in l. immò tunc, l. ſi mulier 11. l. Scia, § fin & l. quidam, ff ad Vell. in caſu noſtro abeſt, nec penitus probari poteſt, igitur ceſſante ſolùs creditricis ſciētia, & dolo, dicatur in quo fuit læſa, & decepta Domina Laura, quæ Velleianum opponit, in nihilo, ergo non audienda, apertus eſt tex. in l. ſi ſine, C. ad Vell. Imola conſ.78. num.9. Deceptis enim, & non decipientibus lex opitulatur, l.2. §. ſed ita demùm, l. ſi decipiendi animo, l. ſi mulier 23 ff. ad Vell. l. fœminis, C. eod. Ant. Faber deciſ. 4. in tit. de Vell. Franch. dec. 279. numer.7. Nec quicquam refert, quòd dicti ducati mille per dictam Dominam Lauram fuerint poſtea girati Duci Mirandæ fratri, nam ſufficit, quòd à principio ſint ipſi ſoluti, vt cum ipſa principaliter ſit actum tex. eſt in l. ſed ſi ego, ff. ad Vell. & in l. ſi fœneb. is pecunia, C. eod. Franch. dec.279. n.2. cùm de facili ignorari poſſit, quid acturæ ſint fœminæ poſt contractum, verba ſunt tex. in l. ſi mulier tanquam, ff. ad Vell. mulier enim per S.C. releuatur propter interceſſionem, non autem reſtituitur in his, quę donando diminuit poſt contractum, l. quamuis §. planè. vbi ſi mulier enim, dict. l. ſed ſi ego § 2 & 3 ff. ad Vell. l.2. C. eod. Idq; adeò verum eſt, vt etiam ſi creditor ſciuerit mulierem pro alio pecuniam accipere adhuc Velleianum ceſſare, dixit text. in d. l. ſed ſi ego,

ego, ff. eod. nihil enim refert, qualitèr mulier vtatur pecunia, ſed qualiter contrahat inſpicitur, Bald. in l. ſi fenebris pecunia, C. ad Vell. & Salicet. dicto loco dixit, quanquam in alienos vſus poſtea conuertat, Velleiano non iuuatur, etiam quod creditor ſciat, quid mulier eſſet factura de pecunia, l. nec intereſt, ff. ad Vell. de Franch. dec. 279. num. 2. Mulier enim alio dare, vel pro alio ſoluere non prohibetur, dict. leg. ſed ſi ego, ff. ad Velleian. Bald. in l. volunt, C. de iudicijs, num. 2. Paul. de Caſtro conſ. 104. ſed ſufficit creditori, quod principalitèr cum muliere contrahat, etiā ſi ſciat, quid deindè factura ſit, non per hoc probatur color quęſitus, ſed neceſſe eſt, vt conſtet de tractatu habito principalitèr cum eo, ad quem pecunia peruentura ſit, ad hoc vt color quæſitus dicatur, l. quamuis, § cum eſſem, Immò tunc, & d. l. ſed ſi ego, ff. ad Vell. vbi DD. ſup. citati. Creditor enim non tenetur eſſe ſollicitus, nec inueſtigare, qualitèr mulier pecunia vtatur, & ſi perueniat ad ſui beneficium, vel non, niſi quando in ſimul cum viro, vel pro viro ſe obligat, dict. auth. ſi qua mulier, C. ad Vell. Reg. Rouit. dict. pragm. 1. ad Vell. num. 1. & Seſglionus ibidem num. 4. & 5. & ratio, quia eo caſu contractus à principio eſt à lege improbatus, niſi probetur, pecuniam ceſſiſſe in vxoris vtilitatem, vt in dict. auth. ſi qua mulier; in alijs verò caſibus non exceptis cum creditor contrahat in caſu licito, remanent priora iura incorrecta, alioquin nemo cum fœminis contraheret, vt dicit tex. in d. l. ſi mulier tanquam ff. ad Vell. d. l. vir vxori, in princ. vbi Caſtr. eodem titul. Rodriq. de ann. redd. lib. 2 quæſt. 5. num. 34. Vndè cum in præſenti contractu non alitèr concurrat Illuſt. creditricis ſcientia ſiuè dolus, pecunia ſit dictæ D. Lauræ per medium Banci ſoluta, ipſa ſit principalitèr obligata, in contractu ſit prænominata, ſuper eius bonis ſit facta venditio, Velleiano cum iuramento ſit ab ipſa renunciatum, neceſſariò ſequitur affirmandum, fruſtrà per Dominam Lauram exceptionem S. C. Vell. opponi. Et proindè ad dictorum ducatorum mille cum tertijs decurſis, & expenſis reſtitutionem teneri. Sed quatenus ſupradicta non eſſent vera, ſicut vera, & indubitata sūt, ad partis ſaturitatem, dato, & non conceſſo, Dominæ Lauræ obligationem ope exceptionis reſcindi, non per hoc erit, vt prætenditur, inualida obligatio Ioannis Baptiſtæ Surgente fideiuſſoris, ex quo ipſe non eſt merus, & ſimplex fideiuſſor, ſed inſolidum, & proprio nomine obligatus, & ſic correus debendi, l. 2. ff. de duobus reis, §. 2. Inſtitut. eod. Crauetta conſ. 77. & 91. Vrſill. ad Affl. deciſ. 109. num. 3. & ideò ſubducta de medio muliere, firma remanet obligatio fideiuſſoris, & inſolidum obligati, tex. eſt ad literam in l. ſi Titius, & Seia, ff. de fideiuſſ. etiam ſi pecunia ad eum non peruenerit, Bart. in l. ſi quis pro eo, num. 15. ff. de fideiuſſor. pluries deciſum refert Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 65. num. 7. Ludouiſ. deciſ. 321. num. 7. Seraph. dec. 1324. num. 4. Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 122. nu. 10. & 21. tom. 1. & cap. 310. num. 27. Mohed. de fideiuſſ. deciſ. 2. Maurus Aret. de fideiuſſ. 2. part. principali cap. 5. num. 17. maximè ſi interueniat iuramentum, & in ſpecie in contractu mulieris annullato per S. C. Vell. idem Maurus num. 3. & 24 & ſect. 7. cap. 56. num. 6. & 7. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 4. quæſt. 6. num. 6. & 9. & lib. 2. quæſtion 61. numer. 1. Natta conſ. 242. num. 14. Vlterius & ſi dictæ D. Lauræ obligatio, ex quo eſſet interceſſio reſcinderetur, principalis debitor abſq; dubio erit Dux Mirandæ, ad quem, vt affirmant, peruenit pecunia, eiuſque fideiuſſor in conſequentiam Io. Baptiſtæ Surgēte, & ideò ſubducta mulieris obligatione aliorū obligationes firmæ remanent adnotatæ per tex. in d. l. ſi Titius, & Seia, ff. de fideiuſſ. & in l. ſi mulier 14. ff. ad Vell. l. vir vxori § fin. eod. Crauetta conſ. 91. Vrſill. ad Affl. d. deciſ. 209. num. 3. & ſic quoque ſe vertant Magnifici conuenti manifeſtam patiuntur iuris reiectionem in eorum oppoſitionibus, quas totalitèr per S. C. remoueri ſperatur, & confirmari decretum M. C. V. quod remaneant condemnati. Cætera Domini Senatores ſuppleant, &c. Franciſcus Laurius V. I. D. Die 17. menſis Octobris 1641. audita relatione Magnif. V. I. D. Aloyſij Corcioni Iudicis M. C. V. per S. R. C. remiſſa eſt cauſa eidem M. C. V. hoc ſuum, &c. D. Catleus I. Die 17. menſis Octobris 1641. per ſubſcriptum Magnificum Iudicem M. C. V. prouiſum, & decretum eſt, quod pro exequutione decreti M. C. V. & S. C. pœna ponatur in libro, & expediantur literæ exequutoriales in forma, & conſignentur, hoc ſuum. &c. Corcionus. Pulſonus Act. Poſt hanc deciſionem idem fuit deciſum per M. C. V. & confirmatum per Sacrum Conſilium contra dictam Lauram ad inſtantiam Claudij Aprani creditoris in ducatis 500. ad relationem Magnifici Iudicis Miconi, in Banca Seraphini. Idem contra prædictam ad inſtantiam Illuſt. Franciſci Antonij Dauid Ducis Caſtelluciæ, & Iuliæ Caracciolæ coniugis creditorum in ducatis 2800. capitalis ad relationem Magnifici Iudicis Caranitæ, in dicta Banca Pulſoni. Et licet videatur obſtare doctiſſima controuerſia Domini Conſiliarij D. Franciſci Merlini 55. vbi refert contrarium fuiſſe deciſum, attamen ſi rectè vtriuſq; deciſionis differentia conſideretur, facillimè perpendiiur omnes benè proceſſiſſe, poſtquam in caſu Domini Merlini aderat obligatio matris cum filio, nec apparebat, in cuius vtilitatem pecuniam fuiſſe conuerſam, & eramus in dubio, vndè opus erat probationibus, item quia non erat corpus ſpecificè obligatum, & deſignatum pro obligatione debiti, non mirum ſi ob talem defectum reſultauerat probatio facienda, ob quod non fuit proceſſum ad liquidationem, ſed ordinatum, vt ordinariè proſequeretur, ſed in caſu, de quo hic agitur conſtabat corpus deſignatum, & mulierem principalitèr obligatam accepiſſe pecuniam, quam ceſſerat eius fideiuſſori, in cuius beneficium, & vtilitatem peruenerat, quod non poterat redundare in damnum creditoris, ſi colluſio inter eos imminerer, & ſic rectè videntur ambo deciſiones cōcordari, vt in vtriſq; erit videre.

Mulier an reſtituatur aduerſus omiſſas ſolemnitates in inuentarij confectione non adhibitas, ad hoc vt non teneatur vltra vires hæreditarias, pluries deciſum fuit per S. C. affirmatiue, vt retuli in 1. part. noſtri Compendij, verbo mulier, & nouiſſimè in cauſa Marchioniſſæ Cuſani refert deciſum D. Reg. Hect. Capyc. Latr. conſult. 57.

Mulier, cui fuit facta donatio à viro, ac eius ſocero in augmentũ eius dotium certæ ſummæ, an poterit de ea ad libitum diſponere, non obſtante Conſuet. Neap. vt contigit in cauſa Lauræ Zurulæ cum illis de Genuenſibus, vbi ad relationẽ Regij tunc Conſiliarij Ferdinandi Branciæ nũc meritiſſimi Regentis, & fuit per S.C. deciſũ, potuiſſe ad libitum diſponere, relicto filijs debito bonorum ſubſidio, vt refert D.Reg Hect. Capy. Latro conſult. 51. n. 2. par. 2. vbi n. 16. talem deciſionem dixit procedere de dotibus, & non de augmento dotis, quantum ex capitulis matrimonialibus percipi non poterat, talem donationem Conſuetudini ſubiacere, vt ibi per eum.

Mulier innupta an poſſit de ſua dote debita diſponere tã per actus inter viuos donando, quã in vltima voluntate legando, eo ſiquidem ſuppoſito in facto, qualiter Victoria Gatullo in capillo perſiſtens in Conſeruatorio quodam, ibique fecerat donationem quandam de certa ſumma eius dotis, & inde in teſtamento aliqua legata pia, inſtitutis hæredibus eius fratribus, qui diſpoſitiones ipſas ex duobus impugnabant. Primò quia ipſa nihil habuit in bonis propter dotem de paragio ſuper bonis paternis, & maternis, tempore, quo erat nuptui tradenda, quæ antequàm nuberet, deceſſerat, & de eo diſponere non poterat, neque per actum inter viuos, neq; in vltima voluntate, quia dos non debetur, niſi tempore matrimonij, & proptereà antequàm nubat, aut nuptiarum tempus venerat, ei non debebatur. Secundò ob exiſtentiam noſtri ſtatuti, quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt, vnde ſubſequitur, quòd vlla legitima ei competebat, inde dos loco eius dici non poterat ſubrogata, ſed his omnibus reſolutis fuit per S.C. condemnatus cohæres frater ad ſoluendũ medietatem relictorum legatarijs, & licèt alter cohæres remiſſus ad ſuum Iudicem competentem, fuit etiam ab eo ſimiliter condemnatus ad aliam medietatem, vt teſtatur Dominus Reg. Hector Capycius Latro conſultation. 93. parte 2. vbi allegat Laratham conſilio 69. de eadem re loquentem.

Mulieres, exceptis matre, & auia, tutrices eſſe non poſſunt, & ſic fuit deciſum per M.C.V. & per S.C. in cauſa Iſabellæ Campanæ, & Zenobiæ Campanæ, vt refert D.Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 51. n. 2. 11. & 12.

Munera à vaſallis quolibet anno in die capitis anni, vel Natiuitatis Domini noſtri præſtari Baronibus vetitum reperitur ex generali regula deſumpta ex tex. in cap. non obicietis. Sicque vaſalli grauarentur, ſi cogerentur Baronibus in vigilia Natiuitatis Domini, vel in die capitis anni portare Cippum, vel in die Dominico Palmarum, palmas, & in primo die Maij deferre arborem nuncupatam il Maio, vt diſcutit Nouar. de grauam. vaſali. tom. 1. grauam. 9. qui in ſeq. 10. grauam. agit de ſtrena ſolita Baronibus præſtari quolibet anno, vt iudicatum retulit in 2. par. noſtri compend. eod. verb. Munera, & infra in verbo Vaſalli. Similiter grauarentur, ſi tempore matrimonij cogerentur dare gallinas, proùt in 2. tom. in grauam. 102. proſequitur, quocirca in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eiuſdem Domino, die 21. Aprilis 1568. ad relationẽ Reg. Conſil. Bermudez fuit per S.C. prouiſum, quòd vaſalli abſtineant à munere gallinarum ſingulis annis in capite anni, vt in 6. grauam. in Banca Cioffi Mag. Act.

Mutuans pecuniam alicui pro funeralibus ſui coniuncti an præferatur omnibus alijs creditoribus defuncti, eſt certum de iure diſpoſitum, quòd creditor pro impenſis funeralibus præferendus ſit omnibus creditoribus tacitam habentibus hypothecam, l. quæſitum, ff. de priu. cred. l. impenſa, ff. de relig. & ſumpt. fun. Nunt. Pelic. in Conſuet. Auerſæ, cap. 3. num. 510. cum alijs nouiſſime congeſtis poſt Garſiam de expenſ. cap. 8. ab Amat. Rodriq. de concurſ. credit. par. 1. art. 3. in principio, vbi num. 4. & ſeqq. diſputat articulum, ſi etiam præferri debeat creditoribus habentibus expreſſam, & cum hac opinione affirmatiua reſidere videtur, exarata altercatione prædicta vtriuſque opinionis, & ſecundùm hanc affirmatiuam ſententiam deciſum in pluribus Tribunalibus refert Hieron. de Leo dec. Valent. 191. tom. 2. per totam, Surd. dec. 255. poſt Actium de infirmit. par. 2. verb. expenſæ, Borgnin. Caualc. de vſuf. mul. relicto, nu. 95. expenſa in ſepeliendis mortuis eſt magis priuilegiata, quam ſi eſſet occaſione dotis, ex l. pen. ff. de rel. & ſumpt. fun. probat nouiſſimè Florian. Dulph. in tract. de ſepulr. cap. 10. nu. 3. Sed quæſtionis erat, dùm pecunia curatrici mutuata fuerat nomine pupilli hæredis, & videbatur, ipſum mutuantem eſſe creditorem hæredis, non tamen defuncti, cuius fidem eſt ſequutus mutuando. l. nam & ſeruus, §. qui negotia, ff. de neg. geſt. refert Phanuc. de inuent. par. 5. ſub nu. 40. verſ. primo caſu. Et conſequenter nullam ei prælationem concedi debere, & circa hæredis perſonam, & bona pro tali mutuo ſuas dirigere deberet actiones, non autem contra bona defuncti. Negari tamen non poteſt, quin impenſa facta fuerat cum effectu in perſonam defuncti, & conſequentèr talis impenſa funeris ſemper deducitur ex hæreditate, vt inquit ibidem Pellec. num. 588. & poſt eum Hieron. de Leo num. 11. ſubdens, quòd hæres poterit retinere in cõputatione patrimonij quidquid in funus expẽdit, & ſucceſſiuè mutuans pro funeralibus præferri debet omnibus creditoribus, punctualiter hoc defendit Ripol. var. reſol. cap. vlt. num. 405. vltra Thomaſium in ſuis tract. in tract. 7. tit. 8. de requiſit. in confect. inuent. num. 195. In cauſa Dominici Cirilli, qui mutuauerat ducatos 70. Syluiæ Baſile matri, & curatrici Ioſephi de Martino pro expenſis funeralibus erogatis in funus Laurentii eius viri, vigore apocæ Bancariæ iam verificatæ, fuit per M.C.V. die 14. Iulii 1633. ad relationem Iudicis de Herrera liberata ſumma prædicta eidem creditori ex depoſito ducatorum 1000. facto per Anellum Galterium, & Blaſium Maſſianum, vt apparet ex actis in Bãca Valliſochi.

Mutuans hæredi alicuius aliquam ſummam pro leuatura teſtamenti defuncti, ſolutione ſalarij ob confectionem teſtamenti, & codicilli, & cõfectionem inuentarii, ac aliarum ſcripturarum pertinentium ad hæreditatem, pro confectione præambuli, an erit præferendus in bonis hæreditarijs. Monticul. in tract. de inuent hæred. cap. 10. num. 10. & iterum num. 595. refert, eſſe licitum hæredi impenſas factas in teſtamento, &

in-

Digitized by Google

innentario retinere,& In Antiphanuc. nn.127. & ſeqq.Phanuc.eod.tract.par.5. num.36.& 44. cum aliis apud Thomaſ. in ſuis tractatibus variis,tract.8.tit.13.de effect.inuent.num.88. & ſeqq. vni num.92.& ſeqq.probat, eſſe in hoc locum prælationi, etiam habentibus expreſſam pro funere,& vltima Infirmitate. Quod in mutuante procedere non videtur, ex quo ipſe non aſt creditor hæreditatis defuncti, ſed hæredis, vt prædictum eſt in antecedenti verbo. Sed quia hæres faciando dictas expenſas præfertur, quia non vti hæres,ſed vti extraneus mutuare videtur illas defuncto,ideò præferendus, ſenſit Montic.in dict. Antiphan.num. 127. multò magis & mutuans eidem hæredi in cauſam ipſam. In cauſa Principis Panciroli, qui mutuauerat ducatos 30. Syluiæ Baſile vxori Laurentii de Martino,& matri, ac tutrici Ioſephi de Martino pro ſolutione ſalarii Notarii,factura,& leuatura teſtamenti,codicilli, inuentarii, & præambuli,ac aliarum ſcripturarum pertinentium ad hæreditatem pro beneficio illius hæredis debitos vigore apocæ Bancariæ iam verificatæ, fuit per M.C.V die 5.Iulii 1633.ad relationem Iudicis de Herrera liberata dicta quantitas ex depoſito ducatorum mille facto per Anellum Galterium, & Blaſium Maſſianum debitores defuncti,vt patet ex actis in Banca Vallifochi.

N

NEAPOLITANVS Ciuis an dicatur, ſi aliquis domunculam fabricaret in Ciuitate,vel emeret, ad hoc vt includatur in Pragm.1. da immun.Neap.deciſum fuit negatiuè per R.C.S. refert Nouar.in Pragm. 8.collectan.5.de citat.num.10.de qua priùs in noſtro compend.p.1.verb.Ciuis Neapolitanus.

Neapolitani trahi non poſſunt à miſerabilibus perſonis alibi,quàm in Tribunalibus Neapolitanis,vt pluries deciſum fuit per S. C. teſtatur Nouar.in Pragm.2.collect. 3.nu.4.de immunit. Neap.

Neapolitani ex particulari priuilegio prædeceſſorum Regum ſunt immunes per totum Regnum tam in locis domanialibus, quàm Baronalibus pro mercaturis ab eis faciendis, vt in cap.9. Regis Ferdinandi II. & in litera Regis Federici inſerta in volumine Capitulorum Ciuitatis Neap.fol.28.& altera fol. 30. à tergo. Et cùm contigiſſet de hoc difficultari in cauſa Magnifici Io.Berardini Citarellæ de Neap.cum Ill.Principe Aſculi in R.C.S.ſuper immunitate, qua gaudere prætendebat dictus Io.Berardinus in dicta Ciuitate Aſculi vti Ciuis Neapolitanus pro rebus emptis,fuit ita deciſum per eandem R.C.die 18.Aprilis 1554. facto verbo per Dominum Marcellum Pignonum R.C. Præſidentem,penès Nardum Antonium de Lorizio, pro Magiſtro Actorum conſenſu Martinus Caſcolin, pro Notar.penès Nobilem Maſonum, nam & ſi regulariter negotiatores teneantur ſoluere vectigal pro mercibus transferendis, vt per Nattam conſ.139. num 3. vbi plura ad hoc notabilia recenſet.Non tamen procedit in priuilegiato, vt voluit Gutier. de gabell. cap.78.n.24.maximè quando eſſet perſonale priuilegium, prouti eſt tale priuilegium Neapolitanorum, vt ſuprà dictum apparet,ſed propter locum, vt ipſa Ciuitas Neapolitana in ea Ciues ipſius ſint immunes,vt in cap.8 eiuſdem Regis Ferdinandi II.nam & ſi priuilegium conceſſum ſit loco, non habitantibus, vt inquit Fontan.de pactis nupt.clauſ.7.gloſſ.2.par.9.num.77.attamen quia ipſis Neapolitanis in ſpecie id fuerit conceſſum per totum Regnum mercari ſub tali immunitate non erit dubitandum, in tantùm quòd ſi Neapolitani ſoluerent datia,& ſimilia,non præiudicaret Ciuitati,vt voluit Reg.Lanar. cõſ.14 num.15.

Nepos filius fratris an concurrat cum eius patruis in hæreditate patrui magni,exemplo oſtenditur in cauſa olim in S.C. agitata inter Petrum Iacobum Palumbum filium, & hæredem quondam Bartholomæi Palumbi, & nepotis quondam Liberati Palumbi Ciuitatis Minoris ſui patrui magni,cum Manſone,& Nicolao Palumbo,ad quos peruenerant bona, & hæreditas eiuſdem Liberati pro quinque partibus, cuius tertia ſpectabat ad ipſum Petrum Iacobum,vnà cum fructibus,&c.& non eſt dubium, attenta diſpoſitione iuris communis, quòd patrui excludunt nepotes à ſucceſſione tanquam in remotiori gradu, id tex in l.1.in fine,ff.ſi pat.hær. pet.l.pen.§.illud procul,C.de legit.hæred. Molſ. in Conſuet.Neap par.4. quæſt.37, num.7. attamen ibi num.8. ſubdit, Inſpecta diſpoſitione noui iuris Iuſtiniani nepotes quando cùm propriis Cijs,ſeù patruis vocantur, ſuccederent per beneficium repræſentationis, & in perſonam patris, & in eius locum, & gradum ſubingrediuntur, & illius tamen portionem haberent, per tex.in §.ſed & ipſis,auth.de hæred.ab inteſt. ven.& prius idem Molfeſ.dict par.4. quæſt.27. num.7. firmat,quòd filius ſubingreditur in locum patris, dum tractatur de ſuccedendo patruo,& patris iure,& priuilegio vtitur,poſt Borgnin.dec.21.num.70 & 72.par.3.Oſaſc.dec.162. vbi ita etiam ad fideicommiſſum procedere cẽſuit,vt infimo I nepotes cum patruis ſuccedant, aſſequitur Bary de ſucceſſ.tom.1.lib 8.tit.quib. fideic.rel.vid.nu.4. Paul.Aemil.Gall.in tract. de except.quæ oriri poſſ.in ſucceſſ.tit.1. except 1.p. 1.num.50.& ſeqq.quemadmodum nepos cum patruo ab inteſtato ſuccedit,Futar.conſ.175.nu. 18.& dec.90.num.85.& ſeqq.par.2.dec.29.nu.7. par.3.Et propterea in caſu præmiſſo fuit prolata ſententia huiuſmodi. In Dei nomine Amen. Viſa ſupplicatione in noſtro S. C. exhibita, & præſentata pro parte Petri Iacobi Palumbi contra Manſonum,& Nicolaum Palumbum, cuius tenor eſt,videlicet. Viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus,ſententiamus, decernimus, & declaramus,bona obuenta Manſono, & Nicolao Palumbis in hæreditate quondam Liberati Palumbi,vigore inſtrumenti diuiſionis in proceſſu deducti,& ſita in diſtrictu Ciuitatis Neapolis, ſpectare,& pertinere pro tertia parte ad Petrum

Iacobum

Digitized by Google

Iacobum Palumbum Actorem, & proinde prædictos Maſonum, & Nicolaum condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout condẽnamus ad relaxandum, & dimittendum præfato Actori bona prædicta pro d. 3. parte, vnà cum fructibus perceptis, & ſimiliter præfatos Maſonũ, & Nicolaũ eõuentos, & eorũ Procuratores vt Procuratores condemnandos eſſe, prout condemnamus ad relaxandum, & dimittendum præfato Petro Iacobo vti nepoti, & hæredi quondam Martini Palumbi tertiam partem bonorum, quæ ramanſerunt in eius hæreditate, vnà cum fructibus perceptis, liquidandis omnibus prædictis tempore executionis præſentis ſententiæ, neutram, &c. Iacobus Anellus de Bottis. Die 14. Martij 1571 Neap. præſens diffinitiua ſententia fuit lecta, lata, & publicata. Io. Simeon Balſamus Actorum Magiſter, nunc Carbone.

Nepos admitti an debeat ad bona aui ſub fideicommiſſo relicta per intermediam perſonam eius patris, non aliter eiuſdem hæreditate adita, ſtante etiam teſtamento patris inſtituentis ſuum hæredem eius filium nepotem aui, ex facto deſumebatur inſtitutum fideicommiſſum à Io Baptiſta de Falco ſeniore, per hæc verba. *Item vole eſſo teſtatore, che tanto le robbe ſtabili, quante dinari, che tiene alli conſi detti ſuoi heredi non ne poſſano diſponere. ma ſolamente ne ſiano vſufruttuarij tantum & eſſendoli tornata alcuna quantità di dinari, quella s'habbia da conuertere in compra ſicura perche così è ſua volunta. e le ſtabile non ſi poſſa vendere, ne donare, ne alienare, mà l'vno habbia da ſuccedere all'altro, e volendo detti miei heredi cenſuare detti ſtabili à cenſo perpetuo, purche venghi in beneficio di detti heredi ſi contenta eſſo teſtatore che le cenſuano. ma detto conſo non ſi poſſa mai affrancare* & ſequitur. *Item il detto teſtatore dichiara, come hà detto di ſopra, che li docati ſettanta, che mi rendono li Pandolfi ſene habbia per dieci anni ſempre da far compra per beneficio di lor figli, e dopoi eſſo teſtatore ſi contenta, che di detto intrato ne facciano quello, che piace à detti ſuoi heredi, pur che lo capitale ſtia ſempre vinculato con tutte le altre robbe di eſſo teſtatore, ma detti miei figli & heredi ne ſiano vſufruttuarij ſolamente. e così s'habbia d'oſſeruare &c.* Cùm cõtigiſſet, Marcum Antonium de Falco vnum ex cohæredibus eiuſdem Io. Baptiſtæ certa bona vinculata alienaſſe contra formam teſtamẽti prædicti, & intendentes Io. Baptiſta iunior, ac Dominicus de Falco fratres vtrinque coniuncti, & filij ipſius Marci Antonij per intermediam perſonam eorum patris ſe declarari facere hæredes eorum aui Io. Baptiſtæ ſenioris, vt potuiſſent poſteà bona alienata vindicare, non obſtante teſtamento paterno, in quo ipſi fuerãt Inſtituti hæredes, aliqui Domini Iudices difficultauarunt interponere decretum præambuli prædicti, prætextu quòd prius debuerant declarari hæredes eorum patris, vt inde admitterentur ad hæreditatem aui, eò quia hæres hæredis eſt hæres teſtatoris, l. hæredis, & l. ſciendum. ff. de verb. ſignif. Marta in ſumma de ſucceſſ. part. 4. quæſt. 12. artic. 1. num. 1. & ampliùs quia in teſtamento aui apparebat, inſtitutos fuiſſe eius hæredes dict. Marcum Antonium & Io. Hieronymum filios, & inuicem ſubſtituit, & de nepotibus nullum verbum appoſitum conſpiciebatur, vt admitti potuiſſet ad fideicommiſſum, ita quòd tale fideicommiſſum cenſeri videbatur in fauorem dictorum filiorum, & non aliorum, & vti perſonale in perſonas eorum terminabatur. Quamobrem non poteſt filius refutare hæreditatem patris ſui vltimi defuncti, vel reuocare alienata per ipſum, dicendo, ſe eſſe hæredem aui, vel ab eo reuocatum, ex Pereg. de fideicom. art. 28. num. 53. & art. 33. num. 9. & 18. tradit Marta in ſumma de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 21. artic. 1. numer. 25. vbi etiam ſic iudicatum Neap. dixit. Inſuper videbatur nudum præceptum, ex quo ſine cauſa aliqua reſpectu certæ perſonæ conſpicitur factum, ad tex. in l. filiusfam. §. Diui. ff. de leg. 1. De quo conſultus reſpondebam, omnino nepotes fore admittendos ad aui hæreditatem per intermediam perſonam eorum patris, & principaliter conſiderando quæſtionem illam traditam à Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 319. ſi nepotes dicantur vocati ad fideicommiſſum, ad quod ſunt vocati filij, & pro affirmatiua ſententia multos coaceruauit Doctores à num. 1. ad 3. licèt nu. 3. alios citauerit Doctores contrariam ſententiam ſectantes, tamen num. 10. ſub diſtinctione ambas conciliat opiniones, vbi cenſuit in 1. caſu, quòd quando quis grauatus eſſet reſtituere hæreditatem filijs ſuis, non cenſetur grauatus reſtituere nepotibus, ad quod multos citat, attamen putat ipſe, Doct. contrarios loqui quando verſaremur in tranſuerſalibus, ſecùs tñ in fideicõmiſſo aſcendentis, quo caſu nepotes admitterentur ſub dicto verbo filii, etenim nepos repræſentat perſonam patris in fideicommiſſo aſcendentis, vel patrui, vt idem Fuſar. probat in dict. tract. quæſt. 321. num. 46. vnde ſubſequitur in eadem quæſt. 319. & retenta hac opinione inquit, eſſe recurrendum ad coniecturas, quas enumerauit in ſeq. quæſt. 430. & inter cæteras coniecturas, quæ poſſunt adaptari huic noſtro facto, Primò ex ſubſtitutione vulgari facta inter eos, vt ex teſtamento percipitur, quo caſu nepotes ſubingredirentur in locum patris, vt ipſe probat n. 6. Secũdò coniectura percipitur ex tali fideicommiſſo facto à communi aſcendente, & pariter eo caſu nepotes veniunt appellatione filiorũ, vt ſequitur num. 54. Tertiò nepotes veniunt appellatione filiorum, quando teſtator conſtituit perpetuum fideicommiſſum, vt ſubdit num. 77. quod clarè percipitur in caſu noſtro, dum permittit, bona cenſui ſupponi perpetuò, & quòd nũquam poſſint affrancari, & ibi *purche lo capitale ſtia ſempre vinculata*, nam dictio, ſemper importat idem, quòd omni caſu, & omni tẽpore, idem Fuſar. eod. tract. quæſt. 379. num. 36. & quæſt. 542. num. 8. Barboſ. de diction. in dict. 310. num. 2. vbi num. 3. tradit, nonnunquam exponi ſolere pro perpetuo, & eſt nota perpetuitatis. Præterea iſti nepotes vocati conſpiciuntur in verbis illis *in beneficio de lor figli, &c.* dum teſtator mandauerat, annuos ducatos 70. per decennium in emptionem conuerti debere pro ipſorum hæredum filijs, firmo remanente capitale, vt dictum eſt, & licèt dicat Fuſar. dict. q. 321. num. 60. quòd nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator nominando nepotes eos vocauit filios filiorum, declarat,

pro-

procedere, vbi de filijs ſacta eſſet ſimplex mentio de filijs, & in præcedenti cap. 320. num. 81 ex Farin. dec. 426. num. 4. par. 4. in nouiſſimis dixit, quòd quando teſtator in præcedentibus vocauit filios, & filiorum filios, & in ſequenti ſubſtitutione vocauit ſupradictos ſuos filios, intelligitur tam de filijs, quàm filiorum filijs, & ſic ſacta priùs inſtitutione in beneficium ſuorum filiorum, quibus alienationem prohibuerat, deinde in alio legato voluit, vt annui ducati 70. conuerterentur in emptionem per decennium, & eo elapſo eius filij hæredes diſponere potuiſſent, certum eſt, eos omnes vocatos, & nepotes virtualiter, immò in alio legato expreſſim de nepotibus loquendo dixit, *Item vole eſſo teſtatore che ſi alcuno delli ſuoi nepoti ſi faceſſe Prete in tal caſo voglio, che ſuccedа alle robbe di eſſo teſtatore, ma alla loro morte non poſſano diſponere, ma habbiano da ſuccedere l'altri miei heredi e così s'oſſerui, e non altrimente.* ſicque ſi filij filiorum expreſsè ſunt nominati, tunc indiſtinctè admittuntur, ex Pariſ. conſ. 91. num. 34. vol. 2. notat Craſſ. de ſucceſſ. tom. 1 § fideicommiſſum q. 11. num. 6 Quocirca facta relatione in M. C. V. die 7. Nouembris 1641. per Iudicem D. Thomam Carauitam, fuit dictum, quòd interponatur decretum præambuli in beneficium ipſorum Io. Baptiſtæ, & Dominici de Falco, per intermediã perſonam Marci Antonii de Falco eorum patris, in banca Seraſini, & anteà idem fuit iudicatum in perſonã eiuſdem Marci Antonii de Falco dùm voluerat ſuccedere quondam Mattheo de Falco eius auo per intermediam perſonam Io. Baptiſtæ de Falco eius patris, vt apparet ex actis in Banca Anaſtaſij Magiſtri Actorum, & pro maiori corroboratione prædictorum Craſſ. vbi ſuprà, num. 3. probat, quòd quando tractatur de ſuccedendo aſcendentibus, tunc admittitur repræſentatio, vt filii ſuccedant in locum parentum, ex Pariſ. Gozad. Rom. Bellon. Burſ. Alciat. Maz. Soc. iun. Non. Curt. iun. Ant. Gabr. Villal. & Vaſq. ibi relatis, in tantùm quòd nepotes ſubintrãtes locum proprii patris, non corrumpunt gradus, ſed repræſentant, & ſuccedunt ex iure, & perſona propria, ita Hieron. Gabriel conſ. 130. num. 31. vol. 2 & conſ. 153. num. 22. volum. 1. cum aliis apud Capriol. de ſucceſſ. ab inteſtat. lib 1. num 610. & ſeqq. Confert etiã dictum Ioannis de Monte Sperello in conſ. 185. num. 4. quòd nepotes, vel neptes ex maſculo ſũt de agnatione aui, & ſic in fideicommiſſis ſuccedit teſtatori, Aldou. conſ. 48. num. 15. conſ 89. num. 8. Fuſar. conſ. 35. num. 12. & non hæredi grauato, Torniol. conſ. 26. num 35. & ſic fideicommiſſarius capit fideicommiſſum à primo teſtatore fideicommittente, Torniol. conſ. 96. n. 5. adde Reg de Ponte conſ. 53. num. 16. vol. 1. Port. Imol. conſ. 52. num. 11. Non obſtat doctrina producta à Marta, vbi ſuprà, ex quo loquitur, quando in fideicommiſſo fuiſſet appoſita clauſula illa de hæredibus in hæredes, quo caſu ſuccedens debet eſſe hæres vltimi morientis, ſecùs tamen vbi iſta clauſula ceſſaret, nam ſubſtituti ex teſtamento ipſiuſmet teſtatoris cenſentur hæredes, ita Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le viſ par. 2. declar. 9. num. 1. vbi num. 54. ſubdit, quòd ſubſtitutus non inſtituti, ſed teſtatoris hæres eſt, nec proinde ſemper hæres hæredis eſt hæres teſtatoris, vt inquit Marta eadem ſũma, par. 4. quæſt. 12. articul. 1. num. 2. vbi n. 24. & 25. firmat, in fideicommiſſis potiſſimùm verbum hæredes, eſſe intelligendum de hæredibus hæreditatis, non ſanguinis.

Nepos filius ex fratre vtrinque coniuncto an ſuccedat patruo, excluſis alijs fratribus conſanguineis tantùm, non obſtante tranſactione inita inter dictos patrem ipſius, & matrem ipſorum fratrum conſanguineorum, in qua expreſsè renunciatum fuerat ſucceſſioni ab inteſtato in caſu mortis ipſius patrui defuncti abſque deſcendentibus legitimis, & naturalibus ex corpore, in beneficium dictorum fratrum conſanguineorum, tam de iure Conſuetudinario, quã de communi iure, ad hoc fuerunt ſequentia allegata, videlicèt. Mortuo ab inteſtato D. Ant. de Palma ex Ducibus S. Eliæ, D. Indicus de Palma ex D. Ioanne de Palma fratre vtrinque coniuncto eius nepos petijt, ſe dicti D. Antonij hæredem declarari, cum beneficio tamen legis, & inuentarij, & ad ſui beneficium præambulum interponi. Opponunt D. Carolus, & D. Vincentius de Palma fratres conſanguinei tantùm dicti D. Antonij, ad ipſos, licet remotiores dictam hæreditatem ſpectare, excluſo penitùs D. Indico nepote ex fratre vtrinque coniuncto, & proximiore, ex quo in tranſactione inita in anno 1625. (tempore, quo erat natus D. Indicus Actor) inter dictum D. Ioannem, & D. Aureliam Toraldam dictorum opponentium matrem, & tutricem, dictus D. Ioannes interueniendo pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus expreſsè renunciauit ſucceſſioni ab inteſtato in caſu mortis dicti D. Antonii abſque deſcendentibus legitimis, & naturalibus ex corpore in beneficium aliorum fratrum, & ſic dictorum D. Caroli, & D. Vincentii, & eorum deſcendentium (tam de iure Conſuetudinario Ciuitatis Neap. & ex Capitulis, & Conſtitutionibus, quàm aliàs quomodocunque, & qualitercunque ſibi competenti) ex qua renunciatione aperto iure dictam hæreditatem ad ipſos tantùm ſpectare his medijs affirmant. Et primò, quia D. Indicus vt patris hæres tenetur habere ratum factum defuncti, vulgato tex. in l. cùm à matre, C. de rei vend. nec poteſt reuocare id, quod non poteſt defunctus, l. heredem, ff. de reg. iur. quia hæres non poteſt plus iuris habere, quàm defunctus, l. plus iuris, ff. de reg. iur. & contra factum defuncti veniens non auditur, dict. l. cùm à matre, Angel. in l. Procurator, §. ſi Procurator, ff. rem rat. hab. Cùm igitur D. Ioannes pater in renunciatione dictæ hæreditatis ſtipulatus ſit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, & promiſit non contrauenire, D. Indicus filius, & hæres factum patris ratum habere tenetur, dict. l. cùm à matre, C. de rei vend. Bal. in l. fin. §. in computatione, num. 51. C. de iure delib. eò fortiùs, quia bene poteſt, & potuit teſtator bona hæredis obligare, DD. in l. aſſiduis, C. qui poteſt in pign. hab. Afflict. deciſ. 26. num. 3. Secundò, quia D. Indicus volens ſuccedere D. Antonio patruo, perſonam patris defuncti repræſentat, ex quo ſumus in ſucceſſione tranſuerſalium, non autem in ſucceſſione aſcendentium, in qua nepotes veniunt ex propria perſona, non obſtante renunciatione patris, vt per DD. communiter in l. qui ſuperſtitis,

ff. de

Digitized by Google

ff.de acquir.hæred.ſed cùm per patrem ſit renũciatum ius ſibi competens ſuper hæreditate D. Antonii, talis renunciatio nocet Dom. Indico actori, nec poteſt patris perſonam repræſentare, ſactumque patris ratum habere tenetur, dict. l.cùm à matre, & per DD. ibidem. Tertiò, & demùm dicunt, quòd cùm hæc non ſit ſimplex renunciatio, ſed facta cum cauſa, & in tranſactione inita ſuper hæreditate dicti D. Antonii mediante pretio ducatorum 4000. particularium dicti D.Vincentii , qui poſt mortem dicti D. Ioannis peruenerunt in poſſe D.Indici filii, & hæredis, & proinde D.Indicus non ſolùm tenetur habere ratam renunciationem patris, per tex.in dict.l.cùm à matre, C.de rei vend. ſed illam adeundo confirmauit, Afflict.dec. 111.nu. 17.Maranta diſputat.10.num.1.vſque ad 8.Sed his minimè refragantibus, ex his, quæ ſubuectuntur, hæreditatem ipſam ad D. Indicum ſpectare, preambulumque in ipſius fauorem per M.C.expediri debere defendimus. Siquidem renunciatio, ſuper qua Aduerſarii ſe fondant, D. Indico non officit, ex quo D. Ioannes pater renuncians prædeceſſit D.Antonio fratri mortuo ab inteſtato, ſuperſtite ipſo D. Indico, qui licèt ſit patris hæres, dicta renunciatione non obſtãte hæreditatem ipſam capit ex propria perſona, nam renunciatio fuit de hæreditate viuentis deferenda, & ſic conditionata, ſi hæreditas in renunciantem delata fuerit, & in eius poſſe peruenerit ſaltim in potentia, Cùm igitur D. Ioannes prædeceſſerit fratri, renunciatio ipſa euanuit, & nullius eſt, ſicut fuit roboris, ex Bar. ex communi DD.ſchola, in l.qui ſuperſtitis, ff. de acq.hæred. & in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta, ff.de verb.obligat.Couar.in cap.quamuis, 3.par. §.2.ſub num.4. verſ. miſſam tamen , Vaſq.in l. ſi quando, §.illud, C. de inofficioſo teſtamento, Molina de primog.lib.2.cap.3.num. 47. Piſtor. lib.4.quæſt.7 num.1.Tiraquel.de primog. quæ. 40.num.114.Gutier.dict.cap.quamuis, verſ. nec redundet, num.2.Galletar. de renunc. lib.2. cap. 4.num.28.Cancer.variar.reſolut.lib.3.cap.15.n. 44.Maranta diffusè diſput.10.num.13. Gaſp.Antonios Theſaur.lib.2.quæſt.forenſ.quæſt 90.nu. 1.verſ.ſecundus eſt caſus, de Franch.dec.67.n.1. Gram.dec.57.num.39.Conſ.Paſchalis par.3.cap. 7.num.53.Præſes de Amato conſ.15.numer.12. ſic deciſum pluries per S. C. refert Minad. in Conſt. In aliquibus, not.3. num.11. & conſ.ra. de Franch.dict. dec. 67. Reddunt ſuprà citati Doctores rationem, quia quando pater, vel mater renunciat pro ſe, & hæredibus , & promiſit pro ſe, & hæredibus non contrauenire, intellexit ſi illud ius ad ipſum renunciantem delatũ fuerit, ſed præmortuo patre renunciante filii veniunt ex propria perſona, licèt non ſint patris hæredes, nec contrauenire dicuntur, quia non petunt ius à patre renunciatum, ſed proprium, cui non fuit, nec pater renunciaſſe dicitur, niſi ius ad eum ſpectans, ſed ad ipſum nunquam ſpectauit, dum mortu fuit præuentus, memò, &c. & licèt hæres adeundo videatur quaſi contrahere, & ratificare renunciantis obligationem, per dec. Afflict. 26. & 111. hæc tamen procedunt in his, in quibus remanet defuncti obligatio , ſecùs verò quando hæres venit ex propria perſona, prout in caſu noſtro, vt ſupra diximus, & abundanter explicat Molina dicta quæſt.84.num.17. Nec huic firmatæ, communi, & receptiſſimæ concluſioni obſtat quod ex aduerſo opponitur, prædicta ſcilicet procedere in ſimplici renunciatione, contrà verò quando eſt facta pro ſe, & hæredibus, cum promiſſione de non contraueniendo, & filius eſt hæres patris renunciantis, vt eſt caſus noſter, nam vltra quòd hæc eſt ſimplex, & ſteriliſſima renũciatio, ex quo D. Ioannes non aliter promiſit pro filiis, & hæredibus non contrauenire , nec quòd dicti filii, & hæredes ad bona prædicta non aſpirabunt, neque expreſsè eorum bona obligauit, ſed ſimpliciter in contractu tranſactionis interuenit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, iuxta commonem ſtylum omnium cõtractuum, quæ verba perſonam tantùm renunciantis reſpiciunt, vt aduertit Maranta dict. diſput. 10.num.34. Sed dato, citra tamen veri præiudicium, quòd d.D Ioannes in ampliſſima forma, & cum iuramento renunciaſſet, & quòd nec ipſe, nec eius hæredes contrauenirent, nec ad bona prædicta aſpirabunt, adhùc D.Indicus patris hæres ex propria perſona patrui hæreditatem capiet, vt docet Bar. in dict. l. qui ſuperſtitis, ff.de acquirenda hæreditate , Suarez in l. quoniam in prioribus, limit.4 num.7. Couar.in cap.quamuis, par.3.§.3.num.7. in fine, Cephal. conſ.103.& 334.num.40.& 326.num.14. Natta dict.cap.quamuis, num.56. Fachin. controu. cap.23.lib.3 Gozad.conſil.75.num.20. Surdus conſ. 332.lib.3.Piſtor.lib.4 quæſt.7. num.1. Viuius dec.11. Maranta dict.diſput.10.num. 34.& 41.& conſ 104.num.4. Morot.conſ.22.num.4. Caput.ad Conſuet.Si moriatur, par.3.§.5. num. 5.& ſeqq.deciſum pluries per S.C.refert Minadous dict.Conſt.In aliquibus, notab.3. num. 11. Franch.dict.dec.67.per totam, vbi clariſſimè cõcluditur, matris renunciationem pro ſe, & hæredibus, & cum expreſſo pacto de non contraueniendo in ampliſſima forma, & cum iuramẽto filiis matris hæredibus ea præmortua non officere, repetitur ratio, quia pactum, & promiſſio de non contrauaniando pro ſe , & hæredibus intelligitur de hæreditate , quæ ad ipſam deuolueretur, idemque pluries deciſum in Senatu Sabaudiæ refert Faber ſuper Codice, libr. 2. tit.3.defin.1 & 14.& in Senatu Barcin.Cancer. cap.15.num.59, & 62. Molina dicta quæſt.84.nu. 14. Ex quibus liquet etiam reſponſio ad aliud Aduerſariorum oppoſitum, nempe ſuprà allegata locum habere in ſucceſſione aſcendentium, contrarium tamen ſeruari in ſucceſſione collateralium, nam hanc eorum opinionem iuribus non video fulcitam, ſicut noſtram communiter approbatam , receptamque dixerunt Maranta dict.diſput.10. in princ. & conſ. 4. per totum, Crauetta conſ.127.lib.1. num.1. & ſeqq. Præſes de Amato dict. conſ.15. num. 12. Faber lib.2.tit.3.de pactis, defin.1. Cancer. var.reſolut. lib.1.cap.5.de ſucceſſ.ab inteſtat.num.6.7. & ſeqq. Molina de ritu nupt.lib.3.quæſt.84.num. 11. Caput.ad Conſuet.Si moriatur, § 5. par.3.n. 2.& ſeqq. Regens Rouitus conſ.23.lib.1. num. 24.qui ſic deciſum per S.C.refert, ſe patrono, de Franch.dict.dec.67.num.1. ſic tandem, & in puncto determinatum in ſucceſſione tranſuerſalium in anno 1615.per doctiſſimos olim Re-

gios

gios Conſiliarios Gaſparem Palstium, Cæſarē Alderiſium, & Scipionem Rouitum arbitros electos, & confirmatum per S.C. in cauſa Elionoræ Bruucaciæ, cum Cæſare, & aliis de Pignatello, vbi aderat ampliſſima renunciatio Beatricis Pignatellæ matris præmortuæ, quæ dotata à fratribus, dicta dote contenta renunciauit, & cum iuramento promiſit non contrauenire, & quòd nec etiam eius filii poſſint contrauenire ex propria perſona, & in caſu contrauentionis reſtituere receptū, &c. vt refert Dominus cauſæ Commiſſarius in ſuo tract. de antefato, verſ. 5. obſeru. 1. ſol. 35, à num. 44 & ſic deciſum, ſe patrocinante pro dicta Eleonora, Molfeſius ad Conſuetud. Neap. tom. 2. quæſt. 5. de renunciatione, fol. 175, à tergo, quare ſi id in caſu magis arduo aliàs fuit iudicatum, illud idē in ſe noſtra tam clara iterum diſputare vanū exiſtimo. Nec tandem obſtat quod prætendunt, renunciationem ipſam fuiſſe factam per modum tranſactionis, acceptis ducatis 4000. ſiquidem in facto ſatis abundanter fuit demonſtratum, tranſactionem præceſſiſſe ex aliis cauſis, & differentiis inter eos, & dictos ducatos 4000. peruenisse in D. Indicum, non vti hæredem patris, ſed D. Ferdinandi de Palma eius fratris, cui fuerunt legati per dictum D. Ioannem patrem. Sed ad ſaturitatem poſito, quòd dicti ducati 4000. ex cauſa dictæ renunciationis fuiſſent ceſſi, & quòd D. Indicus vti patris hæres eos habeiet, adhuc defendimus, renunciationem D. Indico ex propria perſona venienti non officere, cùm D. Ioannes renuncians prædeceſſerit, & ſic renunciatio hæreditatis ſibi deferendæ euanuit, dum non fuit ſibi delata, immò nec renunciaſſe dicitur, dum non habuit renunciatio effectum, optimè Marauta dicta diſput. 10. num. 13. Viuius dec. 212. num. 5. Caſtillo dec. 189. num. 10. Franch. dict. dec. 67. num. 7. Molin. quæſt 84. nu. 13. de ritu nupt. Regens da Ponte conſ. 40. num. 6. lib. 1. Regens Rouitus dict. conſ. 23. num. 24. Præſes de Amato conſ. 15. num. 15. Addentes ad Conſuet. Si moriatur, num. 39. vbi Caput. dicta par. 3. § 5. num. 3. & ſeqq. Gallerat. de renunc. lib. 2. cap. 5. num. 28. Fontanel. de pact. nuptialib. tomo 2. clauſ. 9. gloſſ. vnica, parte 1. num. 60. qui dicit, hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, receptamque apud omnes ferè Mundi Doctores, & vniuerſa Tribunalia, ſic tandē deciſum per S.C. in cauſa D. Vincentij de Montibus teſtatur doctiſſimus I.C. Thorus in compand. dec. tom. 2. In verb. Succedere, folio 670. Ex quibus omnibus decretum præambuli eſſe interponendum ad fauorem D. Indici actoris, excluſis alijs ex aduerſo prætenſoribus, omnino ſperatur. Reliqua ſuppleat tantorum Patrum doctrina, &c. Franciſcus Lauritus V.I.D. Die 27. menſis Nouembris 1632. Neap. facto verbo, iunctis omnibus Magnificis Iudicibus M.C.V. Aularum duarum. Per M.C.V. fuit prouiſum, & decretum, Decretum præambuli quondam D. Antonij de Palma interponandū eſſe, & interponi debere, prout præſenti decreto interponi mandatur in beneficium D. Indici de Palma, & proinde dictum D. Indicum de Palma declarandum eſſe, & declarari debere, prout præſenti decreto declaramus hæredem vniuerſalem dicti quondam D. Antonij de Palma cum beneficio legis, & inuentarii, & proinde potuiſſe, & poſſe ſuccedere in, & ſuper omnibus bonis ſtabilibus, auro, argento, iocalibus, nominibus debitorum, &c. Verùm non conſignetur copia abſque ordine S.C. Hoc ſuum, &c. D. Taſſonus, Pineda conſenſu de Ratta, Herrera, De Auguſtino pro menſe, Saccardus Actuarius, Tapaldus Scriba, &c. Die 13. Iulij 1635. Neap. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Magnificum V.I.D. Franciſcum Antonium Muſceptulam Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Iunctis Magnificis Conſiliariis duarum Aularum. Per S.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per M.C.V. & proinde expediantur prouiſiones. Hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, Scriba Actuarius.

Nepotes filii ex vna ſorore an ſuccedant inſimul cum neptibus filiabus fratris in bonis materteræ, cùm fuiſſet priſcis temporibus lis inſtituta in S.C. ad inſtantiam Michaelis Ieſualdi patris Antonii Mariæ, & fratrum de Ieſualdo, aduersùs Iacobum Antonium Ferrallum Comitem Muri ſuper ſucceſſione Lucretiæ Ferrallæ, & inde iudicium proſecutum ad inſtantiam ipſorū de Ieſualdo, contra D. Beatricem Ferrallam Duciſſam Grauinæ, & D. Iſabellam ſorores, & filias eiuſdem Comitis, videbatur dicendum, ipſas conuantas tantùm ſuccedere debere vti deſcendentes ex maſculo, ex quo fœminæ deſcendentes ex maſculo veniunt appellatione deſcendentium per lineam maſculinam, vel ex linea maſculina, Gerius Spin. conſ. 13. nu. 7. & ſunt de linea, quia agnatæ, Marta in ſumma de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 21. artic. 16. num. 13. quoniam diceretur, eſſe ſexus virilis, Molfeſ. in Cōſuet. Neap. par. 4. quæſt. 18. num. 2. & ſubintraret in locum patris, vt probat Maurus iuu io alleg at. 12. n. 7. Adeoque, quòd ſi pater ipſarum viueret, excluderet vtiq; ipſos nepotes procedētes ex fœmina, vt latiùs proſequitur Craſſ. de ſucceſſ. tom. 1. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 3. à n. 3. cum ſeqq. & potiſſimùm ſtante noſtro ſtatuto excludente fœminas. Nam etiam maſculus ex filia non eſt agnatus nec teſtatori, nec filiæ, Paul. Aemil. Galius de except. quæ oriri poſſunt in ſucceſſ. tit. 4. except. 26. ſect. 5. par. 2. num. 86. nec venit appellatione maſculorum, Fuſar. conſ. 70. num. 3. Ex aduerſo conſiderari poterat id, quod in terminis diſcutit Fulgoſ. in conſ. 12. quem ſectatur Reg. Lanar. conſ. 1. num. 69. vbi caſus refertur in ſucceſſione feudi, in quo concurrebant neptes fœminæ ex fratre cum nepote maſculo ex ſorore, ex optimis rationibus concludit, ipſum nepotem maſculum præfatri, niſi fortè eſſemus in feudo diuiduo, quo nam caſu ambo admitterentur, quemadmodum etiā in ſucceſſione burgenſaticorum deciſum retuli in 3. parte. verbo Nepotes, vbi nepotes ex fœmina renunciante fuerunt admiſſi inſimul cum nepta ex maſculo ad ſucceſſionem patrui, per multas rationes ibi relatas, & ita in hoc caſu aſſeuerandum eſſet, poſtquàm conſobrina, quæ deſcendit ex maſculo, non habet priuilegium maſculinitatis, inquit Marta de ſucceſſ. legali, tom. 3. par. 3. quæſt. 4. artic. 4. num. 4. & ſic maſculi ex maſculo excludunt maſculos ex fœmina, maximè quando maſculi ſunt vocati ad ſi-

deicommiſſum, Fuſar. dict. conſ. 70. num. 4. Vnde in caſu prænarrato priſcis temporibus lata fuit ſequens ſententia per S.C. videlicet. In Dei nomine, Amen. Pateat vniuerſis quod nos Carolus V Diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, Ioanna mater, idemque Carolus eadem gratia Reges Caſtellæ, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Viſa ſupplicatione Maieſtatibus noſtris in noſtro Sacro Conſilio exhibita, & præſentata pro parte Magnificorum Antonij Mariæ, Fabij, Cæſaris, & Hectoris de Ieſualdo fratrum, ac Magnifici Michaelis Ieſualdo eorundem Antonii Mariæ, & fratrum patris, contra Excell. quondã Iacobum Antonium Ferrellum Comitem Muri, & ſucceſſiuè alia ſupplicatione ſimiliter Maieſtatibus noſtris in eodem noſtro Sacro Conſilio exhibita; & præſentata pro parte prædictorum Antonii Mariæ, & fratrum, ac dicti Magnifici Michaelis de Ieſualdo eorum patris, contra Ill. D. Beatricem Ferrellam Duciſſam Grauinæ, ac Mag. D. Iſabellam Ferrellam filias dicti Excell. quondam Comitis, cuius tenor talis eſt. S.C.M. Viſis denique videndis, attentis attendendis, & conſideratis conſiderandis totius præſentis cauſæ meritis, & proceſſu, habitaque ſuper his dicti noſtri Sacri Conſilii, cum interuentu Magnifici Hieronymi de Colle noſtram Cancellariam Regentis deliberatione matura, per ea, quæ inſuper, quæ vidimus, & inſpeximus, animumque noſtrum, & cuiuſlibet rectè Iudicantis, & Deum timentis mouent, mouereque poſſunt, & debent, Chriſti, & B. Mariæ Virginis eius matris nominibus innocatis, de quorum vultu recta iudicia procedunt, & oculi Iudicantium reſpiciunt veritatem, Sacroſanctis quatuor Euangelijs coram nobis poſitis, & per nos reuerenter inſpectis. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus & declaramus, dict. Ill. Beatricem Ferrellam Duciſſam Grauinæ, & Magnificam Donnam Iſabellam Ferrellam, vti filias, & hæredes dicti Excellentis quondam Comitis Muri principales vt principales, ſeù egregium Iuliũ Vicendom. & Bartholomæum de Porta earum Procuratores vt Procuratores condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſas hac eadem noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad dandum ſoluendum, & aſſignandum dictis Magnificis Antonio Mariæ, Fabio, Cæſari, & Hectori de Ieſualdo fratribus principalibus vt principalibus, ſeù Egregio Not. Ioanni Andreæ Florentino eorum Procuratori vt Procuratori ſextam partem petitam, & in proceſſu deductã introituum annuorum ducatorum 400. Ciuitatis Molæ Prouinciæ Apuleæ in proceſſu deductorum, capientem ſummam ducatorum 666. dictam ſextam partem tangentem eiſdem Magnificis Antonio Mariæ, & fratribus tanquam hæredibus pro dicta ſexta parte Magnificæ Lucretiæ Ferrellæ eorundem Antonij Mariæ, & fratrum materteræ, neutram Partium in expenſis ex cauſis propterea condemnantes, hanc eandẽ noſtram diffinitiuam ſententiam in his ſcriptis exinde totaliter proferentes, &c. Io. Martialis. Lecta, lata, &c. die 7. menſis Iunij 1631. aſſidentibus ibidẽ Magnificis V.I.D.D. Cicco Loffredo eiuſdem noſtri S.C. Præſidente, & Viceprothonotario, Io. Martiale relatore propter infirmitatem Magnifici Antonii Capycii cauſæ Commiſſarii, Nicolao Maiorano Berardino Galeota & Bernardo de Sanctis Regiis Conſiliariis præſentibus, Actuario Romano, poſteà Cioffo, & pro eo Fabritius Romanus Magiſter Actorum, de qua deciſione meminit Io. Ang. Piſanel. ad Conſuet. Neapol. in Conſuetudine Si moriatur, incip. Bartolus in l. qui ſuperſtitis, in fine, folio 90.

Nepis filia ex fratre an concurrat cum patruis ex propria perſona in bonis aui, ſtante obitu dicti eius patris in vita aui. Reg. de Ponte in tractatu de poteſt. Proreg tit. de ſucceſſ. mulier. in principio. num. 48. quem ſectatur Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 4. quæſt. 27. in fine, refert ita fuiſſe deciſum in anno 1593. in cauſa illorum de Magnatiua, & cùm peruenifſet in mei poſſe ſententia ipſa prolata eo tempore, duxi eiuſdẽ verba hic inſerere, quæ poſſunt ad multa iuuare, & ſunt hæc, videlicet. In Dei nomine, Amen. Viſis videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, ſententiamus, &c. prędictos Octauium, & Fabium Magnatiua principales condemnandos eſſe, & condemnari debere, proùt ipſos pręſenti noſtra ſententia diffinitiua condemnamus ad dandum, ſoluendum, & aſſignandum prædictæ Laudoniæ Balſamo omnes fructus perceptos ex bonis feudalibus in proceſſu deductis poſt mortem Antonini Magnatiua, liquidandos tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, & inſuper condemnamus dictos Octauium, & Fabium ad dandum, & relaxandum eidem Laudoniæ partem omnium bonorum, quæ remanſerunt in hæreditate, & poſt mortem dicti Antonini competentium ex propria perſona dictæ Iſabellæ Magnatiuæ, ſtante morte Hectoris eius patris, ante mortem dicti Antonini aui, viuente D. Iſabella, ſimiliter iuxta liquidationem, & declarationem dictæ partis faciendam, nec non dicimus, & condemnamus prædictum Octauium, & Fabium ad ſoluendum, & aſſignandũ dictæ Laudoniæ dotarium petitum, & in actis deductum pro rata dotium ſolutarum, ſeruata in omnibus forma capitulorum matrimonialium, iuxta liquidationem faciendam tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ. Quò verò ad prætenſam ſucceſſionem in bonis feudalibus, nec non ad fructus perceptos per dictum Antoninum ex bonis prædictis feudalibus vſque ad tempus mortis dicti quõdam Hectoris, conuentos eſſe abſoluendos, ſalua maturiori deliberatione quòad petita in cauſa reconuentionis; & quòad fructus perceptos à morte dicti Hectoris vſque ad diem mortis Iſabellæ, explicanda infra tempus liquidationis pręſentis ſententiæ, ex cauſis, &c. Vincẽtius de Franchis, &c.

Neptis ſcilicet filia eius, quę renunciauerat in dotatione bonis paternis, maternis, fraternis, ſororiis, & legitimæ in forma, an admittatur ad ſucceſſionem hæreditatis fratris ſui matris. & ſic patrui, inſimul cum amitis, ſororibus fratris defuncti, deciſum fuit affirmatiuè per M.C.V. in caſu relato nouiſſimè ab Horatio Perſio in conſilio ciuili 2. incip. Angelus Cutarellus, &

con-

Digitized by Google

conferunt congeſta infra in verbo Soror.

Neptis ſcilicet ex ſorore primogenita an excludat amitam ſororem ſecundogenitam à ſucceſſione feudi, in quo viuitur iure Francorũ, deciſum fuit per Sacrum Conſilium iunctis aulis in cauſa Ioannę Coſſo cum Lucretia Coſſo ad relationem D. Gregorij de Angulo affirmatiuè, penes de Mondellis, quemadmodùm refert Horatius Montanus controuerſ. forenſ. controuerſ. 28. num. 2.

Neptes ex ſorore vocatæ per nomina propria, ac inſtitutæ inſimul cum amitis an repræſentent perſonam matris, ità vt vnam faciãt partem hæreditatis, vel plures partes in capita, vt apparuit in teſtamento quondam Thomæ Ciccotij, qui ſuas hæredes vniuerſales inſtituerat Margaritam, D. Hieronymam filiam Fuluiæ, & alias duas filias Olimpiæ eius ſororis, eaſq; omnes per nomina propria nuncupando, & quamlibet ipſarum pro æquali parte, & portione, cùm igitur ageretur de interpoſitione decreti præambuli per M.C.V. & fuiſſet interpoſitum illud ad beneficium ipſarum reſpectiuè, ſeruata forma teſtamenti ad relationem Iudicis Io. Baptiſtæ Muſcettulæ de menſe Ianuarij 1643. in Banca Mareſchæ, ex quo percipiebatur, dictam D. Hieronymam fuiſſe hæredem inſtitutam pro quinta parte inſtitit, ad ſe ſpectare quartam partem, ſuppoſito cum quatuor ſororibus quatuor partes fieri debere de hæreditate prædicta, & non quinque, ex quo filiæ Olimpiæ, quæ erant duæ pro vna perſona repræſentantes eorum matrem reputari, ex his, quæ in terminis tradunt Ruin. conſ. 97. lib. 2. Dec. conſ. 320. & 382. quos citat Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 18. nu. 33. quod ſi teſtator inſtituto filio proprio hærede, & eo quandocunq; decedente voluit, vt ad Vliſſem, & eius filios peruenirent ſua bona, eos nominando per nomina eorum propria, & ad N. eius nepotem, quod ex dictis bonis duæ partes erint faciẽdæ, quarũ vna ad dictũ Vliſſẽ, & ad eos filios nominatos ſpectare, cùm in hoc caſu pater, & filij habeantur pro vna perſona, & reliqua ad dictum nepotem, eo quia talis nominatio propriorum nominum non aliter reſpectiuè, ſed demonſtratiuè cenſetur facta. Nihilominùs deducta cauſa coram Io. Franciſco Sanfelicio Iudice delegato Monaſterij, vbi ipſa D. Hieronyma degebat confirmauit decretum præambuli, citrà præiudicium iurium ambarum partium iuſſit, aſſignari quintam partem hæreditatis prædictæ eidem D. Hieronymæ, quod ſanè iuri conſonum eſſe oſtenditur, ſuppoſito quod in iſto caſu non videbatur contemplata perſona patris, ob quod dici poterat, eos repræſentari illius perſonam, ex vulgata regula, quod ſunt eadem perſona pater, & filius, etenim verſabatur inter ſorores defuncti, quarum aliquæ ipſarum habebant filias, & ſic neptes illius, & ideò in iure non reperitur cautum, quod mater, & filius habeantur pro eadem perſona, vt docet ibi ex multis Menoch. num. 36. ſicq; ceſſante qualitate paternitatis, ſuccedente inſtitutione facta in beneficium alicuius extranei per nomen proprium, ac alios filios alterius, nominando per nomina propria hoc caſu in virili, & capita inſtituti cenſentur, vt ex multis probat ibi Menoch. num. 25. vbi num. 35. reſpondet conſil. Ruin. & Dec. eundem ſequitur Barry de ſucceſſ. lib. 2. de inſtit. Rub. de part. quas teſtat. cenſ. ſec. inter plur. ſub num. 2. & 4. conferunt alia congeſta per Coſt. de port. ratæ in præmiſſo 1.

Nobilis effectus à Rege alicuius loci, & paritèr ciuis, ſi non alitèr oſtenſo priuilegio fuerit vti ciuis tractatus exercendo officia ciuium, an ius præiudicaret nobilitati, vel eũ poſteà vigore petitionis poſſeſſorij reintegrari ad nobilitatem ipſam, de anno 1612. fuerunt Thomaſij reintegrati, referente Reg. Conſil. nunc digniſſimo Regente, & Marchione Belmontis Carolo de Tapia ità teſtatur D. Reg. Hect. Capyc. Latr. conſult. 12.

Nobilis an reintegrari debeat ad Sedilia Ciuitatis, ſtante antiquiſſima origine familiæ probata ex quamplurimis ſcripturis, ac verbis enunciatiuis mentionem facientibus de tali antiquitate, & familiæ nobilitate anteceſſorum, fuerunt in cõtingenti caſu ſequentia allegata, videlicèt. Pro tuitione iuſtitiæ Magnifici Sigiſmundi Archamonii clientis infraſcriptas in iure concluſiones ex facto reſultantes firmandas ſtatui. Prima concluſio ſit, quod in factis antiquis nulla eſt maior probatio, quàm antiquorum memorialiũ, ad quæ tanquàm ad ſtipitem veritatis, quæ in æternum permanet recurrimus, l. cenſus, ff. de probat. cap. cum cauſam, vbi gloſ. & Bald. n. 3. ext. eod. Bar. in l. monumentum, C. de relig. & ſumpt. funer. idem Bald. in l. 1. per illum tex. ff. de officio Quæſtor. & habetur per DD. in l. r. ff. ſi cert. pet. equidèm Nobilitas familiæ Archamoniæ in hac Ciuitate Neap. per antiquiſſimas ſcripturas ab annis ferè quingentum ex nota facti ſatis, ſuperque oſtenſa eſt, & præcisè in perſonam Andreæ dicti Moncelli ſtipitis, cuius Nobilitas à Regibus Ludouico, & Ladiſlao maximè commendatur, & ex fide paritèr Electorum Platearum Neapol. anni 1507. in qua, familiam Archamoniam ab antiquo fuiſſe, & eſſe Nobilem Neapolitatam ſatis diffusè legitur, & ibidem in ſpecie Ioannes Archamonius eiuſdem ſtipitis nepos ex filio Nobilis Neap. eſſe fatetur. Videntur etenim ſcripturæ ſcripturis roborari, l. qui filiabus, ff. de leg. 1. Bald. in cap. auditis, per illum tex. ext. de præſcript. Secunda concluſio ſit, quod verba enunciatiua in antiquis plenè probant, Puteus deciſion. 389. num. 8. & 9. Anchar. conſ. 2. conſil. 34. conſ. 120. 126. & 127. & in propria materia Sedilium D. de Franch. deciſion. 357. relatus per Fab. de Anna conſ. 88. num. 29. qua concluſione ſic ſtante inſpectis verbis teſtamenti Franciſci Archamonij fratris Andreæ ſtipitis, eũdem Andream fuiſſe nobilem de Platea Portus neceſſariè dicendum eſt. Siquidèm relictis per dictum Franciſcum executoribus ſui teſtamenti Iſabella Aioſſa ſua vxore, eodemq; Andrea fratre, eiſdem mandauit, corpus ſuum ſepelliri in Eccleſia S. Laurentij, vbi erant, & ſunt antiqua monumenta familię, & fieri funeralia ſecundum vſum, & morem hominum nobilium communis Plateæ per hæc verba. Item ordinauit, corpus ſuum ſepelliri in Eccleſia S. Laurentij, nec non teſtator præfatus mandauit, & dimiſit, quod exequiæ, & funeralia ſua fierent competentèr ſecũdùm vſum, & morem hominum Nobilium Plateæ noſtræ. Erant quippè familia Aioſſa, & Archamonia ambæ Nobiles de eadem Platea Portus, & teſtes ferè omnes in teſtamento interuenien-

Digitized by Google

nientes, erant paritèr de eadem Platea ex quibus tanquam ex indubitatis coniecturis manifeſta oritur Nobilitatis probatio in dicto Sedili in perſonam Andreæ ſtipitis, l. licèt Imperator ff. de legat. 1. l. ſi quis locuples, ff. de manumiſſ. teſt. faciunt tradita per Bart. in l. 1. §. ſi quis ità, ff. de verb. obligation. Tertia concluſio, quod Nobilitas tranſit in filios, & deſcendentes ordine ſanguinis, l. 1. C. de priuileg. eorum, qui in ſacr. Palat. mil. lib. 12. Andr. per illum textum in Conſtitut. Proſequentes, de pug. ſubſ. faciunt tradita per Affl. in Conſtitution. Vt dignitatum, de iunior. cur. perſ. vel alijs irrog. Nobilitas generis inquit ex generatione peruenit deſcendentibus, quandam neceſſitatem imponẽs, nè à maiorum ſuorum probitate degenerent. Quo fit, vt dùm Loyſius Archamonius filius Andreæ ſtipitis viuente adhuc patre Sedilis honoribus potiri cõpertum ſit, euidentiſſimè videatur eundem Andream patrem, eiuſdem Sedilis nobilem fuiſſe, ſiquidèm à patre ſibi nobilitas in ipſo Sedili ex clari ſanguinis corruſcatione, & ex generis nobilitate delata videtur, pulchrè Tiraquell. in tract. de nobil. cap. 15. Naturale enim potius quid præſumitur, quam accidentale, l. qui habet, in princip. vbi Bart. ff. de tut. l. ſi quis poſthumos, vbi Iaſ. 1. not ab. ff. de liber. & poſthum. idem Bart. in l. vn. ff. offic. Proconſul. Et huc ſpectant tradita per Afflict. in Conſtit. Intentionis noſtræ num. 48. de illicit. port. armor. per S. C. varijs in cauſis ſemper recepta, & pro deciſione ſimilium cauſarum ſemper adducta, concludit enim fuiſſe ſua ætate à Sapientibus deciſũ, quod tranſuerſales etiam non demonſtrata poſſeſſione ſtipitis, debẽt admitti ad honores Sedilis, dùm ſint perſonæ nobiles, & deſcendẽtes ab eodẽ ſtipite, quia & ſi nõ ſit probata, niſi nobilitas collateralis quoad Sedile, ſi tamen eſt probata nobilitas generis in aſcendente, nobilitas illa collateralis ex neceſſaria iuris præſũptione erit in omnes à ſtipite deſcendentes, licèt eſſent in milleſimo gradu, ſequitur Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 17. num. 1. & ſeqq. & cap. 37. num. 14. Quarta ſit concluſio, quod vbi ſuper aliquo dubio iuris ſententia Regia interponitur, ius facit quoad omnes in Regno, Afflict. deciſion. 96. in fine, & deciſion. 397. num. 7. de Franch. dec. 90. num. 5. cum cæteris per eum relatis. Immò quando ſæpiùs eſt iudicatum ampliùs non eſt tractandum, idem de Franch. nouiſſimè dec. 586. ibi, ſuper quo aduertendum eſt, quod poſtquam Sac. Conſil. bis in hoc puncto iudicauit, non eſt ampliùs dubitandum, immò conſuetudo ſic iudicandi eſt introducta, bina enim iudicata id operatur, idem de Franch. dec. 691. & 238. Cùm igitur ex ſæpiùs per S. C. prolatis vniformibus ſententijs ſuper hoc articulo iuxtà præfatam doctrinam Affl. lex introducta ſit, non erit dubitandum (Iudices circumſpectiſſimi) dictum actorem, eiuſq; filios ab eodem ſtipite deſcendentes, cuius filius adhuc eo viuente Sedilis honoribus potiebatur, ad eiuſdem Sedilis honores reintegrari debere. Quinta ſit concluſio, quod quilibet ſecundum Quarteria, in quibus habitat, onera ſuſtinere, & honoribus gaudere debet, Bart. in l. 1. num. 6. ff. ad municip. idq; paſſim per quarteria huius Ciuitatis retroactis temporibus ſeruabatur, prout Leoni Archamonii petitio Regi porrecta de anno 1272. apertè demonſtrat, dùm ſupplicat, quod cùm in ſubuenctionibus, alijs oneribus, & ſeruitijs, quæ pro tempore imponebantur in eadem terra per collaterales Plateæ Aquarij, ſic dicta Platea Portus, in qua tunc habitabat vltrà debitum importabilitèr grauaretur transferre eum ad conferendum cum vna ex alijs Plateis Ciuitatis, eiuſdem Regis Caroli I. Maieſtas dignaretur. Vndè fit, vt licèt familia Archamonia in diuerſis Plateis Nobilium huius Ciuitatis ex Cronicis, Regni Conſtitutionibus, alijſq; Authoribus connumerata videatur. Vna tamen familia ſemper fuit, vbiq; nobilitatis honoribus fulcita, ex variatione Regionum, & Quarteriorum, in quibus homines de familia habitabant iuxtà capitulationem Nobilium Sedilis Montaneæ, qua cautum erat, quod quilibet Nobilis de quauis alia Platea Neap. veniens ad habitandum in quarterio Sedilis Montaneæ, ibidem honoribus eiuſdem Sedilis potiri poſſent. Sexta concluſio ſit, quod ſi familia ſit antiqua, nobilis, & originaria Ciuitatis, præſumitur, quod etiam origine, & ex primis illis temporibus Sedilis honoribus gauiſa ſit, nulla enim in originarijs cadit allectio, l. ciues, vbi gloſ. C. de incol. lib. 10. etenim proprium eſt nobilibus, & in primis debitum gaudere in propria Ciuitate nobilitatis prærogatiua, §. ſi qua verò, auth. de defenſ. Ciuit. l. filios, C. de municip. & orig. lib. 10. Bald. in leg. ſi non ſpecialia, colum. 2. C. de teſtament. Aret. conſ. 77. Ciuis enim, & Patritius nunquam intelligitur fraudatus honoribus in propria Patria, cap. fundamenta, §. fin. de elect. in 6. & hinc eſt, quod in familia originaria nulla ſtipitis demonſtrata poſſeſſione, vel alicuius tranſuerſalis, ſed eo ipſo, quod quis probauit ſe eſſe de familia Brancaciorum, Capyciorum, vel aliarum familiarum originalium fuit ad Sedile per S. C. admiſſus, & de eo pronunciatus. Igitur & ſi nulla penitus poſſeſſio in Sedili Portus aliquorum aſcendentium, vel collateralium per actorem adduceretur, adhuc Nobilis de eodem Sedili declarari deberetur. Apertiſſimè enim familia nobilis Neapol. originaria dignoſcitur, nedùm ex innumeris ſcripturis in facti ſerie relatis, ſed etiã ex propria partis confeſſione, fatetur enim Sedile in ſuis articulis, Archamoniam antiquiſſimis temporibus fuiſſe connumeratam inter cæteras familias nobiles eiuſdem plateæ, illam tamen fuiſſe iamdiù extinctam, præſupponendo, dictum actorem deſcendere à Maioribus nobilibus tercentum annis retro, non quidèm Neapolitanis, ſed Barenſibus, quod quam abſonum, & penitus erroneum ſit dicere, triginta tria documenta originalia in pergameno præſentata ſatis apertè demonſtrant. Siquidèm vna ſemper fuit familia Archamonia nobilis Neapolitana, licèt ob dominia feudorum in partibus, deſcendentes ab eodem ſtipite nobili Neapolitano Binetti, & Celiarum Domino Andrea dicto Moncello Archamonio, milite in dicta Ciuitate Bari domicilium duxerint, vt ex ſcripturis manifeſtiſſimè probetur, & ſatis illas intuenti clarũ redditur, & indubitatum. Et hinc ſucceſſiuè ſeptimam ſubijcio concluſionem, quod licèt continuatis temporibus actualis poſſeſſio in dicto Sedili per præfati actoris prædeceſſores non ſit retenta ex ſuprascripta iuſta cauſa abſentiæ pro-

pter

pter dominia terrarum in partibus, ex eo præiudicari ipſi minimè potuit, & ſi Maiorum ſuorum negligentia interfuiſſet, vel data opera aſcendentes voluiſſent ipſi iniuriam inferre, l. 1. ff. de lib. cauſ. quandoquidam factum, vel odium paternum non præiudicat filijs, l. ſi quis in ſuo, §. legis, ff. de inofficioſo teſtamento, l. Diui fratres, ff. de iur. pat. Nobilitatis enim prærogatiua non à patre, ſed à maioribus, & maior maioribus, & ex genere defertur, l. 3. ff. de interd. & releg. l. emancipatum, §. fin. ff de Senat. faciunt notata per Otalora de Hidalgh. Hiſp. in 2. par. 3. partis principalis, cap. 9. num. 10. & 11. latè Tiraquell. in tract. nobil. cap. 15. Octaua, & vltima concluſio ſit, quòd in hac materia cooptationis ad Collegium ſemper in dubio iudicandum eſt pro eo, qui petit, ſe cooptari ad illud, Bal. conſ. 138. in finalibus verbis, vol. 2. Iaſ. in l. huiuſmodi, §. legatum, num. 10. verſ. aduerte, ff. de leg. 1. idem Iaſ. conſ. 120. & conſ. 42. lib. 2. vbi quatuor rationibus comprobat. Primò, quia in dubio ſempar eſt iudicandum pro ea parte, quæ nemini eſt oneroſa, l. 1. ff. ſi quis cautionibus. Secundò, quia in eo, quòd nemini læditur leuior via eſt ſequenda, l. 2. §. item Bart. ff. de aqua pluu. arc. Tertiò, quia quod mihi prodeſt, & tibi non nocat, debet obtinere, l. 2. in princ. ff. ſolut. matrim. Quartò quia honor Collegij eſt eſſe plenum hominibus, idque ad propoſitum in propoſita materia Sedilium commendauit Præſes de Franch. dec. 2. ibidem dicens, quòd Sedile nil aliud eſt, quàm cœtus, & collegialis quædam ſocietas Nobilium, cui omnia conueniunt, quæ de Collegio dici poſſunt. Ex his accedente ſtipitis clariſſima nobilitata in hac Ciuitate à Regibus plurimùm commandata, & à fratre in teſtamento euidenter, licèt obiter occaſione funeralium demonſtrata. Actu poſſeſſino Loyſij communis ſtipitis filij, qui viuo adhùc patre honoribus Sedilis potiri videtur, nec ſolus ipſe, ſed & tota familia, ex quo Ioãnutius Archamonius ſimul cum dicto Loyſio interuenit, à Porterio Sedilis, ambo vocati ad illum actum perficiendum tanquam de familia notoriè nobili illius Plateæ. Apparentibus quoqua ſcripturis in perſonam deſcendentium à Stipite, qui omnes nobiles Neapolitani à Regibus aſſeruntur. Suadenta pariter fide ipſiuſmet Ciuitatis, & Electorum, in qua ſatis diffusè familia Archamonia nobilis Neapolitana antiquiſſima tanquam notoriè fatetur. Et demùm demonſtrata originaria nobilitate familiæ in hac Ciuitate ex propria Partis poſitione in articulis, id enim negari per Sedile minimè potuit tanquam ſatis notorium, & indubitatum, ex tanta probationũ multitudine vndique Clientis iuſtitia reſultare videtur, ad tradita per Fabium da Anna conſ. 88. num. 22. Ex his iuridicis, & indubitatis concluſionibus, & qualibet ipſarum erit Actor, vt ſperatur, reintegrandus ad honores Sedilis Portus. Reliqua doctiſſimi Senatores ſuppleant, &c. Franciſcus Lauritus V. I. D. Plures anni poſt obitum huius doctiſſimi, & nobiliſſimi allegantis Iuriſconſulti, & Aduocati non incelebris, ab omnibus ob eius ſummam doctrinam, animique candorem reuereti, mei Magiſtri, & Patroni, cui non parùm debeo, introducta per ipſum cauſa, & pluries patrocinata in eius lectura, poſtquè etiam obitum chariſſimi mei Genitoris. Tandem me patrono fuit iudicatum ſecundùm has allegationes, & fuimus ego, & fratres mei reintegrati ad honores Sedilis Portus. Deo gratias. Io. Baptiſta Archamonius. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, familiam Archamoniã fuiſſe, & eſſe nobilem originariam dicti Sedilis Portus, & per conſequens ipſam familiam, & Ioſeph, Ioãnem Baptiſtã, & Ioannem Archamones fratres filios prædicti quondam Sigiſmundi tanquam deſcendentes ex dicta nobili familia, quæ gaudebat in dicto Sedili Portus reintegrandos eſſe, & reintegrari debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia reintegramus, & reintegrari mandamus in eodem Sedili, vt gaudeant, & gaudere debeant omnibus dignitatibus, prærogatiuis, immunitatibus, priuilegijs, & honoribus, quibus gauiſi ſunt, & actu gaudent cæteri nobiles in dicto Sedili Portus, ex cauſis, &c. Hanc eandem, &c. D. Didacus de Vera. Die 22. Octobris 1612. Neap. præſens ſententia lecta, lata fuit, &c. Io. Bapt. Figliola.

Nobilis habitans in Octina, vbi Extantita extat, quæ gubernatur per Nobiles Sedilis alicuius, an ſi non ſit de Sedili, ſed Nobilis, & habitauerit in ea, erit admittendus ad gubernium Extauritæ prædictæ, fuerunt ſequentia in iure allegata, videlicet. In facto clarè apparuit, quòd prædictus Camillus Tocco ex antiquo genere ſit nobilis, & Neapolitanus, & poſſideat domũ, in qua habitat, & in qua etiam natus eſt in Regione dictæ Extauritæ, vnde habet fundatam intentionem de iure, cùm Extauritæ, & eorum bona gubernari debeant per Laicos incolas Platearum, in quibus ſitæ ſunt, Napod. in tit. de iure congrui, in quæſt. ſi Eccleſia, verſ. item an bona Extauritæ, & per Marcum in deci. 245. nu. 6. & quod habetur per Doctores, maximè in l. iubemus, C. de Sacroſ. Eccleſ. quod Aduerſarij fatentur, cùm non negent, quòd eatenus gaudeat in dicta Extaurita, quatenus in eius diſtrictu poſſideat domos, vt deſinentibus ipſis poſſidere domum in ea Regione, quiuis remaneant Nobiles de dicto Sedili, non gaudeant vlteriùs in Extaurita, manifeſtè ergo patet, quòd ius, quod habent in dicta Extaurita cauſatur à domicilio, & habitatione in Regione dictę Extauritæ, quæ cauſa, & ratio eſt pariformis, & reſpicit tam Nobiles gaudentes in Sedili, quàm alios Nobiles non gaudentes, & in eius diſtrictu incolatum, & domum habentes, & in caſu, de quo agitur non tractatur de negotio, quod ſpectat ad Sedile, nam Sedile in Extaurita prædicta nullum habet ius, nullaque fruitur prærogatiua, & Homines de dicto Sedili non gaudent in ea tanquam Nobiles de Sedili, ſed tanquam habentes domum in ea, vt ſuprà, & proptetea deſinentibus ipſis poſſidere domum, vlteriùs non gaudent, poſtquam ergo negotiũ non ſpectat ad Sedile, Homines ipſius quamuis eſſant maioris dignitatis, non poſſent gaudere maiori prærogatiua aliorum Nobilium, Epiſcopus enim eſt maior Capitulo, hoc intelligitur in Eccleſia ſua, & in negotiis ad eius Eccleſiam ſpectantibus, ſed in alia Eccleſia, in qua eſt, & ſedet vt Canonicus, non eſt maior Capitulo,

Digitized by Google

tulo, ſed minor, gloſſ. eſt in cap. à collatione, & ibi Geminian. de appell. in 6. à maiori debetur reuerentia minori in eius domo, Luc. de Penna in l. nihil 1. col. de pal. ſact. largit. l. 12. poteſt quis maior, & minor eſſe diuerſis reſpectibus, gloſſ. in cap. quæritur 2. q. 7. Extauritæ enim, quæ ſpectant ad Sedilia, & in quibus Sedilia habent prærogatiuam, gubernantur per illa, & per ſex Viros, ſeù quinque Viros illorum Sedilium, vt Capuanæ Extaurita Sanctæ Mariæ de Thomacellis, & Nidi Sanctæ Trinitatis, & non per Homines platearum, vt ex proceſſu patet. Cùm ergo prærogatiua in dicta Extaurita cauſetur ab incolatu, & domibus, & non ſpectet ad Sedile, nec Sedile habeat aliquod ius in ea, vt ſuprà, & Magnifici Nobiles conuenti non habeant particulare priuilegium, prædictus Magnificus Camillus, qui eſt nobiliſſimus debet gaudere in dicta Extaurita eadem prærogatiua, & honoribus, quibus dicti Magnifici Nobiles de Sedili conuenti gaudent. Non obſunt oppoſita, quòd ſemper dicta Extaurita fuit recta, & gubernara per Nobiles poſſidentes domos in Regione ipſius, & gaudentes in dict. Sedili, & quòd alii incolæ quiuis Nobiles, & de aliis Sedilibus nũquam ſe intromiſerint in eius regimine, ex quo prætendunt eſſe præſcriptum ius contra alios Nobiles non gaudentes, vt non liceat eis interuenire in dicto regimine, & quòd in ea non debeant gaudere eadem prærogatiua, & honoribus cum eis, ex pluribus, & primò, qualiter cùm prærogatiua in d. Extaurita cauſetur ab incolatu, & domibus; quæ ratio eſt pariformis tam ad incolas gaudentes in Sedili, quàm ad non gaudentes, vt ſuprà, ſi aliter fuit factum, dicitur factum vſurpatum principaliter, & contra rationem, & in iſtis factis ſic vſurpatis nullius temporis currit præſcriptio, nullaque attenditur conſuetudo, gloſſ. eſt not. & ſingularis in cap. 2. de teſt. non enim quod fit, ſed quod fieri debet conſideratur, cap. gloria Chriſti 12. q. 2. l. ſed licèt, ff. de off. Præſ. Secũdò qualiter iſti Magn. Nobiles conuenti ex prædictis prætendunt præſcripſiſſe, quòd alij non gaudentes in d. Sedili, non gaudeant prærogatiua in d. Extaurita, & quòd eis non liceat interuenire in regimine d. Extauritæ, ſed in præſcriptionibus negatiuis, quod non liceat facere, quòd non liceat interuenire, & ſimilia, nunquam incipit poſſeſſio, nec incipit currere præſcriptio, niſi ab eo tempore, quo ille, contra quem præſcribitur, tentauerit facere, & fuerit ſibi contradictum, & contradictioni acquieuerit, ita gloſſ. ſing. in l. 1. C. de ſeruit. & aqua, per Bar. ibi in 2. oppoſit. per Cyn. in 6. quæſt. num. 8. per Salic. in 2. opp. nu. 3. per Angel. ſupr. gloſſ. num. 6. per Bal. egregiè in l. 2. eod. tit. verſ. quæritur, an negligens, vbi loquitur in eo, qui prætendit interuenire in electione, & obijcitùr ſibi, quòd non erat ſolitus interuenire, per Alex. in conſ. 174. in 2. volum. per Aym. in quæſt. 174. in fine, quod in caſu, de quo agitur nunquam ſucceſſit, immò prædictus Magn. Camillus fuit, & eſt in poſſeſſione gaudendi, cùm fuerit alius vocatus in quintum Extauritariorum, & ab eis non fuit repulſus, occurrit et iam caſus, quòd d. Mag. Nobiles conuenti in die Purificationis quærebant facere differẽtiam in diſtributione cereorum, vt ſit inter Nobiles Sedilis, & alios, & cùm eſſet repudiatus cereus mediæ libræ a prædicto Magn. Camillo, Extauritarius miſit alium vnius libræ, proût diſtributus fuit Nobilibus de Sedili, & in iſtis, quæ fiunt, & petuntur tanquam debita non ſolùm per binos actus, ſed per vnicum actum acquiritur poſſeſſio, ſeù quaſi, eſt tex. in l. 1. in princ. & in §. qui autem, de aqua quot. & æſt. ita Bar. in d. l. 1. C. de ſeru. & aqua, Cyn. in d. l. 1. in d. 6. quæſt. verſic. ſi ſecundo modo, per Ang. ibi poſt num. 6. & quamuis d. Magn. Conuenti dicant, quòd quando d. Magn. Camillus fuit vocatus Extauritarius, corripuit Cappellanum, qui vocauerat, & quando renuit accipere cereum mediæ libræ, Extauritarius tranſmiſerit cereum ſuum dicto Magn. Camillo, tamen non negant, quòd d. Magn. Camillus interuenerit cum eis, & habuerit cereum vnius libræ æqualem eis, qui gaudentibus fuit traditus communiter, & in ijs prædictus Magn. Camillus habuit animũ accedendi, & interueniendi cum d. Conuentis, & accipiendi cereum æqualem iure debiti, & in acquirenda poſſeſſione ſufficit animus acquirentis, in amittenda autem non ſufficit animus amittendi, ſed factum requiritur non retinendi, l. quemadmodum, ff. de acq. poſſ. Cùm igitur d. Mag. Camillus petierit, & habuerit candelam, ſeù cereũ æqualẽ tanquã debitũ, & acceſſit, & interuenit cum alijs, eo animo, vt qualiter de iure ſibi licebat, & interuenire debebat per d. Conuẽtos non fuerit cõtradictum, immò eius prætenſioni ſatisfactum, negari non poteſt, quin acquiſiuerit poſſeſſionem, ſeù quaſi interueniendi, ac gaudendi pari prærogatiua, & paribus honoribus, quibus d. Conuenti gaudent in Extaurita prædicta, vt ſuprà. Tertiò qualiter ſi dd. Nobiles gaudẽtes fuerunt ſoliti gubernare d. Extauritam, & in ea prærogatiua gaudere, ſuit cauſatum, quòd antiquitus omnes domus Extauritę prædictæ fuerũt Nobiliũ gaudentium in Sedili, vt etiam Aduerſarij in eorum articulis ſigillatim poſuerunt, & non quòd alijs Nobilibus non gaudentibus non competeret eadem prærogatiua. Diuenditis iam præcedenti tempore domibus alijs Nobilibus non gaudentibus in Sedili, qui emptores non ſtatim potuerunt habere notitiam dictæ Extauritæ, & eius iurium, & proptereà cùm primùm ſciuit Magnific. Camillus, voluit ſuo iure vti, & gaudere eadem prærogatiua, & ijſdem honoribus, & cùm in vltima electione, quæ ſuo tempore occurrit, non fuit vocatus, ſtatim porrexit ſupplicationem, & adiuit Sacrum Conſilium. Vlteriùs contra dictum Magnificum Camillum nulla poteſt prætendi præſcriptio, nam domus ſua fuit Magnifici Franciſci Thomacelli, qui fuit nobilis dicti Sedilis, & tempore, quo vixit, negari non poteſt, quin interuenerit, & gauiſus non fuerit, vt cæteri Nobiles, & ſic contra eius auctorem non poteſt prætendi prçſcriptio, à tempore autem, quo domus prædicta fuit ipſius Magnifici Camilli ſunt decurſi tantùm anni 24. in circa, & ſic non tempus habile ad præſcribendum ſine titulo, & in caſibus occurrentibus interuenit, vt ſuprà, taliter quòd ſi contra omnes poſſit prætendi, & allegari præſcriptio, non poſſit prætendi, & allegari contra ipſum Magn. Camillum. Nec etiam aliquid obſtant inſtru-

menta

Digitized by Google

menta vltimo loco lecta, qualiter vltrà quòd nihil obſtant. ex eorum lectione potius fundatur intentio d. Magn. Camilli, nam in primo instrumento, quod fuit lectum, dicuntur congregati in vnum infraſcripti Nobiles de Extaurita S. Stephani, & non dicit Nobiles de Sedili Capuanæ. Item in eis nominatur quidam de domo de Domno, quæ domus, ſeù familia non eſt in Sedili Capuanæ, nec à qooque recordatur, quod fuerit, & propterea eſt pronũciandum pro Magnifico Camillo, vt in eius ſupplicatione continetur, &c. Scipio Lauritus V.I.D. Die 12. Nouemb. 1555. referente Mag. Franciſco Aguirre Reg. Conſ. Hiſpano, fuit prolata ſententia tenoris ſequentis. Declaramus, dictum Magn. Camillum de Tocco principalem tanqoam poſſidentem domum in Regione Extauritę prædictę S. Stephani debere gaudere omnibus prærogatiuis, & præeminentijs, quibos cæteri Nobiles poſſidentes domos in Regione Extauritæ prædictæ gaudent in Extaurita prædicta S. Stephani, & debere vocari, proùt ipſum tenore præſentium vocari mandamus in electionibus, & diſtributionibus ad d. Extauritam pertinentibus, neutram Partium, &c. Franc. de Aguirre. Io. Portius Act. Mag.

Nobilis prætendens eſſe de familia nobili, & admitti ad talem nobilitatem, an poſſit à vere Nobilibus eiuſdem familiæ repelli ob diuerſitatem d. familiæ, hoc contigit hæſitari in S.C. in cauſa Horat. Nauclerij, qui petierat eſſe de familia Naucleorum nobili, & conſequenter habere ius inferendi cadauer ipſius, & cadauera deſcẽdentium in ſepultura quondam Petri Nauclerij patris quondam Ioannæ Naucleriæ vxoris q. Pauli Bozuti intus Eccleſiam Archiep. Neap. & in alio ſepulchro, ac Capella Gentilitia intus Eccleſiam Montis Oliueti, ac etiam declarari, eſſe de eadem nobili familia d. quondam Petri, & ad ipſum ſpectare dictum ius ſepeliendi in dd. Capellis. Licèt aduerſùs petita comparuiſſet Procorator Ludouici, ac Io. Baptiſtæ Bozuti filij ipſius Ioannæ filiæ eiuſdem quondam Petri Nauclerij, & petijt excludi d. Horatium à d. prætenſione, & ſpecificè declarari, familiam d. Petri Nauclerij patris d. Ioannæ matris ipſorum de Bozutis, & Octauij, & Thomæ Nauclerij viuentium eſſe nobilem ex genere, & clariſſima ab immemorabili tempore, ac penitus diuerſá, & ſeparatá à familia præd. Horatij, & aliorũ, qui forte hoc cognomine vocantur, & factis probationibus ſuper prædictis, videtur de iure eis ſuffragari poſſe, ex quo nobilitas, licèt triplex ſit, ſcil. animi, natoralis, & fortunæ. Fuſcus ſing. 12. lit. N. Anton. Pichar. de nobil. commun. ſub num. 75. vbi in princ. eiuſdem num. probat, nobilitatem naturalis iuris deſcendere ex iure naturæ prouenieus ab anteceſſoribus, & hæc nobilitas genere dicitur, quæ à parentibus nobilibus deſcendit, Caſſan. in Conſuet. Burgund. rub. 4. §. 19. verſ. Entre gens nobles, num. 16. & 17. Carpan. ad Conſtit. Mediol. cap. 414. num. 56. & hæc nobilitas generis præſtantior aliquibus viſa fuit, ita Pichar. vbi ſuprà, numer. 80. & inter Apoſtolos nobiles genere fuerunt Paulus, & Bartholomæus, Caſſan. ibi num. 4. Nihilominus non per hoc qoòd quis cognominatur de aliqua familia nobili, erit nobilis, nam nobilis, poteſt eſſe, & ignobilis in vna domo, & ſic non concludit de tali domo, ergo in Sedili niſi probetur nobilitas familiæ aliunde, probat Anna in ſing. 359. nobiles enim, aut plebei ſunt omnes homines, Fontanel. dec. 228. num. 1. & ſic ibidem ſubdit num. 13. quod nobiles in eadem domo, & familia alij poſſunt eſſe, alij non, ante eum Conſil. Anna conſ. 88. num. 2. nobiles, & plebeos eſſe in eadem domo non eſt inconueniẽs, D. Reg. Hect. Cap. Latro conſult. 12. n. 32. t. 1. Sicuti etiam nobilis in parte, & in parte plebeus eſſe quis poſſit, Seſſe dec. 10. num. 30. & ſicut nobilis in vna Prouincia, poteſt eſſe in alia ignobilis, Idem dec. 1. num. 24. & Nobilis quiſpiam pro parte temporis dici poteſt, & pro alia parte non, & idem de loco Syluan. conſ. 1. num. 34. Verùm quia Nobilium, & Plebeorum diſtinctio apud Romanos, & Athænienſes erat in fauorem Nobilium, Seſſe dec. 8. num 6. tam Reipublicæ intereſt, homines nobiles à plebeis dignoſci, quàm etiam ipſis Nobilibus ab Ignobilibus ſeparari, & non ab re inquit Azeued. conſ. 28. num. 27. & ſeqq. quòd Nobiles à Plebeis ſunt diſtinguendi in Sedilibus, proceſſionibus, & alijs actibus, etiam in veſtibus, ex eo quia Nobiles præferuntur in vocibus dandis, beneficijs, ac electionibus faciendis, Grat. conſ. 4. nu. 27. volũm. 2. Auend. de exequend. mandat. part. 1 cap. 19. nu. 17. & 18. Salon. de Pace conſ. 10. num. 6 & 7. Idcirco fuit prolata ſententia per S.C. huiuſmodi, v3. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, nullum ius competiiſſe, nec competere ſupradicto Horat. Nauclerio ſepeliendi in ſepulturis quondã Petri Nauclerij ſitis intus Eccleſiam maiorem, & Eccleſiam Montis Oliueti huius Ciuitatis, nec non eadem noſtra diffinitiua ſententia declaramus, familiam de Nauclerio prædicti quõdam Petri, & eius deſcendentium fuiſſe, & eſſe nobilem ex genere, hanc eandem. &c. Pomponius Saluus. Die 12. Aprilis 1614 Neapoli. Lecta, lata, &c. Io. Baptiſta Burrellus Actor. Mag.

Nobilis ex genere an poſſit ſe declarari facere pro ſui cautela, vt poſſit verè nobilis exiſtimari in caſibus indè occurrentibus, & præſuppoſito, quòd nullus præſumitur nobilis plebeus. Fontanel. dec. 228 num. 8. Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 414. num. 58. Seſſe dec. 2. numer. 10. Et proinde nobilitas non præſumitur, Auend. de exeq. mand. p. 2. c. 14. n. 19. niſi probetur, Cabed. dec. 73. num. 10. lib. 2. & quare non præſumatur refert Menoc. de præſ. lib. 6. præſ. 70. n. 1. Ex quo nobilitas nouem modis acquiritur, vt oſtendit Caſſan. in Conſuet Burgund. rub. 4. §. 19. verſic. entre gens nobles, num. 26. inter tales ſpecies connumerat naturalem nobilitatem generis, quæ deſcendit à parentibus nobilibus, vt ibidem, num. 16. & 17. Et ſic nobilitas trahitur per filium a patre, & paterno genere, Mandel. conſ. 764. num. 19. dum nobilitas patris tranſit in filios, Cabed. dec. Luſit. 36. num. 14. lib. 2. Paſchal. de vir. pat. pot. par 4. cap. 21. num. 1. ſicque nobilitas à patre, & aſcendentibus prouenit, non à collateralibus, Fontanell. vbi ſuprà, num. 11. & ſubdit num. 12. quòd nobilitas ab aſcendẽtibus procedit vſque ad milleſimum annum, & vſque ad infinitum, Regens Rouitus conſ. 80. num. 5.

&

& ratio eſt illa ipſa nobilitas, nõ eſt prima qualitas, quæ venit à natura, ſed habet ortum ex accidenti ſibi, vel progenitoribus, vt ibi Menoch. num. 4. ſuadet, poſt eum Conſil. Anna conſ. 80. num. 2. & talis nobilitas generis ex generatione prouenit, & ipſis deſcendentibus quandam neceſſitatem imponit rationabilem, ne à maiorum ſuorum probitate degeneretur, vt ex Nicol. de Lyra probat Afflict. in Conſt. Proſequentes, nu. 16. & in Conſt. Vt dignitatum, n. 4. & ſic de conſuetudine nobilitas ad omnes tranſit deſcẽdantes, Idem in Conſt. Intentionis, numer. 30. Carpan. vbi ſuprà, num. 56. & à primo tantùm deſcendit, idem Conſil. Anna conſ. 18. num. 11. Et non mirum ſi indigeat probatione, quando nobilitas allegatur, etenim nobilem qui ſe dicit, tenetur probare, & oſtendere, Ioſeph Seſſe dec. Aragon. 2. num. 9. & 33. Ex ao, vt dictum eſt, quia nobilitas non præſumitur, niſi probetur, Carpan. ad Conſt. Mediol. cap. 414. num. 50. Maſcar. de probat. concluſ. 1095. num. 4. Cabed. dec. 73 num. 9. 10. tom. 1. Et qualiter probetur, docet Maſcard. de probat. concluſ. 1095. num. 51. & ſeqq. latiùs Marcell. Calà de modo articul. & prob. §. 2. gloſſ. vnica, num. 256. & ſeqq. Cabed. vbi ſuprà num. 11. 12. & ſeqq. poſt Gratum conſ. 4. num. 30. & 31. volum. 2. D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 128. num. 59. & conſultat. 129 num. 25. Bene verum eſt, quòd quando quis naſcitur ex genere nobili, præſumptionem pro ſe habet, vt præſumatur nobilis qui naſcitur ex genere nobili, Maſcard. eod. tract. dicta concluſ. 1095. num. 4. At talis nobilitas maiorũ, & vetuſta propago ſolidæ nobilitatis maxima eſt probatio, Port. Imol. conſ. 167. num. 37. vbi num 49. ſubdit, quòd nobilitas eò maior eſt, quò clari ſunt natales, & maiorum ſtigmata demonſtrentur, & nobilitas tantò melior, quantò antiquior, Pheb. dec. 17. num. 3. Seſſe dec. Arag. 6. n. 12. hinc nobilitatis iura nõ à patre, ſed à genere deferuntur, Reg. Rouit. conſ. 80. num. 3. tomo 1. Et quando iſta nobilitas generis in iudicium deducitur incidenter, & ſic principaliter de ea non diſputatur, & ſufficiunt probationes leuiores, vt ibi num. 8. Menoc. probat Seſſe dec. 53. num. 7. & ſufficiet fama, & reputatio, idem Conſil. Anna dict. conſ. 80. num. 6. & 7. D. Reg Hector Capyc. Latro dict. conſult. 129. num 13 ſecùs tamen quando principaliter deducitur, quia tunc plenè erit probanda, Seſſe dec. 13. nu. 1. & 2. Hoc ideò fit, vt nobilis cognoſcatur, & diſcernatur ab ijs perſonis, cùm apud Romanos, & Athænienſes diſtinctio nobilium, & plebeorum erat in fauorem nobilium, ita Seſſe dec. 8. num. 6. Etenim nobilibus perſonis debetur præſtatio honoris, Afflict. in Conſt. Vt vniuerſis, num. 6. etiam à Principe, Seſſe dec. 8. nu. 50. poſtquàm nobilitas eſt digna fauore, Pheb. dec. Luſit. 15. num. 13. dec. 48. num. 9. ideò nobiles præferendos eſſe inquit Seſſe dec. 48. num. 7. eò quia nobilitas eſt dignitas, Oſaſc. dec. 100. n. 47. nimirum ſi nobiles dicantur in dignitate conſtituti, Oſaſc. vbi ſuprà. Et demùm quia Reipublicæ vtile eſt, nobiles adeſſe, Scappa de iure non ſcripto, lib. 1. cap. 191. num. 15. ideò cùm fuiſſet inſtatum in S. C. per ſubſcriptum Actorem vti nobilem ſuæ patriæ declarari facere: Ex quo nobilis quòd quia declaretur, eſt res modici præiudicij, tam reſpectu ordinis, quàm totius Ciuitatis, Reg. Rouit. conſ. 32. numer. 8. tom. 2. licèt nobilem declarari dicatur cauſa ſtatus, Seſſe dec. 10. num. 4. idem Reg. Rouitus conſ. 33. num. 3. eod. volum. vbi inferr ad materiam Sedilium, ſi talis cauſa afficiat ſingulos de ordine, & Sedilis, quorum intereſſe non eſt principaliter, ſed in conſequentiã, & ſic tales nobiles in Sedilibus huius Ciuitatis non habẽt intereſſe ſinguli vt ſinguli, ſed vt vniuerſi, Reg. Capyc. Latro conſult. 12. num. 5. vol 1. & iſto caſu erint audiendi in eorum iuribus, quaoquam in caſu, de quo agebatur, eramus extra Ciuitatem, & nullum intereſſe alienum verſabatur, in eo fuit præſens ſententia promulgata, videlicet. In Dei nomine, Amen. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtræ, noſtroque Sacro Conſilio oblata pro parte Ioannis Franciſci., & Ioſeph Danuſci contra intereſſe prætendentes, & Regium Fiſcum, cuius tenor eſt, videlicet. S. R. M. &c. Viſis denique videndis, &c. Per hãc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, ſupradictos Ioannem Franciſcum, & Ioſeph Danuſci fuiſſe, & eſſe nobiles, prout hac præſenti noſtra diffinitiua ſententia nobiles declaramus vti deſcendentes à nobilibus aſcẽdentibus ab immemorabili, & proinde ipſos de Danuſcio, & eorum deſcendentes debere gaudere omnibus honoribus, prærogatiuis, & dignitatibus, quibus cæteri Nobiles aliarum Ciuitatum huius Regni gauiſi, & potiti ſunt, & gaudent, & potiuntur, ex cauſis in proceſſu deductis, &c. Franciſcus Antonius Muſceptula. r Hanc eandem, &c. Lecta, lata, & publicata fuit præſens ſententia in S. C. Coram pro Tribunali ſedente, in Aula Magn. Conſiliar. Varela, ſiſtentibus ibidem infraſcriptis alijs Magnificis Cõſil. atijs Scipione Theodoro, Franciſco Antonio Muſceptula, relatore Don Franciſco Merlino, & Iulio Maſtrillo, & quamplurimis alijs Actuarijs, & Scribis dicti Sacri Conſilij. Neap. die 28. Ienuarii 1641 Fabricius Solitarius Actorum Magiſter. *El Rey. Illuſtre Duque de Medina de las Torres, Principe de Stillano, primo nueſtro Sumiller de corps. Theſorero general de la Corona de Aragon, Virrey, Lugartenente, y Capitan General Por parte de Iuan Franciſco, y D. Ioſeph Danuſci ſe me hà preſentado el memorial del tenor que ſe ſigue. Sennor D. Iuan Franciſca, y D. Ioſeph Danuſci naturales de la tierra de Geſualdo en el Reyno de Napoles dizen como han tenido noticia del Real, y Sacro Conſilio de Capuana de aquel Reyna con conſentimento del Regio Fiſco compilaron y definieron de proceſſa con ſus pruebas, en la qual hà ſidos declarados nobles como deſcendientes de ſus anteſpaſſados de tiempo immemorial a eſta parte, y que aſſi los ſupplicantes, como ſus deſcendientes ayan de gozar de todas las mercedes, honras, y dignidades, que gozan los demas nobles de otras tierras, y Ciudades de aquel Reyno, como conſta por la copia authenticata, que preſenta con eſte memorial de dicha ſentenza iunta con todos los actos deſde el principio haſta la poſtre de la qual ſentenza no ha hauido reclamacion, ni oppoſicion ninguna demanera, que ſe hà paſſado en coſa iuzgada, à V. M. piden, y ſupplican ſe ſirua de mandar, que la dicha ſentenza ſe execute, y ſe obſerue inuiolablemente conforme*

me à ſu tenor, y que aſſi todos los miniſtros de qualquier Tribunal de V. M. guarde y hagan guardar a los ſupplicantes, y a ſus deſcendientes todo lo que ſe contiene en ella, y para eſte effetto darſe las ordenes neceſſarias, que en ello recibiran muy particular merced de V. M. &c. Y haviendo viſto lo que en el inſerto memorial ſe refiere. Ha parecido encargaros, y mandaros (como lo hago) proveays, y deys la orden que convenga, paraque ſe guarde la ſentenza dada a favor de los ſupplicantes, y ſus deſcendientes, como en ella ſe contiene, que aſſi procede de mi voluntad la preſente reſta al preſentante. Dada en Madrid a 28. de Marzo 1643. Yo el Rey. Locus Sigilli. Vid. Munnoz Conſil. Vid. Cuſanus Reg. Vid. Neyla Reg. Vid. Capycius Galeota Reg. Caſanate pro Secret. In partium Neap XV. fol. 227. Sol in executoriſi Viberaal taxador. Al Virrey de Nap. que ſe execute, y cumpla la ſentenza dada a favor de D. Iuan Franciſco, y D. Ioſeph Danuſci, y ſus deſcendientes.

Nobiles Neapolitani de Sedilibus an admitti debeant ad Collegium non conſtito per informationes, eos natos eſſe in Ciuitate, ſed ex vi cuiuſdam eorum priuilegij, quod gaudeant vt ciues, licèt nec eorum patres orti ſint in Ciuitate, & ſic producta tantùm fide Sedilis, eos eſſe nobiles, deciſum fuit negatiuè per S. C. & proindè fuiſſe excluſum D. Marium Aquauiua de menſe Maij 1621. ac etiam Iacobum Capycium Zurlum eodem tempore, vt refert Horatius Montanus controuerſiar. forenſ. in controuerſ. 30. num. 24.

Nobiles in Sedilibus huius Ciuitatis Neapolitanæ non habent intereſſe ſinguli, vt ſinguli, ſed ſinguli, vt vniuerſi, & ità deciſum tradit D. Regens Hect. Capyc. Latr. conſult. 12. n. 3.

Nobiles, qui non probauerunt, aſcendentes, vel collaterales gauiſos fuiſſe in Sedile, ſed tantùm eſſe de eadem familia, non fuerunt reintegrati ad Sedilia, ſed tantùm declarati de eadem familia, & ſic iudicatum in pluribus cauſis, vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latr. conſult. 128. num. 41. & 42. vbi num. 43. contrarium deciſum fuiſſe in cauſa D. Regentis Marci Antonij de Ponte Marchionis Sancti Angeli, & Præſidis Sacri Cõſilij refert.

Nobilitas probatur ex identitate familiæ, & inſignijs, ex depoſitione teſtium de nobilitate deponentium, ex matrimonijs cum nobilibus familijs contractis, ex verbis enunciatiuis inſtrumentorum, in quibus aliqui vocantur nobiles, & tandèm ex enumeratione facta in Cronicis alicuius Regni inter familias nobiles, vt fuit deciſum in S. C. in cauſa Epiſcopi Andriæ cũ Sedili Capuano, refert Nouar. in prag 6. coll. 3. ſub n. 1. de eodem. pro del.

Nominatio ſimpliciter facta ab habente facultatem nominandi à Rege in feudo, quem effectum operatur, facta tali nominatione, ex quo iſta facultas, ſiuè poteſtas nominandi aliquem in feudo videtur quodammodò, aſſenſum à Rege præſtitum eſſe, cum aſſenſus ipſe Regis vim conceſſionis operetur, Maur. ſen. allegat. 21. nu. 9. & propterea quemadmodùm aſſenſus ſimpliciter impetratus ſuper aliqua re, & indè obtentus, intelligendus erit, prout ius intelligit, Reg. de Ponte conſ. 14. num. 22. & conſ. 150. num 25. volum. 2. hoc eſt, vt quis diſponat ſecundum naturam rei, & ſecundùm legem inueſtituræ, & de iure penès eum reſidente, non de alieno, & citrà iniuriam alterius, idem Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refut. feudorum. §. 5. nu. 31. & de regal. impoſit. § 7. num. 18. Maur. ſen. alleg. 76. num. 3. Reg. Rouit. dec. 84. nu. 7. idem Reg. de Ponte conſ. 64. num. 24. volum. 1. & conſ. 3. n. 60. vbi etiam cenſuit, ipſum recipere declarationem à iure communi, Laratha in theatro feud. tom. 1. part. 8. dilucid. 52. num. 6. De iure enim communi diſpoſitum patet, omnes ſiuè maſculos, ſiuè fœminas ad ſucceſſiones parentum eſſe admittẽdos, attenta iuris naturæ æquitate, ad tex. in leg. maximum vitium, C. de lib. præterit. facit Conſt. Regni In aliquibus, in princ. ibi, & iuri tàm communi, &c. cumq. potiſſimum in ſucceſſione feudorum idemq; diſpoſitum appareat, vt omnes maſculi tantùm admittantur ad ſucceſſiones illorum, & in defectum ipſorum fœminæ admitti videantur, ex Patiſ. conſ 12. num. 33. lib. 1. probat Iul. Clar. in §. feudum, quæſtion. 73. num. 3. vbi Additio, late Horat. Montan. controuerſ 22. num. 6. Camill. Laratha in theatro feudali par. 9. dilucid. 82. num. 1. & dilucid. 74. num. 16. & p. 12. dilucidat. 106. num. 13. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. 25. num. 11. fœmina enim ſuccedit in Regno in feudis ex diſpenſatione, Reg. Lanar. conſ. 1. num. 45. & per quandam prauam conſuetudinem in Regno maſculi dumtaxat quamuis remotiores, excluſis fœminis propinquioribus in gradu admitterentur, ſuperuenit Conſt. allegata, ius commune intuendo cum moderamine diſpoſuit, maſculos fœminis præferri, quibus deficientibus ipſæ admittuntur, gradus, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, vndè inoleuit clauſula illa ordinaria, ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, quæ importat non ſolùm modum, non tamen ſubſtantiam, inquit Marta in ſumma legali par. 1. quæſt. 21. art. 1. num. 16. ſed vt maior natu præferatur, & quod fœmina ſtantibus maſculis non ſuccedat, vt aduertit Capyc. in inueſt. feud. rub. feud. clauſulæ, verſ. ſexus, & ætatis fol. 97. & poſt eum plures ad hoc alleg at Capriol. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtato lib. 1. n. 386. & num. 433. & ſeqq. & meliùs num. 450. vbi expreſſim loquitur, attenta Conſt. allegata huius Regni, etiam in feudalibus, propterea intuendo primo dictionem ſexus, eſt certum, quod ſexus maſculinus præferri debeat fœminino, nàm maſculus eſt dignior familia, Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 4. quæſt. 13. num. 5. Cumia de ſucceſſ. feud. verbo ſexus, num. 12. latiùs Fontanell. deciſion. Cathal. 35. num. 13. & ſeqq. & maſculus maiorem habet dignitatem, quàm fœmina, Idem dict. par. 4. quæſt. 2. num. 16. non mirum ſi præferri debeat, & ex aliis rationibus adductis per Cumiam eod. loco, ibiq; ponderat hanc dictionem ſexus, quæ, & quanta importet, & propterea maſculus omni iure eſt vocatus ad ſucceſſionem feudi, Idem d. par. 4. quæſt. 6. nu. 46. & præfertur, Petr. de Gregor. d. tract. par. 4. quæſt. 7. num. 2. tàm in ſucceſſione Regni, quàm dignitatum, Marta in d. ſumma par. 3. quæſt. 2. art. 1. num. 11. & art. 4. num. 2. & inter maſculos maior natu præferendus erit, nàm maſculus, & maior natu præſumitur magis prudens, Petr. de Gregor. d. p. 4. quæſt. 1. num. 14. & magis dilectus inter filios maſculos, Marta in d. ſummma p. 4. quæſt.

Digitized by Google

10.art.1. num.7. hinc primogenitus primo loco ſuccederet in feudis, ex rationibus recollectis per eodem Petr. de Gregor. eod.tract. d.par.4. quæſt.8. per totam, ac alijs relatis per eundem Mattam in d ſumma p 4. quæſt.12. art 2.nu.22. & ſeqq. eo quia primogenitus dicitur primo natus de genere, vel agnatione, Cumia dict tract. verbo gradum, num.64. Marta in dict. ſumma par.1.quæſt.1.numer.1. & primogenitus, & maior natus idem ſunt, Fuſar. de ſubſtitut. q.387. num.47.poſt Martam dict ſumma par.3.quæſt.9. art.2.num.13.D.Reg.Fab.Capyc.Galeot. controuer.48 nu.5 tom.1.non mirùm ſi etiam de iure Diuino primogenitus erit præferendus, Marta conſ.16.num.30. poſt eos admittuntur fœminæ deficientibus maſculis, tàm de iure communi, poſt Feder.Schenc. in cap.1. de eo, qui ſibi, vel hæred.§.1.n 2.& ſic in ſubſidium, Petr. de Greg. d.par.4.quæſt.6.num.5.quæ intelligũtur admiſſæ ordine ſucceſſiuo, ſeruata prærogatiua ſexus, Idem par.4.quæſt.16.num.27. Matta conſ.6.nu. 41.& in ſumma de ſucceſſ.legali,par.4.quæſt.24. art.1.num 22 & par.3. q 3. art.1. quæſt.19. adeò quod clauſula pro ſe, & hæredibus maſculis,& fœminis, atq; clauſula pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus fœminis æquiparantur, Alexand.Raud.conſ.16.num.12.20. & 89.volum.1. immò vocatæ cenſentur in Regno ex inueſtitura pro ſe,& hæredibus,& ſucceſſoribus ex corpore, ità Dom.Reg.Fab.Capyc.Galeot. controuerſ.Illuſtr. in controuerſ.25. numer.52. tom.1.Regens Rouit. conſil.79. numer.7.& 31. Anna allegation.34. numer,14. & in rubr.de vaſall decrep.ætat.num.83.Petr.de Greg.d.par.6. quæſt.14.num.11.cum de iure communi erat incapax ad ſucceſſionem feudi, Anna vbi ſuprà, ſed de iure Regni habilitata, Petr. de Gregor.d. par 4. quæſt.7. num.16.& 34. ſed hoc, quando verſaretur in eadem linea, vt deciſum tradit Fontanell d. dec.35.num.11. & vltrà eum Matta in d.ſumma par.3.quæſt.9.art.3.num.3.cæterum autem,quando eſſet diuerſa linea,hoc eſt ſi maſculus eſſet remotior,licèt ſecundùm alios excluderet fœminas propinquiores,& ſic in diſpari gradu, vt tradit ibi Raudenſ.num.27.& 86. Matta in d.ſumma de ſucceſſ.par.3. quæſt.5.art. 4.n.5.Reg.Rouit.conſ.16.n.12.tom.1. quod ſecus eſt in Regno,& ſic procedere Conſt.noſtras ex Cannet.probat ibi Raudenſ.num.26. talitèr quod clauſula illa,ſalua gradus prærogatiua in hoc non operatur, quæ omnia & in conceſſione feudi procedunt, fortiùs in nominatione hæredum ad feuda admittuntur, quocirca in cauſa Reuerendi D.Federici de Vrries cum Regio Fiſco fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, videlicet.Die 15.Maij 1647. In cauſa Magnifici, & Reuerendi Federici Vrries cum Regio Fiſco ſuper electione, & nominatione hæredis facienda per prædictum Magnificum, & Reuerendum Federicum Vrries, quod ſuccedat in feudis in proceſſu deductis, & dicto hæredi nominando ſuccedant hæredes ex corpore dicti nominandi legitimè deſcendentes, & alijs, vt in actis viſis per Magnificum V.I.D.Dominum Franciſcum Villanum Præſidentem R.C.S. & cauſæ Commiſſariũ,& conſideratis verbis priuilegij in actis producti, quia fuit facta fides per Ill.D.Viceregẽ, quod Cæſarea Maieſtas per ſuum priuilegium omni qua decet ſolemnitate vallatum, declarauit,quod hæres eligendus, ſeù nominandus per dictum Reuerendum Balium Vrries iuxtà formam priuilegii in actis producti ſuccedat in feudis in proceſſu, ac dicto priuilegio deductis, & contentis de dicto hærede nominando ſuccedant hæredes ex corpore dicti nominandi legitimè deſcendẽtes,& de his omnibus facta relatione per eundem Dominum Commiſſarium Illuſt.D.Viceregi in Regio Collaterali Conſilio, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum,& decretum pro dicto hærede per D.Reuerendum Balium Vrries,nominando in dictis Caſtris,& feudis ſuccedant hæredes, & ſucceſſores dicti nominandi legitimè deſcendentes,ſexus,& ætatis prærogatiua ſeruata, hoc ſuum,&c. Franciſcus Antonius Villanus.Conſ.Naldus Antonius pro Not.

Nominatio teſtium,& locorum conuicinorum facienda non facta cum depoſito iuxtà formam Regiæ Pragmaticæ per reum exterum conuentum in Sacro Conſilio pro examine teſtium degentium extra Regnum, an ritè procedat,ſi fuerit fortè ex errore commiſſa audientia teſtium. Cum per Capitaneum Petrum Aloyſium Torres vti procuratorem Guglielmi de Fatto ceſſionarium Criſtophori,& Pauli Fortinbac Palermitanorũ obiẽtũ fuiſſet,quod cauſa contra Bartholomeum Cauam,& ſocios fratres inſolidum obligatos eius principali delegaretur in perſonam Reg.tunc Conſil.Io.Franciſci Sanfelicij ob cauſam literarum cambii, & facta delegatione, ac petitione ſolutionis in eis contentæ,& conuentus oppoſuiſſet,non debere, fuit datus terminus in cauſa,in quo ipſe reus nominauerat teſtes per nomina,& cognomina in Ciuitate Panormitana in terris,& locis cõuicinis,& dixerat, velle vti dicta nominatione,ac ſi fuiſſet facta in vltimis partibus Regni,indè per aliud decretum, dùm fuiſſet prouiſum, quod terminus datus curreret ab hodie, ſimilitèr fecit eandem nominationem abſq; depoſito, & ex errore obtinuit audientiam teſtium, vndè contingit dubitari,ſi deferendum eſſet, dicebatur ex parte ipſius Capitanei,non potuiſſe ſubſiſtere, ex quo non fecerat depoſitum, ſeruata forma Regiæ pragmat. 3.de dilat. vbi Reg.Rouit.num.5,dixit, de hoc obtinuiſſe in fortioribus terminis,ſcilicèt in actore, in quo ceſſat ſuſpitio dilarandi, ſubdens, ità pluriès iudicatum in S.C. & proinde non adeſſe de hoc ampliùs dubitandum, ità Præſ.de Franch.deciſ. 106.num.7.& dec.533.in fine, & ampliùs quia non ſpecificauerat vltimas partes Regni, ſicuti erat obligatus ſpecificare, idem Præſ.de Franch. dec.57. quem retuli in 1.par. verbo nominatio teſtium,ad quod ſubdit prædictus Regens num. 10. quod hodie ceſſant omnia prædicta ex noua forma tradita per nouellam pragmaticam editam ſub die 11. Maii 1612. §.9. quæ vulgaritèr nuncupatur delli 28.capi, in quo capite, ſeù §.diſponitur, quod in nominatione facta,prout in caſu iſto non admittatur, niſi nominatis teſtibus per nomina, & cognomina, & declarentur terræ,& loca Regni Neap. vbi degunt dicti teſtes,ordinando etiam,quod in dicta nominatione obſeruetur omne,quod obſeruabatur in nominatione extra Regnum,quod non alitèr fuit obſeruatum in prædicto caſu enarrato. Facta

rela-

Digitized by Google

relatione in S.C. per eundem tunc Conſil. Ioan. Franciſcum Sanfelicium die 15. Decemb. 1628. fuit deciſum, quòd oppoſitis non obſtantibus terminis alias datus curtai ab hodie, penès Secretarium, in Banca Franc. Vulturalis.

Nominatio teſtium facta in partibus per Clericum conuentum pro cauſa ciuili pro ſui Clericatus probatione an erit admittenda, videtur, ei non eſſe deferendum, ex traditis per Afflict. in Cõſt. In pecuniarijs, nu 5. vbi ampliùs ſubdit, quod ſi cauſa eſſet multũ ardua, nõ debet cõmitti audiẽtia teſtium, ſed debent produci teſtes, quibus præcipere poteſt ad ſe aduocare, ſi habet teſtes ſuſpectos, ex gl in l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. nam cauſa ſtatus perſonæ dicitur grauis, & magna, vt idem Afflict. in Conſt. Proſequentes, numer. 18. probat, vbi exemplificat, quòd talis homo eſt meus, & mihi fecit iuramentum homagij, ſeù vaſallagij, & cauſa ſtatus dicitur cauſa libertatis, val ſeruitutis, item natalium, vt ſit legitimus, vel ſpurius, idem Afflict. in Conſt. Hac edictali, num. 10. ita etiam reſpectu ſtatus, ſi ſit Laicus, vel Clericus, etenim laicus quilibet in dubio præſumitur, Graſſ. de effect. Cleric. in prælud. nũ 193. Sed quia Clericatus non prouenit à natura, ſed extrinſecè fit, ideò in dubio nunquam præſumitur, vt ibi Graſſ. num. 184. quo fit, vt ſi probaretur Clericatus, locus erit remiſſioni ad ſuum Iudicem competentem, vt proſequitur Graſſ. eod. tract. in 1. effectu, per totum, & ſic quoties de fori competentia agetur, cauſa grauis, & ardua diceretur Et proinde non erit nominatio admittenda. Nihilominus contrarium deciſum fuit per S.C. die 6. Martij 1645. ad relationem Regij Conſiliarij meritiſſimi Aloyſij Gamboæ I.C. præſtantiſſimi, ac mei Domini obſeruandiſſimi in cauſa Cæſaris Maggi cum Iacobo Valerio, penès Secretarium, in Banca Sollarij, & dictum, eſſe deferendum nominationi, non obſtante, quòd dicebatur ex aduerſo, eſſe ſuſpitionem falſitatis, nam citra dubium inter alias probationes Clericatus probari poteſt, etiã per teſtes. vt proſequitur Graſſ. in d. effect. 1. nu. 26. cum ſeqq.

Nominatio teſtium facta extra Regnum abſque depoſito infra tempus quindecim dierum ſtatutum à Regia Pragmatica ad faciendam nominationem cum nomine, & cognomine, licèt elapſis dictis diebus fuerit factum depoſitum, an debeat admitti, deciſum fuit, non eſſe admittendam per S.C. in cauſa Philippi Spinolæ cum Io. Baptiſta Cataneo, refert D. Reg. Sanfelic. in dec. 5. n. 8.

Nouatio contractus an cenſeri debeat facta per virum recipientem vſuram dotis promiſſæ, cuius capitale conſiſtebat in benefacto, ſeù melioratione ſuper certa domo, quæ poſteà fuit à domino directo illius ob canones non ſolutos vẽdicata, ob quod maritus conquæſtus pro ſubiugatione alterius corporis, tranſactione inter eos habita vſuras perceperat, licèt poſteà cùm inſtitiſſet pro ſubiugatione corporis obiectum fuerit de tali nouatione, quemadmodum ex facti ſerie reſultabat, poſtquam dùm Horatius Caſtruccius collocaſſet matrimonio eius filiam Dianam cum Ianuario de Martino, & eſſet debitor pro reſta dotium in ducatis biſcentum, quos bonos fecerat ſuper certa domo, quæ inde fuerat in commiſſum inciſa ob canones non ſolutos domino directo, vigore ſententiæ S.C addicta, comparuit in S.C. ipſe Ianuarius petendo, compelli eundem Horatium ad ſubiugandum aliud corpus, ſed quia poſtmodum inter eos habita fuerat tranſactio, ſolutis quibuſdam annatis decurſis, nulla facta mẽtione de alia ſubiugatione, iterum præfatus Ianuarius moleſtando eundem Horatium pro tali ſubiugatione corporis, replicatum extitit per ipſum Horatium, ad aliud non teneri, ſtante tranſactiona ſubſequuta, ac ſolutione tertiarũ, ob quod videbatur inducta nouatio contractus, nedum quia nouatio ope executionis fit, vt inquit And. Gayl. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 30. num 2. Berous conſ. 205. num 14. lib 3. de qua exceptione nouationis ſatis, ſuperque agit Zanger. de except. par. 3 cap. 5. per totum. Sed etiam accedente tranſactione, per quam inducitur ipſa, probat Pyrr. Maur. Aret. de fideiuſſor. par. 2. ſect. 10. cap 4. num. 8. Cancer. var. reſolut. tom. 3. cap. 7. num. 13. Mantica de tacit. & amb. conuent. lib. 17. tit. 2. num. 6. Monac. dec. Bonon. 40. num. 7. & 70. cum ſeqq. Sicque maritus poteſt paciſci ſuper dote, conſtante matrimonio, prôut vult, nec mulier conquæri poteſt, niſi ſoluto matrimonio, Cancer. var. reſolut. par. 1. cap. 9 num 121. Dicebatur etiam, quia maritus conſtante matrimonio eſt dominus dotis, vt probat Maur. Aret. dict. par. 1. ſect. 10. cap. 52. num 2. And. Gayl. lib. 2 obſeru. 133. num. 7 Borg. dec. 21. num. 5 par. 4. dec. 4. num. 51. par. 5 Ripol. var. reſolut. cap. 10. num. 485. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſſ. 1. par. 2. num. 1. Purpur. conſ. 430. n. 1. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 38. num. 14 & ſuccedit regula illa, quòd quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mand. Ex aduerſo dicebatur, nouationem hodie non fieri, niſi expreſſim dictum ſit, vt idem Pyr. Maurus eod. tract. dict. ſect. 10. cap. 4. num. 19. & cap. 5. num. 4. oſtendit Borgn. dec. 18. num. 1. & 8 par. 4. Cancer. var. reſolut. par. 2. cap. 6. num. 75. Fontanel. dict. tract. clauſ. 4. gloſſ. 7 par. 1. numer. 51. Gaker. in praxi inſtrum. 2. par. 3. partis, rubr. 3. n. 2. Regens de Ponte conſ. 87. num. 130. & ſeqq. volum. 2. Anton. de Amat. var. reſolut. tom. 2. reſol. 89. num. 9. Ioſeph Gonzal. var. q. cap. 35. nu. 2. Barz. dec. 20. num. 8. & dec. 70. num. 3. Mareſc. var. reſolut. lib. 2. cap. 56. num. 1. Theſaur. dec. 25. Marta conſ. 80. num. 17. Adeò quòd in dubio nouatio non præſumitur, idem Pyrr. Maur. dict. par. 2. ſect. 6. cap. 3. num. 45. Ant. de Amat. vbi ſuprà num. 7. Monac. dec. Luc 67. num 8. Sed probari debet vel ex verbis contrahentium, vel ex coniecturis, Mantica dict. tract. dict. lib. 17. tit. 3. num. 5. vbi num. 6 cenſuit, data probatione ex coniecturis intelligitur fieri ope exceptionis In tantùm, quòd exceptionis ope nouatio non aliter inducta eſſe intelligatur, iuxta communem opinionem relatam à Gayl. vbi ſuprà, num. 3. ſubdens num. 4. ita fuiſſe per Cameram Imperialem ſequutam, ſequitur Franch. dec. 115. nu. 1. Mareſc. vbi ſuprà, num. 1. & 2. Barz. dict. dec. 20. num. 16. Marta conſ. 100. num. 7. & conſ. 80. num 19 Regens Lanar. conſ. 7. num. 2. Milan. dec. 14. num. 12. & 16. lib. 1. Ioſeph. Gonzales variar. quæſt. cap. 35. num. 42. Et ampliùs quia agebatur de proprietate dotis, in cuius præiudiciũ

nil maritus agere potuiſſet, ad tex.in l. Attreiſtinut,ff.de pact.dotal.vbi Doctores.Semper enim quòd pactum tendit in præiudicium dotis, vt per illud conditio illius deterior efficiatur, attù ipſo iure inualidum,fundat Fontanal.dict.tract. dict.clauſ.4 gloſſ.9.par.5.num.181.& 184 facit dec.Alfi ct.154. cum alijs recollectis per Carbon.in ſua practica practicarum,lib 2.cap.6,nu. 74.licet aliter dicatur pro fructibus, de quibus ipſe maritus eſt dominus,Fontanel. dict.tract. dict.clauſ.6.gloſſ.2.par.2.num.2.Ant.de Amato var.reſol.tom.2.reſol.83.num.2. Ioſeph Ludou. dec.Lucenſ.24.num 46.& 57.Porpurat.conſ.130 num.8.etiã quidquid vult de eis facere,poteſt, Barous conſ 44.num.9.volum.1.Moliſſ.conſ.11 num.38 & 39.Et pro illis conditionem deteriorem facere,etiã in dilatione ſoluẽdi, vt deciſum refert Fontanella de pact.nupt.clauſ.5.gl.2. num.5.Anton.de Amato vbi ſuprà,num.3.Non obſtat,ſi dicatur,quòd ſit maritus dominus dotis,nam etiam mulier dicitur domina. ſed quomodo dicantur domini,declarat Fontanell.eod. tract.dict,clauſ.6,gloſſ.1.par.2.per totam, nam maritus non efficitur dominus rei dotalis, ſed vſufructuarius pro oneribus matrimonij ſuſtinendis,Ioſeph.Ludou.dec.Peruſ.80.num. 17.& 18.hinc maritus æquiparatur vſufructuario,& emptori,Ludou.Bellus conſ. 72,num.49. & 41. vbi num,43.ſubdit dicendo quòd percipiens fructus dotis potius ratione oneris,quàm dominij.Præterea nouatio non fit vbi actio eſt priuilegiata,vt eſt actio de dote, etiam ſi ſtipulatio ſubſequens plus contineat, Marq.ſe.var.reſolut. loco ſuprà citato,num.28.& 29. & nouatio ipſa nunquam fit circa dotem,Muta dec.33. nu.27. &.actio de dote ſemper manebit, non obſtante nouatione,ſeù delegatione, Fab. Arcad.dec.caſ. dotal.cap.40,Et ideò cùm fuiſſet per M.C.V. deciſum, ad relationem Donati Coppulæ, quòd dictus Horatius aliud corpus ſubiugaret, & à prædicto decreto appellatum ad S.C. præuio reſcripto verbi faciendi, demùm facta in eo relatione die 10.Iunii 1636. per eundem Iudicem fuit confirmatum decretum, eiuſdem M. C. V. penès Secretarium,in banca Palmæ.

Nouum opus conſtruendi molendinum in flumine,prætextu quòd aliàs ibi molendinum adarat, & illius veſtigia apparebant, ſecundò ſtante cautione præſtita de demoliendo,& tertiò ob periculum habitantium in terra conuicina, ſi non conſtructum penuria inſurgeret, an poſſit impediri ab altero habente molendinum in eodem flumine, nil releuantibus rationibus allegatis, & ipſis reſolutis D.Reg. Hect.Capyc. Latro conſult.116.refert,fuiſſe deciſum per S.C. affirmatiuè.

Nollitas proponi an poſſit per viam exceptionis, ſeu replicationis aduerſùs ſententiam nullam, vti latam contra mortuum, etiam extra tempus præfixum à Regia Pragmatica nouella 4. dedilat.prout in ſequenti facto occurrit diſcuti in S.C. Conſ.& ſequentia fuerunt allegata à ſubſcripto benemerito, & ſolertiſſimo Aduocato In cauſa Marchionis Tuſilli, cum Spectabili Comitiſſa Gambareſæ, videlicet. Si verum fari libet,non poſſum mihi tantillum perſuadere, exceptioni rei iudicatæ oppoſitæ per Spect. Comitiſſam Gambareſæ aduerſùs iudicium interatum per Ill.Marchionam Tuſilli aures adhibendas fore per Dominus meos,omni,hercle, virtutum genere præditos,apparente ſententia inſanabilis nullitatis labe maculata, vtpotè cõtra mortuum interpoſita ex ijs, quæ. ex apertis iurium diſpoſitionibus, Doctorum placitis, rerumque iudicatarum auctoritate in primis ſcriptis demonſtraui, At quoniam Aduerſarij non pauca adduxerunt ad eorum ſententiam ex diametro noſtræ repugnantem, coadiuuantem, operæ pretium facturi putauimus ,ſi ea, quæ ad illa refellenda voce in Aula protuli, nedùm vt Cleanti,quantum in me eſt conſulam, verùm etiam vt dulciſſimis ampliſſimi Senatus iuſſibus id à me expetantis paream, nunc ſcripto prodeo. Primum igitur Aduerſarij aſſumptum contra Marchionem conſtituunt,eò quòd nullitates per cauſæ patronum propoſitæ non fuerunt iuxta Pragm.Regni diſpoſitionem,& quatenus propoſitæ fuiſſent,vim etiam faciunt in lapſu temporis, in uixi ſtatutariæ diſpoſitioni d. Reg.Pragm.quibus cauetur,tempus dicendi de nullitate à ſententijs decennio præſcribi, licèt de iure communi triginta annorum ſpatium ſit elargitum,pròut apertè legitur in Pragm. 77.de offic.S.C.vulgò dicta delli 28.capi,cap.21.ſituata in nouiſſimo Cod.Pragm.ſub tit.de dilation. Pragm.4.quod ſanè decennium, ſiue à die primæ ſententiæ interpoſitæ de menſe Ionij 1627. ſiue à die ſecundæ ſententiæ prolatæ de anno 1630. de menſe Martij,computum iam apparet effluxum. Sed reſolutio ex eodemmet tenore Pragmaticæ ſuadetur,ibi etenim tempus triginta annorum reſtringitur ad decem annos, quãdo de nullitate dicitur per viam actionis, ſecùs verò ſi per viam exceptionis,& præter adducta in dict. 1.reſponſo edito pro Marchione ad viuum comprobat in terminis dictæ Pragmaticæ nunquam ſatis laudatus Dominus meus Conſiliar.Carleual tom.2.de iudic.tit.3.diſput.16.n. 18.fol.mihi 254 inquirens Pragmaticam prædictam nedum exorbitantem à iure communi exiſtere, verùm etiam correctoriam, ideò reſtringendam eſſe, nec comprehendere caſum, quando nullitas proponitur per viam exceptionis, quia vtique ſi Conditores Pragmaticarum voluiſſent,quòd comprehenderetur, non fuiſſent loquuti reſtrictiuè,adducens tex. in l.vnica,§.fin autem,C.de caduc.tollen. Abb.Mantic. & Peregr.dùm per prius lato calamo quæſtionem excitauerit,quando ea,quæ ſunt temporalia ad agendum,ſint perpetua ad excipiendum, ex n. 8.loco citato. Marchio autem per viam actionis de nullitate non dicit,nec ſibi conſultum fuit viam nullitatum aggredi, vt per cauſæ patronum ſint proponendæ,ſed dùm ius ſuum proponit apertum,& liquidum, & ei opponitur exceptio rei iudicatæ, replicat ipſe(quę replicatio vim exceptionis ſuſtinet,proùt mox demonſtrauimus) ſententiam,nullam vti latam contra mortuum, exceptionem parere minimè poſſe,quia quod nullum eſt, nullum producit effectum,ad tex.pro hac cauſa factum in l.4. §. condemnatum,ff.de re iudic. quem ad hoc expendit D.Carleual dict.diſp.16.fol.253.n.20.in 2.limit.vbi pariter docet,per viam actionis nullitatem proponi,quando victus proponit nullitatem ſententiæ, aut inſtrumenti,contendens

omnis

Digitized by Google

omnia reuocari debere, quo caſu num. 28. inquit non impedtri exequutionem ſententiæ, aut inſtrumenti, eam adhibens rationem, quia nullitas, quæ proponitur agendo requirit proceſſum, & viam ordinarij iudicij, & conſimilis tex. in d. §. condemnatum in l. Diuus, ff. de teſt. mil. Corn. conſ. 125. lib. 1. Nec Reg. Rouit. ex aduerſo adductus in d. pragmat. 4. de dilat. facit ad caſum, ipſe etenim loquitur de decretis interlocutorijs, etiam habentibus vim diffinitiui, à quibus vetitum eſt in cap. 18. d. pragm. de nullitate dici, niſi infrà ſex dierum ſpatium poſt notificationem, quo loci D. Rouit. inquit procedere diſpoſitionem pragm. etiam ſi eſſet notoria, & appareret ex eiſdem actis, ſubdens num. 12. obtinere locum pragmat. etiam ſi nullitas proponeretur per viam exceptionis, fundans ſuam opinionem non ex alio, niſi ex contextura verborum capit. 18. Sed res noſtra longè diuerſam habet ſpeciã, quia vertitur circa ſententiam, à qua de nullitate eſt vetitum dicere poſt decennium, ſicuti ex eius verbis non obſcuris luce clarius elicitur in c. 21. d. pragm. quæ eſt ad rem peculiaris, ſi per viam actionis nullitas proponatur, ſuper quo cap. 21. nullum facit commentarium Rouit. vndè ex diuerſis non fit illatio, vulg. leg. Papinianus exuli, ff. de minor. Præterquàm quod idemmet D. Rouit. in d. nu. 12. cap. 18. benè aduertit, ſecùs eſſe de iure communi, quod corrigitur per ſtatutum, quod non recipit extenſionem de vno capite ad aliud, quia debet interpretari, vt quantò minùs poſſit lædat ius commune, ad tex. in leg. 2. C. de noxal. & in cap. cum dilectus, de Conſuet. vbi communis Repetẽtium ſchola obſeruat. Et ſi Doct. ab ipſo adductos inſpiciamus ad eiuſmodi propoſitionem comprobandam, ſcilicèt Seſe de inhib. cap. 2. §. 5. num. 26. is eſt pro nobis, nàm formans quæſtionem de ſtatuto prohibente poſt certum tempus agi de nullitate ſententiæ, an liceat excipere, reſpondet affirmatiuè, adducens poſt alios magnæ auctoritatis virum Alex. conſ. 82. n. 13. dicentem, facultatem excipiendi eſſe perpetuam, etiam vbi alias facultas deducendi illud eſſet per viam actionis temporalis, & adducit tex. in l. purè, § fin. ff. de doli excep. & Bouadil. in politic. lib. 5. cap. 15. ab eodem Reg. Rouit. allegatus ad hanc tuendam ſententiam poſt Alex. affert Bart. in l. quæ ſub conditione, ff. de cond. inſtit. ità vt conſtet tantum abeſſe, vt doctrina D. Rouiti partim aliquo non ſuffragatus, vt potiùs pateat euidentèr eius propoſitionem deſtruere, accedente peculiari placito D. Carleual ſup. cap. 21. d. pragm. 4. quod plurimum attenditur in deciſionibus cauſarum exploſis generalibus, ex dictis per Præſ. noſtrum dec. 363. num. 3. Quin ampliùs ad id probandam in terminis terminantibus addnxi Michael Nizol. non languidæ fidei Auctorem, qui in alleg. 35. in caſu per omnia noſtro ſimili, an exceptio nullitatis poſſit opponi poſt terminum decem dierum à ſtatuto præfixum, ſuſtinet, non procedere ſtatutum in nullitate euidenti, & notoria, qualis ea eſt, de qua modo agitur, ſi veritati aditus non occultatur, ſnamq; opinionem per nouem argumenta conualidat, quorum ego nõnulla indicabo, nè membranas occupem, & Dominos meos iterum, atq; iterum illud reuidere dignentur rogo; In quarto etenim argumento ſic ratiocinatur, tempus datum à ſtatuto dicendi de nullitate fundatur ſuper lapſu illorum, per quem ſententia tranſit in iudicatum, auth. hodie, & auth. ei, qui, C. de appellat. at ſententia ipſo iure nulla nunquam tranſit in iudicatum, l. ſi expreſſim, vbi Doct. ff. de appell. ergo non eſt opus appellare, vel ſententiam nullam dicere, quia id ſtari debet, quando eſt valida, reſciſſo enim ex vna parte, præſupponit validitatem ex alia, l. decem. ff. de verb. oblig. & quod nullum eſt, reſcindi non poteſt, l. nàm ſub conditione, ff. de iniuſto rupt. teſt. ſic reſtitutio, quæ præſupponit validitatem actus, non datur, quando cõpetit nullitas, l. in cauſæ la ſeconda, ff. de minor, In ſeptimo ità ſatur ſententia, quando eſt nulla ipſo iure non requiritur aliquod Iudicis miniſterium, vel partis ad illam annullandam, ſed illa verba ipſo iure habent eandem vim, ac ſi declarata eſſet nullitas, & important eanonem latæ ſententiæ, Felin. in c. Rodul. de reſcrip. Bald. in l. ſcire oportet, ff. de excuſ. tut. n. 2. in fin. inquiens, non eſſe neceſſarium, vt petatur ea fieri, quod eſt nullum, & ſic non currit tempus, vbi non eſt præfixum, & ſic ſtatutum præfigẽs tempus dicendi de nullitate ſententię, intelligitur de ſententia valida, non de nulla, cùm non entis non ſunt partes. Quod autem ſententia lata contra mortuum ſit ipſo iure nulla, doctrina eſt Bart. in l. in ſumma 59. §. ſi quis ex edicto. ff. de re iud. in ſummario, quem in primis allegationibus cum alijs pluribus adduximus, verſ. nec dubium eſſe poterit, & modo addo Capyc. dec. 20. num. 6. & 9. & Viu. dec. 52. num. 5. vbi Vant. viuacem aſſignare rationes ait, & omninò videndum Ripa ſingul. obſeru. cap. 23. per totam. In octauo tandem argumento Nizol. eiuſmodi reſtringit, quotiès nullitas oritur ex cauſa intrinſeca, ita quod ab excipiente non occurrat probare, ſed ab Actore, vndiq; à ſtatuto cenſetur ſublata, ex Socin. conſ. 38. nu. 19. vol. 1. Marcabr. conſ. 60. num 13. Contard. in l. 7. num. 7. C. ſi de moment. poſſ. fuer. appell. vbi pluriès per Rotam recẽſet deciſũ, hæc sũt verba Nizol. quę vti ad rẽ ſingularia tranſcripſi: quia liber per manus paſſim non habetur, vtq; aliena pro meis non venditem. Hæc eſt theſis noſtra, nàm Marchio nihil habet, quod probet, aut deducat ad nullitatem ſententiæ comoſtrandam, lex etenim, quæ certa eſt, & ſemper loquitur, l. Arriani, C. de hæret. indicat, ſententiam contra mortuum latam eſſe nullam, tot Conſultorum ſuadentibus placitis, quæ iterum conſarcinare non fert animus, ne Dominos moleſtia afficiam. Quibus adſtipulatur Criſtoph. Mart. deciſ. Senenſ. 32. num. 10. inquiens, ſtatutum Senenſe reijciens nullitates contra ſententiam Rotalem, quin exequutioni demandetur, non comprehendere nullitates notoriè apparentes, & maximè ex actis, etiam ſi in ſpecie reijciat nullitates, adducens Rom. Felin. Curt. ſen. Hippol. Viſil. Borgn. Ceph. Menoch. Surd. Turtei. & Carpan. vndè Coſta vir apprimè eruditus in tract. de retrotract. caſu 7. numer. 30. par. 2. fol. mihi 543. col. 1. obſeruauit, quod ſi nullitas conſtat ex actis, licèt pars non poſſit de illa dicere, vetante ſtatuto, poterit nihilominùs Iudex ex officio ſupplere, nec à ſtatuto id prohiberi poterit, allegans Barz. dec. 353. num. 8. & 9. Et ſi etenim aduerſarij difficultatem præſentientes

in

Digitized by Google

in eorum ſcriptis affirmarint, concluſionem illam, quod nullitas notoria poſſit etiam poſt terminum à ſtatuto præfixum ex officio per Iudicem admitti, non eſſe veram, quia Doctores cõmuniter contrarium tenuerunt, allegãtes duodecim Doctores, inter quos Gabriel, commun. concluſ. tit. de ſtatut. concluſ. 3. num. 14. & 17. Carol. de Graſſ. de except. in except. 20. num. 16. & Regens Rouitus ſuper Pragm. 4. de dilat. cap. 18. Nos ex iiſdemmet Doctoribus palam faciemus nullitatem notoriam, etiam poſt terminum à Iudice præfixum, poſſe ex officio admitti, & hanc eſſe veriorem, & commuuiorem ſententiam, quicquid dixerit Gabriel dict. concluſ. 3. de ſtatut. nam in tit. de exceptionibus, concl. 4. ſuſtinuit, nullitatem reſultãtem ex eiſdẽ actis impedire executionem rei iudicatæ ex tribus conformibus, idque procedere etiam poſt tempus à ſtatuto præfixum, teſtatur num. 5. verſ. cõtrarium, quo fit, vt Gabriel vel ſit pro noſtra ſẽtẽtia numerãdus, vel vti ſibimet cõtrarius prorſus reijciẽdus, ad tradita per D. Rou. dec. 20. n. 11. De auctoritate Domini Rouiti vti in alio caſu verbum facientis non eſt curandum, proùt ſuprà admonuimus hoc reſp. verſ. nec Reg. Rouit. Carol. de Graſſ. dict. except. 20. n. 16. licèt concluſionem propoſitam, quòd nullitas notoria poſſit etiam poſt terminum in ſtatuto præfixum per Iudicem ex officio admitti, per duodecim Doctores comprobauerit, attamen negare non potuit, ſublimitandam eam fore, quando nullitas oritur ex defectu iuriſdictionis, non obſtante ſtatuto reijciente nullitates infra terminum præfixum, nam tunc nullitas, quæ ex defectu iuriſdictionis prouenit, reiecta non cenſetur, ad quod probandum adducit 40. Doctores, n. 19. & 20. dict. except. 20. quibus ſi addantur duodecim alii à Mart. dict. dec. 32. adducti, & à nobis enunciati hoc eodemmet reſponſo, verſ. quibus adſtipulatur, nùm noſtra, vel Aduerſariorum ſententia præponderet numero, facilè ſecernitur. Si igitur nullitas ſententiæ latæ contra mortuum inter cæteras rationes, ex quibus prouenit, præcipuè eſt ex defectu iuriſdictionis, teſte Vant. in tract. nullit. tit. de nullit. ex defectu iuriſd. n. 106. quem cum aliis adduxi in 1. reſponſo, verſ. nec dubium, quis mecum non aſſentiet, veriorem, & communiorem, immò ſaniorem eſſe ſententiam, nullitatem notoriam ex actis apparentem, etiam ſi à ſtatuto, liminibus temporis coanguſtatam, ex officio poſſe per Iudicem admitti? certè non. Tranſgrediamur nunc ad alterum Aduerſariorum aſſumptum deductum ex eo, quòd etiam replicatio ſit actio, illique præſcribatur, ſicuti actioni, per tex quem prædicant ſynodalem in l. quæſitum 31. §. in dolo, ff. de pecul. adeò quòd ex hoc capite nobis etiam reſiſtat Pragm. diſpoſitio, Et ſanè ſi replicationum quidditatem (vt Dialecticorum vtar vocabulo) introſpiciamus, & exceptionem, nomen, & vim ſuſtinent, non autem actionum, tex. eſt, qui non poteſt cauillari, in l. 2. §. replicationes, ff. de except. ibi replicationes nihil aliud ſunt, quàm exceptiones, ſemper enim replicatio idcirco obiicitur, vt exceptionem oppugnet, & gloſſ. in l. 1. verb. exceptione, vt rem clariùs exprimeret inquit, ponitur nomen exceptionis pro omni exceptione, duplicatione, & replicatione. Vnde Abb. in cap. dilecti, de except. definiens, ſeù magis deſcribens replicationem, inquit, replicatio ita ſe habet ad exceptionem, quo exceptio ad actionem, & in puncto tradit Aret. Inſt. de replicat. n. 7. verſ. & replicatio, quòd ipſa eſt perpetua, quia competit tunc, cùm excipitur, cùm enim replicatio ſit exceptio, & omnis exceptio ſit perpetua regulariter, l. purè § fin. ff. de dol. except. ſequitur, quòd replicatio eſt perpetua. Quod ſi gratis demus, excipientem dici actorem, pariter fateantur Aduerſarij neceſſe eſt, replicantem Actoris vices ſuſtinere, eo tamen modo, quo ſuſtinet excipiens, tex. nos edocet hanc propoſitionem in l. 1. ff. de except. ibi agere etiam videtur is, qui exceptione vtitur, nam reus in exceptione actor eſt, ibique gloſſ. in verb. agere dicit, largè intellige, & ideò actoris partes obtinet, quia debet probare exceptionem. Id ipſum eſt, quod voluit dicere communis præceptor Bart. in dict. l. 1. num. 1. poſt gloſſ. in dicto verbo agere, dùm tradit, excipientem actoris officium exercere, quia factum ponit, & probare debet, ſed non eſt propriè actor, adducens tex. in l. exceptionibus, ff. de probat. vbi dicitur, reum videri agere ex interpretatione, non ex propria ſignificatione, & quaſi præuidens Pragm. noſtrã prohibentem, de nullitate dici à ſententijs poſt decennium per viam actionis ſubdit, & hoc eſt verum, quod tene menti pro ſtatutis, quæ debẽt intelligi ſecundùm propriam ſignificationem. Vtque clariùs theſim noſtram exprimeret Bart. in dict. l. 1. num. 2. more ſuo diſtinctionem adhibens inquit, quòd ſi ſumus in materia odioſa, verbum actio ſtrictè ſumatur, ſecùs verò in materia fauorabili, allegans gloſſ. auctoritatem, ſubdens mirabiliter, quòd ſi agere accipiatur propriè, proùt Inſt. de Act. in princ. & tunc excipiens non dicitur actor, ſi verò ſumatur verbum agere, vt ſumunt Logici pro quolibet actu, & tunc excipere propriè eſt actus. Ad cuius doctrinæ comprobationem mihi nonnulla cogitanti in mentem venit, fundari prædicta ex eo, quòd in quolibet actu ſemper inſpicitur origo, & primæua natura rei, ad tex. in l. quo id, quod, ff. de donat. l. qui exceptione, ff. de cond. indeb. & ſi etenim replicans videatur quodammodo agere, non tamen verè, & propriè agit, ſed dum exceptionem repellit, ſe defendit, & ideò excipit aduarsùs exceptionem, proùt notauit Paſcian. de proꝗat. lib. 1. cap. 57. reg. 3. Nec minùs arridet Alexand. in addit. ad Bart. in dict. l. 1. ff. de except. lit. C. dùm dixit, quòd qui accuſat non agit, ſed ſe defendit, & tamen qui accuſat actor reputatur, ſed quia laceſſitus, & prouocatus accuſationem inſtituit, potiùs reus eſt, quã actor, & allegat Bart. in l. de pupillo, § fin. ff. de noui oper. nunc. & gloſſ. in cap. 1. in verb. defenſionis, de lit. conteſt. in 6. Sic modo ad tex. in dict. l. quæſitum 31. §. in dolo, quem ad ſydera vſque Aduerſarij extollunt ad probandum, quòd ſicuti præſcribitur actioni, ſic etiam replicationi, vnde præfixo termino decennij ad dicendum de nullitate à ſententiis per viam actionis, vigore Pragmaticæ toties recenſitæ, contendunt etiam, replicationi fuiſſe præſcriptum. Re tamẽ vera tex. hic reconditus theſi noſtræ minimè collineat, ibi etenim caſus eſt particularis, à quo non licet arguere ad generalia, loquitur enim

con-

Digitized by Google

conſultns in actione de dolo, quæ biennio præſcribitur, l. fin. C. de dolo, & ideò replicatio doli eodem tempore præfiniri ius voluit, nec per hoc licebit arguere ad cæteras replicationes, vnde gloſſ. de huiuſmodi propoſitione dubitans in dict. §. in dolo, in verbo ſtatutum, facit tria motiua, eique anſam præbuit verbum fortaſſis, in tex. appoſitum, deinde verò inquit tex. non procedere, quando replicatio ponitur pro exceptione, adducens l. 2. §. 1. ff. de excep. Ac gloſ. celebris in dict. l. 2. §. replicationes, oſtendit quaſi digito caſum dict. §. in dolo, eſſe peculiarem, per hæc verba ſanè aurea, Replicationes eatenus ab exceptione differre dicimus, quòd replicationes quandoque vltra biennium non extendantur, vt ſuprà de pecul. l. quæſitum, §. in dolo, exceptiones autem vltra biennium ſine temporis præfinitione extenduntur, vt infrà de excep. dol. l. purè, §. fin. hæc gloſſ. quæ non potuit clariùs quæſtionem noſtram dirimere, ſi ponderetur dictio illa quandoque. Vt nimirū ſi Doctores omnes innitentes concluſioni, quòd replicationi præſcribitur, ſicuti actioni, non alium habent auctorem, nec auctoritatem niſi tex. in dict. §. in dolo, vtque pluries conſultò omittam, ipſe Bart. ex aduerſo adductus in dict. l. 2. num. 3. & 4. allegat tex. in dict. §. in dolo, & vt nobis copias præſtet auxiliares, gloſſæ opinionem ſectatus in dicto verbo ſtatutum, inſinuat, replicationi tunc præſcribi, quando replicatio eſt in vim propriam actionis, veluti ſi propriè agitur, nec materia ſit odioſa. Nec ſine ratione particulari ſtatutum eſt in dolo, vt præſcribatur replicationi, ſicuti & actioni, nam actio de dolo eſt famoſa, l. 1. §. meritò, l. non debet, ff de dolo, ita vt Ant. Fab. lib 4. coniect. iur. cap. 2. verſ. ergo affirmare non ſit veritus, actionem de dolo ſemper eſſe famoſam, item actio doli præſupponit delictum, immò ex delicto oriri tenet Bargal. in tract de dolo, lib. 2. cap. 2. in 1. diuiſ. à num. 3. cum ſeqq. Auend. de metu, lib. 1. cap. 6. num. 50. cùm igitur lex ſemper præſumat excluſionem delicti, ad tex. in l. meritò, ff. pro ſoc. ideò particulariter fuit tempus præfinitum replicationi, ſicut & actioni de dolo, & Bart. omnia ſciens euomit vnum verbum in dict. l. 2. num. 2. in fine, ff. de excep. in fauorem rei eſſe inductum, vt non detur actio de dolo, ſi alia competat, per tex. in l. 1. §. ait Prætor, ff. de dolo. Optarem modò ab Aduerſarijs edoceri, quinam dolus imputari poterit Marchioni Tuſilli, qui in iudicio non adfuit, nec eum eo ſententiæ fuerunt prolatæ? Doctores etenim omnes fundantes præſcriptionem replicationis, ſicuti & actionis vti neceſſarium antecedens inſpexerunt dolum, ſic Io. And. in cap. 2. n. 2. de except. tex. in dict. §. in dolo, explicat, & refert Pacian. dict. lib. 1. de probat. cap. 57. reg. 3. immò Puteus ipſe dec. 293. per Partem allegatus, ſub n. 2. verificari poſſe exiſtimat, non in eo, qui iudicio non affuit, prout legitur ibi, & ſi aliter diceremus, ſtatutum Capitolinum redderetur eluſorium, cùm ſemper ille, qui haberet rem iudicatam contra peteret de nouo, & ſunt conſideranda verba, cùm ſemper ille, quæ denotant exiſtentem in iudicio, non autem prorſus abſentem, & indefenſum. Sed adhùc inſtant Aduerſarij (& eſt tertium illorum aſſumptum) ſententias fuiſſe prolatas cum ipſomet Marchione, & ſic obſtare exceptionē rei iudicatæ. Ego verò pro viribus conabor indicare eiuſmodi aſſumpti debilitatem, hoc ſanè dilemmate, Vel enim id aſſerunt Aduerſarij, eò quòd de anno 1620. Marchio ceſſerit omnia iura ſibi tangentia ſuper hæreditatibus paternis, & maternis Franciſco Lombardo Marchioni Roſeti eius fratri, quem conſtituit Procuratorem in rem ſuam, & ſignanter ius competens ſuper controuerſia mota contra Comitiſſam, mediante inſtrumento in actis producto cum alijs de anno 1624. & 1626. & tunc duplex in promptu exhibetur reſponſio tam in ordine, quàm in iuſtitia. In ordine, quia inſtrumenta non ſunt extracta à protocollis, ſed à ſchedis, ſiue ſedijs Notariorum, quæ nullam fidem faciunt in iudicio, loquendo de duobus primis inſtrumentis, de anno 20. & 24. teſte Gram dec. 106. in fine, Pat. de reaſſump. inſt. rub. 18. n. 31. fol. mihi 244. qui allegat Bal. in l. contractus, C. de fide inſt. aientem, abbreuiaturas, quæ ſchedæ appellantur in iure, non probare, & plura adducit magnus Practicus Regens Rouitus ſuper Pragm. 2. de fide inſtr. n. 5. & n. 16. vbi concordat cum Minad. dec. 6. & 11. & in puncto Conſiliarius Marcianus conſ. 16. num. Iterum in ordine, quia ſcripturæ prædictæ non fuerunt Marchioni notificatæ, ita vt poſſet ſe aduersùs illas tueri, & ſic ex ijs abſque termino iudicari non poteſt, proùt in primis allegationibus annotaui, verſ. præterquam, quòd in iuſtitia dixi, Parti non ſuffragari, quia fuerūt ceſſiones, & renunciationes conditionatæ, ita quòd non adimpletis ex parte Franciſci renunciatarij promiſſis, proùt adimpleta non fuerunt, ſicuti in facto demonſtrabimus, nulla fuit radicata actio, ſiue ius in beneficium ipſius, repugnantibus iuribus, & Doctorum placitis, quæ adduxi in primo reſponſo, verſ. ex ijs etenim, quibus modò addo Reg. de Ponte conſ. 8. n. 26. verſ. tali quidem pacto, cum pluribus ſequentibus in caſu omnino ſimili. Et quamuis ex defectu actionis minimè poterat Franciſcus ceſſionarius quid agere, nec experiri circa renunciata, & per conſequens ſuperuacanea ſit propoſitio ex aduerſo excitata, quòd dùm ſententia de anno 1627. fuit prolata, exiſtente in iudicio prædicto ceſſionario Procuratore in rem ſuam conſtituto obſtet modò Marchioni agenti. Ego ad os Parti claudendum aſſero, Procuratorem in rem propriam non eſſe verè, nec propriè procuratorem, ita quòd in iudicio noceat domino, quia tantùm exercet actiones in re ceſſa, ita Accurſ. in l. 1. verſ. aliena, in princ. ff. de procur. Alber. Galeot. in eius margarita, tit. de Procur. in rem ſuam, num. 1. & 2. Hinc factum eſt, vt Franciſcus ceſſionarius non produxerit documenta ceſſionis in eius beneficium factæ in iudicio ante prolationem ſententiæ, quia illi bene innoteſcebat, non adimpleuiſſe ex parte ſua, & ſic nullum ius competere illius ceſſionis vigore, per tex. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. cum concord. Nec meruit allegari Reg. Rouit. in rubr. de Procur. n. 25. quia verba fecit de Procuratore ad lites, nos autem loquimur de Procuratore in rem ſuam, qui valdè differt, vt mox indicabimus. Sic quoque Cancer. nouiſſimè per Partem adductus in tit. de Procur. lib. 2. var. cap.

14.

14.n.130.non facit ad rumbum, nam veriſſimã exiſtimo eius propoſitionem, quæ licèt aliàs ſi quis vt Procuratot alicuius ſecerit aliquem actum, licèt tunc de eius mandato non conſtaret, non dicitur nulliter proceſſiſſe, ſi appareat poſteà cum tali tempore fuiſſe Procuratorem, ſed loquitur de Procuratore ad lites, & concordat D.Rouit dict.n.25.de Procurat. & præſupponit validitatem mandati, quæ omnia in caſu noſtro deficiunt. Ruit pariter alterum dogma deſumptum ex eodemmet Cancer. loco citato, num.4.dum dicit, quòd Procurator habẽs mandatum ad aliquid faciendum, licèt non exprimat ſe vt Procuratorem facere, cenſetur ſi illud faciat, procuratorio nomine facere, adducẽs Bart.Pariſ.& Maſcard.Nam & ſi iuri conſonum Cancer.dictum profiteor, quo pacto tamen rei noſtræ valeat applicari? non capio Cancer. ſiquidem loquitur in Procuratore ad lites, & de mandato valido, quorum neutrum eſt applicaqile noſtræ quæſtioni, vt modo ſuperiùs deduximus, vnde ex diuerſitate facti diuerſum ius otiri vulgatum quippe eſt. Nec obicem facit, eò quòd in reclamatione interpoſita per Franciſcum à ſententia prolata de anno 1613.perierit ipſe ducatos 2000.quos non alio iure petere poterat, niſi vti ceſſionarius, nam hæc propoſitio laborat eodem morbo, quo cæteræ antecedentes, dùm mordicus negamus, nullam actionem ex ceſſione fuiſſe ortam in beneficium Franciſci, quia reſiſtebant pacta appoſita in contractu ceſſionis, qui ſanè contractus ratione conſenſus non poteſt Parti opitulari, niſi adimpleuerint omnia in eo contenta, ad tex.in l.græcè, §.illud, ff.de fideiuſſ. vbi Bart. & cæteri poſt eum, Franciſcus etiam ſi ceſſionarium ſe nominauerit in iudicio (eſto millies) poterat Marchioni in aliquo præiudicare, cùm ius Marchioni ex facto Maiorum competens non poterat ab ipſo abſque facto ſuo tolli, ad text.in l.id, quod noſtrum, ff.de reg.iur. Præſertim quia dùm Pars figit pedem in ſecunda ſententia conſumante primam nullitatis macula aſpersã, & hæc quoque ſecunda nullitatis periculum non effugit, ex dictis per Specul. in tit. de ſent. §.iuxta, verſ.ſed quid à ſententia, & Bart.in l.ſi expreſſim, num.5.ff.de appellat.quorum memor extiti in primo reſponſo, verſ.quæ ſanè nullitas. Et ne vel vmbra dubitationis remaneat apud Dominos meos de dictis ex aduerſo circa nullitatem ſententiæ latæ contra mortuum, in quibus plures caſus diſtinguens Aduerſarius (ingenioſè quidem) contendit validitatem ſententiæ de qua agimus, ſubſtinere, non grauabor adnotare, apud Doctores minimè fuiſſe recepta capita eius diſtinctionum, nec cognita, nam ſiue ſententia fuerit lata contra mortuum, ſiue pro mortuo, ſemper nulla fuit habita ex iuribus adductis in primo reſponſo, verſ.nec dubium eſſe poterit, & idemmet D.de Franch.dec.345.num. 4.adeò clarè inſinuat, vt profectò mirari non deſinam, quomodo Aduerſarij non aduerterint, & adeò ſi pro viuo, & mortuo proferatur, ne quidem pro viuo ſubſtinetur, prout deciſum per S.C.de anno 1595.ad relationem Horatij Marcheſij teſtatur Latarha conſ. 17.cui concinit D. Reg Latro dec.83.per totam, & ſic ruit caput illud diſtinctionis per Aduerſarios adductæ, quòd ſi abſoluatur mortuus, valet ſententia, & ita tenet pariter Scacc. abſque ſcrupulo de ſent. & re iud.quæſt.25.gloſſ.14.num.75.verſ. extende ſecundo, vbi plura allegat. & Barz. in eius ſcriptis pro ſe adduxit. Proſternuntur protinus & alia duo diſtinctionum capita, quibus conantur Aduerſarij ſuadere, ſententiam, per quam viuens ab impetitis per mortuum abſoluitur, eſſe validam, cùm nulla tantùm ſit in eo caſu, quo mortuus condemnatur, nedùm ex iuribus, & Doct.ſæpe citatis (quidquid dixerit Lancellot. de Attent.par.2.cap.4.in præfat.num.318.ex aduerſo adductus adducens Bellam.dec.156. & Caſſad.dec.1.de re iudic.nam in caſu ſatis diuerſo loquuntur, ſcilicet in cauſa beneficiali, in qua actore mortuo moritur cum eo ſua petitio, quia eſt perſonalis, Bellem.dict.dec.156.incipit mortuo actore, niſi tamen reus velit proſequi litem, quod non eſt præſumendum, inquit Bellem. vt ſe litibus, & expenſis defatiget, quòd ſi Pontifex alium ſubrogauerit, tenetur reus ipſum citare ſubrogatum, quia tunc lis non dicitur finita, & ſic ad rem noſtram penitus confert doctrina Lancell. quia vt ſententia poſſit proferri pro reo in cauſa beneficiali, mortuo actore prouenit, quia extincta eſt actio, & petitio, cùm ſequatur perſonam iam mortuam, non autem in caſu præſenti, in quo actio tranſit ad hæredes, & quatenus vnus nobis oppugnat Lancellot. multi alij non minoris auctoritatis Doctores pro noſtra ſententia certant, ita vt parùm ſit de eo curandum, eò magis quia ſatis indigeſtè, & perfunctoriè loquitur, vnde non eſt numerandus D.Rouit.dec.20.num.11. & conſ.21.n.2 & 3.lib.1. verùm etiam ex ipſo tenore ſententiæ, nam dùm adinuicem abſoluuntur Marchio Roſeti vita functus, & Comitiſſa, pariter & condemnantur ambo, ſecundùm inſignem Senatus noſtri determinationem apud Reg.Rouit.deciſ.60.qui n.1. obſeruaſſe aſſerit, creditorem abſolutum ab impetitione debitoris, mediante ſententia, ex vi eiuſdemmet ſententiæ adſtringère poſſe debitores ad ſoluendum quãtitates in iudicio deductas, ac ſi eadem ſententia fuiſſent debitores ipſi condemnati, & reddens rationem num.2.ſic ait, quia verba abſolutoria perneceſſe includunt condemnationem expreſſam contra debitores, nam non aliter potuiſſent abſolui à deductis, niſi ſententia habuiſſet pro vero, iura per ipſum propoſita non militare, & ſic nedum virtualiter, ſed explicitiſſimè, & effectualiter declarat, ita vt obſtet exceptio rei iudicatæ. Hæc ille. quid clarius? quid apertius? Nec repugnat intellectus ex aduerſo in Aula adductus per Partis Aduocatum ſanè eruditum, dict.dec. Reg. Rouiti procedere in caſu illo particulari, ex natura iudicij, ſecùs verò in alijs caſibus. Nam ſi vera eſt Bart.doctrina in l.non ſolùm, §.ſi liberationis verba, ff.de lib. leg. Doctoris dictum intelligi debere ſecundùm iura, quæ allegat, prout veriſſima ab omnibus reputatur, teſte Muta ad Conſuetud. Meſſanæ, cap.21.num.11.facilè legenti deciſionem Domini Rouiti obuiam fiet, illam ex generalibus fũdari, non ex caſu particulari, nam in primis adducit tex.in l.Pomponius, §.ſed & ſi is, qui, ff.de Procur.ibi, nam cùm iudicatur, rem meam eſſe, ſimul iudicatur, rem illius non eſſe, item tex.in

l.ſi

Digitized by Google

l.ſi inter me,& te,ff.de except.rei indic.ibi,nam eo ipſo, quòd meam eſſe pronunciatum eſt, ex diuerſo pronunciatum videtur, tuam non eſſe, cum alijs per tantum virum adductis, quæ oon tranſcribo,ne longior ſim, cùm apud ipſum videri poſſint,& ex his ita ſemper iudicatum reconſet,nec io contrarium vidi,aut audiui huc vſque quid adductum ex aduerſo. Et quatanus inſtant Aduerſarij,ſententiã fuiſſe prolatã cõtra Marcum Antonium mortuũ,& validè, quia libellus per ipſum erat porrectus, oon per hæredes, reſponſio ad motiuum hoc euadendum erit,vt reuideatur deciſio D.de Franch.545. in principio,& fioe,nam ibi ideò ſententia fuit declarata nulla, quia concepta contra principales defunctos,non autem contra Procuratorem in damonm hæredum,ſicuti iuris,& moris eſt, iudicium etenim,ſiue eius inſtaotia licèt initium habeat à defuncto tempore iudicij moti in humanis agente, nihilominùs ſi tempore prolationis ſententiæ diem ſuum obierit, ſententia proferri debet,vel contra hæredem, vel contra Procuratorem in damnum hæredum,ad tex.in l.pen.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcind.& in l.de qua re,§.fin.ff.de re iudic.& io l.nulla, C.de Procur. vbi materia topica, & pulchrè Ripa ſing.obſeru.cap.24. immò licèt mortuus defendatur per Procuratorem, ſi ſententia in perſonam mortui concipiatur,adhuc nulla erit,ſic in puncto Caſtill.dec.60.num.7.& 8. Nec diſſentit à prædictis Scacc.de ſent.& re iudic.dict.quæſt. 25.gloſſ.13.num.94.& num.74.in 1.concluſ.& apertiùs num.96.ex quo Aduerſarius probare conatus eſt,ſententiam contra mortuum latam valere, ex quo ſcrupuloſa, ſiue ſuperſtitioſa eſt controuerſia circa modum ferendi ſententiam, nam vt verũ fatear, licet primo aſpectu dùm allegationes Aduerſarij lectitabam, deterruerat me Scacc.auctoritas,ſtatim tamen librum meum arripui,& pacato ſteti animo,nam licèt ipſemet Scacc.dict.num.96.dixerit, ſcrupuloſam eſſe controuerſiam ferendi ſeotentiam contra mortuum,in forma concipiendi illam,recipit tamen intellectũ, ex traditis per ipſum n.94.vbi tenuit, quòd ſententia contra mortuum, licet non poſſit ferri,quia nulla,tamen ferri poteſt in perſooam Procuratoris, quia is effectus eſt dominus litis. Eſt bene verum, quòd idemmet Scacc. num.95.aduertit circa illationem propoſitam de modo,& verbis,quibus debeat concipi ſententia,an contra Procuratorem, an procuratorio nomine Domini, vel vti dominum litis, vel procuratorio nomine in damoum hæredum, allegans Bartolum,Baldum, Alexand. Guidon. Pap. Surdum. Salicetum, Iaſonem, Paulum de Caſtro,& Marant. & in hoc erat ſcrupuloſitas, quia quocunque modo ex prædictis ſeotentia proferatur,bene ſuſtinetur,dummodò non proferatur contra mortuum,& ſic Scacc. nobis victoriam aucupatur, ſi tamen liber meus non ſit mendoſus,& rogo Dominos meos, illum reuidere dignentur. Ad extremum illud dixerim,ne quid intactum derelinquere videar, quando Aduerſarij pro ſeotentiæ validitate certant ex inſtrumentis initis inter Ioſephum modo actorem,& Franciſcum,ex quibus autumabant,procedere[ ]res minos l.Procula, ff. de probat. voico tractatu ſatisfacio,nam requiſita l.prædictæ minimè interueoerunt, & quoniam res in facto cõſiſtit,in facto quoque animaduertam, & præter morem calamum protraham. Hæc ſunt, quæ ob aduerſam meam valitudinem vſque modo ſcripto prodere diſtuli, non vt controuerſiæ expeditionem moraret,oam pro ipſa pluries preces effundi,ſub correctione Dominorum meorum, quibus nedum ſcripta hæc, verùm etiam memet ipſum ſemper ſubmitto, L.D.B.V.M.Neap. die 31.Martij 1644. Franciſcus Maria Pratus.

Facta relatione in S.R.C.iunctis Dominis duarum Aularum per Dominum D. Franciſcum Merlinum Pignatellum, votantibus præfato Domino Cõmiſſario D.Gaſpare de Soto, Franciſco Antonio de Angelis, Franciſco Antonio Muſceptula, D.Flaminio Conſtantio, Andrea Prouenzale,Didaco Varela, & D. Andrea Marcheſio Præſide S.C. maxima cum diſcuſſione fuit votatum,obſtare exceptionem rei iudicatæ, & litis finitæ, & inde ioterpoſita reclamatione,facta iterum relatione per Eundem in eodẽ S.C.die 21.Iunij eiuſdem anni,prædictis votantibus fuit confirmatum decretum prædictum, penès Secretarium, in Banca de Simeone pro Turino Mag.Act.

Nullitas propoſita aduersùs ſententiam prolatam contra perſonam priuilegiatam ex eo, quia ipſa petierat primum beoeficium, & inde conceſſũ per Iudicem,non tamen intimatum petenti, an impediat ſententię exequutionem. Vertente lite in S.C.inter Ioannem Caſanoua cum Ill. Marchioniſſa Chiuſani, ſuper iure aſſiſtendi, fuit petitum ex parte ipſius Marchioniſſæ, & conceſſum per Iudicem, non tamen intimatum eius Procuratori, & cùm fuiſſet prolata ſententia contra ipſam, illinc poſt certum temporis interuallum dixit de nullitate ſententiæ ex cauſa beneficij petiti,& conceſſi, non tamen notificati, propter quod in dicto termino poterat probando releuari,& ſic fuit prolata ſeotentia contra eam,de qua læſio reſultauerat, & licèt contra eam potuiſſet opponi, iam quòd petiſſet beneficium,& fuerat conceſſum,debebat in eo ſuas probationes facere,quia erat certificata, vnde certiorari non debet,qui ſcit ſicut certus, gloſſ.in l.etiam,§.non ſolùm,verſ.ex dolo, ff. de per.hæred.& in l.tutor,ff.de pign.in gloſſ.antepen.nam certo certius eſt,l.ait Prætor,§.ſi cum, ff.quæ in fraud.credit. Nihilominus quia citatio eſt principium, & fundamentum iudicij, §. fin. Inſt. de pœna tem.litig. cum alijs adductis per And.Gayl.lib.1.pract. obſeru.in obſeru. 74. num.5.& obſeru.48.n.1.In quolibet actu iudiciario ipſa citatio requiritur,idem Gayl. dicta obſeru.48.num 2.ex Phil.Port.Marant. & alijs ibi relatis Minſing.ſing.obſeru.cent 6. obſer.6. num.1.conſtituendo regulam ad vnumquemque actum citandos, quorum intereſt, & quibus præiudicare poteſt,& iterùm cent. 7. obſer. 91.n.1. At cùm nedùm terminus aſſignatus alicui ad comparendum noo currit,niſi à die ſciẽtiæ,ex Alex.in l.5.col.1.ff.ſi quis caut.ootat Marant.in ſuis ſing.verb.terminus, fol. 137. & ſic quilibet alius termious, prout ſunt ipſa beneficia,pleniùs Muſcatell.in praxi S.C.lib.1.gloſſ.in integrum, & quando in aliquo actu alicuius ſcientia requiratur, ſufficit ei actum fuiſſe notificatum, Minſing.dict.cent.6.obſer.46.num.1.

aliter terminus ſemper ſtaret in ſuſpenſo, ſi non fuerit notificatus, & conſequenter ad vlteriora procedi non potuiſſet, & ſi fuerit proceſſum, omnia eſſent inualida, & nulla, & ibi ius partis eſſet factum ex hoc deterius non currit, Scagl. in tit. 69 nu. 9 & ſic per S.C. fuit iudicatum, quod ſuſpenſa exequutione ſententiarum audiatur dicta Marchioniſſa, vt in proceſſu hæredum qu. Io. Laurentii Cappucci cum Sacro Monte Miſericordiæ, & aliis fol. 313. in Banca Buttelli pro Croſſo.

Nullitas actorum in iudicio factorum an inducatur ex eo, quod cum per Reg pragm. ſit ordinatum, quod præſentatæ ſcripturarum fieri debeãt per Actuarios extenſiuè, nõ tamen per abbacum, quoties ipſæ præſentantur, apponendo diem, & annum cum impoſitione pœnæ dictis Actuarijs, vt in pragmat. 79. de offic. Sac. Conſil. adeo quod ſi talis forma non fuerit ſeruata, præiudicium afferre poſſit, & quamuis ex diſpoſitione tex. in l. nullum, C. de leg. appareat, quod actus contra prohibitionem legis, vel ſtatuti geſtus nullus ſit, vt ibi Doct. notant. & ſequitur Andr. Gayll. lib. 2. de pace publ. cap. 12. num. 7. cum alijs allegatis per A[illegible] in ſua collect. iur. ciuil. collect. 27. ex quo iſ[illegible]ebatur ad controuerſiam alias neceſſam in facto de præſentationibus quærelarum expeditarum contra Officiales tẽpore Sindicatus, quæ non fuerunt receptæ eodem modo, & proindè fuerunt reiectæ, vt deduxi in 3. part. noſtri Compendij, verb. ſcripturæ, at cum iterum de eodem negotio contingiſſet ventilari in M.C. per quam fuit prouiſum, vt diuiderentur quærelæ ciuiles à criminalibus, nulla habita ratione de tali nullitate in cauſa Io. Aloyſij Colombæ Capitanei Terræ Conturſij cum eadem Vniuerſitate, & quærulantibus, introducta appellatione ad S.C. dicebatur ex parte ipſius Vniuerſitatis, diſpoſitionem d. l. non dubium procedere in contractibus, vt ibi exprimitur, ibi, nullum enim pactum, nullam conuẽtionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſequutum qui contrahunt lege contrahere prohibente. Cæterum autem in iudicijs alitèr dicendum erat, dùm expreſsè non fuerit nullitatis pœna adiecta a [illegible] ſpecificè, immò etiam ſi eſſemus in contractu, ſi non fuerit expreſſim dictum, non valere, adhùc contractus ſubſtineretur, vt inquit Bart. in d. l. non dubiũ, num. 22. quod idem erit attendendum in iudicijs, etenim actus contra legem pœnalem factus non eſt nullus, ex Bald. in l. ait prætor, §. 1. ff. de dam. infect. Abb. & Felin. poſt alios in cap. venerabilia, de iud. & in cum cauſis de offic. de leg. cum alijs apud Vant. de null. rub. de null. ex def. iuriſ. num. 124. & propterà ſi attendatur diſpoſitio dictæ pragmaticæ, quæ pœnã imponebat Actuarijs non ſeruantibus talem ſolemnitatem, vt ibi legitur, non per hoc poterat præiudicare tertio eorum defectus, non enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, l. non debet, ff. de reg. iur. & in cap. non debet, eod. tit. in 6. poſtquã ex parte ipſorum quærulantium fuerat impletum, præſentando quærelas, licèt ex parte Actuarij non impletum in his ſuum exercere officium iuxtà formam dictæ pragmaticæ, eidem imputari debuerat, & non quærulantibus, nec poſſet circà hoc fraus verſari, vt Officiales euaderẽt Sindicatũ huius prætextu malitię, ſiuè iniurię Actuariorum nõ valentium talem formam implere, quod tenderet in detrimentum Reipublicæ, & contra legis diſpoſitionem mandantem Officialibus, vt ſindicatui pareant, §. 1. auth. vt omnes Iudic. &c. Immò pro maiori cautela eiuſdem Vniuerſitatis fuit aduerſus petita reſtitutio in integrum expoſtulata, & propterea facta relatione in dicto Sac. Conſil. per Thomam Caetam patritium Neapolitanum, ac Iudicem ipſius Magnæ Curiæ Vicariæ benemeritum, ac meum Dominum amiciſſimum die 21. Maij 1643. fuit confirmatum decretum ipſius M.C.V. remittendo eidem cauſa ſimpliciter, penes Secretarium, in Banca Federici Canalis Mag. Act. vndè Carolus Montagnonus Neapol. V. I. D. Aduocatus prædictæ Vniuerſitatis aſſerebat, caſum relatum per nos in dict. par. 3. in verb. ſcripturæ eſſe diuerſum à præmiſſo caſu, de quo agebatur, etenim in illo caſu licèt fuiſſent præſentatæ quærelæ, attamen in aliquibus ipſarum non adeiant præſentatæ, & ſi in aliquibus adeſſent præſentatæ, non tamen extenſæ, ſed per abbacum, & ſine nominibus præſentantium, & aliæ ſine cauſa expreſſa in illis, nõ mirum ſi fuerint legitimè reiectæ, quæ non concurrebant in caſu noſtro memorato.

Nullitas propoſita ex dilatione nimis breui conceſſa an admittatur, deciſum fuit negatiuè Dom. Reg. Sanfel. dec. 225. n. 12.

Nullitas oppoſita aduerſus citationem, prætextu quod non fuit promiſſa ſecuritas pro contumacia priùs orta ex alio leui delicto, an obſtet, deciſum fuit negatiuè, Dominus Reg. Sanfel. dec. 23. in fine.

Nullitas notoria ex eiſdem actis apparens an impediat exequutionem inſtrumenti liquidati, ſeruata forma ritus, fuit per Collaterale Conſilium deciſum, quod S.C. prouideat de iuſtitia ſuper nullitate ex eiſdem actis apparente abſq; integrali ſatisfactione, & depoſito, Reg. Sanfel. dec. 299.

Nullitas ſententiæ, ſeù decreti an oriatur ex eò, quod cùm cauſa fuerit commiſſa in certis diebus numero taxato, & iuſſum abſentibus aliquibus vota in ſcriptis præbere, ſi vnus eorum non interfuerit in votando, eò quia ſolo verbo fuerat recuſatus, de hoc agit nuncupatim D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 2. controuerſ. 58. qui in calce controuerſiarum prædictarum in relatione deciſionum, præſertim inquit deciſio ad controuerſ. 56. & 58. in fine, à quo decreto cùm fuiſſet dictum de nullitate ex parte Ducis, & propoſitæ nullitates, etiam iuſtitiam concernentes, fol. 161. & 162. à t. Tandem die 27. Auguſti 1615. eodem referente ſimilitèr iunctis aulis fuit deciſum, nullitates non obſtare; cart. 173. à ter.

Nullitatis cauſa an cenſeatur deſerta, ſi reclamatio deſerta præſupponebatur per lapſum fatalium, refertur deciſio infra in verbo reclamatio.

Nullitates proponi an debeant aduerſus ſententias latas contra reum, vbi proceditur ad modum belli, deciſum fuit per M.C. affirmatiuè, Io. Maria Nouar. dec. 41. in fin.

Nullitates plures ſi fuiſſent propoſitæ aduerſùs ſententiam, & ſuper vna tamen illarum cognitum

tum, obſtare, vel non obſtare, an cæteræ cenſeantur reiectæ, hoc contigit diſceptari in eadem cauſa Menechellæ Baſilis cum Hectore Sacolare, de qua ſuprà in verbo Euictio, & videbatur dicendum, quòd non, nam oppoſita nullitate, ſi Iudex non cognita ad vlteriora procedat, proceſſus erit nullus, Vant. in tract. de nullit. tub. quot, & quibus modis, &c. num. 16. ſimiliter ſi fortè cognitum fuerit, non tamen prouiſum, idem aſſequitur Muſcatell. in praxi S.C. lib. 2. pat. 1. gloſſ. nullitatis, ſub num. 56. vbi nu. 58. aſſerit, quamlibet nullitatem impedire executionem ſententiæ, & propterea cùm non fuerit ſuper aliis prouiſum, ſententia exequi non poteſt, neque appellatio proſequi. Secundò, quando plura eſſent capita in vna ſententia, & Iudex iudicaret ſuper vno, & victus ſe appellat ab eo capite ſimpliciter victum, tunc poteſt vti appellatione appellantis, & petere à Iudice, vt reformet dictam ſententiam, & ſuper omnibus iudicet, licèt non ſe appellauerit, poſt Bart. in l. fin. ſub n. 4. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. ex Rota dec. 365. firmat Borgn. dec. 15. num. 12. pat. 1. Præterea conſilium Sapientis ſuper vna, vel duabus quæſtionibus, nonnullis indeciſis relictis ab eo redditum, cui vt ſuper omnibus referret, commiſſum fuit, eſt ipſo iure nullum, ita Afin. in praxi iudic. §. 25. cap. 21. n. 4. poſtquàm cauſa commiſſa conſilio Sapientis, nõ debet diuidi, vnum decidendo, aliud indeciſũ relinquendo, nam omnes articuli debent decidi, Caualc. in tract. de brachio Regio, par. 6. n. 232. Ex aduerſo Nicolaus Coppula V.I.D. iuuenis perſpicacis ingenij allegauit coram Iudice Aloyſio Corcione doctrinam Afflict. in deciſ. 298. num. 4. dicentis, quòd confirmatio vnius capituli de pluribus aliorum ſapit reprobationem, ex Dyn. & Bart. in l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. num. 7. vbi infert ad quæſtionem illam, ſi fuerit data poteſtas Comiti approbandi, & reprobandi ſtatuta, tunc approbando aliqua ipſorum, cætera dicerentur reprobata, vt per Ruin. conſ. 74. num. 6. vol. 1. Gram. dec. 65. num. 16. & his addo Cottam in memorab. verbo Papa, vbi plura ad hoc cenſuit. Ego autem in hac re conſiderabam, qualiter inſtabatur procedi ad vlteriora in cauſa appellationis, & ſucceſſiuè dari terminum ad non poſita ponendum, ſed quia fuerat dictum de nullitate ſententiæ, quæ impediebat nedùm executionem ſententiæ, quæ etiam proſecutionem appellationis, poſtquam cauſa nullitatis appellationis debet cognoſci, antequam procedatur in cauſa appellationis, Scaccia de re iudic. gloſſ. 14. quæſt. 19. num. 25. & licèt fuiſſent propoſita quatuor capita nullitatum, tamen ſuper vna tantùm videtur fuiſſe prouiſum, ſi obſtabat, vel non obſtabat, omiſſis aliis capitibus, ſuper quibus facienda erat prouiſio, ſi militauerant, vel non, adeò quòd per proceſſum ad vlteriora videbantur reiectæ, ſed oppoſitum erat affirmandum ſuper his expreſsè interloquendum, & non tacitè, ex relatis per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 64. num. 15. in hoc articulo mihi ſatisfacit opinio Muſcatelli, vbi ſuprà, num. 85. dum diſtinguit, quòd aut terminus non fuerit datus ſuper nullitatibus oppoſitis, tunc ſi vnum caput fuerit proſecutum, & ſuccubuerit, poterit aliud ex alia cauſa deducere, ſed ſi fuerit conceſſus terminus ad docendum de nullitate, & in eo vnum, vel plura capita propoſuiſſet, & ſuccubuerit, vlteriùs ad alia opponenda non admitteretur, ex Caſtro, & Crau. ibi relatis, vnde infertur, quòd poſtquàm fuerit ſuper dictis nullitatibus terminus conceſſus, licèt ſuper vno expreſsè prouiſum, erit enim præſumendum, de omnibus fuiſſe agnitum, & diſcuſſum, & ita reſpondet Bal. in dict. l. legata, illi quæſtioni de Comite, qui aliqua ſtatuta approbauerat, vt alia cenſeantur reiecta, quoniam omnia fuerunt examinata, nam in dubio præſumitur, ſi ſibi oſtenſa fuerint, ex l. Tribunus, §. 1. ff. de teſt. mil. idem dicendum erit in Iudice iudicante, qui poteſt in vno iudicare, & aliud omittere, Gargiar. patroc. 44. num. 4. libr. 2. allegat Borgn. dec. 27. n. 81 par. 2. ſic ſententiæ capitulum vnum approbans non dicitur approbare alia ſeparata, Fuſar. conſ 41. num. 13. Iudex enim non præſumitur ſine cauſæ cognitione aliquid facere, Alciat. de præſumpt. præſumpt. 8. reg. 3. num. 4. Sic in relationibus cauſarum demandatis Iudici à Principe præſumitur de omnibus relationem feciſſe, cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6. Franc. de Amic. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. fol. 137. ſub n. 24. vbi ponit deciſionem caſus. Sicque auditis Partibus fuit interlocutum, procedi ad vlteriora in cauſa, & detur terminus ad non poſita ponendum, oppoſitis non obſtantibus.

Nullitates propoſitæ nullatenus recipiuntur in S.C. abſque depoſito, vigore Regiæ Pragmaticę, ſed ſi fuerit ſententia exequuta, ſecùs erit, tunc enim procederetur ad diſcuſſionem illarum, quia ceſſat impedimentum executionis ſententiæ, & ita pluries deciſum fuiſſe in pluribus cauſis reſtatur D. Regens Sanfelicius deciſ. 96. num. 2.

Nullitates propoſitæ exequuta ſententia, quæ ex reuolutione cartarum colligi poſſunt an dato termino, vel ex eiſdem actis ſint determinandæ, fuit deciſum in pluribus cauſis, nullitates obſtare. & ſic abſque termino, ſed ex eiſdem actis, Dominus Regens Sanfelicius dec. 96. à num. 5. ad finem.

Nullitates propoſitæ aduersùs decretum mandãs procedi ad deciſionem articuli, denegando terminum de nouo petitum, exiſtente reſcripto Principis mandante, de iuſtitia prouideri, auditis Partibus, dùm per iura communia, & Regni dati debuerant, neque facta monitione, ſeù noua citatione per nouum Commiſſarium intimanda Procuratori conſtituto, an militent, deciſum fuit per R. C. S. in cauſa Ciuitatis Bitonti cum Regio Fiſco, nullitates non obſtare, ita cenſuit D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſp. fiſc. 30. à n. 75. ad 116.

Nullitates ſemel propoſitæ aduersùs ſententiam criminalem, an poſſint aliæ proponi vltra illas ad infringendum, & annullandum ſententiam, & dato, quòd nullitatis remedium competat pro irritando, & irritum declarando, vt inquit Vãt. de nullit. rub. quid ſit nullitas, n. 10. vbi n. 16. ſubdit, quòd tale remedium fuit admodùm neceſſarium, & vtile, immò ſubſequendo num. 18. cenſuit, eſſe fauorabile, quia in communi eſt vtile, maximè quando concernit defenſionem, nam nulla maior eſt iniuſtitia, quàm nullitas

vt firmat n.10.& propterea toties de nullitate agitur, quoties actus nullus concipitur, etenim ius dicendi nullum, ac talis exceptio huiuſmodi oritur cum ipſo actu, qui perperam fit, prout patet ad ſenſum, quia non entium nullę ſunt partes. l. eius, qui in Prouincis, §.quòd ſi ſtipulatus, ff. ſi cert.pet. cum alijs adductis ab eodem Vant.eod.tract.rub.quot.& intra quod tempus, de nullit sg. poſſ.&c. in princ. ex quo nullitas dicitur potiùs defenſio, quàm exceptio, Graſſ.de except.in except.20.n.2. Quod quidem nullitatis remedium licèt vſq; ad triginta annos proponi poſſit, vt poſt Vant.tit.de nullit. rubr. quoties, & intra quod tempus, n.8 And. Gayl.pract. obſer.lib.1.obſer.127.n.8.Murſer. practic.obſer. tit.24.n.36.Muſcatell.in praxi S.C.lib.2. part.1. gloſſ.nullitatis, n.12.immò ſemper, & quandocunque, ex Iaſ.conſ.166.n.4.lib.2.notat Caluol. in praxi iudic.rub.except.quando deb. opp. cōcl.1.n.50.Vant.vbi ſuprà. Adhuc tamen ſi fuerint ſemel propoſitæ, erint diſcutiendæ, an militent, vel non, & hoc caſu ſemel ſi fuerint oppoſitæ, & diſcuſſæ in proceſſu, proculdubio de nouo non admittuntur, probat Carroc.in tract. de remed. contra præiudic. ſentent. except. 47. n.71. aut de nouo ſuperuenerint, & tunc abſq; dubio proponi poſſe non ambigitur, quemadmodùm ſuſpitionis cauſa, quæ de nouo ſuperuenerit, poterit quandocunque deduci, vt probat Muta dec. Sicil.15.n.6.& 12. Sed ſi non aliter ſuperuenerint de nouo, quia iam poterant deduci, & fortè ex negligentia imputari poſſit in non perquirendo, vt aduertit ibidem Muta. & tunc ſecùs erit. Quocirca in cauſa Io. Iordani imputati de homicidio, contra quem fuerat lata ſententia forindicationis, & aduersùs eam propoſitæ quædam nullitates, de quibus nulla fuerat ratio habita, cùm fuiſſet à tali ſententia reclamatum, & propoſitæ fuiſſent aliæ nullitates, quæ non aliter de nouo emerſerant, ſed recollectæ ex lectura proceſſus, licèt aliquantulum vrgentes, fuerunt tamen habitæ vti calumnioſæ ad impediendum executionem ſententiæ prędictæ. Idcirco facta relatione in Collaterali Conſilio die 10.menſis Decembris 1643.per Iudicem D.Chiaues fuit deciſum huiuſmodi, remiſſa eſt eidem M.C.V. quòd ſuper nullitatibus præſentatis iuſtitiam faciat, reiectis alijs nullitatibus nouiter præſentatis, vt ex actis in Banca Panſeræ.

Nullitates propoſitę aduerſus ſententiam forindicationis, prætextu quòd ſolus Commiſſarius cauſæ firmauerat actus incumbentes abſque alijs Delegatis à Prorege, an militant, deciſum fuit, eas non obſtare, in cauſa Hectoris Minutuli, in Banca Bruni, refert Epiſcopus Riccius collect.dec.3963.in fine, par.9. vbi idem refert fuiſſe deciſum, in cauſa Auditoris Voni, per eādem M.C.V.

Nullitates obſtare an videantur, Primò quia dum ex diſpoſitione Pragmaticæ mandatum ſit, nullatenus eſſe procedendum ad vlteriora in cauſa, porrecto libello, niſi priùs legitimata perſona ipſius cum mandato procuratorio, ſi contigerit, Procuratorem conſtitutum eſſe, non tamē matriculatum. Secundè quis ex diſpoſitione alterius Pragmaticæ diſpoſitum patet, nullatenus eſſe recipiendas ſcripturas per Actuarios abſq; præſentata, adeò quòd dùm multæ ſcripturæ reperiantur in proceſſu abſque præſentata, inualidæ reputari deberent, & conſequenter ex his reſultare videntur nullitates, quæ fuerunt propoſitæ in cauſa Ill. Magni Comeſtabilis Columnæ Ducis Tallecotij contra Ill. Principiſſam Buteræ, & pro tuitione nullitatum propoſitarum fuerunt ſequentia in iure allegata per ſtudioſiſſimum ſubſcriptum Aduocatum ipſius, videlicet. Fuit pro parte Excellentiſſimi Magni Comeſtabilis Columnæ in iudicio moto per Excellentem Principiſſam Buteræ dictum de nullitate omnium actorum factorum contra formā Regiarum Pragmaticarum, ac per perſonas nō legitimas, & contra diſpoſitionem dictarum Regiarum Pragmaticarum, vt ex petitione præſentata ſub die 1. Iunij 1643. & poſtmodùm fuerunt propoſitæ duæ nullitates ſpecificæ citra præiudicium proponendi alias nullitates, ac dicendi de nullitate decretorum interpoſitorum per Regium Collaterale Conſilium ſub die 18. eiuſdem menſis, & anni, & addita tertia nullitas ſub die 26. dicti menſis. Prima nullitas, quæ eſt eadem cum tertia fundatur ſiquidem per Reg. Pragmaticam 79.cap.5.de offic.S.C.editam die 21. Ianuarij 1632. fuit expreſsè ordinatum, quòd porrecto libello per Actorem, non procedatur ad vlteriora, nec etiam ad ſimplicem citationē, niſi legitimata priùs perſona ipſius cum legitimo mandato procurationis, ſub pœna nullitatis omnium actorum ipſo iure incurrenda, & cùm per Pragmaticam præcedentem 78. cap. 3. eod.tit. editam ſub die 10. Decembris 1629 ſtatutum fuerat, quòd non recipiatur mandatum procurationis, niſi cum fide matriculæ, non poterant conſtitui Procuratores Ioannes D. & Franc. Ant.de M. per dictam Dominam Principiſſam, nec per Actuarium cauſæ recipi mandatum procurationis abſque matricula, cùmque dict. D. non ſit matriculatus, vt ex fide Secretarij S.C. facta de ordine Spectabilis Præſidis illius Tribunalis, ac etiam de dicto M. vt ex eius confeſſione facta, præcedente ordine eiuſdem D. Præſidis, omnia anteà facta ſuper ſcripturis per ipſos D.& M. præſentatis, ſunt nulla, & inualida, quia contra diſpoſitionem dictarum Regiarum Pragmaticarum, quæ quidem fides quamuis negatiua, probat, liber enim matriculæ bene probat negatiuam ex ipſius reuolutione, vt in proprijs terminis negatiuè ſcholaris non matriculati tradit Dec.conſ 424.n.19.conſ. 467.n.12.& conſ.483.n.4.& 5.Golin.de Procurat.par.3.cap.3.n.58 & ſeqq Nec admiratione digna eſſe debet hæc nullitas, quandoquidem aduersùs conſtitutionem Procuratoris competunt reo exceptiones, ad tradita per Doctores in l.licèt, C.de Procurator. ſcilicet tam reſpectu actoris conſtituentis, putà quia ſit minor, quo caſu cum auctoritate tutoris conſtitui debet, l. non eo minùs, C.de Procur. Vant. de nullit.tit. de nullit.ex defectu inhabilit. ſeù mod. comp. n.141. vel cum iuramento, D.de Franch. deciſ. 448.in principio, Gratian.dec.Marchiæ 72.n.12. & alijs caſibus, de quibus per Gallupp in praxi S.C.par.2.cap.8.n.23. quam etiam reſpectu ipſius Procuratoris conſtituti, multi enim ſunt, qui Procuratores de iure communi eſſe non poſſunt, quorum nonnulli recenſentur per gl.

in

Digitized by Google

in §. Procurator, Inſt. de his, per quos ager. poſſ. & per Borell. in ſumma dec. l. 8. tit. de Procur. & in hoc Regno qui non eſt matriculatus, non admittitur in iudicio, vt in dict. Pragm. 79. cap. 5. ſic etiam tenet D. Reg. Rouit. in rubr. de Procuret. n. 24. ſuper Pragm. Cùm ergo per dict. Pragmaticam 79. cap. 5. requiratur, quòd mandatum procurationis ſit legitimum, debet intelligi, vt ſit productum cum matricula, de qua in dicta Pragmatica præcedenti 78. cap. 3. diſpoſitum fuerat, quod etiam conuincitur ex diſpoſitione in dict. cap. 5. ibi, *& eſſendo pupillo o minore con le debite ſolennità requiſite dalle leggi*. Tutor enim etiam iure communi inſpecto adminiſtrare nequit, niſi conficiat inuentarium, l. tutor, qui repertorium, ibi nihil itaque gerere ante inuentarium factum eum oportet, ibiq; tradunt Doctores, ff. de admin. tut. vbi etiam gloſſ. in verbo oportet addit alia, quę facere debet antequàm adminiſtret, ſcilicet vt ſatiſdationem præſtet, ex l. 1. in fine, C. de tut. & curat. qui ſatis non ded. niſi ſit teſtamentarius, vel cum inquiſitione datus, quo caſu cautionem dare non cogitur, l. nõ omnium, eod. tit. Vant. de nullit. dict. tit. de nullit. ex defect. inhabilit. ſeù mend. comp. nu. 128. item debet decreto Iudicis pupilli accipere, per tex. in l. fin. C. arb. tut. item iurare, §. fin. collat. 6. authent. vt hi oblig. ſe hab. proh. & proinde ante omnia docere debet nedùm de tutela, ſed de nullitatibus prædictis, dict. l. tutor, qui repertorium, Marant in ſpecul. par. 6. verb. excipit, n. 4. Scaccia de iudic. cap. tor. n. 54. Guid. Papa deciſ. 330. & Capyc. dec. 50. idque procedit ſiue tutor agat, ſiue conueniatur nomine pupilli, Farinac. dec. 96. n. 4. lib. 2. poſth. illiſque non exhibitis ſolemnitatibus iudicium retro factum redditur nullum, l. ſi tutor, C. in quib. cauſ. in integ. reſt. l. 3. in fine, C. de tut. & curat. qui non ſatiſd. l. muto, § muto, & §. hanc ff. de tutel. Vant. dict. n. 128. Afflict. dec. 156. in fine, Coſta de retrot. cap. 7. n. 11. Marta de ſucceſſ. legal. tom. 2. quæſt. 4. artic. 3. n. 3. Hinc exceptio non confecti inuentarij, ac aliorum ſolemnium repellit tutorem, qui adminiſtrare cœpit, Cum. conſ. 15. & alij, quos ſequens adducit Vrſil. ad Afflict. dict. dec. 256. n. 4. vnde Bart. in l. legitimos, ff. de leg. tutor. pluribus in locis teſtatur, ex defectu ſolemnium vidiſſe, multas tutelas corruere, paria namque ſunt non eſſe tutorem, vel eſſe ſine ſolemnibus, ad tradita per Afflict. dict. dec. 256. num. 3. cui ſe ſubſcribunt Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. par. 2. gl. intimato, n. 41. & par. 3. gloſſ. comparentis, ſub n. 21. circa medium, maximeque quòad inducendam nullitatem, vt optimè probat Spucbes inter conſil. diuerſ. Sicul. recollecta per D. de Lune conſ. 28. n. 12. Sic etiam dicimus de milite, qui pro alijs in iudicio procurator eſſe non poteſt, l. militem, C. de Procur. ſed tantùm pro ſe, & eius commilitonibus, l. filiusfam. §. veterani, & l. qui ſtipendia 9. C. eod. tit. etiam ſi velit Aduerſarius, & cum ipſo facta ſunt acta per ipſum, & cum ipſa facta ſunt nulla, dict. §. veterani, idemque ſeruatur in ſeruo, qui ſimiliter procuratoris officium in iudicio exercere nequit, l. ſeruus, C. de iudic. Specul. in tit. de Procurat. §. 1. verſ. item, quod eſt ſeruus, & tamen iudicium cum eo agitatum eſt nullum, etiam ſi non opponatur, vt per Ang. poſt Butrig. in dict. l. ſeruus

per illum tex. & in l. cùm Prætor, §. non autem, in princ. ff. de iudic. refert, & ſequitur Dec. conſ. 499. n. 9. partes enim non poſſunt habilitare ſeruum in iudicio, vt per Abb. in cap. ſciſcitatus, de reſcript. prout etiam dicimus in minore 25. annorum, qui Procurator ad iudicia conſtitui non poteſt, ita vt neque Iudex ipſum poſſit habilitare, etiam de conſenſu expreſſo Aduerſarij, quia fieret contra ius, l. exigendi, §. 1. C. de Procur. l. minor, ff. eo. tit. Bellam. dec. 143. & Rota Romana dec. 37. in antiquis, ideoque ſi cum ipſo procedatur, proceſſus eſt ipſo iure nullus, & poteſt de huiuſmodi exceptione quandocunqua opponi, cap. qui generaliter, § licèt, ſiue finè de Procur. in 6. Vant. loco ſupra citato, nu. 139. Immò etiam ſi in dicta Pragmatica 79. cap. 5. nõ adeſſet verbum illud legitimum, adhùc ſubintelligeretur, ſtatutum enim faciens mentionem de Procuratore, intelligitur de eo, qui ſolemniter factus, ac conſtitutus eſt, Bal. in l. ſi prędium, col. pen. C. de ædilit. act. Marſil. in l. de minore, §. plurium, n. 101. ff. de quæſt. ſequitur ipſos referens Aſin. in praxi iudic. § 28. cap. 2. nu. 5. & proinde cùm dict. D. & M. non fuit matriculati, omnia acta fuerunt ipſo iure nulla, vt expreſsè habetur in dict. Pragmatica 79. cap. 5. vbi adeſt clauſula annullatiua, quo caſu opponere de nullitate non eſt neceſſarium, ex traditis per Amat. var. reſol. lib. 2. reſol. 82. n. 5. vbi alios allegat. Acta etiam ſunt nulla tanquam facta contra legem dictæ Pragmaticæ 78. cap. 3. vt habetur in cap. 1. de teſt. cap. quæ contra ius, de reg. iur. in 6. in terminis Capataq. dec. 174. per. t. Decius dict. conſ. 499. n. 7. ex pluribus probat Amat. var. reſol 66. n. 19. etiam ſi eſſet ſententia Principis, D. Reg. Valen. conſ. 3. n. 26. lib. 1. & aliquos adducit Amat. dict. n. 19. in fine. Nec quamuis dicta Pragmatica 78. cap. 3. clauſulam annullatiuam non contineat, adhùc tamen acta annullat, ſiquidem licèt ſufficeret prohibitio facta Actuarijs, & Magiſtris Actorum, vt non recipiant procurationes abſque fide matriculæ, ad tex. in l. non dubium, C. de leg. Valaſc. conſult. 133. ſub n. 3. nihilominùs cùm matricula pro forma requiratur, etiam ſi prohibitiuè non diſponerat, quicquid factum eſt tam contra, quàm præter, vel citra formam illius, eſt ipſo iure nullum, cap. Piſauis, extra de reſtit. ſpol. cap. venerabilis, extra de offic. Del. l. cum his, §. ſi Prætor, ff. de tranſact. Soc. conſ. 45. col. 4. verſ. reſpondetur, lib. 2. Dec. conſ. 11. n. 9. cum alijs infinitis cumulatis per Aſinium in praxi iud. §. 18. cap. 3. n. 3. loquens de ſimili ſtatuto, quod viget Florentiæ, quod tranſcripſit in dict. §. 18. fol. mihi 352. latiſſimè ex ſimilibus ſtatutis clauſulam annullatiuam non habentibus, vt actus ſit nullus, fundat Tiraquel. ad ll. connub. glo. 4. per totam, fol. mihi 192. Nec dubitari poteſt, matriculam pro forma requiri in dicta Pragmatica 78. cap. 3. quia forma legis eſt ordinaria diſpoſitio certos fines habens, l. certa forma, C. de iura Fiſci, lib. 10. & l. de forma, ff. de cenſ. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gloſſ. 2. ſub n. 26. & ſemper quòd per ſtatutum aliquod de nouo inducitur, aliter quã de iure communi diſponitur, cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur dicitur eſſe pro forma, vt ex Ancher. conſ. 148. Dec. conſ. 528. in fine probat D. Regens Rouit. in Pragm.

r.n.17.de perſeq.maleſ. ex pluribus alijs adducta defendit Amat.var.reſol.lib.2.reſol.66.n.16 ſequitur alios referans Menoch.conſ.717. n.3. lib.8. hinc cùm matricula debeat præſentari tempore, quo præſentatur mandatum procurationis, vt in ſpecie ex Ang.conſ.36.n.2. Menoc. conſ.133.n.10.dict.lib.2.& conſ.134.n.34.libr.2. Immò diſpoſita à Pragmatica ſemper ſunt de forma,& actum annullant, vt in ſpacie dixit Giurba dec.26.ſub n.12. eò magis, quia dicta Pragmatica fuit edita ex præciſa neceſſitate, ibi in principio;*& la neceſſità preciſa di ponere rimedio in eſſa*, & tamen verbum præciſe ſignificat conditionem,& formam, Menoch. dict.conſil. 134.n.6.ac etiam quia mandat,ſic ſeruari ibi in fine *per oſſeruanza delle quali hauemo fatta la preſente Pragmatica*, & fruſtra mandaretur obſeruari,niſi in caſu inobſeruantiæ pœnę nullitas ſubintelligeretur. Tùm etiam quia loqoitur Pragmatica per verbum, debet, quod neceſſitatem inducit,l.Prætor,in princ. ff. de eden.l. 1.§. qui Magiſtratum,ff.quod quiſque iur.Seraf.de priuil.iuram.priuil.33.n.70.quæ forma à ſtatuto inducta in dubio præſumitur ſubſtantialis, Surd.conſ.124.n.5.Amat.vbi ſuprà,n.18.Et tandem quia ſic ſuam habuit interpretationem, vt nullus admitti debeat ad exercendum officium Procuratoris in Tribunalibus huius Regni,abſque examine,approbatione,& matricula, vt eſt notiſſimum Dominis Regentibus,& de hac obſeruantia teſtantur D.Reg.Rouit.in dict.rubr. de Procur.n.24.Gallup. in praxi S.C. par.2.cap. 8.n.26.& Golin.de Procur. par.1.cap.4. n.50.& 51.par.3.cap.3.n.60.& par.4.cap.4.in principio, hinc dixit idem D.Reg.Rouit.in Pragm.7.n.2. in fine,de offic.Iudic. quòd dùm per dictam Pragmaticam,cap.5. non poteſt tranſmitti Cōmiſſarius,qui ſit coniunctus vſque ad tertium gradum incluſiuè alicui ex Iudicibus Tribunalis,à quo tranſmittitur,ſi aliter fiat,proceſſus eſt nullus,quamuis ibi non adſit clauſula annullatiua,Similcqua ſtatutum eſt in Ragno Siciliæ, nam antequàm Procurator exerceat,debet obtinere admiſſionem,ſeù cadulas matriculæ, vt diſponitur in cap.48.Regis Ferdinandi,tit.de Procur.exam.antequàm patroc.fol.mihi 304. & in Pragm.4.tit.4 de offic.Aduoc.Procur.& Solicit. M.R.C.& in Pragm. 5.§.6.tit. 2. de offic. Iudic. M.R.C. ſic etiam ſeruatur in ſupremis Galliæ Tribunalibus, vt per Gregor ſyntagm.iur.vniuerſ.lib.49.cap.4.n.5.refert D.Reg.Rouit. dict. n.24 Et ſic vndique patet,matriculam pro forma requiri, & propterea quidquid factum erit contra,præter,vel citra formam dictæ Pragmaticę,nullius eſt roboris,forma enim ad vnguem eſt obſeruanda,etiam ſi in minimo deficiat, vt ſuprà probauimus, & nunc addo l. traditionib. C.de pact.cap.quæ contra,de reg.iur.in 6.cap.cū dilecta,de reſcript. cap. quia propter, de elect. cap.1.de reb.Eccl.non alien.lib.6. Gutier.pract. q.lib.3.quæſt.15 n.5. & ſeqq. Valaſc. conſult. 133.n.3.& cōſult.149.n.6. Ant.de Amat.var.reſol.lib.1.reſol.26.n.3.& lib.2.reſol.47.n.17. Monac.dec.Lucenſ.53.n.35.Eſcob.de ratioc.cap.11. n.19.Seſſa dec.30.n.10. latiſſimè alios adducens Aſin.in praxi iudic.§.3.cap.36.n.5. poſt Tiraq. de retract.conuent.§.4.gloſſ.6.n 31. & paria ſunt fieri contra legem,vel non ſeruata forma legis, auth.res quæ,cum ibi notatis, C.de Sacroſ. Eccleſ. & in proprijs terminis ſi non exhibeatur mandatum in tempore à ſtatuto requiſito, vt omnia acta ſint irrita, iudicatum teſtatur per Rotam Florent. Aſin.omnino videndus in dict. §.18.cap.3.ſub.n.4.qui enim tempus non obſeruat à ſtatuto introductum, formam obſeruare neque dicitur l.ſcire etiam oportet §. conſeq. ff. de excuſ.tut. Aſin.dict.cap 36.n.15. hanc etiam opinionem op imè fundat Dominus meus Marchio Torelli Reg.Capyc Latro conſult.52.n.10 lib.1.loquens de Pragmatica 1.de priuil. inſan. ex. Nec dicatur,prædicta non procedere, dùm acta facta ſunt in fauorem ipſius Dominæ Principiſſæ,exemplo eorum,quæ dicuntur de minore in l.pupilli,ff.de neg.geſt.& in l. cùm tuus, ff. de nouat.& in l.1.§.pupillus, ff de auct. præſt. vbi valent geſta ad fauorem abſque ſolemnitatibus, eò quia contractus celebratus à pupillo abſque ſolemnitatibus eſt nullus, ipſo volente, aliàs enim firmus remanet, l.Iulianus 13. §. ſi quis à pupillo,ff.de action.emp.§.1.Inſt.de auct. præſt.cùm regulare ſit, quòd nullitas fauore alicuius introducta non habet locum, niſi ipſe velit,ad tradita per Gratian.lib.1.diſcept.forenſ. cap.27.n. 39. per quæ iura ita deciſum refert Dominus meus Marchio Torelli Reg.Capy.Latro dec.19.n 9.quidquid aliud ſit in Eccleſia, vt per D.Conſil.Merlinum lib.1.controuer.forenſ. cap.21. Siquidem prædicta applicari non poſſunt caſui,de quo agitur,non enim ſolemnitas examinis, vel matriculæ eſt introducta fauore Actoris,& ſic Dominæ Principiſſæ, ſed fauore reorum,ac publici beneficij, vt in dict Pragmat. 78.in principio,ibi,*e del beneficio publico*, ideoq; non obſtant.Nec ſimiliter dicatur,dict.D.& M. vti procuratores fuiſſe habitos in iudicio prædicto per Procuratorem ipſius Magni Comeſtabilis, & proinde ampliùs recuſari non poſſe, l. pen.in fine,ff.de decur.vbi Iac.de Aren.exceptio enim,Tu non es Procurator, debebat opponi ante litis conteſtationem, & proinde fruſtra hodie de ea excipitur. Quandoquidem regula prædicta fallit,quando reus velit probare eſſe falſum Procuràtorem,ad tradita per Io.Fab.in dict.l.licèt,C.de Procur.& in l. licèt epiſtola,§. optionem,ff. de contrahend. & committ. ſtipul. & falſus dicitur Procurator, dùm exercere nequit abſq; matricula, ſic etiam licèt ante litis conteſtationem contra Procuratorem non fuerit exceptum,ad inualidandum tamen acta,& proceſſum dicta exceptio reddens iudicium retro nullum poterit indiſtinctè quandocunque opponi,vt in dict.l.licèt, vbi Bal.in principio,C. de Procur.cap.in noſtra,in fine, vbi Abb.eod.tit. cap.licèt,de appell.in 6.l.licèt ff. de iudic. Guid. Pap.conſ.2.n.2.in fine, Golin.de Procur.par 3. cap.3.n.14.etiam vſque ad mille annos,Bal.in l. 2.C.ſi ex falſ inſt quem ſequitur Alexand.conſ. 1.col.5.in fine,& conſ.27.lib.4.conſ.147.& 191 col.2.vol.6.conſ.35.col.1.lib.7.Vant.de nullitat. ex def.inhab.ſeù mand.comp.n.58.verſ.tranſeamus ad ſecundum caput,& ſub n.3.Capyc. dec. 1.n.32.vbi probat etiam,Iudicem ex officio poſſe opponere ante ſententiam de perſona Procuratoris non legitima,ex Caſt.in l. ita demùm, C.de Procur.qui mouetur ex tex.in l.quos prohibet, ff. de poſtul. & in cap. 4.extra de Procur.

eſt

Digitized by Google

eſt diſpoſitum, quod exceptio falſi procuratoris poterit opponi etiam poſt ſententiam, non enim erat in poteſtate procuratoris Domini Magni Comeſtabilis dictos D. & M. procuratores legitimos facere, & proinde illius approbatio nihil releuat ad validandum iudicium, l. ſi expreſſim. ff. de appel. ſicq; expreſſè voluit Bart. in d. l. licet, C. de procur. & in l. Pomponius. §. rati, ff. eodem tit. ſequitur Alex. latiſſime hoc probans in dict. conſ. 72. per tot. lib. 4. quare etiam quod cum dicto de M. fuit lis conteſtata, poterit quandocunq; opponi contra ipſum, & iudicium redditur nullum, vt per Muſcatell. in praxi S. C. lib. 1. p. 2. gloſ. veniens, n. 26. verſ. quod etiam, fol. 18. & gloſ. comparentis, n. 20. & 21. par. 3. fol. 37. quia mandati defectus est inſanabilis, Menoch. conſ. 409. n. 17. vol. 5. Amat. dec. Marchiæ 58. n. 1. & propterea quamuis de mandato conſtet in actis, ſed deficit matricula, acta ſunt nulla, quia habetur, ac ſi non fuiſſet productum mandatum, attentis Regijs pragmaticis ſupradictis, vt ex pluribus probat Vant. loco citato, n. 74. loquens de mandato non ſufficienti, vt aliud habeatur pro nõ præſentato quoad nullitatem geſtorum. Nec obſtat tex. in l. Barbarius, ff. de offi. præt. quia fallit, quando defectus eſſet pro forma, vt hic, quia deficit matricula, Alex. conſ. 138. col. 4. vol. 1. Gabriel qui alios refert lib. 1. tit. de probat. concluſ. 8. num. 53. ſic etiam vbi requiritur habilitas perſonæ, vt hic, & ſic examen. Gabriel. loco citato, n. 56. item vbi ſumus extra caſum iuriſdictionis, quia ſumus in procuratore, qui iuriſdictionem caret, Gabriel. vbi ſup. n. 48. & faciunt tradita per ipſum in alia limitatione, de qua n. 28. Hinc etiam quamuis Dominus ratificaret acta facta per falſum procuratorem, l. 3. § falſus, ff. rem rat. hab. hoc tamen nequaquam obſtabit ex pluribus, primò, quia non procedit, dùm agitur in Conſiſtorio Principis; hoc enim caſu facta per falſum procuratorem ratificari non poſſunt, Bald. in l. falſus procurator, verſ. ſecundò præmitto, C. de fur. & ſeruo corrup. Aufr. ad Capell. Tholoſ. dec. 271. ver. ratihabitio, Marth. in add. ad Guid. Pap. dec. 230 Panorm. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij n. 45. extrà de reſcript. & hic ob deteſtabile vitium obreptionis in eo Principis Cõſiſtorio commiſſum, cap. ex parte Decani, verſic. qui verò, eo. tit. de reſcr. vbi Innoc. Balb. dec. 205. Secundò, dùm acta ſunt nulla ex defectu examinis approbationis, & matriculæ, ratificatio Domini ceſſat, l. ſi non remunerandi. § ſi creditam, alias ſi creditam, ff. mand. Bald. in l. ſi vxorem, C. de cond. inſert. nam actus ab initio nullus ratificari nequit, Natta conſ. 262. num. 10. Cenc. dec. 84. num. 19. poſt tract. de cenſ. quia actus à principio nullus tractu temporis non firmatur, cap. non firmatur, de reg. iur. in 6. l. quod ab initio, ff. eod. tit. D. Reg. Capyc. Latro conſult. 31. nu. 21. verſ. corroboratur. lib. 1. & ratificatio ad tempus actus nulli non retrotrahitur. Burſat. deciſion. 358. numer. 70. lib. 2. Surd. deciſion. 70. numer. 16. & quod expreſsè negamus, adhuc tamen illa nõ poterit intelligi vt ex nunc, ſed vt ex tunc; arg. l. obſeruare, § vlt. ff. de offic. Proconſ. & leg. vbi Bart. ſic & Dec. in d. l. quod initio, in fine, ff. de reg. iur. Rom. ſing. 778. Duen. reg. 32. in 4. fallent. optimè Honded. conſ. 38. num. 21. ibi, non operatur ratificatio, quod actus nullus valeat, vt tunc à tempore, quo actus fuit geſtus, ſed tantùm facit illum valere ex nunc à tempore ratificationis, ſic etiam declarat Ceph. conſ. 51. num. 43. lib. 1. Surd. d. deciſ. 70. num. 17. & dec. 245. vbi nu. 4. verſ. fuit tamen concluſum ſic deciſum teſtatur, & hoc caſu ſcripturæ non dicuntur præſentatæ in termino, & competit dicto Domino Magno Comeſtabili terminus ad impugnandum illas, ſuo loco, & tempore opportuno petendus, prout competeret, ſi in termino fuiſſent præſentatæ, cum in libello enunciatæ non ſint, vt per Ann. qui ſic deciſum refert ſing. 501. ſequitur Maſull. ad Capyc. dec. 68. Gurba dec. 26. num. 9. & deciſ. 36. ſub num. 4. D. de Franch. dec. 631. D. Marchio Belmontis Reg. Tapia in pragm. poſtquam publicationem, num. 5. ſub tit. de præſent. ſcrip. Caſtill. deciſ. 57. numer. 10. Thorus in 1. part. ſui Compend. dec. in verb. terminus ad impugnandum, fol. 548. colum. 1. Tertiò, nàm vt poſſit ratificari eſt neceſſe, quod ratificans ſciret defectum procuratoris, & ſic non eſſe matriculatum, quæ ſcientia hic non probatur, nec præſumi credendum eſt, vt ex pluribus probat idem Cenc. ibidem num. 20. ratificare enim quis non videtur ea, quæ ignorauit, l. qui cum tutoribus, §. fi. ff. de tranſact. l. ſi quis ità, §. pen. ff. de teſtamen. tut. optimè Ruin. conſ. 7. num. 6. vol. 2. ſi quæ Golin. de procur. p. 3. cap. 3. num. 4. Quartò, nàm fieri debet re integra, & proindè dùm fuit dictũ de nullitate actorum ſub die 1. Iunij 1643. ceſſat ratificatio prætenſa per dictam Dominam Principiſſam ex declaratione circà vſum per ipſam factam ſub die 6. Iunij 1643 ad tradita per Alex. conſ. 110. ſub n. 3. lib. 1. Iaſ. in l. non eo minùs, n. 1. verſ. limita, C. de procur. Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. num. 33. verſ. hæc tamen, Surd. dec. 108. n. 21. Quintò in proprijs terminis dùm non fuit præſentata matricula in termino à pragmatica requiſita, acta facta per ipſos procuratores ratificari non poſſunt à Domino, ſtante clauſula annullatiua, vt benè probat Bald. in d. l. ſi vxorem per tex. in d. l. ſi non remunerandi, §. creditam, Roman. ſing. 686. Iaſ. in d. l. licèt, n. 10. verſ. nonò limitatur, C. de procurat. refert, & ſequitur Aſin. in prax. iudic. d § 18. cap. 3. num. 4. in fine, qui loquitur in ſtatuto mandante, quod mandatum exhibeatur in primo actu, & nouiſſimè Golin. de procur. p 3. cap. 3. num. 40. Secunda nullitas fundatur ſimilitèr ex dicta pragmat. 79. cap. 9. de offic. S. C. per quam diſponitur, vt non recipiantur ſcripturæ per Actuarios, & Actorum Magiſtros abſq; præſentata, quod etiam erat priùs diſpoſitum per pragm. 10. cap. 80. de offic. Iudic. & fuit additum in dicta pragm. 79. cap 8 præſentatam fieri debere in qualibet ſcriptura etiam quod ſint plures eodem tempore præſentatæ ſub pœna appoſita in d. pragm. 10. cap 80. & dùm in proceſſu ſunt ſcripturæ, in quibus non adeſt præſentata fol. 53. 58. 218. 219. 312. 314. 315. 327. 338. 340. nullitèr fuit proceſſum in cauſa cum ſcripturis ſupradictis. Pro parte Dominæ Principiſſæ ad ſaluandam hanc nullitatem duo opponuntur. Primò, quod procurator dicti Domini Magni Comeſtabilis in comparitione præſentata ſub die 24. Marij 1642. fatetur, ſcripturas exiſtentes in proceſſu fuiſſe præſentatas per dictam Dominam Principiſſam. Secundò, quia id euenit negligentia Actuarij cauſæ, vt ex eius

ſide

fide, & propterea ei nocere non debet, attamen prædicta non militare ex pluribus liquidabit, non primum, nàm dicta comparitio non fuit intimata, nec acceptata pro parte dictæ Dominæ Principiſſæ. Secundò, quia procurator Domini Magni Comeſtabilis dicit, ſcripturas prædictas fuiſſe præſentatas per procuratorem, & Actuarius teſtatur, illas fuiſſe præſentatas per procuratorem, & ſic eſt erronea confeſſio, quæ nullo modo nocet, & reuocari poteſt, vſque ad ſententiam, Anton. var. reſol. lib. 3. reſol. 21. n. 1. & dicitur erronea confeſſio, vbi apparet, rem alitèr ſe habere, vt probat n. 3. Tertiò, quia procurator licet quandoq; præiudicaret Domino omittendo, vt per Surd. dec. 181. n. 3. tamen nunquam præiudicat, committendo, ſiuè confitendo, quia hoc caſu ſpeciale requiritur mandatum, l. ſi procurator, vbi Iaſ. ff de cond. indeb. Surd. d. deciſ. 181. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 81. num. 21. lib. 1. Menoch. de arb. iud. caſu 315. n. 15. latè, D. Conſil. Georg. alleg. 49. n. 79. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 106. n. 12. eo magis quia eſt confeſſio voluntaria, quæ Domino non præiudicat, nullo enim inſtante, vel cogente facta fuit, optimè Anton. variar. reſolut. d. lib. 3. reſol. 1. numer. 47. 48. & 49. Quartò, quia fides prædicta eſt inueriſimilis, & propterea nullam probationem facit, nàm dicit Actuarius ſub die 9. Decembris 1641. fuiſſe ſibi præſentatas per Io. D. procuratorem dictæ Dominæ Principiſſæ quatuor ſcripturas, in duabus feciſſe præſentaras, & in reliquis duabus nequaquam ex eius incuria, quia hoc veritati repugnat, nàm ſub dicto die vltra dictas duas ſcripturas, in quibus non adeſt præſentata reperiuntur præſentatæ ſeptem aliæ, non autem duæ ſcripturæ, item quia fatetur, copias literarum exiſtentes fuiſſe ſibi conſignatas ſub die 19. Maij 1614. & ſub die 20. eiuſdem menſis, & anni fuiſſe ſibi dictum per Franciſcum Antoniumde M. procuratorem dictæ Dominæ Principiſſæ, vt faceret præſentatā in dictis copijs literarum, quod etiam inueriſimile eſt, dùm recordatur de die præſentationis, non autem de loco. Quintò, quia procurator Magni Comeſtabilis in dicta comparitione reſeruauit omnia alia iura aduerſus ſcripturas prædictas dicto ſuo principali, & ſic nullum præiudicium affert dicta comparitio dicto Magno Comeſtabili, & proindè inſtitit ſub die 9. Maij 1643. tolli à proceſſu ſcripturas prædictas abſq; præſentata exiſtentes in proceſſu, & ſic videtur receſſum à dicta comparitione præſentata, non alitèr intimata dictæ Dominæ Principiſſæ, nec per ipſam acceptata. Procurator enim poteſt reuocare ſuam confeſſionem erroneam, & per partem non acceptatam, vt ſuprà probauimus, quo caſu confeſſio Domino non nocet, quia re integra id fit, l. cum quidam, C. de admin. tut. l. aduerſus, §. ſi tutor, ff. de inoff. teſtam. & in l. inter officium, ff. de rei vend. & ſic deciſum per iura prædicta refert Afflict. dec. 148. numer. 4. secùs ſi res integra non eſſet, quia per partem fuiſſet acceptata, vt per Afflict. ibidem in fine. Quoad ſecundum dicimus, nequaquam illud obſtare, quia cum ex diſpoſitione Regiæ pragmat. 79. d. cap. 8. præſentia requiritur, negligentia Actuarij non prodeſt ſcripturam producenti, nàm error Notarii circa actus ſolemnitatem, formam, vel ſubſtantiam actum ipſum vitiat, etiam in præiudicium partium, vt optimè habetur ex gloſ. in l. ambiguitates, in verbo non ex mente, & ibi Doct. C. de teſtament. Hinc dicimus, quod dùm refutatio feudorum regiſtrari debet infra quindecim dies in quinternionibus Regiæ Cameræ, alias nullius ſit roboris, vt in pragmat. 19. de feud. non ſufficit, ſi inſtrumentū refutationis conſignetur Conſeruatori quinternionum pro illa regiſtranda infrà terminum prædictum dierum quindecim, niſi cum effectu ſequatur regiſtratio infra dictum tempus, ſiuè obliuione, aut incuria Conſeruator omiſerit regiſtrare, vt ex Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. n. 43. qui ſic deciſum refert in materia inſinuationis, optimè tradit D. Reg. Rouir. in dict. prag. 20. n. 5. verſ. verùm non ſufficit. Quod etiam procedit in regiſtratione aſſenſus infra tempus in dicto aſſenſu aſſignatum, non enim ſufficit conſignatio infra terminum prædictum, niſi cū effectu ſequatur regiſtratio, & hoc caſu ſimilitèr incuria, vel obliuio Conſeruatoris quinternionum non prodeſt, ità ex Bald. in l. fin. n. 5. ver. in tex. C. de temp. appell. & aliis probat D. Reg. Rouir. loco citato, qui etiam ſic iudicatum refert per S. C. in cauſa Hippolytæ Carbonæ cū Duce Ayellæ ſuper nullitate venditionis Terræ Padulæ ob regiſtrationem aſſenſus in quinternionibus Regiæ Cameræ non factam in tempore, in Banca de Felice, hoc etiam probat Sola ad Conſtitut. Sabaud. tit. de regiſtr. inſtrum. gloſ. 1. n. 1. & ratio eſt, quia ſibi imputare debet pars, ſi actus non eſt legitimè regiſtratus, dùm ex regiſtratione vult conſequi commodum, ad tradita per Bal. in l. cum antiquioribus, n. 5. verſ. in tex. ibi eo errore, ff. de teſtam. & in d. l. ambiguitatis, n. 3. vbi etiam Cyn. Ang. & Imol. in l. 1. col. 1. ff. de hæred. inſt. ideò non ſufficit conſignatio, ſed requiritur ſolemnitas neceſſaria regiſtrationis, facit ad hoc tex. in l. ſed & ſi, §. præſcriberet, ibi cum multi legerent, ff. de inſt. act. Arer. conſ. 110. n. 4. verſic. tertiò dicit, vbi quid ſi Notarius omiſerit, inutile eſt quod agit, & ſolemnitas conſueta ſi omittatur, actus eſt nullus, Bald. & alij in l. 1. ff. de lib. & poſth. & in l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. facer. poſſ. Hinc ſcriptura ſi reperiatur in Archiuio non efficitur publica, ſi non habet requiſita ad faciendam probationem, ſed remanet priuata, & non probat, Corn. conſ. 142. n. 2. lib. 3. Pariſ. conſ. 27. num. 48. & ſeqq. lib. 1. Sola ad Conſtit. Sabaud. tit. de forma, & ſolemn. obſer. q. 3. n. 2. Dec. conſ. 458. num. 5. & Put. dec. 461. n. 1. lib. 2. Sibi igitur ex prædictis imputet Domina Principiſſa, quæ non curauit fieri præſentatas in ſcripturis prædictis, quàmuis illius nomine fuerunt productæ Actuario, quem interpellare debebat, vt in eis præſentatas faceret in tempore, arg. l. 1. §. prætermittere autem, verſ. quid ergo, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. & proindè da dictis ſcripturis abſq; præſentata nulla eſt habenda ratio, cum illę fidem non faciant, ex his, quæ tradit Bart. in l. admonendi, col. 6. verſ. quæro, quod ſi in inſtrumento, ff. de iure iur. vbi quod ſi inſtrumentum non ſit confectum cum legitimis ſolemnitatibus, fidem non facit, & eſt imputandū parti, cur non egit aduerſùs Notarium, vt ipſum legitimum conficeret, arg. leg. velnti, ff. de edcn. ſequitur Tiraq. dict. §. 36. gloſ. 2. n. 46. & propterea ſolemnitatum omiſſio reddit actum nullum,

vt

Digitized by Google

ut per D. Marchionem Belmontis Reg. Tapia dec. S. C. 3. per totam, & reſpectu aliarum ſcripturarum exiſtentium in proceſſu abſque præſentata nulla cadit difficultas, quia fides facta per Anaſtaſium Actuarium cauſæ verbum nullum dicit. Nec ſimiliter obſtat oppoſitio de prætenſa ratificationa ex declaratione circa vſũ inducta, quandoquidem non nullatur, ex ſuprà adductis in prima nullitate in articulo ratificationis, immò etiam ſi in dictis ſcripturis adeſſet præſentata, adhuc omnia acta ſuper illis facta ſunt nulla, tanquam præſentatis per Procuratores non matriculatos, vt fuit fundatum in prima nullitate, & proinde ſperatur, decidendũ eſſe à doctiſſimis, & religioſiſſimis Dominis Senatoribus, nullitates prædictas propoſitas pro parte ipſius Magni Comeſtabilis obſtare. Michael Angelus Grazius. Facta relatione in Collaterali Conſilio die 6. Iunij 1643. per Dom. Spectabilem Reg. Zufiam fuit deciſum, nullitatea non obſtare, penès Frãc. Anaſtaſium à mandatis Scribam.

Nullitates oppoſitæ aduersùs ſententiam aſſiſtentiæ, prætextu quòd fuerat lata contra ſcripturã publicam, & contra petitionis formam, non aliter producta ſcriptura altera requiſita capitulorum, vbi donatio facta inter coniuges inæquales enunciabatur, non conſtito de matrimonio contracto, & aliis defectibus, an iure ſubſiſtant, fuerunt ſubſcripta allegata per ſubſcriptũ benemeritum Aduocatum, videlicèt. Prolata ſententia aſſiſtentiæ per S. C. ad inſtantiam, & in beneficium Andreæ Nucillo donatarij Sibiæ Iadiciuo, contra Marcum Crmpiaſe, & Annam de Alois iugales ſub die 24. Ianuarij 1643. in his verbis. Viſa petitione præſentata ſub die 15. Februarij 1640. præſtetur aſſiſtentia petita in forma ſuper bonis in iudicio deductis pro quantitate dotium tantùm cum intereſſe liquidando, fol. 113. fuit per me impugnata, & de nullitate dictum ex ſequentibus nullitatibus contra publicam ſcripturam præſentatam ante prolationem ſententiæ, & contra expreſſos caſus legum. Quarum prima fuit, quia Sibia Iadiciuo in die 15. Nouembris 1638. fol. 93. donauit Andreæ Nucillo interuſurium ducatorum mille in dotem eidem Sibiæ aſſertorum donatorum ab Aloyſio de Alois, prætenſum decurſum à die moræ, ac decurrendum, ac donauit etiam interuſurium antephati, & aliorum ducatorum 200. à Marco Antonio Iadiciuo patre in dotem pariter datorum, cui Andreæ donauit etiam intereſſe dicti interuſurij prætenſum lucratum ob mortem dicti Aloyſij, fol. 93. à tergo. Et ſententia aſſiſtentiæ fuit præſtita pro quantitate dotium tantùm, cum intereſſe liquidando, & ſic contra publicam ſcripturam in actis præſentatam ante ſententiam, & ſucceſſiuè nulla, & ſic etiam prolata plus debito prætenſo, contra tex. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. decretum enim Iudicis eſt indiuiduum, tex. in l. hoc iudicio, ff. famil. erciſc. l. 1. §. his verbis, ff. ne vis fiat ei. Secunda ad idem, quia dict. Andreas in ſuo libello petijt ſibi præſtari aſſiſtentiam pro ducatis 2300. ex cauſa intereſſe dotium ducatorum mille, cum ſuo intereſſe decurſo, & decurrendo, & fuit præſtita pro dotibus, cum intereſſe, & ſic petitioni non conueniens ipſa ſententia, quæ debuit eſſe petitioni conueniẽs, & conformis, & ſic contra tex. in l. vt fundus, ff. comm. diuid. cap. licet Heli, de Simon. cap. qualiter, & quando, il ſecondo, de accuſation. cap. ſæpè, de verb. ſignific. Tertia, nam aſſerta donatio facta ab Aloyſio ipſi Sibiæ dictorum ducatorum mille fuit facta in his verbis, ipſoſque ducatos mille pro dote, vt ſuprà conſtituta integrè dare, ſoluere, reſarcire, & aſſignare eidẽ Sibiæ eius futuræ vxori in caſu diſſoluti matrimonij prædicti, vt ſuprà contrahendi, iuxta vſum, & conſuetudinem in dictis capitulis mẽtionatis, & non aliter, fol. 79. à tergo, lit. C. & tamen capitula matrimonialia relata non fuerunt producta, vt ex reuolutione proceſſus, cùm ſit attendendum relatum, & non referens, ex vulgata l. aſſe toto, ff. de hæred. inſt. cum ſimilibus, relatiuum enim appoſitum in diſpoſitione reſtringit, tex. in l. ea tamen, ff. de leg. 3. & ſic contra dictam publicam ſcripturam. Eò magis attenta illa clauſola, & non aliter, quæ importat conditionem ſuſpenſiuam, & facit, vt nihil videatur actum, Clar. §. emphyteuſis, q. 13. n. 5. verſic. item quæro, Cephal. conſ. 11. & col. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 38. lib. 1. n. 21. & 29. & de arbitr. Iud. lib. 2. caſu 237. Bariz. dec. 97. n. 3. Bal. in cap. 1. §. fin. n. 5. in fine, quæ fuit prima cauſa benefic. amittendi communiter Canoniſtæ, vt ait Rip. in lib. 3. reſponſ. cap. 1. n. 83. & etiam conſtitutum appoſitum eſt conditionale, Burſa, conſ. 26. & conſ. 45. n. 3. lib. 1. Rol. conſ. 63. n. 26. cum ſeqq. lib. 4. Quarta, quia cùm donatio aſſerta ducatorum mille ab Aloyſio Sibiæ ſit ex cauſa matrimonij contrahendi, & de matrimonio contracto non conſtiterat in actis ante prolationem ſententiæ prolatæ ſub dicto die 24. Ianuarij, ſed poſt dictam prolationem ſententiæ, ex quo matrimonij fides ſit producta ſub die 23. præſentis menſis Martij, fol. 114. & cùm priùs ſint producendæ probationes, vt poſteà feratur ſententia, & non priùs profertur ſententia, & poſteà probationes, alioquin nullæ, contra ſolitum iudiciorum ordinem, tex. in l. prolata, C. de ſenten. & interloq. omn. iud. hęc productio nouiter facta nõ operatur, vt ſententia ante illius profecutionem ſuſtineri poſſit, tex. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid. Quinta nullitas, quia dictus Aloyſius perſona nobilis dotante ipſam Sibiam perſonam vilem antequàm cum ea contraheret, & ſe retulit in dotatione ad tempus matrimonij inter eos, ibi ex cauſa contemplatione matrimonij prædicti, vt ſuprà contrahendi, hæc conſtitutio dotis non valet, contra tex. expreſſum in l. quod ſponſæ, C. de donat. ante nup. cuius tex. verba, quòd ſponſæ ea lege donatur, vt tũc dominium eius adipiſcatur, cùm nuptiæ fuerint ſecutæ, ſine effectu eſt, & dotare eſt donare, tex. expreſſus in l. fin. § ſi à ſocero, ff. de his, quæ in fraud. credit. ibi, quia intelligitur quaſi ex donatione, & quamuis Pars aduerſa defatigata fuerit per ſpatium multi temporis cum conſultationibus nonnullorum Aduocatorum primariorum dicti S. C. ad reſpondendum aduersùs ipſas nullitates, quia memoria dignæ non ſunt, nec referre, aliquid vtilitatis lectoribus afferre, conſultò tranſcribere nolui, ſufficit ſcire, quòd cauſa plenè diſcuſſa, me patrocinante, ſub die 16. Ianuarij 1644. in aula Regni Conſiliarij D.

Digitized by Google

Thomæ de Catleual, fuit decretum in fauorem meorum Clientulorum, & dictum, nullitates obſtare, & propterea iterum procedatur ad prolationem ſententiæ, pro qua moueantur Partes, iuxta tradita per Vinc. de Franch. dec. 145. in fine, fundata in tex. in l. 1. & ibi Bar. 1. notab. C. de ſenten. & interloq. omn. iudic. ibi potes igitur, vt in re integra de cauſa cognoſcere, & ibi gloſſa verſ. potes, & dixi etiam alleg. 28. centur. 1. n. 11. mearum allegationum, in Banca Iacobi Figliolæ. Thomas Iuuenis.

Nullitates oppoſitæ aduersùs decretum liberationis inquiſiti de homicidio, prætextu peremptionis inſtantiæ, contra quod dum fuiſſet poſt obtentum per Principem, vt de iuſtitia prouideret poſt ſex annos, ſtante appellatione, & replica de nullitate allegata in calce decreti. Primò, quia cauſa debebat expediri infra biennium, & non aliter fuit expedita contra iuris diſpoſitionem decretum erat nullum, quia minor expoſtulauerat reſtitutionem in integrum ad proponendum nullitates occurſas contra tale decretum latum per Curiam Regni, an debeant admitti, vt proſequi poſſit in cauſa, nil refragante Pragmatica coarctante terminum dicendi de nullitate intra decennium, fuerunt ſequentia allegata per ſubſcriptum benemeritum Aduocatum, videlicet. Cùm eſſent inquiſiti Franciſcus, & Elias Græci Terræ Francauillæ de homicidio commiſſo in perſonam Paraninfi Scazzari, & cùm fuiſſent carcerati, ac eſſet compilatus proceſſus, inſtiterunt tandem in dicta Curia, ſtante quòd inſtantia erat perempta, licentiari, & cùm ſic per Curiam ſecūdarū cauſarum fuiſſet ordinatum, inſtantias eſſe peremptas, & proinde inquiſitos eſſe licentiandos, ſub die 15. Septembris 1631. Quod decretum eodem die 15. Septembris 1631. fuit notificatum Parti querulanti, & Curiæ Coadiutori, aduersùs quod decretum fuit replicatum, appellando, & æquè principaliter de nullitate dicendo in forma, & ſtante appellatione non procedi ad actum aliquem. Siluit cum ſupradicta replicatione præſens cauſa per annos ſex, poſt quorum lapſum per quærulantem matrem fuit porrectum memoriale Suæ Excellentiæ, aſſerendo, fuiſſe graua delictum patratum in perſonam filij Paraninfi, ac proinde per nullitates propoſitas debere Curiam prædictæ Terræ Francauillæ procedere, & cùm fuiſſet ordinatum, quòd dicta Curia iuſtitiam faciat, ſub die 16. eiuſdem menſis Septembris 1637. & in dicta Curia propoſitis aliquibus nullitatibus poſt obtentum reſcriptum Suæ Excellentiæ, Curia prædicta proceſſit ad citationem contra principales excarceratos à die decreti de anno 1631. & exequuta contra eos pœna. Deuoluta tandem cauſa in M.C. etiam cum decretis S.C. fuit ordinatum, quòd M.C. ſpecificè prouideat ſuper nullitatibus propoſitis aduersùs decretum Curiæ Terræ Francauillæ, declarans, inſtantiam eſſe peremptam, Et per M.C. ſub die 28. Ianuarii 1639. fuit decretum, nullitates obſtare, & proinde procedatur ad vlteriora in M.C. ad relationem Regij tunc Conſiliarii Sanfelicii, quod decretum fuit confirmatum ad relationem eiuſdem Domini in S.C. Tandem à dicto decreto S.C. fuit dictum de nullitate, & licèt fuerint duæ nullitates propoſitæ, quarum prima, quia S.C. iudicauit contra tex. in l. properandum, C. de iudicijs, vbi cauſæ criminales intra biennium debent terminari. Secunda, quia minori non datur reſtitutio in integrum in pœnalibus, prout ipſi inſtantiæ propoſitæ per quærulantem inhærebat etiam minori cum curatore dato, & ſic prætendebat per viam reſtitutionis in integrū admitti ad proponendum nullitates. Fundabatur prima nullitas cum ſuppoſito vero, quod inſtantia in Curijs exteris, & Baronalibus perit per biēnium, quod ſecùs eſt in Tribunali M.C. & Tribunalibus huius Ciuitatis Magni Admiratus, & ſimilium ex ſpeciali priuilegio conceſſo à Fiſco de anno 1604. ergo regula eſt in contrarium, quòd in Curijs Baronalibus perit inſtantia. Dicebatur inſuper, hanc eſſe cauſæ originem in Curia Terræ Francauillæ, tam ratione delicti, quàm ratione perſonarum, hoc ſtante dicebam circumſcripto, ſi bene, vel malè iudicauit Curia ſecundarū cauſarum inſtantiam eſſe peremptam, ego tamen dicebam, quòd decretum prædictum erat latum die 15. Septembris 1631. & eodem die notificatum, & per replicationem Partis quærulantis aperiebantur duæ actiones, vna appellationis, & altera nullitatis, remedium appellationis præcluditur per Conſt. Regni Appellationis tempora. Remedium nullitatis, dicebat Pars aduerſa, per Regiam Pragmaticam 28. capitum, de offic. S.C. eſſe reſtrictū ad annos decem, ſed hoc remedium hodie fuit propoſitum poſt annos ſex, ergo habebat alios annos quatuor. Dicebam, hoc remedium nullitatis, quod noſcitur ſub regula tex. l. properandum, cuius inſtantia eſt durare per biennium in criminalibus, non poſſe excedere biennium hoc remedium nullitatis, ita in puncto Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit, num. 26. ff. de pactis, vbi quærit per hæc formalia verba, an deſerta cauſa appellationis ſit deſerta cauſa nullitatis, & dicit, quòd non ſit deſerta, quia inſtantia nullitatis durat triennio, ſicut reliquæ inſtantiæ, & lapſo triennio perit inſtantia in ciuilibus, ſed non perit ius, & per totum proceſſum poteſt inchoari, quod ſecùs eſt in criminalibus, per l. properandum, non enim inuenitur, quòd cauſa nullitatis habeat determinata fatalia per aliam legem, niſi per l. properandum ergo ſtandum eſt regulæ l. properandum, ſequitur Vant. de nullit. in tit. quoties, & intra quod tempus de nullitate agi poſſit, nu. 8. verſ. quidquid tamen ſit in antiquis, vbi etiam dicit, quòd hæc Baldi doctrina procedit, ſiue nullitas propoſita ſit incidenter, ſiue principaliter, ſed in caſu noſtro erant lapſi anni quatuor poſt lapſum duorum à die inſtantiæ, ergo. Nec obſtat Regia Pragmatica, quia facilis eſt reſponſio, nam ibi actiones, quæ durabant per ſpatium triginta annorum fuerunt reſtrictæ ad annos decem, non autem illæ, quæ habebant leuiorem metam voluit Regia Pragmatica dilatare, ſed illæ remanſerunt in ſuo robore, vt per priùs. Nun obſtabat ſecunda nullitas, quia circumſcripto articulo, ſi minor in delicto reſtituitur, per l. auxilium, tamen dicebatur ſic minorem velle iuuari ad finem proſequendi vt actor, & ſic ille tex. nō procedebat. Sed fuit dictū, quòd ex eadē Baldi doctrina, quòd in criminalibus per bien-

nium

Digitized by Google

nium perit inſtantia, & habetur, ac ſi nunquam fuiſſet delictum, neq; informatio, & ſic nil reperitur in eſſe, ac propterea die 24. Octobris 1641. ad relationem Reg. Conſil. D. Franciſci Merlini cum interuentu Varelæ, Theodori, Muſceptulæ, & Gamboæ fuit dictum, nullitates obſtare ſub patrocinio Andreę de Puteo I.V.D. vt ex actis in Banca Panſæ.

Nullitates propoſitæ aduerſus electionem factam per Vniuerſitatem ſuorum Officialium, ſuper quibus fuit prouiſum, vt audirentur partes, & interim quod publicaretur electio, poſtmodum iuſſum, ipſos exerceri debere eorum munus, an huius prætextu impediri poſſit continuatio muneris, & ità ipſas obſtare, & admitti, euenit, quod facta electione noui regiminis Ciuitatis Ariani per Gubernatorem eiuſdem per trienniũ, Ciuitas prædicta dixit de nullitate ipſius electionis, ipſiſq; propoſitis in S.C. fuit per eundem S.C. decretum, quod audiātur partes infra quatuor dies, & interim publicetur electio Gubernij & Electi exerceant à primo die Septembr. primi venturi citrà præiudicium iurium partium, Ciuitas dixit de nullitate pręſentis decreti reſpectu dicti capitis, quod interim Electi exerceant. Primò, quia eſt contra text. in leg qui ſtatus, ff. de re militari, vbi deciditur, quod mota quæſtione ſtatus ſeruitutis, licèt in veritate ſit liber, interim non poteſt effici miles, maximè lite ordinata, ait text. prædictus, ergò moto iudicio nullitatis electionis non poſſunt interim Electi exercere, quẽ text. in propria materia electionis allegant Speculat. in tit. de actoribus, §. nunc dicendum reſtat, verſ. pone talis fuit electus, lib. 4. par. 3. fol. mihi 163. Secundò, quia eſt contra totum tit. ff. nihil nouari appellatione interpoſita, vbi deciditur, quod appellatione interpoſita medio tempore nihil nouari oportet, tantò magis quia nullitates fuerunt propoſitæ aduerſus prædictam electionem antè exequutionem factam, & per viam exceptionis, quæ omninò impediunt executionem, ità Soc. ſen. conſ. 78. colum. 1. vol. 3. ſequitur Ant. Gabr. lib 2. tit. de excep. concluſ. 4. & fuit dictum originale Pauli de Caſtro in auth. quæ ſupplicatio, poſt n. 3. verſ. ſed quæritur, quid in cauſa nullitatis, C. de precib. Imper. offerend. & in l. ſi feriatis, verſ. prædicta procedunt, ff. de ferijs, reaſſumit Dominus meus, & Circumſpectus Reg. Rouit. in pragm. 5. de officio S.C. n. 22. & abſtinere Electi ab adminiſtratione, tenet idẽ Dominus, & Circumſpectus Reg. Rouit. prag. 2. de adminiſtr. vniuerſ. numer. 43. ſic fuiſſe deciſum refert Præſ. de Franchis deciſion. 419. art. 1. qui ait, ſic de iure ſeruari, allegat Guidon. Suzz. in propria materia relatum per Alexand. ad Bart. in leg. 1. ff. de glande legenda. Tertiò, quia fuit determinatum contra antiquum, & laudabilem ſtylum ipſius S.C. per quod oppoſitis nullitatibus huiuſmodi electionis nunquam fuit data poſſeſſio, ſeù quaſi exercendi nouis Electis, ſed iniunctum, quod illi de præſenti regimine, qui reperiuntur in poſſeſſione continuarent, & in præcedentibus electionibus regiminis eiuſdem Ciuitatis ſic ſimilitèr fuit per S.C. obſeruatum, vt ex proceſſu, qui producitur, vbi allegata nullitate regiminis per particulares eiuſdem Ciuitatis fuit datus terminus ſuper diſcuſſione nullitatum, & interim nihil fuit innouatum, ſed veteres Electi continuarũt eorum poſſeſſionem per biennium, & quouſq; Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominus Prorex iuſſit, non expectata cauſę nullitatum deciſione aliam electionem fieri de nouo. Et conſtat etiam de iure idem eſſe iudicare contra expreſſum caſum legis, quam contra inueteratum ſtylum Iudicis, ſiuè Tribunalis, vt ex l. fin. C. de priuil. ſcholar. lib. 12. l. fin. C. de iniur firmat Guid. Pap. dec. 242. apud Moderniſſimos S.C. praxim tractantes par. 2 cap. 7. requiſito 4. & determinationes S.C. faciunt ius in Regno, quod ab omnibus eſt ſeruandum, Affl. dec. 95. n. 11, Grauat. ad practicam Veſtri, cap. 1. lib. 2. n. 17. Ex quibus cum exactiſſimè conſtat de iuribus Ciuitatis reſtat prouidendum, nullitates obſtare, & depoſitum reſtitui depoſitanti, prout ſperatur. Cætera ſuppleant Domini Iudicantes, Petrus de Philippo. Relata cauſa in Sacro Conſilio per Regium Conſiliarium Ioannem Baptiſtam Aprcellam die 1. Septembris 1631. fuit deciſum, nullitates non obſtare, & depoſitum ducatorum 24. liberetur in beneficium Regij Fiſci pro Secret. in Banca Carboni.

Nummularij falliti in cauſis ciuilibus teſtificari poſſunt, & ſic deciſum per Magnam Curiam refert Nouar. in prag. 1. ſub. de nummul. collect. 5. num. 3.

O

OBLATIO animosè facta ſuper venditione alicuius Terræ, quæ continet oneroſas conditiones Fiſco, non alitèr facta à Domino dictæ Terræ, ſed ab extraneo licitatore, non ſincero, ſed malo animo ad æmulationem, an erit admittenda, hoc contingit diſceptari in R.C. in cauſa venditionis iuriſdictionis ſecundarum cauſarum ciuilium, criminalium, & mixtarum Terræ Agroptatiæ poſſeſſæ per illius Marchionem ad rationem ducatorum ſex pro fumante, & publicatis bannis quidam extraneus obtulit ſuam oblationem ſic malè conceptam, & inimicitijs exiſtẽtibus inter eos, ac odio præſũpto ex litibus, fuit per R.C.S. die 5. Martij 1655. deciſũ, quod renouẽtur banna ad offerẽdũ ad finem prouidendi ſuper dicta oblatione, ex cauſis iàm dictis, in decreto etiam expreſſis, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. controuerſ. iur. tom. 1. in dec. ad controuerſ. 53. art. 3. n. 60. vbi in ſeq. num. retulit per dictum Marchionem fuiſſe factam oblationem ducatorum octo pro quolibet fumante, & fuit admiſſus abſque alia licitatione, & poſſeſſionem cœpit.

Oblatio noua an admitti debeat in locatione gabellæ legitimis ſubhaſtationibus præcedentibus poſt traditam poſſeſſionem, deciſum fuit per Reg. Cam. Sum. affirmatiuè in cauſa Vincẽtii Auriæ, & Petri Io. Maiorini cum Vniuerſitate S. Seuerini, penès Ligorium, vt refert D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 5, ſub num. 23. vbi

in fine ita refert deciſum fuiſſe, facta relatione per R.C.in Collaterali Conſilio, & confirmatum decretum eiuſdem Reg.Cam. Sum. primo loco latum.

Oblatio facta per aliquem Ciuem alicuius Terræ ſuper affictu herbagiorum, licèt præſumeretur facta de voluntate Syndici illius, ob quod videbatur ſubſiſtere non potuiſſe, ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, an inualidetur per ſubſequentem oblationem factam ab alio Ciue ignorante primam oblationem, quæ facta conſpiciebatur, non vt fraus contraheretur, ſed potiùs vt alius oblator plus offerret, quod in vtilitatē Vniuerſitatis tenderet, deciſum fuit, primam oblationem validam eſſe, nec infirmari per ſecundam, ex relatis cauſis, & fuit confirmatum per M.C.V. ita cenſuit Alex. Trentacinqu. conſ. 28. lib. 1.

Obligatio ſuarum dotium facta per mulierem ementem feudum iuxta eius oblationem, vt ſtaret loco fideiuſſionis, an iure ſubſiſtat in præiudicium filij creditoris dictæ dotis, dùm creditor mulieris pro conſecutione ſui crediti concurrebat ſuper liberatione depoſiti peruenti ex affictu dicti feudi, relata fuit deciſio ſuprà in verbo Mulier.

Obligatio facta per filiumfamilias ſeorſum à patre habitando, an valida reputetur, fuit per S.C. deciſum affirmatiuè in cauſa Martiæ, & Syluiæ Caraſæ cum Marchione Laurelli in anno 1622. penès Scacciauentum, vt refert D.Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 16. n. 9.

Officia à Principe cōceſſa vti oſſibus illius annexa, perſonaliſſima quoad conceſſionarios eſſe videntur, & in eis nil aliud tranſlatū videtur, niſi illorum exercitium adminiſtrandi, eo quod eorum obitu finiri, & ſi pro hærede conceſſa fuerint primum hæredem non egredi, longè, latèq. proſequitur Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in ſuo reſponſo fiſcali 12. quod & ſi impugnari videatur à Moderno I.C. Siculo, ad hæc tamen mirificè comprobatur nouis rationibus probatiſſimis per Leonardum Maximum de Philippis I.C probatiſſimum in ſua Apologia poſt dictum reſponſum impreſſa, eapropter præfatus D.Reg. in calce dictorum reſponſorum prætermiſſas deciſiones cumulando aſſeruit, caſum eiuſdem reſponſi fuiſſe deciſum die 22. menſis Iunij 1630. facta relatione in Collaterali Conſilio per D. Matthiam Caſanate tunc Præſidentem Reg. Cam. Sum. nunc meritiſſimum Regentem Reg. Cancell. & prouiſum, atque decretum, quòd infra quatuor dies audiantur omnes intereſſe prætendentes tam ſuper poſſeſſorio etiam ordinario, quàm ſuper petitorio, & interim officia, de quibus in proceſſu ſequeſtrentur penès tertium, verùm fructus interim liberentur creditoribus, in banca Stinchæ, nunc de Criſcentio.

Officialis ſiue fuerit domanialis, ſiue Baronalis debet eſſe iuris peritus de iure, vt per Camp. in Cap. Regni Grauamina, num. 103. quemadmodùm Regij Officiales, vt iure cautum eſt, Borrel. de Magiſt. edict. lib. 1. cap. 8. quanquam in Regno etiam ſi non ſint Doctores, admittuntur ad officia Baronalia, inquit ibi Borrell. n. 23. Et propterea Baro non eſt obligatus conſtituere Officialem in terra iuris peritum, cùm de iure etiam illiterati poſſint eſſe Iudices, l. certi iuris, C. de Iud. l. expertes, C. de Decur. lt. 10. Capibl. de Baron. tom. 2. cap. 17. in princ. vbi ſubdit ſic dicendo, verum aſſeſſorem peritum conſtituere debet, & ſi ipſe non prouidebit, Officialis ille, vbi conſiliū requiritur, & adeſt partiū altercatio tam in ciuilibus, quàm in criminalibus à perſona iuris perita votum habere tenetur, aliàs omnia geſta eſſent nulla, etiam ſi Partes non peticrint, & non adfuiſſet oppoſitio, vt ex Fōtan. & Cancer. ibi relatis, quare in cauſa Vniuerſitatis Sarni cum Comite eius domino die 1. Iulij 1567. ad relationem Reg. Conſil. de Curte fuit determinatum, quòd deſtinetur in dicta Terra Capitaneus Iuriſperitus, vel detur ei Cōſultor de locis conuicinis, qui tempore reddendæ iuſtitiæ aſſiſtat in dicta Terra, & iterum in cauſa Vniuerſitatis Auiliani cum Antonio Caracciolo eius domino, die 12. Octobris 1551. ad relationem Regij tunc Conſil. Scipionis de Aretio, poſtmodùm Eminentiſſimi Cardinalis, & Archiepiſcopi Neap. fuit deciſum, quòd Capitaneus, qñ fuerit idiota decidat cauſas cum conſilio Iuriſperiti Partibus non ſuſpecti, qui Iuriſperitus tempore conſilij præſtandi ſtet in dicta Terra Auiliani, & ibi Partibus auditis conſilium præſtet, penès Iacobum Figliolam Mag. Actorum, aliàs vaſalli grauarentur, ſi Barones permitterent, Capitaneos nōn doctoratos adminiſtrare abſque Aſſeſſorum conſilio, latiùs Nouar. de grauam. vaſal. tom. 1. grauam. 190. & ampliùs in grauam. 191. probat, fortiùs grauari vaſallos, quando Barones conſtituerint Officiales Doctores in Terris, qui non fuerunt examinati, & approbati vigore nouellæ Pragmaticæ, & fortiùs ſi permitterēt adminiſtrari officia à Capitaneis legere, vel ſcribere neſcientibus, Idem in grauamine 189. & infrà in verbo Præſentia.

Officialis ad idem officium per quinquennium ad aliud per triennium admitti non debet, quod eſt de iure probatum in l. 1. C. de muner. non continuand. lib. 10. proſequitur Præſ. de Franch. dec. 264. poſt eum Capibl. in Pragm. 1. num. 136. de Baron. idem Præſ. de Franc. deciſ. 210. num. 2. quem ſequitur Montanar. in Prag. 2. §. 16. num. 5. de adminiſt. Vniuerſ. qui hoc limitāt nō procedere, quando alius idoneus non reperiretur. Et ita fuit deciſum per Collaterale Conſilium in cauſa Particularium Ciuitatis Neritoni cum ipſamet Vniuerſitate. Facta relatione die 24. Nouembris 1608 per Ill. Marchionem Corleti Regentem Regiam Cancellariam, ac Regium Collaterale Conſilium in Collaterali Conſilio, & inter cætera capita hoc ſequens conſpicitur, videlicet. Seruetur etiam in eligendis Magiſtratibus vacatio munerum, ita vt ad idem officium per quinquennium, ad diuerſum per triennium eædem perſonæ non admittantur, niſi in defectum Idoneorum, atque Habilium Reipublicæ vtilitas aliud ſuadeat, quo caſu accedente Conſilij conſenſu poſſit fieri electio, non habita ratione vacationis prædictæ, &c. Gorofiola Regens, Conſtantius Regens, Caſtellet. Regens, Marc. Ant. de Ligorio Regius Scriba à Mandatis.

Officialis, qui falſis ſuaſionibus induxerit Perceptores pecuniarum ad ſibi illas conſignandum

ad

ad finem ducendi eas in Aerarium Fiſcale, quas in ſuos vſus conuerteretat, qua pœna puniri debeat, concluditur eſſe pœna mortis, attenta etiam magna pecuniarum quantitate, verùm quia non fuerat pleniùs probatum delictum, fuit extra ordinem punitus, hoc eſt ad priuationem officij, & deportationis, vt cenſuit D.Reg. Sanfel. dec. 166. n. 16. & 20.

Officialis perpetuus an poſſit pecuniam mutuò recipere palam, & bona fide, publicis ſcripturis mediantibus ab aliquo ſubdito, & quamuis in occurrenti caſu talis Officialis fuerit citatus ad informandum, compilato inde proceſſu fuit liberatus in forma ex cauſis prędictis, D.Regens Sanfelic. dec. 170.

Officialis conſanguineus Baronis ab eo conſtitutus in Terra admitti an debeat, vel potiùs remoueri, deciſum fuit, non eſſe remouendum, niſi fortè inter Baronem, & vaſallum lites adeſſent, & pariter ita deciſum fuit per S. C. non eſſe admittendum, Dominus Regens Sanfelicius deciſione 316.

Officialis inferior ſi non paruerit præcepto Officialis ſuperioris qua pœna erit afficiendus, hoc contigit præteritis annis decidi, dùm Regens M. C. V. noluiſſet parere decreto Præſidentis S.C. irreuerenter reſpondendo, fuit præuia Locumtenentis Generalis commiſſione, ſiue delegatione per S.C. carceratus, & ſuſpenſus ab officio, refert D.Reg. Sanfeliciùs dec. 63. à numer. 1. ad 5.

Officialis gerens duplex officium, nedùm duplex ſalarium, ſed etiam duplex ius criſtallorum, & aliorum conſequi debet, vt pluries deciſum fuiſſe per R.C.S. teſtatur D.Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 1. reſponſ. fiſcal. in diſſertatione R. C. num. 71.

Officialis deputatus ſuper arrendamentis, aut Theſaurarius Regius, qui cùm teneatur pecuniam Regiam perſoluere Conſignatarijs, ſeù creditoribus Regiæ Curiæ iuxta ordinem, & mandatum pro concurrentibus quantitatibus eis debitis, ſi fortè imminutam pecuniam ſoluerint, ſeù partem illarum, facta ab eis remiſſione totius ex quadam tranſactionis ſpecie, procraſtinando ſolutiones, ad hoc vt ipſi creditores ad talem deueniant tranſactionem, qua pœna puniri debeat, pleniùs articulum examinat D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in reſponſo fiſcali 22. ſed in calce dictorum, reſponſorum deciſiones prætermiſſas recolligendo, demùm conſimilem caſum dicti reſponſi 22 poſuit ſic dicendo, poſt has lucubrationes prælo datas ad manus meas peruenit diu conquiſita deciſio facta in cauſa Io. Baptiſtæ Sampſoni cum Regio Fiſco, quam Reg. de Ponte, qui pro Sampſone patrocinatus fuit, falſa laudis imagine pro ſe iactauit, prout teſtatur in conſ. 22. tom. 1. in qua die 11. menſis Aprilis 1590. referente D.Præſidente de Caſtellet, audito Conſil. Fornato Fiſci patrono fuit prouiſum, quòd dictus Io. Baptiſta ſuſpendatur ab adminiſtratione, & exercitio dicti officij per annos ſex numerandos, &c. verùm emolumenta, & prouiſio dicti officiii decurſa, & decurrenda cedant beneficio dicti Io. Baptiſtæ, dempto ſalario ſoluto, & ſoluendo Adminiſtratoribus dicti officii deputandis per Proregem, nec non condemnetur dictus Ioannes Baptiſta ad ſoluendum Regiæ Curiæ in generali Theſauraria ducatos 1500. Ioannes de Florio pro Magiſtro Actorum.

Officialis an poſſit à Principe ſuo officio priuari, & conceſſionem reuocare, & alteri concedere, etiam abſque alia legitima cauſa, deciſum fuit affirmatiuè in officio carcerum M. C. V. vt ex Reg. Reuer. probat D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 47. n. 32.

Officialis deputatus in aliquo officio in defectum alterius Officialis, qui ob eius delictum fuerat condemnatus ad exulandum, & tali officio priuatus, licèt poſteà reſtitutus certo modo prætendendo fuiſſe eo ſpoliatum, an pendente compilatione proceſſus conſeruari debeat in poſſeſſione illius, deciſum fuit per Collaterale Conſiliũ affirmatiuè, vt retulit D.Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 62.

Officialis perſiſtens in officio alicuius Terræ, ſi pendente tempore adminiſtrationis Terra fuerit conceſſa in affictũ, an deſiſtere debeat ab officio, prætextu quòd nouus Conductor non debet ſtare electioni, deciſum fuit per Regiam Audientiam Salerni, vt compleret annum, & inde confirmatum per Collaterale Conſilium in cauſa Capitanei Roccæ, ita refert Iudex Baldaſſ. ab Angel. in addit. ad Foller. in 1. rub. ſtudeat ſe ornare, &c. ſub n. 226.

Officialis, qui durante officio ictum ſclopicti immiſit contra Ciuem ſuæ Terræ, vbi officium gerit, an erit amouendus, vel fortè expectari tempus Syndicatus, deciſum fuit per M.C.V. eſſe expectandũ tẽpus ſyndicatus, refert Baldaſſ. ab Angel. in addit. ad Follet, rub. fiat relatio, ſub n. 32. in medio.

Officialis, ſeù Capitaneus Guardiæ, aut Alguzerius capiens aliquem contumacem, ſi illum poſteà dimiſerit, qua pœna erit plectendus, retuli doctrinas, & deciſiones ad hoc pertinentes in 3. par. noſtri compendii, verbo captum, ſeù carceratum, & cùm iterum contigiſſet in M.C.V. agitari de eodem negotio in perſonam Honufrii Campanæ Capitanei Guardię inquiſiti inter cætera de captura cuiuſdam forludicati illicò per eum dimiſſi, fuit tandem per M.C. præuia relatione Regii Conſiliarii D. Ferdinandi Munnoz facta die 10. Decembris 1640. condemnatus ad exulandum per triennium, nec nõ ad intereſſe Partis, & Fiſci, & quòd ampliùs non exerceat, vt ex Actis in Banca Ioſephi Sportelli, & fuit inde liberatus ſub cautione, de ſtando iuri reſpectu pœnarum Fiſci, die 11. eiuſdem menſis, ad relationem Iudicis Thomæ Locterij in eadem Banca.

Officialis electus à Sua Maieſtate ad primum locum vacaturum, ſi in eodem officio eſſent alii Officiales ordinarii, & alii extraordinarii, an ſuccedente obitu Officialis ordinarii in eius locum ſubingredi debeat, hoc contigit diſceptari in perſonam Domini mei obſeruandiſſimi Domini Hectoris Capycii Latro olim Regii Conſiliarii, qui cùm fuiſſet à Fideliſſima Ciuitate Neapolitana electus in Ambaſciatorem, ſeù Legatum apud ſuam Maieſtatem, ob eius merita fuit ab ipſa Catholica Maieſtate electus in officium Regentis Regiam Cancellariam in primum locum vacaturum, ſucceſſo obitu Ill. Regentis Caroli Tapiæ ordinarii Officialis

cialis, hæſitari contingit ſi in eius locum ſubingredi deberet, pro cuius articuli examine multa in iure doctiſſimè perſcrutatur in ſua eleganti conſultatione 145. tom. 2. vbi in calce refert, ita fuiſſe concluſum per Collaterale Conſilium, & inde reſcriptum per Suam Excellentiam pro illius poſſeſſione, ac iuramenti præſtatione, vt iā fuit exequutum.

Officialis electus à Prorege, qui non erat Doctor, licèt Miles nobilis, & Ciuis ortus, ſed originaſius alterius loci, immò vnus ex Conſilio loci, vbi fuit deſtinatus, an contradicente ipſa Vniuerſitate poſſit exercere, occurrit in facto in perſonam Annibalis de Maio Nobilis Neapolitani originarii, licèt orti in Terra Foggię, qui erat pariter de Conſilio eiuſdem Terræ, & deſtinatus Gubernator in ea ab Ill. Duce Medinæ, à quo obtinuit literas commiſſionales Regii Collateralis Conſilii, præuio eius reſcripto, & in ſigillo facta inſpiciebatur empara ad inſtantiam eiuſdem Terræ, præſupponendo, ipſum non potuiſſe exercere ibi munus. Primò quia erat Ciuis illius, & ſic tam ortus, vel oriūdus poterit recuſari, ſi fuerit electus in Officialem, l. 3. ff. de offic. Aſſeſ. l. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 10 Præſ. de Franch. dec. 98. Capiblanc. in Pragm. 5. de Baronibus, à num. 165. ad 166. in nouiſſimis, non enim officia in propria patria quis exercere poteſt, Idem in Pragm. 1. num. 142. in 2. impreſſione, ad idem cōferunt adducta per Aniles in cap. pretioſa, cap. 4. gloſſ. Tiera num. 1. cum aliis congeſtis per Maſtril. de Magiſt. lib. 2. cap. 7. in principio. Secundò, quia erat vnus ex viginti quatuor de Conſilio eiuſdem Terræ, nam officia Ciuitatum potiùs eius Ciuibus, quam exteris ſunt concedenda, idem Capiblanc. in Pragm. 50. num. 157. de Baronibus, in nouiſſima impreſſione. Tertiò, quia non erat Doctor, poſtquàm ex priuilegio Regis conceſſo eidem Terræ cautum reperiebatur, nullatenus ibi exercere poſſe officium, niſi eſſet Doctor, & hoc caſu ſtāte capitulatione inter Baronē, & vaſallos ſiue Vniuerſitates, quòd non poſſit eſſe Officialis, niſi ſit Doctor, ſi tamen electus non fuerit Doctor, poterit recuſari, Capiblanc. in Pragm. 5. nu. 164. in nouiſſimis, de Baronibus, immò Doctor qui non eſt, & exercet officium Doctoris punitur pœna falſi, Maſtril. de Magiſt. lib. 3. cap. 10. n. 93. Et remiſſo negotio per dictum Ill. Ducem eidem Collaterali Conſilio, præuia ipſius conſultatione diſponente, ſtante tali priuilegio non potuiſſe conſtitui ibi Officialem ex allegatis. Quinimmò per Ill. Ducem fuit mandatum, ea non obſtante conſultatione, vt conſignaretur poſſeſſio, interim ob diſceſſum eiuſdem Ill. Ducis à Gubernio Regni, ſuperueniente Excellentiſſimo Domino Admirato Caſtellæ in regimine huius Regni, iterum inſtante dicta Terra corā eo, fuit relaxatum reſcriptum, vt dictum Collaterale Conſilium ſuper prætenſis de iuſtitia prouideret, & commiſſo negotio Ill. Marchioni Torelli D. Hectori Capycio Latro digniſſimo Regenti Regiam Cancellariam, replicabatur ex parte ipſius Annibalis electi, verum eſſe, quòd erat ibi Ciuis ortus, ſed originatius nobilis Neapolitanus, nec proinde hæſitandum erat de ciuilitate eius originaria vti potentiori, poſtquàm ciuilitas originis in contradictoriis ciuilitate incolatus eſt potentior, Conſil. Theodori alleg. 61. n. 5. eò quia tranſit ad filios ciuilitas acquiſita per patrem, Honded. conſ. 5. n. 6. tom. 1. Anna alleg. 74. n. 6. adeò quòd ciuilitas acquiſita per originem non amittitur per tranſlationem domicilij in aliam partem, Conſil. Paſcal. de vir. pat. poteſt. par. 3. cap. 2. n. 32. hinc eſt, quòd Ciues originarij alibi habitantes non deſinunt eſſe ciues, & gaudent priuilegijs Ciuitatis, Honded. dict. conſ. 5. n. 13. vbi plura ad hoc conferentia deduxit. Et proptereà ſi natus eſſet in eadem Ciuitate, licèt efficiatur ciuis, intelligitur ſi parentes ibi domicilium retinebant, aliàs ſecùs, Honded. conſ. 2. n. 2. eod. volum. Et ſi quærat ibi domicilium adſunt opiniones inuicem contrariæ, quas enunciat Capiblanc. in Pragm. 8. par. 2. num. 238. de Baron. in nouiſſimis, ex Maſcardo ibi relato. Replicabatur ſecundo obiecto, iam quòd renunciauerat officio ſibi impoſito ab ipſa Vniuerſitate, idcircò de eo non curandum. Ad vltimum, in quo tota vis cauſæ conſiſtere videbatur, dicebatur, quòd licèt de communi etiā illiterati eſſe poſſunt aſſeſſores, ſeù officiales, l. certi, C. de iudic. Capiblanc in Pragm. 3. n. 212. de Baron. in vltima impreſſione, de quo ſupra eod. verbo Officialis. Attamen quià in gratijs, quæ communiter conceduntur à Baronibus ſolitum eſt concedi, ne Baro poſſit conſtituere Officialem in Terra, qui non ſit Doctor, vt refert Capibl. in Pragm. 8. par. 3. ſub n. 168. in ſecunda impreſſione, de Baron. & in Pragm. 5. nu. 264. eod. tit. in nouiſſima impreſſione. Ita etiam in quamplurimis locis domanialibus conceſsū eſt Ciuitati Ariani, Troyæ, Foggiæ, & aliis. Vnde in dubium reuocari poterat. Primò quatenus eſſet Doctor, licèt ciuis non poterat eſſe Officialis, & per ea, quæ dicta ſunt nullatenus admitti debuerat, nihilominus Giamm. in conſ. ciuil. 5. relatus à Conſil. Paſchal. eod. tract. par. 3. cap. 2. n. 34. refert, quòd priuilegium conceſſum Capuæ, vt in ea Capitaneus eſſe non poſſit aliquis Ciuis ex locis conuicinis per 20. miliaria, debet intelligi ſolùm de Ciuibus Terrarum cōnicinarum originariis, non autem de acquiſitis ex priuilegio, ex Vrſil. dec. 384. n. 7. poſtquam de Ciuibus ortis non erit hæſitandum, niſi fortè à Principe id fuerit mandatum, vt ſæpe contingit, nonnullos Ciues in eorum locis, ac in eadem Prouincia pro officiorum adminiſtratione præeſſe, ac pariter de locis conuicinis, Ciuibus multoties accedente conſenſu Vniuerſitatis, ſi fuerit Ciuis alterius conuicinæ Terræ electus, ſtante prohibitione in contrarium, prout eſt in Ciuitate Caſtrimaris de ſtabia, in qua nequeunt eſſe ibi Officiales per 20. miliaria conuicina, in qua ſunt incluſi Neapolitani, & tamē quando fuit electus meus Conſobrinus Horatius Salinas V.I.D. à Sereniſſimo Duce Parmæ in gubernium illius Ciuitatis, fuit admiſſus de conſenſu dictæ Ciuitatis tribus vicibus, & ſic de aliis inde electis eodem modo proditum eſt. De ſecundo requiſito valdè hæſitari contigit, ſi non eſſet Doctor poſſit ad officia aſſumi, & in hoc caſu erit diſtinguendum, aut loquimur reſpectu Officialium Baronalium, & circa hoc inquit Bortell. de Magiſt. edict. lib. 1. cap. 8. ſub n. 23 ſed alii Domini Principes, & Barones id minimè ſeruant, officia enim iuſtitiæ adminiſtrāt

homines

homines non modò qui nunquam legibus vacarunt, ac Doctoratus inſulas non receperunt, ſed qui ius ſcribere didicerunt, & Locumtenentes, qui ſigno Crucis decreta facta ab Actuarijs contra omne iuris debitum, licèt Capibl. in dicta Pragm. 3. à n. 213. cum ſeqq. in nouiſſima impreſſione aliter procedendum cenſuit, dùm quærit, ſi Baroni ſufficiat mittere Officialem nõ iuris peritum ſine Aſſeſſore, & ſi in commiſſione non expreſſerit, vt Officialis procedat cum voto Doctoris, quòd in hoc caſu ipſe poſſet decreta facere abſque aliorum voto, ex Menoch. ibi relato, ſin autem commiſſio ſit limitata, vt procedat cum voto Aſſeſſoris, tunc ſpecificè eſſet aſſignatus, eiuſque votum requirendum, vbi erit neceſſarium, cùm non ſemper ſit neceſſarium, quod ſecùs eſſet, ſi Officialis Aſſeſſorem non haberet nam ad ſui libitum votum alterius petere poſſit, ſubdens, quòd de iure ſufficit, vt ſit peritus vel licentiatus, nec aliter cogi debere eligere Doctorem, cùm erit ſufficiens, quòd habeat conſilium ab homine, quinimmò ſiue à Barone, ſiue ab Officiali eligatur Aſſeſſor peritus, licèt non Doctor, Vniuerſitas non poterit legitimè conquæri, ex diſpoſitione Cap. Regni 573. ſed hoc bene procederet, vbi non eſſet ſpeciale priuilegium conceſſum à Barone, vt Doctor eligatur in Officialem, adeò quòd ſi non fuerit Doctor obſtaret priuilegium, ſed huic facilè reſpondetur, quòd cùm eligatur non Doctor in officio, ſed cum conditione, vt procedat cum voto conſultoris, videtur in effectu idem eſſe, quia omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur auctoritas. Quoties enim eligitur Officialis non Doctor cum conditione, vt omnia faciat cum voto Aſſeſſoris ordinarij electi ab eodem eligente, non poterit ab alijs quærere votum, niſi in caſu ſuſpitionis, vt docet Camp. in cap. Item caueant Iudices, & Iuſtitiarij ſub num. 7. loquens de Iuſtitiarijs, qui abſque voto Iudicum ordinariorum nil agere poſſunt, vel quàndo eidem Officiali conceſſa fuiſſet facultas ſibi eligendi Conſultorem ad ſui libitum, ſicque paſſim obſeruatum vidimus iam in Ciuitate Caſtrimaris, quam Theani fuiſſe electos Gubernatores, & pariter eorum Aſſeſſores ab eodem eligente, non obſtante eorum priuilegio, poſtquàm cùm de iure ſit certum, quòd etiam illiterati poſſint exercere officia, facta tali electione reducitur facultas ad ius commune, nec proinde potest Vniuerſitas ex hoc conquæri. Nam & ſi Iudex in adminiſtratione iuſtitiæ præpoſitus eſſe debet Iuriſconſultus, & Legum peritus, vt ex multis probat Borrel. loco citato, nu. 1. 2. & ſeqq. non tamen Gubernatores, ſiue Capitanei, qui cum eorum Iudicum, & Aſſeſſorum conſilio procedunt, & erit ſatisfactum eorum priuilegijs, proùt fuit ſæpe ſæpius etiam in Terris domanialibus idem obſeruatum per Excellentiſſimos Proreges Regni in Terris habentibus tale priuilegium habendi Officiales Doctores, ex quo videntur per æquipollens priuilegio adimplere promiſſo, non tamen derogari. Nec obſtabit ſi diceretur, hoc bene procedere in Baronibus concedentibus talia priuilegia ex regula vulgata, cuius eſt condere, l. fin. C. de leg. Maſtr. d. tract. lib. 5. cap. 3. num. 104. Sed in caſu, de quo controuertitur erat priuilegium à Rege conceſſum dictæ Terræ, vnde opus erat diſpenſatione Regis, non tamen Viceregis, nam hoc eſſet ridiculum, eò quòd Prorex in Regno Regiam perſonam repræſentat, eſt eius Vicarius, & Locumtenens, immò ex ampliſſima commiſſionis forma conſtituitur alter Ego, ac omnia poteſt, quæ ipſemet Rex, ita Regens de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. in princ. vbi plura. Die 16 Iunii 1644. facta relatione in Collaterali Conſilio per D. Regentem Hect. Capyc. Latro deciſũ fuit, non eſſe locum, penès Secretarium apud Anaſtaſium.

Officiali an liceat in officio, quod adminiſtrat, quid vel per ſe, vel per aliam perſonam emere. De hoc caſu fuiſſet hæſitatum in perſonam Generalis Theſaurarii Regni, pro eo in iure allegauit famigeratus ille Aduocatus quondam Fabius Marcheſius Iuriſconſultorum conſultiſſimus, quas allegationes prælo dedit ſolertiſſimus D. Regens Ioannes Franciſcus Sanfelicius in nouiſſimis allegationibus, ſub allegat. 170. vbi in calce cenſuit, fuiſſe abſolutum Illuſt. Marchionem Gruptularum ab impetitis, non obſtantibus oppoſitionibus fiſcalibus, vbi aliæ allegationes eiuſdem rei recenſentur.

Officiales inquiſiti de delictis commiſſis in adminiſtratione officii, ipſis probatis, ſi talia eſſent delicta grauia, ſummariè conſtito de ſuſpitione, ſunt ſuſpendendi ab officio, & beneficio, ſi de leui ab adminiſtratione tantùm, quamuis teneant officium ſine iuriſdictione, & ſic pluries deciſum in vtroque caſu teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 61.

Officiales deſeruientes in Regio Palatio apud Excellentiſſimum Proregem, hoc eſt pro Secretario, pro Scriba Rationis, an comprehendantur appellatione militaris ſtipendii, quamuis circa deſcriptiones militum officium Scribæ portionis, eiuſque Miniſtrorum verſetur, deciſum fuit per Collaterale Conſilium, non comprehendi, refert Dominus Regens Fabius Capyc. Galeota in reſponſo fiſcal. 1. in diſſertat. numer. 86. & 87.

Officiales omnes dependentes ex Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ, vt ſunt Præſidentes, Secretarii, Actuarii, Rationales, Perceptores Prouinciales, & reliqui ſubſunt eidem Tribunali, ad quod remiſſiones eorum fieri debent, vt pluries obſeruatum fuit per prouiſiones particulares enunciatas per D. Regentem Fabium Capyc. Galeot. in 1. reſp. in diſſertat. numer. 121. & ſeqq.

Officiales Regiæ Cameræ delinquentes in eorum officiis an ab ea cognoſcãtur, an etiã pro delictis factis tanquam a priuata perſona, deciſum fuit per Collaterale Conſilium, facta relatione per R. C. S. affirmatiuè, vt tradit D. Reg. Fabius Capyc. Galeot. in primo reſponſo fiſcali, in diſſertation. ſub numero 121. & in reſponſo 29. num. 17.

Officiales deſtinati per R. C. S. ſuper exactione rerum fiſcalium debent inuigilare bilanciis cum omni exacta diligentia, aliàs pœnas luerent iuxta ordinationes Regiæ Cameræ, & ita in contingentia facti fuit deciſum per eandem R. C. in cauſa Honofrii Giſonis Theſaurarii Calabriæ, referente Rationale Scudero, contra quem fuit per R. C. decretum, quòd ſignificaretur, & exe-

Digitized by Google

exequerentur literæ ſignificatoriales, ex eo quòd debitas non feciſſet diligentias in reſiduorum exactione, vt refert Dominus Regens Fab. Capyc. Galeota in 1. reſponſo fiſcal. ſub num. 59. rub. ex decretis R.C. verſ. demùm omnia.

Officiales R.C.S. deſtinati ſuper adminiſtrationibus iurium fiſcalium competentium Regi in beneficium eius patrimonij, ſubſtituentes alios Officiales in dictis officijs etiam cum cautione de bene adminiſtrando, an teneantur pro ſubſtitutis in caſu malæ adminiſtrationis, deciſum fuit affirmatiuè, nedùm per ipſam R. C. ſed pariter per Regios Miniſtros Supremos Delegatos, vt refert Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeota in reſponſo fiſcali 11. ſub num. 27. vſque ad finem, vbi etiam in calce dicit, ſubſtituentem fuiſſe officio priuatum ob culpas ſubſtituti, & venditum officium, & applicatum Regio Fiſco.

Offerri debet à creditore poſteriore creditori anteriori nedùm totum creditum, ſed omnia damna, expenſæ, & intereſſe, & ſic deciſum per Sac. Conſ. iunctis Aulis teſtificatur Reg. Lanat. cõſ. 29. aſſequitur Barbat. de aſſiſteni. gl. 2. n. 112.

Onus antephati ſoluti ſecundæ vxori defuncti feudatarij ad quam ex filiabus ipſius ſolui pertineat, fuit relata deciſio ſuprà in verbo Antephati.

Onera erunt diuidenda inter Ciues per Barones, hoc eſt inter ſolitos, & habiles, vt fuit iudicatum per Sacrum Conſilium in cauſa Vniuerſitatis Lauri, in Banca Cioſſi, Nouar. in Pragm. 1. collect. 2. de ſalat. cor. ſub num. 5. verſ. ſed aduerte.

Onera hæreditaria an de tota hæreditate ſint detrahenda, vel de illa medietate libera, de qua potuit teſtator diſponere, Præſ. de Franch. dec. 280. quem ſequitur Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par. 3, quæſt. 1. num. 52. & iterum par. 4. quæſt. 60. num. 5. & 6. vbi alios allegat, inquit, quod aut onera dependent ab acquirente bona, & tunc de tota hæreditate erint detrahenda, vt pluries per S.C. deciſum teſtatur, ſin autem à ſucceſſore acquirentis, tunc ex illa medietate libera, vt idem Franc. ibi notat in cauſa illorum de Anna, ſed non refert ibi deciſum, ſed poſtmodùm inſurgente altercatione inter Iuſtinũ, & Iuliam de Anna hæredes quondam Berardini Memorati, in dict. dec. fuit per S.C. interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 6. Maij 1583. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magn. V.I. D. Io. Antonium Lanarium Reg. Cõſil. & cauſæ Cõmiſſariũ, decreto ipſius S.R.C prouiſum eſt, quòd onera, quæ remanſerunt in hæreditate quondam Magnifici Ioannis Berardini de Anna deducantur à medietate libera, & ſimiliter legata facta in teſtamento dicti Io. Berardini deducantur à dicta medietate libera. Hoc ſuum, &c. Ioannes Antonius Lanarius. Annibal Cæſarius Secretarius, penès Balſamum Act. Mag.

Originale, ſiue matrix ſi non reperiatur, factis diligentijs in locis, vbi conſueuerunt conſeruari, an fidem faciat, cùm fuiſſet preſentata copia cuiuſdam reſcripti Suæ Maieſtatis à Deputatis Sedilis Nidi in cauſa aggregationis intentatæ per D. Franciſcum Aquauiuam in materia ſuſpenſionis expeditionum cauſarum Nobilitatum, fuit ex parte ipſius D. Franciſci inſtatum pro exhibitione originalis, ex quo ſuſpicabatur, illud non eſſe, quia in extracta facta per Secretarium Ducis Oſſuni tunc Proregis aſſerebatur, concordare cum originale tantùm, nec dicebatur apud quem illud reperiebatur, quare cùm fuiſſet per Collaterale Conſilium mandatũm Regio Conſiliario D Didaco Varelæ, vt ſuper prædictis inſtantiam faceret, & per eum prouiſum pro exhibitione, ſe excuſabant dicti Deputati, prætextu quòd originale exhiberi non poterat, cùm apud Proregem detinebatur, & circa hoc erat inuigilandum; qualiter procedi debuerat, ideò conſultus de hoc allegaui Mandoſ in regul. 27. de non iudic. iuxta for. ſuper quæſt. 12. ſub num. 4. ſic dicentem, committere, & mandare vt Præſidentibus, Officialibus, ſeù Cappellanis regiſtrorum, ſupplicationum, & alijs ſupplicationum ſignatarum cuſtodibus committat, & mandet, vt diligentiam de reperiendo ſupplicationem in tali materia data faciant, ſuupplicationemque huiuſmodi originalem, ſeù regiſtratam perquirant, & ſi illa non reperitur, fidem adhibeant, non fuiſſe repertam, & per conſequens ſupplicationem non fuiſſe expeditam, iſta praxis committendi, & faciendi ſimiles diligentias, & perquiſitiones elicitur ex his, quæ notat Bart. in l. fin. C. de reb. cred. in l. Titiæ textores, num. 2. de leg. 1. & in l. 2. in fine, C de error. Aduoc. Bal. Angel. & Imol. in l. ſi binæ. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſt. Soc. conſ. 159. in præſenti conſultatione, num. 4. & ſeqq. ante num. 16. vol. 2. Dec. conſ. 424. proponitur, col. fin. num. 19. Caſſad. dec. 5. ſuper reg. Cancell. nu. 4. & ſeq. & dec. 8. num. 12. Hæc ille. Quare porrectis precibus Excellentiſſimo Proregi ita mãdanti fieri diligentias, & ipſis factis non aliter fuit tale originale reſcriptum repertum, & facta fide per Secretarium ſucceſſorem, non aliter ipſum extare, fuit interpoſitum decretum, quòd de tali copia nulla habeatur ratio, de anno 1639. vt ex actis in Banca Bortelli, nunc de Licto.

P

PACTVM adiectum in locatione arrendamenti facti per Regiam Curiam Arrendatoribus, quòd facta impoſitione aliorum impoſitionum ſuper extractione rei contentæ in dicto arrendamento, non intelligatur arrendamentum locatũ ad rationem extalei, ſed de fructato, an valeat, ſucceſſa impoſitione ſi fuiſſet per Principem iuſſum, quòd ſi Arrendatores recuſaſſent continuare affictum pro eodem pretio cum dicta noua impoſitione, aderant alij, qui ſuſcipere intendebant arrendamẽtum pro eodem pretio, & cum tali noua impoſitione conducere, & ſic ipſi primi Arrendatores continuauerunt arrendamentum abſque alia proteſtatione, poſſint relicta via electa ad aliam con-

conuolare, hoc eſt de extaleo ad fructatum, & è contra, fuerunt ſequentia in iure allegata per ſubſcriptum benemeritum Aduocatum, videlicet. Iniuſtiſſimæ prætenſiones, & lites, quæ indies per Arrendatores olei, & ſaponis pro non ſoluendo in euidenti calumnia proponuntur, modò imaginarij excomputi ducatorum 60000. reiecti per decretum R.C. & adhùc ob cauillationes eorum, nõ exequuto modo vero improbati, & receſſi pacti, & vti talis ab initio contractus, & nouæ impoſitionis nedùm non obſeruati, non petiti, non proteſtati, immò ab eiſdem Arrendatoribus ex cauſis per acta contraria renunciati, vt inſtà dicam. Efficiunt vt pro recuperatione introituum honoris, & vitæ tot miſerabilium viduarum, pupillorum, & orphanorum (in controuerſiam redigamus ea, quæ vſu inueterato, & pacifica poſſeſſione, & naturali obligatione ſunt debita) qua de cauſa vt meo, & aliorum creditorum dicti arrendamenti ſatisfacerem intereſſe, & Arrendatorum illius iniuſta prætenſio refellatur, & eorum chimeræ facilè, plenequè tollantur, fatigaui proceſſum, ac vidi, & diligenter perlegi reſponſum eorum Aduocati, doctrina, & eminentia, & ingenij acumine ſatis munitum, ſed non in noſtri facti quæſtione conſonans, prout ex ipſo proceſſu nullam defenſionis apertam obſeruaui viam. Dùm poſt ferè biennium dicti accepti arrendamenti, & continuati affictus illius cum obligatione de ſoluendo extaleum à die 1. Septembris 1642. vt ex villecto ſuæ Excellentiæ, & poſt ſolutiones tertiarum ex cauſa d. promiſſi extalei per dd. Arrendatores, vigore d. affictus factas Conſignatarijs d. arrendamenti à dicto 1. Septembris 1642. per totum menſem Aprilis 1644. Ac electiones Subſtitutorum in d. arrendamento per ipſos Arrendatores vti affictatores illius factas, vt hæc omnia patent ex ſcipturis de nouo deductis per digniſſimum meum Fiſci Patronum, vt in proceſſu patet. Præſentiẽtes ex futuro villecto Suæ Excellentiæ de deponendo pro æquiualentia integras tertias in banco, ſi de breui venire exclutos à falcidia, quam indies faciebat cum paupertimis Conſignatarijs prout euenit ordo, die 15. Auguſti 1644. Ad impediendam executionem dicti iuſtiſſimi ordinis poſt paucos dies anteà, & propriè in præcedenti menſe Iulij, nemine pro Cõſignatarijs, de quorum intereſſe principaliter agebatur, audito, de facto repetita reuerentia obtinuerunt decretum, quòd ſuper ſolutione contractus d. affictus infra quatuor dies audiãtur Partes, & interim reddant computum ratione fructatus d. arrendamenti. Fundato hoc ſuper infraſcripto pacto à Principe improbato, & vti tale receſſo, non proteſtato, nec vnquam obſeruati petito, immò ab eiſdem Arrendatoribus ab initio d. contractus, & nouæ impoſitionis renunciato, videlicet. *Che ponendoſi altre impoſitioni ſopra l'eſtrattioni d'ogli, non s'intenda detto arrendamento affittato à ragione d'eſtaglio, ma de fruttato* Suppoſita illa trita regula comitante pacta ſeruanda, & quòd nil tam commune fidei humanæ, quàm pacta, &c. vt in prædicto reſponſo ponderatur, & in ipſo caſu fructus loco mercedis ſubrogari in eo. A quo decreto cùm iuſtiſſimè fuiſſet per Regium Fiſcum reclamatum, iuſtiſſimè etiam à Religione, & doctrina Dominorum Iudicantium ſperatur illud, ex nouiter deductis eſſe contrario imperio reuocandum. Et maxima cum ratione, quia repugnante facto non poteſt de iuribus dicti pacti aliqua prorſus ratio haberi, dum impoſitio prædicta apparet impoſita immediatè poſt affictum d. arrendamenti, & eo tempore, quo Principis reſcripto patet ordinatum, quòd ſi dd. Arrendatores recuſaſſent continuare dictum affictum pro eodem pretio cum dicta noua impoſitione, aderant alij, qui ſuſcipere voluerant dictum affictum pro eodem pretio cum dicta noua impoſitione, in pede cuius villecti cùm fuiſſet dictũ per R.C. quòd illud exequatur. Dubitantes dd. Arrendatores perdere dictum affictum, quod in primis annis floruerat, non ſolùm ab eis non fuit receſſum à dicto affictu, immò illum continuauerunt, tacito ſemper pacto, vt ſuperiùs fuit dictum. Qua de re intrat iuris diſpoſitio eos acquiſiuiſſe, ex doctrina Bal. in l. ex conducto, ff. loc. & in tit. de pace, Conſtant. in verbo Vaſalli, quo tempore mil. in vſibus feudorum, & in l. ſi &, l. non, C. de vſur. vbi quando Conductor cogitare potuit, ſe integros fructus tunc percepturum, putà quia adeſſet bellum, non poteſt petere excomputum, prout in alia calumnia excomputi prætenſi per eoſdem Arrendatores in præcedente affictu eiuſdem arrendamenti fuit per R.C. iudicatum. Vnde tantò magis in caſu iſto, dùm ſciebat ordinem prædictũ, & per taciturnitatem tanti temporis nedum illud ratificauerunt, immò per eorum obſeruãtiam ſubſequutam declarauerunt præcedentem contractum affictus validum, cap. cùm dilectus, de conſuet. Marta voto 103. num. 5. Et his adduntur electiones Subſtitutorum per eos vti affictatores in dicto arrendamento factæ, & ſolutiones poſt nimium temporis ſpatium pariter per ipſos Arrendatores, ſiue affictatores factæ à die impoſitæ nouæ impoſitionis, ſeruata forma extalei, ex quibus fit operatio, vt non valeant ampliùs vti illo pacto ad tritas regulas, quod eo ipſo, quòd quis eligit viam contractus, non poteſt viam pœnitentiæ, & diſtractus reaſſumere, l. commiſſoriæ 4. C. de pact. inter empt. & vendit. vt ex verbis d. tex. ibi cõmiſſoriæ venditionis legem exercere non poteſt, qui poſt præſtitum pretij ſoluendi diem, non vendicationem rei eligere, ſed vſuratum, pretii petitionem ſequi maluit, ad quod gloſ. ibi qui eligit vnum ex contrariis alium renunciare videtur, arg. l. mater, ff. de inoff. teſt. Non vſi namque fuerunt huiuſmodi pacto per multum tempus poſt impoſitam nouam impoſitionem, & abſque vlla proteſtatione continuauerunt ſoluere, ſeruata forma extalei, & non fructatus, vndè nunc ad obſeruantiam illius recurrere non valent. Actus enim electiuus eſſet aliàs ludibrius, l. ſi fundus, § eleganter, ff. de lege commiſſ. Marta quæſt. 193. num. 3. vnde agendo, vel petendo actus factus, ratione cuius agitur, vel petitur, & ipſum contractum, & validitatem eius approbatur, & ratificatur, ex eius contrario fit renunciatio, l. filius, & l. Ciuibus, ff. de minor. inde Bal. in d. l. 4. C. de pact. inter empt. & vend. dixit, ſi adeſt pactum, quòd ſi emptor non ſoluerit in tempore, licèt venditori quan-

Digitized by Google

docunque retractate rem, ſi verò venditor poſt diem petit pretium, ſibi præiudicat, quia elexit illam viam. Prout etiam in propriis terminis noſtri caſus in clauſulis iuris, & pacti in eodem contractu adiectis, habemus ſingularem tex. in l. quamuis 8 C. de vſur. vbi verba tex. eligens de duabus clauſulis eiuſdem contractus, vnam ſcilicet leuiorem grauiori renunciare videtur, ad quod gloſſ. ibi ad intelligentiam d. tex loquentis de clauſulis iuris, & pacti, prout in caſu noſtro dixit. Nota, quòd vnum ius eligendo, alio renunciare videtur, & alibi quòd ex tacito pacto intelligitur ab eo receſſum. Ad quod Abb. conſ. 91. num. 5. par. 1. dixit, quòd quando duæ competunt actiones, ſcilicet vna de iure communi, altera beneficio Prætoris, vna electa, alia remanet excluſa Et in actionibus nō dubitamus, ex Oſaſc. dec. 54. de eligente vnam ex duabus actioniqus contrarijs, alteri renunciaſſe cenſetur, vbi Bart. in auth. hoc locum, C. ſi ſecun. nupſ. null. & tex. in cap. 13. de teſt. Ex quibus per circunſpectos Dominos Senatores ſperatur, eſſe prouidendum, reſtitutionem in integrum petitam per Regium Fiſcum eſſe eidem deſerendam, & proinde quod terminus aliàs datus currat, non impedita interim ſolutione ex alei d. continuati affictus debita vſque in præſentem diem, & pro futuris annis d. arrendamenti, illud arrendari in damnum dictorum Arrendatorum debitorum huc vſque pro præcedenti arrendamento in ducat. 37000. in quibus per decretum R. C. in cauſa imaginarij excomputi per eos prætenſi fuerunt decreto d. R. C. me patrocinante condemnati, maximè cùm nonnulli effectus dati in d. primo arrendamento loco fideiuſſionis ſint nulliter dati loco fideiuſſionis huius currentis arrendamenti, quod à ſæculo non eſt auditum, &c. Ioſeph de Angelis. Facta relatione in R. C. S. per optimè meritum illius Præſidentem Iacobum Capycium Galeota ob abſentiam Comitis Molæ Præſidentis eiuſdem R. C. fuit deciſum in fauorem Regij Fiſci, & Conſignatariorum d. arrendamenti, declarando, petitam reſtitutionem in integrum eſſe eidem Regio Fiſco concedendam aduerſùs decretum primo loco obtentum per ipſos Arrendatores, quòd reddant computum de fructato, & deinde ordinatum, quòd dd. Arrendatores reddant computum, vti Affictatores de extaleo per ipſos debito, ſub die 26. menſis Nouembr. 1644. vt ex proceſſu penès Scribā Coſentiam, in Banca Romeri. Et licet fuiſſet reclamatum à prædicto decreto, fuit poſteà confirmatum, immò vltimo loco dictum de nullitate, quapropter ipſis non obſtantibus fuit dictū, eas non obſtare, & ſoluant pœnā, multa ad ornatū huius concluſionis de eligente vnū, quod videatur renunciare altero, ſeu contrario, per exempla oſtendit Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 5. cap. 6. per totum. Thoro.

Pactum de retrouendendo temporale, ſeù perpetuum an præſcribatur aliquo temporis ſpatio, refeūtur deciſiones infrà in verb. *Retrouēdere.*

Pactum, ſiue promiſſio facta inter creditorem, & debitorem de ſoluendo ſummam debitam intra certum tempus cum relaxatione certæ partis, ſi elapſo termino præfixo ſolutio non fuerit ſubſequuta, an tota ſumma peti poſſit, hoc contingit hæſitari in cauſa Reuerēdorum Patrum Diſcalceatorum Carmelitanorum huius Ciuitatis, cum Duce S. Donati ..... Vaaz. qui cùm eſſet debitor in ducat. 1000. promiſerat de illis ſoluere ducatos 800. infra certum tempus, poſtquàm reliquos ipſi Patres ei relaxauerunt, elapſo inde tempore, & nulla ſolutione ſubſequuta petierunt ipſi Patres integrā ſummā deberi, & cùm prædicta cauſa verteretur in Collaterali Conſilio, videbatur dicendum, aut expreſsè conuentum fuiſſet, quòd elapſo tempore ſolutionis non factæ tota ipſa ſumma deberetur, & nulli dubium erit, quin debeatur propter pactum ita initum inter eos, de quo dubitari non poterat, nam pacta ſunt ſeruanda, Barz. dec. 63. num. 23. & nulla maior iuſtitia eſt, nihilq; magis homini congruit, quàm pacta ſeruari, Idem dec. 36. num. 18. & dec. 19. num. 12. nec propterea reddi debent eluſoria, Barz. dec. 17. num. 14. & d. dec. 19. num. 9. pariterque promiſſio, quæ ſemper erit ſeruanda, Idem dec. 34. num. 5. & executioni demandanda, Idem dec. 36. num. 30. Sed ſi non expreſsè ita fuerit conuentum, videbatur dicendum, ad aliud debitorem non teneri, quàm ad ſolutionem promiſſam cum dicto relaxamento, quamuis tempus ſolutionis promiſſæ lapſum ſit, quia tempus non eſt modus inducendæ obligationis, l. obligationum ſi placet, ff. de act. & oblig. cum alijs apud Barboſ. Principia iuris, lit. T. num. 6. Franch. dec. 221. num. 6. poſtquam promittens ſe obligaturum ad decem, dicitur ſe obligaſſe, Setaſ. de priuil. iuram. priuil. 23. num. 13. ſubdens num. 21. promittere, & facere paria ſunt, & promiſſio quælibet intelligitur ſecundùm naturam actus, Idem Serafin. priu. 18. num. 31. Ex aduerſo dici poterit, qualiter tempus præſumitur appoſitum gratia promiſſorum, inquit Mant. de tac. & ambig. lib. 5. tit. 15. num. 72. poſt cuius lapſum redundat in eius odium, ex quo operatur moræ contractationem, adeò quòd mora eſt contracta per debitorem lapſo die, qui interpellat, & proinde debetur lucrum, ceſſat & damnum emergens, Muta dec. Sicil. 52. num. 27. & ſeqq. quod procedit, cùm dies interpellat, Intrig. ſing. 41. num. 13. lib. 3. Sicque mora nocet, l. ſi vſusfructus, ff de vſufruct. cum alijs apud Barboſ. princip. iur. lit. M. num. 33. etenim promiſſa non implens in termino præfixo eſt moroſus, & ideò dicitur eſſe in dolo, Mancin. in tract. de iuramento par. 5. effectu 14. n. 9. non mirum ſi ad intereſſe teneatur, Idem in dict. 4. par. effectu 195. num. 6. Et ad hoc comprobandum notabiliter Paul. de Caſtro in l. Iulianus, §. idem Papinianus, num. 4. ff. de act. emp. inquit, quòd pactum in venditione adiectum, quòd non ſoluto pretio ad terminum, venditio ſit nulla, & quidquid ſoluunt nomine arrhatum, vel pretij emptor perdat, quod ſit licitum, nam pacta non ſeruans cadit à commodo contractus, Barz. dec. 19. num. 6. & promiſſa non obſeruans nullam actionem ex eo contractu intentare poteſt, Bertaz. in repet. l. ſi quis maior, num. 561. C. de tranſact. Poſtquam per lapſum temporis omnia reducuntur ad commodum creditoris, & proptereà promittens ſoluere centum intra menſem, aliàs ca. inſolutum creditori præſenti, & acceptauri talem rem, non poterit elapſo menſe coge-

re

Digitized by Google

re creditorem ad dictam rem recipiendam inſolutum, ſed creditor habet electionem conſequendi rem, vel centum, ita ex Cagn. in l. vnica, n. 77. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. notat Maur. Aret. in tract. de ſolut. oblat. & retent. cap. 87. Immo & fortiùs promittens ſe facturum, & curaturum, quòd alius aliquid faciat, obligatur efficaciter tanquam promittens factum proprium, Surdus conſ. 3. num. 5. vbi num. 6. ſubdit, quòd obligatur ad intereſſe, ſi ille non obſeruet & præciſè, vt ſequitur num. 8. Facta relatione in Collaterali Conſilio per D. Regentem D. Ferdinandum Aſconum meum dominum obſeruandiſſimum, die 10. Septembris 1642 fuit condemnatus conuentus ad integram ſummam ducatorum 1000. non obſtante relaxatione ducatorum 200. vt ex actis penès Franciſcum Anaſtaſium Scribamà Mandatis, penès Honofrium de Vito Scribam ſiſtentem in Banca eiuſdem Anaſtaſij. Quod ſiquidem corroboratur ex his, quæ aſſerunt Doctores in conſimilibus, eo maximè interueniēte iuramento in contractu, cuius vigore promiſſor compelli poterit ac ſi expreſsè ſe obligaſſet, ita ex Serafin. de priuil. iuram. priuil. 23. num. 12. & 22. probat Mancin. dict. tract. eadem par. 6. effectu 195. num. 4. & 5. Poſtquàm debitor medio eius iuramento promiſit eis ſoluere quinquaginta ſingulis annis vſque ad decennium, ſi in vno anno defecerit, ad totam ſummam aſtringi poſſit, ita ex Bertazol. in repet. l. ſi quis maior, quæſt. 47. num 641. C. de tranſact. perpēdit Pyrr. Maur. Aret. in dict. tract. de ſolut. cap. 95. Idemque erit aduertendum in eo, qui ſoluere promiſit aliquod per tranſactionem in ratā tribus terminis, ſi in vno deficeret poterit cogi ad ſolutionem totius, non expectatis alijs dilationibus, virtute periurij, ex Corra, Bruno, & Ferrar. probat Anchar. lib. 3. quæſt. 52. num. 14. cum alijs per me adductis in voto. 64. numer. 54 Et propterea debitor quando non ſoluit in terminis ſtatutis, tenetur ad pœnas, de quibus in l. ſi quis maior, vt inquit Anchar. loco citato, n. 3. & inter cæteras inquit ibi tex. eſt pœna priuationis commodi recepti ex tranſactione ibi, & emolumento, quod ex pactione, vel tranſactione illa fuerit conſequutus, &c.

a Pactū adiectū in cōtractu, vt nō poſſit ſolutio probari per quaſuis ſcripturas etiā publicas, partitas Banci, & cum ſubſcriptione propriæ manus creditoris, ſed tm̄ in cōtātis habita pecunia adnotari debeat in margine inſtrumēti, & nō aliter, an valeat, ita vt ſi ſecùs factū fuerit, impediri poſſit inſtrumēti liquidatio, vt prætēdebatur aduersùs liquidationē inſtrumēti intentatam ad inſtantiam Syluiæ Roſſæ tutricis filiorum quondam Carmini Caluaneſe, & aliorum contra Ioannem, & Felicem Caluaneſe, Alphonſū Hodierna. & Hieronymum de Letitia, qui præſentauerunt, Curia pro Tribunali ſedente, quādam quietationem receptionis ducatorum 15. ad complementum debiti per eos ſub quadam figurata colluſione inter ipſum Ioannem debitorem, Curatorem, & Procuratorem ab ipſa tutrice factum, & ipſum Hieronymum, regiſtrata in libro præſentato, de quo ſuprà in verb. Liquidatio, & inter cætera aſſerebatur, dictum inſtrumentum non potuiſſe liquidari vigore pacti prædicti, vti à iure improbati, & tale pactum, quod ſolutio non poſſit probari teſtibus, valet, Intrigl. ſing. 64. num. 400. lib. 3. etiam ſi iuramentum adiectum eſſet, vt ibi num. 401. probat, ſed cùm ſcriptura publica probari poſſit, ex multis probat Reg. Sanfel. dec. 185. à num. 1. ad 5. & eo ampliùs ob mortem creditoris ſubſequutam extinctum erat vti perſonale pactū. Ex aduerſo autem replicabatur, tale pactum eſſe de iure validum, & à iure approbatum, ex regula generali deſumpta ex cap. 1. de pactis, & fortiùs ob iuramentum debitoris, Doctores in l. ſi diligenti, de probat. & in auth. iubemus, C. de iudic. Specul. de probat. §. videndum, verſic. ſed pone, il primo, Bart. in l. fin. ff. de præc. ſtipul. eleganter per Io. de Amonocaut. 78. & poſt omnes Præſ. de Franch. dec. 361. num. 4. Surd. dec. 277. num. 21. & ſecundùm hanc ſententiam fuiſſe deciſum traditibidem D. Reg. Sanfelic. num. 10. Quod etiam conualidatur, quòd licèt quinque teſtes vim habeat publici inſtrumenti, ſecundùm Cyn. in l. optimam, C. de contrah. & committ. ſtipul. & per ea, quæ allegantur per Roman. ſing. 204. qui in prumptu producti, Curia pro Tribunali ſedente, impediunt liquidationem inſtrumenti, ſecundùm Robert. de liquid. inſt. conſid. 4. num. 54. & 55. & Reg. Rouit. in rub. de liquid. inſt. num. 3. quos refert Galter. in praxi inſtrum. rub. aut facta liquidatione, num. 55. 56. & 57. nihilominus attenta ratione iuramenti debitoris talis probatio teſtium non admittitur contra pactum. Robert. dict. conſid. 4 poſt num. 53 Vrſil. ad Affl. ct. dec. 398. & Bock. apud Reg. Tap. ritu 175. lib. 3. folio 241. Secundò dicebatur, qualiter hoc pactum licet ſit perſonale, quòd non conceditur, attamē poſt mortē Carmini creditoris tranſlatū eſt ad hæredes, quia non ſolùm fuit veſtitū cohærentia contractus principalis, l. actione, ff. pro ſocio, ex quo tranſit ad hæredes, iuxta terminos l. inter ſtipulantem, ff. de verb. oblig. & lege emptorem, §. fin. ff. de act. emp. maximè ſi tempore dicti pacti creditor haberet filios, & hæredes, ex l. niſi hoc autem, ff. de pact. & l. non ſolùm, §. tale ff. de liber. leg. tum autem quia licèt pactum nuncupetur negatiua conuentio, & ad hæredes non tranſit, c. & tex. in l. qui in futurum, §. 1. ff. de pact. quando tractatur, quod tranſit ad hæredes, tunc tranſiret, ſicuti in dicto inſtrumento in principio dicitur, ibi ſtipulantes pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, & in fine dicti inſtrumenti ibi pro obſeruantia prædictorum omnium obligauerunt ſe, ſuos hæredes, &c. elegantèr ibi tenet Bart. in dict. l. qui in futurum, §. 1. in princ. Quibus additur, quòd dictus Ioannes debitor principalis poſt obitum dicti Carmini ratificauit, & prorogauit dictum pactum in beneficium dictorum hæredum Carmini, ob ſolutiones factas dictæ Syluiæ tutrici dictorum hæredum notatas in margine dicti inſtrumenti, vt ibi legitur, ex quibus ſolutionibus intelligitur, Ioannem renunciaſſe eius iuribus, cap. ad Apoſtolicam, de regul. & in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. faciens enim actum contrarium eius libertati, renunciat ſuo iuri, Ioſeph. Ludou. dec. Lucenſ. 5. num. 63. & aſſentiens pacto prædicto notandi in margine inſtrumenti poſt mortem Carmini ſua iura perdidit, & aliena, & ſic hæredum creditoris fortificauit, dixit

Digitized by Google

Bald. in c. præterea, quib. mod. feud. amitt. Fuit deciſum, vt ibi refertur.

Pactum executiuum vigore inſtrumenti an exerceri poſſit per creditorem aduerſùs debitorem, non redacto, ſiuè reaſſumpto inſtrumento iuxtà Conſt. Regni Inſtrumentorum robur, videtur affirmandum, ex quo præſentatio inſtrumenti iuxtà formã ritus vt rectè procedat, multa requiruntur, & in ſpecie quod ſit rogatum de facie ad faciem, quod præſentetur per principalem, quod inſtrumentum ſit in forma probanti, & quod non ſit antiquum vltrà 20. annos, vt poſt Carau. in ritu 167. Incert. Author in addit. ad Franciſ. Ant. Rober. de liquid. inſtrum. conſid. 4 fol. 415. in fin. quo fit, vt ſi fortè elapſi ſint 20. anni, ità vt liquidari non poſſit, expeditur citatio vigore pacti executiui ad dicendum cauſam, quare non debet exequi vigore dicti pacti, vt ex Foller. in praxi cenſuali, verbo tanquam res iudicata, num. 37 docet Carauit. in ritu 167. num 32. quem ibi ſectatur Incertus Author loco relato, & ſequitur Mauſon. de cauſ. execut. q. 2. ſub n. 31. ver. amplio quarto. Eò quia inſtrumentum vigore pacti in eo appoſiti per partes habent executionem paratam, multos congerit Doct. Graſſ. in prælud. de except. num. 8. vbi num. ſeq. notat, quod partes poſsũt per pactũ omittere ordinẽ iudiciariũ, nàm ordo iudiciarius poteſt omitti de voluntate vtriuſq; Marant. in ſpecul. num. 2. par. 2. num. 1. & ſic vigore pacti executiui abſq; citatione erit præſtanda familia pro capienda poſſeſſione, & Iudex inſtrumentum abſque ordine iudiciali exequutioni demandare poteſt, & ità iudicatum cenſuit D. Regens Sanfelic. dec. 151. num. 2. & 8. & ſic indifferentèr hoc iure vtimur in praxi hoc modo agendi vigore pacti executiui, tàm pro cenſibus, quàm pro annuis introitibus, vt dixi in dict. voto 84. nu. 329. nàm & ſi aliqui aſſerant, tale pactum oriri ex clauſula illa, quod poſſit exequi more penſionum domorum, attamen idem D. Reg. Sanfel. in dec. 312. num. 14. ſubdit, ei videtur induci per licentiam ingrediendi, & capiendi propria auctoritate, de qua clauſula eius poteſtate, & vigore, prolixiùs agit Statil. Pacit. de Saluiano Interdict. inſp. 3. capit. 4. à num. 709. ad finem. Ex aduerſo replicabatur, de iure communi nulli dubium eſſe, quod inſtrumenta non habeant executionem paratam, probat Carauit. in ritu 166. num. 31. cum alijs apud Graſſ. dict. tract. in dict. prælud. num. 1. Præſ. de Franch. deciſ. 118. num. 5. Frecc. de præſent. inſtrument. par. 6. num. 4. ità vt pactum, quod inſtrumentum habeat executionem paratam non erit validum, ſicut nec contractus vt probaui in voto 84. nu. 5. ſed in Regno ſecùs eſt, cùm illud habeat executionem paratam, vt ibi Carauit. num. 10. ex diſpoſitione dict. Conſtitution. ſecundum quam fuit deciſum, Patis de reaſſumpt. inſtr. ſub 19. n. 20. Franch. deciſ. 341. num. 1. quæ etiam in Regno Siciliæ viget, idem Carol. de Graſſ. dict. tract. in 19. except. num. 48. Cæterum autem data illius inſtrumenti inualiditate, ſecùs eſſet, nàm inſtrumentum ità demùm habet exequutionem paratam, ſi eſt validum, ſecùs ſi eſſet nullum, ideò priùs de ipſius validitate quæritur, & ſi ſtatutum dicat, quod contra inſtrumentum nulla exceptio poſſit opponi, refert Viſill. deciſ. 283. num. 4. & hoc reſpectu ſolemnitatum requiſitarum relatarum per Berard. Pand. in tract. de præſentat. & execution. inſtrument. par. 1. declarat. 3. ex quo pactum exequutiuum redditur nullum, ſi annullatur actus principalis, Gratian. cap. 282. num. 36. præterea vt tale inſtrumentum ſit liquidum, ideſt clarum, & certum, idem Pand. dict. tract. par. 3. declat. 21. num. 63. & per totam, nàm inſtrumentum, quod præſentatur debet primò parere liquidum, Frec. dict. tract. par. 7. nu. 5. & p. 8. n. 1. & tunc diceretur liquidum, quando nulla indigeret probatione extrinſeca, Carauit. dict. rit. 167. num. 14. Reg. Rouit. in rubr. de liquid. inſtrum. num. 9. ſicq. ſtatutum cum præbeat inſtrumentis executionem, intelligendum erit de liquidis, Carauit. vbi ſuprà num. 4. adeò, quod ſtatutum nunquam excludit, quod inſtrumentum eſt illiquidum, Frecc. d. tract. p. 9. q. 16. n. 131. & talis illiquiditas multifariam dicitur, vt per eundem Pand. d. tract. p. 3. in d. declar. 21. nu. 66. Sicque ex his videtur præcluſa via executiua, vndè ordinariè agendum erit, ea propter ſi ex aliqua cauſa, obitus fortè Notarij, vel teſtium, vel quod ſit redactum in protocollo, aut elapſi eſſent anni 20. & indigeret reaſſumptione, & tũc quia talis reaſſumptio ordo requiſita requirit, Afflict. in deciſ. 6. n. 3. Anna ſing. 254. & quando petitur reaſſumi proceditur via iudiciali, Ann. ſing. 255. & tunc facta reaſſumptione inſtrumentum reaſſumptum auctoritate Iudicis haberet paratam executionem, Frecc. d. tract. p. 14. q. 1. n. 2. Interea tale inſtrumentum ſicuti liquidari non poteſt, & via executiua peragi, ità neq. pacti executiui ibidem adiecti, ſicuti ex eo, quia pactum executiuum exerceri non poteſt in negotio non liquido ex inſtrumento, quod eſt conditionale, ſed neceſſaria erit liquidatio, Torniol. conſ. 46. n. 28. Quocirca in cauſa Pompei Magaldi V. I. D. qui fecerat citari vigore pacti executiui Dominicum de Roſa debitorẽ capitalis duc. 400. & intereſſe, & factis conſuetis præceptis per M. C. at expeditis literis executorialibus fuit ex parte ipſius Dominici appellatum, & obtentum verbum fieri in S. C. eo quia inſtrumentum indigebat reaſſumptione, & facta relatione in S. C. per eandem M. C. V. fuit remiſſa cauſa eidem Magnæ Curiæ, vt prouideret, quod non moleſtaretur, vt patet ex actis in Banca Pulſoni.

Pactum executiuum adiectum in inſtrumento vẽditionis alicuius feudi cum fructibus certorum annorum præcedentium promiſſorum exigibilium, ita quod retardari non poſſit ſolutio ratæ pro pretio dictorum fructuum, ſi fortè aliquod impedimentum oriretur in exactione, & in caſu inobſeruantiæ poſſit propria auctoritate poſſeſſio feudi apprehendi, an exerceri poſſit nõdum impetrato aſſenſu ob defectum ratæ promiſſæ pro fructibus antè impetrationẽ aſſenſus, dũ fuerat oppoſitũ, eos nõ fuiſſe ſolutos culpa vẽditoris, à quo fuerunt per priùs exacti, immò allegabatur, reuocationem eſſe factam per venditorem vigore Conſtit. Conſtitution. vndè opus erat termino ſuper prædictis, fuit per Sac. Conſ. prouiſum, quod reſtitueretur poſſeſſio Terræ Meſuracæ hæredibus Illuſt. Ducis Altemps pro executione pacti adiecti, reſtituta quantitate Ioan. Angelo, & Ioſepho Bartile per dictum Ducem recepta, deducta quantitate per dictos de Bartile

le-

Digitized by Google

le, exacta liquidanda, pro qua liquidatione, & pro aliis hinc inde prætenſis audiantur Partes, facta relatione per D. Reg. tunc Conſiliarium Io. Franciſcum Sanfelicium, qui in dec. 151. id refert.

Pactum, quòd coniunctus præferatur in caſu venditionis an tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem, deciſum fuit negatiuè, ita affirmante D. Reg. Sanfel. in dec. 172.

Pactum initum, quòd non poſſit probari ſolutio per teſtes, ſed per publicas ſcripturas, an valeat, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. V. refert D. Reg. Sanfel. dec. 185.

Pactum adiectum in venditionibus factis per Vniuerſitatem, quòd emptores ſint immunes à ſolutione collectarum, quæ ab ipſis emptoribus erant ſoluendæ pro ipſis redditibus, an valeat, ſtante Pragmatica dictante, quòd Fiſcus, & Vniuerſitates in venditionibus annuorum introituum non ſoluant vltra annuos ducatos ſeptem pro centenario, fuit deciſum per R. C. S. emptores teneri ad ſolutionem collectarum, non obſtante immunitate promiſſa, & ita reſcriptum Capitaneo Caſalis Iuliani, & per Collaterale Conſilium approbatum, vt cenſuit D. Reg. Sanfelic. dec. 121. à n. 1. ad 7.

Pactum ſolitum adiici in venditionibus officiorum pertinentium ad R. C. S. vt ipſi emptores à nullo alio Iudice cognoſci poſſint pro quacunque cauſa criminali, ciuili, & mixtis dependentibus, & non dependentibus ab ipſis officijs, &c. ſi nõ fuerit adiectum, an cenſeri debeat adiectum ratione connexitatis officij, deciſũ fuit per Reg. Cam. Sum. facta relatione in Collaterali Conſilio affirmatiuè, ita cenſuit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in 1. reſponſo fiſcali, in diſſertation. num. 127.

Pactum adiectum in inſtrumento affictus cauponarum, in quibus vinum venditur ad minutum, ſoluendi mercedem pro medietate in pecunia numerata, pro reliquo autem per fidem crediti duorum terriorum, an ſuff. agetur Affictatoribus qui prætendebant, deberi ſibi detractionem, ſiue excomputum à Gubernatoribus, prætextu quòd moneta duorum terriorum fuerat ſublata de menſe Auguſti, & inde affictus fuerant ſubſecuti, dùm ipſi Gubernatores aſſeruiſſent, non teneri, quia contra expreſſum pactum vergebat. Per R. C. S. ad relationem D. Comitis Molæ Præſidentis fuerunt abſoluti Gubernatores, ea potiſſimùm ratione, quia tempore locationum, & multò ante publicè in vulgus efferebatur, immò omnes pro certo habebant, veterum Bancorum extinctionem in dies, ac iam dudùm futuram eſſe, ac non ampliùs ſolutionem per eos faciendam eſſe ex effectibus in girum, ſed tantùm ex pecunia numerata, vt re ipſa ſequutum fuit, & ablato giro ipſi Gubernatores pro extaleo ſoluerunt R. C. pecuniam numeratam, ſic atteſtante D. Regente Fabio Capycio Galeota in reſponſo Fiſcali 18. ſub num. 42. verſ. nec mittam etiam.

Pactum adiectum in emptione alicuius officij à Regia Curia venditi, & conceſſi, vt ab officio prædicto nullo pacto, aut caſu auocari poſſit, nec alius ipſius adminiſtrationi præfigi, donec ſententia vltima, & finalis viſitationis, vel alterius Iudicis competentis, officio diffinitiuè priuetur, an ſuccedente copia delictorum intuitu officij commiſſorum, ob quod contigerit ſuſpẽdi, ſi eo inſtanti pro reſtitutione officij obſtet, vel non in contingenti caſu Regij Dohanerij Menæ pecudum Apuleæ. Hæc omnia in facto, & in iure proſequitur D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in ſuo reſponſo fiſcali 15. qui in calce reſponſorum, præſertim in notula deciſionum, refert ſub die 3. menſis Septembris 1623. facta relatione per R. C. S in Collaterali Conſilio deciſum fuiſſe, non adeſſe pactum, & proinde infra menſem procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ principalis.

Pactum appoſitum in contractu, quòd ſi debitores deficerent in ſolutione cenſus per annum poſt tempus, quo cenſus debebatur, quòd poſſit repræſentari contractus tam pro ſorte principali, quàm pro tertijs decurſis, quando non fuiſſet oppoſitũ, valeret, & ita pluries per S. C. deciſum fuiſſe in contingentia facti teſtatur audiuiſſe Alexand. Trentac. conſ. 59. n. 5. par. 1. & prædictis conſentiunt Doctores per me citati in voce 84. n. 137. aſſerentes, ita practicari.

Pactum anticipatæ ſolutionis an ſit licitum, & non vſurarium in contractibus cenſualibus, concluditur affirmatiuè, & ita deciſum per M. C. V. ita Alexand. Trentacinq. conſilio 13. tomo 2.

Pactum executiuum exerceri an poſſit ad inſtantiam creditoris contra ſuum debitorem, ſi fuerit actum via liquidationis inſtrumenti, & quia liquidari non poterat, fuerit iudicatum, eſſe procedendum ordinariè, quemadmodùm contigit in facto occurſo, cùm fuiſſet citatus Vincentius Potus ad inſtantiam Franciſci del Santò, vigore inſtrumenti capitulorum tam pro capitale, quàm pro tertiis decurſis, & quia non poterat liquidari inſtrumentum prædictum ad inſtantiam generi contra ſocerum, placuit S. C. determinare, vt ordinariè ageretur, vt fuit deductum ſuprà in verbo Liquidari, quinimmò ipſe Actor relicta via liquidationis conuolauit ad pactum executiuum, cuius vigore citari fecerat dictum Vincentium aduersùs pactam, & ſuppoſita priùs qualitate cauſarum inſtrumentalium, quæ ſunt ſummariiſſimæ, cùm in illis procedatur ſummariè, ex diſpoſitione ritus M. C. V. 166 Marant. in eius ſpecul. par. 4. diſt. n. 9. n. 176 Et dicitur iudicium extraordinarium. Marant. in ſpecul. par. 4. diſt 10. num. 7 Eò quia in Regno inſtrumenta habent executionem paratam, ex diſpoſitione eiuſdem ritus. Carauit. in dicto ritu num. 10 Fuſc. ſing. 43. lit. L. Et proinde cauſa executiua dicitur ſummaria, & extraordinaria, Borgn. dec. 28. n. 2. par. 2 Marant. in ſpec. par. 4. diſt. 9. n. 175. quia cauſa executiua dicitur expeditarum expediend. Borgn. dec. 21. num. 7. par. 1. quod idem erit attendendum in pacto executiuo, quod eſt conuentio inter contrahentes, quòd in caſu, quo non datur quod dari debet, aut fieri, creditor habeat licentiam proceſſum ab executione inchoandi contra reum, & quod poſſit propria auctoritate ingredi, ita Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 5. n. 1. vbi n. 8. & ſeqq. probat, tale pactum apponi poſſe in omnibus contractibus, & quòd ſit validũ refert Scacc. de iudic. cap. 67. n. 27. Quo fit, vt cùm pactum nedùm ſit pars contractus, Berous

conſ.

Digitized by Google

conſ.157.n.5.& 6.vol.2.Surd. dec.82.n. 7. Monac.dec.Florent.21.n.13.Milanenſ.dec. Sicil.3. n.78.lib 2 cum alijs relatis per Mart. Vveſembec.conſ.51.n.25.par.2. immò pars intrinſecarei,Coſta in praxi conuent.par.1.0.116.Sed verius pars pretij, Ripol.var. reſol.cap.4 n.94. & cap.11.n.458.Coſta vbi ſuprà, Borgnin.dec. 29. n.20.31.& 66. par.1. immò loco pretij, Cancer. var.reſol.cap.1.n. 34 par.3. appoſitum ad fauorem illorum,cuius tendunt,idem Borgn. deciſ. 20.num.10 31.& 66.par.1. Subſequitur, quòd quando cauſa ſit ſummaria omnes articuli ſunt pariter ſummarij, Marant.in Specul. par.4. diſt. 9.n.40 Et ampliùs, quia pactum ipſum executiuum de per ſe eſt ſummarium.Sicuti incidentia in cauſa principali eiuſdem naturæ ſunt, cuius eſt cauſa principalis, quia naturam eiuſdem cauſæ principalis aſſumunt,Præſ.de Franc.dec. 517.n.1.ſic pactum regulatur ſecundùm principale propoſitum,Afflict.dec.80 num 4. Secundò inſpecta qualitate Actoris, qui habet facultatem agendi quouis modo, ac eligendi viam ſibi meliùs viſam, & ſic Actoris eſt electio pro conueniendo debitore,probat Mauſon.de cauſis execut.ampl. 20.n.10. ſicuti etiam Actoris in poteſtate eſt,quando velit agere,Io.Anton.Bell. conſ.5.n.158.& modum agendi eligere,hoc eſt, vel agere ordinariè pro conſecutione ſui crediti,vt probat And.Gayl.lib.1.practic obſer.in obſer.60.n.2.& 3.Vel ſummariè,ſi qualitas cauſæ id expoſcat, de quibus per Marant. in ſuo ſpeculo par.4.diſtin.9.per totam. Sicuti electio eſt actoris,quando haberet plures debitores diuerſi fori,Borg.dec.2. num.2.par.1,& ex pluribus Iudicibus rei poterit eligere,corā quo vult, Scacc.de iudic.cap 34.num.44. & facta electio ne poterit variare, Soc. conſ.94.vol.3. potiſſimè quando fuerit proteſtatus,Mauſ.dict. ampl. 19. num.10.Sicque vna via electa non prohibetur altera vti maximè in executiuis,vt probat Mauſon.dict.tract.ampliat.15.n.5.Et ampliùs attenta natura clauſulæ prædictæ adiectæ in inſtrumentis,quòd vna via electa altera non tollatur, vt ex Vital. de clauſ. et ſpendit Galter.in praxi inſti.3.pat.rub.1.num.8. Ex aduerſo replicabatur, prædicta vera eſſe re integra, vt optimè oſtendit And.Gayl.pract. obſer.lib.1,obſer. 60. n.4. per ſimile exemplum oſtendit, dummodò non fuerit deuentum ad actum extraneum,hoc eſt,ſi cauſa ſummaria fuerit deuoluta ad cauſam ordinariam,non datur regreſſus,quia de priuatione ad habitum non datur regreſſus ſecundùm Philoſophos, quapropter ſummarium iudicium non debet cum ordinario confundi,idē Gayl dict.lib.1.obſer. 23. ſub nu 2. Adeò quòd cùm fuerit ordinatum, vt ordinariè in cauſa procederetur, non poterit ampliùs in ea ſummariè procedi, non enim eſt de iure improbatum, quòd in cauſis ſummariis non poſſit procedi ordinariè,inquit Carau.in ritu 288.nu.28. Muſcatell,in praxi S.C.lib.1.par.1.gloſſ.petitur, n.4.poſt Marant.in ſpec.par.4.diſtin.9. ſub nu. 203.& ſi cauſæ ſummariæ,licèt in illis procedatur,proceſſus tamen valebit,Minſing. ſing. obſer.cent 6.obſer.17.num.1.quia redit ad ſuam naturam,non tamen contrà,ſi cauſa fuerit ordinariè cœpta, vt ſummariè inde in ea procedi debeat,Marant.vbi ſuprà,num.213.Mauſon.de

cauſ.execut.ampl.19.num.9.Ita quòd actor executiua agere non poteſt,prætermiſſa via ordinaria,quam elegit,Giurba dec.55.num.18.vnde quemadmodùm eligens viam ordinariam iudicij non poteſt ampliùs redire ad extraordinariam,Borgn.dec.45.in addit.num.74.par.1. poſt Alciat.in cap.perniciòſam,in 8.notab. num. 29. de offic. ord. Berous conſ.54. num.1.& ſeqq. vol.3. vt in materia liquidationis inſtrumenti tradit expreſſim Galter.in praxi inſtrum. 3.par. rub.1.num.8.ſic creditor executiuè poteſt, agere,relicta via ordinaria, ſi conſultum illi non ſit ordinariè,ſuum poſſe conſequi, Giurba dec. 55. num.12. Et ſic omnes articuli eiuſdem cauſæ,Marant.in ſpec.par.4. diſtin.9.num.40.nam articulus cuiuslibet cauſæ cognitionem requirens habet inſtantiam,Borgn.dec.10. num. 32. par.1.ſic pactum in eodem inſtrumento factum dicitur eſſe correſpectiuum ad contractum, Io. Ant.Bellon.conſ.27.num. 2.& ideò pacta adiecta in eodem contractu, dùm ſunt partes contractus,vt dictū eſt ſup.ſuccedet regula vulgaris illa,idē iudiciū, quod eſt in toto quòad totū eſt in parte quòad partem,l quæ de tota,ff.de rei vēdic.Euerard.in topica iuris, loco à toto ad partem,vbi alia conferentia addit ad ornatum, & numer. 9. inquit, in totum quamlibet ſuam partem,& proinde ſubſequitur, deſtructo toto, cenſentur eius partes etiam deſtructæ. Quod idem erit attendendum, ſi pacta eſſent acceſſoria,& proptereà deſtructo principali acceſſoriū tollitur,Borgn. dec. 10. num. 1. par.5. ſicuti reſciſſo principali videtur reſciſſum acceſſorium, Cagnol.in l.cùm acceſſorium, n.9.ff de reg.iur. Sic nullo declarato contractu, pacta ſimiliter erunt nulla,Berous d.conſ.157. quia acceſſoriū non debet ſeparari à ſuo principali,Borgn.dec. 31.num.36. par. 2,ita pactum ſuper principali trahitur ad acceſſorium,Cagnol. vbi ſuprà, nu. 11.non mirum,ſi præcluſa via agendi ordinariè reſpectu intius contractus, cenſeri debeat etiam præcluſa via ſimiliter agendi reſpectu pacti ibi adiecti.Sicque facta relatione in M.C.V. per Iudicē de la Torre de hoc anno 1644. fuit per eandem M.C.decrtū,quòd pro executione decreti S. C. audiantur Partes infra quatuor dies,penès Salernum.Et his etiam conueniunt concluſa ex multis DD. per Statil, Pacific.de ſaluian.interdict.inſpect.3 cap.4. n.717. quòd quando creditor habens talem poteſtatem ingrediendi propria auctoritate,& Iudicem adierit,non poterit relicto iudicio poſſeſſionem vigore dicti pacti ampliùs ingredi, & deciſum refert.

Pandectarius ſic vulgò nuncupatus alicuius Banci, an quemadmodùm teneatur domino vero pecuniæ à Banco exactæ ſub apodixis falſis, vt probaui,& deciſum retuli in 3.par. noſtri Compendij,verbo Bancum,ſimiliter teneatur pro giratis factis in dorſo fidei crediti, & videtur dicendum,non aliter teneri ob præſumptam veritatis indagationem,dùm ſibi vera fides ab eodem Banco facta reſtituitur, quæ cùm realiter eſt vera,præſumendum etiam erit, quòd girata in ea facta ſit veriſſima,eò quia falſum dici non poteſt id, quod habet aliquid veritatis admixtum,Gram.conſ.30.num 14.& conſ.33.num.13. cum alijs adductis per nos in addit.ad dec.Reg. Salern.

Salern. 46.n. 11. ſicuti etiam falſi non tenetur qui dat ſchedulam falſam Notario, vt ponat in actis, cùm Notarius non teneatur, Bellaz.conſ. crimin.61.num.24.lib.1. & cùm alias de hoc cõtigiſſet hæſitari in Regia Iuncta Bancorum in cauſa Tiberij Brancatij, qui habebat fidem Banci Diuæ Mariæ Annunciatæ de Neap. ducat. 190. quam certo die amiſerat, & deuenta in poſſe inuentoris ſub falſa girata acceſſit ad Bancum prædictum, & pecuniam conſecutus fuit, de quo conquæſtus coram Domino Delegato & factis diligentijs in forma cum recognitione ſuæ manus, fuit tandem interpoſitum ſubſcriptum decretum, videlicet. Die 26. Auguſti 1624. Neap. Facta relatione in Regia Iuncta coram Reuerendo Patre Magiſtro, interuenientibus omnibus Magn. Io. Baptiſta Meliore, Fardinando Biancia, Scipione Rouito, Io. Franciſco Sanfelicio, & D. Gregorio de Angulo Reg. Conſiliarijs, & Camillo Marra Præſidente R.C.S. per eam fuit prouiſum, quòd olim Pandectarius Banci A. G. P. non moleſtetur ad inſtantiam Tibatij Batancatij pro ſolutione ducat. 190. per d. Tiberium giratorum Iacobo Buonanno contentorum in fide crediti eiuſdem Banci, ſub die 9. Decembris 1624. & girata ſub die 29. Decembris præſentis anni 1625 Hoc ſuum, &c. Ioan. Franciſcus Sanfelicius, penès Io. Baptiſtam Iadoniſium pro Magiſtro Actorum, cuius copia eſt præſentata in proceſſu Franciſci Antonii Buſielli cum Scipiona Rotulo, in Banca Speræ. Bene verum eſt, quòd aſſerebatur in depoſitione Hieronymi Corcioni olim Pandectarii eiuſdem Banci conuenti in ipſa girata, aſſerium eſſe ſolui pecuniam eidem Iacobo Buonanno eius famulo, & quòd ipſe Tiberius ſolitus erat cũ d. Banco negotiari, & bene cognoſcere ſuam ſubſcriptionem in d. fide crediti eſſe veram, vnde ſubſequebatur altera veritatis ſimilitudo ob ſolutionem factam eius famulo, vt conſiderat in terminis conſimilis caſus occurſi Anton. de Amat. var. reſol. lib. 1. reſol. 20. n. 15. Quanquam in cauſa Franciſci Antonii Buſielli cum Scipione Rotulo olim Pandectario Banci Montis Pauperum, & Nominis Dei, dùm ipſe Franciſcus Antonius conſignaſſet fidem crediti ducatorũ 28.3.7. duorum tertiorum eiuſdem Banci D. Sebaſtiano Surrentino, vt operaretur, quòd ſibi ſolueretur, comperta fuit girata facta in perſonam eiuſdem D. Sebaſtiani manu Notarii Horatii Caualerii, illinc ad certos annos conuento ipſo Scipiona ab ipſo Franciſco Antonio ad ſolutionem dictorum ducatorum 28. ob giratam falſam factam ab eodem Notario, qui non reperiebatur deſcriptus in numero Notariorũ, prout ex fide Cancellarii Regiæ Cancellariæ oſtendebatur, attamen fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, videlicet. Die 20. Decemb. 1641. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnif. V. I. D. Don Franciſcum Merlinum Regium Conſiliarium, & cauſę Commiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quòd Scipio Rotulus infra dies triginta procuret reſtitutionem quantitatis ſolutæ D. Sebaſtiano Surrentino, aliàs prouidebitur ſuper petitis. Hoc ſuum, &c. D. Franc. Merlinus, Franc. Anton. de Mercatia Secretarius, Spera Actuarius. Poſtmodùm fuit interpoſitum aliud decretum domi huiuſmodi. Die 12. menſis Iunii 1643. Neap. per Reg. Conſil. D. Franc. Merlinum cauſæ Commiſſarium delegatum. Viſis actis, auditis Partibus fuit prouiſum, & decretum, quòd ſtante lapſu termini ad procurandum reſtitutionem ducat. 28. 3. 7. ſolutorum D. Sebaſtiano Surrentino, ſeruata forma retroſcripti decreti S. C. Scipio Rotulus olim pandectarius Banci Sacri Montis Pauperum infra dies quindecim ſoluat Franc. Antonio Buſiello quantitatem prædictam, aliàs prouidebitur, Hoc ſuum, &c. D. Franc. Merlinus. Demùm die 30. Ianuarii 1644. facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnif. V. I. D. Don Franc. Merlinum Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S. R. C. prouiſum eſt, quòd infra alios dies triginta præciſè, & peremptoriè Scipio Rutulus procuret reſtitutionem pecuniæ à d. D. Sebaſtiano Surrentino, aliàs termino elapſo decretum latum per cauſæ Commiſſarium ſub die 12. Iunii 1643. executioni demandetur. Hoc ſuum, &c. D. Franc. Merlinus, Franciſc. Ant. de Mercatia Secret. Hanc eandem quæſtionem attingit Anton. de Amato d. lib. 1. reſol. 20. ſi Tabula nummularia, vel Bancherius teneatur reſtituere vero domino pecunias ab alio expenſas à Tabula, vel Banco cum falſis apodixis, & ſubſcriptionibus, & per multas rationes concludit affirmatiuè, ex Scacc. ibi relato de commer. & cambiis, §. 2. gloſſ. 5. q. 15. num. 395. eundem ſequitur Noguerol. in alleg. 19. n. 27. & ibidem conſiderat Amatus diligentias faciendas in comparitione ſubſcriptionum, n. 12. & refert ibidem in fine, ita fuiſſe Siciliæ iudicatum, prout aliàs per Collaterale Conſilium idem deciſum cum Pandectario Banci Spiritus Sancti, vt retuli in eadem additione, n. 13. illud etiam pro corroboratione præſentis decreti S.C. mandantis ipſi Pandectario, quòd procuret exactionem pecuniæ exactæ ab eo, qui præſentauerat talem fidem cum dicta girata falſa, eſt iuri conſonum, ex dec. 76. Romana relata ibidem per Amatum in calce deciſionis, in qua apparet, fuiſſe condemnatos Miniſtros Tabulæ ad ſoluendum petitam quantitatem pecuniarum exactam à Banco falſis apodixis, licèt tamen vt regreſſum habeat contra eum, qui falsò exegit, vt ibi eum videre.

Paragium debitum Monialibus an ſuper bonis parentum tantùm vnà cum fructibus debeatur per ſucceſſores, ſi enim attendatur nomen paragii, certum eſt, eſſe illud, quod datur filiæ, eſt quemadmodùm portio, quam haberet filia, ſi pater ipſam priuaret hæreditate, ex And. in Conſt. In aliquibus probat Reg. Lanar. in conſ. 70. n. 4. Hinc paragium eſt loco portionis de iure naturæ debitum, Præſ. Amatus conſ. 11. n. 2. Sicque debetur iure naturæ, Præſ. de Franc. dec. 44. n. 1. quod ſecundùm aliquos idem iuris eſt cum legitima, ſubdit ibi Amat. num. 3. vbi nu. 9. id declarat, licet non ſit idem, quod legitima, ſed quid diuerſum, Gram. dec. 101. n. 64. eſt tamen quaſi idem ex interpretatione Sapientum Regni, qua de re communiter Doctores aſſerunt, illud eſſe loco legitimæ, Conſil. Anna cõſ. 75. n. 11. In cuius locum ſucceſſit, & ſubrogatum eſt, Camill. de Medic. conſ. 11. n. 7. conſ. 75. n. 10. Conſ. Theod. alleg. 81. n. 3. Præſ. Amat. conſ. 12. n. 20. Reg Galeot. contron. 15. n. 30. tom. 2. Conſ.

Anna

Digitized by Google

Anna in conſ.6.num.10.& conſ.75.n.8.Per.de Gregor.de dote,& paragio,q.2. Maſtr. dec.242. n.24.dec.248.n.51.& dec.107.n 5.dec. 200. n. 27.Intrigl.dec.31.n.4.Muta dec.90.n.40. Amat. reſol.2.n.17.to.1. Cannet.in extrauag.volentes, § non eſſet,n.4.fol.98. Vnde quemadmodùm paragium debitum vigore Conſtit.Regni non differt à legitima,Reg.de Ponte conſ. 50.nu.4. vol.2.ita è contra quoniam æquiparantur,Maſtril.dec.251.n.13 & inuenta ſunt de iure Côſt. Regni,Cannet.in extraua. ſi aliquem,§.at pulchra,n.19. Idcirco ſicuti legitima debetur in corporibus,& non in fructibus, l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoff teſtam. Molfeſ. in Conſuet Neap.par.3.q.6.n.2.& 24.& conſ.9. n.16. nouiſſime Barbat.de diuiſ.fruct par.1. cap.2.nu. 15.Ita paragium cùm ſit onus reſpiciens patrimonium,in proprietate debetur,Amat.vbi ſup. n.24. ſicque tam paragium, quàm legitima in proprietate debentur, quemadmodùm eodem loco Amat.n.7.ſuadauit.Hoc igitur primo loco præmiſſo infertur ad aliud quæſitum,ſuper quibus bonis debeatur, & certum eſt,illud à fratribus deberi in bonis paternis, & maternis tantùm, non autem fratris, Camill.de Medic conſ. 11.n.12.Maur.iuri.allegat.103.num.2.latiùs Petrus de Gregor.vbi ſuprà,q.19.Et quòd debeatur vnà cum fructibus,vt prolixiùs agit Per.de Gregor.dict.tract q.26 vbi Additio, & Regens Galeota d.controu.15.n. 47. Hinc prodijt ſententia iſta per S.C.huiuſmodi,videlicet, In Dei nomine,Amen.Viſa ſupplicatione Maieſtatibus noſtris in noſtro S.C. oblata pro parte Venerabilis Monaſterij Sancti Marcellini de Neapoli, eiuſque Reuerendæ. & Venerabilis Abbatiſſæ, & Monialium, contra Magnificos Ioannem Baptiſtam,& Ioannem Berardinum de Anna filios,& hæredes quondam Magnifici Iacobi de Anna, & Margaritæ Agneſæ, cuius tenor talis eſt. S.R.M. Viſis denique videndis. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus,& declaramus, dictos Magnificos Ioannem Baptiſtam, & Ioannem Berardinum de Anna,vt filios,& hæredes dictorum quondam Iacobi de Anna,& Margaritæ Agneſæ conuentos principales vt principales,& Egregium Ioannem Dominicum Aulecta eorum procuratorem vt procuratorem condemnandos eſſe. & condemnari debere,prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia ipſos condemnamus ad dandum, ſoluendũ, & aſſignandum dictis Monaſterio, Abbatiſſæ, & Monialibus Sancti Marcellini, & Reuerendis ſororibus Ramondectæ, & Iuſtinę de Anna Profeſſis in d.Monaſterio eorum ſororibus, & filiabus dictorum quondam Magnificorum Iacobi,& Margaritæ petitum paragium,ſiue legitimam eis debitam ſuper omnibus bonis,& hæreditate dictorum communium eorum parentum,vnà cum fructibus liquidandis prædictis omnibus tempore executionis præſentis noſtræ ſententiæ Hanc eandem. &c. Marinus Freccia. Die 20.Martij 1551.Neap.Lecta.lata,&c. penès Ioannem Simeonem Balſamum Mag.Actorum, inde penes Iulium Cæſarem Galterium, nunc de Licto.

Paragium debitum Moniali ſicut nubenti,Muta in cap.6.num.6.& 9. Regis Iacobi tomo 1. ſed an idem erit,q deberur pro matrimonio carnali, ſatis differre videtur paragium debitum Moniali à paragio debito filiæ nupturæ,ex quo paragium ingreſſarum eſt illud, quod taxatum eſt per Monaſterium, quod vocatur paragium Ingreſſarum, & hæc conſuetudo ſeruatur iuxta conſuetudinem Monaſterij ſolitum peti, iuxta Præſ. de Franch. dec. 44. eundem ſecuti ſunt Reg Rouit.in conſ.42. n.4. vol.1. & in Pragm. 24.n.74.de feud.Molfeſ in Conſuet. Neap.par.4 q.16.n.11.& in addit.n.2.nos citat in prima parte noſtri Compendij, verb.Legatum dotis,Muta in cap.6.Regis Iacobi,n.7.& ſeqq. tom.1. Bilocta.concl.feud 3.n.12.Sed in paragio filiæ nupturæ aliter practicatur, quoniam tale paragiũ vel erit legitima, vel vltra, vt nubere poſſit, vt tradit Præſ.de Franch. dec. 87.n.11.& deciſ.44. n.3.latè Regens Galeot.contro.iur.tom.2.contro 15.per totam, quo fit,vt tale paragium conueniens filiæ nupturæ eſt,vt pari nubere poſſit, inquit Camill.de Medic.conſ.75.n.6.& 9. quare poterit eſſe pluſquàm legitima,& minùs,Reg. Galeota contr.iur.tom.2.contro. 15.n.22. & cõtro.16.n.1.& 2.Bilocta d. concl.feud.3. per totã, in quo erit aduertendum circa eius liquidationem,qualiter erit facienda,vt pari nubere poſſit,Gram.dec.103.n. 63. & ſeqq. Quocirca in cauſa Reuerend Monialium ſororum Ramondectæ Iuſtinæ,& Iuliæ de Anna, & pro eis Venerabilis Monaſterij S.Marcellini de Neap.cum Io.Baptiſta,& Io.Berardino de Anna,fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 7. menſis Nouembris 1552.Neap.Facta relatione de prædictis in S.R.C.per Magn.V.I.D.Marinũ Freccia Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium,Decreto ipſius S.R.C. fuit prouiſum, quòd legitima d ſororum cũ omnibus fructibus petitis liquidetur, prout præſenti decreto liquidatur,vltra alias quantitates ſolutas in ducatis quingentis pro qualibet ipſarum, verùm ſi Magnifica Iulia maritabitur, teneantur dd. fratres tempore maritagij ſoluere alios ducatos mille de carolenis argenteis. Hoc ſuum, &c. Marinus Freccia, Nicolaus Vincentius Cæſarius Secretarius,Iulius Cæſar Galterius Actorum Magiſter,vnde colligitur ex hac deciſione, competere etiam paragium Moniali,etiam non Profeſſæ,vt aliàs deciſum patet apud Capyc.in Conſuet.Si moriatur,ſub nu.67. in apoſt. incip. An autem hæc conſuetudo,quem citat Molfeſ. vbi ſuprà n.12.

Paragium debitũ filiæ ſiue pro Monacatu,ſiue pro matrimonio carnali an ſuper feudo,vel eius fructibus debeatur, nã certum eſt in iure,paragiũ, ſiue dotem de paragio eſſe onus feudi, Caſtill. dec.109.num.85.Muta dec.90.n.2.& 17. Petrus de Gregor.de vita,& militia,quæſt.11.numer.3. & de dote, & paragio, quæſt.3. Amat. var. reſol.tom.1.reſol.2.num.43.Conſil.Anna conſ.75. num.8.Bilocta concluſ.feud.concluſ.16 num.2. & rationem aſſignat Cannet.in extrauag.volentes,§.& cùm,n.13.quia datur pro portione legitimæ. Vnde dicitur debitum neceſſarium patris.Intrigl. dec.31 n.7. cùm illud debeatur ex Conſt.Regni In aliquibus, Caſtill dec.90.n. 35. ideò debetur ſuper feudo,latè Maſtrill.dec.200. per totam,Petrus de Gregorio de dote, & paragio,quæſt.19.vbi Add.& conſequenter cùm ſit

onus

onus feudi, poterit reo feudum adiudicari, Muta in cap. 6. Regis Iacobi, num. 32. tom. 1. immò alienari feudum, vt ſubdit n. 223. & pro eius cōſecutione frater cogi poterit ad feudi alienationem, Reg. Rouit. in Pragm. 24. nu. 61. de feud. & quòd poſſit alienari feudum antiquum ex pacto, & prouidentia in ſubſidium pro ſolutione dotis, & paragij, probat Cumia in cap. Si aliquē, de ſucceſſ. feud. verb. antiquis, n. 478. Et ſic non in fructibus, nam dos nequit ſolui ſuper fructibus, Pet. de Gregor. d. tract. quæſt. 26. n. 9. Ex aduerſo dici poterit, quòd licèt ſit onus feudi, ipſa dos de paragio tamen eſt onus perſonale, Maſtr. d. deciſ. 200. n. 29. Reg. Rouit. vbi ſupra, nu. 68. Pet. de Gregor. d. tract. de dote, & paragio, q. 22. n. 4. Sed illud debetur in pecunia, non tamen in corpora feudi, idem Pet. de Gregor. d. tract. de dote, & paragio, quæſt. 12. n. 2. Conſil. Anna d. conſ. 85. n. 25. & dùm debetur in pecunia, pro eo fit executio diſcuſſis bonis allodialibus, idem Pet. de Gregor. eo. tract. quæſt. 26. n. 2. & quæſt. 12. n. 3. Quocirca in cauſa ſororis Corneliæ de Piccolominibus, cui Ill. Io. Bapt. de Piccolominibus pater Marchio Illiceti legauerat legitimam duc. 4000. pro quibus cōtenta remanſerat recipere ducatos 60. ſua vita durante, cum pacto vt ſoluerentur in Ciuitate Neap. tertiatim, aliàs nullum ſit inſtrumentum, & dùm intenderet contractum ipſum annullari facere ex cauſa prædicta, ſimo remanentia legato, ac etiā ex cauſa læſionis enormiſſimæ, fuit tandem prolata ſententia, in qua fuit reſeruata prouiſio facienda reſpectu conſecutionis paragij, vnde prodijt ſequens ſententia, videlicet. Viſis ſupplicationibus Maieſtati noſtræ in noſtro S.C. oblatis pro parte ſororis Corneliæ de Piccolominibus, quarum tenores, &c. S.R.M. viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram, &c. Explicando prouiſionem reſeruatam in ſententia lata per noſtrum S.C. ſub die 18. menſis Februarij 1600. dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, ſatisfaciendum eſſe, & ſatisfieri debere, prout ſatisfieri mandamus in fructibus Terræ Illiceti in actis deductæ pro concurrenti ſumma paragij liquidandi, pro rata tamen, quæ competere poterit ſuper d. Terra Illiceti, habito reſpectu ad totum patrimonium remanſum poſt mortem quondam Marchionis Illiceti patris dictæ ſororis Corneliæ, tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, ac etiam pro fructibus prædicti paragij, ad rationem ducatorum quinque pro centenario à die litis conteſtatæ. Hanc eandem, &c. Marcus Antonius de Ponte. Lecta, lata die 23. Decembris 1600. penès Balſamum, nunc Carbone. De hac deciſione meminit Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 128. n. 11. in poſtrema editione, poſt hæc viſus, & de hac deciſione meminit Reg. Rouit. in Pragm. 14. num. 75. de feud. ſequitur Barbat. de aſſiſtent. gloſſ. 5. nu. 72. Laratha in Theatro feud. par. 9. dilucidation. 72. num. 18.

Paragium debitum filiæ aſcendere ad portionem virilem, deciſum fuit in cauſa illarum de Cuomo, vt tradit D. Reg. Fab. Cap. Galeota controu. ius tom. 2. contr. 16. n. 24. & 26.

Paragium an debeatur ſuper omnibus bonis feudalibus, & burgenſaticis, & fideicommiſſarijs, fuit per S.C. deciſum die 7. Iulij 1587. paragium deberi Lucretiæ Cuomo ſuper bonis quondam Franciſci Senioris aui, tam ſuper feudalibus, quàm allodialibus non ſubiectis fideicommiſſo dict. aui, & ſic deberi in ſubſidium, iuxta liquidationem faciendam, in bonis verò quondam Leonardi Cuomo patrui magni eiuſdem Lucretiæ paragium non deberi prætenſum a d. Lucretia, ſtante exiguitate paragij, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contrauer. tom. 2. contr. 16. n. 25.

Paragium ſuper augmento pretii feudi empti per aliquem an debeatur filiæ ſecundogenitæ, in cauſa ſororum de Coppula, per Dominos Arbitros fuit abſoluta primogenita à paragio petito ſuper augmento pretij dicti feudi, & tale laudum fuit confirmatum per Sacrum Conſilium, vt refert Dominus Regens Hector Capycius Latro conſultat. 35. in eius calce.

Parlamenta fieri poſſunt etiam in diebus feriatis, & in eis fieri electiones, quæ redduntur validæ, nec annullari debēt ſub hoc prætextu, & ita per S.C. deciſum in cauſa Terræ Pertæ, referēte Conſiliario Grazzarello, in Banca Figliolæ, Nouar. in Pragmatica 4. col. inſtan. 4. de adminiſt. Vniuerſ. num. 31.

Pater ſi expenſas fecerit filio ex cauſa ſtudii, & incolatus, an illas repetat à cohærede filii prædecedentis, Marta in eius ſumma de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 18 art. 7. num. 15. dixit, quòd pater tenetur ſubminiſtrare expēſas filio ſtudioſo volēti incūbere ſtudio, ex tex. in l. de bon. §. non ſolùm, ff. de carb. edic. & latè Rebuff. de ſcholaſt. priuil. in 53. priuil. Garſia de expenſ. cap. 3. num. 45. immò pater obligatur pro talibus expenſis ſtudiorum, Surd. de aliment. tit. 9. priuil. 97. n. 3. Valaſc. in praxi partit. & collat. cap. 13. nu. 153. Immò filius compellere poteſt patrem, vt ſibi miniſtret ſumptus in ſtudio, vt proſequatur alia ſuperaddendo Horat. Lucius de priuil. ſcholar. priuil. 16. ſubdens, quòd pater, qui ſumptus ad ſtudia filio denegat, eſt excommunicatus, & malum ſortitur euentum. Quamquam ex parte patris replicari potuiſſet, patrem non teneri neceſſariò facere expenſas cum filio peregrè extra domum ſtudenti, Valaſc. vbi ſupra, num. 154. immò pater, qui habet filium ad ſtudium, poteſt illum reuocare, nec tenetur pro illo impendere vſque ad finem ſtudii, Mangil. de imput. q. 31. n. 11. Nihilominus quia tales expenſæ factæ conſpiciuntur in vita filii, & tales expenſæ ob talem cauſam conferri non debent, ſiue ſint conſumptæ tempore mortis paternæ, ſiue non, prout de iure communi, & Regio probat ibi Valaſc. n. 158. neque in legitimam filii imputantur, latiùs Mangil. de imputat. quæſt. 38. Ideò in cauſa Fabii de Boctunis patris cum Troiano de Boctunis V. I. D. fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum per S.C. videlicet. Die 14. Iunii 1595. Neap. Decreto ipſius S. R. C. declaratum eſt, de expenſis cauſa ſtudii, & incolatus factis per Magnificum Fabium de Boctunis in hac Ciuitate Neap. non eſſe habendam rationem in beneficium prædicti Magn. Fabii. Hoc ſuum, &c. Ioannes Thomas Salamanca, Annibal Cæſarius Secretarius, in Banca Aſcanii Lōghi Mag. Act.

Pater ſuccedens filio inſimul cum alio filio antam in vſufructu bonorum, quam in proprietata ſuccedere videatur, cùm ſit certum, quòd patar ſit agnatus filio, Mendez à Caſtro in l. cùm oportet, par. 1. C. de bonis, quæ liber. ſub nu. 79. Et conſequenter pater ſuccedit filio vnà cum aliis fratribus, & ſororibus, ea diſpoſitione tex. In auth. defuncto, C. ad Tertull. Boer. dec. 185. n. 1. And. Alfer. conſ. 24. n. 6. Frec. in Conſ. Si quis, vel ſi qua inc. nota iſta f. 123. Imò quod pater in bonis filiorum non eſt ſimpliciter vſufructuarius, ſed habet proprietatem. Si attendatur diſpoſitio dict. auth. defuncto, §. ſed ſi cum parentibus, ibi, ita vt viriles portiones fiant, nam virilis appellatio importat ſine dubio ſucceſſionem in capita, l. virilis, ff. de leg. præſt. Coſta de port. ratæ, q. 138. n. 1. & portionis nomen ſimpliciter prolatum deſignat totum in vltimis voluntatibus, quatenus eſt relatiuum ad rem, non ad perſonam, ex Peregrin. notat Coſta contract. præmiſſo 6. n. 10. & hac ratione perpenſa quando pater inſimul cum vno filio ſuccedit alteri filio præmortuo, non habebit vſumfructum in portione filij viuentis, ea diſpoſitione auth. item hæreditas, Cod. de bonis, quæ liber. Capra conſ. 149. n. 4. Alfer. ibi, n. 8. Vrſil. dec. 85. n. 14. Præſ de Franch. dec. 573. & 651. notat Thaſaur. dec. 156. vbi aſſignat rationem, quia admittitur in parte proprietatis, vt ibi n. 3. quam etiam ſectatur Præſ. de Franch. dict. deciſ. 651. num. 6. Ex aduerſo autem dicebatur, de iure antiquo licèt inſolidum patri acquireretur bona aduentitia filii quòad dominium, & vſumfructũ, tamen hodie ex noua Iuſtiniani Conſtitutione vſusfructus duntaxat acquiritur, ad tex. in lege cùm oportet, C. de bonis, quæ lib. notat Pinel. in l. 1. C. de bonis matern. par. 1. n. 19 Caſtil. quotid controuerſ. de vſufruct. tom. 1. cap. 3 nu. 1. & 2. Cæual. contra comm. cap. 780. n. 218. Ripol. var. reſol. cap. 14. n. 442. & cap. 13. n. 198. latè Burat. dec. 433. tom. 2. vbi Additio. Et quando patri in hæreditate aduentitia quæſita filio, Pariſ. conſ. 74. n. 76. vol. 3. Et hoc præſertim in bonis maternis, ad tex. in l. 4. C. de bonis matern. Pellic. in Conſuet. Auer. cap. 7. n. 244. & cap. 3. num. 291. Napod. in Conſ. Si quis habẽs, de aliment. præſt. n. 18. Itemquè pater debet habere vſumfructum bonorum maternorum etiam ad filiam peruentorum, & ampliùs ſi filia ſit nupta, Capra conſ. 461. n. 2. In tantum quòd pater in bonis filiorum non eſt ſimpliciter vſufructuarius, ſed habet proprietatem, cum conditione, quòd habeat relinquere filiis, Caſtil. dec. 121. num. 4. Sed hæc procedunt, quando directè ſuccederetur matri, non tamen per interpoſitionem perſonæ filii, cui hęreditas defertur, & per mutationem ſtatus bonorum ei quæratur. Tandem in cauſa inter Troianum de Boctunis V. I. D. filium, & Fabium de Boctunis, inter cætera contenta in decreto lato per S. C. die 28. Februarii 1595. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Io. Thomæ Salamancæ adſunt hæc verba, ſcilicet. Inſuperque declaratum eſt, dictum Magnificum Fabiũ fuiſſe, & eſſe vſufructuarium tantùm bonorum ei obuentorum ex ſucceſſione quondam Fabritii eius filii, &c. penès Secretarium, in Banca Aſcanii Longhi.

Pater conſentiens adminiſtrationi filii, eo defuncto tenetur pro illo Vniuerſitati, & ita iudicatum aſſarit Dominus Règens Sanfecilius dec. 161.

Pater in his, quæ non habet vſumfructum bonorum filiorum, ſi ea adminiſtrauerit, tenetur pręſtare cautionem, & ita deciſum tradit D. Reg. Sanfel. dec. 180.

Pater in adminiſtratione bonorum filii an ſatiſdare teneatur in cauſa vrgente, fuit per S.C. iudicatum, non eſſe pręſtandam ſatiſdationem per patrem, cui delata fuit adminiſtratio bonorum maternorum filii, ſed ſufficere eius obligationem, D. Regens Sanfelicius dec. 208.

Pater, & filius an ſimul in eodem Tribunali iudicare poſſint, fuit in facto obſeruatum affirmatiuè, D. Reg. Sanfelic. dec. 77.

Pater an admitti debeat ad accuſandum reum inquiſitum de homicidio eius filii, ſtante remiſſione eius vxoris matris, & tutricis poſthumæ, cuius cauſa receperat beneficium indulti, vide infrà in verb. Remiſſio.

Pater an poſſit renũciare vſufructui bonorũ aduẽtitiorum filii in præiudicium creditorum, concludatur cum diſtinctione, quòd aut pater antequàm illum agnouerit, renunciauerit, & bene procederet, ſin autem fructum agnouerit, & tunc minimè renunciare poterit, & ita fuit per S.C. iudicatum die 27. Martii 1643. in cauſa creditorum Andreæ Paulellæ cum Petro eius filio, vt refert D. Conſil. D. Ferdinandus Arias de Meſã var. reſol. li. 3. c. 37. n. 14. vbi n. 12. refert, cauſam ipſam fuiſſe finità tranſactione ſponte oblata ante expeditionem cauſæ à dicto Petro, qui fuit condemnatus in ducatis 700. quibus depoſitis S.C. tolli iuſſit ſequeſtrum.

Pater ea diſpoſitione iuris communis l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. nequit plus relinquere filię primi matrimonii, quàm ſecundi, ſi fortè ex aliqua ſubſiſtente cauſa fuerit à patre plus vni, quàm alteri relictum, an eius diſpoſitio valeat, fuit deciſum affirmatiuè per S. C. & eadem ſententia confirmata, vt refert Dom. Regens Hector Capyc. Latro conſult. 119. lib. 2. vbi rationem reddit de filia, cui minùs relictum fuerat, quia monocula exiſtebat, & non poterat ita faciliter cum perſona eius qualitatis matrimonio collocari, & ſic ob defectum naturalem, vt ibi refertur.

Pater an ſuccedat filiæ decedenti ab inteſtato, & ſuæ matris hæredi in bonis extradotalibus, fuit difficultatum in M.C. ſuper confectione præambuli D. Gregorii Sylueſtri ſuper interpoſitione decreti prædicti ſuper hæreditate D. Felicis Syluestræ eius filiæ ab inteſtato defunctæ, quæ erat hæres ſuæ matris, ex eo, quia dum agebatur de ſucceſſione in Ciuitate Neapolis, attendi debebat Conſuetudo Neap. Si quis, vel ſi qua, mandans, ſuccedi proximiores ex parte patris in bonis defuncti decedentis ab inteſtato, ac alios proximiores in bonis maternis ex parte matris, & ibi Napodan. nu 138. & 248. vt quoquè meminit eſt Reg. Rouit. in conſ. 23. nu. 1 lib. 1. Præſ. de Franch. dec. 537. n. 16. Conſiliar. Theodor. alleg. 79. n. 15. Reg. Hector Capyc. Latro dec. 61. n. 4. & in terminis Marin. Frecc. in eadem Conſuet. in apoſtilla, incip. Nota iſta, & præcedentia, fol. 125. in fine inquit, & ſcias, quòd pater in bonis maternis præfertur proximioribus

ſius ex parte matris, non in totum, ſed in medietate tantùm, vt tenet Napod. in Conſuet. Filiusfamilias, in verb. Saluo. Nec ob id ambigendum eſt, ſi mulier eſſet extera, & vir Neapolitanus, vt erat caſus noſter, & è contra, quia militat eadem ratio ſubiectionis Conſuetudini, ex adductis per Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 2. tit. de perſonis, q. 6. Montan. contro. iur. in 8. contr. nu. 53. & 54. Replicabat pater aſſerendo, qualiter eius vxor non erat Neapolitana, neque apparebat cõſtituiſſe dotẽ, neque adeſſe capitula matrimonialia, licèt eius filia eſſet Neapolitana, adhùc tamen præfata vxor habebat certa bona extradotalia ſibi obuenta, & empta, exiſtentia extra diſtrictum Neapolitanum, quocirca non ſubiacebat diſpoſitioni dictæ Conſuetudinis, poſtquam Conſuetudines Neapolitanæ locum habent in diſtrictu Neap. vt diſpoſitum eſt in proœmio Caroli eiuſdem Conſuet. §. per diſtrictum, Montan. contr. iur. contr. 8. n. 1. Et ſic non extendũtur extra diſtrictum, & ad bona extra diſtrictum, vt poſt Napod. in Conſuet. Si moriatur, n. 83. & in dict. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, n. 174. Conſil. Theod. alleg. 1. n. 10. & allegat. 17. n. 4. & Conſuet. Pupillus, de in integ. reſtit. n. 8. latè proſequitur Anton. de Alexand. in dicto proœmio Caroli, eo. §. per diſtrictum, in apoſtilla incip. Nota ex hac gloſſ. fol. 44. Montanar. vbi ſuprà in dict. contro. 1. Anton. Capyc. in Conſuet. Si qua moriens, incip. Gran caſo. Remanet tamen diſpoſitio iuris communis, vt conſiderat Napod. dict. Conſuet. Si moriatur, n. 83. quo ſiquidem iure pater ſuccedit filijs, cùm ratio pietatis, & miſerationis ſuadeat, l. ſcripto. §. fin. ff. vnde liberi, l. nam & ſi parentibus, ff. de inoff. teſt. Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 4. q. 4. n. 6. Nec officit ſi vir duxerit vxorem Neapolitanam, vel è contra, quia in hoc attenditur etiam ſtatus bonorum exiſtentium vel in diſtrictu, vel extra diſtrictum, ſicque ſi Neapolitanus duxerit vxorem exteram, exiſtens extra Ciuitatem contraxerit cum vxore, vel legauerit, quærit Anton. de Alexand. vbi ſuprà, an talis diſpoſitio regulari debeat ſecundùm Conſuet. Neap. & inquit, quòd ſi attendimus caſum reſpectu bonorum exiſtentium in Ciuitate, proculdubio ligarentur Conſuetudini, aliàs ſecùs. Quocirca Napod. in dict. Conſuet. Filiusfam. dict. verb. Saluo, in fine, licèt concludat, patrem eſſe admittendum ad medietatem bonorum maternorum filiæ, attamen quia patri competit bonorum ſubſidium, concludit promptiùs, eſſe conſulendum pro patre, quàm pro matre. Idcirco facta relatione in M. C. per D. Thomam Carauita, de menſe Ianuarii 1644. fuit interpoſitum decretum præambuli in fauorem patris, vt ex actis in Banca Salerſe, nunc de Auitabile, penès Alexandrum Morellum.

Pauper allegans paupertatem debet illam probare, vt probando cenſuit Ciarlin. contr. forenſ. cap. 109. n. 21. Arias de Meſa var. reſol. lib. 2. cap. 3. n. 9. cùm ipſa ſit per allegantem probanda, inquit Ciarl. d. cõtr. c. 33. n. 105. & qualiter probetur oſtendit. Cũ aũt in dies in noſtris Tribunalibus, ad hoc vt poſſit pauper dicere de nullitate decretorum, & ſententiarum depoſitũ pœnæ in cauſa ſuccumbentiæ fieri debeat, ex diſpoſitione Pragmaticæ, ex quo multi litigantes prætextu paupertatis nequeũt facere depoſitũ, ne autem eorum iuſtitia pereat ad finem proponendi eas ſolent impetrare reſcriptum Principis, per quod mandatur vel S. C. vel R. C. vel M. C. vt de iuſtitia prouideat, & ſic per dicta Tribunalia elargitur terminus pauperi allegantis paupertatem, hoc contigit in cauſa Io. Franciſci de Aſſerio cum D. Antonio, & Io Paulo Durante, in qua fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum. Die 26. Nouembris 1625. Neap. Facto de prædictis verbo in S. R. C. per Magn. V. I. D. Per Anton. Carauita Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto S. R. C. prouiſum eſt, quòd detur terminus dierum quatuor ad probandum paupertatem allegatam per Ioann. Franciſcum de Aſſerio. Hoc ſuum, &c. Petrus Antonius Carauita, Franciſc. Anton. de Mercatis, in Banca Scrinæ Magiſtri Actorum pro Felice.

Peculatus pœna quæ nam ſit in Officiali Regis, accedente magno furto pecuniarum, concedi dicitur, eſſe pœnam mortis, verùm quia in caſu contingenti iſte Officialis erat ſenex, fuit condemnatus perpetuò ad deportationem in inſulam declarandam per Suam Excellentiam, & ad intereſſe Regiæ Curiæ, teſtatur D. Reg. Sanfel. in dec. 166.

Peculatus pœna quæ nam ſit aduersùs eos, qui publicam pecuniam in rem propriam vertunt, deciſio refertur in verb. Pœna.

Pecunia data per aliquem alicui Vniuerſitati, præuio aſſenſu, cum ſolita clauſula, vt infra ad cenſum, vel mutuata pro aliqua cauſa implicanda, an cum effectu creditor ſoluendo illam erit ſecutus, vel cum effectu debeat in cauſam expreſſam conuerti, hoc fuit hæſitatum in cauſa Io. Catharini Gentileſchi, cum Vniuerſitate Caſcinæ, pro pro qua in iure allegauit peritiſſimus Aduocatus Conſtantinus Caſarus V. I. D. huiuſmodi. In venditione, ac in quocunque contractu, quæ faciunt Vniuerſitates, requiri decretum Superioris non ambigitur, & ſignanter Vniuerſitates Regni non poſſunt facere venditiones annuorum introituum abſque Regio aſſenſu, vt in Pragm. fin. de cenſib. & in Prag. 12. de admin. Vniuerſ. at quia aſſenſus per R. Cancellariam expeditur cum clauſula, dummodò pecunia conuertatur in cauſam ſupplicatam, & decem Expeditoribus, qui ſe obligent de redimendo dictum cenſum infra quinquennium, aliàs aſſenſus habeatur pro non præſtito, & dicti particulares teneantur ad omnia damna, & intereſſe, fuit dubitatum, an creditor, vel qui emit cenſum, vel qui Vniuerſitati mutuat teneatur eſſe curioſus, vt cum effectu pecunia, quam Vniuerſitas vel recipit mutuò, vel ad cenſum conuertatur in cauſam ſupplicatam, & in Regio aſſenſu expreſſam, an ſatis ſit, ſi eam ſoluat, vel Syndico, Electis, vel Deputatis, & an ſi dicti decem Ciues ſe non obligent, vel infra illud quinquennium cenſum non redimant, vel mutuum non ſoluant, ſi hoc creditori afficiat. De duobus fuit diſceptatum acerrimè in cauſa Io. Catharini Gentileſchi cum Vniuerſitate Caſcinæ, in Banca Marci Salerni pro Anaſtaſio Act. M. C. V. & deciſum contra Vniuerſitatem, nam dicabat Aduocatus creditoris, quòd erat diſtinguendum, an Vniuerſitas contraxerat

Digitized by Google

cum decreto, vel ſine decreto, nam licet veriſſima ſit doctrina Paul. de Caſtro in l. quod ſi ſeruus, §. in rem autem, ff. de in rem verſo, quòd contrahens cum perſona contrahere prohibita, illi queritur actio, quatenùs probetur, quod cum effectu in rem illius perſonæ ſit verſum, & quòd contrahens hoc caſu debet eſſe curioſus, Bal. in auth. ſi que mulier, nu. 14. C. ad Velleian. vbi Abb. n. 3. Fulg. n. 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 576. n. 32. tamen quando pupillus, mulier, Eccleſie, vel Vniuerſitas contrahunt cum decreto Iudicis, non oportet, quòd contrahens ſit curioſus, nam ſemper præſumitur in vtilitatem pupilli, vel Vniuerſitatis, &c. & transfunditur onus probandi contrarium in ipſo minore, vel Vniuerſitate, Odoff. Bert. Bal. Salic. & alij in leg. prædiorum, C. de præd. min. Iaſ. in l. nam & poſteà, §. ſi minor, n. 25. ff. de iureiur. Sforz. Odd. de reſtit. in integ. pat. 1. quæſt. 47. art. 5. ex num. 23. & ſic omnino præſumendum erat, pecuniam fuiſſe expenſam in cauſam ſupplicatam. Nec obſtat, quòd ille modus, vel conditio reſultebat ex ventre eiuſdem aſſenſus, ſeù decreti, nam fuit dictum, quòd quando tota Vniuerſites legitimè congregata ad ſonum campanæ, concludit in conſilio capiendi mutuò pecuniam, & elegit Deputatos, quibus dat mandatum ſpeciale pro capiendo dictam pecuniam, vel mutuò, vel ſub annuis introitibus, & fuit reſolutum, & concluſum per totam Vniuerſitatem, ſiue per Conſilium Magnum ipſius, tunc mutuans eſt ſecurus, & non tenetur eſſe curioſus, vt pecunia conuertatur, ſed ſufficit eam ſoluere habenti ab Vniuerſitate prædicta ſpeciale mandatum, ita diſtinguit poſt Odoff. Bal. & alios in l. Ciuitas, ff. ſi cert. pet. Capiblan. in proprijs terminis de Baron. Pragmat. 12. per totam, ex num. 9. qui alios allegat, nam cùm iſti fuerunt electi ad repræſentandum immediatè totam Vniuerſitatem, præſumuntur probatiſſimę vitæ, & in eis ceſſare omnis fraudis ſuſpitionem, ſecùs autem eſſet, ſi Conſilium paruum eſſet, nempè Syndicus, & Electi tantùm ceperent mutuò, vel ſub cenſibus pecuniam, nam tunc nullo modo obligaretur Vniuerſitas, niſi creditor manifeſtè probaret, eſſe verſam in beneficium Vniuerſitatis, Doct. in dict. l. ſi Ciuitas, & Capiblanc loco citato, poſt Montan. & alios ſuper Pragmatica de adminiſt. Vniuerſ. ergo cùm in caſu iſto tota Vniuerſitas legitimè congregata cępit pecuniam ad cenſum, præſumendum eſt, fuiſſe expenſam in cauſam ſupplicatam, & Vniuerſitati aſſerenti contrarium onus probandi, non fuiſſe verſam, incumbit. Immò Surd. dec. 55. Oſaſc. dec. 171. & idē Surd. dec. 156. dicit, quod illud, quod liceat, dummodò conuertatur in cauſam ſupplicatam, non eſt conditio, ſed modus, qui ſi non adimpleatur, non cadit damno creditoris, nec aſſenſus inualidatur, ſed ad intereſſe tenetur non adimplēa venditor, & ſupplicans, in puncto Capiblanc. de Baron. Pragm. 1. ex n. 294. verſ. quid ſi particulares Ciues, ſic de alia clauſula, vt decem ex ditioribus teneantur cenſum, vel mutuum extinguere, nam hoc reſpicit ſupplicantes, non creditorem, vt ex Zappul. in Pragmatica de admin. Vniuerſ. n. 13. & ita paſſim ſeruatur, & ita, vt dictum eſt ſuprà, fuit deciſum per M. C. V.

ad relationem Iudicis Aloyſij Corcioni contra dictam Vniuerſitatem, & fuit præſtita aſſiſtentia creditori, in eadem Banca, patrocinante eodemmet Aduocato Conſtantino Caſaro de anno 1644.

Pecunia non integrè ſoluta à conductoribus publicorum vectigalium creditoribus, ac ſibi retenta, quòd delicti nomen ſortiatur, & quę pœna in eos exercenda ſit, reſolutum fuit, non eſſe crimen peculatus, vel de reſiduis, ſed tanquam fures puniendi, & ſic pœne corporis afflictiua puniendi venirent, Dominus Regens Sanfelic. dec. 284.

Pecunia liberata à Iudice laico alicui Clerico ſub cautione in forma, an poſſit à Clerico ab eodē Iudice auoceri ex cauſa alterius intereſſe prætendentis, iam liberate fortè in concurſu creditorum, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, iunctis Aulis in cauſa Iuliæ de Azia cum illis de Caueio, vt refert D. Reg. Sanfelic. in dec. 2. ſub n. 17. vbi in addit. ſubdit idem deciſum in Collaterali Conſilio in cauſa Clerici Alexandri Marcheſij, & prouiſum, quòd reſtituat, & deponeret in Banco pecuniam liberatam cum cautione, & cùm eſſet oppoſitum pro parte Clerici de nullitate, facto depoſito fuerunt reiectæ, & dictum, non obſtere, & depoſitum pro pœna liberatum Regiæ Curiæ, & ratio eſt, quia pecunia per cautionem dicitur extare.

Pecunia liberata alieui litiganti per Iudicem domui prouidentem, & petita reſtitutione in integrum ex cauſa neceſſaria per alium, ad quem fuerat admiſſus per Sacr. Conſil. an priùs erit reſtituenda, & inde reſtitutio concedi, Sacrum Conſilium quòed pecuniam liberatam, vigore decreti Iudicis nihil voluit diffinire, an eſſet priùs reſtituenda abſenti reſtituto, cùm ſatis ſufficiens viſum fuerit confirmare decretum reſtitutionis in integrum, D. Conſil. D. Ferdin. Arias de Meſa variar. reſolution. lib 3. cap. 44. n. 27. & 28.

Penſio domus locatæ per dominum alicui, contra quem vicini inſtiterunt, non potuiſſe illi locari ob cauſam ſui exercitij Fabri ferrarij, cùm in eadem platea ſimiles artifices non conſueuerint habitare, accedente quoque inſtantia Medici conuicini ob impedimentum eius ſtudij, an erit per eos exoluenda domino domus, vel eius damno cedere, locando domum ſimili artifici, de hoc incidit tam in M. C. V. quàm in S. C. vētilari, audita conductione apothecæ cuiuſdam exiſtentis ſubtus domum Aloyſij Caracciuoli V. I. D. in perſonā cuiuſdem Fabri ferrarij antequàm in eā ingrederetur conuicini fidē fecerūt, nunquam in eadem platea conſueuiſſe habitare, quorum inſtantiæ concurrebat inſtantia Donati Antonij Stella A. M. D. ſuffulti priuilegio à iure cōceſſo Scholaribus, ac ſimilibus perſonis, qui non poſſunt incumbere eorum profeſſioni ob ſtrepitum dictorum Artificum, quinimmò poterunt compellere eoſdem Artifices exfractam facere, ne ſtudia impediantur, & hoc ob bonum publicum, quod priuatæ vtilitati præferri debet, l. munerum §. item, ff. de muner. & honor. nec proptereà ambigendum erit de tali priuilegio à iure ipſis Profeſſoribus iuris conceſſo, de quo quidem articulo ſi Doctor expellere poſſit Fabrum malleantem prope ipſius

domum

domum conductam, vel propriam agit Caroc. in tract. de locato, & conduct. p.5. q.5. rub. de profeſſor. vbi ipſam examinat pro vtraque parte, demùm concludit, id fieri poſſe, vbi n.29. tale priuilegiũ competere etiam Medico, probat ex multis, & cùm ita fuiſſet prouiſum per Magnam Curiam ad relationem Iudicis Io. Baptiſtæ Muſceptulæ, cùm fuiſſet à tali decreto appellatum ad S. C. ex parte domini domus locatæ prætendentis penſionem ab ipſis actoribus, dùm remãſerat vacua dicta apotheca non ſibi per tale priuilegium præiudicari poterat ſuis iuribus percipiendi penſionem, ex quo quando res locata, vel tradita, vel non tradita conductor ea vti non poſſit ſine dolo, & culpa locatoris, ſed ex aliqua cauſa, & impedimento contingente facto tertij, vel natura non tenetur dominus ad intereſſe, nec conductor tenetur ad penſionem pro illo tempore, ad tex. in l. ſi fundus, quem, ff. loc. l. item quæritur, §. exercitu, eod. tit. l. habitatores, §. fin. ff. eo. leg. ſi merces, verſ. l. ſi vicino, eodem titul. vbi Doct. quos ſequitur Gomeſ. variar. reſolut. tom.2. capit.2. de locato & conducto, numer.3. Et propter quemadmodùm locator tenetur curare, vt conductori liceat vti frui re conducta, aliàs teneretur ad remiſſionem mercedis, & ad intereſſe, Bellacomb. inter commu. opin. lib.4. tit. de locato, & conduct. n.30. ità è contra ſuccedente defectu, aut culpa conductoris, & eo caſu domino expellenti conductorem non eſt præcluſa via agendi ad penſionem, Caroc. eodem tract. par.2. tit. de effect. locat. ad longum tempus, q.6. n.95. Sed quando facto tertij, vbi nec culpa conductoris, neq. locatoris iminerat aliter dicẽdum erit, quemadmodùm locator compellitur per tertium ſpecialem ſucceſſorem dimittere rem locatam, etiam ſi ſpecialitèr ſit locata, ſi tertius offert intereſſe, vel pœnam, niſi interuentat prohibitio alienationis, ex Neguſant. de pignor. 2. par. n.7. membro 1. probat Vezin. inter communi opin. eod. tit. num.12. & ſic tàm reſpectu ipſius Medici procedere videtur, qui ſuo priuilegio innixo poterat conductorem ipſum, exfractari facere è conuicinio, vt dixi ſup. non eſt abſolutus à ſolutione penſionis in damnum domini locantis. quia qui ſentit commodum debet ſentire incommodum, cap. qui ſentit, de reg. iur. in 6. prætereà quia priuilegia non ſunt multiplicanda, Surd. dec.255. num.3. & dec.323. n.3. neq. iuſtum videtur, quod cum aliena iactura locupletari videatur, l. nàm hoc natura, ff. de cond. indeb. cum alijs apud Barboſ. princip. iur. lit. L. n.37. Tùm etiam reſpectu conuicinorum, qui nullum habere videntur in hoc priuilegium ob talem cauſam, & propterea arte ſua nemo prohiberi poteſt, vt l. quæro, ff. de iure patr. l. fin. ff. de obſeq. patron. præſt. Præſ. de Franch. dec.625. vbi refert fuiſſe deciſum contra vicinos prætendentes exfractari facere habentem filatorium prope eius domum, quia impediebatur ſomnum. Nec obſtat exemplum, quod poſſit allegari ex parte ipſorum nempè cùm meretrices tàm ex diſpoſitione iuris communis expelli debeant ab honeſto conuicinio, vt ex multis probat Anna ſing.338. vbi Additio eius filij, quam ex diſpoſitione capitulorum Ciuitatis, ſcilicèt Regis Ferdinandi Primi cap.29. & Regis Catholici cap.58. itaq. quod domini domus nequeant petere penſiones à conuicinis inſtantibus, vt diſpoſitum patet in alio cap.59. eiuſdem Regis Catholici, quoniam talis expulſio meretricum ex loco honeſto principaliter conceſſa eſt propter publicam vtilitatem, Caſſan. in Conſuet. Burg. rub.4. §.5. num.57. & hoc ratione honeſtatis ſeruandæ, ne morbida pecus ouile inficiat, cap. reſecanda 24. q.3. quod ſanè domino imputandum erit, ſi talibus perſonis locaſſet domum, quia mala electio eſt in culpa, gloſ. in l.2. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. Et propterea facta relatione in S. C. per eundem Iudicem de menſe Auguſti 1644. fuit remiſſa cauſa eidem M. C. vt prouideret, quod Cõplateatij ſoluerent penſionẽ domino apotechę, penès Secretarium, in Banca Nucerini.

Petens plus debito condemnatur iuxtà formam pragm. ad pœnam relegationis Nobilis, Ignobilis verò ad triremes per triennium, quod non procederet, ſi in petitione adeſſet clauſula, ſaluo iure ſuperflui, vt iudicauit M. C. in cauſa Matij Altoni, refert Nouar. in pragm.7. collect.7. n.10. de falſis.

Petitio, quod repetantur teſtes, an admittatur datis pro repetitis teſtibus per reum, reuocata confeſſione, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanfel. dec.259.

Piſcari an prohiberi poſſit à conuicinis Gulfi Maris ex tertis aduenientibus ad piſcandum cum certis retibus, & artificijs tendentibus vſque ad Solum maris, ex quibus nidi piſcium infruũtur, & diruuntur, taliter quod in tempore difficilis piſcatio redderetur ob piſcium carentiam in damnum conuicinorum. Hoc incidit pertractari de ordine Suæ Excellentiæ coram Spectab. Reg. Zufia in cauſa Caſalis Citariæ, eiuſque Piſcatorum Ciuitatis Cauæ cõtra piſcatores Iſclę, Procitæ, & cum Tartanis Gallicis, & ſuppoſito, qualitèr à certis annis ab hinc præfati exteri piſcatores cum dictis Tartanis Gallicis in Gulfo Salernitano piſcari cœperunt, modo, quod dictum Gulfum conturbabant, quia nidos piſcium deuaſtabant, & radebant talitèr mare, quod tollebant eſcam piſcibus, ex eo, quia retæ cum quibus piſcare ſolebant tàm longè, & amplè, quod vſque ad fundum maris extendebantur, adeò quod vbi tales exteri piſcari audedant, per multum temporis ſpatium piſcati non poterit ab alijs piſcatoribus, qui cum ſolitis retibus piſcari ſolent, quoniam nil reperiebant, vt piſcari potuiſſent, & ab immemorabili tempore ſteterant in poſſeſſionem piſcãdi in eodem Gulfo, de quibus grauati porrexerunt preces Excellentiſſimo Proregi, & commiſſa huius cauſæ cognitione præfato Spectabili Domino Regenti, per quem cùm fuiſſet prouiſum, quod ipſi piſcatores exteri non accederent ampliùs ad dictum Gulfum Salerni piſcandi cauſa cum ſimilibus Tartanis, ſed poſtmodùm ipſis comparentibus, & intendentibus iura eorum deducere fuit datus terminus in cauſa, infrà quem terminum præfati piſcatores de conuicinio multa in cauſa probauerunt per depoſitiones triginta duorum teſtium alienigenorum, & conuicinorum diuerſorum locorum adiacentium prædicto Gulfo Salernitano, quarè principalitèr depoſuerant, præfatos ciues Caſalis Citaræ ſtetiſſe, & ſtare in poſſeſſionem quietam ab immemorabili tempore, quo non eſt memoria hominum in contrarium, tàm

ipſi,

ipſi, quàm eorum patres, & anteceſſores piſcandi in dicto gulfo cum dictis retis ordinarijs, & alijs instrumentis piſcatorijs. Item qualiter dictum Caſale Citarę extat in littore maris contra dictum gulfum, & omnes ibi habitantes sūt Piſcatores, & viuunt cum tali artificio piſcandi, ex eo, quia tale Caſale nullum habet territorium, nec nemora, & ſituatum inter duos montes, & eſt ſterile, Item quod dictum Caſale eſt ſubiectum iuriſdictioni Ciuitatis Cauæ, & vti tale ſubſtinet omnia onera, ſolutiones, & impoſitiones ordinarias, & extraordinarias, ſicùt Ciuitas, pro quorum ſolutione tale artificium exercent, aliter oporteret illud derelinquere. Item qualiter ab hinc certis annis præfati Exteri Inſulæ Procitæ, & aliorum locorum conuicinorum cęperunt piſcari in dicto gulpho cum dictis Tartanis, ob quod magnum damnum, & intereſſe reſultauit ipſis de Citara. Item inſpecto tali modo piſcandi cum dictis retibus longis, & amplis, quouſque ad fundum maris extenduntur, poſtquam imponunt onera ferrea, & tantam furiam aſportant, dùm velum relaxat, & flatum expectant, & inde currunt cum tanta furia, quòd totū mare conturbant, taliter quòd ſubuertūt nidos piſciū, & oēs piſces indifferēter capiunt maiores, & minores, tollendo eſcam piſcium, qui nutriuntur ex piſcibus minoribus, & ſecum lapides, arenas, herbas, & alias immunditias attrahunt, taliter quod mare ſterile reddunt, ita vt per multum tempus ibi piſcari non poſſit cum retibus ordinarijs in pręiudicium iuris publici. Item quia talis modus piſcandi cum dictis Tartanis Gallicis eſt tam damnoſus, quòd tolleretur in totum vſus piſcandi in ipſo gulpho alijs, ex quo piſces dùm paſturam non inueniunt, aliò ſe conferunt, & cùm ita caperti fuiſſent poſt piſcationem ab illis factam, non potuerunt aliquid percipere, adeò quod cum magno eorum intereſſe alibi longè ſe contulerunt piſcandi cauſa. Item quia data captura omnium piſcium huiuſmodi facta cum dictis Tartanis, cum quibus nedùm piſces, ſed ligna, lapides, fangum, & ſimilia attrahunt, ob quod piſces corrumpuntur, & inde facta electione piſcium bonorum per eos, reliquos corruptos in mare proijciunt, & quod eligunt corruptioni expoſitum illicò vendunt, ne corrumpantur, Vltrà quod ipſi minati ſunt id peragere, vt in extremam paupertatem ipſi de Citara inciderent in eorum iacturam, qui huius prætextu piſcari nequeunt, & ſucceſſiuè onera ſoluere, neque decimas Eccleſijs debitas, ex quibus etiam Religioſi viuebant. Hæc in facto probata cernuntur. Licèt autem pro parte ipſorum Exterorum piſcantium cum talibus Tartanis Gallicis dici potuiſſet de iure, certum eſt, quòd mare eſt commune omnibus naturali iure, ad tex. l. 2. ff. de rer. diuiſ. §. & quidem, Inſt. eod. tit. poſt Cepol. de ſeru. Bucer. de regal. cap. 1. n. 42. Franc. Marc. dec. 529. n. 17. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 11. n. 27. vbi aſſerit, & proinde eius vſus prohiberi non poſſit, Henric. Bucer. de regal. dict. cap. 1. n. 54. Ad quod ſubdit ibidem Reg. de Ponte n. 18. quòd reſpectu maris tria conſiderantur, nempe proprietas, vſus, & iuriſdictio, ſiuè protectio, primum eſt in nullius bonis, ſecundum omnium commune, & tertium Populi Romani, ſeù Imperatoris, aſſequitur Cabed. dec. 46. n. 4. par. 2. Et propterea attento iure communi piſcandi ius omnibus competit, §. & quidem, & §. flumina, Inſtitut. de rer. diuiſ. Polyd. Ripa de nocturno tempore, cap. 13. n. 5. Nihilominùs ex parte ipſorum Actorum pro eorum tuitione fuerunt ſequentia in iure allegata per ſubſcriptum ſolertem Aduocatum, videlicet. Hæc omnia ſunt vera in facto, prout per teſtes fuerunt probata, quæ licèt non poſſint per dictos Piſcatores Procitæ, Iſchæ, & Gaetæ negari, nihilominùs perſeuerantes in eorum pertinacia præſupponunt, nullo modo poſſe impediri eorum libertatem piſcandi in mari, ex regula generali, quòd mare ſit commune omnibus, & hoc ius venandi, & piſcandi ſit de iure naturali, & gentium, §. ſed naturalia quidem, Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. tex. in cap. vlt. 6 diſtinct. & iuris gentium propria ſit venandi libertas, & adeò quod neque per Principem hæc libertas tolli poſſit, l. 1. & 3. & l. qui in littore, ff. de acquir. rer. dom. § ferè, Inſtit. de rer. diuiſ. & quòd poteſtas prædicta venandi iure diuino ſit hominibus data, vt habetur in Geneſi cap. 1. in illis verbis. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus Cęli, & beſtijs vniuerſis, & de iure prohibens, quem piſcari, actione iniuriarum tenetur, l. iniuriarum 13. §. vlt. ff. de iniur. videtur etiā ex his prima facie, dùm tractatur de prohibendò piſcationem in mari dura prætenſio Piſcatorū Citare. Sed ſi bene caſus conſideretur, nedùm non eſt dura, ſed facilis, iuſta, rationabilis, & omni iure admittenda, ſuſcipiendo partes dictorum paupertimorum Piſcatorum Citaræ, clariſſimis iuribus, & rationibus demonſtrabo, & quòd ius venandi, & piſcandi, licèt ſit de iure naturali, poſſit nihilominùs ex cauſa per Principem prohiberi, firmiter affirmant Rebuff. in l. vnica, C. de venat. ferar. lib. 11. Guglielm. de Bened. in cap. Raynuntius, de teſtam. n. 869. Caſſan. in Cōſuet. Burgund. rub. 13. §. 7. & nouiſſimè Sebaſt. Medic. in tract. de venat. piſcat. & aucup. in 5. q. 1. partis, & nonnulli alij Doctores, qui atteſtantur communi opinione, quos omnes allegat doctiſſimus Couarr. §. 8. 2. par. de reſtit. tomo 1. qui diſputando articulum hanc opinionem vti veram affirmat, & defendit, & rationem irrefragabilem aſſignat: quòd licèt animalia, volucres Cœli, & piſces maris, & cætera animalia ſint cōmunia omnibus, & cuilibet ſit licitum ea venari, non tamen ſunt communia omnibus, de iure naturali poſitiuè, & affirmatiuè, ſed negatiuè, quia nullius ſunt, & de iure naturæ nulli ſunt applicatæ. Angelicus Sanctus Thomas de Aquino defendendo hanc opinionem vti veram par. 1. quæ. 94. art. 5. & Caiet. in tractat. 17. quæſtionum, cap. 12. ſic ad literam affirmant, nam ius naturale non præcipit venationem, ſed permittit, & permiſſum iure naturali poteſt lex humana, & ſic Princeps, cui omnia ſubſunt ex cauſa prohibere, gloſſ. in cap. qui venationibus 85. diſt. & vbi ex cauſa publicæ vtilitatis & pro bono regimine poſſe per Principem prohiberi modum venationis, ne cum aliquibus inſtrumentis fiat venatio, per quæ nimis, & exceſſiuè ſpecies animalium deuaſtetur, & ex aliquibus inuentionibus maximam ruinam afferant

rant

rant, tenet ex noſtris moderniotibus Capiblan. de auctor. Baron. Pragm. 14. n. 40. qui ſubſequendo dicit n. 41. idem procedere in piſcationibus, cùm idem ius ſit in venatione Terræ, quod eſt in piſcatione, & quod dicitur de vno dicitur de alio, tex. punctualis in l. ſi fundi, §. aucupotum, ff. de vſuf. & quemadmodùm quis vtatur. Auendan. de exaquend. mand. in compendio, y Auiſo de Caza, y Cazadores, en verb. incip. El quarto caſo, & el quinto caſo, ad literam determinat quæſtionem ad fauoram dictorum pauperrimorum Piſcatorum, Gaſpar. Anto. Theſaur. queſtion. forenſ. 22. lib. 2. fallen. 2. notabiliter dixit, quòd hic modus venandi debet à Supremis Magiſtratibus prohiberi, hoc etiam habetur in cap. nemo retia, in tit. de pace tenen. & eius violat. in vſibus feudorum, in quo tex. legitur, quòd Federicus Imperator prohibuit certum vſum venandi, ſi prohibuit ad quid diſputandum hodie, ſi poteſt, vel non poteſt prohiberi, & licèt Deus dederit omnia animalia, volucres Cœli, & piſces maris ſub hominum dominio, poteſtate, & imperio, eoſdem tamen homines Regum, & Principum poteſtati ſubiecit, quibus iuſta imperantibus obedire tenentur, & multa iure naturæ ſunt licita, quæ ob publicam vtilitatem, & ob bonum regimen per legem humanam prohiberi poſſunt, dicit Couarr. in allegato loco. Igitur ſtantibus tot iuribus, & rationibus allegatis à tot, & tantis Eminentiſſimis & doctiſſimis Doctoribus, & ab Angelico S. Thoma, & Caetano, qui hanc opinionem vti veram, iuſtam, & æquitati conſonam defendunt, cur non debent dicti Piſcatores Procitani, & Caetani prohiberi à prædicto modo piſcandi cum dictis Tartanis Gallicis, contra quos per ſubſcriptos triginta duos teſtes de diuerſis locis eſt probatum, ruinam maximam afferre cum dicto modo piſcandi, nedùm in damnum dictorum pauperrimorum Piſcatorum Citaræ, quod ſi hic modus piſcandi in tali loco permitteretur, cogerentur derelinquere proprias domos, filios, & vxores, & mendicare per vniuerſum mundum, ſed etiam in præiudicium Ciuitatis Cauæ, ſub qua iuriſdictione dictum Caſale ſubeſt, & ipſius Homines, & Habitatores contribuunt in oneribus dictæ Ciuitatis impoſitis, & qui in dies imponuntur pro ſeruitio Suæ Catholicæ Maieſtatis, & ſic contra publicam vtilitatem, & etiam in præiudicium tot Vniuerſitatum, locorum conuicinorum, & Religionum Sanctorum Franciſci de Aſſiſio, & de Paula, quibus ſubminiſtrantur piſces à dictis Piſcatoribus ad finem vt orent Deum pro tuitione, & conſeruatione Regni, & tantò magis debent dicti Procitani deſiſtere, quia eis non impeditur piſcatio in dicto gulpho Salerni, ſed modus piſcationis, qui modus eſt pernicioſus, & debet à Supremis Magiſtratibus prohiberi, dicunt in terminis Capiblanc. & Gaſpar Antonius Theſaurus in allegatis locis, quos rogo legantur, & nedùm ex prædictis, ſed etiam ex rationibus per ipſoſmet Procitanos adductis debet talis modus prohiberi, dùm dicunt, quòd mare eſt commune omnibus, & in eo quilibet poteſt piſcari, ſed ſic eſt, quòd ſocius de iure vti debet re communi cum moderamine, & ad vſum deſtinatum, ita vt non afferat damnum conſocio, l. actione, §. labeo, ff. pro ſoc. in illis verbis, in fine, ſemper enim non id, quod priuatim intereſt vnus ex ſocijs ſeruare ſolet, ſed quod ſocietati expedit, igitur ex hoc etiam capite debet prohiberi talis pernicioſus modus piſcandi, immò dicunt Doctores, quòd ſi ſocius alio modo vtatur, poterit ei reſiſti, & propria auctoritate impediri talis vſus, tex. eſt in l. quemadmodùm, §. 1. ff. ad l. Aquil. Bart. in l. 1. §. melioratio, ff. de nou. oper. nunc. Rom. conſ. 52. prout fecerunt dicti pauperrimi Piſcatores Citaræ, qui videntes talem modum piſcandi cum dictis Tartanis Gallicis, deferendo eorum immemorabilem poſſeſſionem, in qua reperiuntur in iure piſcandi in dicto loco pacificè, & quietè, ſic per teſtes probatam. In qua de facto dicti Piſcatores cum dicto modo piſcandi perturbare, & inquietare prætendebant, ipſos eijcierunt, & tantò magis debet prohiberi talis modus piſcandi, dùm dicti Piſcatores id totum ad æmulationem faciunt, prout per teſtes fuit probatum, quod lex maximè abhorret, & adeo quòd licèt quis ſit rei ſuæ moderator, & arbiter, & poſſit in re propria facere, & de ea diſponere ad eius libitum voluntatis, nihilominus lex ipſa in caſu prædicto hoc arbitrium refrænat, & penitùs prohibet, l. opus, ff. de oper. publ. l. 1. §. denique, de aqua pluuia arcenda, & Paul. de Caſtro in l. cum eo, ff. de ſeru. vrb. præd. & licèt æmulatio non præſumatur, l. ſi merito, ff. pro ſocio, nihilominùs in caſu noſtro eſt ſatis clara æmulatio, tum quia eſt probata per teſtes, cùm etiam quia dicti Procitani accedunt ad dictum locum, & cum maxima eorum impenſa, ſtante loci diſtantia, & relinquunt eorum mare, vbi poſſunt piſcari cum maiori lucro, & minori impenſa, quo caſu eſſe veram præſumptionem æmulationis dicit Paul. de Caſtro in l. altius, C. de ſeruit. & l. cum eo, ff. de ſeruit. vrban. præd. tex. in l. & qui data opera, in principio, ex quibus cauſis maior. nam homini hominem inſidiari nefas eſt, l. vt enim. ff. de iuſtitia, & iure. Nec obſtant depoſitiones teſtium numero ſeptem per Procitanos in hac cauſa producti, quia ad nihilum deſeruiunt, nec de eorum depoſitionibus poteſt haberi aliqua ratio ex infraſcriptis. Primò, quia ſunt nulliter recepti per Actuarium Procitæ tempore, quo ipſorum audientia fuit commiſſa eius Capitaneo. Secundò ſunt teſtes eiuſdem Vniuerſitatis, & ſtante primo articulo Partis aduerſæ, in quo articulando dicit, quòd omnes Ciues dictæ Vniuerſitatis viuunt cum hoc exercitio piſcandi cum dictis Tartanis, eorum depoſitio nullam de iure facit fidem, cùm tangat ſingulos vt ſingulos, Bart. in l. in tantùm, §. Vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. immò dicit Alexand. conſ. 43. vol. 4. incip. viſis, & ponderatis, col. 6. quod etiam ſi tangeret ſingulos vti vniuerſos in caſu prædicto teſtis de Vniuerſitate vbi poteſt eſſe teſtis, non eſt integer teſtis, & quãta fides ſit eis adhibenda, Iudicis arbitrio remittitur, dicit Bal. coſ. 13. vol. 1. incip. Caſus, & hominea. Tertiò ſunt teſtes eiuſdem Vniuerſitatis Nautæ, & Piſcatores, cum quibus eſt lis, ſunt principales & deponunt in facto proprio, & ſic non probant, arg. l. 5. §. in propria, ff. quando appell. ſit. Quartò, & vltimò ſunt tales numero ſeptem, qui deponunt contra dicta triginta duorum teſtium examina-

torum

torum per dictum Caſale Citaræ Piſcatores, qui non ſunt de dicto Caſale Citaræ, ſed omnes exteri, & in caſu prædicto quoties teſtes de Vniuerſitate deponunt in fauorem Vniuerſitatis, & altera pars examinauit contrarium, eſt magis credendum teſtibus deponentibus contra teſtes Vniuerſitatis, quàm dictis teſtibus Vniuerſitatis, prout firmiter affirmant Abb. in cap. inſuper, col. 3. de teſt. vbi Felin. in verſ. fallit ſecundum, in caſu verò noſtro teſtes Vniuerſitatis Procitæ ſunt octo, qui deponunt ad fauorem Vniuerſitatis, teſtes verò Caſalia Citaræ ſunt triginta duo, qui deponunt contra dicta teſtiũ Vniuerſitatis Procitæ, ſunt eiuſdem Vniuerſitatis in minori numero, & deponunt in cauſa propria, igitur quanta fides ſit eis adhibenda, remittitur arbitrio Dominorum Iudicantium. Ex his omnibus ſic currenti calamo ſcriptis ſperant dicti pauperrimi Piſcatores Citaræ, eſſe prouidendum, quòd dicti Piſcatores Procitæ, Iſchæ, & Gaetæ abſtinere ſe debeant à dicto modo piſcandi in d. loco cũ d. inſtrumentis Gallicis, & pernicioſis à communi vſu omnium Piſcatorum alieno, in tam notabili damno publici & dictorum pauperrimorum Piſcatorum Citaræ. Reliqua ſuppleat Religio Dominorum Iudicantiũ ſupplentes quæ mihi infra ſcripto deſunt. Innocentius Grilia Aduocatus cauſæ. Et licèt fuiſſet per ipſum D. Spectabilem Regentem ordinatum, vt ſuperſederetur in piſcando per menſes duos, ad finem prouidendi, de anno 1643. vt ex actis penès Anaſtaſium à Mandatis Scribam, attamen poſteà comparuit Ciuitas Neapolitana, prætextu quòd hoc concernebat graſſiam Ciuitatis, & propterea impediti non poterat piſcatio, adhùc pendet deciſio facienda. ſed veritas ex allegatis conſpicitur, ad quorum comprobationem cenſeo, nedùm poſſe prohiberi venationem cum quibuſdam retibus, vel alijs inſtrumentis aptis ad ferarum depopulationem, vel hominum periculum, ex eo, quia ſubſequeretur animalium ſyluestrium, & ferarum innumera extinctio, quæ Reipublicæ incommodo eſt, vt ex Plat. Rebuff. Bertran. Caſſan. Medin. & Sebaſt. Med. probat Io. Pet. Mollignat. in tract. de venatione par. 2. quæſt. 23. Sed etiam piſcatio, quocirca optimè Cabed. deciſ. Luſit. 89. ſub n. 4. par. 2. inquit, poterit tamen propter publicam vtilitatem fieri hæc prohibitio, veluti necertia menſibus fiat venatio, & piſcatio, nec cũ certis inſtrumentis, ne aliàs pereat venatio, ſed creſcat, vt diſponitur in ordin. lib. 5. tit. 88. per totam, tradit Medin. vbi ſuprà, cap. 12. Afflict. libro 3. Conſtitut. rubric. 1. numer. 13. eleganter Didac. Couarr. in regula peccatum, 2. part. §. 8. numer. 3.

Pœna contenta in banno promulgato à Barone contra eius vaſallos, ne ad aliorum Tribunalia adeant ſub pœna, an exigi poſſit, deciſum fuit per Sacrum Conſilium affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Soloſiæ cum eius Domino, penès de Caro, tradit Epiſcop. Riccius collect. an. 1963. p. 7.

Pœna pro animalibus damna dantibus in alienis territorijs, quæ ſit ab eorum dominis ſoluenda dominis territoriorum, fuerunt circa hoc multæ deciſiones promulgatæ tam à S.R.C. quàm à R.C.S. vt infrà, & primò in cauſa Vniuerſitatis, & Hominum Terræ Montisfortis cum Io Cæſare de Loffredo, ad relationem Regij tunc Conſiliarij Quadra, die vltimo Iulij 1593. deciſum fuit, quòd pœna non excedat damnum, in Banca Villſitæ, nunc Sarro, ad comprobationem tradit Capibl. in 2. tomo de Baron. cap. 45. n. 1. Reg. Lanar. conſ. 98. n. 7. Nouar. in tract. de grauam. tom. 1. grauam. 44. in princip. vbi aliam ſimilem deciſionem adduxit, ea Camp. in cap. grauamina, in fine. Secundò circa hoc fuit dubitatum, quando damnum eſſet vltra Auguſtalem, & tunc fuit per S.C. deciſum in cauſa Vniuerſitatis Hoſtiliani cum Ill. Principe illius domino die 1. Martij 1567. ad relationem Regij Conſiliarij Antonij Orificij, quod ſi damnum non excedit Auguſtalem, pœna non excedat Auguſtalem, ſi verò damnum eſt ſuprà, pœna non excedat damnum, Act. Io. Portio, & iterum in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius domino die 10. Aprilis 1568. ad relationem Reg. Conſil. Bermudea in 43. grauamine, deciſum fuit, quòd ſi damnum eſt ſupra Auguſtalem, pœna non excedat damnum, ſi verò damnum eſt vltra Auguſtalem, pœna non excedat Auguſtalem, in Banca Cioffi, aliàs grauarentur vaſalli, latiùs Nouar. in eod. tract. tom. 1. grauamine 56. Tertiò quia pœna exigebatur etiàm quod non adeſſet damnum vel modicum, de quo grauata Vniuerſitas Hoſtiliani cum Illuſt. Principe, dùm in terris apertis, ſiue particulariũ bannitis animalia fortuitò intrarent, fuit per S.C. die 26. Nouembris 1566. ad relationem Regij Conſil. Antonij Orificij prouiſum, quòd ſi damnum non excedat Auguſtalem, pœna non excedat Auguſtalem, ſi verò damnum eſt ſuprà pœna non excedat damnum, in Banca Io. Portij, quanquam priùs deciſum referat Reg. Lanar. vbi ſuprà, n. 13. pœnam non eſſe exigendã. Quartò ex quo Baiuli pœnam exigebant à dominis animalium, quæ reperiebantur paſculari in territorijs ſaldis, & apertis, & non ſeminatis, ob quod nulla pena debetur, & propterea Vniuerſitas Territorum Caſanouæ, & Falciani Ciuitatis Caleni conquæſta fuit in S.C. aduersùs Ill. Principem Hoſtiliani eius dominum, ſe grauando à prædictis in 27. grauamine, etenim in omnibus Balliuis Regni eſt conſuetum, & ratione comprobatum, quòd pro animalibus, quæ reperiuntur paſculari in territorijs ſaldis, apertis, & non ſeminatis nulla pœna debetur, ſicq; die 16. Ianuarij 1560. ad relationem Reg. tunc Conſil. Io. And. de Curte deciſum fuit, quòd abſtineat, in Banca tunc Iubeni, nunc Cantoni, de qua deciſione meminit Regens Lanar. in conſ. 98. n. 8. meminit Nouar. in Pragm. 1. collect. 2. de offic. Baiuli, n. 6. & iterùm die 23. Ianuarij 1585. in cauſa Vniuerſitatis Literarum cum Baiulo eiuſdem Ciuitatis, ad relationem Reg. tunc Conſil. Vinc. de Franchia fuit prouiſum, quòd non impediatur vſus animalium Ciuium in terris apertis, quando in eis non eſt ſeminatum, & in terra ſeminatia, & clauſis Baiuli non exigant pœnam vltra damnum, quando non conſultò apponuntur animalia, & ſi eſſet vltra carolenos quindecim, non exigatur vltra, & idem ſeruatur, quando daretur damnum per animalia tranſeuntia, in Banca Roppoli, meminit Nouar. in Pragm. 1. de offic. Baiuli, collect. 2. n. 4. &

in

Digitized by Google

In 1.tom.de grauam.in grauam.43.vbi aliam deciſionem affert. Poſtmodùm in cauſa Vniuerſitatis Roccæ Aſpidis cum Comite eiuſdem domino in anno 1584. ad relationem Regij tunc Conſil.Petri Pauli Theodori,fuit per S.C. prouiſum, quòd in terris apertis non fructiferis quantumcunque bannitis non liceat intercipere animalia,neque pro his pœnam exigere, in fructiferis verò tempore fructuum pro animalibus ingredientibus liceat exigere pœnam, ſeruata forma capitulorum in actis productorum, in Banca Ciuitellæ. Prædictis accedat deciſio facta per R.C.S.die 24.Octobris 1567.in cauſa Vniuerſitatis Roſeti cum eius Barone, ad relationem Præſidentis Didaci de Eſcobar, huiuſmodi,videlicet. Si animalia intrant territoria appatronata, & damnum non inferunt, nec adeſt bannum,nec quærela Partis, Baro abſtineat lite pendente ab exactione pœnæ, iuxta deciſionem S.C.in cauſa Terræ Lauri, Anna ſing.138.Nouar.vbi ſuprà,n.32. & de grauam. in grauam.57.& 49. Si intrant,& damnum non inferant,& adeſt bannum,Baro lite pendente manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi pœnam,quanquam Reg.Lanar. vbi ſupra ſub n.14.ad hoc dicat,tunc pœnam exigendam eſſe, quando ex contemptu fieret immiſſio, & pœna moderabitur. Si intrant damnum inferunt, bannum,& quærela Partis adſunt, Baro manuteneatur,lite pendente exigendi pœnam. Si intrant,damnum inferunt,bannum,& quærela Partis non adſunt, Baro lite pendente manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi pœnam, hæc ex notamento Reg.Conſil.Io.Baptiſt.Meliſiis ita aſſerentis in vol.meo,fol.1.à ter. Quintò aduertendum erit pro contrauentione, ad hoc vt pœna locum habeat, quòd adſit bannum promulgatum, nam niſi præcedat bannū prohibitiuum,pœna non debetur, vt fuit iudicatum in cauſa Terræ Lauri, Anna ſing.138. Nouar.dict.Pragm.1.collect.2 num.10. vbi idē ſubdit deciſum in cauſa Vniuerſitatis Sanctæ Agathæ,ſe remittendo ad tract. de grauam. vaſſallorum,tom.1.grauam.48.& 49. & potiſſimū ad inſtantiam Partium,quibus inſtantibus pœna ſoluitur, & ſic in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius Domino,die 27.Nouembris 1573 ad relationem Reg.Conſil. Cadenæ, fuit per S.C. prouiſum, licere Baiulis Terræ Lauri,conſtito de contrauentione bannorum, ad inſtantiam Partium emanatorum, ipſis tamen Partibus inſtantibus,etiam quòd nullum adſit damnum, pœnam à contrauenientibus exigere,moderatè tamen,& dùm fuiſſet inſtatum,quòd S.C. declararet prædictam moderationem,hue vſque non fuit prouiſum,ad quod Reg.Lanar.vbi ſuprà allegat Frecc.de ſubfeud. in 42.auctor,Baron.dicentem,eſſe conſuetum in S.C.quòd quando nullum adeſt damnum, ſi tamen ex contemptu immittuntur animalia, ſoluitur pœna, prout moderatur per S.C. hæc moderatio diminutionem quandam ſignificat faciendam arbitrio Iudicis,ad tex. in cap.fin.de verb.ſignific.Arch.in cap.ſtatutum,n.2.de præbend.in 6.Catald.in tract.de tyr dic.quæſt.184. n.121.quos probat Gratus in tract.de diction. in dict. 124.n.2. Et quamuis priùs ad arbitrium Baiuli ſpectabat moderatio emendationis pœnarum damnorum datorum, vt ex pluribus corroborat Capiblanc.in 2.tomo de Baron.cap. 45.in principio, tamen per Regiam Pragmaticam fuit taxata ad ſummam Auguſtalis, quod eſt valoris carolenorum quindecim, ſed pro moderatione in caſibus præmiſſis non reperitur adhùc moderata firmiter, reſidet tamen in arbitrio Iudicis,& iterum in cauſa Caſularum, & Pomigliani deciſum fuit,niſi præcedente inſtantia Partis non poſſit exigi pœna, Nouar.d. collect.2.n.20.& dict. tract. de grauam. in grauam.50. Sed ſi banna fuerint ab ipſis Balliuis promulgata,quæ promulgari poſſunt, cùm ſint attributa eorum iuriſdictioni, ne quis audeat introire in alienos fundos abſque licentia, ſub pœna,Capibl.in Pragm.8.par.2.in fine, de Baron.cap.15.n.4. Attamen ſi ipſi banna facerent, ne aliena territoria intrarent, quæ erant ſalda, non ſeminata,& abſque fructibus,ob quod nedùm pœnas à dominis animalium exigebant, ſed etiam à tranſeuntibus,ſiue hominibus, ſiue fœminis,vel pedeſtribus,aut cum equis. de quo cùm fuiſſet Vniuerſitas Caſalium Caleni conquæſta in S.C.contra Ill. Principem in 28.grauamine,Facta relatione in S.C. per Reg. tunc Conſil. And.de Curte, die 16.Ianuarii 1560. fuit prouiſum,quòd abſtineat, in Banca Iobeni nunc Cantoni. Denique quando domini faciunt intrare animalia, ſiue cùm poſſint prohibere, & non prohibent, & tunc aut damnum paſſus accuſat pœnam pro tota quantitate, & exigitur pœna pro tota quantitate damni tantùm,& non vltrà, vt fuit deciſum in cauſa Caſtri Rotelli cum Comite Bichari,aut accuſat pro minori quantitate, & tunc pœna pro ea quantitate, pro qua accuſatur, & non vltrà poteſt exigi pœna, vt retulit Reg.Lanar.vbi ſuprà, n. 14. ad quod etiam alia adduxit Nouar. dicto tractatu de grauamin. tomo 1. in grauamine 44.& 53.

Pœna contrauentionis vaſallorum quando fuerint vocati pro ſeruitio domini, & renuerint, quæ nam ſit, fuit iudicatum in cauſa Terræ Lauri cum Marchione eius domino, die 10. Aprilis 1568. quod pro ſeruitijs præſtandis contentis in grauamine,vocentur tantùm homines neceſſarij pro dictis ſeruitijs, qui moneantur per diem ante,& à contrauenientibus non exigatur vltra tarenum in cauſis ciuilibus minimis,in alijs verò prout qualitas negotij, perſonarum,& temporis requirit, referente Quadra, in Banca Cioffi conferunt tradita,& recollecta per Berlich.dec.65.vbi de pœna ſubditorum, & ruſticorum debita ſeruitia præſtare recuſantiū, agit latiſſimè.

Pœna qua nam puniri debeat delinquens poſt pacem habitam cum aduerſario, ſub promiſſione de non offendendo ſub verbo,& fide Regia, quamuis de hoc extet Pragmatica edita die 28. Maij 1616. ſub Gubernio Excell. Comitis Lemenſium,qua mandatur, eam extendi poſſe vſque ad mortem naturalem incluſiuè contra ſimiles delinquentes ſub pacis velamine, vnde videtur eſſe arbitraria, nihilominùs ſucceſſo homicidio ſub pacis tutela, quoties de publica pace ageretur,erit pœna mortis naturalis, vt ex Bal.& alijs firmat Farin.in praxi crimin. quæſt. 107.par.1.art.6.num.57. nam committere vide-

retur crimen læſæ Maieſtatis, idem Farin. ibidē, n.59. ſed quoties de priuata ageretur pace facta inter priuatos homines ſub verbo, & fide Regia idem eſſet aſſerendum, maximè ſi nomine Principis fuerit facta, in crimen læſæ Maieſtatis incurreretur, ita ex Laud. Moron. & Magal. probat nouiſſimè Regens Hector Capycius Latro deciſion. 105. num 66. & ſeqq. vbi allegat ſupradictam Pragmaticam, quibus addo Guazin. in tract. de pace. & treug. &c. par. 1. §. 2. quæſt. 8. n. 5. ex notabili conſil. Gerard. Mazol. 68. n. 26. & ſequitur n. 27. quòd Princeps promittens alicui, quòd non offenderetur, videtur facere ei ſaluum conductum, allegat Gozad. conſ. 61. latè Farin. in eius praxi crimin. q. 29. n. 2. & ſeqq. & conſequenter ſucceſſa fractione pacis, & contrauentionis promiſſæ, erit locus pœnæ, adeò quod in caſu relato per eundem *Reg.* Hector. Capyc. Latro in cauſa illorum de Fuſco de Ciuitate Gaetæ, qui fuerunt ab indultu excluſi ob crudele homicidium patratum in perſonam inimici cum denegatione Sacramētorū, & percuſſione Clerici accedentis ad confitendum, & iuſſum procedi ad vlteriora, demùm die 26. Maij 1640. facta relatione Excellentiſſimo Proregi, interuenientibus Dominis adiunctis, fuerunt condemnati ad pœnam vltimi ſupplicij, & per Ciuitatem ducti ſuper curruס, & duo eorum famuli condemnati ad remigandum, ſicque fuerunt tranſmiſſi ad dictam Ciuitatem Gaetæ, vbi pœnam delicti ſuſtinerunt, nam fuit habitum pro vero, eos incurriſſe crimen læſæ Maieſtatis, & memini præteritis annis ſub gubernio Excellentiſſimi Comitis Benauenti, fuiſſe Nobilem decapitatum ante fores carceris S. Iacobi ob ſimile delictum contrauentionis pacis promiſſæ ſub verbo, & fide Regia, & eius famulum ſuſpenſum, ad relationem Regij tunc Conſil. Octauij de Piccolellis.

Pœna ſpreti mandati impoſita alicui ne aliquid auferat ab alio loco, ſi fuerit contrauentum, an illicò exequi debeat, exemplum patet in caſu iā occurſo cùm fuiſſet ſequeſtrata quædam puella in domo eius conſanguineorum, vt eius voluntas exploraretur pro contrahendo matrimonio, aliqui conſanguinei ipſius audita tali ſequeſtratione, ne fortè in effectum deduceretur matrimonium, vt prætendebatur contrahi cum certa perſona impari eorum conditioni, armata manu certo die ſe contulerunt in domum, vbi puella erat à cohorte militari cuſtodita, fracto etiam hoſtio illam abſtulerunt, & ſecum conduxerunt in partem exemptam, hoc eſt in Ciuitate Beneuenti, vbi illam in virum condignū matrimonio collocarunt, ſed quia eo tempore abſtractionis fuerat eis iniunctum mandatum ſub certa pœna pecuniaria, ne illam abducerēt, inde ipſis comparentibus poſt hæc commiſſa inſtiterat Fiſcus pro pœnæ pecuniariæ ſolutione, & videbatur eius opinioni ſuffragari, quia iàm contrauenerat præcepto Iudicis, & per informationem captam conſtabat de contrauentione, & abſtractione puellæ, ideò deberi, ex eo quia ad inducendam contumaciam monitio Iudicis vnica ſufficit, l. 2. C. quomodo, & quando Iud. Bal. in l. qui crimen, col. 3. C. qui admitti, quem citat Afflict. in Conſt. Clementiæ, n. 25. ſubdens, quòd ſi Iudex ſtatuit terminum ad cōparendum, ſi non comparet, ſine alia citatione poteſt illum bannire de nouo, & fortiùs erit attendendum contemptori mandati Iudicis, maximè inferioris, vt ſolent Iudices M.C.V. facere mandata Neapolitanis ex cauſis diuerſis, pœnæque exiguntur, & ſignanter pœnæ mandatorum ſpretorum, quod eſt vnum de prouentibus ipſius, & inuiolabiliter exiguntur, vt inquit Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſol. in princ. ſub n. 28. verſ. hanc quotidie, eò maximè quando delictum eſſet notoriū, vel in fraganti, tunc abſque ordine iudiciario imponitur, Gram. dec. 36. n. 47. Ex aduerſo replicari poterat, tales ordinationes M.C.V. non habere vim interpellationis, Afflict. in Conſt. Iuſtitiarius, n. 27. Quæ ſiquidem interpellatio, ſiue requiſitio iudicialis in mora conſtituit, vt probaui in voto meo 91. n. 67. Quæ erit neceſſaria, vt quis in mora conſtituatur, probaui in voto 61. n. 16. & voto 62. n. 14. ad hoc vt pœnæ ſententiæ locus ſit, hinc citatio inde expediri ſolet ad dicendum cauſam, quare non debet exequi pœna in mandato contenta, ex Afflict. in Cōſt. Edictorum, col. 10. notat Campan. in ca. Ab olim, ſub n. 4. & poſtmodùm ſententia profertur, eleganter docet Auend. de exeq. mand. cap. 18. ſub n. 7. verſ. item, quod lex, dicens, pœnam ſpreti mandati exigi à Iudicibus, præuio præcepto ſubſecuta ſententia, per gloſſ. vbi Abb. in l. eos, C. de modo mulct. & Pat. de ſynd. verb. præceptum. Et licèt ex diſpoſitione cap. Ab olim ſtatutum reperiatur, vt ſummariè procedatur in pœnis pecuniariis Fiſco applicandis, nihilominùs ibidem Camp. n. 2. notat, procedere in paruis pœnis pecuniariis, cæterùm quando de magna pœna ageretur, ſecùs eſſet, nam tunc rei citātur, & eis dātur defenſiones, & adhibetur plena cauſæ cognitio, quamuis pœnæ magnæ ad timorem, non autem ad exactionem imponantur, Scappa de iure non ſcripto, lib. 5. cap. 193. n. 5. Et his accedebat mandatum factum à Iudice ipſis reis, fuiſſe oretenùs factum, quanquàm poſteà in ſcriptis redactum. Et eo caſu ſi mandatū factum fuerit etiam à Papa viua voce ſine cauſæ cognitione, non habebit vim ſententiæ, ex Innoc. & Abb. Sicul. probat Afflict. in Conſtit. De Burgenſaticis, ſub n. 3. tantò minùs ſi ab inferiore Iudice factum fuerit, vim ſententiæ non obtinebit. Et ampliùs prædictis accedebat, nullum crimen commiſſum fuiſſe per ipſos reos abducentes eorum conſanguineam, ne fortè cum indigno matrimonio ſe collocaret, ob metum, vel preces, & corruptiones, quo caſu permiſſa erit ipſarum ſequeſtratio per Iudicem ſæcularem, vt docet Regens de Ponte in dict. tract. tit. de aſſenſ. ſuper dote, in princ. n. 49. & ſeqq. hoc enim fuit peractum honoris tuendi cauſa, nam honoris cauſa, & vitæ æquiparantur, l. iuſta cauſa, ff. de manum. vind. cum aliis apud Barboſam princ. iuris, lit. H. n. 5. quare cùm aliàs fuiſſet iniunctum mandatum Ill. Marchioni Padulæ, ne diſcederet à domo, & eo non obſtante diſceſſerat, quia cauſa honoris non obtemperauerat, fuit eadem pœna remiſſa, vt retulit Regens de Ponte in dict. tit. de prouiſ. fieri ſol. ſub n. 28. negotium namque, de quo agebatur, erat abductio puellæ, quæ poterat exhiberi, & ſic mandatum ceſſabat, & proinde præceptum fieri debuerat

rat

rat reis, vt puella exhiberetur in loco, vbi erat ſequeſtrata, ex quo ad talem abductionem proceſſerat, vt dictum eſt ratione honeſtatis pro cõſeruatione honoris familiæ, quo caſu excuſari videbantur, arg. l. 3. ff. de lib. hom. exhib. §. ſed & ſi mulier, vel pupillus, hoc interdictum deſideret pro cognato, vel parente, vel affine ſuo ſollicitato, dandum eſſe interdictum dictum eſt, nã & publico iudicio reos facere poſſunt, dum ſuas, ſuorumque iniurias exequuntur, &c. quare tale interdictum competere videbatur coniunctis magis conquærentibus, vel Fiſco, ad tex. in l. 1. ff. eod. tit. & hoc procedere, quando dolo malo detineretur perſona libera apud detentorem, vt ſubdit Criſp. de Montib. in ſua nomenclatura actionum, tit. in factum, de lib. hom. exhib. & quatenùs procederet præceptum Iudicis pro exhibitione puellæ, quæ iàm fuerat alteri matrimonio collocata, vltrà quòd exhiberi non poterat, quia iàm erat in poteſtate viri, & ſic in alterius dominio, quatenùs fuiſſet exhibita, reſtitui debebat eidem viro, taliter quòd ſuperuacaneum reddebatur, & fruſtratorium decretũ, quia fruſtrà petis, quod ſtatim reſtiturus es, vltrà quod dùm ſe conſtituerant carcerati, pœna mandati ceſſabat, quia durum eſt perſonam habere, & pœnam exigere, ad tex. in l. apud Celſum, §. labeo, ff. de doli mali exception. hinc duæ pœnæ nullatenùs debentur, vt latè proſequitur Anna alleg. 40. Et ita facta relatione per D. Annibalem Moles Reg. Conſiliar. & Iudicem M.C.V. in Collaterali Conſilio die 14. Auguſti 1640. iudicatum fuit, non teneri ad ſolutionem pœnæ prædictæ, penès Rayolam Scribam, in Banca Panſeræ.

Pœna damni dati ab animalibus errantibus exigi non debet vltrà damnum, vt fuit iudicatum per S. C. ad relationem M. C. die 13. Februarij 1597. In cauſa Vniuerſitatis Terræ Ruſſiani cũ Barone Caſtri Turris Paludum, penès Tramontanum, Nouar. in Pragm. 1. collect. 2. de offic. Baiuli, n. 3.

Pœna damni dati ab animalibus non exigitur, quando animalia reperiuntur in terris ſanis, ſaldis, & apertis, vt fuit iudicatum per Sacrum Conſilium in cauſa Vniuerſitatis Literarum cum eius Barone, in Banca Figliolæ, Nouarius in Pragmat. 1. collectan. 2. n. 4. de offic. Baiuli.

Pœna contra allegantes ſuſpitionem Officialis an debeatur, ſi ante diſcuſſionem, ſiue deciſionem cauſæ Officialis recederet, & ad aliud officium conuolaret, deciſum fuit per Collaterale Conſilium negatiuè in caſu relato à Nouar. in prag. 15. coll. 6 n. 8. de ſuſp. offic.

Pęna contra delinquentes cum armis igneis ducatorum mille, poſt contumaciam an ſit exequenda, non obſtante exceptione Clericatus per excuſatorem oppoſita, fuit reſolutum, non eſſe audiendum excuſatorem, ſed notificatis Bullis ordinis, & beneficij, vel ordinis cum fide ſeruitij, non exequatur, D. Regens Sanſelicius dec. 277.

Pęna quænã debeatur à conductoribus vectigalium, non integrè pecuniam ſoluendo creditoribus, vel ea ſibi retenta, deciſio patet in verbo Pecunia.

Pęna, quæ debetur Fiſco in cauſa liquidationis inſtrumenti, facta liquidatione per creditorem contra eius debitorem, an ſolui debeat ab ipſo debitore, qui antequàm citaretur ab eius creditoribus ſuper tenore inſtrumenti, præueniendo inſtiterat, contractum pro reſciſſo haberi, & contra eum exequi realiter, & perſonaliter, & intimatis creditoribus, ſi vnus ex eis poſt hæc citari feciſſet ſuper tenore inſtrumenti, an ad illam pęnam perſoluendam aſtringi videatur, & videbatur affirmandum, ex quo contractus omnes ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, ad tex. in l. ſicut, C. de act. & oblig quo fit, vt quemadmodùm in contractus celebratione exigitur conſenſus amborum contrahentium, l. 1. ff. de pactis, cùm in obligationibus ipſis conſenſus adeſſe debeat, §. 1. Inſt. de obligat. quæ ex conſ. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. tit. 11. n. 10. talis enim conſenſus eſt de ſubſtantia omnium conuentionum, Idem lib. 3. tit. 4. nu. 2. ideò conſenſus in omnibus contractibus eſt neceſſarius, Idem lib. 14. tit. 4. n. 7. ita nec diſſolui poterit, niſi amborum conſenſus interueniat, quia omnis res, quæ per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de regul. iur. quocirca altero inuito contractus diſſolui non poteſt, Mantic. eod. tract. lib. 4. tit. 29. nu. 17. & præſertim inuito creditore, §. 1. Inſt. quibus mod. toll. oblig. & dict. l. ſicut, qui habet potentius ius propter eius creditum, Surd. dec. 51. nu. 10. nec aliter cogi poterit ad reſcindendum inſtrumentum, niſi facta ſolutione debiti, vnde quemadmodùm creditor inuitus tenetur accipere ſolutionem factam, nedùm per debitorem. Sed etiam factam nomine debitoris à quocunque ſibi offeratur, Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. des cenſes, §. 2. n. 41. ità pariter ad caſſandum inſtrumentum, ſtante ſolutione facta, vel oblata, aliàs ſecùs eſſet, vt diſponitur in ritu 189. Ex parte verò debitoris poterat replicari, hoc non eſſe inhibitum ad euitandum pęnæ ſolutionem Fiſco, poſtquàm facta citatione ſuper tenore inſtrumenti, ex qua ius Fiſco pro pęna acquiſitum eſt. Non poterit contractus inſtrumenti dari pro reſciſſo ex amborum conſenſu, quemadmodùm ex diſpoſitione Ritus 184. cantum eſt, vt creditor non poſſit modo aliquo concordare cum ſuo debitore, ſeù eius fideiuſſore, vbi Carau. in fine notat, & ſi licitum ſit creditori ſe concordare antequàm faciat condemnare debitorem, non tamen facta condemnatione, quia pęna acquiſita eſt Fiſco propter contumaciam, & per concordiam nullum ſit præiudicium Curiæ, ſicut antequàm fiat condemnatio, multò magis quando concordia fuiſſet ante citationem contracta. Prætereà de iure non eſt prohibitum debitori, poſſe præuentionem intentare aduerſùs eius creditorem, quemadmodùm oſtenditur in Ritu 189. & 190. & in Pragm. 1. de præuent. potiſſimùm contra inſtrumenta, & liquidationes ipſorum, de quo prolixiùs agit Galeot. in prax. inſtrum. 3. parte 2. partis, ſub. 2. per totam. Et dùm creditor intendit citare debitorem ſuper tenore inſtrumenti, vt inde facta liquidatione expediri poſſint literæ executoriales perſonaliter, & realiter, talis enim liquidatio nil aliud continet, niſi reſciſſionem contractus inſtrumenti celebrati, quæ ſit

Digitized by Google

iudicialiter contra voluntatem debitoris diſtulentis ſoluere tertias decurſas iuxtà conuentionem habitam, ex quo Iudex repræſentat factum partis, Franch.dec.620.n.5. immò repræſentat perſonam debitoris, vendendo eius bona, Idem dec.200.n.4. & tunc debitor præueniendo dat inſtrumentū pro reſciſſo, & annuere videtur voluntati creditoris volentis reſcindere illud per liquidationem, ſicq; quod petit, intus habet, nec ob id ampliùs poterit ad citationem ſuper liquidatione procedere, & ſucceſſiuè ad liquidationem inuito ipſo debitore, dùm conſenſerat, hoc eſt in præiudicium ipſius ad ſoluendam pœnam, quam ipſe ſoluere tenetur, ſi malè liquidauerit, & non ipſe debitor, qui peruēerat, nè liquidaretur inſtrumētum, quod pro liquidato, & reſciſſo habuit. Inſuper certum eſt, quod pœna adiecta in contractu conuentionali, nōn alitèr debetur, niſi concurrat intereſſe partis, vt ex Affl. Gram. Grau.n.3. Vrſill. probat Galter. in ead.praxi 2.p. t.rub.vnic. ſub n.43. vbi Additio alios citat, vtputà ſi fuerit promiſſa ſolutio infra certum tempus, quo elapſo poterit creditor incuſare obligationem, ſeù liquidare inſtrumentum, & tunc committeretur pœna ex intereſſe cauſato ob moram, vel contumaciam debitoris, contractam per citationem habitam, & incuſationem, at quando ex præuentione debitoris intereſſe ceſſaret, dando contractum pro reſciſſo, obuiādo tali reſciſſioni, pœna tamen ceſſaret, quia creditor, quod vellet facere, debitor conſenſit, & ad id concedendum, quaſi teneri videtur, ex regula illa vulgata, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, facillimè concedendum erit, nimirùm ſi debitor ad pęnam teneri non videretur ob eius præuentionem reſciſſionis cōtractus, ſed potiùs creditor procedendo ad citationem, & liquidationem malè liquidando. Eapropter facta relatione in M.C. per Iudicem Io.Dominicum de Palma deciſum fuit, quod Dominicus de Angelis de Caſandrino non moleſtetur pro pœna, ad inſtātiam Anelli de Angelis, in Banca Palmę.

Pœna quanam puniri debeat excutiens Parochum per brachia, pellicea, & ſtola indutum, per Magnam Curiam Vicariæ fuit arbitrata pęna triremium, vt refert D.Reg.Sanfelic.deciſ.65. num.21.

Pœna liquidationis inſtrumenti debita Fiſco ſolui an debeat à creditore plus debito petente, vel à debitore, fuit deciſum per Sacr.Conſil. contra dictum creditorem, qui in actu interrogationis cum iuramento dixerat, totam illam ſummam, pro qua liquidauerat ſibi deberi, vt cenſuit Ioannes Baptiſta Hodierna in addition. ad deciſ. Surdi 65. numer.24.& 25. in noua impreſſione.

Pœna peculatus inducta aduersùs illos, qui publicam pecuniam in rem propriam vertunt quænam ſit, circumſcriptis opinionibus in contingentia facti ob longam carcerationem, fuit deciſum, eſſe pœnam deportationis, & ità exequutum tradit Donatus Antonius de Marinis quotidianar. reſolution. capit.291. in noua impreſſione.

Pœna ſpreti mandati facti ab Excellentiſſimo Prorege alicui mulieri, nè matrimonium contrahat eo inconſulto, ſi contra præceptum matrimonium contraxerit, an exigi debeat, attenta conditione, quia mulier, diſcuſſo negotio in Collaterali Conſilio fuit datus terminus in cauſa, nec fuit ampliùs loquutum, teſtatur D.Reg. Capyc. Latr.conſult.1.

Pœnæ pecuniariæ ex corporalibus commutatæ per M.C.V. contra vaſallos Baronum, an ſint ipſorum Baronum, ad quos ſpectat cognitio delictorum, deciſum fuit pluriès affirmatiuè, ità D. Reg.Sanfel.dec.29.

Pœnæ infligendæ reis delinquentibus ſubiectis Tribunali R.C.S. per Magiſtrum Portulanum Terræ Bari, nequeunt imponi, niſi Cameræ priùs certiore facta, & ità deciſum refert D.Reg. Fab.Capyc.Galeot.in 1.reſponſ.fiſc. in diſſertat. ſua n.124.

Popularis effectus Titulatus non perdit iura popularium, & proindè hac de re poterit admitti, immò compelli ad ſubeundum munera, & officia, ad quæ populares dumtaxat ex ſtatuto admittuntur, & ità ſeruatur, atq; deciſum teſtatur D.Reg.Sanſel.dec.324.

Portio virilis pro patagio an detur in filia nupta, deciſum fuit per S. C. in cauſa Lucretiæ Cuomo deberi integram virilem portionem pro patagio, & ſi nupta Domino Mutio Capycio Piſcicello, & ſic condigno, refert Dom. Regens Fab.Capyc.Galeot. controuerſ.iur. tom.2. controuer 16.n.15.

Poſſeſſio bonorum ſtabilium capta per Actores petentes deuolutionem illorum ob ſolutionem canonum non ſolutorum vigore ſententiæ deuolutionis concedentis terminum purgandi moram latæ contra hæredes debitoris indefenſos, obſtantibus aliquibus defectibus, & nullitatibus, an retractari debeat ex cauſis in iure, & in facto exiſtentibus, potiſſimùm attenta ipſorum bonorum amplitudine pro modica quantitate debita, ità quod deuolui debeat ad conuentos, compenſatis fructibus cum cēſibus debitis. Hoc incidit pertractari in S.C. in cauſa hæredum Bartholomæi Aurelij Furiecti cum hæredibus Michaelis Angeli Ottone, præſuppoſita facti ſpecie compertum apparet, qualitèr in anno 1580. Aurelius Furiecti in emphyteuſim conceſſit D.Michaeli Angelo quodam vacuum palmorum 24. in Arſenale vetero, vulgo Mandracchio nuncupato huius Ciuitatis Neap. ſub annuo canone perpetuo ducatorum 238.1.11. ad rationem carolenorum 18. ÷ cuiuslibet palmi, cum ſolitis pactis conſuetis, indè hæredes ipſius Aurelij prætextu canonum non ſolutorum per triennium petierunt deuolutionem domorum ædificatarum in dicto vacuo, & notificauerunt petitionem Io.Andreæ Conſtantino procuratori conuentorum, qui oppoſuit exceptiones dilatorias in forma, tandem ſeruatis ſeruandis ſub die 23. Nouembris ad relationem Regij Conſil.Vargas fuit prolata ſententia, per quam fuerunt domus prædictæ declaratæ deuolutæ, & condemnati præfati conuenti ad illarum relaxationem vnà cum cenſibus decurſis, meliorationibus, & augmento in beneficium ipſorum de Furiecti, verùm ſi dicti conuenti intrà bimeſtre tempus ſoluiſſent cenſus decurſos, ſuperſederetur in executione ſententiæ. Verùm quia talis ſententia patiebatur nonnullos notorios defectus, ex quibus apparebat, ipſos conuentos non fuiſſe defenſos, poſtquam ſi procurator illos op-

po-

poſuiſſet, neutiquam proferri potuiſſet, & idem quod fuit prolata, rettactare deberet, nec aliter executioni demandari. Primò ex quo dùm fuiſſent oppoſitæ exceptiones in forma dilatoriæ à Procuratore, inter quas connumeratur legitimatio perſonæ, nam Procuratores dùm eas opponunt, ſolent addare, & doceat, ſeù doceant ſe talem, qualem, vel quales, & propterea quilibet agere volens, & comparens tenetur ante omnia legitimare eius perſonam, & docere ſe talem, qualem, Muſcatell. in praxi S.C. par. 1. partis 3. gloſſ. comparẽtis, n. 1 Adeò quòd cùm ipſi Actores aſſeruiſſent, eſſe hæredes Aurelii Furiatri, debebant probare, ſe eſſe hæredes per præambuli copiam, illamque præſentare, per quod probatur aditio hæreditatis, docet Troyſ. in ritu 286. n. 12. Sed hoc ante ſententiam, nam tales exceptiones dilatoriæ vſque ad litis conteſtationem poſſunt opponi, vt docet Muſcatel. dict. par. 3. gloſſ. actionis, n. 17. Gallupp. in praxi S.C. par. 2. cap. 5. n. 7. & 8. licèt etiam ipſa exceptio legitimationis perſonæ etiam poſt litem conteſtatam opponi debet, Muſcatell. dict. par. 3. gloſſ. comparentis, n. 20. ſed ante ſuam. At cùm poſt quinquennium latæ ſententiæ productum fuiſſet præambulum, ſententia ipſa vti lata ad inſtantiam perſonæ non legitimatæ, corruit, nam talis exceptio legitimationis perſonæ reddit iudiciũ nullum, Muſcatell. dict. par. 3. gloſſ. expenſis, nu. 21. Secundò, quia dùm fuerat oppoſita inde exceptio feriarum de menſe Augusti 1618. quæ sũt in Regno approbatæ, vt in ritu 92. vbi Carauit. Reg. Rouit. in rub de fariis, n. 3. & impedit curſum litis. Donec non fuerit per Collaterale Cõſilium diſpenſatum, vt ſeruari ſolitum eſt, procedi in cauſis tempore feriarum, præuia diſpenſatione Proregis, vt aduertit Reg Ronit. vbi ſuprà, ſub n. 6. alias iudicium nullum reddaratur. Et propterea cùm fuiſſet eo tempore abſque diſpenſatione proceſſum ad dationem termini, & electionem Examinatoris, nulliter proceſſum videbatur. Tertiò dùm fuiſſet petita declaratio circa vſum, & Procurator Actorum declarare ſe vellet, aut non vti actibus, pertranſeundo ad vlteriora replicauit, non eſſe ſolitum declarare, & inde compertum, ipſam factam ab alio Procuratore non habente talem poteſtatem, & declaratio circa vſum facta à Procuratore non habente ſpeciale mandatum, ſi non fuerit ratificata à principale, non tenet, Muſcat. d. praxi, p. 6. gl. termino, n. 10 Quartò, dùm fuiſſet per Procuratorem reorum inſtatum, vt fieret firmiter declaratio, & pariter pro exhibition librorum, vt clarificaretur certa ſumma cenſuum decurſorũ, non aliter fuit interloqnutum, ſed proceſſum ad citationem ad concludendum, quinimmò videbatur relecta ob lapſum ad vlteriora, L. à procedente, C. de dilat. Quintò, & quamuis deinde per decretum fuiſſet prouiſum, quòd libri ipſorum de Furiecti conſignarentur in poſſa Fabii Lucatelli eorum Procuratoris generalis, vbi Para aduerſa eos percunctare potuiſſet, non aliter facta conſignatione, neque declaratione ipſius Fabii, qualiter libri erant in ſui poſſe, fuit facta concluſio in cauſa, quæ inde fuit expedita. Sextò eadem cauſa fuit expedita cum paruo proceſſu currenti abſque proceſſu magno, pro cuius percunctatione fuerat inſtatum, ſoluta mercede Actuarii, quem detinebat Procurator Actorum, prout ex fide Actorum Magiſtri, & Scribæ oſtendebatur, nam ſententia ſine proceſſu ſubſtantiali conſiſtere non poteſt, Vant. de nullit, rub. de nullit. ex def. proceſſ. num. 10. ideò ſententia dicitur ipſo iure nulla, quando de proceſſu non apparet, Barz. dec. 37. n. 7. Septimò notificata ſententia Procuratori Conuentorũ 3. Decembris 1619. reclamauit, & inſtitit, notificari principalibus, & non aliter eis notificata, ad quos ſpectabat onus ſoluendi, & non ad Procuratorem litis, fuit capta poſſeſſio, ſententia non intimata non facit ius, neque Parti nocet, Cancer. var. reſol. toma 3. cap. 17. n. 424. quæ non nocet niſi à die notificationis intimatæ, Ripol. var. reſol. cap. 3. n. 281. ſententia enim debet legitimè intimari antequàm tranſeat in iudicatum, & exequatur, Borgn. dec. 10. num. 67. par. 3. Octauò, antequàm elapſum fuiſſet tempus duorum menſium contentum in dicta ſententia, fuit inſtatum, loqui per medium Procuratoris Conuentorum, die 24. Ianuarii 1620. quòd ipſi Actores declaraſſent cum iuramento quantitates pecuniarum exactas à Penſionariis domorum, vt potuiſſent adimplere, eique de iure debatur, & interim quòd terminus non curreret, non aliter facta tali declaratione fuit poſſeſſio capta, non tranſacto termino præfixo. Demùm cùm fuiſſet reclamatum per Conuentos à ſententia ob defectum, quia cauſa fuerat expedita ſine proceſſu magno, & obtentum, viſa fide Scribæ, & Actuarii fiat verbum in S. C. ſine tamen exhibitione dicti proceſſus, ſine monitione, & ſine intimatione Partis, die 3. April. 1620. fuit iuſſum, vt exequeretur ſententia, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum, & obtentum, habita relatione à dictæ cauſæ Commiſſario, iterũ verbum fiat, quo pendente fuit domi prouiſum, vt conſignaretur poſſeſſio, & multis hinc inde monitionibus agitatis, negotio ipſo per certum temporis ſpatium oblito, præfati Actores ſupplicationem de nouo porrigentes Spect. Præſidi, narrantes, ſupplicationem Conuentorum fuiſſe ſubreptitiè obtentam, ob quod ipſi obtinuerunt Regiam decretationem, quòd ſi decretum domi latum erat pro executione ſententiæ à decreto S.C. idem Magnificus cauſæ Commiſſarius iuſtitiam faceret, & prætermiſſa Regia decretatione verbi faciendi à decreto S.C. quòd exequatur ſententia, & non à decreto, quòd conſignetur poſſeſſio abſque monitione, nondùm elapſo tempore præfixo, in ſententia fuit prouiſum, vt conſignaretur poſſeſſio Actoribus, & pro eis eorum Procuratori, & ſine alia notificatione fuit capta poſſeſſio. Eapropter cùm ipſi Conuenti ſpoliati eorum domibus, peruenta ad notitiam captura poſſeſſionis illarum, vti granari obtinuatunt, verbum fieri in S. C. licèt interim per Regium Conſiliarium Meliorem ſucceſſorem viſis actis prouiſum fuiſſet die 26. Aprilis 1621. quòd procedaretur ad ea, quæ incumbunt, & interim citra præiudicium iurium ambarum Partium liceat hæredibus quondam Baronis Furietti exigere penſiones à Penſionariis domorum, de quibus fuit capta poſſeſſio cum obligatione penès acta de illos excomputando, vel in computum cenſuum decurſorum, vel retinendo, prout per S.C. ordinatum, ſiue

po-

Digitized by Google

prouiſum, quod quidèm decretum fuit poſtmodùm confirmatum per S.C.die 15.Iulij 1624.ad relationem Reg.Conſil. Iacobi de Franchis,necnon quod ipſi Furiecti declareot quantitates receptas, nec alienent domos in iudicio deductas inconſulto S.C.& licèt fuiſſet ex parte ipſorum reclamatum à prædictis decretis,tandem die 13 Octobris 1625. ad relationem eiuſdem Conſil. Melioris fueruot confirmata, & ampliùs prouiſum,quòd accedant Domini Conſiliarij de Aula ſuper faciem loci, vt prouideri poſſit ſuper reuocatione poſſeſſionis, virtute ſupplicationis. Vnde ex his reaſſumendo Conuenti eorum iura, pro conſecutione dictæ reuocationis aſſerebant principaliter,non fuiſſe defenſos in prolatione ſententiæ,ex cauſis ſuprà relatis,defenſio enim nunquam erit deneganda,quinimmò ex officio Iudicis inueſtiganda erit, Vant.de nullit. rub.quis poſſ.dic.de nullit.n 13. nam defenſionem tollere,æquitati, iuri naturali, & diuino repugnat,vt in præcedenti num.4. firmat Vant.vbi ſuprà,vbi alia adduxit,quo fit,vt cum rei non fuiſſent defenſi in prolatione ſententiæ, conſequens erat,eſſe indefenſos, vt dixi voto 24.n.6. & ſucceſſiuè ſententia contra indefenſos prolata nulla redderetur, dixi ibidem nu.4. & voto 75. n.44. prætereà quia præcipitanter fuerat proceſſum in cauſa.& ſenteotiæ non ſunt præcipitanter proferendæ, vt probaui in voto 1.n.44.vbi n.42.tradidi.hoc caſu eſſe nullas, eò maximè iuris ordine perturbato, propter quod Iudex diceretur ſpoliare, Anna alleg. 103. Secundò quia terminus duorum menſium in dicta ſententia datus nondum cœperat currere, ex quo debuerat notificari ipſis principalibus conuentis, ad quos ſpectabat ſoluere, & non ad Procuratorem. Tertiò, ex quo noluerant Actores facere declarationem quantitatum debitarum,iuxta petitionem, neque etiam poſt latam ſententiam, vigore decretorum deſuper interpoſitorum Quartò, ex quo decretatio obtenta,quòd fiat verbum decreti S.C.quòd ſententia executioni demandetur, non poterat reuocari,neque Iudex concedere executionem alteri reuocatoriè.dùm fuerat declaratum,reos non fuiſſe auditos in ſententia,nec in dicto decreto.Quintò,quia decretum latum domi,quod conſignetur poſſeſſio, quæ fuerat conſignata abſque monitione; & abſque citatione, ſunt nulla.Sextò nunquam viſum eſt, ſententiam S.C.exequi abſque mandato de parendo: quod ex neceſſitate, & ſtylo S. C. ordinario ita ſemper obſeruatum fuit,quòd debebat expediri in cauſa prædicta,& notificari principalibus,nam licet ſententiæ S.C.non intimentur, Maur.iun. alleg.100.n.3. attamen in S. C. expeditur mandatum de parendo, & ita obſeruatur, vt tradit Muſcatell.in praxi S.C.lib 2.par.1.gloſſ. demādatur,n.16.quanquam in alijs Tribunalibus nō obſeruetur,vt ſubdit n.32. Septimò, quoniam ſententia iſta deuolutionis fundatur in certis decretis interpoſitis ante motum iſtius iudicij, per quæ fuerat prouiſum, quòd ipſi rei procuraſſent reuiſionem relationis factæ,vbi apparebant eſſe debitores in anno 1618. pro cauſa dictorum cenſuum in ducatis 1277.14.aliter exequereotur pro dicta ſumma, & tamen talis relatio non reperitur in actis,nec alibi. Denique erit in conſideratione habendum, quòd dictæ domus aſcendunt ad valorem ducatorum decem mille,& plus, & fuerunt declaratæ deuolutæ pro ſumma ducatorum 1169.tantùm,iuxtà petitionem Actorum, abſque debiti probatione,& quod à menſe Decembris 1620. quo fuit capta poſſeſſio vſque ad hùc ſunt decurſi anni ſex,exigerunt ducatos 3000. cum quibus non ſolùm ſunt ſatisfacti de dicto credito, ſed de cenſibus inde decurſis,& remanſerunt debitores in ducatis 13. poſtquàm de ordine Iudicis Scriba cauſæ diligentiam adhibuit,quod dictæ domus ſunt redditus annuorum ducat. 500 & per inſtrumenta ab ipſis Actoribus facta. quare ex his omni iure poſſeſſio capta dictarū domorum reſtituenda erit conuentis, pariterque prouideri,quòd quantitates receptas reſtituant,aut excōputent in cenſibus futuris. Tandem ad relationem eiuſdem Regij Conſiliarii Ioannis Baptiſtæ Melioris fuit per Sacrum Cōſilium reſtituta poſſeſſio domorum Conuentis, compenſatis fructibus cum cenſibus,vt ex actis in Banca Martioi.

Poſſeſſio nil operatur circa manutentionem,quādo initium eſſet vitioſum, ſic etiā ſi eſſet inualidum,etiam ſi poſſeſſio ſit centenaria,& ſic deciſum pluties per R.C. teſtatur Dominus Regens Hector Capycius Latro conſult.66. à nu. 27.ad 30.

Poſſeſſor alicuius rei mobilis bona fide, & iuſto titulo quo remedio conueniatur probata antiquiori poſſeſſione,DD.varia protulerunt remedia,dū prætenderetur,poſſeſſorē condēnari cuiuſdam gemmę,quam Conuentus emerat à bonæ fidei poſſeſſore,non probato dominio, licèt Actor probauerit antiquiorem poſſeſſionem. licèt per M.C. fuiſſet abſolutus, tamen per S.C. fuit condemnatus poſſeſſor ad reſtituendum Actori gemmam,vt refert D. Regens Sanfelic. dec.126.

Poſſeſſor iurium Regaliam lite pendente, ſine mora,an ſit manutenendus in poſſeſſione illorum, vt exemplo oſtenditur in Magno Regni Cancellario, qui vigore priuilegiorum Regalium certam formam doctorandi habuit,in cuius poſſeſſione reperiebatur,& cùm per Fiſcum aliter fuiſſet prætenſum,ea pendente lite,inſtabat manuteneri in poſſeſſione. pro quo in iure allegauit D. Reg.Fab. Capyc. Galeota contro. iur.tom.1.controu.51.& 52.vbi in calce retulit, ita fuiſſe ex Regis beneplacito,accedente voto Conſilij Supremi Italiæ mandatum,& exequutum Neap.

Poſſeſſores turbari non debent ob diſpoſita,& cōceſſa per Reges Aragoneos ex diſpoſitione Pragmat.1.de poſſeſſ.non turb.quæ ſiquidem procederet,etiam ſi duæ inueſtituræ productæ eſſent,vt fuit deciſum per S.C. in cauſa Baronis Noię,referēte Alderiſio,refert Nouar.in Pragmat.4.collect.2.n.3.de poſſ.non turb.

Pręcedere an quis poſſit ex duobus Auditoribus electis à Prorege, quorum primus electus fuit ſupernumerarius,vt ſuccederet in locum primi Auditoris ordinarii vacandi, & inde poſt alterius Auditoris extraordinarius fuerit alter Auditor ſimiliter ſupernumerarius electus, vt in locum alterius Auditoris certi ordinarii ſuccederet,& ſic cum effectu ſuccedente vacatione

ipſius

Digitized by Google

ipſius Auditoris certi ſubingreſſus fuit iſte vltimus electus, & cùm recurſum habuiſſet primus Auditor electus ad Ill. Protegem hæc omnia certiorando, reſcriptum obtinuit, vt ſuccederet in locum alterius ordinarii cum antiquitate illius, hoc contingit hæſitari in Collaterali Conſilio inter Auditores Prouinciæ Principatus vltrà, in qua cùm fuiſſet deſtinatus Auditor ſupernumerarius, vt ſuccederet in locum alterius Auditoris ordinarii, vacaturi Aloyſius Maria Macedonius, & poſt eum alius Auditor Mazzone, ſimilitèr ſupernumerarius, demùm fuit electus Auditor de Sylua paritèr ſupernumerarius, vt ſuccederat in locum Auditoris ordinarii Gomes, ob cuius vacationem iam ipſe de Sylua ſucceſſerat, & præceſſerat, de quo conquæſtus ipſe Auditor Macedonius apud Excellentiſſimum Protegem, ſtante quòd prius electus fuerat Auditor, vt ſuccederet in locum ordinarii Auditoris, debebat ipſe priùs in locum primi vacaturi ſuccedere, & non vltimus Auditor, quinimmò cùm fuiſſet mandatum, vt ipſe Auditor Macedonius ſuccedere deberet in locum primi Auditoris ordinarij cum antiquitate illius, ſuccedente vacatione alterius Auditoris ordinarij præuijs literis commiſſionalibus illius locum occupauit, verùm quia talis Auditor vacans præcedebat omnes alios, & vltimus Auditor in locum Auditoris Gomes reperiebatur ſubingreſſus in eius locum, & præcedebat alios, in cuius poſſeſſione perſiſterat per octo menſes, inſtabat manuteneri in poſſeſſione præcedentiæ, reiecta prætenſione primi Auditoris Macedonij, qui dùm aſtringebatur parere priùs Syndicatui, & præſtare iuramentum, & poſtmodùm poſſeſſionem officij adipiſcere, videbatur de nouo illud acquirere, & ſic vti nouus Officialis non poterat præcedere, ex adductis per nos in 3. par. noſtri Compendij, verbo Præcedere, vbi deciſiones referuntur. Ex aduerſo pro parte Auditoris Macedonij aſſerebatur, ex tribus debere præcedere, & primò, quia licèt translatus fuiſſet in locum Auditoris vacantis, nullo dato interuallo, non dicebatur, officium de nouo acquiſiuiſſe, ſed illud cõtinuaſſe, vt latè diſſerit Danza de pugna Doctorum tom. 2. rub. de præcedentia, cap. 1. n. 11. & ſeqq. Dicebatur ſecundò, quia obtinuerat officium Auditoris ordinarii cum antiquitate, adeò quod etiam ſi fuiſſet electus de nouo cum tali qualitate, adhùc deberet præcedere, vt deciſum retuli in pluribus cauſis per me relatis in 2. part. noſtri Compendii, verbo Præcedere, & idem ſeruatum fuiſſe in Regia Audiẽtia Principatus vltrà, teſtatur Danza, vbi ſup. n. 16. & ſeqq. Ex quibus facta relatione in Collaterali Conſilio per Dominum Regentem Zufiam de menſe Februarii 1644. deciſum fuit, quod dictus Auditor Macedonius præcederet, penès Scorzellum à Mandatis Scribam, ſub patrocinio mei conſobrini Io. Franciſci Vitaliani I.C. Neap. & Aduocati præſtantiſſimi.

Prædia, ſeu Territoria vnita feudo, licèt præſumantur feudalia, nec dicantur feudalia, antequam ſint feudo annexa, tamen deuoluto feudo per lineam finitam deuoluuntur cum ipſo feudo, & ità iudicatum per Reg. Cam. quoniam omnia prædia burgenſatica fuerunt diſſequeſtrata in beneficium Baronis, vna cum omnibus fructibus perceptis, cætera verò feudalia Regiæ Curię, vt tradit Dominus Regens Sanfel. dec. 189.

Præferri an debeat Dominus directus domus, & ſoli emptori cenſus illius in computum ſui crediti, hoc contingit in cauſa Ioſephi Santoliæ V.I.D. cum Ioanne Galierio, ſuppoſito qualitèr cùm ipſe Ioſeph emiſſet in computum ſui crediti annuum cenſum emphyteuticum ducator. 40. cum poteſtate tamen affrancandi pro capitale ducatorum 520. ſuper domo eiuſdem Ioannis, in qua ipſe habebat directum dominium ſoli, quo peruento ad notitiam ipſius Ioannis fecit depoſitum de dictis ducatis 520. vnà cum annatis decurſis, petendo præferri in dicto cenſu, non ſolùm quia dominus erat directus domus, ſed etiam ſoli illius, & pro fundamento eius intentionis dicebatur, eſſe concedendam prælationem, ex Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, n. 116. Boer. qui plures allegat in dec. 106. Amendol. ad Franch. deciſ. 17. n. 12. Camil. Salern. in Conſuet. t. de iure congr. in verbo vltrà præfata circà finem, aſſerens ità iudicatum per S.C. in anno 1567. quia ſiquidèm deciſio non modo eſt Doctorum auctoritate fulcita, ſed etiam ratione, ac equitate firmata, vt ibi refertur. Petiit inſuper Io. prælationem vti directus dominus ſoli, & hoc caſu nullus videtur contradicere, præſuppoſito, quod de iure eſt certum, dominum directum in re vendita, vel per Iudicem, vel per partem, omnibus præferri, l. fin. C. de iure emphyt. vbi Bart. Iaſ. & alii, & ità pluries deciſum in Sacro Conſilio, vt refert Vrſill. ad Afflict. deciſ. 191. n. 3. Dom. de Franch. in deciſ. 610. & Dom. Regens de Ponte deciſ. 3. in princip. Hoc igitur præſuppoſito ſubſequitur, quod cùm cenſus ſit annexus domui, & annexum dicitur illud, quod ſeparari non poteſt, vel annexa ſunt illa, quæ vnum ad alterius perfectionem tendit, l. eum actum, §. plane, ff. de neg. geſt. vt per Menoch. de arbitr. iud. cent. 1. q. 95. n. 5. vbi n. 9. annexa inquit dici, quorum vnus ſine altero ſtare non poteſt, ſed vnum pendet ab alio, ſic cenſus ſe habet, qui eſt pretium rei, vt inquit Præſ. de Franch. deciſion. 393. & eſt inſeparabilis ab ipſa re, quando ipſa in emphyteuſim ſit data, ſine enim iſto cenſu domus non diceretur in emphyteuſim data, nec emphyteuſis vocaretur, ſicq; ad perfectionandum contractum emphyteuticum neceſſarius eſt cenſus, §. adeò, Inſt. de locat. vbi gloſ. & Doct. Vnum enim ſine alio ſtare non poteſt, cùm vnum dependet ab alio, & propterea in connexis quod diſponitur in vno, diſponitur in alio, l. plerunq; ff. de ædil. edict. Menoch. dict. caſ. 95. n. 11. igitur dùm in domo ipſa vendita dominus directus prælationem habet, eam etiam habere debet in cenſu connexo ipſi rei. Inſuper dominus directus non ſolùm prælationem in re poteſt exercere, ſed etiam in fructibus ipſius, etiam perceptis, vt dicunt Bart. in l. 1. C. de metall. lib. 10. Rip. in tract. de remed. præſeru. contra peſtem, n. 260. Roman. in leg. 1. ff. ſol. matrimon. Iaſ. in leg. fin. C. de iure emphyt. Boer. vbi ſup. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 2. author. n. 38. dùm igitur in fructibus etiam à ſolo ſeparatis, qui non ſunt pars fundi, arg. l. fructus pendentes, ff. de rei vend. dominus directus prælationem habet, quanto magis in cenſu connexo

ipſi

ipſi rei. Vlteriùs eſt clarum in iure, creditorem ſua iura, & actiones non ſolùm poſſe axercere ſuper re ſibi obligata, ſed etiam ſuper pretio ipſius, dùm igitur præfatus Ioannes ſua iura dominicalia poteſt exercere ſuper re, & prælationem petere, quę nam ratio ſuadebit ipſa ſuper cenſu, pretio rei exarcere non poſſe. Res enim quando in emphyteuſim datur, pro pretio ipſius rei ſoluitur cenſus, ſeù annuus canon, & verè venditionem, ac emptionem eſſa, fuiſſe deciſum refert Pręſ. de Franch. dec. 392. Ricc. collect. dec. 6. & pro præmiſſorum comprobatione ad conceſſionem prælationis petitæ determinatio deſumitur ex l. fin. C. de iur. emph. vbi Imperator decernit, quòd ſi emphyteuta, qui tenet fundum in emphyteuſim ſub annuo canone, ſiue cenſu, ſi ipſum fundum alteri ſubconceſſerit in emphyteuſim ſub eodem cenſu, vtique non ſolùm primus directus dominus fundum, & meliorationes auocare poterit iure prælationis, ſed etiã illud in emphyteuticum, ſiue annuum cenſum, quem ſuus emphyteuta ab illo ſubemphyteuta percipiebat, nam ſoluere cenſum Imperator vocat ius emphyteuticum, vt ibi in verbo neceſſitatem notatur, & hic eſt caſus, de quo agitur, quia Ioannes eſt primus directus dominus cõcedens rem, ſiue ſolum in emphyteuſim ſub annuo cenſu ducatorum 15. illis de Santolia, qui ſubconceſſerant in emphyteuſim cuidam de Felice ſub annuo canone ducatorum 40. in quo inſtrumento ſuqconceſſionis exponitur, quòd domus in emphyteuſim conceditur, ſaluo conſenſu directi domini, nunc quia prædictus Ioſeph emit dictum cenſum ducat. 40. vti creditor dicti de Felice, in hac emptione, & in cenſu, ac melioratione dictus Ioannes vti primus directus dominus prælationem petijt, & obtineri properat, Ex aduerſo autem adducebatur pro defenſione ipſius Ioſephi extare deciſionem eiuſdem S.C. in ſui fauorem, ad excluſionem talis prælationis relatam per Præſ. de Franchis dec. 17. & in Conſuet. 1. de iure congrui, verbo quòd ſi emptor. Et iuxtà hanc deciſionem fuit demùm iudicatum per idem S.C. dia 12. Ianuarij 1629 ad relationem Regij Conſiliarij Marcelli Marcelli, & dictum, quòd abſoluatur Conuentus, in Banca de Ferrarijs, nunc Spera.

Præferri dominũ feudi in affictu illius deberi ex iuris diſpoſitione cautum eſt. an concurrentibus domino, & alio creditore feudi, cui per Iudicem fuerit mandatum, ſolui eius creditum, ita vt dominus & dici potuiſſet, quis eorum præferri debeat, contingit in cauſa creditorum Illuſtr. Ducis Montis alti ſenioris cum Illuſt. Duce Montis alti iuniore, & Principe Paterno, dùm enim agebatur de venditione dictæ Ciuitatis Montis alti, & interim procedi ad affictum, comparuit dict. Ill. Dux petendo præferri in affictu, iam quòd poſt bannorum emanationem oblatio reſultauerat & licèt per S.C. fuiſſet deciſum, competere prælationem Ill. Duci, & nihilominùs interim creditores procurẽt infra octo dies aliam oblationem pro affictu, inde alia ſuperueniente oblatione pro perſona nominanda, cum conditione ſoluendi anticipatè ſummam oblatam, & facta nominatione factum fuit depoſitum per nominatum, concurrebat Ill. Princeps Roccæ creditor Ducis Montis alti ſenioris pro ſuo credito, in cuius fauorem fuerat prolatum decretum per S. C. huiuſmodi, quòd Illuſt. Dux Montis alti infra menſem ſoluat Spectabili Comiti Roccæ tam ſortem principalem, quàm tertias, ſeù intereſſe, aliàs termino elapſo, & ſolutione non ſecuta, adiudicetur dicto Comiti Terra Montis alti, cum pacto de retrouendendo, quandocunque ac ſeruata forma oblationis factæ pro parte Spectabilis Comitis in eius comparitione pręſentata ſub die 8. præſentis menſis Octobris 1603. ob quod prætendebat vti dominus præferri ex adiudicatione, nam adiudicare eſt per Iudicem dare, ideſt dominium transferre, lege ſi quis, §. officio, ff. commod. cum alijs apud Annam alleg. 104. n. 1. vbi n. 2. ſubdit, quòd verbum adiudicare importat dominij translationem, vt verbum aſſigno, nam Iudex per adiudicationem poterit facere tuum, quod eſt meum, Hieron. de Mont. var. iur. quæſt. in quæſt. 26. nu. 33. ergo dominus dicebatur, & conſequenter ei prælatio concedenda erat. Nihilominùs per S. C. fuerunt ambo excluſi, nempe ipſe Dux Montis alti, & Comes Roccæ, & prælatione petita, & iuſſum, conſignari poſſeſſionem Cornelio Spinolæ vltimo oblatori, ſtante depoſito oblationis ducatorum 4150. per eum facto de anno 1632. & menſe Iunij, vt in proceſſu exiſtẽte in Banca de Felice, nunc de Auitabile, folio 275. Sed per ea, quæ in facto proceſſerant, quãtum pertinere videbatur ad excluſionem ipſius Comitis Roccæ dicebatur, quamuis ei fuiſſet facta aſſignatio, non tamen ritè proceſſerat, ex quo non fuerant auditi creditores dicti Ill. Ducis, qui poſteà inſtiterunt pro venditione dictæ Ciuitatis, & procurauerunt oblationem, propter quod interpoſitum fuit decretum, vt procederetur ad venditionem Terræ Montis alti, de menſe Maij 1613. & inde confirmatum die 24. Nouembris 1616. vt illud exequeretur, verùm quia creditores etiam inſtiterant interim, quòd ſequeſtrarentur fructus, citra præiudiciũ venditionis ordinatæ, ideò non obſtante replicatione ipſius Comitis fuit aliud interpoſitũ decretum per S.C. die 22. Decembris 1627. ad relationem Conſil. Marciani, quòd infra decem dies Partes deducant omnia eis incumbentia, & interim Ill. Princeps Roccæ ſe obliget de reſtituendo fructus percipiendos ex Tarra Montis alti, ad omnem ordinem S. C. ſeù Magnifici cauſæ Commiſſarij, qui pro obſeruantia dicti decreti ſe obligauit, & compilato proceſſu, iunctis Actis die 5. Iunij 1630. fuit aliud interpoſitum decretum, quòd procedatur ad ea, quæ incumbunt pro deciſione articuli prælationis, & ſucceſſiuè venditionis Montis alti, & interim fiant ſubhaſtationes pro affictu introituum, & iuriſdictionis ipſius, ad finem prouidendi, & quamuis poſtmodùm dictum fuiſſet poſt certam oblationem pro affictu competere Ill. Duci prælationem, & nihilominùs interim creditores procurent infra octo dies aliam oblationem pro affictu, videtur dict. Ill. Princeps ex hoc exclusus à prælatione, quia non vt Dominus, ſed vt creditor poſſederat dictam Terram ei in affictum conceſſam, qui ex fructibus ſuum creditum perceperat, & licèt prælatio conceſſa

fuiſſet

fuiſſet ipſi Duci Montiſalti, tamen poſteà fuit reuocata, nàm ſi dominua illius erat nomine, non tamen in effectu, dùm Terra extabat in poſſe Iudicis ſequeſtrata ad inſtantiam creditorum, ob quod dici non poterat eſſe ſuam; nàm res mea dicitur pleno iure mea, Regens de Ponte conſ. 32. numer. 10. vol. 2. at cùm fuiſſet alteri obligata, nullatenùs ſua dici poterat, & quatenùs illam poſsediſſet, tunc nomine creditorum poſsediſſe videtur, & quia nec poſſeſſionem illius habebat, dominus verè dici non poterat, ſed abuſiuè, nō mirùm ſi à prælatione ambo fuerint excluſi, quia dato, quod fuiſſent domini, eſt de iure probatum, quod duo domini inſolidum eſſe nequeunt, Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt 174. n. 3. & ſic fuit admiſſus tertius oblator, qui depoſuerat, conferunt prædictis adducta per D. Regent. Sanfel. dec. 105. vbi de conſimili agitur deciſione, vt infrà verbo Prælatio.

Præferri an debeant creditores mutuantes pecunias ad fabricandas triremes, vel reficiendas, vt tanquam potiores præferantur creditoribus anterioribus in ſtipendio ſoluendo Præfecto triremium, concurrentibus aliquibus præſumptionibus, & coniecturis, fuit per Sac. Conſ. deciſum affirmatiuè in caſu relato per D. Reg. Sanfelic. dec. 112.

Præferri an debeat locans operas ſuas Rationali pro ſcribendis libris pro ſalario peruento eidem Rationali ex dicto opere aliis creditoribus hypothecariis, quamuis anterioribus, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè, vt patet in caſu allegato per D. Reg. Sanſel. dec. 113.

Præferri quia debeat ex creditoribus defuncti, vel hæredis, & legatariis eiuſdem defuncti, hoc contingit in S. C. difficultas in cauſa creditorum quondam Magnifici Roberti, & Io. Baptiſtæ Carafæ, & certum eſt iuxtà iuris determinationem creditores defuncti præferri creditoribus hæredis, poſtquam creditores defuncti habent actionem contra hæredes, & quod ab vno ſit legatum, ità D. Præſ. de Franch. deciſ. 581. n. 5. & ob id creditor teſtatoris pro ſorte, & fructibus præfertur creditoribus hæredis, idem Præſ. de Franchis deciſ. 374. n. 5. 7. & 11. & quia agebatur inter creditores potiſſimùm ſuper feudis, quo caſu creditores hypothecarii præferendi ſunt in pretio rei feudalis ſoluto virtute pacti de retrouendendo, Franc. Hieronym. de Leo deciſ. Val. 9. n. 22. tom. 1. & inter creditores defuncti eſſe præferendos creditores habentes aſſenſum, de quo ſatis apud D. Reg. Hect. Capyc. Latro in deciſ. 44. n. 1. & dec. 43. n. 3. & ante eum ex pluribus probat Bardellon. in conſ. 100. n. 1. vol. 1. cùmq; credenti pecuniam ad emendum feudum, hypotheca in eo nulla competere poteſt abſq. conſenſu domini, And. Kol. exercit. legal. in exerc. 3. n. 14. hinc eſt, quod quando vrgerent creditores ſuper venditione rei feudalis obligatæ, quia tunc non ſoluitur ius hypothecæ, ſed remanet, & eo caſu S. C. ſuper pretio mandare ſolet, vt creditoribus cum aſſenſu ſatisfiat, quando verò feudum venditur per retrouenditionem neceſſariò factam, tunc quia extinguitur hypotheca, & ſucceſſiuè anteriores cum aſſenſu præferuntur, & ità iudicatum refert D. Præſ. de Franchis deciſ. 64. quem ſequuti ſunt alij Regnicolæ per me relati in 1. parte noſtri Compendii, verbo Creditores anteriores, vbi ſimilitèr ex alia conſimili deciſione Collat. Conſil. relata per Præſ. Amatum conſ. 95. dictum fuit, idem procedere in feudis titulatis, in quibus præferuntur creditores anteriores cum aſſenſu in pretio illorum, deindè alij habentes aſſenſum ſimplicitèr, quantò magis ſint præferendi illis, qui eo carent, poſtmodùm concurrentibus creditoribus hæredis habentibus aſſenſum, ac etiam alijs creditoribus eiuſdem de Furiecti non habentibus aſſenſum, ac eius legatariis, & hoc caſu citrà dubium creditores hæredis habentes aſſenſum præferuntur creditoribus defuncti abſq. aſſenſu, vt proſequitur Dom. Regens Hector Capyc. Latro deciſ. 44. n. 7. ac etiam eiuſdem legatariis, licèt Dom. Regens de Ponte in conſ. 32. vol. 1. examinet articulum illum, numquid creditores hæredis præferantur legatariis defuncti quoad fructus peruentos ex bonis hæreditariis poſt aditam hæreditatem, & reſoluit negatiuè contra dictos hæredes, ſed Dom. Regens Rouit. in deciſ. 87. n. 5. cenſuit, creditores ſemper præferri legatariis, & ſic inter vtroſq. nullam dari contributionem, & quod creditores defuncti præferantur omnibus legatariis, & fideicommiſſariis, probat Io. Anton. Bellon. conſ. 36. n. 8. immò creditor defuncti in bonis eiuſdem creditoris hæredis cum inuentario habentis hypothecam præfertur Theſaur. iun. lib. 3. q. 55. n. 4. Quapropter facta relatione in S. R. C. per Magn. V. I. D. Cæſarem Vitellum Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium die 27. menſis Iunii 1567. Decreto ipſius S. R. C. prouiſum eſt, quod de pretio peruento ex venditione Terræ Sexti, & aliorum bonorum feudalium, quæ fuerunt Magnif. Roberti Carafæ, in quibus ſucceſſit quondam Magnificus Io. Baptiſta Carafa eius filius priùs ſatisfaciat creditoribus dicti quondam Magnif. Roberti, habentibus tamen aſſenſum ab homine, vel à lege, & reliqua quantitas ſoluatur creditoribus cum aſſenſu prædicti quondam Ioannis Baptiſtæ, & ſi quid ſupereſt ſoluatur creditoribus, ſeù legatariis ſine aſſenſu dicti quondam Magnifici Roberti, hoc ſuum, &c. Cęſar Vitellus, Annibal Cęſarius Secret. in Banca Aloyſij Sarti, fol. 192.

Præferri an debeat creditor vigore albarani trino teſte notati, in quo conuentum erat inter debitores, & creditorem, vt illud valeret ſicut inſtrumentum publicum, cæteris creditoribus in actione perſonali, & videbatur negandum, primò, ex eo quia prælatio ipſa deriuatur occaſione hypothecę, Mareſcot. variarum reſol. lib. 2. cap. 11. n. 23. quæ hypotheca eſt ius reale, & ex ea acquiritur ius in re, ad tex. in l. eos, C. de pign. cum aliis apud Statil. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 5. n. 642. & ipſa parit obligationem realem, Ripol. variar. reſol. cap. 14. n. 82. & afficit rem, vt ſemper tranſeat ad quemcunq. poſſeſſorem, idem cap. 11. n. 318. adeò, quod talis hypotheca contrahitur in omni conuentione, vbi adeſt verbum do, vel aſſigno, idem Statil. eod. tract. dict. inſpect. 3. cap. 5. n. 769. & ſubdit n. 767. item in omni obligatione ſimplici bonorum, prout communitèr in inſtrumentorum ſtipulationibus adiiciuntur illa verba, obligantes dicti venditores principales ſe, & omnia, &

Digitized by Google

ſingula eorum,& cuiuslibet eorum bona,ex qua quidem obligatione hypotheca oritur, vt latè proſequitur Bertazol.de clauſ.in clauſ.12.glo.2 Quo fit; vt cùm talis hypotheca non ſolùm probari poterit per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes, vt cenſuit Statil. eodem tractatu, inſpectione 3. capite 2. numero 450. ſubdens numero 451. etiam ad effectum anterioritatis. & propterea cùm in caſu,de quo agebatur aderat albaranum,quod eſt ſcriptura priuata, & ſi trino teſte fuerit roborata, non tamen in ea apparebat obligatio facta, neque hypotheca expreſſim conſtituta,niſi duntaxat aſſertura, ipsũ valere ſicut publicum Inſtrumentum, qua de re certum eſt,hypothecam ex ſcriptura priuata nequaquam oriri, prout ex Anton. Fabro perpendit Genua de ſcriptura priuata,lib.1.quæſt. 10.fol.53.etiam ſi in apoca dictum ſit, quòd habeat vim publici,ac iurati inſtrumenti,ex multis probat Coſta in tract.de clauſ. clauſ.150. nu.1. Quinimmò dato,quòd ipſa concluſio limitetur, dummodò conſtaret de mente contrahentium, ipſam hypothecam conſtituere, vt ibidem Genua n.2.notat, tamen dum ſe remittit ad interpretationam l.ſcripturas,C.qui pot.in pign.hab. n.2,quæ eſt in 3.concluſ.illius legis,fol.67.exẽplificando hoc dictumcenſuit, veluti ſi debitor promittat ſub obligatione bonorum,ex l.fin.C. quæ res pign.dar. poſſ.& l.pen. C. qui pot. in pign.& l.pen.§.item,ff.de pignor. ſequitur Mãtica de tac.& ambig.lib.11.tit.3. num.8. & per alias rationes ibi adductas, at cùm deficiant talia verba,nullum proinde effectum hypothecæ inductum eſſe videtur,& ſucceſſiuè nullam prælationem.Ex aduerſo autem dicebatur, hæc albarana,quæ Neap.potiſſimùm vigent,de quibus loquuntur Reg.de Ponte conſ.66.n.3.tom. 2.Molſeſ.conſ.11.n.1. nil aliud ſunt, niſi ſcripturæ priuatæ inter contrahentes,quæ vel ſimpliciter fiunt,vel adhibitis teſtibus,vel cum ſtipulationibus Notariorum in forma,in caſu, de quo agebatur erat albaranum ſubſcriptum à contrahentibus, & roboratum ſubſcriptionibus teſtium,ita quòd erat merè ſcriptura priuata,quæ ſiquidem ſcriptura priuata, ſeù copia ſimplex per ſe nullam fidem facit,vt inquit Mareſc.var.reſol.lib.1.cap.82.n.17. ſubdens n. 18. & ea producta nullam operatur confeſſionem producentis,niſi ſit recognita ab eodem ſcribẽte,prout idem Mareſc.eod.lib.cap.79.n.1. Fontanel.de pact.nup.clauſ.6.gloſſ.3.p.7.n.5.& plenè probat Surd.dec.265.n.27. & deciſum retuli in 3.parte,verbo Probatio,& recognita per teſtes,qui dicant,ſe fuiſſe præſentes, & vidiſſe illum,cuius ſcriptura prætenditur, ſcribere, & ſubſcribere,vt ibi latè Mareſcot.& Fontanella vbi ſuprà,n.13.& propterea data probatione teſtium ſubſcribentium dictum albaranum, ex quo Partes ipſæ voluerant, vt illi fides adhiberetur,ac ſi eſſet publicum inſtrumentum, in quo ſolitum eſt per Notarios apponi clauſulas obligationum bonorum, ex quibus hypotheca naſcitur,vt dictum eſt,propterea contrahentes præſumuntur voluiſſe quod natura contractus ſignificat,Menoch.de præſumpt.lib.3.præſum. 134.n 29.Ad quod optimè Maiant. in ſuis ſingularibus,lit.S.verb.Scriptura priuata,fol.mihi 604.inquit,quod ſi eſt conuentum, quòd ſcriptura priuata faciat fidem, affirmatiuè concludit,ſubdens,quòd ſi dictum fuerit,quòd habeat vim publici inſtrumenti, tunc non erit inſtrumentũ,quia ipſi nequeunt creare Notarios,ſed tãtùm Princeps,ſed bene habebit vim,& fidem inſtrumenti,ex Innoc. in cap. cum pub. Notario.de fide inſtr. & ſucceſſiuè omnes clauſulæ conſuetæ apponi in inſtrumento, cenſentur appoſitæ in tali ſcriptura,per illa verba,& ſequitur,dicendo,vnde etiam & hypotheca cenſetur appoſita,ita fuit determinatum in S.C. Neapolitano,per ea,quæ voluit Bal.in l.1.col.7. ff.ſol. mat.dicens,quòd omnes clauſulæ requiſitæ appoſitæ cenſentur,vnde etiam & hypotheca,ſed Partes voluerunt,illam ſcripturam habere vim publici inſtrumenti,ergo cenſetur, voluiſſe, quòd cenſentur appoſitæ omnes clauſulæ apponi in quolibet inſtrumento conſuetæ, &c. vnde ad corroborationem præmiſſorum illud quoque erit notandum,quòd ſcriptura priuata tribus teſtibus ſubſcripta habet vim publici inſtrumenti,probat Mantic. de tacit.& ambiguis lib.10.tit.10.n.33.immò ſcriptura priuata trino teſte notata præfertur inſtrumento, quando teſtes dicunt, fuiſſe ſcriptam tempore datæ, Vrſil.dec.271.Et fortiùs ſi ita conuentum ſit, vt priuata ſcriptura vim faciat publici inſtrumenti, nam tale pactum quòad eorum præiudicium valet,non autem quòad præiudicium alterius, prout ex multis probat Mantica eod.tract. libr. 11.tit.24.nu. 6. cum alijs relatis per Caualcan. dec.27.n.18.par.2.Quod etiam probatur ex eo, quemadmodùm ſcriptura ſe referens continet ea,quæ ſunt in ſcriptura relata,l.ſi ita ſcripſero, ff.de cond. & demonſt. cum alijs adductis per Palmam in eius praxi,par.1.gloſſ. 8.n.36. & relatum eſt in referente,cum omnibus ſuis qualitatibus, l.aſſe toto, ff.de hær.inſt. Et propterea cùm ſit talis hypotheca ſolita apponi in inſtrumento,vigore clauſulæ allegatæ cum obligatione bonorum,&c.Vnde quemadmodùm clauſulæ, quæ ex ſtylo Notarij ſolent apponi in inſtrumento,habentur pro appoſitis, etiam ſi non ſint aſcriptæ,vt probat Mantic.dict.tract. lib.3.tit.9.n.33.& lib.2.tit.9.n.11. ita & hypotheca,quæ ſi per Notarium ob ſimplicitatem, vel per errorem fuerit omiſſa, poterit eam addere inſtrumento,Surd.dec. 213.n.7. Immò etiam in inſtrumento Notarius ponere eam poteſt,licèt Partes nihil dixerint in contrahendo,idem Surd.deciſ.allegata,n.5.Et ideò in cauſa patrimonij Galani,& Mareſchæ,cum Illuſtr. Principe Maydæ creditore ipſorum, vigore talis albarani ſic concepti, ac firmati tribus teſtibus valituri,ſicut publicum inſtrumentum, facta relatione per Regium tunc Conſiliarium Hectorem Capycium Latro meum Dominum, nunc digniſſimum Regentem Regiam Cancellariam,& Marchionem Torelli,in S. R. C. fuit deciſum,præfatum Ill.Principem eſſe præferendum omnibus alijs creditoribus in actione perſonali,vt ex actis in Banca Longhi. Et hoc bene,vt præferatur creditoribus habentibus perſonalem actionem,poſtquàm ſi etiam hypotheca reperta fuiſſet in ſcriptura priuata dictante, quòd habeat vim inſtrumenti, non præfertur habenti hypothecam ex inſtrumento celebrato,vt ibidem ſuadet Borgn.ex conſ. Rimin.iun. 39.

Digitized by Google

59. numero 64. & 66. volumine 1.

Prælatio petita per dominum directum domus venditæ ſub haſta per Fiſcum ad excluſionem vicini petentis domum iure congrui, an erit concedenda, & ampliùs, quia non illicò illam petierat tempore venditionis, ſed longè poſt certos dies, & liberationem pretij ab eo petiti pro cenſibus decurſis, ita quòd ex hoc tacitè renunciaſſe videbatur prælationi, approbando contractum venditionis domus, ex ſerie facti liquebat, Fiſcum eſſe creditorē Io. Petri de Vico, & feciſſe ſequeſtrum cuiuſdam domus redditiciæ in annuo canone ducatorum vndecim Ioanni Baptiſtæ de Nola Moliſæ, eamque venalem exponſuiſſe, quæ cùm in ſubhaſtatione remanſiſſet Franc. Pellegrino pro duc. 60. quæ per geminata appretia fuerat appretiata pro duc. 70. vltra onus centus, demùm fuit liberata Aſcanio de Bartholomæo vltimo licitatori pro ducatis 115. illicò fuit petitus retractus ab ipſo Franciſco, penès acta Regiæ Cameræ, prætendente præferri, vnde fuit per Comitem Molæ Præſidentem Vaaz Regiæ Cameræ prouiſum, quòd citra præiudicium iurium ipſius Franciſci pro congruo petito conſignaretur poſſeſſio domus, prout fuit à Scriba cauſæ conſignata, de quo actum publicum confecit, & in eodem actu capturæ poſſeſſionis præfatus Franciſcus ſe proteſtauerat in forma, ex quo non poterat tractari de iure congrui in eadem R. C. potiſſimùm quando Fiſcus venalia exponit ſtabilia, ne emptores aufugiant ab oblatione, quia non ita facilè emptores reperiret. Propterea eodem die prædictus Franciſcus conuenire fecit in M. C. prædictum Aſcanium ad reſtituendum domum iure congrui, iuxta formam Conſuet. Neap. & compilato proceſſu tam contra dictum emptorem, quàm contra eius donatarios, illinc ad certos dies præfatus Ioannes Baptiſta dominus directus præferri expoſtulauerat, & ſibi domum reſtitui, etiam iure congrui, vnde contingit hæſitari, an ei iura ſuffragari videantur, vel vicino proximo, qui illicò retractum expoſtulauerat, & citra dubium dominus directus ſi emere velit rem ſuam cenſualem, ſiue emphyteuticam, præferri debet, ex l. 2. C. de iure emph. Franc. Mar. dec. 2. tom. 2. & 527. n. 2. tom. 1. latiùs Cenc. de cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 4. n. 82. Ludouiſ. dec. 425. Duard. dec. 157. n. 1. & 2. dec. 158. n. 1. dec. 306. n. 4. dec. 307. n. 1. poſt tract. de cenſib. tom. 2. Rendel. de iure protom. verb. per emphyteuſim, n. 2. & 3. cum alijs adductis per Giurbam dec. Sicil. 52 nu. 1. Anton de Amato var. reſol. tom. 1. reſol. 16. nu. 1. & 2. & deciſum tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 475. n. 26. & cap 460. n. 35. Vveſembec. conſ. 73. n. 41. vol. 2. etiam quòd eſſet feudalis, Paris de reinteg. feud. cap. fuit facta, n. 15. fol. 17. Maur. Burg. de laudem. par. 1. inſpect. 3. n. 25. Et prælatio ipſa à iure conceſſa eſt propter ius, quod habet in re, Ludouiſ. dec. Rom. 193. n. 6. nam ſemper dominus habet ius ad cenſum, & laudemiũ, Ripol. var. reſol. cap. 7. n. 20. ex quo dominium vtile emphyteutæ exiuit à directo dominio voluntate directi domini, ideò conueniens erit, quòd dominus habeat prælationem, & cæteris præferatur, ita Franc. Solſon. in ſua lucerna laudem. 3. par. principali, n. 24. Et eò fortiùs, ſi dominus non fuerit requiſitus ab emphyteuta tempore venditionis rei, ex diſpoſitione l. 3. C. de iure emph. & ideò vendita domo per emphyteutam Monaſterij S. Claræ Vincentio de Medicis, comparuit dictum Monaſterium, & petijt præferri in venditione domus. Facta relatione in S. C. per Regium Conſiliarium Andream Marcheſium die 4. Maij 1640. fuit prouiſum, quòd procedatur ad ea quæ incumbunt in cauſa prælationis petitæ per Monaſterium S. Claræ, in Banca Solatij. Quod ſiquidem ius prælationis nedùm procedere videtur in venditione voluntaria, ſed etiam neceſſaria, & præſertim in venditione facta ſub haſta, latiùs probant Ludouiſ. dec. Rom. 193. Cencius dec. 156. tom. 1. poſt eius tract. de cenſibus, poſt Capyc. dec. 99. Quod adeò verum eſt, vt dominus directus præferri debeat in retractu domus venditæ, ſiue ex cauſa voluntaria, ſiue neceſſaria venditione, excluſis cenſuario, & vicino, ita ex noſtro Napod. in Conſuet. Neap. tub. de iure congrui, Conſuet. 1. verb. Alicuius, in fine, ver. item quid in emphyteuta, Capyc. dec. 99. n. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 21. gloſ. vnica, n. 3. & 4. Alex. conſ. 27. n. 6. vol. 6. Franch. dec. 61. Pancirol. in conſ. 110. n. 6. & conſ 144. nu. 7. Borrel. conſ. 16. numer. 97. probat Gratianus diſcept. forenſ. cap. 460. n. 35. cum alijs ab eodem relatis, cap. 957. n. 28. & cap. 903. aſſerēs ita deciſum Romæ, vt patet apud Cencium dec. 306. poſt eius tract. de cenſib. quibus addo eundem Duardum in dict. tract. tomo 1. §. 4. quæſt. 11. à n. 1. ad 4. Rendell. vbi ſupra, n. 3. aſſerens ita iudicatum per S. C. ex Franch. dec. 277. & dec. 482. in princip. & dec. 610. n. 110. Capyc. vbi ſuprà, Peregrinus dec. 69 Boet. in Conſuet. Bitur. tit. 6. gloſ. 5. in princip. Intrigl. ſing. 339. par. 1. Giurba vbi ſup. Rebuff. in l. 7. n. 11. C. de proxim. ſub n. 12. lib. 11. verùm quia id pluries deciſum apparet contra vicinos, idcircò inſiſtendum, & nouiſſimè proſequitur Anton. de Amato var. reſol. cap 54. nu. 23. tom. 2. Alexand. conſ 97. n. 6. vol. 6. Quamuis vltra prælationem petitam ſuffragabatur eidem Domino ius protomiſeos, & ſic congrui, dum eum dicta domo vendita eius viridarium erat propinquum, propter quod poterat eam eodem iure vindicare, ſicque in eo concurrebant duo vincula, hoc eſt prælationis, & congrui, & duo vincula magis ligant, at in cauſa Sanctæ Claræ, vbi intrauerat Ill. Dux Montisleonis vti vicinus, non fuit habita ratio de eius prætenſione, ſtante petitione prælationis ipſius Monaſterij, ideò fuit interpoſitum dictum decretum, & ampliùs quia dum domus fuerat alienata irrequiſito domino, nec fuerat facta renunciatio, aut obſeruatæ ſolemnitates iuris, nullum ius vicino fuerat acquiſitum, neque emptori illius, vt in ſimili etiam deciſum apparet, per S. C. fuiſſe condemnatum emptorem rei ad illius reſtitutionem vicino ob omiſſionem denunciationis non factæ, iuxta Conſt. Regni, vt erit videre apud Amatum in allegatione inſerta in opere Reg. Tapiæ in Conſt. Sancimus, n. 166. cui accedunt Maxil. in Conſuet. Bari. §. ius protomiſeos, tub. de iure protom. n. 5. & 41. Viuius dec. 320. n. 8. Sempron. Aſcia determin. 56. n. 6. Hieron. Maril. dec. Ianuæ 96. Ex aduerſo ex parte vicini replicabatur, omnia allegata in ſe vera eſſe, nihilominùs dominum directum ad

excluſionem vicini non eſſe admittendum, ex rationibus deductis ab eodem Duardo loco citato, à n.4. ad 7. referens ita deciſum Romæ, iuxta dec. eiuſdem 306. poſt dict. tract. de cenſ. tomo 2. poſt Cencium dict. tract. par. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 3. n. 9. eandem deciſionem referentem, & iterum dec. 306. poſt dict. tract. num. 1. Rota in nouiſſimis dec. 243. n. 15. & 16. Sicque nedùm prælatio ceſſare videbatur ad excluſionem, ſed ius retractus, ſeù protomiſeos, ſiue congrui, etenim ipſe Dominus erat vicinus domui per coniunctionem viridarij poſt domum, ſed iſte vicinus coniunctus erat ex latere per coniunctionem alterius domus, & ſic vrbanum trahit ad ſe vrbanum, ac etiam ruſticum prædium, ſed non ruſticum vrbanum, iuxta deciſa per Afflict. dec. 223. aſſequuntur Io. de Amic. conſ. 1. n. 31. Rendell. de iur. protom. verbo agrum, & domum, n. 1. Sed circa prælationis ius intentatum per dominum directum, quatenùs ei ſuffragari videretur, adhùc replicabat vicinus, ad talem prætenſionem nullatenùs fore admittendum, eò quia ſibi præiudicauerat, non illicò prælationem petere, ſed poſt dies viginti. Immò poſt agnitionem contractus, vnde perceperat ex depoſito facto tot cenſus decurſos aſcendentes ad ſummam ducatorum 57. Et ſic approbauerat contractum, vt docet Io. Sanſon. in Conſuet. Turon. tit. 1. §. 33. art. 32. gloſſ. 1. ob quod nequiuerat poſtea petere ius prælationis, & ſic res non erat integra, vt potuiſſet moram purgare, Franc. Marc. dec. 577. Reſpectu primi aſſumpti quanquam de iure ſit terminus duorum menſium conceſſus domino directo ad petendam prælationem ipſam, l. fin. C. de iure emph. c. potuit, de locat. Franc. Marc. dict. dec. 2. n. a. Sanſon vbi ſuprà, n. 13. Currit tamen dictum tempus à die notificationis, & atteſtationis, latiſſimè præfat. Franc. Marc dec. 574. tom. 1. Ludouiſ. dict. dec. 424. n. 7. vbi Add. alios citat. Et propterea cùm non fuerit facta denunciatio, tale tempus currere nequiuerat, cùm ab ea incipiat, Baldaſſ. Benedell. io animaduerſ. ad rub. de iure protom. § & licèt, n. 1. poſt tract. Rendell. & cõſequenter admitti debuerat ad petitam prælationem. Attamen replicabatur, quòd cùm agebatur de iure quærendo, eo caſu ſcientia præſumpta ſufficeret ad effectum prælationis, probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 957. n. 12. vbi ita deciſum tradit. Et ſcientia percipiebatur ex eo, quòd cùm fuiſſet facta venditio ſub haſta dictæ domus, comparuit ipſe dominus directus petẽdo cenſus decurſos, & ſic fuit facta liberatio illorum per R. C. ex pretio peruenio ex dicta venditione domus, vt conſequenter ſibi præiudicauerat, vt infrà dicetur, quo fit vt denunciatio non aliter requiratur habenti ſcientiam actus, Gratian. cap. 797. n. 8. & 9. Quapropter ſi, cuti ius retractus ratione viciniiatis poſt contractum venditionis oritur, vt tradit Cenc. dec. 37. n. 2. ita pariter prælatio ipſa poſt inſtrumentorum præſentationem incipit competere, ex Petro Iacobo in libello de act. in rem emphit. verſ. item à ſecunda atteſtatione, Doct. in l. ab emption. ff. de pact. ex Socc. & Boer. probat Salſon. vbi ſuprà, n. 27. Idcircò ſtatim non petendo prælationem, ſeù ius retractus, ſibi præiudicauit, iuxta communem opinionem Doctorum prout ex Iacob. de S. Georgio, & Iaſon. probat ibidem Solſon, n. 49. ex eo ſicuti tempus datum ad retrahendum habetur pro denunciatione, & interpellatione, Gratian. dict. cap. 957. nu. 38. ita pariter tempus prælationis, quod conceditur de iure in dict. l. fin. Et licèt ſcientia, vt noceat ad excludendum retractum debet probari ſpecificè, concludenter, & non præſumptiuè, vt tradit Duard. dec. 158. n. 6. Rendell. dict. tractat. verb. ex aliquo contractu, n. 32. & ſcientia præſumpta non nocet, quando agitur de præiudicio alicuius oriẽte ex ſcientia, Bardel. conſ. 117. n. 21. vol. 2. immò etiam ſi ſcientiã habuiſſet de contractu aliæ nationis, & tacuerit, ſibi non præiudicaret, Idem conſ. 93. n. 113. vol. 1. Giurba dec. 77. n. 8. tamen quando verſamur in notorijs locus eſſet, notorium erat dùm venditio domus per ſubhaſtationes proceſſiſſet. Et acta iudicialia notorium conſtituunt, ex Innoc. & alijs probat Afflict. in Conſt. Grandis, n. 16. ſimuliter quia vicinus erat, & præſumitur ſcientia ex vicinitate loci, Maſtril. dec. 216. n. 19. Replicabatur etiam ad aliud obiectum, qualiter dùm ipſe dominus directus cenſus perceperat, cenſetur contractum ratificaſſe, vt ex Maſcard. de prob. concluſ. 1256. n. 37. firmat Cenc. dict. tract. in 2. tomo, par. 2. cap. 2 quæſt. 1. art. 4. n. 48. Io. Sanſon. vbi ſuprà, Grillenz. conſ. 144. n. 9. nam vel debebat contradicere, & tunc ſciens non contradicens, non diceretur approbare, Mar. Ant. var. reſol. lib. 1. reſol. 64. n. 8. vel ſe proteſtari, dum receperat ſolutionem prætenſi temporis, ſibi præiudicauerat, ſi non fuiſſet proteſtatus, Franciſc. Marc. dec. 613. tomo 1. vnde videbatur, venditionem approbaſſe, ex gloſſ. in l. 2. C. de iure emph. Guido Papa dec. 171. n. 4. Ripol. var. reſol. cap. 7. n. 20. Et non ſolum quoad commiſſum, dum dominus recipiens canonem ſibi præiudicat quòad commiſſum, Ripol vbi ſuprà, n. 21. Honded. conſ. 34. n. 85. vol. 2. Menoch de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 112. n. 1. Anchar. quæſt. 42. n. 26. lib. 3. ſed etiam quòad talem prælationem, quia per ſcientiam, & patientiam inducitur conſenſus, idem Solſon. vbi ſuprà, n. 47. Et dominus cenſus poteſt iuri prælationis, & retractus tam tacitè, quàm expreſsè renunciare, Cenc. dict. tract. tom. 2. dict. par. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 2. n. 2. Quinimmò ex his reſultare videtur, quòd cum prælatio ab emptore peti debeat, Maſtril. dec. 87. n. 19. quæ dum non fuerat illicò petita, ſed ſatisfactio crediti, ob quod contractus approbatus cẽſetur, prælatio tunc euaneſceret, ſed facilis reſponſio his reddebatur ex ſpeciali deciſione S. C. relata per Præſ. de Franchis dec. 487. vbi in ſpecie agit de venditione facta ſub haſta ob debitum emphyteutæ, & alteri tradita, inde comparente domino directo, & petente prælationem, non obſtante, quòd receperat canones præteritos, & ſibi præiudicauerat, fuit admiſſus ad prælationem petitam. Ex his etiam inferebatur ad aliam controuerſiam reſultantem ex eodem facto, & dicebatur, dato, quòd non competeret ius retractus, ex quo ſibi præiudicauerat in receptione partis pretij rei venditę, ob canones præteritos non ſolutos, tamen competebat ei prælatio aduerſus emptorem, ex diſpoſitione dict. l. fin. ex quo certum eſt, prælationem domini eſſe quid diuerſum, & ſeparatum

Digitized by Google

praſatum à iure auocandi rem venditam ab emptore, vt probat Clapper. in ſuis dec. cauſa 100. q. 1. n.6. ſed huic replicabatur, talem prælationem de iure conceſſam eſſe domino directo ex lege,& poſſeſſione, vt inquit Coſta Sicul.conſ. 94.n.45. ex lege, quia ità eſt de iure diſpoſitum ex d.l.fin. vt optimè Anton.Fab.in eius Codice, tit. de iure emphyt. defin.48. ratione dominij directi penès eum reſidentis, Vueſembec.conſil. 64.n.41.tom.2. ſicq. dominus directus tantùm vtili domino vendenti præfertur, Præſ.de Franchis dec.17.n.7. non tamen domino vtili ſubalterno, ità quod dominus medius non præfertur in venditione rei emphyteuticæ, iuxtà terminos d.l.final.ex Andr.in cap.1. §.nec dominus col.5. n.46.verſ.nàm emphyteuta,de prohib.feud.alien. Salyc.in d.l.fin.verſ.quæro ſicut,Franch.ibidem n.8. probat Ripol. variar.reſol.cap.7.n.91.ex eo, quia dominus ſubalternus eſt primus emphyteuta,quia nihil ei debetur,cùm nullum ius dominij habeat, non quidèm directum, ex quo illud habet dominus primus,non enim vtile,cùm illud tranſtulerit in ſecundum emphyteutam, vt refert Carpan. ad Conſtit. Mediol.cap.436.ad finem tom.1.& iterum tom.2.cap.335.n.55.hinc quærit Ripol. variar.reſol.cap.7.n.91. data venditione rei emphyteuticæ cum cenſibus, & directo dominio per dominum directum alicui, ſi medius dominus debet præferri emptori,& reſpondit negatiuè ex Andr. Salyc.& Franch. ibi relatis. Reſoluta hac prænarrata controuerſia, dubium indè reſultauerat, ſi lapſo tempore à iure præfixo duorum menſium locus erat purgationi moræ ob prælationem, & Franc.Marc.d. q 577. ex Iaſ. in d.l.fin. concludit affirmatiuè,re tamen integra, cum alijs apud Clappet.cauſ.71. q.1.n.3. talis igitur res integra intelligitur à Coſta in ſuo tract.de re integra, diſt.69.n.6. eſſe, quando non fuiſſet res in aliū translata,ſic quod in facto noſtro facta domus translatione in emptorem poſt octo menſes præfatus dominus medius prælationem intentauerat. Dicebatur etiam ex dec.Capyc. allegata,ex nouo iure poſſe dominum directum inſurgere, ſublato iure retractus,& ſic ex prælatione,quoniam diuerſimodè talia remedia intentantur, ex quo retractus, ſiuè iura prothomiſeos, aut congrui, quod idem ſunt, Caſſan. in Conſuet.Burgund.rub.des retraicts,n.1.tendit ad auocandam rem venditam dicto iure,ſed retractus feudalis, ſiuè emphyteuticarius ſe habet ad retentionem iure prælationis,ſicut remedium reſcindens ad reſciſſoriam, inquit Clapper. cauſa 103.q.vnica,n.32.quo fit, vt ea, quæ retrahuntur iure proximitatis non ſortiuntur naturam priorem, & dicitur quaſi acquiſitio, ſecùs in his, quæ iure retractus redimuntur,idem Caſſan. in tit.des droicts,& appar. &c.§.25.n.1.& 2.vbi cenſuit,in hoc caſu eſſe nouam acquiſitionem,ex Anton.Fab. ibi relato, & iterum in gloſ6. n.1. & 2. & ſic videtur hoc confirmari ex Capyc. loco relato, vbi Caſſan. n.3.firmat,rem recuperatam eſſe natura mutatā, eum ex noua cauſa emptionis procedat,ſed facile reſpondetur ex ante dictis procedere re integra,hoc eſt tempore ſubhaſtationum,vt colligitur ex dec.de Franch.277.

Prælatio ſuper re vendita an competat ceſſionario domini directi eiuſdē rei,& ſi ſubalterno ad excluſionem vicini petentis ius congrui, ex facto liquebat, Camillum de Ligucro vendidiſſe Liuiæ Morullo vxori Petri de Aliſante quandam domum conſiſtentem in duobus appartamentis, ac duobus pomarijs extra Ianuam Pertuſi, cum omnibus iuribus,& integro ſtatu pro franca, & libera ab omni onere annuorum ducatorum vndecim debitorum Hoſpitali Sanctæ Mariæ Annunciatæ, & hoc pro pretio ducat.1125. ſub die vltimo Iulij 1625. quo die cœpit poſſeſſionem, indè die 2. Auguſti eiuſdem anni dictam domum donauit Franciſco Antonio de Aliſante eius filio minori, pro quo Notarius ſtipulauit,& acceptauit illam, nil ſibi reſeruando, niſi facultatem locandi, vſq. quo erit ætatis perfectæ, & paritèr manutenendi, reparandi,& ſoluendi cenſum,quo peruento ad aures Thomæ de Stephano vicini petiit in M.C. condemnari dictum Petrum ad illius relaxationem iure congrui, & remiſſa cauſa prædicta ad Curiam Artis Serici,per quam viſa donatione, dùm fuiſſet petitum illam reſcindi, fuit prouiſum,quod condemnentur Petrus pater,& Liuia prædicta ad relaxandum domum,præuio appretio,iuxtà formam Conſuetudinis,à quo decreto cùm fuiſſet appellatum ad Sac. Conſil. interea pendente cauſæ expeditione comparuit præfatus Petrus vigore ceſſionis ſibi factæ ab eodem Hoſpitale, & vti dominus directus petiit præferri,vndè ſubſequebatur abſolutio ipſius Liuiæ, attingendo nunc cauſam prælationis petitæ dicebatur ex ſui parte, quod quàmuis prædicta domus conceſſa fuiſſet in anno 1564. per Thomam Caracciolum Carolo Caracciolo in emphyteuſim perpetuò ad rationem ducat. vndecim pro cenſu,tamen poſteà præfatus Thomas donationem fecerat eidem Hoſpitali omnium ſuorum bonorum, & rationum,& per dictum Hoſpitale indè fuit ceſſus cenſus prædictus, vna cum directo dominio eidem Petro, talitèr quod vigore dictæ ceſſionis cenſus cum directo dominio dubitari non debet, quin prælatio non veniret concedenda, & licèt ex parte ipſius Thomæ actoris replicaretur,quod talis prælatio minimè ei competere poterat ex cenſu, qui fuit ceſsus,erat ſubalternus,quod apparebat ex conceſſione in emphyteuſim facta a dicto Thoma Caracciolo eidem Carolo, & dictum Hoſpitale priùs debebat alium cenſum emphyteuticum duc.decem Carolo. Nihilominùs replicabatur, qualitèr dictus cenſus præſupponebatur extinctus, dùm non producebantur ſolutiones, adeò quod cùm abſq; tali cenſu vendita fuerat, extinctus præſumebatur,quapropter talis obiectio tunc fieri deberet, quoties concurriſset dominus cenſus inſimul cum dicto Petro, ſed poſtquam non concurrebant, & ſolus ipſe Petrus petiit prælationem, & ſic ſi cēſus adhùc fuiſset ſubalternus,competeret ei prælatio, quemadmodùm fundat Valaſc.de iure emphyt.par.1. q.13. n.12. & 13.& ad hoc adduxit doctrinam Io.Fabri in §.adeò,n.50.col.3.in princip.Inſtit.de locato,vbi reſoluit in hac ſpecie tàm ſaluum manere domino directo, quàm ſi non fuiſset res ſubemphyteuticata,ſecundò,ſimilitèr primum emphyteutam habere omnia iura, quæ dominus directus habet in re emphyteutica, dùm tamen priori domino præiudicium non faciat, & idem reſol-

uit

uit Soc.in conſ.256. incip. ſi in præſenti conſultatione, col.2. verſ.& pro reſolutione eorum, vol.2.& idemetiam ſequitur Gutierrez in tract. de gabell.q.43. num.6 dicens, quod ſecundus conceſſionarius habetur ad inſtar domini directi reſpectu ſubemphyteutæ, & allegat gloſ. damnatæ memoriæ in Conſuet.Pariſ. tit.1. gloſ. 6.ex eo, quod dùm ipſe Petrus dominus directus reſpectu emphyteutæ diceretur, & omnes rationes obtinuerat,quæ competebant domino directo, abſq. difficultate ei prælatio competeret. Neq. obſtabit ſecundò alia partis oppoſitio, qualitèr concurrente vicino cum domino directo,debet præferri vicinus, obſtante deciſione D.de Franch. 610. ac alia conſimili deciſione producta in proceſſu ad relationem Regij Conſiliarii Caroli Fœnicis fol.35 à ter. per quas apparet deciſum, præferendum eſse dominum directum,& demùm non obſtat, quod cenſus ſit extinctus, dùm præſupponitur, pecuniam ſolutã ab ipſa Liuia eſſe ipſius Petri,per tex.in l.quintus Mutius, ff.de donat. inter vir, & vxor. nàm circumſcripta dicta præſumptione, quæ ceſsat in caſu noſtro, dùm ipſa Liuia poſsedit bona extradotalia, nihilominùs dominium rei emptæ eſset ipſius Liuię, & ſi prædictus Petrus vti maritus potuiſset habere actionem pro pretio ſoluto pro dicta emptione, vt expreſsè deciditur in l.multum intereſt, C.ſi quis ſibi, vel alteri,& ampliùs adhùc ſi cenſus fuiſset extinctus,dùm prætenditur auocatio domus vigore iuris congrui, reuiuiſceret, poſtquam dominium cùm fuiſset reuocabile,non totalitèr dominium directum extinſerat ſuper dicta domo, & certiſſimum eſt, quod ſi dictus vicinus auocaſset domum, vtiq; Petrus remanſiſset dominus directus vltrà terminos l. ex ſextante, § Latinus largus, ff.de except.rei iudic. conſimilis caſus adducitur relatus per Dom.de Franc.dec.550 quod ſi vicinus, qui habebat ius congrui emerit rem, ſuper qua tale ius competit, ſi indè alter conuicinus vellet exercere tale ius, prætereà quod actio ipſa ſit confuſa cum dominio acquiſito, dùm dominiũ eſt reuocabile,talis actio reuiuiſcit, & licèt prætendatur, quod ipſe Petrus non ſit in tempore petendi dictam prælationem per lapſum anni, attamen replicatur,quod text.in l fin.C.de iure emphyt.vbi decernitur, quod requiratur dominus directus, & poſt requiſitionem habebit duos menſes, & ſi non fuerit requiſitus,res incidit in commiſsum, quia dùm non fuerit producta requiſitio, non poterit prętendi lapſum eſse tempus pro dicta prælatione, quod non currit,niſi à die requiſitionis,ex quibus concluditur, prælationem fore concedendam Facta relatione in Sacro Conſilio per Regium Conſiliarium Andream Prouenzalem,fuit deciſum benè appellatum pro parte Petri de Aliſante, & Liuię Morollo, etiam ex nouitèr deductis in Sacro Conſilio,& propterea Petrum da Aliſante eſse præferendum pro eodem pretio Thomæ de Stephano in emptione domus in actis deductæ de anno 1637. in Banca Luti pro Galterio, conferont prædictis adducta ſupra eodem verbo Prælatio.

Prælatio concedi an debeat agnato ſuper venditione feudi pro æquali pretio, quod ab alijs offertur, deciſum fuit per Sac. Conſil. affirmatiuè in caſu relato per D.Reg.Sanfelic.dec.268.n.12. & ſeqq.

Prælatio an competat primo licitatori in ſubhaſtatione rerum fiſcalium, ſi recepta fuerit maior oblatio, indè & accenſa candela poſt aliquos dies, licèt oblatio non eſſet, neq. vltrà ſextam, neq. vltrà decimam,iuxtà diſpoſitionem pragm. 71.de Offic.Procur.Cæſ.non obſtante dicta prælatione petita per offerentem,cui priùs legitimis ſubhaſtationibus, & candela accenſa, & extincta in Collaterali Conſilio coram D. Prorege fuerunt addicta iura Arrendamenti ſerici, fuit per Collaterale Conſilium cum interuentu Reg. Cam.negatiuè concluſum, & alitèr admiſſa petitio prælationis petitæ ad impediendam ſubhaſtationem, ſaluis iuribus pro prætenſa prælatione, nàm ſuperuenit infra terminum 40. dierum à pragm. ſtatutum maior oblatio, quæ erat admittenda in cauſa Io. Dominici Aſtuti, tradit Dominus Regens Sanfel.in Addit. ad eius dec. dec.103.

Prælatio in venditione feudi hæreditarii an competat agnato, relata fuit deciſio ſuprà in verbo Ius prælationis, ſeù prothomiſeos.

Prælatio an competat agnato proximiori aduersùs extraneum emptorem in venditione feudi hæreditarii pro eodem pretio, in caſu relato per D.Reg.Sanfel.dec.100.non apparet deciſio,licèt concludatur affirmatiuè iuxtà alias deciſiones factas ibi relatas, & ſubdit ità paſſim iudicari.

Prælatio an competat iure retractus, prothomiſeos, vel prælationis in allodialibus, ſuccedente illorum venditione, deciſum fuit affirmatiuè per Sacr.Conſil.vt referr Dom.Regens Sanfelic. dec.101.

Prælatio an competat agnato in venditione ſub haſta, atque in venditione neceſſaria, quę fit à Iudice pro executione rei iudicatæ, concluditur affirmatiuè, refert Dom. Reg.Sanfelic. dec. 103.

Prælatio an competat creditori, & agnato, etiam ſuper re feudali,vel etiam retentio poſseſſori ipſo feudo vendito ad inſtantiam creditorum in iudicio aſſiſtentiæ præſtitæ,ac etiam decreto ſuper conſignatione poſſeſſionis interpoſito,ſtante depoſito facto einſdem quantitatis per vltimum licitatorem,oblatæ ſoluendæ creditoribus anterioribus ſuper dicto feudo, quemadmodùm in facto incidit poſt præſtitam aſſiſtentiam per Sac.Conſil.ſuper Terra S.Ioannis Rotundi poſſeſſa per Dom. Petrum Cauaniglia, inſtantibus creditoribus D. Franciſci Cauaniglia ad finem vendendi,pro cuius ſententiæ exequutione accenſa candela, contradicentibus D.Petro Cauaniglia poſseſsore,ac D.Michaele creditore, & agnato proximo ſucceſsuro, remanſerat ſub haſta Franciſco de Angelis tanquam vltimo licitatori,& interpoſito decreto pro cõſignatione poſseſsionis petierunt domini de Cauaniglia facto depoſito eiuſdem quantitatis per D. Franciſcum decerni, licere retinere ſoluto credito anterioribus creditoribus ſuper Terra prędicta,fuit deciſum iunctis aulis S.C. per Coll.Conſil. eſse abſoluendos cõuentos, & proindè venditionem factam Franciſco Mariæ Marlcondæ firmam remanere,ità D.Reg.Sanfel.dec.105.

Digitized by Google

Prælatio an competat alicui vti creditoti, & agnato in locationis contractu alicuius feudi, deciſum fuit per S.C. iunctis Aulis, eſſe præferendum Dominum Aleaandrum Pignonum filium primogenitum Marchionis Rioli, & creditorem in conductione eiuſdem Terræ, ad inſtantiam creditorum Marchionis patris, quamuis in licitatione alter remanſerat, D. Reg. Sanfel. dec. 106.

Prælatio cui erit concedenda in locatione feudi ad inſtantiam creditorum, concurrentibus Vniuerſitate, & Barone illius, deciſum fuit per Collaterale Conſilium, Baronem eſſe præferendum, Dominus Regens Saofelicius dec. 107. à n. 1. ad 7.

Prçlatio an competat Vniuerſitati in locatione feudi facta per illius dominum, hoc contingit hæſitari in locatione facta per Oeconomos Diuæ Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis aliquarum eius Vniuerſitatum, quæ petieraot præferri, deciſum fuit per S.C. competere, & eſſe præferendas, verùm iuriſdictionis exercitium remaneat penès Oeconomos, ita D. Reg. Sanfel. dec. 107. n. 10.

Prçlatio concedi an debeat priori conductori prçdiorum Eccleſiæ in noua locatione, finita prima locatione, deciſum fuit per S.C. negatiuè, ita D. Reg. Sanfel. dec. 109.

Prælatio an competat agnato, ſiue agnatæ proximiori ſuper venditione feudi ſub haſta remanſi alicui extraneo pro eodem pretio, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in caſu relato per D. Reg. Sanfel. dec. 111.

Prælatio an competat Vniuerſitati ſuper venditione alicuius Caſalis, offerendo integrum pretiũ ſoluere ante traditam poſſeſſionem emptori, qui obtulerat teſtans pretium ſoluere, per maiorem partem Iudicantium fuit determinatum, non eſſe impediendam executionem contractus per oppoſitionem noniter factam pro parte Ciuitatis ſuper iure prælationis per eam prætenſo, vt tradit Dominus Regens Fabius Capycius Galeota in reſponſo 29. num. 29. & ſeqq. vbi refert, licèt fuiſſet reclamatum ea parte Ciuitatis per viam reſtitutionis in integrum, & per exiſtentiam votorum in paritate, demùm adhibitis adiunctis fuit confirmatum primum decretum.

Prælatio tunc denegatur Vniuerſitati ſuper venditione eius Caſalis, quoties venditio non eſſet perfecta, vel reſoluta, aut quando vellet, vt Caſale efficeretur eius ſubditum, ſecùs ad finem conſeruandi in libertate domanij, vel ſi iuriſdictionem ciuilem haberet, vendita criminali, dummodò illud faciat deſcribere in faciem alicuius particularis, & ita deciſum per R.C.S. refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in reſponſo fiſcali 29. dec. 2. à n. 14. ad 21. & dec. 4. à numer. 14. ad 19.

Prælatio cōceſſa alicui ſuper certo territorio, quod nam tempus attendat reſpectu eius valoris, deciſum fuit per S.C. in cauſa Francisci Faleſij V.I.D. cum Beatrice Iacomina, & alijs, die 17. Decembris 1639. ad relationem D. Conſil. Andreę Marcheſij nunc meritiſſimi Præſidis S.C. huiuſmodi. Per ſententiam S.C. fuit declaratũ, I.V.D. Franciſco Faleſio competere prælationem territorij in actis deducti pro iuſto valore, quòad præſens valet, deductis meliorationibus, prout fuit per eum expenſum, in Banca Cioffi, teſtatur D. Conſiliarius D. Ferdinandus Arias de Meſa variar. reſolution. libro 1. cap. 49. numero 26.

Prælatio an competat poſſidenti domum emptam ſub pacto, quòd facto depoſito pretij, & ei intimato, aut eius ſucceſſoribus, retrouenditio fieri debeat ipſo iure, adiecto etiam alio pacto, quòd in caſu reemptionis infra annum intelligatur in affictum conceſſa pro remanenti tempore, ad rationem pretij conuenti, ſi talis domus fuerit facta ceſſio, renunciatio, ac donatio dicti pretij alteri prætendenti ex depoſito dicti pretij facto domum ſibi conſignari, & compellere poſſidentem ad illam dimittendam, non obſtante tali prælatione. Hoc in facto occurrit ventilari in Sac. Conſil. ſuppoſita priùs facti ſerie, qualiter ſub die 9. Auguſti 1616. Ill. Marchio Piſcariæ mediante perſona Io. Baptiſtæ Biloctæ eius Procuratoris vendidit cum pacto de retrouendendo Ill. D. Berardino Montaluo Marchioni S. Iuliani, ac Equiti S. Iacobi, & Locumtenenti R.C.S. quoddam Palatium pro ducatis 8600. cum pacto, quòd facto depoſito dicti pretij in Banco, & eo intimato eidem emptori, aut eius hæredibus in domo, vbi habitauerint, aut in eorum abſentia à Ciuitate Neap. in Curia Noti Io. Simeonis della Monaca, & vt talis retrouenditio fieri debeat ipſo iure cum alio pacto, quòd quando dicta retrouenditio fieret infra annum computandum à 1. menſis Maii, dictum palatium intelligatur in affictum conceſſum eidem emptori pro reliquo tempore dicti anni, ad rationem ducatorum 602. quolibet anno, quod eo caſu ipſe emptor promiſerat ſoluere venditori, iuxta Conſuetudinem Neap. pro quorum obſeruantia ipſe emptor obligauerat idem palatium, vt ex inſtrumento ſic celebrato apparet. Mortuo inde dicto venditore, eius filius, ac hæres die 17. Auguſti 1643. mediante perſona eius Procuratoris donauit, ceſſit, & renunciauit Ill. Regenti Hectori Capycio Latro Marchioni Torelli ius redimendi dictum palatium ab hærede filio ipſius emptoris pro dictis ducatis 8600. cum pacto, quòd facta reemptione prædicta vendidit dictum palatium cum pacto de retrouendendo pro dictis ducatis 8600. ſoluendis eidem Marchioni S. Iuliani, ob quod ipſe D. Regens die 10. Octobris eiuſdem anni inſtitit in M.C. vt mandaret dicto filio, & hæredi Marchionis S. Iuliani, quòd exfractaret à dicto palatio primo die menſis Maii 1644. & ſolueret ratam penſionis illius ad rationem ducatorum 602. pro anno à die, quo fieret depoſitum, & intimationis, & ſic fuit per eandem M.C. Vt iuxta petita ordinatum, & notificato dicto conuento replicatum extitit, illudque retinere pro meliorationibus factis nedùm, ſed etiam præferri pro eodem pretio, & ſuſpenſo decreto dari terminum in cauſa, & deducta cauſa in S.C. de nouo fuit inſtatum ea parte ipſius D. Regentis, ſeruata forma decreti ipſius M.C. mandati, vt obſeruaretur, non obſtante tali retentione, ac prælatione, quantum pertinet ad articulum retentionis fuit latè diſcuſſum ſuprà in verbo exceptio meliorationum, & infrà in verbo retentio, ſed attingendo articulum prælationis

Digitized by Google

inter cætera cõtenta in allegationibus Michaelis Angeli Gizzij Aduocati eiuſdem Illuſt. D. Reg. hæc ſequentia referebantur, vz. Quòd reſpectu prælationis eſt mera chymera, attentis enim iuris tramitibus prælatio, ſiue ius retractus non niſi altera ex tribus cauſis competere poteſt, D. Reg. Sanfelic. dec. 322. n. 3. & propterea in alijs caſibus à iure præuiſis ceſſat prælatio, l. dudum, C. de contrah. empt. D. Reg. Sanfelicius ibidem, n. 6. Primo ratione directi dominij, quod quis habet in re in alium diſtracta, vt in l. fin. C. de iure emph. ibi enim directus dominus præfertur extraneo emere volenti, quod etiam procedit de iure communi feudorum, quandoquidem directus dominus prçfertur emptori extraneo in venditione feudi à vaſallo feudatario faciẽda, vt in cap. 1. §. porrò, in tit. qualiter olim pot. feud. alien. D. Reg. Sanfel. dict. n. 3. Secundò ratione ſanguinis, agnatus enim proximior præfertur in venditione feudi à feudatario agnato remotiori, ſiue prorſus extraneo facta. ca. 1. §. Titius, in tit. de feud. def. & c. 1. §. ſed & res, in tit. per quos fiat inueſt. D. Regens Sanfelicius ibid. n. 4. Tertiò, & vltimò ratione vicinitatis, vt probatur de iure canonico in cap. conſtitutus, de in integ. reſt. & de iure Regni in Conſt. Sancimus, de iure protom. cùm de iure ciuili ratione vicinitatis prælatio, ſiuè ius retractus minimè concedatur, ad tex. in l. dudùm, C. de contrah. empt. D. Regens Sanfelic. vbi ſuprà, n. 5. Et propterea ſiue prima, ſiue ſecunda, ſiue tertia, altera ex ſupradictis cauſis conſideretur, omnino ceſſat dicta prælatio, quandoquidem dictus Marchio nullum habet directum dominium prædictæ domus, nec ius ſanguinis, eò magis, quia nõ agitur de feudo. ſed de re allodiali, nec etiam ius vicinitatis. Quæ adeò vera ſunt, cùm res iudicatæ comprobentur in proprijs terminis, emptor enim cum pacto de retrouendendo fuit excluſus à prælatione per ipſum petitâ in ceſſione iuris luendi à venditione pretio mediante alteri facta, vt deciſum teſtatur per Rotam Romanam Farinac. dec. 502. & poſteà in gradu appellationis fuit dicta deciſio confirmata dec. 547. par. 2. tomo 4. quam deciſionem refert, & ſequitur Amat. var. reſol. lib. 2. reſol. 54. num. 26. idemque procedit, etiam ſi res fuerit meliorata per emptorem cum dicto pacto de retrouendẽdo, ex his, quæ latiſſimè tradit Anna filius conſ. 77. n. 29. lib. 1. qui & ſi loquatur in locatione, tamen idem procedit in venditione, validum enim eſt argumentum de locatione ad venditionem, l. fin. in fine, C. de contrah. empt. Eſcob. de ratiocin. ca. 16. n. 3. eò magis, quia nos ſumus in locatione, dùm à die depoſitæ domus remanet locata, iuxta pactum in dicto inſtrumento adiectum. Hæc ille. Fuit implicitè ſecundũ prædicta iudicatum, vt retuli ſup. in d. ver. exceptio meliorationum.

Prælatio concedi an debeat conſanguineo defuncti debitoris ſuper feudo vendito ſub haſta, & liberato pro concurrenti quantitate vicino poſſidenti aliud feudum contiguum, pro hoc fuerunt ſequentia in iure allegata in cauſa vertente inter Ill. Ioſephum Longum Marchionem Sancti Iuliani cum Ill. Domina D. Delitia Caraſa Principiſſa Sepini, per ſubſcriptum dilectiſſimum, ac benemeritum Aduocatum Neapolitanum, videlicet. Subſequuto obitu D. Franciſci Caraſæ Principis Sepini comparuerunt in S.C. eius creditores, & die 23. Octobris 1639. præſentauerunt comparitionem, inſtando procedi ad venditionem tam bonorum feudalium, quã burgenſaticorum remanſorum in hæreditate dicti debitoris, & inter cæteros creditores ſubſcriptos in dicta comparitione fuit Doctor Michael Angelus Gizzius, qui dixerat, *Io Michel Angelo Gizzio Procuratore della Signora D. Delitia Carafa Principeſſa de Sepino fo inſtanza*, vt ſupra. Factis inde bannis pro dicta venditione, Ioſeph Longus Marchio S. Iuliani præſentauit oblationem ducatorum 55100. hoc eſt ducatorum 25000. ſtatim, & ducatorum 30100. infra annos octo, cum intereſſe interim, ac etiam die 18. Februarij 1642. Carolus de Leoneſſa Princeps Sepini maritus ipſius Donnæ Delitiæ præſentauit aliam oblationem, & die 24. Martij 1642. mediante perſona Franciſci de Lagoneſſa Ducis Sancti Martini eius patris, & Procuratoris præſentauit aliam oblationem, & per Sacrum Conſil. die 24. Martij 1642. fuit prouiſum, quòd ſuper præſenti oblatione accendatur candela, . & fuit accenſa, & remanſit dicto Marchioni S. Iuliani, & per idẽ S.C. die 5. Aprilis 1642. fuit prouiſum, quòd liberetur Ill. Marchioni S. Iuliani, & intimetur Ill. Carolo de Lagoneſſa die 7. Aprilis 1642. ex parte d. D. Delitiæ vti filiæ, & hæredis dicti D. Franciſci fuit præſentata comparitio, petendo prælationem, offerendo ſtatim deponere dictos duc. 25000. & alios duc. 30100. infra ſex annos, & poſtea fuit præſentata alia comparitio, vt aſſerebatur, qualiter ipſa erat filia ſecundogenita d. D. Principis D. Frãciſci, ſed erat eius hæres, etiam ſtãte renunciatione facta primogenituræ ad eius beneficium, & quòd ducati 25000. oblati deponere ſtatim, erant Archiepiſcopi Conſæ patrui eius viri, præſentauit inſtrumentum dictæ renunciationis ſtipulatæ die 3. Martii 1640. præſentauit decretum præambuli M.C.V. interpoſitum die 16. Martij 1640. viſa renunciatione, & copia inuentarij facti die 14. Iunij 1640. ab ipſo Giptio eius procuratore. Inde die 4. Iulij 1642. ſuperuenit oblatio Alexandri Scoppæ duc. 57. mill. & Clara Ieſualda creditrix inſtitit die 11. Iulii 1642. quod non reciperetur dicta oblatio, & quod decideretur dicta prælatio petita à D. Delitia, quemadmodùm etiam Marchio S. Iuliani inſtitit, mandari eidem D. Delitiæ, quod declaraſſet, ſi vellet prælationem, & die 17. eiuſdem menſis Iulij 1641. Doctor Donatus de Lellis aliam oblationem præſentauit pro perſona nominanda, & per Sacrum Conſilium eodem die fuit decretum, quod accenderetur candela, ob quod Marchio S. Iuliani die 17. Iulii 1642. oblationem obtulit ducatorum 57. mill. dummodò poſſeſſio illico ei dari debuiſſet, non obſtante quocunque impedimento, & præcipuè impedimento D. Delitiæ, aut alterius vti aſſerti agnati iure prælationis, & poſtea in fine dixit *mi contento leuar la conditione della prelatione*. & ſic fuit accenſa candela in aula Sacri Conſilij, in qua accenſione candelæ duo oblatores interuenerunt, nempè Dux S. Martini, & dictus Marchio, cui remanſerat pro ducatis 61200. hoc eſt pro ducatis 25. mill. deponere illos pro alijs du-

ducatis 26200. intrà octo annos cum intereſſe interim iuxtà primam oblationem, & quod Dux fuerat oblator in aula non ſolùm ipſi Domini Conſiliarij meminerunt, ſed deponunt teſtes ſuper 17. artic. & ipſe Dux non ſolùm erat procurator D. Caroli eius filij, & vir ipſius D. Delitiæ, & vti talis præſentauerat oblationem, nihilominùs erat Procurator eiuſdem D. Delitiæ, quæ die 18. Martij 1640. conſtituit procuratorem ipſum Ducem eius ſocerum ad petendum prælationem, & ad faciendum quamlibet oblationē, & etiā erat ſemper præſens ipſe Giptius procurator dictæ D. Delitiæ, ſciunt dicti Domini, & deponunt teſtes ſup. 19. artic. In eodem die 17. Iunij 1642. per Sacrum Conſilium fuit liberata dicta Terra Sepini eidem Marchioni Sancti Iuliani pro dictis ducatis 61200. præuio aſſenſu Suæ Maieſtatis, & interim adimpletis adimplendis conſignata tenuta, & intimatis procuratoribus conſtitutis à Sacro Conſilio per creditores die 18. eiuſdem menſis ſe obligauit Marchio, & præſentauit apocam ducatorum 918. pro dirictu augmenti ſalarij Conſiliariorum, & eodem die fuerunt liberati, ac eodem die fuerunt expeditæ prouiſiones pro capienda poſſeſſione, ob quod Marchio procurationem conſtituit pro capienda poſſeſſione, & die 21. Iulij 1642. dùm in poſſeſſione reperitetur Marchio die 8. Auguſti fuit præſentata alia compatio ex parte ipſius D. Delitiæ, aſſerendo, ſecundam venditionem eſſe nullam, & inualidam, & ob id debere admitti ad prælationem ab ipſa petita in prima venditione pro ducatis 55. mill. & centum, & quando ſecunda venditio fuiſſet valida inſtabat, præferri pro eiſdem ducatis 61200. oblatis à dicto Marchione, quos obtulit deponere, & ſoluere, ſeruata forma oblationis dicti Marchionis, & hoc, quia erat filia defuncti debitoris, & etiam creditricis ex cauſa ſuarum dotium, & per Sacrum Conſilium die 9. Septembris 1642. fuit prouiſum, quod infrà quadraginta dies pro omni termino, nominatione, & beneficiis partes deducant incumbentia, hic terminus fuit compilatus, & dum tractaretur expeditio die 29. Nouembris 1642. cōparuit D. Chriſtina Carafa Principiſſa Cluſani filia primopromegita ipſius Principis D. Frāciſci, & inſtitit, quod quatenùs fuiſſet excluſa ipſa D. Delitia eius ſoror à dicta prælatione, debeat præferri vti primogenita. Ex parte ipſius Marchionis S. Iuliani dicebatur, prælationi ipſæ locum non eſſe, & ſic ſupplicabatur, Sacrum Conſilium declarare, non eſſe locum petitæ prælationi, & hoc non ſolùm ob particulares rationes, quæ adſunt in hoc caſu, ſed etiam ob articulum generalem, dùm tractatur de feudo hæreditario non haber locum prælatio, iuxtà veram opinionem in iure fundatam in rationibus, & auctoritatibus Doctor. & in caſu deciſo per idem Sacrum Conſilium iunctis aulis. Et incipiendo ab articulo generali ſufficeret, remiſſio ad D. Marchionem Torelli Regiam Cancellariam Regentem Hectorem Capycium Latro omninò videndum in conſult. 27. & 28. tom. 1. & conſult. 96. in 1. puncto tom. 2. vbi doctiſſimè, & latiſſimè ad ſaturitatem tractat articulum, concludendo, in Regno prælationem iure ſanguinis non habere locum in feudis, ex quo feuda ſunt hæreditaria ſimpliciter. Sed poſt metentium falces ſpicas colligendo dico, dictam opinionem veriſſimam lege, ratione, auctoritate Doctorum & rerum iudicatarum, præmiſſo prius, feuda alia eſſe ex pacto, & prouidentiæ, alia hæreditaria, & hęc alia feuda mixta, alia hæreditaria ſimpliciter, feudum ex pacto, & prouidentia quando conceditur pro ſe, & liberis, ſiuè pro ſe, & deſcendentibus, tunc ſunt vocati liberi, ſiue deſcendentes ex propria perſona, quot ſunt perſonæ, tot ſunt vocationes, & ſufficit eſſe hæredes primi conceſſionarij, & facto inuentario non tenetur ad onera, ſiuè debita vltimi morientis, nec aliorum prædeceſſorum, ſed primi acquirentis tantùm, & dicitur ex pacto, quia vocantur ex pacto conceſſionarij, & dicitur ex prouidentia, quia vocantur ex prouidentia concedentis, Andr. in c. 1. colum. 2. de alienation. feud. pater. Camerar. in c. Imperialem, §. prætereà ducatus fol. 94. lit. N. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. tit. de differ. int. feud. ex pacto, & hæred. Thom. de Marin. de feud. tit. de feud. ex pacto, n. 25. Canner. in cap. ſi aliquem, verſ. colligitur etiam, fol. 288. Petrus de Gregor. de conceſſion. feud. part. 2. quæſtion. 10. Præſ. de Franchis deciſion. 1. Roſental. de feud. tom. 1. c. 9. membro 2. concluſion. 12. Feudum verò hæreditarium mixtum eſt, in quo ſunt vocati certi hęredes, vtpurà conceſſum pro ſe, & hęredibus maſculis, & in hoc feudo qualitas pacti pręualet qualitati hęreditarię, & ideò illi hęredes vocantur ex propria perſona, & facto inuentario non tenentur ad onera vltimi defuncti, nec aliorum prędeceſſorum, ſed primi acquirentis tantùm, prout in feudo ex pacto eſt dictum, & ſecundùm Siculos dicitur feudum hęreditarium in forma ſtricta, Petr. de Gregor. de conceſſion. feud part. 6. quęſtion. 10. numer. 19. & quęſtion. 11. numer. 4. Intriglioſ. de feud. centur. 2. articul. 32. numer. 8. Regens Rouitus in allegation. poſt. 11. deciſion. Regent. de Ponte numer. 41. D. Corſet. filius ad Patrem conſ. 9. à numer. 14. cum pluribus ſeqq. Ruger. conſ. 2. num. 41. lib. 2. Kopp. deciſ. 54. numer. 30. 31. & 32. Cannet. d. fol. 288. Roſental. dict. concl. 72. poſt Bald. & Surd. quos citat, & ſequitur D. Marchio Torelli dict. conſultat. 27. numer. 22. Feudum autem hęreditarium ſimpliciter eſt, in quo ſucceditur omninò iure hęreditario pręualet qualitati pacti, & vocatus non poteſt ſuccedere, niſi ſit hęres in allodio vltimi decedentis, vel ſaltim quod per ſe non ſtet, quin ſit hęres, & ideò ſuccedens, ſiue pater, ſiue contra voluntatem defuncti, tenetur ad onera, & tenetur habere ratum factum defuncti, ex l. cum à matre, C. de rei vend. & inuentarium non iuuat, & poteſt granari vſque ad valorem feudi, & ſic ſiue ſuccedat ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſemper eſt hęres ab origine conceſſionis feudi, Pręſ. de Franch. dict. deciſion. 1. & deciſion. 704. Reg. de Ponte conſ. 13. num. 10. cum ſeqq. conſil. 34. & conſ. 52. lib. 1. & in tract. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſu Regio ſuper dote, §. 3. & in tit. de reſut. feud. §. 10. num. 6. Gizzarell. deciſ. 28. & ponunt exemplum Siculi, & vocant feudum hęreditarium in forma larga, ſi eſt conceſſum feudum pro ſe, & hęredibus ſimpliciter, nulla facta reſtrictione hęredum, Petr. de Gregor. & D. Corſet. in dict. locis. In Regno verò non proce-

Digitized by Google

dit dicta diſtinctio de feudo hæreditario ſimplici, & de feudo hæreditario mixto, quia ſemper quòd adeſt verbum, hæres in conceſſione, & in inueſtitura, ſiue reſtrictum ad certos hæredes, ſcilicet ex corpore, vel maſculos, ſiue non reſtrictum, ſcilicet quia conceſſum hæredibus ſimpliciter, intelligitur hæreditarium, ita quòd vocatus tenetur eſſe hæres in allodio vltimi decedentis, vel requiritur, quòd per ipſum non ſtet, quin ſit hæres, & veniens, ſiue præter, ſiue contra voluntatem defuncti, tenetur ad onera, poteſt grauari vſque ad valorem feudi, & facto inuentario adhùc tenetur, quod inuentarium operatur, & non teneatur vltra vires feudi, & allodij, & ſic tenetur habere ratum factum defuncti, ex dict. l. cùm à matre Præſ. de Franchis dict. dec. 1. & dec. 387 Regens de Ponte dictis locis, Camer. in cap. Imperialem, in §. præterea Ducatus, fol. 96 lit. k. & L. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. form 3. num 31. verſ. vltima concluſio, Gizzarel. dict. dec. 28. Reg. Rouit. in rub. de feud. n. 22. & 23. Camill. de Curte in diuerſ feud. par 2. folio 39. num. 53. vſque ad num. 57. D. Marchio Torell. d. conſult. 27. nu. 23. & 24 Habat tamen locum dicta diſtinctio in Sicilia, Pet. de Gregor. Corſ. Canet. & Iorrig. locis relatis, habet etiã locum in Germania, Kopp. & Roſental. in dictis locis, & alibi, vbi Doctores faciunt dictam diſtinctionem. Hoc præmiſſo facillimè fundatur concluſio, quòd in Regno in feudis non habet locum prælatio, ſiue rettactus, & ius protomiſeos iure ſanguinis, dùm feuda ſint hæreditaria, & illa qualitas pacti non præualet, nec eſt in conſideratione. Primo fundatur lege in l. dudùm, C. de contrah. emp. vbi prælatio, & retractus iure ſanguinis in venditione aboletur, & in l. 1. ff ſi quis à parentibus fuerit manumiſſus, & in l. in re mandata, C. mand. vbi libertas conceditur in re propria. Nec deciſio D. Regentis Sanfelic. 102. tom. 1. eſt contraria, quia in caſu illius deciſionis bona erant ſubiecta fideicommiſſo, vt ibidem num. 6. nec Maſuer. nec Tiraq. citati num. 7. dicunt dict. l. dudùm ſolùm tollere conſuetudinem antiquam, per quam nemo poterat vendere extra proximos, & proinde dict. l. dudum permittere venditionem extra proximos, reſeruata proximis prælatione, ſicut nec illud dicere poterant Maſuer. & Tiraq. quia eſſet contra expreſſa verba illius legis, quæ clarè loquitur, & in Regno eſt incognitum, in allodialibus non habere locum ius protomiſeos, ſiue rettactum, ſiue ius congrui iure ſanguinis, ſed tantùm iure vicinitatis, tam vigore Conſt. incip. Sancimus, quàm iure conſuetudinario Ciuitatis, in tit. de iure congrui, ſicut & de iure communi omnes concludunt ex dict. l. dudum. Rota dec. 502. & 547. par. 2. Farinac. Et dùm dicta iura loquuntur in allodialibus, habent locum in feudis hæreditarijs, in quibus cum Regio aſſenſu proceditur, ſicut & in allodialibus, And. in cap. Imperialem, in prioc. col. 10. de proh. feud. alien. per Feder. in cap. 1. col 5. de nat. ſucc. feu. & ca. 1. qui ſucceſſ. ten. Io. Fab. in §. non ſolùm, de leg. Loff in dict. cap. Imperialem, §. nec Dominus, verſ. ſuprà ſcriptus tamen, folio 63. à ter. & in conſ. 14. n. 73. in fine, Frec dict. lib. 3. de ſubfeud. dict. tit. de different. int. feud. ex pacto, & hær. diff. a. n. 3. diff. 33. Præſ. de Franch. dec. 695. n. 2. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg tit. de aſſ. R. 3. ſuper dote, in prioc. n. 15. & tit. de refut. feud. § 8. n. 16. & 18. Regens Lanat. in tit. ſi vaſal. feud. priu. n. 31. Præſ. Aneli. Amat. conſ. 35. nu. 7. & ideò Reg. Roui. in dict. alleg. n. 70. dùm dicit, dict. l. dudum fuiſſe conditam ante Conſtitutiones feudales, & ideò non poſſe procedere in feudis (pace tanti Viri) non procedit ſuum argumentum, dum cum aſſenſu Domini non ſit differentia inter feuda hæreditaria, & allodialia. Neque obſtant illa tria iura feudalia, quæ in hac materia citantur, nempe in ca p. 1 §. ſed & res, per quas fiat inueſt. in cap. 1 §. donare, verſ. porrò, qual. olim feud. alien. pot & in cap. 1. §. ſi quis deceſſerit, verſ. Titius, ſi de feud. def. cont. ſit int. dom. & agn. vaſ. in dict. §. ſed etiam res nõ permittitur alienatio feudi, niſi in frattem, vel alium proximiorem pro æquali pretio. In dict. verſ. porrò dicitur, quod in prohibendo, & redimendo potior erat proximi agnati, quàm domini conditio. In dict. verſ. Titius dicitur, quòd mortuo Titio venditore nullo pretio dato proximior agnatus feudum venditum recuperare poteſt, Titio verò viuo, pretio reddito recuperat, niſi alienationi conſentiat, vel per annum, ex quo ſciuit, tacuit. Quia dicta iura procedunt in feudo ex pacto, & prouidentia, vel in feudo mixto, in quo præualet qualitas pacti, ſecundũ prædicta, non autem procedunt in feudo hæreditario, in quo qualitas hæreditaria præualet, ſic declarat And. in dict. § ſed & res, & in d. verſ Titius, & alij 28. Doctores citati per dictũ Marchionem Torelli in dict. conſult. 27. nu. 11. Et quod loquuntur in feudo ex pacto, & non in feudo hæreditario, vltrà quòd omnia iura cõmunia feudalia loquuntur in feudis, ex pacto patet euidentiſſimè, ſiquidèm in dict. §. ſed etiam res extra proximiorem prohibetur venditio feudi, & tamen feudum hæreditarium cuilibet extraneo cum aſſenſu venditur, & permittitur vẽditio, prout de allodialibus. In dict. verſ. porrò permittitur domino & agnato prohibitio venditionis, & feudi redemptio, & inter dominum, & agnatum potior eſt conditio agnati, & tamẽ in feudo hæreditario non permittitur domino nec inhibitio, nec redemptio, & dominus venditioni tenetur aſſentire, & præſtare aſſenſum, aliàs facit iniuriam, & habetur pro aſſentiente, Afflict. in Conſt. inc. Si quis poſt litem, n. 12. Capyc. in cap. Imperialem, fol. 22. verſ. niſi inueſt. & fol. 33. Præſ. de Franch dec. 310. & dec. 695. n. 3. & 4 & Reg. de Ponte conſ. 81. n. 54. lib. 1. & conſ. 14. n. 62. lib. 2. Reg. Lanat. conſ. 15. num. 12. Corſet. conſil. 1. numero 4. & 5. In dict. verſic. Titius viuo venditore permittitur agnato recuperatio pretio dato, venditore mortuo, nullo pretio dato, in feudo verò hæreditario nunquam permittitur recuperatio abſque pretio. Nec vrget conſideratio Reg. Rouit. quòd iura omnia feudalia loquentia de feudo ex pacto procedunt in hæreditario, ex quo adeſt qualitas pacti, vt poſt Camer. quem citat ſcribit in dicta alleg. n. 45. 46. & 48. ſiquidem ibi Rouit. ex eodem Camer. limitat, iſtud non procedere, quando repugnaret qualitas hæreditaria, & ſtatim demonſtrando, qualitatem hæreditariam omnino repugnare. Hæc eadem opinio iuuatur, & fundatur fortiſſimis rationibus. Primò, quia dùm feu-

feudum eſt hæreditarium, & qualitas pacti non eſt in conſideratione, agnatus non poteſt contrauenire facto prædeceſſoris alienantis, reſcindendo venditionem à prædeceſſore alienante factam, ſed tenetur habere ratum, ex dict. l. cùm à matre, C. de rei vendic. Nec reſponſio Regentis Rouiti in dict. alleg. à num. 74. vſque ad 88. vrget, dùm dicit, agnatum habere duo iura diuerſa, & diſtincta, vnum ſcilicet in vita alienantis, & eſt ius prælationis, & reuocationis iure ſanguinis, alterum poſt mortem alienantis per ſucceſſionem, & quòd hoc vltimum tollit qualitas hæreditaria, non primum, quod dùm eſt in vita alienantis, non nocet qualitas hæreditaria, cùm viuo alienante non ſuccedat agnatus, nemo eſt enim hæres alterius in eius vita, eò magis, quòd nulla eſt contrauentio, nec impugnatio, immò confirmatio, cùm in loco emptoris ponatur agnatus, vt ipſe ſit emptor, hoc dicit Regens Rouitus. Siquidèm quòd agnatus habeat ius reuocandi in vita alienantis, de hoc quæritur, & nulla lege probatur, nec ciuili, nec feudali, dùm dicta iura feudalia in eodem feudo præſupponunt reuocationem in vita cum pretio, poſt mortem ſine pretio, & illud in vita non eſt de feudo ipſo, quia feudum ex pacto, de quo loquuntur dicta iura, non poteſt vendi, etiã cum aſſenſu domini in præiudicium agnatorũ, ſed eſt de fructibus feudi, qui ſunt alienantis durante eius vita, & quia feudum eſt recaſurum in agnatum poſt mortem conceditur reuocatio in vita reſpectu illorum fructuum venditorum, Syluan. conſ. 15. num. 41. D. Marchio Torel. dict. conſult. 28. num. 9. Hæc non procedunt in feudo hæreditario, quod alienatum cum aſſenſu domini, non eſt recaſurum poſt mortem alienantis in agnatum, nec eſt prælatio. de fructibus, de quibus loquuntur dicta iura, quæ proptereà non applicantur. Prætereà omnino repugnat qualitas hæreditaria etiam in vita alienantis, quia & ſi non ſit factus caſus ſucceſſionis, prætendit agnatus venire tanquam vocatus in ſucceſſione, ſed tanquam vocatus in ſucceſſione eſt cum qualitate hæreditaria, non ex propria perſona, & illa qualitas hæreditaria præualet, vt per eam in caſu ſucceſſionis non poſſit contrauenire facto defuncti, ſequitur, quòd dum illa vocatio eſt inefficax, in proprio caſu eò magis remanet inefficax in vita alienantis, quando vocatio non operatur. Et eſt expreſſa contrauentio, dùm reſcinditur venditio facta, & in locum emptoris ponitur agnatus, alienans enim voluit alteri, quàm agnato vendere, & ſic non confirmatur venditio facta, ſed in alia fit venditio alteri, ſcilicet agnato, cui venditor noluit vẽdere, & illa venditio eſt illi damnoſa, quia per eam tollitur libertas contractandi, D. Marchio Torell. dict. conſult. 27. num. 28. Ex quibus etiam ſequitur, quòd illa diſtinctio de feudo hæreditario mixto, & ſimplici facta à Reg. Rouito in dicta allegatione, num. 32. cum ſeqq. in Regno non procedit, dum dicit, quòd feudum hæreditarium mixtum eſt feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ex corpore, & hæreditarium ſimpliciter pro hæredibus quibuſcunque, & allegat Frecc. lib. 3. de ſubfeud. form. 3. in fine, ſiquidem in Regno eſt omnino hæreditarium, & illa qualitas pacti non conſideratur, & Frecc. dicit, eſſe feudum mixtum, vt alij dicunt, & ſic intendit de Siculis, ſecundùm quæ ſupra diximus. Secundò eadem opinio probatur, quia prælatio iure ſanguinis non habet locum in feudo ex pacto nouo. Aluar. in dict. cap. Titius, Schrad. de feod. par. 8. c. 7. n. 34. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. § 1. num. 20. Anna obſeruat. 10. Dom. Marchio Torell. dict. conſult. 28. num. 24. & num. 25. Camil. de Curt. in 2. par. diuerſ. feud. c. 4. nu. 43. Præſ. de Franch. dict. dec. 2. num. 30. Maſtril. dec. 8. in fine, & hoc, quia feudum ex pacto nouum nihil differt ab hæreditario, vt ſuprà eſt dictum, nec vrget reſponſio Regentis Rouiti num. 89. quod in feudo nouo non viget ratio prælationis, ſcilicet quòd res fuerit maiorum, & eorum imagines, & ſepulchra ſint in ea, vt proptereà interſit conſeruari in familia, ſiquidem hæc non eſt ratio prælationis conſiderata in dictis iuribus; ſed vt ſcribunt Surd. conſ. 35 & num. 23. & 38. lib. 3. Minſing. obſeru. 84. cent. 4. Pract. Papienſ. in forma libelli, quo agit ad reuoc. feud. cap. inc. nec ſuperſtitibus, nu. 24. verſ. cuius retractio, D. Marchio Torell. dict. conſult. 27. num. 38 & 39. ſed ſolùm quia agebatur de venditione fructuum durante vita alienantis, & feudum erat omnino recaſurum in agnatũ, & non eſt iuſtum, filium, ſiue agnatum implicare litibus, & expenſis pro recuperatione feudi, ſequuta morte alienatoris, Cannet. in cap. volentes, in verſ. inc. & quia ſtat firma regula, folio 106. hoc apparet plus quàm manifeſtè, quia ex dicta ratione prælatio haberet etiam locum in allodialibus, & tamen eſt contrarium, D. Marchio Torell. dict. conſult. 96. num 5. Ego augeo hanc rationem, quia ſi feudum ex pacto antiquum alienatur in caſu licito, ſcilicet pro onere feudi, agnato non competit prælatio, & hoc nõ ex alio, quia agnatus non poteſt contrauenire illi alienationi legitimè factæ. Cannet. in dicto cap. volentes, in verſ. inc. Proſpexit etiam Rex, num. 15. 16. & 17. fol. 197. And. & alij communiter, quos refert Kopen dec 54 num 83. Giurba de feud. § 2. gloſſ. 3. num. 102. Tertiò idem probatur ex diuerſitate rationis inter feudum ex pacto, & hæreditarium, ſecundùm diſtinctionem ſuprà poſitam in princ. poſito, & latiſſimè Dom. Marchio Torelli dict. conſult. 28 num. 17. vſque ad 40. & numer. 44 Quartò prælatio fundatur ex æquitate, & dùm habemus rigorem ſcriptum excludentem prælationem. in d. l. dudùm. & in dict. l. 2 & in dict. l. in re mandata, eſt præferendus rigor ſcriptus, l. placuit, C. de iudic. & non eſt cõcedenda prælatio, niſi in caſu à iure expreſſo, D. Regens Sanfelic. dec. 110. numer. 9. Quintò dùm in feudis proceditur ad inſtar allodialium, quando adeſt aſſenſus Domini, vt eſt dictum, & in allodialibus ex iure communi, & municipali dict. Conſt. Regni, inc. Sancimus ius protomiſeos, & retractus ratione ſanguinis non habet locum, neque habere debet in feudis, ex his, quæ ſcribunt Arnol. Ferron. in Conſuetud. Burdegal. tit. de retractu, §. 2. & Tiraq. de retractu lignag § 2. gloſſ. 3. n. 10. & 11. vbi concludũt, retractum in Gallia conceſſum iure ſanguinis in allodialibus habere locum in feudis, quia feuda poſſidentur ad inſtar allodialium. Nec obſtat, quòd ſequeretur, ius protomiſeos, & congrui ratione vicinitatis habere etiam locum in feu-

dis, quod eſt falſum, ſiquidem dico, de feudo iudicari, prout de allodio, quando adeſt aſſenſus domini, & ſic cum eo, cum quo eſt aſſenſus, ſed cum vicino non eſt aſſenſus domini, & ideò ceſſat ius congrui conceſſum ratione vicinitatis. Sextò probatur eadem opinio ratione inconuincibili, ſiquidèm ſecundum Reg. Rouit. in d. alleg. n. 32. & ſecundum omnes conceſſo feudo pro hæredibus quibuſcunq. non habet locum prælatio, quia non adeſt qualitas pacti, ſed quando in alienatione adeſt aſſenſus domini, ſimilitèr alienatio transfert feudum in quemcunque, cum quo loquitur aſsenſus, non habita ratione qualitatis pacti, ex qua ratione D. Reg. Sanfel. in dec. 100. num. 15. verſ. hinc neſcio dubitat de dicta doctrina Reg. Rouit, ſed illa doctrina eſt communitèr recepta, vt per Iul. Clar. in §. feudum, q. 24. ver. ſed quia hęc materia. Rationibus ex aduerſo conſideratis doctiſſimè ſatisfacit D. Marchio Torelli in d. conſult. 27. à num. 15. ad 24. & conſult. 28. à num. 63 vſque ad num. 82. Reg. Rouit. in dict. allegation. num. 103 facit magnum capitale de doctrina Parid. in tract. de reintegr. feud. in capitul. 241. incip. an ſi vendantur res feudales, fol. 242. num. 8. vbi ſcribit, quod ſi ex priuilegio, vel ſtatuto feudum ex pacto poſſet alienari abſq; domini conſenſu, poſſet dominus redimere, & etiam agnatus, quia quod non dixit Conſt. ſtat, & Conſtitut. interpretatur ſecundùm ius commune, & Paridem alij ſequuntur, ex quo infert Reg. Rouit. quod licèt ſit permiſſa alienatio, adhùc competit prælatio, quare non eſt inconueniens, quod in feudo hæreditario ſit permiſſa alienatio cum aſſenſu domini, & habeat locum prælatio. Sed cum reuerentia tantò viro debita, caſus eſt diuerſus, ſiquidèm in feudo ex pacto de iure communi feudorum duo ſunt diſpoſita, vnum quod non poſſit alienari in præiudicium domini, & agnati; alterum quod in caſu alienationis fructuum competat prælatio domino, & agnato, dicit Paris, quod ſi ſtatutum tollit vnum, ſcilicet permittit, quod poſſit alienari feudum ex pacto abſque conſenſu domini; & nihil dicit de alio, ſcilicet de prælatione, quod iſtud non cenſetur ſublatum, quia quod lex non dicit, non prohibetur ſtare, l. præcipimus, C. de appellation. & ſtatutum recipit interpretationem à iure communi, hoc non poteſt applicari ad feudum hæreditarium, in quo nunquam fuit conceſſa prælatio, nec vnquam prohibita alienatio cum aſſenſu domini, ſed ſemper conſideratur tanquam allodium cum aſſenſu domini, & eſt in libera diſpoſitione cum aſſenſu domini. Et licet Dom. Regens Sanfelic. in deciſion. 100. num. 13. conetur ampliare dictum Paridis in omni caſu, ad quod allegat Aluarot. in dict. §. porrò, num. 5. & 6. & Roſcatal. tom. 2. de feud. cap. 9. membro 2. concluſion. 58. num. 35. & concluſion. 89. num. 5. & in gloſ lit. C. ſupplico reuideri Aluar. & Roſental. quia loquuntur in ſtatuto, & conſuetudine, prout loquitur Paris, & Roſental. addit, idem eſſe in pacto, & conuentione, quod eſt veriſſimum, quia viget eadem ratio, quæ in ſtatuto, & conſuetudine. Tertiò principalitèr probatur eadem opinio auctoritate Doctorum, & vigintinouem Doct. citat Dominus Marchio Torelli Regens Capycius Latro dict. conſultation. 27. num. et. 51. & pro contraria parte duodecim. Sed ego dico, quod ante dictam deciſion. Reg. de Ponte 11. & allegat. Reg. Rouit. poſt illam, & pro illa poſitas in Regno nemo auſus eſt dicere, in feudo hæreditario habere locum prælationem, vt apparet ex ſequentibus Doct. Regnicolis, qui ſcripſerunt, non habere locum prælationem in feudo hæreditario. Andr. in dict. §. ſed & res, num. 4. Afflict. in dict §. porrò, num. 18. & in c. 1. verſ. hoc quoque, num. 19. de ſucceſſ. feud. & in Conſtit. incip. Prædeceſſorum. num. 4. Nec aduerſatur in dict. §. porrò, in princ. num. 7. verſ. item quæro, & in dict. Conſtitution. Sancimus, num. 7. de iure prothomiſeos, vbi ſimplicitèr dicit, ius prothomiſeos habere locum in feudis, & citat dict. §. Titius, quia intelligitur ſecundum iura, quæ allegat, ſcilicèt de feudo ex pacto, de quo loquuntur iura ab eo citata, Paris de Puteo in dict. tractat. de reintegr. feud. in c. 241. incip. an ſi vendantur res feudales, fol. 242. num. 14. & 15. Camer. in dict. c. Imperialem, fol. 98. & 99. col 3. verſ. quarta concluſio, Loff. ed. in dict. §. Titius, & in conſ. 1. num. 102. & in conſ. 14. n. 51. Iacob. de Franch. in prælud. feud. num. 132. Felix de Rub. in apoſtilla ad pennam, quam habet, & refert Dominus Marchio Torelli in dict. conſult. 28. num. 68. in fin. & 69. Fiecc. de ſubfeud. lib. 3. tit. de differentr. inter feud. ex pacto, & hæred. different. 2. Reg. Lanar. conſ. 69 Liparul. in dict. §. Titius, lit. C. verſ. quintò præmitto, & verſ. ſi hæreditarium, Gramm. deciſion. 103. num. 207. Præſ. de Franch. dict. deciſion. 1. num. 29 Bammacat. in dict. §. Titius, vbi dicit, eſſe veriſſimam opinionem, Balzar. in dict. §. ſed & res. nec Fab. de Anna obſeruat. 10. eſt in conſideratione, quia ſimilitèr loquitur genericè, habere locum ius prothomiſeos in feudis, & citat d. §. Titius, ſic etiam loquitur Donat. Anton. de Marin. lib. 1. quotid. reſol. cap. 24. num. 10. & cap. 233. num. 1. Poſt verò dict. deciſion. Reg. de Ponte, & dict. allegationes Reg. Rouit. fecit dictam aliam deciſionem Dom. Reg. Sanſel. 100. tom. 1. vbi tamen caſus non fuit deciſus, vt idem Dom. Reg. in fine aduertit, & tandem opinionem ſequitur Reg. Lanar. ad Pattuum in dict. §. ſed & res, n. 40. Dominus verò Marchio Belmont. in deciſion. 57. Sac. Conſil. loquitur de retentione propter melioramenta, & ex alijs cauſis, ſicut nec articulus fuit deciſus in cauſa Martliani, de qua Dom. Marchio Torelli in deciſion. 57. Quare ſi attendimus auctoritatem Doct. Regni, communiſſima, & receptiſſima eſt opinio pro excluſione prælationis, quam nouiſſimè ditauit, & illuſtrauit Dominus Marhio Torelli in dict. conſult. 27. & 28. tom. 1. & conſult. 96. num. 2. Si verò attendimus Doct. exteros, iſti nedùm non aduerſantur, ſed confirmant eandem opinionem, ſiquidèm Siculi quando dicunt, habere locum prælationem, loquuntur de feudo hæreditario mixto, in quo præualet qualitas pacti, & de eo iudicant, prout de feudo ex pacto, in feudo verò ſimplicitèr hæreditario, dicunt non habere locum prælationem, & feudum ſimplicitèr hæreditarium intelligunt, prout noſtri in Regno intelligunt feudum mixtum, vt ſup. retulimus, & ità loquuntur Cannet. & Intrigl. citati ex aduerſo, & Maſtrill. in conſ. vnico poſt lib. 1. deciſ. 15. num. 63. & nouiſſimè Giurba de feud. §. 2. gloſ. 3. num. 101.

in

in quo feudo mixto non habet locum cap. volentes, Per de Gregor. de conceſſ. feud. par. 6. q. 10. n. 19. & ſic non procedit argumentum D. Reg. Sanfelic. dec. 100. n. 15. Alij Doctores Itali, vt ſunt Iul. Clar. Iſſeritari à Reg. Ronito, n. 73. Peregrin. Sola, & Theſaur. citati à Parte, ſimiliter loquuntur de feudo hæreditario mixto, in quo præualet qualitas pacti, prout loquuntur Siculi, & Iacob. Nouell. de iure protomiſeos, in princ. n. 129. noſtram defendit opinionem, & Anton. Monac. de feud. par. 2. cap. 54. nu. 91. Doctores Germani, vt Hartham. Piſtor. Schrad. Scurph. Gothofred. & Roſent. citati à Regente Ronito ibidem, & alij citati à Parte ſimiliter loquuntur in Germania, vbi feuda hæreditaria mixta iudicantur ſicut feuda ex pacto, & in eis præualet qualitas pacti, prout in Sicilia, & in alijs partibus Italiæ, Regno excepto, ita declarant Berlich. in concluſ. 57. n. 17. lib. 2. Obrect. de feud. lib. 4. cap. 9. n. 28. And. Kinchen. de pact. inueſt. par. 1. cap. 2. per totum, Kopp. dict. dec. 54. n. 27. verſ. ſed ſi feudum, D. Marchio Torell. d. conſult. 28. num. 54. vſque ad 62. Doctores Galli procedunt in eo Regno ratione particulari, quia feuda poſſidentur ad inſtar allodialium, & in allodialibus eſt ſtatutus retractus iure ſanguinis, vt eſt dictum, Marthienz. lib. 5. recompilat. tit. 11. l. 7. gloſſ. 1. n. 27. & Fachin lib. 7. controuerſ. cap. 15. generaliter loquuntur, in feudis habere locum prælationem, & citant dict. §. Titius, & dicta alia iura feudalia, ex quo intelligenda ſunt de feudo ex pacto, & omnia iſta bene conſiderat D. Marchio Torell. dict. conſult. 28. n. 13. Quartò principaliter probatur eadem opinio auctoritate rerum iudicatarum in Regno, ſiquidem dict. dec. 11. Regentis de Ponte tranſiuit in Collaterali Conſilio cum interuentu trium Regentium, vno ex ipſis diſcordante, D. Marchio Torell. dict. conſult. 27. n. 47. Cauſa Ducis Laurini, cauſa Iuliæ Nouæ, & Durazani habuerunt particulares rationes, nam tranſierunt cum matura diſcuſſione, D. Marchio Torell. dict. conſult. 28. n. 47. & 48. Cauſa Ciuitatis Motulæ non habuit articulum prælationis, quia feudum erat nouum, ſed habuit articulũ retentionis ex alijs cauſis & ego fui Aduocatus in liquidatione pretij. Aliæ cauſæ citatæ à Parte aduerſa vel non fuerunt diſcuſſæ, vel alias habuerunt rationes, & ideò ſunt videndi proceſſus, & non eſt parti credendum. Quare poſtremò articulus fuit pleniſſimè diſcuſſus iunctis Conſiliarijs duarum Aularum in cauſa D. Annæ Caraffæ, in qua interuenerunt integerrimi & peritiſſimi Conſiliarij, & fuit excluſa D. Anna à prælatione ex maiori parte votorum, qui in hanc fuerunt ſententiam, vt aduertit D. Marchio Torell. in dict. conſult. 28. n. 99. Et licèt Pars aduerſa conetur aliam aſſignare rationem illius deciſionis, ſcilicet quia D. Anna erat concepta, & nata poſt alienationem, illa non erat ratio ſufficiens, quia ex dict. §. Titius prælatio conceditur agnatis etiam natis, & conceptis poſt alienationem, And. dict. cap. 1. §. hoc quoque, n. 9. de ſucceſſ. feud. Camer in cap. 1 n. 47. An agnat. Aluar. in dict. §. Titius, n. 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. n. 90. Hartham. Piſtor. lib. 2. q. 6. n. 37. vſque ad 43. Roſent. libro 1. cap. 9. concluſ. 68. n. 16. & concluſ. 120. Præſ. de Franch. dec. 169. n. 22. Camil. de Curte in diuerſ. par. 1. n. 178. ſol. 65. Peteg. dec. 150. n. 25. Koppen dict. dec. 54. n. 76. vbi hanc dicit communem. Et nouiſſimè in cauſa prælationis petitæ per ſororem Ducis Cilentiæ in cauſa Mileti venditi D. Reg. Conſiliario Muſceptulæ, fuit iudicatum per S.C. non eſſe locum prælationi. Deciſ. Rotæ Romanæ, de qua loquitur Peregrin in dicta dec. 150. n. 26. in fine, loquitur de feudo hæreditario mixto, in quo præualet qualitas pacti, Romæ enim ſeruatur idem, quod in Sicilia. Maturè igitur negotio diſcuſſo apparet, hanc opinionem Peritos Regni approbare, & omnes exteros. Sed vltra dictum generalem articulum validiſſimè pro Marchione fundatum non deſunt eidem Marchioni particulares rationes, ex quibus, & vnaquaque ipſarum non eſt locus petitæ prælationi per Actrices. Primò, quia Dom. D. Delitia hæres patris ipſa eſt debitrix, & venditrix, & ideò non habet prælationem, qui enim vendit non habet ius retractus, Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 5. gloſſ. 9. n. 30. cum ſeqq. Peregrin. dec. Patau. 21. in princ. Ripa in l. 1. n. 20. ff. de priuil. credit. ſicut nec debitor poſt adiudicationem factam creditori auditur ad offerendum debitum, Alex. in l. debitoribus, n. 26. ff. de re iudic. & in conſ. 11. in princ. lib. 5. Afflict. dec. 187 Capyc. dec. 40. Morot. de iure offeren. n. 39. & quòd ipſa Dom. D. Delitia vendidit, eſt clariſſimum, quia dum Iudex vendit, nomine debitoris vendit, & factum Iudicis cenſetur factũ Partis, l. ſi ob cauſam, C. de euict. cũ alijs multis congeſtis in propria materia per D. Reg. Sanfelic. dec. 100. n. 26. & 27. & dec. 103. n. 3. cum ſeq. Peregrin. in dict. dec. 21. in prin. Et in hoc procedit opinio Doct. quòd in venditione ſub haſta non habet locum retractus, ſcilicet reſpectu debitoris, qui ſoluendo debitum poterat rem liberare, & Iudex deuenit ad venditionem ob ſolutionem debiti à debitore non factam, & ideò ampliùs non eſt audiendus, Rom. conſ. 107. Caſſan. in Conſ. Burg. rub. 10. § 9. n. 5. verſic. videtur, Clapper. dec. 100. n. 18. Magon. dec. Florent. 100. Puckeman. conſ. 4. n. 37. lib. 2. D. Marchio Torell. in dict. conſult. 28. n. 83. reſpectu verò agnati bene habet locum retractus in venditione ſub haſta, D. Reg. Sanfelic. dict. dec. 100. num. 26 & d. dec. 103. Et non adeſt deciſio, nec exemplum in S.C. quòd debitori ſit conceſſus retractus, nec etiam hæredi, facta venditione ſub haſta, ipſo hærede poſſidente, ſolùm in cauſa affictus Terræ Eboli Dux obtinuit prælationem, quia Vniuerſitas petierat præferri, & ex quo per Conſtitutionem Regni iuriſdictio erat adminiſtranda per Ducem, obtinuit Dux prælationem, D. Reg. Sanfelic. dec. 107. n. 8. cum ſeqq. Caſus accidit tempore Peregrini, vt ipſe refert in d. dec. 22. in 1. puncto, vbi poſſidente filio hærede prædium defuncti patris, eoque vendito ad inſtantiam creditorum patris, fuit iudicatum, non competere filio retractum, ſiuè ius protomiſeos filio à ſtatuto conceſſum, ex eo, quia filius ex facto Iudicis cenſebitur venditor, & interpoſita appellatione ad Collegium, in quo erat Peregrinus, Collegium reuocauit dictam ſententiã ſub prætextu, quòd filius erat hæres patris cum beneficio inuentarij, & quòd ex eo remanſerat conſeruatus retractus ex propria perſona filio

com-

competens vigore ſtatuti, ſed Peregr. contradixit ſententiæ Collegij, & ſcribit, quod deciſio ſibi viſa eſt honeſta, non tamen iuridica, quia ſtricto iure prædium fuit venditum tanquam proprium filij ex dominio patris, tanquam in filium tranſlato, & ideò non debebat inuentarium iuuare, eò magis, quod poterat filius prædium à venditione præſeruare, ſoluendo debitum. In caſu noſtro ceſſat difficultas prædicta, admiſſa opinione, quod in feudo hæreditario ex illa qualitate pacti, & prouidentia habet locum retractus, quod tamen non admitto, prout contrarium fundaui, ſiquidèm in allodio forſan poſſunt procedere illa duo iura diſtincta, ſilto competentia, quæ Collegium conſiderauit, ſcilicèt prædium filio competere tanquam hæredi patris, & retractum competere ex propria perſona ex tenore inueſtituræ, propter illam qualitatem pacti, in qua fundatur retractus, quia verò adeſt qualitas hæreditaria annexa, ille vocatus in feudo ex propria perſona ſit debitor in re propria, & Iudex vendit rem propriam hæredis, Reg. Rouit. in d. allegat. num. 85. 86. & 87. & ideò ceſſat retractus, & inuentarium non habet, quod conſeruet. Secundò ex alio non habet locum prætenſa prælatio, quia actrices paſſæ ſunt feudum licitari, & Domina D. Delitia inſtitit pro venditione, conſtituit procuratorem pro faciendis oblationibus, maritus, & ſocer ſimilitèr fecerunt oblationes, & Dominus Dux Sancti Martini ſocer, & procurator Dominæ D. Delitiæ licitauit in accenſione candelæ, tàm in prima, quàm in ſecunda venditione, etiam præſente procuratore in hac cauſa eiuſdem D. D. Delitiæ. Prædicti actus ſunt omninò contrarij, & incompatibiles cum prælatione, quia dicunt Doct. conceſſam in feudis, ſiquidèm quando eſt locus dictæ prælationi, agnatus præfertur pro pretio, prout res valet ſecundum apretium, & æſtimationem faciendam per Tabularios, & Expertos, & non tenetur, prout de feudo repetitur in licitatione, immò agnatus impedit licitationem, Præſ. Reg. Cam. Summ. Lanar. ad Patruum in d. §. ſed & res, à num. 41. per totum 72. vbi numer. 64. ſcribit, ità iudicatum per S. C. etiam in Collaterali Conſilio in infraſcriptis cauſis. In cauſa Ill. Marchioniſſæ Piſcariæ, de qua facit deciſionem D. Marchio Belmontis in deciſion. Sacr. Conſil. 57. In cauſa Ill. Marchionis Aquauiuæ cum Ill. Marchione Quaratæ ſuper Comitatu Iuliæ Nouæ, in qua ſcripſerat pro aduerſa parte Dom. Conſil. Theodor. in alleg. 92. & fuit iudicatum contra. In cauſa Ill. Ducis Lateni cum creditoribus paternis, in cauſa illorum de Vicedominis, in cauſa Alexandri de Loffredo cum illis de Sparano ſub patrocinio eiuſdem Domini Lanarij & deindè idem Præſ. Lanarius num. 72. verſ. poſt hæc ſcripta dicit, vidiſſe poſteà proceſſum alterius cauſæ Ioannis Baptiſtæ de Ebulo, in quo iunctis aulis fuiſſe idem iudicatum, & nouiſſimè idem fuit iudicatum iunctis aulis in cauſa Illuſtr. Ducis Montiſalti, Dom. Marchio Toreili in dict. conſult. 96. num. 35. lib. 2. Et ex hoc alterum de duobus eſt veriſſimum, vel quod dictus retractus, ſiuè prælatio non concedatur facta licitatione, ſed ſolùm ante licitationem, quando creditores inſtant pro venditione, & tunc admittatur agnatus pro pretio iuxtà æſtimationem faciendam per Tabularios, & Expertos, ſicut & tenet Dom. Marchio Torelli, quod iſta reuocatio procedit ante factam venditionem in dict. conſultat. 28. num. 21. & 22. vel ſi admittitur agnatus ad prælationem, & retractum, facta licitatione ſimilitèr tenebitur, iuxta appretium faciendum per Tabularios in beneficium, & in damnum emptoris. Hæc probantur, quia aliàs maximum eſſet inconueniens, ſcilicet, quia agnatus ſi videret paratos licitatores, vel timeret licitatores vltrà appretium factum per Tabularios, poſſet impedire licitationem, ſi verò videret licitatores, vel eſſet facta licitatio infrà ſextam partem pretij, poſſet lucrari illam ſextam partem, ſi admitteretur ad prælationem pro pretio oblato per emptorem, quia in Regno admittitur ſub haſta læſio ſextæ partis, Præſ. de Franch. dec. 120. num. 7. deciſ. 224. num. 2. dec. 588. num. 9. & ſic ſemper agnatus eſſet in lucro, contra regulam cap. cum ſecundum naturam, de reg. iur. in 6. ex qua cuius eſt commodum debet eſſe & incommodum. Item deluderetur auctoritas Iudicis, & haſtæ iudiciariæ, ex qua tenetur Iudex obſeruare venditionem, Bart. in l. licitatio, in princip. num. 4. ff. de publ. & vectigal. & in l. ſi tempora, C. de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. D. Regens Sanfelic. dec. 104. num. 11. lib. 1. quod ceſſaret, quando agnatus teneretur pro pretio iuxtà appretium, quia tunc emptor eſſet loco venditoris, vt in materia iuris congrui vigore Conſuetudinis dicunt Napod. & Reg. Rouit. infrà citandi. Et eſt magis differentia, quod retractus competat pro pretio iuxtà æſtimationem Tabularij, vel quod competat pro pretio oblato per emptorem, cùm in primo caſu pretium ſit exburſandum totum de contanti, nulla habita ratione dilationis conceſſæ emptori, & habito reſpectu ad tempus appretij faciendi pro executione ſententiæ, in ſecundo verò caſu pretium eſt ſoluendum, prout fuit ab emptore oblatum etiam reſpectu dilationis, accedente tamen reſpectu dilationis conſenſu venditoris, ſiuè creditorum, ad quorum inſtantiam fuit facta venditio, Dom. Reg. Sanfel. dec. 102. num. 7. Reg. Rouit. dec. 24. Et hoc practicatur in iure congrui, vigore Conſuetudinis Neapolitanæ, ex qua pretium ſoluendum per vicinum, debetur iuxtà æſtimationem faciendam per Tabularios, & ideò augmentum, & diminutio pretij cedit commodo, & damno emptoris, qui eſt loco venditoris, Napod. in Conſuet. incip. Si quis emit, in gloſ. fuerit, num. 45. Reg. Rouit. deciſ. 24. numer. 17. & 30. Sicut & practicatur in poſſeſſore conuento hypothecaria, qui propter meliorationes poteſt offerre æſtimationem, Præſ. de Franch. dec. 38. D. Merlin. cap. 93. num. 12. & D. Arias de Meſa lib. 1. var. reſol. cap. 49. Et in hac cauſa appretium aſcendit ad ducatos 67778. tar. 2. gran. 17. & ſic remanent ad beneficium emptoris ducati 6578. 2. 17. qui ſunt infrà ſextam ipſi emptori debitam, vt dictum eſt. Tertiò ex dictis acceſſionibus candelæ cum dictis licitationibus præſentibus procuratoribus Dominæ D. Delitiæ excluditur prælatio, & retractus, quia debebat ſe præparare ante licitationem ipſam Dominæ D. Delitiæ, quo non facto ſibi præiudicauit, vt in creditore poſteriore, qui habet ius offerendi, ſi eſt præſens licitationi, quod ſit excluſus ex præiudicio ſibi facto

iudi-

Digitized by Google

iudicauit Senatus Pedemontan. Theſ. dec. 157. num. 10. & cum de dicta deciſione dubitaſſet Moror. in tract. de iure offerendi, num. 40. Caſus iterù accidit in Senatu, & fuit dicta prima deciſio confirmata, Theſaur. filius ad patrem in Addit. in dict. deciſ. lit. B. & in retractu, & iure prohomiſeos Gugliel. Cun. in l. 1. §. ſcientiam, ff de trib. act. vbi & Paul. de Caſtro in retractu feudi, Iacobin. in tract. de feud. in verſ. & cum pacto de alienando, col. 2. verſ. ſed quid ſi vaſallus, ſequútur Kopp. in dict. deciſioo. 54. num. 71. & Roſental. dict. cap. 9. concluſ. 115. has doctrinas examinat Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. à num. 116 & à num. 148. per totum 153. & Tiraquell. concludit, quod debet ceſſare retractus, ſi agnatus potuit prohibere licitationem, & non prohibuit, ſecùs ſi non potuit prohibere. & hoc ſecundo caſu retractus habet locum, facta iàm venditione, ſed in primo caſu habet locum tantùm ante venditionem, & licitationem, a qua non recedit Moror. d. num. 10. & in ſpecie, quod factis ſubhaſtationibus, præſente agnato non habet locum prælatio in feudo, ex d. l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10 Reg. Rouit. conſ. 21. num. 4. lib. 2. Bilocta in concluſ. feud. 19. num. 8. & ità etiam haber locum dicta opinio, quod in venditione ſub haſta non procedit prælatio, quando ſcilicèt agnatus eſt præſens. In feudo habet locum inhibitio, & prohibitio venditionis, & in d. cap. 1. §. donare, verſ. porrò, & eſt inconcuſſum in Regno, vt ex tot, & tantis deciſionibus ſuperiùs relatis, in quibus fuit iudicatum, agnatum teneri pro pretio æſtimando, non autem licitando, item habet locum redemptio, vt in dict. verſ. porrò, quæ redemptio, & inhibitio differunt à retractu, quia ex dicta inhibitione, & redemptione fit reuocatio, non autem competit retractus, vt per plura ſcribit D. Marchio Torelli d. conſult. 27. num. 43. & conſulta. 28. num. 2. vſq. ad 26. & hoc eſt, quod in d. c. 1. §. ſi quis decedens, verſ. Titius dicitur, quod agnatus recuperat feudum, ſi alienationi conſenſit, vel per annum à die ſententiæ tacuit, quia ex quo habet locum inhibitio, quando agnatus habet ſcientiam futuræ venditionis, inhibitione non facta ſibi præiudicat. & procedit text. in dict. verſ. Titius, ibi, niſi conſenſit, ſi verò agnatus non habet dictam ſcientiam recuperabit feudum infrà annum à die ſcientię, & procedit tex. in eo. verſ. Titius, ibi, niſi taceat per annum. & propterea Domina D. Delitia dùm poterat prohibere licitationem, & non prohibuit, ſibi præiudicauit in recuperatione, vel quia fuit in culpa, vel non licitando, vel ſi licitauit, fecit ſe vincere. Quarè ex dictis licitationibus excluditur Domina D. Delitia, etiam tanquam creditrix, & agnata, nec gaudet priuilegio d. l. 1. ff. de priu. cred. quæ procedit, quando concurrunt creditores pro venditione, & ſic ante venditionem, non autem ea facta, Pett. Vanderan. in tract. de priu. cred. cap. 12. in fine tom. 18. tract. diuerſ. Ann. & Fab. de Mont. quos citat, & ſequitur Dom. Reg. Sanfelic. dec. 104. num. 19. lib. 1. vbi S. C. ità iudicaſſe teſtatur, & in dict. deciſion. 100. num. 20. & Dom. Marchio Torelli d. conſult. 27. num. 60. & alias fuiſſe deciſum in anon 1575. ab eodem Sacro Conſilio iunctis aulis teſtantur de Boctia & Mangreil. ad Bart. in d. leg. 1. ff. de priuileg. cred. ſcribunt etiam D. Reg. Sanfel. dict. deciſion. 104. num. 15. & Dominus Marchio Torelli in d. conſult. 28. num. 97. in fine. Præterea dict. lex 1. ff. de priuil. cred. habet diuerſos intellectus, primò Dyn. & Albet. ibidem num. 2. dicunt, illum procedere, quando agnatus eſt creditor maioris ſummæ, Dominus Marchio Torell. dict. conſult. 25. num. 55. ſecundò, gloſſ. in eadem l. 1. verſ. nàm cùm bona in prima lectura dicit, procedere, quando bona adiudicantur creditoribus, non recepto emptore, non autem quando venduntur, Dominus Marchio Torelli ibidèm num. 55. cum ſeqq. Non obſtat, quod non appatet expeditus aſſenſus Suæ Maieſtatis, cum quo impetrando Sacr. Conſil. liberauit Terram Marchioni, & interim conſignauit tenutam, vt eſt dictum, ſiquidèm vltrà quod iam ſperatur obtentus ob preces iam porrectas, tamen contractus eſt iàm perfectus quoad irreuocabilitatem, tàm reſpectu iudicis, & creditorum, quàm reſpectu debitoris, Anna in Conſtit. incip. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 232. Loffred. conſ. 1. num. 78. Vrſill. in deciſion. Afflict. 235. numer. 7. Fab. Anna conſ. 55. num. 14. & conſ. 75. num. 19. lib. 1. Præſ. de Franch. dec. 620. num. 8. in fine, & 9. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. de refutar. feud, §. 7. & deciſ. 6. Dom. Marchio Belmont. dec. Sacr. Conſil. 12. num. 21. verſ. ex quo ſequitur, & num. 20. Præſ. R. C. Mormil. in d. Conſtit. incip. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 24. vbi inuehit contra Georg. in allegat. 6. num. 25. ſcripſit contrarium, & dicit Mormil. Georgium eſſe loquutum contra omnes Feudiſtas Regni, & Reg. de Ponte in d. loco dicit, in Regno ſemper fuiſſe deciſum, & practicatum, decidi, & practicari pro dicta irreuocabilitate, D. Reg. Sanfelic. deciſ. 192. num. 2. Dominus Marchio Torelli d. conſult. 28. num. 85. reſpectu emptoris ſimiliter contractus eſt perfectus quoad irreuocabilitatem, Præſ. de Franch. in dict. deciſion. 620. num. 2. Regens de Ponte dict. conſil. 7. & dict. deciſ. 6. num. 24. vbi reuocat ea, quæ dixerat in contrarium in conſ. 8. num. 88. lib. 10. & ampliùs dicit, quod in illa cauſa, de qua loquitur in dicto numer. 88. non fuit deciſus iſte articulus, Corſet. conſ. 1. numer. 11. Dominus Marchio Belmont. num. 12. verſ. ex quo ſequitur, Dominus Regens Sanfelicius, & Dominus Marchio Torelli in dictis locis, & iſta eſt veritas, & praxis quotidiana incontrouertibilis, quicquid dixerint ante tamen decretum liberationis Regens Rouit. in conſil. 69. & de Leonard. in ſeq. conſil. 20. lib. 2. Pars aduerſa vult applicare dict. deciſion. Præſ. de Franch. 620. in qua fuit deciſum, hæredem debitoris non poſſe reuocare venditionem feudi factam ſub haſta cum ſuo defuncto, poſse tamen auocare feudum ſoluendo debitum. Sed caſus eſt diuerſus, ibi enim mortuus erat debitor, cum quo erat facta venditio à Iudice, & aſsenſus non erat impetratus in eius vita, ſed poſt mortem, quando feudi dominium erat translatum in hæredem, & quia aſsenſus non poterat amplius impetrari abſque facto hæredis, meritò antequam hæres conueniretur pro illa venditione, fuit admiſſus ad offerendum debitum, vt dicitur in eadem deciſione, & aduertit Dom. Marchio Belmontis, qui etiam votauit in illa cauſa in d. dec. 57. num. 12. verſ. ex quo ſequitur

Ca-

Caſus præſens eſt diuerſus, quia in eo agitur de ipſomet, cum quo eſt facta venditio, qui nõ poteſt reuocara, nec aliud factum requiritur, cùm omnia mediante Iudica fuerint perfecta, ſolùm remanet aſſenſus domini, qui tenetur aſſentire, & ſic non agitur de hærede eius, cum quo fuit facta vẽditio, prout erat in d. dec. 620. Item in hoc caſu non agitur de offerendo debitum creditori, ſed de reſcindẽda vẽditione iam perfecta reſpectu ipſius, qui vult reſcindere. Poſtremò non obſtat alia prætenſio Partis, quòd interuenit proteſtatio pro parte dictæ D. Delitiæ, quòd intendebat præferri, ſiquidem talis proteſtatio non apparet, nec per ſcripturas, nec per teſtes, & ſi Pars conſiderat, quòd poſt primam licitationem fuit petita prælatio, illa petitio remanſit extincta per ſecundam licitationẽ, item ſi conſiderat, quòd ante ſecundam licitationem inſtitit Marchio, quòd Domina D. Delitia declararet, ſi intendebat præferri, & eius Procurator iam declarauit, valle præferri, ſimiliter procedit reſpectu primæ, non autem ſecundæ licitationis, de qua loquimur, & quando appareret proteſtatio, non iuuaret, quia eſſet contraria facto, per licitationem enim ceſſat prælatio, ex his, quæ dixi in præcedentibus, & ideò proteſtatio non iuuat, nec habet quod conſeruet, dùm ſecuta eſt licitatio, quæ poterat inhiberi, & non fuit inhibita, & quæ excludit prælationem, Bart. in l. ſi creditor, C. de pact. Dec. conſil. 516. n. 19. Crauett. conſ. 29. n. 8. Præſ. de Franchis dec. 482. n. 4. Rota dec. 8. n. 4. & 5. poſt tract. Zacchiæ de ſociet. in offic. Galerat. de renunc. lib. 5. cap. 6. n. 27. Franc. Ant. Coſta Sicul. conſ. 84. nu. 13. Nec aliud operatur, quòd Marchio contentus extitit tollere illam conditionem in oblatione poſitam, in qua dicebat, valle offerre, dummodò ſtatim ſibi conſignaretur poſſeſſio, non obſtante prætenſa prælatione per Dominam D. Delitiam, ſiue per alium agnatum, ſiquidèm Marchio id fecit, quia ex errore erat illa conditio appoſita, dùm per licitationem excludebatur prælatio. Quintò Domina D. Delitia iam declarauit emere cum pecunia Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Conſæ, ſibi mutuanda pro ſumma ducatorum 25000. vt ſupra dixi, & eſt notorium, quòd ipſa non habet, vnde poſſit ſoluere pretium, niſi mutuò pecuniam acciperet, vel ſub annuis introitibus, hoc caſu ceſſat prælatio, quia feudum non eſt penès ipſã remanſurum, Vatal. dec. 143. par. 1. & deciſum in filio, qui petijt prælationem, & ſi pecuniam præſumebatur habere à patre, & fuit excluſus Giurba dec. 151. num. 11. & 12. in fine, & iudicauit S.C. in dict. cauſa Matiliani, in qua excluſit ſororem à prælatione, ex eo, quia non habebat pecuniam, niſi mutuò à fratribus acciperet, vel ab alijs, D. Marchio Torell. dict. dec. 57. n. 43. & 44. Nec dicatur, quòd pro obligatione ſororis, quæ erat minor, S.C. debebat interponere decretum, & quia non expediebat, proptarea illam excluſit, & non quòd prælatio non competeret, ſiquidem Domina D. Delitia eſt maritata, & debet ſe obligara, & ſimiliter S.C. debet cognoſcere, ſi expedit prætenſa prælatio Dominæ D. Delitię, & dùm non habet vnde poſſit cũ propria pecunia ſoluere pretium, certiſſimum eſt, quòd non expedit, ſicut & fuit excluſa à prælatione affictus eiuſdem Terræ petita, etiam interpoſita reclamatione, dictum bene prouiſum. Sextò, & tandem prælatio fundatur in æquitate, quæ magis cum Marchione, quàm cum Domina D. Delitia concurrit, ſiquidèm Domina D. Delitia ſolùm agit de conſeruando titulo Principatus, quod de facili aliunde obtinere poteſt, in aliam ſcilicet Terram transferendo ex multis terris inter ſe confinantibus, quas poſſidet Dominus Dux S. Martini eius ſocer, vt deponunt plures teſtes in Ciuitate, Marchio verò multa deduxit in facto, ex quibus eſt conſeruandus in poſſeſſione dictæ Terræ Sepini per ipſum emptæ, quæ verò in facto ſunt deducta, ſunt quæ ſequuntur, nempe. Primò cum magno incommodo, & intereſſe fecit depoſitum ducatorum 25000. quos promiſit deponere ſtatim, & fuerunt iam liberati creditoribus, ſicuti oſtenditur ex infraſcriptis depoſitis, ſcilicet ducati 915. fuerunt liberati Secretario S.C. pro dirictibus ſententiæ, alij ducati 7000. die 12. Auguſti 1642. alij ducati 5000. alij duc. 2000. & in menſe Octobris alij ducati 2800. & reliqui de menſe Martij fuerunt liberati diuerſis creditoribus, & circa dicta damna, & intereſſe fuerunt examinati multi teſtes in Ciuitate, & Marchio fuit carceratus domi occaſione accẽſionis candelæ ſub mandato, ob talem cauſam. Secundò idem Princeps Sepini maritus ipſius Dominæ D. Delitiæ rogauit ipſum Marchionem, vt emeret dictam Terram, vt multi teſtes deponunt. Tertiò Marchio habet in eadem Terra Sepini ducatos 20000. fiſcalium, & ſingulis annis circa exactionem tertiarum inconueniantia oriũtur, qui amitterentur, & deberet conſequi magnam pecuniarum quantitatem ex præterito, vt dicunt teſtes. Quartò Marchio habet Terram S. Iuliani diſtantem per duo milliaria, & ex palatio vnius habetur aſpectus ad aliud, vt teſtes aſſerunt. Quintò dùm ſunt confines Terræ prædictæ, & per flumem Tambrij quod eſt in medio, inſurgunt continuæ lites, & differentiæ inter homines S. Iuliani, & Sepini, ob cauſam paſcuorum, territoriorum eiuſdem fluminis, & gabellæ farinæ, & ſingulis diebus carcerantur animalia, & homines, ob quod rixæ naſcuntur, quare euitarentur, quando eſſent ambæ vnius Domini, vt tradunt multi teſtes, de quibus fuerunt productæ fides, & ſcripturæ. Sextò, quia prædictæ Terræ anteà exiſtebant vnitę, & Scipio Caraſa Comes Murconi vendidit Terras Sepini, S. Iuliani, & Saxinoræ Domino Hieronymo Caraſæ Comiti Montiſcalui patri D. Franciſci vltimi morientis pro ducatis 77022. & dictus D. Franciſcus vendidit dictam Terram S. Iuliani Anello Longo patri ipſius Marchionis. Ex quibus eſt abſoluendus Marchio à petita prælatione per Actrices, vt ſupplicatur. Neap. die 5. Nouembris 1643. Petrus Cauita. Cùmque fuiſſent aduersùs has allegationes aliæ difficoltates in iure, & in facto exortæ, idcircò neceſſe fuit alias allegationes addere, quæ ſunt, videlicet. Aduersùs noſtras allegationes nonnulla ſunt pro parte Ill. Principiſſæ Sapini conſiderata, quæ & ſi reſponſione non egerent, ne tamen per taciturnitatem videantur approbata, volumus ea reaſſumere per capita, & demonſtrare, quod verbis tantùm no-

ſtræ

ſtræ allegationes fuerunt impugnatæ. Et circa articulum generalem in primis impugnatur noſtra diſtinctio circa feuda hæreditaria dùm diximus, alia eſſe mixta, alia ſimpliciter hæreditaria, & quòd hæc diſtinctio nõ procedit in Regno, in quo omnia feuda ſunt hæreditaria ſimpliciter. Dicit enim Dominus Aduerſarius, quòd in Regno feuda hæreditaria ſunt ex pacto, & prouidentia cum qualitate hæreditaria, & quòd ex iſta qualitate hæreditaria ſucceſſor poteſt grauari vſque ad valorem feudi, & tenetur ad onera, ſed vſque ad valorem feudi, facto inuentario, ſed quòd non poteſt grauari in corpore feudi, nec veniunt ad ſucceſſionem omnes hæredes, ſed tantùm vocati ex lege inueſtituræ, & ex iuribus feudalibus, & quòd in hoc conſiſtit differentia inter feudum ex pacto, & prouidentia ſimpliciter, in quo ſucceſſor non poteſt grauari, & in feudo ex pacto cum qualitate hæreditaria, ſed quod non adeſt differentia circa corpus feudi, in quo in vtroque feudo ſucceſſor non poteſt grauari, nec adeſt differentia circa vocatos, vt in vtroque feudo ſemper ſint tantùm vocati illi, qui ſunt comprehenſi in lege inueſtituræ, & in iuribus feudalibus, cum differentia, quod in feudo ex pacto ſimpliciter ſunt vocati abſque onere, in hæreditario tenẽtur ad onera, ſed prædicta omnia in noſtris allegationibus non negantur, quia eſſet errare in terminis, & propterea ex noſtris allegationibus idem, quod Dominus Aduerſarius fundare nititur, deſumitur. Diximus tamẽ, & nunc idem affirmamus, quòd in Sicilia, in Germania, in Vrbe, & in alijs partibus fit dicta diſtinctio inter feuda hæreditaria mixta, & feuda hæreditaria ſimpliciter, vt in primis iudicatur idem, quod de feudo ex pacto ſimpliciter, in ſecundis verò non idem, ſed quòd qualitas hæreditaria præualet quoad onera, non tamen circa corpus feudi, nec quòd veniant omnes hæredes, ſed tantùm vocati ex lege inueſtituræ, & in hoc non fit differentia inter feuda prædicta. Et in Regno non fit dicta diſtinctio, quia in feudo hæreditario mixto eſt idem, quod in hæreditario ſimpliciter, ſcilicet quoad onera, circa verò corpus feudi, & circa vocatos non eſt neceſſaria dicta diſtinctio, quia ſecundùm omnes, & in omnibus partibus circa corpus feudi ſucceſſor non poteſt grauari abſque aſſenſu Domini, & vocantur tantùm qui veniunt ex lege inueſtituræ, & ex iuribus feudalibus. Quare reſponſio, quæ datur Doct. exteris, qui negant, in feudis dari prælationem, & ita promiſcuos procedere in feudis, in quibus omnes hæredes etiam extranei ſuccedunt, & ſic in feudis omnino hæreditarijs ad inſtar burgenſaticorum nullo modo dicta reſponſio procedit, quia D. Aduerſarius facit ſolùm differentiam inter feuda, in quibus ſuccedunt certi hæredes, ſcilicet vocati ex lege inueſtituræ, & ex iuribus feudalibus, & feuda, in quibus omnes hæredes ſuccedunt etiam extranei, & tamen non eſt iſta differentia, quam faciunt dicti Doctores, & per nos citati, ſed ſolùm conſiderant, ſi ſucceſſor ex lege inueſtituræ tenetur ad onera, vel non, & ſi feudum poteſt alienari in præiudicium ſucceſſoris, vel non, & ideò in Regno circa feudum hæreditarium, licèt ſit ex pacto cum qualitate hæreditaria, quia qualitas hæreditaria præualet qualitati pacti, ſucceſſor tenetur ad onera, & in eius præiudicium fit alienatio cum aſſenſu domini, & dùm ſucceſſor tenetur ad onera, & alienatio poteſt fieri in eius præiudicium, dicti Doctores negant prælationem, quando verò non tenetur ad onera, concedunt prælationem, ex hoc ceſſant rationes conſideratæ pro parte Ill. Principiſſæ, & primò quia omnia diſpoſita in feudo ex pacto habent locum in feudo hæreditario, quando qualitas hæreditaria non repugnat, hæc ratio ceſſat, quia omnino dicta qualitas hæreditaria repugnat, & in hoc omnes Doctores ante dec. 11. de Ponte, & maximè Regnicolæ concurrunt. Secunda ratio, quòd militat eadem ratio in hoc feudo, quæ conſideratur in feudo ex pacto ſimplici, ſcilicet quòd ſucceſſor non poteſt præiudicare in corpore feudi, ſimiliter ceſſat, quia nõ poteſt præiudicare abſque aſſenſu domini, ſed cum aſſenſu bene poteſt. Et in caſu noſtro venditio eſt facta ſub haſta, & eſt irreuocabilis, & dominus tenetur aſſentire, vt optimè eſt fundatum in allegationibus, & propterea alienatio legitimè proceſſit, propterea licèt abſque aſſenſu ſucceſſori non poſſit præiudicari in corpore feudi hæreditarij, tamen illud eſt immediatè, & directè, ſed mediatè, & indirectè præiudicatur, quia vel cogitur ad vendendum, vel Iudex vendit ſecundùm aliam opinionem. Item ex diuerſis non fit illatio, quia nihil commune habet, quod ſucceſſori abſque aſſenſu non poſſit præiudicari in corpore feudi, & quòd ideò quãdo poteſt præiudicari, quia alienatio fit cum aſſenſu, vel aliàs legitimè ſub haſta, idem ſucceſſor habeat prælationem, cùm ſit diuerſa ratio in vno caſu, & diuerſa in alio. Tertia ratio, quod in feudo ex pacto in vita præiudicatur ſucceſſori, & tamen leges feudales concedunt prælationem, facta alienatione in vita, & illa alienatio facta in vita non eſt nulla, ſed valida, & ideò debet ſucceſſor in feudo hæreditario ſimiliter habere prælationem ad ſimilitudinem illius prælationis conceſſæ in feudo ex pacto circa dictam alienationem factam in vita, Ill. D. Reg. Hector Capycius Latro Marchio Torelli dec. 57. n. 36. & 38. ceſſat dicta ratio, quia & ſi alienatio facta in vita de feudo ex pacto non ſit nulla, D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 27. n. 31. & 38. & conſult. 28. n. 9. tamen non eſt alienatio de corpore feudi, ſed de fructibus tantùm, vt eſt dictum in allegationibus, & quando eſſet alienatio, eſſet reſolubilis per mortem alienantis, & ideò quia feudum ex pacto eſt omnino recaſurum penès agnatum, & illa alienatio facta in vita eſt omnino reſolubilis, leges feudales conceſſerunt prælationem in dicta alienatione facta in vita, quod non eſt in feudo hæreditario, non ergo leges feudales conſiderant ſolùm proximitatem, ſed conſiderant, quòd feudum eſt recaſurum penès proximum, & D. Reg. Hect. Capyc. Latro d. dec. 57. n. 36. non dicit, quòd prælatio in feudo hæreditario fundatur ad inſtar prælationis conceſſæ in feudo ex pacto in alienatione facta eiuſdem feudi in vita alienantis, ſed dicit, quòd qui tenet opinionem prælationis, eſt neceſſe, quòd in dicta prælatione ſe fundant, ſed ipſe de hoc articulo dubitat. Quarta ratio, quòd prælatio in feudis

dis ſundatur in ſanguine, & ſic ſo ſola proximitate, cùm iuſtum, & honeſtum dici poſſit, illum præferri in illis rebus, quæ fuerunt maiorum, cùm ſatis lucubræ ſint maiorum imagines, aut non videre fixas, aut videre recluſas, ſimiliter hæc ratio non procedit ex pluribus. Primò, quia pro hac ratione citatur Afflict. in Conſt. Regni inc. Sancimus, in princ. n 7. & 31. & in §. ſed & res, in 3. not. vbi dicit, in feudis habere locum ius protomiſeos ratione ſanguinis, & allegat illa tria iura feudalia, quare Afflict. eſt intelligendus ſecundùm iura, quæ allegat, quæ iura ſolũ procedere in feudo ex pacto, cap. 1. §. hoc quoque, numer. 6. de ſucceſſione feud. prout de feudo ex pacto loquuntur, in quibus proptereà habet locum ius protomiſeos ratione ſanguinis, ſed illa ratio honeſtatis ab Afflict. non conſideratur. Secundò, quia illa ratio honeſtatis, videre ſcilicet fixas imagines maiorum, & non recluſas, in nulla lege feudali legitur, ſed in legibus ciuilibus, & tamen leges ciuiles excludunt prælationem, vt eſt dictum in allegationibus, quomodo ergo ex ratione conſiderata à lege ciuili in vno diuerſo caſu, & in proprio caſu prælationis improbata poteſt argumentum deſumi in lege feudali, quæ illam rationem non conſiderauit. Quinta ratio, quod non impugnatur venditio per prælationem, ſed approbatur, quia Principiſſa agit, vt nomen ſuum ſupponatur loco emptoris & ideò venditor non tenetur de euictione, Ciſuent. in l. 70. Tauri, quæſt, 50. Gomeſ. in l. 75. Tauri, n. 35. Peregr. dec. 21. n. 6. Iſta ratio ſimiliter non militat, quia prædicti Doctores loquuntur, quando iam ſtatutum, & lex municipalis concedit prælationem, quo caſu ex quo prælatio eſt conceſſa per ſtatutum, non tenetur venditor de euictione, quæ cauſatur abſque facto venditoris, ſed ex ſola potentia legis, nec hæres venditoris improbat factum defuncti, dũ ſtatutum, ſiue lex proprio iure ei concedit prælationem, & ex potentia eiuſdem ſtatuti, & eiuſdem legis ponitur, & deſignatur loco emptoris in inſtrumento venditionis, quod non eſt in caſu noſtro, in quo non agimus de prælatione expreſsè à iure communi feudali conceſſa, ſed agimus, ſi ex diſpoſitione eiuſdem iuris communis feudalis competat prælatio, & cùm ex dicta diſpoſitione ſucceſſor teneatur habere ratum factum prædeceſſoris, & non poteſt negari, quin impugnetur venditio facta per prædeceſſorem, quę loquitur de alio, quàm de agnato, meritò non debet competere prælatio, quæ fuit data, quando agnatus proprio iure ſuccedit in feudo poſt mortem alienantis, ita quòd in nihilo teneatur habere ratum factum prædeceſſoris, & ſic fuit data prælatio ex illa tantùm ratione, quod feudum eſt omnino recaſurum in ipſum agnatum, & in burgenſaticis, ex quo tenetur habere ſucceſſor ratum factum defuncti, non habet locum prælatio, l. dudùm, C. de contrah. empt. Sexta ratio, quòd in feudo hæreditario iuuat inuentarium, & ſucceſſor tenetur vſque ad valorem feudi, & ideò ſi agnatus excluderetur à prælatione, excluderetur à iure, quod ſibi competeret vltra valorem feudi, iſta ratio ſimiliter & ſubtilis non militat, ſiquidem non agimus, quòd agnatus teneatur vſque ad valorem feudi, vel vltrà, quod procedit in grauamine abſque aſſenſu, ſed agimus, quòd alienatio eſt facta legitimè, & quod per illam alienationem feudum non eſt ampliùs in patrimonio, & inueſtitura remanet extincta in perſona alienantis, ita vt vocati ex illa inueſtitura poſt alienationem remaneant excluſi, prout in burgenſaticis, in quibus non habet locum prælatio. Prætereà, quod competat ius prælationis de hoc dubitatur, & dicere, quod agnatus excluderetur à iure prælationis vltra valorem feudi, eſt ponere in deciſione quod eſt in dubio. Tandem deciſionem factam per S.C. iunctis Aulis in cauſa D. Annæ Caraſæ cum D. Alonſo Sancez ad excluſionem prælationis, Pars vult applicare ad opinionem cõtra communem, & receptam ſententiam, quod non eſt recipiendum, & Domini poſſunt videre librum votorum, vt ſupplicatur ad veritatem indagandam, vt vnicuique ius ſuum tribuatur. Circa verò limitationes conſideratas ad beneficium Marchionis contra Ill. Principiſſam ſimiliter ex aduerſo, verbis ſolummodò limitationes prædictæ impugnantur, & ideò reſpectu primę limitationis, quod Principiſſa non erat hæres patris tempore ſubhaſtationis, in facto apparet contrarium. Et quod Principiſſa Cluſani primogenita adijt hæreditatem, & quod per ceſſionem factam D. Delitiæ non deſijt eſſe hæres, ſimiliter in facto apparet contrarium, quia illa non fuit ceſſio, ſed abſtenſio, & ſe abſtulit de medio, adeo quod D. Delitia per M. C. fuit declarata hæres patris, quo decreto Domina D. Delitia vtitur, vt in facto. Nec inuentario confecto per Procuratorem Dominæ D. Delitiæ iuuari poteſt, dùm non eſt ſequuta ratificatio, & inuentarium per Procuratorem confici non poteſt abſque ratificatione hæredis, eſt communis opinio Paul. Salic. & Iaſ. in l. fin §. cùm igitur, C. de iure delib. Duran. dec. 337. n. 59. tom. 2. & hærede cum beneficio inuentarij vendente non habet locum retractus, ne fiat damnum creditoribus, Anton. Merend. controu. iur. tom. 3. lib. 58. cap. 47. n. 9. Nec vrget, quòd beneficium inuentarij ſaluet prælationem, quia aliàs D. Delitia teneretur vltra valorem feudi, ſiquidem optimè fuit ſuperiùs reſponſum, & addo, quòd feudum non venditur tãquam proprium Principis defuncti, ſed tanquam proprium ipſius D. Delitiæ, obligatum pro debitis paternis, ſecundùm opinionem Domini Aduerſarij, & ideò nõ intrat hæc inſpectio, quod teneretur vltra vires hæreditarias Quare prima limitatio remanet in ſuo robore, quod in hac venditione ſub haſta, præcedentibus bannis, & præconijs facta poſſidente, non habet locum prælatio, ad quod addo eundem Regentem Rouitum conſ. 22. nu. 4. lib. 2. Bilocta in concluſ. feud. concl. 18. n. 8. & 9. Nec refragatur conſideratio ex Præſ de Franch. dec. 620. quia ibi erat caſus de aſſenſu impetrato poſt mortem debitoris, in cuius vita erat facta alienatio à Iudice, & in hoc fundatur illa deciſio, & eſt pleniùs dictum in allegationibus. Sicut nec refragatur deciſio facta in cauſa Ill. Principiſſæ Cateriæ, quia ibi acceſſit conſenſus emptoris, & decretum dicit, viſo conſenſu, & ſic articulus prælationis non fuit diſcuſſus in contradictorio iudicio cum emptore. Secunda limi-

Digitized by Google

mitatio eſt optimè fundata in allegationibus, nec cōſiderationes Domini Aduerſarii obſtāt, ſiquidem pro veritate limitationis D. Præſ. Lanar. in §. ſed & res, nu. 65. reſpondet ad omnes Doctores citatos ex aduerſo, & pro ſua opinione n. 63. citat etiam Feudiſtas, ſcilicet Iacobin. de S. Georgio, & alios, & ita nedùm Præſ. Lanar. non conuincitur, ſed confirmatur. Nec ex aduerſo datur bona reſponſio ad illam inæqualitatem damni, & lucri, nec reſpondetur ror, & tantis deciſionibus factis, & in allegationibus citatis. Aduersùs tertiam limitationem conſiderat Dominus Aduerſarius, quòd & ſi D. Delitia Principiſſa fuiſſet interpellata in iudicio, & peteret prælationem, non tenebatur petere, & allegat deciſionem factam cum d. Illuſt. Principiſſa Caſertæ, quod ego non nego, & veriſſimum puto, ſed quod ex hoc ſequatur, quòd ex actis geſtis, & ſecutis, ſcilicet oblationibus, licitationibus, accenſionibus candelæ, & alijs per nos conſideratis non ſit factum præiudicium circa prælationem hoc negamus, & contrarium affirmamus, & fundauimus in allegationibus. Nec limitatio ponderata ex Gaſpar. Theſaur. ad patrem in dec. 197. procedit, quia nedùm in facto non adeſt proteſtatio, quæ allegatur, ſed nec Gaſpar Theſaur. limitationem poſuit. Poſtremò ex aduerſo quinta limitatio non poteſt inſi[illegible]ari, ſcilicet quod D. Principiſſa petiit prælationem cum aliena pecunia, cui addo inſtantiam factam per Ill. Marchionem, eſſe audiendos creditores, de quorum præiudicio agitur, nam verum eſt in iure, quòd ſi agnatus retrahens non eſt facilis ad conueniendum, & ſoluendum, tenetur ſoluere de contantis abſque dilatione, Guid. Papa conſ. 161. n. 3. verſ. & hoc verum, Cepoll. in conſ. ciuil. 46. n. 5. in fine, lib. 1. Tiraq. de retract. lignag §. 1. gloſſ. 18. n. 32. ad 48. Benedell. in d. Conſt. Regni Sancimus, §. in primis, n. 84. & iudicauit S.C. in cauſa V.I.D. Marc. Anton. Muſcati cum Elionora de Stefanellis, Actuario Burrello, in qua cauſa ordinauit, quod vicinus vel ſolueret de contantis totū pretium, non obſtante dilatione data emptori, vel quòd procuraret, quòd venditor liberet emptorem ab obligatione ſibi facta de pretio. Ex quibus eſt abſoluendus Marchio, vt ſupplicatur. Neap. die 9. Maij 1644. Facta relatione in S.R.C. per Magnificum Regium Conſiliarium Aloyſium Gamboa die 21. menſis Maij 1644. cū interuentu aliorum Regiorum Conſiliariorum adiunctorum, hoc eſt Dominorū D. Ferdinandi Arias de Meſa, & Thomæ de Aquino, fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, non eſſe locum prælationi petitæ pro parte D. Delitiæ Caraſæ, ex cauſis in proceſſu deductis, & in S.C. diſcuſſis, & proinde abſoluatur Ill. Conuentus ab impetitis per d. Illuſt. Dom. Delitiam. Hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca Iacobi Figliolæ.

Prælatio an competat domino cenſus debiti ſuper certo ſolo inde vendito alicui, qui ſuper eo meliorationem magnam fecerat, potiſſimùm pro cenſu debito, hoc cōtingit hæſitari in cauſa filiorum Matthæi de Franco, qui poſſidebant certum cenſum debitum ſuper certo ſolo ſito in Cupa S. Antonij, quod exiſtebat iuxta domum illorum de Caporaſe, qui maximam meliorationem fecerant in dicta domo, quocirca cùm ipſi Actores inſtitiſſent præferri pro cenſu ſuper dicta domo meliorata, dubitari contingit, ſi concedenda erat, & in dubio negandum videbatur, eo ſiquidem ſuppoſito, quod dominus cenſus habet ius in re cenſui ſuppoſita, vt probat Cenc. de cenſ. par. 1. cap. 2. quæſt. 3. art. 1. n. 2. & ſic non in alijs adiacentibus. Ex aduerſo replicabatur, de iure eſſe certum, quod in emptione fundi cenſiti dominus cenſus præferri debet omnibus alijs emere volentibus, idem Cēc. dict. tract. par. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 3. n. 1. aſſequitur Duar. in dec. 157. n. 1. dec. 158. n. 1. dec. 306. n. 4 & 5. & dec. 307. n. 1. poſt tract. de cenſ. tom. 2. quantò magis in meliorationibus, poſtquàm meliorationes factæ in re obligata, per quemcunque factæ ſint, ſiue per debitorem, ſiue per alium, de iure ſicut & ipſa res ſunt obligatæ, ita Præſ. de Franch. dec. 506. n. 10. & tales meliorationes incidunt in obligatione, ſiue à debitore, ſiue à tertio factæ ſuper re obligata, Idem dec. 456. n. 1. & 2. & ratio eſt, quia tales meliorationes in re ſolida factæ, ipſi ſoli cedunt, idem Præſ. de Franch. dec. 517. n. 6. & dict. dec. 506. n. 7. Quare fuit per S.C. prolata ſententia prælationis pro dicto cenſu ſuper omnibus, vt ex proceſſu in Banca Cioffi.

Præſcriptio immemorabilis, ſiue centenaria an ſuum operetur effectum, ſi reperiatur ſententia aliàs priſco tempore prolata, in qua declaratur idem, quod præſcriptione prætēditur, concluditur, non obſtare eam, prætextu quod aderat præſcriptio immemorabilis in contrarium, & ita iudicatum per S.C. refert audiuiſſe Nonar. inter collect. Epiſcopi Riccij, par. 7. collect. 3819. in fine.

Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum an ſufficiat pro poſſeſſione rei conceſſæ alicui à Prælato contra Eccleſiam, exiſtente poſſeſſoris etiam mala fide, ex facto liquebat, fuiſſe conceſſum certum petium terræ cum torculari, vt prætendebatur à quodam Prælato, quod erat pertinens ad certum Canonicatum Eccleſiæ S. Iuſtæ, quod fuit acceptum, & occupatum certo modo à poſſeſſore, qui ſe tuebatur præſcriptione ſupradicta, nulla data probatione certi principij, & ſine annorum, accedenta etiam mala fide præſcribentis, immò probatum, Eccleſiam anteà poſſediſſe, & dominam fuiſſe, quo caſu titulus exigebatur, demùm quia viuente Prælato, qui rem malè alienauerat; ſeù paſſus eſſet indebitè aliam rem accipere, nunquam currere poterat præſcriptio, & quatenùs legitimè fuiſſet præſcriptio probata, adhùc non procederet cōtra Eccleſiam, & cùm fuiſſet iudicatum per Curiam Aquilanam in fauorem Eccleſiæ, ac confirmatum in gradu appellationis per R. A. demùm ita confirmatum per Magnā Curiā Vicariæ, ita retulit Alexand. Trentacinq. conſil. 54. tom. 1.

Præſentia Conſultoris, ſeù Sapientis Iuriſperiti adhibiti Officiali idiotæ an exigatur in prolatione ſententiarum, non eſt indubium, quin in prolatione ſententiarum Officiales debeant pe iure ſedere, ad tex. in §. ſedebunt, in auth. de iudic. cum alijs allegatis per Vant. in tract. de nullitatibus, rubrica de nullitate, ex def. pro-

Rrr 2 ceſſ.

Digitized by Google

ceſſ.num.84. vbi rationem allegat, Maraota in ſpeculo par.5. rub.& demùm ſertur ſententia, num.48.& 55. Ioannes Baptiſta Scbnnatt. in ſuo proceſſ.iud.lib.3.cap.3.num.7. ſed hoc reſpectu Officialium ordinariorum Iuriſconſultorum, ſed quoad Officiales idiotas, qui cum conſilio Aſſeſſotum, ſeù Conſultorum ſentantias proſerunt, videtur dicendum, non eſſe neceſſariam præſentiam illotum, ex eo, quia dùm ipſi Cooſultores requiſiti ab illis Officialibus votum præbent, atit ſufficieos, primò conſtare de tals conſilio habito, ex Abb.Butt. Felin. & alijs probat idem Vant.eodem tract.rubr. de nullitat. ex defectu iuriſdict.&c.ſub num.153. verſ. oportat igitur, & ſubdit probando num.154. quod oportet, quod à Iudice aperiatur, & legatur, & ſic præſentia ipſorũ Conſultorũ nõ videtur neceſſaria. Nibilominùs in cauſa Vniuerſitatis Aniliani cum Antonio Catacciolo illius domino fuit ad relationem Regij tunc Conſiliarij Scipionis Aterij die 12. Octobris 1551. deciſum, quod Capitaneus quando fuerit idiota decidat cauſas cum conſilio Iuriſperiti partibua non ſuſpecti, qui Iuriſperitus tempore conſilij præſtandi ſter in dicta Terra Auiliani, & ibi partibus auditis conſilium præſtet, vt in Banca Iacobi Figliolæ, & iterum die 8. Iulij 1567. ad relationem Regij Conſil.Io. And.de Curte in cauſa Vniuerſitatis Sarni cum Comita illius fuit idem deciſum per idem S.C. quod deſtinetur in dicta Terra Capitaneus Iuriſperitus, vel detur ai Conſultor de locis conuicinis, qui tempore reddendæ iuſtitiæ aſſiſtat in dicta Terra, penès Secretarinm, & ſic ſernaui, quando fui Iudex in Ciuitate Theani, & Conſultor Capitaneorum Ciuitatis Caleni, Roccæ Monfioræ, Liardi, & Mõdragonis deputatus ab Excellentiſſimo Principe Hoſtiliani, & ratio aſt, quia dùm ſeotentia proſertur cum cognitione cauſæ, & cum moderamine temporis, aſſiſtentia erit nececeſſaria, & ideò ſi ſecùs fieret, ne partes audiantur in ſuis iuribus coram Conſultore præoccupatetur via defenſionis aorum initium, & ſic ſententia lata ex conſilio Sapientia præcipitantèr, & ſine cauſæ cognitiooe præſtito non valerat, ità Aſin.in praxi iudic.§.25. c.19.n.2.

Præuantio inter Officiales illa potiſſimum erit admittenda, quæ potiora iura habet, ex eo quia cùm ipſa locum habeat inter Iudices, qui babẽt patem iuriſdictionem in delinquentem, Præſ. de Franch.deciſion.147.numer.5. Cancer.variar. reſolution. tom.3. par.2.capite 2. numer. 214. Reg.Sanfel.dec.250. num.15. & potiſſimùm locum habet in cumulatiua iuriſdictione, Giurba conſil.48.numer.32.& 48. conſil.59. num.94. Et propterea præueniens in criminalibus in citatione reali, capiendo nempè reum, præfertur illi, qui præuenit in citationa verbali, Cancer. var. reſolut.par.2.cap.2.num.228.& ſic præfertur præuentio tealis, ſeù perſonalis præfertur verbali, Maſtrill.dec.219.num.8. Giurba conſ.70.numer. 13. Guazin. ad defenſam tom.1. defenſ.1. cap.9. numer.15. prætereà ſi fuerit expoſita quærela in alia Curia, cuius vigore fuit capta informatio delicti, quonam caſu præuentio militaret in inquirendo, & capiendo, Ripol.var.reſolut.cap. 5. num.136. adeò quod præuentio nedùm per capturam informationum, ſed etiam per varbalem citationem acquiritur, Maſtrill. dec.210. num.1.& 2. vbi num.3. ſubdit, quod præuentio facta à primo Iudice facit ſilere, & ceſſare proceſſum, & iuriſdictionem alterius, immò excludit iuriſdictionem aliorum Iudicum, Idem dec. 300.num. 39. nec ob id per citationem ad informandum præuentio induceratur, inquit Anna ſing.79. Giurba conſil.50.num.96.102.& ſeqq.& cõtrarium probat Guazin.ad defenſam defenſ.1. cap.9.num.3.& ſeqq. neq; per inquiſitionem, Giurba vbi ſup.num.38.& 43. adbuc tamen ſemper iuriſdictio præuenti Iudicia dicitur eliſa, Giurba d.conſ.59. num.124.& conſ.48. num.34. Et cum priſcis temporibus de hoc agitari contigiſſet tàm in Mag.Cur. quàm in Sac.Coonſil. fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, videlicèt. Die 13. Octobris 1547. Neap. In cauſa appellationis Mag.Coſmæ Pinelli vtilis Domini Caſalis Iuliani, & eius Capitanai cum Regio Fiſco, Andita ralatione Magnific.V. I. D. Antonij Patinni Iudicia M.C.V.Per S. R. C. remiſſa aſt cauſa ad M.C.V. quæ prouideat, quod Magnific. Coſma Pinallus, eiua Curia, & Officiales non moleſtentur circà excarcerationem, & aſportationem dictorum inquiſitorum, ſtante quærela priùs expoſita in dicta Curia Iuliani, & præuentione per eam facta in capiendo dictos inquiſitos, hoc ſuum, &c. Nicolaus Vincantius Cæſatius Secret.

Pragmatica 6 §.4. de liticambii ao ſit in obſeruantia, dùm diſponit, quod acceptatis litaris ſit ſcribens liberatus, & conſequentèr contra acceptãtem atit habendus regreſſus, refertur deciſio Collateralis Conſilii infrà eodem verbo Solutio.

Pragmatica Impet.Caroli V. de priuilegiis regiſtrãdis infra aonum, an ſit hodie in obſeruantia, aut per contrarium vſum abrogata, cùm ſemper ei fuerit diſpenſatum ab Excelleotiſſimis Proregibus, & à Regio Collat.Conſil. & concluditur negatiuè, vt ei non ſit derogatum, quemadmodùm in cauſa Comitis Policaſtri, fuit deciſum, quod conſulatur Sua Maieſtas. In cauſa Marchionis Vallis, vt refert Dom.Regens Fab. Capyc.Galeot.controuerſiat.iur.tom.1. controuer. 18. à num.1. vbi retulit, fuiſſe à tali decreto reclamatum, & indè facta relationa in Collat.Conſil. fuit prouiſum, vt procederatur ad vlteriora in cauſa reclamationis à decreto, quod conſulatur Sua Maieſtas, & aliud interpoſitum decretum, quod procedatur ad vlteriora, abſq. alia conſultatione facienda, & ſic multas deciſiones ſactas in diuerſis cauſis refert, vt cum diſpenſationibua, vt ſup.mentionatis procedi poſſit ad regiſtrationam priuilegiorum.

Pragmat.10. de feud. qua cauetur, quod aſſenſus præſtiti ſuper contractibus faciendis oon alitèr cooſiſtant, & contractus ipſi ad exitũ perducantur infra menſes tres, alitèr inutiles babeantur, an ſit in vſu relatis hinc indè opinionibus, hoc contingit hæſitari in Sacro Cooſilio in cauſa Comitis Ludouici Palmæ cum quondam Magdalena Gallo de Silueſtris, & deciſũ fuit affirmatiuè, vt refert eruditiſſimua, ac doctiſſimus D. Conſil.D.Ferdinandus Arias de Meſa var.reſol. lib.2.cap.18. in princ.

Pragm. 10. de feudis an comprehendat aſſenſus impetrandos à Regia Maieſtate, fuit per S.C. de-

ciſum

ciſũ affirmatiuè, ità meus D. Conſil. D. Ferdinandux Arias de Meſa variar. reſolut. lib. 2. cap. 19. in princ.

Pragmat. 8 §. 7. in medio de inſtrum. liquidat. ibi, *ma non eſſendo preſente*, per quam mandatur, quod facta liquidatione inſtrumenti non poſſit quis audiri, nec in vinculis, nec facto depoſito fortè conditionato, ſi priùs non integrè ſoluerit totum debitum, & pœnam cum expenſis factis à creditore, &c. an intelligatur de debitore, contra quem fuit liquidatum inſtrumentum, vt poſſit audiri aduerſus liquidationem, facto depoſito ex cauſa nullitatis reſultantis in promptu ex eiſdem actis, ſeù lectura inſtrumenti liquidati, videtur negandum, attenta diſpoſitione ipſius pragmaticæ, quæ licèt dura ſit, erit ſeruanda, l. proſpexit, ff. qui, vel à quibus, cum alijs apud Barboſ. princip. & loca com. vtriuſq; iur. lit. L. num. 23. Ex parte verò debitoris dicebatur, quod nullitas notoria nunquam cenſetur reiecta à ſtatuto, vt probat Graſſ. de exceptionibus, in except. 20. num 8. latè Carroc. in tract. de except. contra ſent. in except. 47. num. 40. & ſeq. vbi declarat, quæ ſit nullitas notoria, ex quo nunquam cenſetur excluſa talis nullitas notoria à ſtatuto, Intrigl. in ſing. 76. num. 29. lib. 3. & in conſ. 6. nu. 71. Carol de Graſſ. de except. in except. 20. num. 8. niſi expreſsè de ea faciat mentionem, ità Craſlin. controuerſ. forenſ. cap. 49. num. 13. etenim notoria nullitas eſt illa, quæ adeò euidentèr oſtenditur, vt nulla poſſit targiuerſatione celari, & debet oſtendi ex ſola actorum inſpectione, abſq; extrinſeca probatione, probat Franc. Ant. Coſta conſ. 84. num. 4. & 5. & talis nullitas notoria, quæ reſultat ex actis, impedit etiam executionem trium ſententiarum conformium, Oſaſc. dec. 142. num. 34. eo maximè, quando reſultaret ex ventre inſtrumenti, licèt altiorem requireret indaginem impedit executionem Cameralix obligationis, Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 121. nu. 36. Et cùm per M. C. fuiſſet perſiſtitum in ſua interlocutoria prolata contra debitorem, interpoſita appellatione ad S. C. præuio reſcripto verbis faciendi, facta indè relatione in S. C. per Scipionem Salitturum tunc Iudicem M. C. V. fuit cauſa eidem M. C. remiſſa, mandando prouideri, quod ſtante depoſito facto audiantur partes in cauſa Ioſephi Grimaldi debitoris, in Banca Lucinæ, & idem nouiſſimè fuit deciſum tàm per Mag. Cur. quam per S. C. facta relatione per Iudicem Ioan. Baptiſtam Muſceptulam maritiſſimum circà obligationem ſtipulatam in beneficium Ducis della Cornia vtilix Domini Terræ Gripiæ Minardæ, dùm affictaſſet certos introitus eiuſdem Terræ conſiſtentes in certis Gabellis, Taberna, & alijs Hieronymo Tiballo, qui præuentionem fecerat in M. C. præſtando cautionem in forma prætendi bat, non poſſe incuſari talem obligationem, ex eo, quod idem Dominus exigi fecerat dictox introitus per aliox, & proindè non teneri, præſentando quaſdam liſtas exactionum, non tamen authenticas, vndè fuit per ipſam M. C. decrſum, quod facto depoſito audiatur, & interpoſita appellatione ad S. C. præuio reſcripto verbi faciendi, indè facta ralatione per eundem in S. C. fuit confirmatum decretum ipſius M. C. penès Secretarium, in Banca Salàini, & hæc omnia inuicem compatiuntur, quoniam obligationes penès acta ſtipulata, vel apud Notarios æquiparantur cum inſtrumentis liquidatis, ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ 64. §. 2. de Offic. Procur. Cæſar. poſtquam etiam de iure communi obligationes penès acta habent executionem paratam, Præſ. de Franch. dec. 18. num. 7. & ità alias in ſimili deciſum fuit per Collaterale Conſilium, refert Dom. Regenx Sanfelic. dec. 289.

Pretium quantiplurimi frumenti ad quam rationem liquidari debeat pro ſingulo curru frumẽti, in quo ſatix erat arbitrium Iudicis attendendum, an verſetur intra triennium, vel poſteà ſuppoſito, quod frumentum in triennio corrumpitur, refert Iul. Cæſ. Gluſian. in tract. de pretio, & æſtimatione, cap. 10. nu. 5. vbi num. ſeqq. ſubſequitur dicendo, quod frumenti æſtimatio non creſcit vltrà triennium, aut ſi verſetur in tempore abundantię, vel careſtiæ, & de conſimilibus conditionibus requiſitix potiſſimùm in pretio frumenti nouiſſimè agit Bartholom. Gaſparinus in ſuo Opuſcul. de legitimo, & naturali rerum venalium pretio, cap 2. Quocircà in cauſa Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardinal. Syluii Sabelli cum hæredibus quondam Hieronymi Turre fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 16. menſis Decembrix 1598. Neapol. Facto verbo in S. R. C. per Magnificum V. I. D. Scipionem de Curte Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium iunctis Magn. Conſil. trium aularum. Decreto S. R. C. pretium quantiplurimi currnum ſexaginta vnius frumenti contenti in ſententia lata per S. C. ſub die 3. Iunii 1598. liquidatum eſt in ducat. ſeptuaginta duobus pro quolibet curru, & intereſſe totiux quantitatis ad rationem ſeptem pro quolibet centenario, quod intereſſe dictorum curruum currat à 1. die Ianuarii 1595. pro altera verò medietate a 1. die Ianuar. ſequentis 1596. vſque ad effectualem ſolutionem, hoc ſuum, &c. penès de Mercatis Secret. in Banca. in alia cauſa fuit liquidatum intereſſe quantiplurimi ad rationem octo pro centanio, vt in 3. p. noſtri Comp. verbo Intereſſe.

Pretium feudi noui an computari debeat in legitimam filiorum, deciſio fuit relata ſup. in verbo Legitimæ.

Pretium quod nam attendi debeat in venditione bonorum allodialium, ac feudalium in emphytheuſi, & locatione prædiorum ciuilium, & iuſtum dicatur, concluditur, illud eſſe iuſtum, quod fuerit oblatum, dummodò fraus abſit, excepto tamen in Ciuitate Neap. in qua attenditur pretium, quod fuerit appretiatum per æſtimatores iuxta Conſuet. & ità deciſum per S. C. refert D. Reg. Sanfel. dec. 202.

Pretium ſolutum ab Vniuerſitate proclamante ad demanium, cùm ipſa vellet reemere de ſuo baronalia corpora, quoties ipſorum vtilis domina efficitur, deſcribendo illa in faciem alicuiux ex ciuibux ſucceſſorem habentis, vel etiam vendendo, ſtante illius incapacitate, an erit reſtituendum, inſtante Fiſco pro venditione prædictorũ, deciſum fuit per R. C. S. facta relatione in Coll. Conſil. affirmatiuè, teſtatis Dom Regens Fab. Capyc. Galeot. in 24. reſponſ. fiſcali, à numer. 1. ad 25.

Pre

Digitized by Google

Pretium prouenieus ex venditione domanialiũ an potiùs conuerti debeat in vrgentem neceſſitatem belli, quàm ſolui creditoribus, cuius pecunia in eaodem cauſam fuit erogata, deciſum fuit, eſſe ſoluendum Mercatoribus, qui literas dederant ſoluendi pecuniam pro cauſa prædicta, vt cenſuit refereodo D.Reg.Fab.Capyc.Galeot. in reſp.fiſc.27.n.4. ſed cootrariũ poſtmodũ deciſum refert ln caſu per eundem examinato es diuerſitate rationis, vt n.33.concinit, poſtquàm in deciſione priſtioa emptrix non remanebat creditrix priuilegiata ex cauſa emptionis terræ, dùm ipſa emerat terram domanialem venditam ex cauſa publica , ſed quia eadem cauſa belli nedùm perſeuerauerat, ſed creuerat, ob quam pecunia, quæ ex venditiooe aliorum domanialium erat adhùc neceſſaria, cuius rei cauſa Iudicantes proſpicierunt pecuniam potiùs exoluendam in cauſam publicam præſentem, quàm in ſatisfactionem præteritæ cauſæ.

Pretium augeri non poteſt in petitione prælationis, ne durior efficiatur conditio emptoris, & ita deciſum refert Domious Regens Fabius Capyc. Galeota reſponſo fiſcal. 29. dec. 3.n.20.

Pretium iouriſdictionum primarum , & ſecundarum cauſarum, atque mixtarum ciuiliom, & criminalium qualiter iunctim , & diuiſim admittatur, docet D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.controuerſ.iur.tom.1.in dec.ad controu.53.io 4.art. n.9.& ſeqq. vbi tradit, iuriſdictionem ſecuodarum cauſarum ciuilium, criminalium, & mixtatum in Terris Cermignani, Scerrani , & Pecti Prouinciç Aprutij vltra infeudatis diuerſis fuiſſe venditam ad rationem ducatorum ſex pro quolibet fumante, & in alijs Caſalibus S. Viti Ciuitatis Lanciani iuriſdictio primarom cauſarum criminalium taotùm, & totius, & integræ iuriſdictionis in ſecundis cauſis , ſeù primis appellationibus fuit veodita ad rationem ducatorum 12. pro qoolibet foculari, & ſic in alijs ibi relatis.

Primogenitus an teneatur ad partem pretij, dato, quòd non ſit hæres patris in allodialibus, Fœlix de Rubeis Reg. Conſil. in apoſtilla ad And. in §. præterea Ducatus inquit, Adde etiam, quòd S.C. tenuit, etiam, quòd primogenitus teoetur ad partem pretij, dato, quòd non ſit hæres patris in allodialibus, etiam ex facto patris , cùm ſufficiat, quòd habeat feudum hæreditarium, vt in declaratione in anno 1560. in cauſa filiorum Comitis Sanctæ Agathæ de menſe Decembris, referente D.Bermudez, quod eſt mirabile, quia ſi non eſt hæres, oon cadit collatio, Hæcille.

Primogenitus futurus ſucceſſor in maioratu inſtitoto ab aoo in eius fauorem, eoque fatuo effecto, an poſſit in eius vita agere pro declaratione maioratus, & bonorum maioratui ſubiectorum; per S.R.C. deciſum fuit affirmatioè, verùm nullum inferatur præiudicium diſpoſitioni forſan factæ in teſtamento d.aui, ita cenſuit D. Regēs Saoſel.dec.165.

Primogenitus an debeat immitti in poſſeſſionem feudi, pro quo diſceptabator, ſi iure Longobardoium, vel Francorum viui præſumebatur , dum per ſecundogenitum hæredem ex teſtameoto ſcriptum per eius patrem aſſerebatur, in eo vixiſſe prædeceſſores iure Longabardorum, producendo inueſtituram abſqoe clauſula, iure Francorum , & per primogenitum obiectum, adeſſe præſumptionem ootoriam, quæ debebat ſufficere in poſſeſſione , vt omnia feuda ſint iuris Francorum , deciſum fuit per S.C. iunctis Aulis ad relationem Reg. Conſil. Io.Baptiſtç Melioris in beneficium primogeniti, qui fuit immiſſus in poſſeſſionem Caſtri Loſeti, ſub die 8.Feb.1616. & per aliud decretum ſub die 15. Feb.1617. in cauſa Octau. Vicecomitis, vt tradit D.Reg.Fab.Capyc.Galeota controu.ill.tom. 2.controuerſ.1. numer.52. vbi in ſequentibus numeris alias deciſiones conſimiles allegat.

Princeps per inſufflationem Spiritus vitæ tertio non præiudicat, & ita deciſum per Sacrum Cōſilium refert D. Regens Sanfelic. dec.145.0.9.

Princeps an poſſit condonare ex cauſa, ſiue Partis remiſſione delicta, & Partis intereſſe remittere, etiam pecuniarom, per Collaterale Cooſilium deciſum fuit affirmatiuè , D. Reg.Sanfel. dec.53.n.36.

Princeps an poſſit concedere gratiam alicui citra Partis remiſſionem , ea abſente , & igooratur vbi degit, fuit per Collaterale Conſilium obſeruatum affirmatiuè, adiecta clauſula illa, vt præſtet cautionem, ſi Pars comparuerit, ſtare iuri, D. Reg.Sanfel.dec.53. n.18.

Prioceps an ex priuilegio Fiſco competenti in venditione rerum cum priuato commonium, poſſit vendere iuriſdictionem ſuper fumantibus in Caſalibos domanialibos cum omni prærogatioa , etiam transferendo iuriſdictionum ſpecies, & corpora per prius aliis conceſſa, & translata, quæ in feudum , & allodiom iuſto titulo per conceſſionarios poſſidebantur, ſiue titulo lucratiuo, ſiue onetoſo, deciſum fuit per R.C. facta relatiooe in Collaterali Cooſilio affirmatiuè, ſic affirmante D.Reg.Fab.Capyc.Galeot.reſp.fiſc.28. de qoa dec. meminit D.Conſil. D. Ferd. Arias de Meſa var. reſol. lib.2.cap.17. num. 30.

Principalis an cogi poſſit ad deponendum, ſi Procurator negaret poſitionem , Bal. in l. non ſolùm, col. 2. verſ. tu adde. ff. de Procurat. concludit affirmatioè, & ita fuit iudicatuoi per M.C. poſtmodùm confirmatum per S.C. in cauſa vertente inter Prothonotarium Breſegna cum Io. Vincent. de Orlando in anno 1572. io Banca Califani, nunc Anaſtaſij, vt refert Epiſcop. Rice. collect. 3118 p.7.

Principalis receptos etiam vt teſtis, ſi falſum depoſuerit, qua pœna ſit poniendus , reſoloitor, eſſe puniendum vt teſtem, & proinde tortoræ priùs erit ſubmittendus, ita D. Reg.Sanfelicius dec. 231.

Priuilegium à Rege impetratum ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ debet regiſtrari infra biennium, cæterùm ſi vltra biennium fuerit facta regiſtratio eum clauſula apponi ſolita per Collaterale Conſiliom, citra præiudiciom iurium Fiſci, & Partium, an nullom reddatur, concluditur affirmatiuè per D.Reg.Fab.Capyc.Galeota cootrou.iur.tom.1.cootrou.14. n.44.& 45. vbi in calce dictæ controuerſiæ poſuit deciſionem R.C.S.

Priuilegia quantumcunque ſiot generalia non comprehendunt onos hoſpitandi, niſi expreſsè, & in ſpecie fuerit explicatum in illis, ex tex. in

l.ſunt

Digitized by Google

l. ſunt munera, ff. de vac. mun. & hon. & ita fuit iudicatum per R.C.S, in cauſa Ciuitatis Capuæ in anno 1570. referente D. Annibale Moles, vt ipſe teſtatur in eius manuſcriptis deciſionibus, dec. 6. quem ſectatur Epiſ. Ricc. in collect. 3095. par. 7. vbi poſuit talem deciſionem de verbo ad verbum.

Probatio plena, vel ſuſpitiones etiam extraiudicialiter ſufficere an debeant ad excludēdū reū ab immunitate Eccleſiæ, per Collaterale Conſilium deciſum fuit, ſufficere probationem per ſuſpitiones, & ſimilia, etiam oretenus, refert Dominus Regens Sanfelicius dec. 137. ſub n. 2. in fine.

Probationes in criminalibus, ad hoc vt rei puniri poſſint, debent eſſe luce meridiana clariores, vt diſpoſitum eſt in l. fin. C. de probat. & in cap. ſciant cuncti, 2. q. vlt. cap. Epiphanius, q. 6. Franc. dec. 372. n. 1. Ciarl diſcept. forenſ. diſcept. 6. n. 25. diſcept. 120. n. 16. & in tract de confeſſ. rei contra Fiſcum, cap. 4. n. 14. Ripa de nocturno tempore, cap. 36. n. 19. Iul. Clar. in §. fin. quæſt. 66. n. 5. deber, Felic. alleg 133. n. 1. par. 2. Maur. Burg. de modo proced. ex abrupto, quæſt. 4. n. 18. Caball. caſu 230. n 24 & caſu 288 n. 1. potiſſimùm quando ſumus in delicto grauiori, Farin. conſ. 60. n. 19. item in pœnis capitalibus, Farin. conſ. 40. n. 31. Exemplo oſtenditur in delicto falſitatis, idē Farin. conſ. 11. n. 34. Et potiſſimū in furtis, quæ debēt probari manifeſtiſſimis probationibus, Felic. alleg. 60. n. 3. par. 1. maximè nocturnis, & ſic non per indicia, & coniecturas, Gilhauſ in arbor. indic. crim. cap 6. par. 1 §. 30. n. 4. & 5. Ripa in tract. de nocturno tempore, cap. 24. in fine. Et hoc nedùm reſpectu dalicti in genere, de quo ante omnia Iudici conſtare deber, l. 1. §. item illud, ff ad Syll. Iul. Clar in d. §. fin. quæſt. 4. n. 1. Ambroſ. in ſuo proceſſ. iudic. lib. 1. cap. 2. nu. 2. & in ſcholijs ibidē. hoc eſt plenè, adeò quòd non ſufficeret probari delictum per coniecturas, vt ex Clauet. conſ. 244. perpendit Additio ad Clarum loco citato, niſi eſſent delicta occulta, vt per Oſaſc. dec. 76. n. 1. Similiter circa probationem delicti in ſpecie, latè Ambroſin. vbi ſuprà, cap. 1. per totum, Ciaz. diſcept. forenſ. cap. 95. n. 15. & diſcept. 17. n. 16. Ex quo nedùm reus vt condemnari poſſit deber eſſe confeſſus, vt ex multis probat Iul. Clar. in d. §. fin. quæſt. 6. n. 1 Sed etiam crimine conuictus per teſtes, quemadmodùm d. Iul. Clar. ſubſequitur in ſeq. quæſt. 66. num. 1. & ibi Additio. Adeò quòd vel eſſet dubia probatio, & tunc reus erit abſoluendus, Farin conſ. 30. n. 147. & 187. Aut ſi eſſet præſumptiua ſufficeret ad condemnandum in pœnam extraordinariam, Farin. conſ. 38. nu. 17. Et quandoque peruenitur ad torturā, ex quo probatio ſemiplena in ciuilibus, & criminalibus ſufficit ad torturam, Felic. alleg. 11. num. 40. par. 1. His preſuppoſitis infertur ad caſum, de quo quæſtio fuit agitata in R.A. contra Dominicum Pipe, & eius ſocios inquiſitos de furto certæ quantitaria caſei caballi quodammodo probato per Cuſtodes animalium in Campanea, qui cùm fuiſſent capti, & condemnati ad triremes, appellauerunt in M.C. per quam expeditis literis inhibitorialibua, & præſentatis in eadem R.A. quæ ſe obtulit obedire, decernendo, quòd obſeruarentur, vnico contextu d. Inquiſitos recto tramite ad triremes tranſmiſerat, de quo rei grauati preces porrexerunt Excellentiſſimo Proregi, ſupplicantes, vt ex triremibus ad carcerea M.C. ducerentur, vt ſe defendere potuiſſent in cauſa appellationis interpoſitæ quemadmodùm in effectu fuit impletum, & circa hoc aduertendum erit, quod licèt furtum etiam coniecturis probetur, Farin. conſ. 158. num. 9. Gilhauſ, in arbore iud. crim. cap. 6. par. 1 § 30. nu. 4. Et conſequenter ex varijs indicijs, & adminiculis probatio plena inducitur, Farin. conſ. 70. n. 57. Eò maximè, quando verſaremur in delictis occultis, & difficilis probationis, quo caſu etiam probatio præſumptiua admitteretur, idē Farin. conſ. 34. n. 8. & conſ. 26. n. 13. adeò quòd probatio per coniecturas, & præſumptionea admittantur in his, quæ ſunt difficilis probationis, Cabal. caſu 254. n. 12. & caſu 288. nu. 73. Præſ. de Franch. dec. 18. num. 5. Borgn. dec. 27. num. 8. par. 5. Gilhauſ. vt inſ. § 10. num. 4. Nihilominùs in hoc caſu, vel ad condemnationem pœnæ extraordinariæ deueniendum eſſet, vt ſuprà probatum eſt, val ſaltem ad torturam. Poſtquàm tortura eſt remedium ſubſidiarium, & non datur, niſi in defectum probationum, vt innuit Farinac. in conſ. 65. num. 33. vbi optima Additio, lit. N Giurba conſ. crim. 23. num. 7. & in ſubſidium datur, quando veritas aliter haberi non poteſt, idem in tract. de iud. quæſt. 34. n. 4. Quapropter tortura faciliùs datur in criminibus occultis, & difficilia probationis, Farinac. conſ. 23. num. 20. Quocirca dicebatur pro deffenſione ipſorum reorum, deficere probationem in genere, eò quòd nullus deponebat, dictum caſeum eſſe idem, quod fuerat ſuratum, & quia identitas rerum non præſumitur, Bertazol. cōſ. crim. 348. num. 1. erit tamen probanda, Idem conſ. 542. n. 7. maximè in dalictis, Maſcar. de probat. concluſ. 1179. num. 47. potiſſimùm in furtis exigitur depoſitio teſtium, non ſolùm quòd res furata erat in dominio domini, vt refert Muſcatell. in praxi crim. rub. de furtis, &c. n. 4. & 28. ſed etiam, quòd illamet res erat, quæ furata eſſet, Ciaz. diſcept. 26. num. 13. Carebat etiā informatio probatione in ſpecie per teſtes de viſu, aut per coniecturas, præſumptiones, & ſimilia, ex quo furtum, fraus, & dolus cùm ſit delictum, quod occultè committi ſolet, & quia difficilis probationis coniecturis probatur, Farin. dec. crim. 9. num. 8. & tunc ſuccedit regula, quòd actore non probante reus abſoluitur, l. extat, ff. de iure Fiſci, cum alijs apud Barboſ. Princip. iur. lit. A. num. 30. Vlteriùs licèt probatio rerum deperditarum poſſit fieri per famiiares. domeſticos, & conſocios, Camp. in cap. Frequēs, num. 21. ex Bart. Maſcard. & aliis probat Ludouic. Gilhauſ. in arb. crim. ind. cap. 6. par. 1. §. 31. n. 76. & conſequenter & ſi ipſi idonei non eſſent, vt purà domeſtici, Præſ. de Franch. dec. 538. Ambroſin. in d. proceſſ informat. dict. lib 1. cap. 2. n. 30. At cùm agebatur de delictis occultis, eo caſu probatio leuior in occultis patratis ſufficeret, Vulpel. conſ. 52. num. 4. Anton. de Ballia in tractat. crim. lib. 3. de lit. diſpenſ. caſu 1. quæſt. 3. nu. 24. & probationes etiam leuiores ſufficerent in his etiam, quæ ſunt difficilia probationis, Farinac. dec. crim. 34. numer. 3. vel præſumptiua probatio, Fel. alleg. 45. numer. 7. par. 1. immò le-

ues

ues probationes admittuntur, Giurba conſ.13. num.1.& 2.conſ.85.num.12. eo maximè ſi noctis tempore delictum commiſſum fuerit, quoniam in his, quæ noctu patrantur, leuior exigitur probatio, Vulp.conſ.44.num.10. & ſi in loco campeſtri delictum fuerit patratum, Giurb.conſ. 13.num.24.cenſuit coniecturis probari. Nihilominus quia furtum, fraus, delictaq; omnia difficilis probationis licèt coniecturis probentur, ſeù præſumptionibus, debent tamen tales præſumptiones eſſe violētes, in tantum quod vehemens præſumptio non ſufficit, etiam quod ciuilitèr agatur, Farin.d.dec.9.num.1. & propterea cum fuiſſent idemnet cuſtodes armentorum examinati, ex duobus fidem facere non poterant, primò vti teſtes, & tunc quia teſtis derobatus de iure nullam fidem facit contra derobantem, Giurba in conſ.50. num.39. ſecundò, quia vti principales reputabantur in præſenti caſu, niſi Fiſco eorum intereſse, quatenùs opus eſset renunciaſsent, optimè Giurba conſil.crim.93.n.7. & Iudices non paſsim credere debent cōqueſtibus diſrobatorum, Muſcatel. vbi ſup.num.50. Fuit tandèm præuia relatione facta per D.Ioann. Baptiſtam de Stephano Iudicem M.C.V. de menſe Nouembris 1641. decſum per eandem Magnam Curiam, eos eſse liberandos in forma, penès Cæſaranum Scribam, in Banca Anaſtaſij.

Probationes an coniungātur ad probandam apocam Banci, ad hoc vt poſſit exequi iuxtà pragmaticas, hoc eſt per teſtes deponentes de cognitione ſcripturæ, iuncta comparatione, deciſum fuit affirmatiuè, ita Dom.Reg.Sanfelicius dec.155.

Procedi an debeat ordinariè, vel extraordinariè iuxtà formam Regiæ pragm. aduerſus aſtantem in homicidio commiſſo cum ictu ſcopicti, deciſum fuit ad relationem S.R.C. iunctis aulis in Coll. Conſil. procedendum eſſe ordinariè, ſeruata forma Conſt.Regni in cauſa Caroli de Palma, referente tunc Regio Conſiliar. Ferdinando Brancia, refert Ill.Epiſcop.Riccius collect.3563. in fin.p.8.

Procedi an poſſit in cauſa, ſi proceſſus alicui ex partibus ſit conſignatus præuia nota conſignationis factæ in quinternio Actuarij, deciſum fuit negatiuè per Coll. Conſil. in cauſa Vniuerſitatis Sueſſæ cum illis de Vitale prætendentibus admitti ad nobilitatem, & dictum, quod exhibito priùs proceſſu procedatur in cauſa, in Banca Speræ.

Procedi an poſſit ex officio, vbi pœna relegationis non venit imponenda, deciſum fuit negatiuè per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Rionigri, refert Nouar.in pragm.1.& 2.coll.t.de priuil. vniuerſ num.3.

Procedi an poſſit feriatis diebus contra inſignes latrones ad prolationem ſententiæ, eiuſque executionem, relata fuit deciſio ſup.in verbo Feriatis.

Procedi an poſſit ad ſententiam foriudicationis non citatis patre, & fratre rei ad foriudicandum, deciſum fuit negatiuè, teſtatur Dominus Reg. Sanfelic. in deciſion.225. à numer.1.ad 7. vbi ſubdit, in alio caſu idem fuiſſe deciſum, quamuis in citatione erat expreſſum, quod citaretur pater.

Procedi an poſſit in cauſa criminali, pro qua venit imponenda pœna pecuniaria cum procuratore, per M.C. fuit denegata audientia procuratori, & prouiſum, quod remaneat contumax, & exequatur pro pœna ducatorum decem mille in mandato contenta, Dominus Regens Sanfelicius dec.237.

Procedi an poſsit ad ſententiam foriudicationis contra reum contumacem pro alio delicto priùs commiſso, non promiſsa ſecuritate pro primo delicto, deciſum fuit affirmatiuè, D.Reg.Sanfel. dec.326.

Procedi an poſſit ad deciſionem articuli reſtitutionis in integrum pendente determinatione recuſationis Spectabilis Præſidis Sacri Conſilii, deciſum fuit per S.C. negatiuè, Dom.Reg.Sanfelic. dec.303.

Proceſsus factus cum aliquo conuento vti laico, & pendente iudicio vxorem ducente, & allegante proceſsi nullitatem, cum eo tempore erat Clericus licèt priuilegium non allegaſset, an iure ſubſiſtat, relata fuit deciſio ſupra in verbo Nullitas.

Proceſsus deperditus an poſsit reſarciri ex notamentis ex eo deſumptis, vt procedi poſsit ad illius expeditionem, Præſ. de Franch. in dec.707. in princ. videtur inclinare in affirmatiuam ſententiam, ibi dicendo, & de eis apparebant notæ in facto, non tamen refert, ità iudicatum in hoc hoc caſu, attamen in cauſa Marchionis Roſeti cum Illuſtriſs. Duciſsa Gambateſæ cùm fuitset deperditus proceſſus læſionis ad inſtantiam ipſius Duciſsæ compilatus in domo Aduocati ipſius Marchionis, qui licet illum dediſset pro compilato exiſtentibus notamentis in facto, vndè per S.C. fuit interpoſitum decretum de menſe Februarii 1625. quod ſuſpenſo decreto S.C. ſub die 25. Octob.1617. & aliis tunc Magn. cauſæ Commiſsarii procedatur ad expeditionem cauſæ Ill. Comitiſsæ ex notamentis per eandem in actis deductis, quæ nihilominùs valeat infrà duos menſes facere diligentias ſibi opportunas circà concernentia dicta notamenta, tam per teſtes, quam per ſcripturas ſumptibus dicti Marchionis, penès Secretarium, in Banca de Felice, & prædictis conferunt congeſta per And. Gayll. lib.1.pract.obſeruat.obſeruat. 134. vbi num.11. refert ex integro agi debere, quod etiam tradit Minſing.cent.1.obſer.11.& idem aſsequitur Maſcard.de prob.concl.32.num.24. nihilominùs in præcedenti nu.20 Gayll.probat, poſse acta etiam per teſtes probari, ſed hoc intelligit Maſcar.eod. tract.d. concluſ 32. num.7.& 31. quando non requiritur ſcriptura, & è contra, cæterum ſi ſcriptura exigeretur secùs eſset, & proptereà acta iudicii per ſcripturam probari debent, idem Maſcar. eod.tract.concl.1190.num.29.immò per ſcripturam priuatam, vt in d.concl.32.num.6.probat, quod facere videtur ad comprobationem huius deciſionis, & quę acta requirant ſcripturam, ibi oſtendit n.5.

Procurator foriudicati admitti an debeat ad præſentandum, & indè diſcutiendum nullitates ſententiæ foriudicationis, deciſum fuit per Collaterale Conſilium, quod veniret foriudicatus ad ſe præſentandum, & deindè diſcutiendum illas, cui fuit conceſsum guidaticum duorum menſium in cauſa Ioannis de Leonibus, facto verbo

per

per Iudicem Albertinum die 20. Septembris 1623. in Banca Cuntii, refert Io. Mar. Nouar. dec. 14. n. 9.

Procurator, cui fuit promiſsa ſolutio debiti nomine ſui principalis, mediante inſtrumento celebrato de facie ad faciem, an poſſit illud liquidare via Ritus, deciſio relata fuit ſuprà verbo Liquidari.

Procurator ad vendendum rem minoris, non niſi pecunia præſenti vendere poteſt, & ita deciſum per S.C. fatetur D. Regens Sanfel. dec. 178.

Procurator conſtitutus cum omnimoda poteſtate ad ſoccurrendum neceſſitatibus ſui germani, qui pecuniam ad cambium receperat, an benefeciſſe videatur, ita vt dominus ratum habere debeat, deciſum fuit per M.C. ipſum dominum teneri ad obſeruantiam contractus facti per d. Procuratorem, & confirmatum per S. C. ita D. Reg. Sanfel. dec. 181.

Procurator, ſeù Excuſator an ſit admittendus infra tempus purgandi moram, ideſt vſque ad primum ſomnum, præſentando pro citato cõparitionem de ſero, allegans, citatum reperiri infirmum, vel abſentem in loco, in quo poteſt accedere Iudex ante primum ſomnum, petendo Iudicis acceſſum, relata fuit deciſio ſuprà in verbo Excuſator.

Procurator citari ſuper tenore inſtrumenti, producendo fidem infirmitatis iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, an audiri debeat, ſi in ea non fuerit appoſitus dies, vel locus, in quo principalis degebat, productis etiam aliquibus ſcripturis in promptu, Curia pro Tribunali ſedente, ex quibus apparebat de illiquiditate inſtrumenti, deciſum fuit in beneficium debitoris, & confirmatum per S.C. vt erit videre apud D. Regentem Hectorem Capycium Latro conſult. 69.

Procurator in rem propriam conſtitutus frater à fratre, diſſoluta communione inter eos ad exigendum, & ſoluendum debita communia, ſi credita non exegerit, & à creditoribus moleſtaretur, an poterit habere regreſſum contra fratrem conſtituentem eius Procuratorem, in facto euenit in cauſa illorum de Sorbo de Capua, cùm diu ſtetiſſent in communione bonorum, ob quod tacita videbatur contracta ſocietas, aliqua contraxerunt debita, demùm facta inter eos diuiſione bonorum, reſpectu creditorum maior frater conſtituit ſuum Procuratorẽ fratrem minorem Ioannem Baptiſtam Sorbum ad exigendum credita communia, & illa ſoluẽdum eorum creditoribus, conſtituendo ipſum Procuratorem in rem propriam, cùmque præfatus Procurator nunquam talia credita exegerit, neque ſoluerit quicquam eorum creditoribus, & conuento ab ipſis creditoribus inſtabat dictus Procurator, vt eius frater compelleretur ad ſoluendum eius ratam, & videbatur ſibi iura ſuffragari. Et primò, dùm ipſi erant fratres hæredes, de iure conſtitutum eſt, quòd actiones perſonales paſſiuæ inter hæredes diuidantur pro portionibus hæreditarijs, reales verò poſſeſſorem ſequãtur, l. a. C. de hær. act. cũ alijs congeſtis per Alph. collect. 1159. Epiſcop. Ricc. collect. 528. Coſta de ratione ratæ, quæſt. 189. num. 1. Præſ. de Franch. dec. 203. num. 1. tenentur tamen ad onera hæreditaria ſoluenda pro rata, Franch dec. 159. Secundò reſpectu ſocietatis contractæ tacitè inter eos, ex quo ſocietas inſtar fraternitatis eſt, Coſta d. tract. quæſt. 119. num. 5. adhùc quia ſocius ſocio pro rata tenetur, vt ipſemet Coſta eod. tract. quæſt. 154. n. 10. probat. Excipiebat frater maior conſtituens Procuratorem, non aliter ad aliquid teneri, dùm ipſum Procuratorem in rem propriam conſtituerat, & citra dubium Procurator in rem ſuam intelligitur factus is, qui in locum alterius eſt conſtitutus, Barz. dec. 26 num. 6. ad quod Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 188. num. 1. ſic inquit, is autem in rem ſuam procurator factus dicitur, qui ex procuratione commodum ſibi applicare debet, Bal. in conſ. 186. num. 2. verſ. illud conſtat, vol. 2. vbi quod non eſt Procurator, nec venitet in ſtatuto loquente de Procuratore, poſt Bart. & gloſſ. in l. 1. C. de Procur. Iaſ. in l. qui ſtipendia, C. eo. tit. Item dicitur Procurator in rem ſuam, qui alienum negotium gerit pro ſua vtilitate, Fulg. in conſ. 202. n. 1. verſ. ſed dato, vbi etiã quod poteſt fieri procurator in rem ſuam, tam ſub conditione, quàm ſub modo. Hæc ille. Adeò quòd Procuratori in rem propriam conſtituto cenſentur tranſlata omnia iura etiam directa, vt idem Marta remittendo ſe ad dictam clauſulam 188. meminit in conſ. 128. n. 7. Quo fit, vt cùm ſit conſtitutus Procurator cum facultate apponendi in, & ſuper præmiſſis, & ab inde quouis modo dependentibus, quæ ſibi viſa fuerint neceſſaria, & opportuna, etiam ſi talia forent, quæ mandatũ ſpeciale requirerent, itẽq. quæ ipſe conſtituens facere poſſet, ſi præſens, & perſonaliter intereſſet cum libera, &c. per quas clauſulas dictus Procurator poterit ſoluere onera, quia habetur vt dominus, & tanquam procurator conſtitutus in rem propriam, ex Cald. conſ. 3. de Procur. probat idem Marta cõſ. 108. num. 8. ſe remittendo ad eius tract. de clauſulis, par. 1. clauſ. 26. dùm ei ſint omnes actiones, omnia iura tranſlata, Alciat. reſp. 216. nu. 8. Quantò magis quando fuerit conſtitutus in rem propriam, expreſſim etenim Procuratores in rem propriam dicuntur domini vtiles, Reg. Lanar conſ. 5. num. 5. immò directas actiones nomine cedentis ad ſuam vtilitatem proponit, Mantic. de tac. & ambig. lib. 7. tit. 2. nu. 29. Procuratoris perſona à perſona conſtituentis conſideratur, Magon. dec. Lucenſ. 71. num. 4. & domini loco habetur, Golin. de Procurat. par. 4. ca. 1. num. 2. ſubdens etiam num. 6. & 7. eſſe dominum vtilem, & poſſidere nomine proprio, ita quòd non diceretur propriè procurator, Idem par. 1. cap. 1. num. 17. ſed veriùs dominus repræſentat perſonam domini, ita vt pro illo reputetur, poſt Reg. de Ponte conſ. 54. nu. 7. & 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 853. num. 62. Præterea talis clauſula in rem propriam æquipollet alteri, ſi dicatur, pone in locum meum, ex Alex. Bal. Iaſ. & Ferrer. probat Marta dict. clauſ. 188. num. 4. talia enim verba, ponens in locum ſuũ, ponderat Gratian. cap. 682. num. 9. & adaptantur ad Procuratorem in rem ſuam, in quem vtiliter transfertur omnis effectus, & omne ius ipſius domini, probat Berous conſ. 188. numer. 4. vol. 1. vbi plura ad hoc congerit, & ibi in præcedenti num. 3. aſſeruit, quòd licèt Procurator ſimplex ad vtilitatem domini tendat, tamen

Procurator in rem ſuam ad ſui vtilitatem exercet,& commodum, Golin. vbi ſuprà, dict. par.4. cap.1.n.5.ante eum Mantica de tacit. & ambig. lib.7.tit.2.num.29.& veniunt omnia, quę aliter non venirent, ita ꝙ cenſetur abdicata à cedente quęcunque poteſtas,& facultas, vt nil ampliùs poſſit peragere, ita Coſt. de clauſulis.clauſ. 14.& ampliùs ſi in inſtrumento diuiſionis diuidentes inuicem ceſſiſſent omnia iura,& actiones,& alter alterum quòad partes aſſignatas feciſſet procuratorem in rem ſuam , vt amodo poſſit pro dictis rebus agere, & ſe tueri, & omnia facere, quę ipſe dominus conſtituens poſſet, vel adiecta eſſet clauſula ad habendum,&c.nam multum operaretur effectum, Berous conſ.130. num.15.& 32.vol.2.Sicque cùm ipſe fuerit procurator conſtitutus in rem propriam, potiſſimũ ad exigendum, & ei data inſtrumenta debita probatiua cenſetur demandari, vt dicta debita petantur, Cancer. par.2.cap.14.num.20.immò etiam ſi non fuiſſet conſtitutus procurator in rem propriam, eo ipſo, quòd inſtrumenta data ſint ad exigendum, intelligitur cohęres procurator in rem ſuam, Mantica vbi ſuprà, num.36. & ob id ſi non exegerit, neque aliam diligentiã feciſſet in exigendo, ſibi imputandam erat, vt deduxi probando infrà verb. Reſiduum pretij. Quocirca facta relatione in M.C.V. per Iudicẽ Scipionem Salturum, fuit per ipſam M.C.deciſum, quòd abſoluatur Conuentus, in Banca Caputi.

Procurator conſtitutus ad exigendum, & quietãdum pro quantitatibus ſolutis tantùm, ſi fuerit facta ſolutio à debitore pro ſaldo,& complemẽto eidem Procuratori, qui illam acceptare noluit abſquè proteſtatione, & decreti interpoſitione, an ob id ſi fuerit facta aliqua ſolutio huiuſmodi principali, pręiudicare poterit toti ſũmę debitæ, vt ex hoc diminui deberet, ſtante receptione illarum per ipſum Procuratorem. In facto euenit, quòd cùm eſſet debitor Venerabile Monaſterium S.Marię Magdalenę de Neap. pro annuis ducatis biſcentum cenſus debiti Ill. D.Federico de Toledo vſquè ad annum 1627. quo tempore obijt Ill.D.Petrus de Toledo, pro decurſis annatis cenſus in ducatis 1018.4 3. benefactis omnibus quantitatibus exactis, quemadmodùm ex relatione facta à Capitaneo Io. Montoya in actis præſentata apparet,& ex relatione Magiſtri Actorum, remanſerat difficultas, quę reſultabat ex lectura dictæ relationis, ex eo, quia in ipſis relationibus fuit habita ratio admittere ſolutiones factas pro parte dicti Monaſterij eo tempore Doctori Mario de Acampora, tunc Procuratori Ill.D.Petri pro illis ſummis verè, & realiter receptis à dicto Mario, iuxta notata in libris patrimonij ipſius Ill.D. Petri, nulla ratione habita ad ſalda contenta in aliquibus partitis ſolutionum factarum per medium Banci ab ipſo Monaſterio, quibus ſaldis admiſſis dictum Monaſterium pręrenderet, remanere debitorem in pauca ſumma. Sed his replicabatur ex parte ipſius Ill D. Federici, quòd dictæ relationes fuerunt factæ rectiſſimè, nec proindè alia ratio haberi debeat ad ſaldis nominantibus partitas, ſed verè realibus , & effectiuis quantitatibus ſolutis annotatis in dicto libro patrimonij dicti Ill.Don Petri, quæ fuerunt exoneratæ ad beneficium ipſius Monaſterii, & hoc ex ſequentibus rationibus. Primò, quia quando ipſe Marius receperat aliquam ſolutionem factam ex parte dicti Monaſterii, quę fortè facta fuiſſet pro ſaldo, & complemento, præfatus Marius nunquam voluit recipere , & expreſsè proteſtatus fuerat, ex quo Monaſterium erat debitor in maiori ſumma, ſicque inſtitit, vt ſolutiones reciperet pro veris ſummis, quę verè continebant in computum,& non per ſaldũ, & proinde citra omne præiudicium eius iurium, iuxta eius inſtantiam fecit interponere decretum, vbi verè, ac expreſsè mentio fit de vltima partita præſentata ex parte dicti Monaſterii, ex qua pręrendebat Monaſterium, ſaldaſſe pro toto menſe Aprilis 1620.neque talia decreta opus habebant notificatione, quia in illis non apparet, fuiſſe ordinatum, deberi notificari iuxta ſolitum mandati, in fine. Secundò, eo inſuper præſuppoſito, non tamen conceſſo, quòd dict. Marius Procurator recepiſſet ſolutiones per ſaldum abſque alia poteſtate, neque ſolutiones per ſaldum potuiſſent operari , vt intelligi deberent pro ſaldo, quia tales ſolutiones per ſaldum , vt verè operentur ſaldum, neceſſe erit, vt recipiantur à principale, aut à perſona habente ſpeciale mandatum,& poteſtatem quietandi, & ſaldum facere.ex tex.in l. Procurator 2. ff. de procurat. vbi DD. communiter, cum alijs adductis per Golinum in tract.de procurat.par.2.cap.1.num. 3.quod non eſt in caſu noſtro , poſtquàm dictæ ſolutiones factæ pro parte dicti Monaſterii receperat dictus Procurator , qui non habebat aliam poteſtatem, quam quietandi pro quantitatibus tantùm, quas recipiebat , & eò fortiùs, quia tales ſolutiones non fuerant directè factæ eidem Procuratori pro ſaldo, & complemento, ſed eidem Ill.D. Petro pro ſaldo, quas poſteà recipiendo Procurator nequiuerat facere aliud ſaldum, niſi pro quantitate realiter recepta, iuxta eius poteſtatem, & non pro tota ſumma, quã non recipiebat, ſed partitę declarabant, fuiſſe ſatisfactum dicto Ill.D.Petro. Tertiò dato, & non conceſſo, quòd Marius nunquam feciſſet interponi facere dictum decretum, neque fuiſſet proteſtatus in receptione ſolutionis per ſaldum factum à dicto Monaſterio , ac etiam habuiſſet mandatum generale, vt potuiſſet exigere , & quietare ſine alia reſtrictione, adhùc nunquam potuiſſet præiudicare domino principali, neq; liberare debitorem , quoties non fuiſſet conſtitum de vera,& reali ſolutione ei facta præſenti pecunia, ita vt nec ſufficeret confeſſio de recepto, iuxta communem concluſionem Doctorum relatorum à Surdo dec. 229.num.28. & à Carroc.in cap.cùm quid, par.1.ampl.6. num.14. de reg. iur. in 6. & nouiſſimè à Golino in dicto tract.de Procurat.par.2. cap.5.num.140. immò Ferdin.Ramirez de clauſ.inſtrumenti,lib.1.cap. 36.num.6.inquit, quòd ſupradicta communis doctrina procedit, etiam ſi Procurator haberet poteſtatem ad confitendum de recepto. Quartò præſuppoſito etiam, & non conceſſo omne, quod dictum fuit in tertia ratione, eo maximè non intelligitur factum præiudicium à Procuratore eius principali ex receptione ſolutionũ pro ſaldo, cum declaratione, recepiſſe ex præterito, quoties aliter conſtaret de fraude illius,

ita

Digitized by Google

ita quòd realiter non fuerunt receptæ quantitates ex ſaldo prædicto, vt aſſerit Mareſc. var. reſul.cap.93.num.4.& 5. lib.2. ita punctualiter in caſu, de quo agitur poſtquàm ex libris patrimonij ipſius Ill.D.Petri confectis à perſonis tam dignis fide reperiuntur diſtinctè notatæ ſolutiones verè, & realiter factæ à dicto Monaſterio, quibus deductis remanſit debitor in dicta ſumma ducatorum 1018. neque ex parte d. Monaſterij afferri potuit alia ſolutio vltra ipſas poſitas in dictis libris fide dignis. Hæc ex Angelo Marino V.I.D. prodierunt, ſub patrocinio Honofrij de Palma I.C. Neap. diſertiſſimi Aduocati. Die 14. menſis Ianuarij 1643. Neap. facto verbo de prædictis per Spect. doctiſſimum, ac omni æuo memorandum D. Franciſcum Merlinum olim Regium Conſiliarium, & Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, huius Regni Secretarium, & Commiſſarium delegatum, nũc digniſſimum Reg. Reg. Cancell. Per S.R.C. prouiſum eſt, quòd decreta lata per Magnific. tunc cauſæ Commiſſarium debitæ executioni demandentur ad beneficium Ill. D. Federici de Toledo, verùm ſi Venerabile Monaſtarium infra menſem produxerit alias ſolutiones legitimè factas, deducantur à ſumma ducat. 1018. Hoc ſuũ. &c. D. Franciſcus Merlinus, Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, in Banca Borrelli Magiſtri Actorum. Ad comprobationem iſtius deciſionis erit notandũ, quòd licèt per hęc verba pro reſto, & ſaldo totum debitum cenſeatur ſolutum, attamen quando addatur ex computatione rationum, ac de errore conſtet, vel niſi reſtringatur ad aliquam cauſam, vel partitas, ſecùs eſſet, vt probat Coſta in tractatu de clauſulis in clauſula 54. quem ſequitur Thomaſius in ſuis tractatibus, in 1. tract. tit. 15. nu. 1175.

Procurator ſi depoſuerit nomine eius principalis, an repelli poſſit, prætextu quod depoſitio nõ potuiſſet ab eo fieri, ſed ab eius principale, hoc cõtingit hæſitati in cauſa Ill. D. Feder. da Toledo cũ Venerabili Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ de Neap. cùm fuiſſent præſentati articuli per idem Monaſterium conuentum à prædicto Ill. D. Federico hærede q. D. Petri de Toledo, eius Procurator Marius de Acãpora ſuper illis depoſuerat, de quo conquæſtus reus inſtiterat, ipſam depoſitionẽ fieri debere ab eius principali, & hærede, qui intentauerat iudicium vti hæres, ex adductis per Muſcatellum in eius praxi S.C. rub. 1. par. 5. gloſſ. legaliores, num. 20. vbi refert, cum ſpeciali mandato poſſe ſe examinare pro principale, ſed ſi Pars inſtiterit pro depoſitione principalis, non admitteretur, nouiſſimè Iul. Cæſ. Gallupp. in praxi S.C. par. 2. cap. 19. à nu. 1. ad 23. Licèt ex aduerſo replicaretur, nulli dubiũ eſſe, quin Procurator generalis etiam cogi poſſit, vt deponat procuratorio nomine ad inſtantiam rei, prout deciſum refert Afflict. dec. 92. cũ alijs adductis ab eodem Gallupp. vbi ſup. n. 23. Sicque fuerunt ſuper hoc ſequentia decreta promulgata. Die 2. Octob. 1643. Neap. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per V.I.D. Andream Prouenzalem Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt, perita depoſitione principalis non obſtante. Hoc ſuum, &c. And. Prouenzalis, Fabritius Solatius pro Secretario, penès Burrellum. Inde cùm fuiſſet petita reſtitutio in integrum ex parte dicti Monaſterii aduersùs tale decretum, & obtentum, fieri verbum in S.C. fuit aliud decretũ ſequens interpoſitum, videlicet. Die 6. Iunij 1644 Neap. facto de prædictis verbo in S.R.C. per Magnificum V.I. D. Andream Prouenzalem Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, per S.R.C. prouiſum eſt, non eſſe deferendum petitę reſtitutioni in integrum, Hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, Borrellus.

Proditoriũ homicidiũ an dicatur cõmitteta ſalutãs priùs per capitis detectionem, & deinde occidens, & per hoc dicatur proditor, nec gaudeat immunitate, concluditur affirmatiuè per Dom. Reg. Sanfelic. dec. 241.

Prohibitio facta filio diſponendi, vſque quò perueneri ad annum vigeſimum quintum, an ceſſet incepto anno vigeſimo quinto, deciſum fuit affirmatiuè, D. Reg. Sanſel. dec. 209.

Promiſſio de renunciando officium alicui an cogi poſſit vigore albarani deſuper celebrati ad renunciandum cum effectu, videbatur negandum, poſtquàm promiſſio renunciandi non obligat, niſi interuenerit ſtipulatio, & cauſa, ſicuti probat Gallerat. in tract. de renunc. lib. 1. cap. 7. num. 18. Et ampliùs, quia non aderat iuramentum appoſitum in albarano, ob quod dici potuiſſet, vigore dicti inſtrumenti eſſe obligatũ promittentam, & inde compelli ad renunciandum, ex gloſſ. in l. ſi pecuniam, ff. de cond. ob cauſ. notat ibidem Galler. ſub num. 15. Ex aduerſo poterat replicari, iuſtum eſſe de iure, vt quod ore permittitur, opere compleatur, ad tex. in cap. 1. extra de pactis, & eò ampliùs vbi interuenerit ſcriptura promiſſionis renunciationis, & conſequenter ad ipſam renunciationem cogi debere conſentaneum erit. Non obſtat id, quod dictum eſt, ſcilicet quòd promiſſio non obligat, niſi interueniat ſtipulatio, & cauſa, adeò quòd opus erit inſtrumento, nam promittens cogi poſſet, vt faciat inſtrumentum, l. ſi cum exceptione, §. ſed & ſi quis, ff. de eo, qui met. cauſa, cum aliis relatis per Grannt. theorem. 9. num. 2. vbi plura, & propterea ad euitandum circuitum poterit condemnari, vt probat ibid. Galler. n. 1. & quia verbum promitto redactum in inſtrumento, ſeù ſcriptura importat ſtipulationem, Doct. in Rub. ff. de verb. obligat. Donat. à Fina inter commun. opin. tit. de contrah. ſtipul. n. 6. & 175. Et proinde in cauſa Franciſci Vulcani cum Antonio Strozza fuit interpoſita ſequens ſententia per S.C. lata die 23. Martii 1574. ad relationem Reg. tunc Conſil. Antonii Cadena, videlicet. Per hanc noſtram, &c. præfatum Antonium Strozza condemnandum eſſe ad faciendam petitam renunciationem officii Magiſtri Rationalis in actis deducti præfato Franciſco Vulcano, ſeruata forma albarani, &c. Cadena, penès Galterium Mag. Act. & iterum in cauſa Eliſabethæ de Puteo, & Ioannis Iacobi Amatrudæ cum Fabritio Campanile, ad relationem Reg. Conſil. Hieronymi Olcignani, die 24. Nouemb. 1584. in Banca Carboni, iterum in cauſa Ioannis Aloyſii Tagliauiæ cum Michaele de Iordano die 18. Auguſti 1570. ad relationem Reg. tunc Conſil. Iacobi Anelli de Boctis, pe-

nès Iubenum,& in cauſa Io.Angeli Ciuitellæ, cum Fabritio Mangrella, & Cæſare de Ruggerio fuit hæc ſententia prolata, videlicet. In Dei nomine, Amen. Per hanc noſtram,&c. prædictũ Egregium Fabritium Mangrella condemnandũ eſſe ad recipiendum depoſitum ducat.700.factũ per eundem in Banco Cimini, quod præſenti noſtra ſententia liberari mandamus, ſaluis fortè iuribus dicto Fabritio competentibus circa augmentum pretij officii Magiſtri Actorum in proceſſu deducti, quò verò ad Egregium Cæſarem de Ruggerio declaramus, ipſum eſſe abſoluendum ab impetitione Ioannis Angeli Ciuitellæ, verùm dictus Cæſar teneatur actitare, ſeruata forma albarani in actis deducti, ſalua meliori deliberatione quòad intereſſe petitum ob actitationem non factam, neutram Partem,&c. Pinarius. Lecta, lata die 10. Septembris 1578. penès Galterium Magiſtrum Actorũ. Et in cauſa Ioannis Baptiſtæ Sadeolis cum Ioãne Antonio Grimaldo fuit per R. C. S. ſequens decretum interpoſitum, videlicèt. Viſis actis, reuiſo albarano,& inſtrumento inito inter dictos de Grimaldo poſſeſſores dicti officij, in quo promittunt renunciare dictum officium in manu Regis in beneficium Sadeolis, habita licentia a Rege renunciandi dictum officium, inito albarano prædicto ſub die 5. Decemb. 1581. viſis Capitulis conceſſis huic Fideliſſimæ Ciuitati Neap. vno prohibente venditionem officiorum in anno 1536. ſub die 22. Martii, & alio capitulo de reuocando dictas prohibitiones, ſub die 5. Septembris 1539. viſaque reuocatione dict. promiſſionis factę per dictos de Grimaldo. Decreto ipſius R.C. prouiſum eſt, licuiſſe, & licere dicto Ioanni Baptiſtæ Sadeolis impetrare licentiam, ſeù aſſenſum à ſua Maieſtate, quòd dicti de Grimaldo poſſint renunciare dictæ Maieſtati in beneficium de Sadeolis, qua obtenta dictos de Grimaldo condemnandos eſſe ad faciendum dictam renunciationem, ſeruata forma albarani prædicti, non obſtante reuocatione contentorum in dicto albarano, & inſtrumento in actis præſentatis per dictos de Grimaldo, vigore Conſtitutionis Regni, neutram Partem,&c. Tiberius Coppula. Die 4 Decembris 1589. Io. de Florio pro Mag. Act.

Promiſſio euictionis facta per filiumfamilias obligatũ inſimul cũ patre alicuius Territorij venditi, ſuper quo præſtita fuit aſſiſtentia ad inſtantiã eius ſororis vti ceſſionariæ, ſeù donatariæ, an valeat, de hoc verba fecimus ſuper eo verbo Euictio, pro cuius altercationis notitia de hoc pariter inter nullitates propoſitas dubitatur, & ob id per ipſam Actricem obiecto replicabatur, quòd promiſſio euictionis ab eius fratre facta ad beneficium Hieronymi Ruſſi emptoris dicti Territorij, fuerat inualida, & nulla, & hoc probari inſpiciebatur, quia quando talis euictio fuerat promiſſa à Berardino Baſilie inſimul cum Cæſare eius patre, ipſe Berardinus erat minor annorum vndecim, vt ex actis per plures teſtes omni exceptione maiores probatum extitit. Inde ſubſequitur regula, quod filiusfamilias impubes etiam cum auctoritate, & conſenſu patris non obligatur, §. pupillus, verſ. ſed qui in poteſtate, Inſtit. de inutil. ſtipul. & propterea non obſtare videtur huic concluſioni auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. quæ ex aduerſo allegabatur, vbi diſponitur, quod Sacramentum ſupplet defectum ætatis, & facit minorem maiorem, latè Seraf. de priuil. iuram. priuil. 83. in princ. quia dicta Authentica loquitur in pubere, vt legitur in eodem tex. & non in impubere, vt in caſu præmiſſo, quinimmò licèt Bal. ibi contrariam opinionem ſectetur, tamen magis communis opinio Doct. eſt, quòd dicta Authentica non habet locum in impubere, vt ibi gloſſ. in verb. in pubere, Paul. de Caſt. & Salic. in l. qui iuraſſe, ff. de iureiur, Iaſ. in dicta authentica, num. 15. 19. & 20. & ita ſubdit ibi Ang. fuiſſe in publica diſputatione determinatum Bononiæ, Honded. conſ. 42. num. 20. vol. 2. aſſerens, iuramentum impuberis non confirmare contractum ab eo geſtum, ſed iuramentũ puberis illud confirmare, ad quod ſubdit Mancin. in tract. de iuram. par. 4. effectu 27. num. 2. quòd licèt iuramentum repræſentet minorem maiorem, non tamen fingit eum ſagacem, neque prudentem. Et eo maximè, quando minor ex tali obligatione eſſet læſus enormiter, prout in hoc facto deducebatur, quoniam ceſſaret diſpoſitio dictæ authenticæ, Marta in voto 25. n. 177. Theſaur. dec. 66. nu. 2. & quòd ex tali promiſſione, & obligatione euictionis ipſe Berardinus ſit enormiter læſus, clarè patet, dum totũ pretium dicti Territorij fuit verſum in vtilitatẽ ſui patris Cæſaris, nec poſteà remanſerunt alia bona poſt mortem dicti Cæſaris, ex quo dotes maternas ipſe recuperare potuiſſet, & de iure diſpoſitum eſt, eo ipſo, quòd filiusfamilias minor reperitur obligatus, maximè pro debito alieno, & hic dicitur enormiter læſus, ex Soc. in conſ. 41. num. 7. cum ſeqq. Sforz. Odd. de reſtit. in integ. quæſt. 64. art. 2. num. 2. & 3. Surd. in cõſ. 216. num. 19. lib. 2. Vrſil. ad Afflict. dec. 322. nu. 8. refert Reg. Rouit. in Pragm. 1. num. 60. de S.C. Maced. & ex hac lęſione præſumitur etiam metus reuerentialis in ipſa obligatione, & ſic nullitas reſultaret etiam ex defectu liberi conſenſus, l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. actio non det. idem Reg. Rouit. in dict. Pragm. 1. num. 59. 60. & 61. Et ſi fortè replicaretur, quòd ipſe Berardinus in anno 1609. quo ſe obligauit ad dictam euictionem ſimul cum patre, erat annorum decem, & octo, dùm in anno 1595. cum fuiſſet facta numeratio focul ariorum, erat ætatis annorum quatuor. Reſpondetur, quia ſi in anno 1595. Cæſar Baſilis in vxorem duxerat Aureliam Mancinam, vt poſuit in articulis, & probatum per teſtes à Parte aduerſa ſuper ſeptimo articulo, quomodo credi poterat, quòd in eodem anno 1595. fuiſſet dictus Berardinus annorum quatuor, hoc eſſet impoſſibile, eodem anno eſſe contractum matrimonium inter dictos Coniuges, & habere filium ex eodem matrimonio annorum quatuor. Hæc ſub tutela Nicolai Coppulæ V.I.D. perſpicaciſſimi. Facta relatione in Sacr. Conſil. in Aula D. Conſiliarii D. Thom. de Carleual per D. Iudicẽ Aloyſiũ Corcione de menſe Maii 1642. deciſum fuit, bene prouiſum per idem Sacrum Conſilium, penès Secretarium, in Banca Corcioni in Magna Curia dùm prius iudicauerat, nullitatem non obſtare.

Digitized by Google

Promiſſio in capitulis matrimonialibus facta per virum, de ſe obligando pro dotium reſtitutione per publicum inſtrumentum, cum hypotheca bonorum feudalium etiam titulatorum ad conſilium Sapientis, an pro vera, & reali obligatione habeatur ac promiſſum inſtrumentum pro confecto, & per conſequens in concurſu creditorum dies capitulorum attendi debeat, vel dies inſtrumenti dotalis, fuit per S.C. deciſum pro dote, & petita in integrum reſtitutione per aliquos ex creditoribus priuilegiatis fuit denegata, facta relatione in Collaterali Conſilio, Dom. Reg. Sanfel. dec. 99.

Promiſſio de renunciando an haberi debeat pro renunciatione, ita vt mater excluſa videatur à ſucceſſione filiæ, deciſum fuit per M.C.V. in cauſa Aureliæ de Aſſaro, talem promiſſionem non importare renunciationem, & proinde ipſam eſſe admittendam ad ſucceſſionem filiæ infantis, auita paterna penitùs excluſa, reſtatur Donat. Ant. de Marin. quot. reſ. cap. 298. n. 15. in noua impreſſione.

Promittens aliquam pecuniarum quantitatem alicui pro conſecutione gratiæ obtinendæ à Sua Excellentia ſui delicti, aſſerens, obtinuiſſe Partis remiſſionem, an conueniri poſſit ad inſtantiam eiuſdem, qui promiſſionem à dicta Excellentia obtinuerat faciendi gratiam alicui delinquenti, ſi inde compertum fuerit, remiſſionem Partis non exiſtere, & per conſequens tali ſubſiſtente impedimento gratia obtineri non potuit ex parte promittentis, hoc contingit controuerti tam in M.C. quàm in S.C. eò quod dùm Franciſcus Antonius Scafatua obtinuiſſet promiſſionem faciendi gratiam alicui delinquenti ab Excellentiſſimo Domino Comite Montis Regij tunc Prorege Neap. & pro illius executione in memoriali porrecto mandaſſet M.C.V. vt relationẽ faceret, ſic in genere non aliter expreſſo nomine delinquentis, cuius vigore præfatus Franciſcus Antonius conuenit cum N. de Alexio, vt ſi vellet gratiam conſequi ſui delicti, daret ducatos bis centum, quos illicò promiſit ſoluere, ſtãte remiſſione Partis, inde obtento memoriali nomine ipſius delinquentis, vt ipſa M. C. relationem faceret, compertum eſt, nullam adeſſe remiſſionem, ob quod gratia confici non potuit, quæ à relatione facienda dependebat, & ampliùs, quia illinc ad tres menſes præfatus Prorex receſſerat à Gubernio, ob quod fuit conuentus dictus N. ad ſoluendum petitos ducatos bis centum, eò quia ſi remiſſio adeſſet, gratiam conſecutus fuiſſet, & dùm non apparebat remiſſio ex parte ipſius, remanſerat impleri conditio, eò magis quia aſſeruerat, ineſſe remiſſionem in memoriali, & in effectu non aderat, nec ei poterat capitulari, adhùc ſi gratia fuiſſet conceſſa, ex regula illa, quòd mendax precator debet carere impetratis, cap. ſedes, de reſcrip. & talis regula potiſſimùm in reſcriptis gratioſis locum obtinet, vt refert Glot. in cap. ſuper literis, n. 144. de reſc. Vltra ꝙ quia relatio M. C. quę præcedere debuerat, perfici nõ poterat, non exiſtẽte remiſſione Partis in memoriali expreſſa. Quare videbatur ex parte ipſius inquiſiti, nõ fuiſſe impletũ, ex quo promiſſor debuit cogitare, aliquid poſſe euenire, l. ſi quia domum, ff. loc. Mantica de tac. & ambig. lib. 3. tit. 2. nu. 29. & certum erat, quòd euenire non poterat gratia, ſi nõ fuiſſet remiſſio Partis obtenta priùs, ſicque promiſſio ſub ſpe futuri implementi, eo non ſecuto non obligat, Magon. dec. Lucenſ. 25. num. 17. quemadmodùm promiſſio conditionalis nulla redditur, vbi defuit conditio, illaque non ſortitur effectum, l. Mæuius, & l. qui hæred. ff. de cond. & demonſt. & conſequenter inualida efficitur ex defectu conditionis, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. cum alijs apud Nouar. dec. 212. num. 6. Ex parte ipſius Actoris dicebatur, per eum nõ ſtetiſſe, quin promiſſio impleretur, nam ſi quis promiſerit aliquid facere, intelligitur, niſi is, cui promiſit in cauſa fuerit, cur nõ fecerit, & quando conditio debet impleri, ſi ille, cuius intereſt impleri, cauſam dederit, cur non impleatur, habetur pro impleta, l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſt. l. iure ciuili, ff. de reg. iuris, Daniel Moller. lib. 4 ſemeſt. cap. 1. num. 4. & promiſſio aliquid faciendi intelligitur, niſi ipſe, cuius intereſt cauſam non faciendi, præſtiterit, l. quæro, §. inter locatorem, ff. loc. Mantica eodem tract. lib. 2. tit. 2. num. 61. poſtquàm promiſſio dependens a voluntate alterius, dicetur quid cõſiſtens in conditionali, quo in caſu ſola diligentia eſſet in obligatione, ex Feder. de ſen. Aret. Decian. & Rimin. iun. probat Bardell. conſ. 76. num. 7. vol. 1. adeò quòd promiſſor facti alieni faciendo poſſibilia, excuſaretur, etiam ſi adeſſet clauſula cum effectu, & promiſſio ſit curata, idẽ Bardell. conſ. 154. num. 18. vol. 2. quinimmò excuſari videbatur ipſe promiſſor ob difficultatem, ex traditis per Gammam dec. 32. nu. 2. hoc eſt per remiſſionem Partis non obtentam à reo. Et licèt per M.C.V. fuiſſet conuentus abſolutus, & tãtùm in expenſis condemnatus, introducta inde appellatione ad S. C. fuit per idem S.C. præuia relatione Reg. Conſil. Franciſci Anton. de Angelis die 9. Iulij 1640. condemnatus Conuentus ad ſoluendum ducatos quadraginta pro expenſis erogatis, penès Iuuenem Magiſtrum Actorum.

Prorex Regni an poſsit delinquenti indulgere pœnam delicti abſque remiſsione Partis, data dilatione ad illam obtinendam, & hoc abſque voto DD. Regentium, deciſum fuit negatiuè, & propterea reſcriptum fuit M. C. V. quòd non obſtante gratia facta per dictum Proregem prædeceſſorem, procederet in cauſa, vt iuris refert Horat. Montan. contr. forenſ. cont. 52. vide ſup. verb. Gratia.

Prorex an poſsit inquirere, in vincula conijcere, vel interdicere Regentibus Reg. Cancell. per literas Regales ſuæ Maieſtatis fuit determinatum, non poſſe, vt latiùs de his agit D. Reg. Sanfelic. dec. 62.

Prorex Regni quando eſſet ſuſpectus pariter omnia Tribunalia Regni ſuſpecta eſſent, donec ipſe adminiſtrauerit, vt pluriesin vtroque Regno deciſum fuit per Suam Maieſtatem, teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 84. & vide infrà verbo Suſpectus.

Proteſtatio an fieri debeat in ſcriptis, vel oretenus ſufficiat aduersùs dominum domus ruentis per conuicinum dubitantem de ruina, licèt abſentem, ſed per intermedias perſonas, ad hoc vt ad intereſſe paſſum teneatur, hoc in facto euenit in cauſa Reu. D. Leonardi Antonij Zoccæ

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitatis Turſij,qui dùm poſsideret certam domum in dicta Ciuitate propè domum Ioſephi Brancalaſsi,in qua aderat certum magnum portale,quod minabatur ruinam, ipſo enim actore abſente,& commorante Neap.per certum temporis ſpatium,cùm id ad ſuas aures perueniſſet, vrbanius agendo inter parentes proteſtatus fuit cum illis de futura ruina,præuia proteſtatione oretenùs facta à perſonis coniunctis, interea caſmate perijt tale portale,& ſupra dictam domum eius ruens,eam ruina affectam deſtruxit, propter quod ipſum conueniri fecerat ad reparationem damni paſsi,& conſtito de prædictis, compilato proceſſu comperitur, per ipſam M.C.fuiſſe abſolutum,prætextu quod talis proteſtatio fieri debuerat in ſcriptis, & non aliter, vt ex gloſſ. in cap. cupientes, §. quod ſi per viginti,de elect.in 6.probat Conſtant.Ruger.in tract.de proteſt.§ 4.num.17.Poſtquam de iure conſtitutum eſt remedium aduersùs dominos domus minantes ruinas,vt ſuccurratur vicino per remedium cautionis damni infecti, l. qui bona,§.qui damni,ff. eod.Quod quidem remedium peti debet, Iudice pro Tribunali ſedente, l.4.§.hoc autem,ff.de dam.inf.Nam tale officiũ Iudicis non impartitur niſi petenti, Sorin. in reg. 197. Gomeſ.in §. item ſi quis, Inſt.de Act. Et talis petitio fieri debet in ſcriptis,vt inde ſuper ea prouideri poſſit per Iudicem ſuper cautione præſtanda. Adeo quod cùm non poterat de tali petitione conſtare, neque de notificatione illius non poterat conſtitui dominus rei ruinam minantis in mora, quæ ſolùm contrahitur per Iudicis officium, vnde ei imputari debuerat,ad tex.in l.cùm poſtulaſſem,ff.eod.tit. cùm igitur talis petitio facta non fuerit, ſi damnum contigerit ante petitam cautionem,dominus non tenetur,ad tex.in l.5.§.fin.ff.eo.Ex parte verò Actoris dicebatur,ſtante eius abſentia non potuiſſe vti tali iuris remedio, ſed quia eius cõſanguinei,licèt oretenùs proteſtati fuiſſent eius nomine,hoc ſibi ſuffragari debuerat. Quapropter talis proteſtatio vndique reddebatur valida, etenim proteſtatio cùm ſit declaratoria animi, vt inquit Bart.in l. non ſolùm, §. morte,num.15.de nou.oper.nũc.cum alijs apud Surd.conſ.136.num.50.vol.1.Honded.conſ.100 num.75.vol.2.Muta dec.82.num.15. Nam declarat animum proteſtantis, Surd. conſ.143.nu. 42.vol.1.cum alijs apud Bertach.verb.Proteſtatio,Muta dec.74 num.32.dec.98. num.18. Nedũ ipſius natura eſt conſeruare ius Partis in futurum, l.ſi debitor,ff.quibus mod.pign. vel hypothec.ſolu.Surd.conſ.385.num.20.vol.3.Maſcar. de probat. concluſ.1170. num. 3. Honded. vbi ſup.Sed etiam ponit ius illius in tuto, Imol.cõſ. 61.num.40.& conſ.24.num.11,Ex eo, quia proteſtans non dicitur agere,nec excipere,Hoſt.in cap.cùm dilectus,de ord.cogn. Infertur ex hoc, quòd licèt non ſit facta in ſcriptis,vtique valida reddebatur,quoniam talis proteſtatio fieri poteſt cum ſcriptura,& ſine adhibitis teſtibus,Bal. in l.ſi quis volente,num.3.C.de negot.geſt. Lãfranc.in cap.quoniam contra,§.ſtatuimus,verb. interlocutoriæ appellationis, verſ.non per hoc, & dato,quòd ſine ſcriptura fieri poſſit, ſecundũ Salic.in l.ſi quis,ff.de neg. geſt. quoniam ſcriptura non eſt de ſubſtantia proteſtationis, niſi in caſibus à iure expreſſis,ſecundùm Bal. in authent.Presbyteros,num.1.C.de Epiſcop.& Cleric.Conſt.Ruger.vbi ſup. vbi concordando opiniones inquit,quòd aut proteſtatio ſit talis,quę ſuccedit in locum actionis, & tunc debet fieri in ſcriptis,per iura ibi allegata, ſed regulariter fieri debet ſine ſcriptis,ſecundùm opinionem Dyni ibi relati, quod non poteſt caſui noſtro adaptari,cùm tale remedium proditum à iure ſit extraordinarium,l.qui bona,§.de illo,ff.eo.& pro eo imploratur officium Iudicis, dict. l.4. §. hoc autem, & proptereà cùm talis proteſtatio facta fuiſſet in abſentia ipſius Actoris per intermédias perſonas ſuorum conſanguineorum, vt in facto probatum erat,valida reputabatur,quia etiam alieno nomine poterit cautio ipſa peti,licèt iuramentum calumniæ debeat interuenire, dict.l.qui bona,§ ſi alieno, quod remittitur parentibus, vt ibi dicitur, prout erat in facto noſtro,quòd verſabatur lis inter coniunctos,multò fortius proteſtari, & ſufficiens erat fieri coram vicinis, Conſtant.Rug.dict.tract.§.4.nu.1. Nec officit, quod non fuerat præſens proteſtãs, ſed abſens, quia proteſtatio non requirit præſentiam,ſecundùm Bal.vbi ſup.quia fieri poteſt per alium eius nomine,& valida erit,vt dixi,& ſi inſpecto iure communi ſimiles proteſtationes fiant per Partes,& non per Iudices, Carpan.ad Conſt.Mediol.cap.140.num.1. Neque obſtabit quod ſi poſt peractam proteſtationem ſucceſſo caſu ruinæ,non fuerit per ipſum D.Leonardum Antonium in iudicio ſuum ius deductum, vt reus cenſeri debeat liberatus à damni reſarcitione, ex dict.l. cùm poſtulaſſem, quoniam id procederet data negligentia ipſius Actoris, vt ibi gloſſ.notat, ſecùs tamen intercedente impedimento ipſius, vt erat in facto, data abſentia eiuſdem Actoris longæua, vt expreſsè cauetur in l.quod fortè,ff.eo.vbi glo. verb. impedimentum,nam impeditus ſaluum ius ſuum retinet per proteſtationem,Minſing.cent.3. obſeru.59. num.1.aut exiſtente impedimento agendi,Corneus conſ.282.lit.V.vol.4. non tamen deſuerat Actori illicò audito damno iura ſua in M.C.V.proponere,& dato,quod tale remedium ceſſaret ex cauſa prædicta, quod principaliter conſiſtere videtur in intereſſe, & expenſis factis,& faciendis,l.in hanc,ff.eo.ſuccederet actio legis Aquiliæ,l.Prætor,§.hoc edictum,ff ad legẽ Aquil.Roff.ed.de libellis,tit.de damn. inf.verſ. ideò dico, pro qua etiam datur. Inſuper non obſtare videbatur,quòd caſu fortuito vi tempeſtatis corruerat dictum portale, ita vt ad tale damnum paſſum teneri non videatur,quoniam id admitti non debet, data inhabilitate portalis minantis ruinam,vt eſt tex.expreſſus in l.fluminum,§.idem ait,ff.eo. Et demùm non procederet in hac facti ſerie diſpoſitio tex. in l. euenit,ff.eo.quòd ſi omnia,quæ iacent rudera non tollerit dominus,non tenetur, quia pro derelictis habentur,iuncta l.Prætor,§.fin. ff.eo. Molin.de iuſtitia,& iure,tit.de dam dat.ex quo in facto apparebat,rudera omnia tolli, & in proprios vſus cõuertiſſe. Ex quibus facta relatione in S.R.C.per Reg.Cõſ..D.Mich. Salamãca nũc digniſſimmum Regentem in Supremo Italiæ Conſilio, de menſe Maij 1643.fuit deciſum per idem S.C.bene appellatum, & malè iudicatum

&

Digitized by Google

& proindè condemnetur Conuentus ad ſoluẽdum ducatos quindecim, in Banca Solatij, de qua re etiam mentio habetur inſtrà verb. Vicious, vbi alia annotaui huic conſereotia.

Prouocatus ſi exceſſerit moderamen inculpatæ tutelæ an teneatur ad damna, & intereſſe offenſo, deciſum fuit affirmatiuè, ita D. Reg. Sanſelic. dec. 53. ſub n. 34.

Proximior an admitti debeat ad hæreditatem defuncti, ſtante repudiatione illius per filias inde inſtantes, etiam per viam reſtitutionis in integrum, decretum præambuli factum in beneficium proximioris annullati, cũ quibus etiã cõcurrere prætendebat filia vnius ex dictis filiabus, ſtante renunciatione matris, fuit per S.C. datus terminus in cauſa, refert Dominus Regens Hector Capycius Latro conſul. 119. vol. 2.

Proximiori agnato ſuccedenti agnato defuncto de iure Conſuetudinario huius Ciuitatis, ad quem bona antiqua peruenire debent, an ipſa iure hæreditario, prout nouiſſimè probat Io. Baptiſta Bilotta in conſult. 19. vel ex diſpoſitione dictæ Conſuetudinis debeantur ex propria ipſius perſona, ita vt ad onera non teneatur, vel teneri aſtringatur, Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 4. quæſt. 61. articulum iſtum pro vtraque parte examinat, demùm concludit adductis rationibus, ac deciſionibus hinc inde factis, quòd agnatus ſuccedens agnato ex propria perſona vigore dictæ Conſuetudinis ſuccedit, ita vt nec ad onera teneatur, cæterùm autem ſi fuerit a defuncto hæres inſtitutus, proculdubio teneretur ad onera hæreditatis pro medietate bonorum, de quibus diſponere poterat, & in defectum pro alia medietate debita agnato, & hoc in ſubſidium, ſicque ſucceſſo obitu quondam Beatricis Vrbanæ filiæ quondam Io. Michaelis Vrbani V. I. D. viri Mattiæ Pironto, cui fuerat certa dos promiſſa à Franciſco, & Carolo Pironto fratribus, & remanſo certo annuo redditu ducatorum 40. debito ſuper certa domo ſita in platea Ruæ Catalanæ comparuerunt Virgilia Pironto, Angela, & Lucretia de Thoro filiæ quondam Iulij de Thoto fratris mei, & quondam Diamantis Pironto, nec non Io. Dominicus Vignatulus pater, & tutor filiorum q. Portiæ Pironto, neptes ipſius q. Beatricis, & petierunt partem ducatorum viginti ex dictis ducat. quadraginta pro rata, nàm altera pars ducatorum 20. pertinebat, & ſpectabat ad Vincentiũ, & Paulũ Pironto V. I. D. paritèr nepotes ipſius quondam Beatricis, & huiuſmodi fuit interpoſitum decretum per D. Reg. Conſil. Franciſcum Antonium Muſceptulam in anno 1640. vt ex actis in Banca Cantone, elapſis indè quatuor annis comparuit in Sacro Conſilio Lucretia de Thoto, tàm pro ſe, quàm vti hæres eiuſdem quondam Angelæ, & petijt ratam ducatorum viginti, iuxtà formam alterius decreti, & per bina alia decreta ita prouiſum, mandando penſionarijs, quod ſoluerent annatas prætetitas, ſe oppoſuit præfata Virgilia, & obtinuit verbum fieri in S. R. C. veris expoſitis, prætendendo, bona prædicta rediſſe ad hæredes dotantium, & conſequenter debere priùs ſolui debita per eos facta, & inter cætera ad prætenſam eius dotationem, præſupponendo etiam, annuos redditus dictorum ducatorum 20. ſoluiſſe eidem quondam Beatrici ex ſua portione ſibi debita ex cauſa dotis ad excludendum dict. Io. Dominicum nomine, vt ſuprà à tali portione prætenſa, ac etiam ipſam Lucretiam, ſed replicaui, omnes ipſas neptes ſuccedere prædictæ defunctæ vltimè morienti, quæ fecerat ſuum hæredem Claudiam Vrbanam ſororem conſanguineam, prætermiſſis ipſis neptibus, non tamen facta aliqua diſpoſitione de dictis bonis antiquis, & ſic ſuccedebant ex propria earum perſona, vigore dictæ Conſuetudinis, non tamen vti hæredes ipſius Beatricis, cum ab ea non fuiſſent inſtitutæ, ſed dicta Claudia, & inſuper quia ex actis apparebant plures liberationes factæ per Sacrum Conſilium eidem quondam Beatrici de penſionibus eiuſdem domus, & non de proprio ære ipſius Virgiliæ, ideò die 5. Nouẽb. 1644. fuit per eundẽ cauſæ Commiſſarium auditis partibus prouiſum, quod diſtribuantur dicti duc. viginti ipſis neptibus pro rata cuiuſcunque ex penſionibus eiuſdem domus, quemadmodùm ſoluebantur dictæ quondam Beatrici, penès Spetam Magiſt. Actor. licèt pendeat relatio facienda de hoc in Sac. Conſil.

Proximiores, vel ex parte patris, vel ex parte matris an admittantur ad ſuceſſionem medietatis bonorum iuxtà Conſuetudinem Neapolitanam, ſi bona ipſa ad aliã lineã peruenerint hoc eſt de linea paterna ad maternã, & è contra & ſic per mutationem perſonarum dicatur mutata conditio bonorum, circa hoc adſunt contrariæ deciſiones, quarum vna refertur à Colutio Copula, altera à Stephano de Gaeta, quas examinat nouiſſimè Horat. Montan. controuerſ. forenſ. cap. 1. num. 35. & per totam. Nihilominùs in cauſa Laurentij, & Io. Baptiſtæ de Alexandro cum Iſabella Sanſelice refertur deciſum, non fuiſſe mutatam lineam, prætextu mutationis perſonę, & ſic fuit condemnata ipſa Camilla ad medietatem bonorum ei obuentorum vna cum intereſſe, vt ex actis in Banca Plinij Iuuenis Mag. Act.

Publicatio in cauſa reclamationis interpoſitæ à ſententia lata per S C. an impediri poſſit, prætextu quod non fuerat totalitèr ipſa ſententia executa, ſed in partem, cùm fuiſſet prolata ſententia per S.C. die 13. Febr. 1636. in beneficium Berardini, & D. Saluatoris de Ianuario donatariorum Io. Baptiſtæ de Regina contra Ioannem Berardinum, & Franciſcum Schectinos, Honofrium, & Mattheum de Puorto, per quam fuit declaratum, annuos ducatos ſeptem pro capitale ducatorum centum ſequeſtratos ſpectauiſſe, & ſpectare ad prædictos D. Saluatorem, & Berardinum de Ianuario, ab ipſa ſententia reclamauerunt præfati Schectini, & de Puorto, qui proſequendo cauſam reclamationis, dùm ad actum publicationis in cauſa deuentũ fuerat, oppoſuerunt præfati Berardinus, & D. Saluator prætendentes, dictam ſententiam adhuc non eſſe exequutam, & conſequentèr non potuiſſe procedi ad proſequutionem iudicij reclamationis, ex diſpoſitione pragmatic. 5. de Offic. *S. R. C.* Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 7. gloſſa condemnando num. 99. & lib. 2. gloſſ. ſententia, num. 115. Carauit. in ritu 252. num. 15. Iul. Cæſar Gallupp, in praxi S. C. p. 3. cap. 4. num. 36. Præſ. de Franch. dec. 646. in fine, Reg. Rouit. in dec. 71. n. 15.

num.15.*Reg.*Hector Capyc.Latro dec.72.n.17. & 18.vbi aſſerit,niſi in totum fuerit executa,nõ admitteretur reclamatio,& ſucceſſiuè proceſſus ad vlteriora,prout in ſimili deciſum refert Præſ. de Franch.dec.603.vbi pro executione ſententiæ reus ſe obligauerat pro capitale ad ſoluendum redditus,prætendendo,adimpletum fuiſſe, & proinde cogi non potuiſſe vigore ſententiæ, ſed inſtrumenti inde confecti.Et cùm fuiſſet cõtrarium domi prouiſum per cauſæ Commiſſarium die 14.Aprilis 1636.decernendo, quòd fieret publicatio in forma in cauſa reclamationis, cum termino dierum duorum ad percunctaodũ examen, oppoſitis non obſtantibus fuit ab hoc decreto appellatum,& obtentum, verbum fieri in S.C.ex parte ipſorum Berardini, &D. Saluatoris prætendentium,executionem dictæ ſententiæ fuiſſe impeditam culpa ipſorum de Schectino,& Puorto, eò quia cùm fuiſſet prouiſum per dictum Cauſæ Commiſſarium pro executione dictæ ſententiæ, vt liberarentur ipſis Berardino,& D. Saluatori ducati 21.pro tribus annatis finitis,præfati Schectini,& Puorto reclamauerunt,& obtinuerunt,verbum fieri in S.C. & ſic cùm impedirent decreti,& ſententiæ executionem,non potuerunt eorum effectum ſortiti,propter quod procedi non poterat in cauſa reclamationis,quemadmodùm in ſpoliato dicitur,qui ſi non integraliter reſtitutus fuerit, poterit petitorium ſuſpendere in quacunque parte illius,& dicere,quòd non ſit facta reſtitutio, ne vlteriùs recognoſcant.Puteus dec.298.par.2.Sed replicabatur ex parte ipſorum de Schectino,& Puorto,prędicta procedere ab initio prolationis ſententiæ.Verumtamen quando Pars pateretur ad vlteriora procedi in cauſa reclamationis,tũc ſibi præiudicare videretur in executione ſententiæ,ex Surd.dec.14.num. 9. probat Gallup. vbi ſuprà,num.38.& ex Præſ.de Franch.notat Reg. Galeota controu.tom.2.controu.46.num.7.quæ eſt deciſ.290.in princ.vbi licèt referat,deciſum fuiſſe, vt non procederetur ad expeditionem cauſæ reclamationis,niſi executis decretis S.C. proceſſerat,quia ibi pupilli fuerant condemnati, nec aliter ex eorum parte oppoſitum,non potuiſſe procedi ad vlteriora,propter quod læſi videbantur ex ijs,vnde S.C.motum fuit ob magnũ præiudicium,quod ex hoc pupillis oriebatur,& his conueniunt relata per Sforz Odd. de reſtitutione in integrum,par.2.quæſt.64.nu.47. & vigore reſtitutionis prædictæ talis deciſio proceſſit,vt aduertit ibi Gallup. dict. num.38. At in caſu noſtro Actores erant maiores,& bene poterant ab initio opponere,ne vlteriùs procederetur,niſi executa ſententia , & non pati proceſſum ad vlteriora in cauſa,non mirũ ſi ſibi ipſis præiudicauerant,& hoc iure comprobatũ eſt in conſimili,quod de ſpolio dicitur, quoniã ſpoliatus ante omnia erit reſtituendus,ex regula cap.reintegrandæ 3,quæſt.1.Puteus dec.232. num.4.par.1.Borgn.dec.44.nu.108.par.1.Oſaſc. dec.116.num.6.latè Farinac.in repert. iudicial. quæſt.23 & deciſum tradit Seraſin.dec.1345.n. 5.Nec aliter procedi poterit in cauſa petitorij pro ſpoliatore,niſi fuerit ſpoliatus reſtitutus,Puteus dec.56.num.82.par.1.Borgn. dec. 20. num. 35.par.4. Achill.de Graſſ.dec.122.ſeù 17. de reſtit.ſpoliat,Farinac.dec.365.num.10. tom.1,Ea propter ſi paſſus eſſet ſpoliatus in cauſa petitorij,ad tex.in cap.1.de reſtit. ſpoliat. cum alijs collectis per Menochium de recup. poſſeſſ.remed.1.num.161.ſecùs eſſet. Nec proinde obſtabit deciſ.de Franch.603.quia ibi condemnatus reus fuerat ad ſoluendum certam pecuniarum quãtitatem, pro qua ſe obligauerat correſpondere in tot annuos introitus,& elapſo anno creditor intendabat agere vigore ſententiæ pro omnibus,quia defecerat in ſolutione, licèt ex aduerſo prætenſum eſſet, agi debere vigore inſtrumenti inde celebrati,nec aliter fuerat admiſſus,poſtquam ſententiæ non fuerat paritum iuxta illius formam, ſed per æquipollens, quoniam verba ſententiæ non limitantur,neque intelliguntur ſecundùm naturam petitionis , aut obligationis præcedentis, ſed ſecundùm ſe, hoc eſt ſecundùm quod verba ipſa ex ſe important, Cancer.var.reſol.tom.3.cap.17.num. 349. quod non erat in caſu præmiſſo,ex quo omnes erant creditores.& concurrebant ſuper ſatisfactione dicti annui redditus per alium tertium,ſicque per ſententiam condemnatoriam non inducitur nouatio executiua primæ obligationis , ſed accumulatiua,idem Cancer.dict. tom.3.eo.cap. 17,num. 289.& 290. Ideò die 24. Maij 1636. Neap. Facto de prædictis verbo in *S.R* C.per Magnificum V.I.D.Hectorem Capycium Latro cauſæ Commiſſarium. Per S R. C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per Magnificum cauſæ Commiſſarium ſub die 14. Aprilis proximi præteriti. Hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius , in Banca Plinij Iuuenis,olim Romani Mag. Act.

Puniri ſtatuitur in nouella Pragmatica reus ex inditijs indubitatis pœna ordinaria,ſtante delicti atrocitate,idcircò cùm quidam fuiſſet repertus in domo,vbi occiſa reperiebatur mulier, & ipſe cruore plenus,& confeſſus, licèt extraiudicialiter,repertoque etiam cultro, quamuis coram Iudice negauerit,fuit deciſum pœna mortis plectendum,Dominus Regens Sanfelicius dec.47. num. 8.

Puniri an debeat pœna mortis naturalis Relegatus in Inſulam,ſi fractis finibus aufugerit, & quid in fugiente ex triremibus, cùm præteritis annis de his contigiſſet controuerti,iuſſum fuit per Spectabilem tunc Præſidem S. C. quòd hic punctus decideretur iunctis omnibus Conſiliariis S.C.vt dixit Præſ. de Franch. dec.540. num.1.vbi non poſuit formam decreti huiuſmodi,placuit eam inſeri, cùm poſſit ad multa deſeruire , eius ſiquidem forma eſt, videlicet. Suborta difficultate in S.R.C. ſi deportati , qui exceſſerint,ſeù euaſerint fines eorum deportationis, debeant puniri pœna mortis naturalis, & pariter an condemnatis ad remigandum, eorum vita durante eadem vltimi ſupplicii pœna ſit irroganda,die 27 menſis Nouembris 1568. Neap. Congregato dicto Sacro Conſilio pro deciſione difficultatis prædictæ, habitaque matura diſcuſſione ſuper interpretatione iurium dicentium, deportatos in caſu prædicto debere capite puniri. Præſide in eodem S C Magnifico,& Circunſpecto Thoma Salernitano, aſsiſtentibus ſubſcriptis Magnificis Regiis Conſiliariis,audito in omnibus Magnifico Reg.Fiſci Patrono.Dictum S.C. decreuit , interpretatur,

atque

declarat, deportatos excedentes fines eorum deportationis incidere in pœnam mortis naturalis, eoſque pœna prædicta plecti, & puniri debere, niſi ex iuſta cauſa à iure conſiderata, & Ius dicentibus remiſſa aliter in occurrentibus caſibus videretur, quod verò attinet ad Remiges perpetuò triremibus addictos, & ab illis refugas, cùm iura in eos nihil ſtatuerint, veluti pœna iſta tunc non cognita, vſuue recepta S.C. decreuit, in eandem debere redire pœnæ executionẽ, niſi mortis pœnam in ſententia Iudex fuerit cõminatus. Salernitanus Præſidens. Io. And. de Curte, de Altomare, Antonius Orificius, Antonius Cadena. Ludouicus Quadra, Vincentius de Franchis, Cæſar Vitellius, Cæſar Aldana, Annibal Cæſarius Secretarius. Ad comprobationẽ huiuſmodi decreti conferunt allegata in iure per eundem Præſidem de Franch. dict. dec. 140. à num. 3 ad 7. & cum hac reſidet opinione, quã ſequuti ſunt nonnulli Doctores per nos relati in prima parte noſtri Compendij, verbo Deportati, & vltra eos Guazzin. in tract. ad defenſam, in 3. defenſ. cap. 4. num. 27. Reg. Conſtan. in l. 1. C. de claſſic. lib. 11. num. 45. Cenſerem autem, hoc decretum eſſe intelligendum de deportatis in perpetuum, hoc eſt vita durante, quia maior pœna imponi non poteſt, quàm mortis, poſtquã reſpectu deportatorum ad tempus Doctores voluerunt, pœnam eſſe duplicandam, vt ex Bart. & alijs refert Campan. in cap. Item prædicti Ammirati, & Viceammirati, &c. num. 19. & ibi verſ. & quando fuit relegatus per decennium, ſi refugit, perpetuatur tempus, ex l. aut damnum, §. quiſquis, vbi Doct. ff. de pœn. vt quoque ſectatur D. Reg. Tapia in ſuo Iure Regni, tom. 5. tit. 51. de relegatis, num. 1. Aut pœna mortis fuerit comminata per Iudicem, ad quam reus ſe obligauerit, quo nãm caſu illam patietur, vt deciſum tradidi ſuprà in verbo pœna mortis, par. 3. & in contingentia facti ita iudicatum Mediolani teſtatur Petrus in ſuo faſciculo etiam in §. exilium, in quæſt. inc. Io. Angelus Lucinus, fol. 525. Sed quid ſi reus, nullo præcedente Iudicis præcepto comminatorio ad talem pœnam ſe obligauit, an ſucceſſo caſu contrauentionis, exequi debeat pœna mortis, hoc de facto nuper contingit difficultati in Regia Camera Summariæ, & videbatur negandum, ex regula vulgata, quia nemo eſt dominus ſuorum membrorum, ad tex. in l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam. In tantùm eſt verum, quòd ſi quis ſibi mortem conſciuerit, ſucceſſo eius obitu, in pœnam ſui criminis puniri debet in corpore, l. 1. ff. de his, qui ſibi mort. conſc. latè Farinac. in eius praxi, tit. de homicid. quæſt. 128. per totam. Quanquam ex diſpoſitione vltimæ Pragmaticæ editæ poſt interpoſitionem prædicti decreti in anno 1581. in Pragm. 5. de releg. diſpoſitum circa hoc apparet ad ſupplicationem huius Fideliſſimæ Ciuitatis, quòd reſpectu condemnatorum ad exilium, vel relegationem, qui fideiuſſionem non præſtiterunt de ſeruandis finibus mitti debeant ſub eorum obligatione, & iuramento, qui ſi fines non ſeruauerint, condemnabuntur ad inſeruiẽdum in triremibus pro toto tempore, quod non obſeruauerunt relegationem, ſeu exilium, abſq. reſpectu duplicationis temporis. Reſeruato tamen arbitrio Suæ Excellentiæ quoad perſonas qualificatas, quæ ad inſeruiendum non erit conueniens, vt aduertit Reg. Rouit. in Pragmatica 2. de releg. & ſi forte cautio præſtita fuiſſet ab eis, & contigerit fractio exilij, ſeù deportationis, tunc vltra executionem pœnæ, pœnam duplicationis quoque ſubibunt, contra deciſa per Annam in allegat. 40. & docet D. Reg. Tapia vbi ſuprà, vbi praxim adducit de hoc, vt præuia lectura dictæ Pragmaticæ reis facta ſe obligare debeant. Reſpectu condemnatorum ad triremes idem ius erit ſtatuendum, ſi in perpetuum fuerint rei condemnati ad inſeruiendum, ſeù eorum vita durante, vt locum vindicet pœna mortis, ſi in ſententia fuerit comminata pœna mortis, vt tradit Præſ. de Franch. dict. deciſ. 140. à num. 8. ad finem, quem ſequitur D. Reg. Tapia dict. par. 5. tit. 51 ſuper Pragm. 8. ſin autẽ ad tempus, pœna duplicationis temporis reſultaret, vt quotidie practicari, teſtatur D. Regẽs Tapia ſuper dicta pragm. 8. & deciſum retuli in 3. parte, verbo fugiens, nam fuit vita durante condemnatus ad inſeruiendum. Quantum verò ad condemnatos in exilium in perpetuum, ſi fines non ſeruauerint, de iure communi, non erit certa pœna ſtatuta, ideò poterant arbitrariè puniri, ex Figuera dec. 41. num. 10. probat Regẽs Rouit. in pragm. 3. de releg. Sin autem ad tempus condemnati fuerint, de iure communi condemnatus ad exulandum ad certum tempus, ſi reuertatur ad Ciuitatem, debet incarcerari, & ibi debet ſtare tantùm quòd compleat tempus exilij, probatur in l. omnes, C. de pœn. vbi Bal. Pet. Rauen. in eius dictis notab. extrauag. inc. quæro fuit, fol. 158. ſed veriùs duplicabitur exilium, ſi duplicando non excedit decennium, aliàs deportatur in inſulam, & tempus carceris computabitur in exilium, l. aut damnum, §. quiſquis, ff. de pœn. Scagl. in pragm. 1. de duello, num. 66. ex diſpoſitione pragm. 4. de releg. apparet exilium pro fractura liminis in Regijs triremibus, non vltra annos decem duplicetur, quã citat Amend. ad Franch. dec. 186. n. 9. aſſequitur D. Reg. Tap. in d. tom. 5. rub. de releg. ſuper pragm. 2.

Punitus ſemel de delicto an poterit iterum puniri de eodem ex ſuperuenientia aliarum qualitatum eiuſdem delicti, deciſum fuit negatiuè, niſi qualitates ſuperuenientes diuerſificarent delictum, quo caſu iterum pro illis puniri deberet, ita D. Reg. Sanfel. dec. 138. n. 6. & 7.

Q

QVALITAS Notarii mortui requiſita in reaſſumptione inſtrumenti debet probari, vt deciſum tradit per S.C. Nouar. in Pragm. 2. collect. 3. de fide, & auctor. inſt. ſub n. 15.

Qualitas aſſaſſinij probari an poſſit nedùm iudicialiter, ſed etiam extraiudicialiter, hoc eſt oretenùs, ad hoc vt aſſaſſinus non

Digitized by Google

potiatur ſuo priuilegio, affirmatiuè fuit deciſum per Collaterale Conſilium, refert Dominus Regens Sanfelicius deciſion. 137. ſub n. 2. in fine.

Querelæ expoſitæ contra Officiales in Syndicatu ſine præſentata per extenſum iuxta Pragmaticā, an valeant, vel reijci debeāt, deciſū patet ſup. in verb. Nullitas.

Quartāriæ, ſeù laudemia an debeantur domino emphyteuſis rei pluries, ſeù bis alienatæ, ac etiā ſi vna alienatio proceſſerit ex cauſa eiuſdem rei in dotem æſtimatæ datæ, hoc accidit controuerti in M. C. ad inſtantiam Abb. Marii Rocco, & Beneficiati Eccleſiæ S. Mariæ Caſtelli Terræ Vallis feudi Eccleſiæ Sanctiſſimæ Annunciationis Neap. cum Ioanne Maſſarono, & quod plura laudemia debeantur pro pluribus alienationibus factis, deciſum fuit aliàs per S. C. in facti contingentia vt dixi in 3. parte noſtri Compendii, ſect. 2. verbo Laudemia, ſimiliter in caſu dationis rei æſtimatæ in dotem datæ, eodemque loco eiuſdem compendii probaui, ex multis, quibus addo Maſtrill. dec. Sicil. 149. in verbo Laudemium, ita deciſum S. C. in facto, prout ita per M. C. V. deciſum refertur in propoſito caſu, in Banca Salerni.

Quietatio generalis ſeù tranſactio facta inter debitorem, & creditorem de omnibus debitis, & creditis quomodo apparentibus, an comprehendat debitum vigore apocæ Bancariæ, videbatur dicendum, non aliter comprehendi poſſe, vt prætendebat Ioanna Sparra hæres quondam Fabritii Palumbi contra Franciſcum Paduanum debitorem vigore apocæ Bancariæ in notabili ſumma pecuniarum, & illius vigore conuentum, fuerunt contra ipſum expeditæ literæ executoriales in forma Regiæ Pragmaticæ 13. Comitis Mirandæ, cap. 2. quæ eſt in Prag. 64. § 8. de offic. Procur. Cæſ. de qua meminit etiam Galter. in prax. inſt. par. 1. par. 1. rub. 6. num. 46. Ex aduerſo ex parte ipſius debitoris allegabatur ſolemne conſilium Hondedei 49. vol. 1. vbi ex profeſſo articulum examinat, quando tranſactio ad ſpecificata tantùm reſtringatur, ſeu ad omnia alia etiam non expreſſa extendatur ad declarationem materiæ hſi de certa, C. de tranſact. vbi num. 9. dixit, quòd liberatio generalis indiſtinctè de omnibus facta intelligatur, & ibi alia conſequentia deducit, & liberatio generalis extenditur ad omnia, ſi dicatur, quòd ad incognita debeat extendi, Pettazol. de clauſ. in clauſula 21. gloſſ. 13. num. 2. vbi num. 3. idem in tranſactione dixit procedere, ad quod etiam Marant. in ſuis ſingul. verbo tranſactio, ſol. 112. alia tradit. Et in hanc ſententiam inclinauit M. C. V. per quam fuit deciſum, quòd infra quatuor dies audirentur Partes, ſuſpenſis literis executorialibus, ad relationem Thomæ de Caera Patritii Neap. ac Iudicis illius benemeriti, meique amiciſſimi, iunctis Dominis Iudicibus duarum Aularum, de anno 1643. menſe Aprilis, in Banca Auerſani.

Quietatio, ſiuè liberatio generaliſſima contenta in tranſactione habita inter litigantes, an comprehendat omnes, & quaſcunque ſummas, & partitas, etiam extra cauſam adminiſtrationis tutelæ, & inſuper quia vnus ipſorum contrahentium reſeruationem quandam in ſui beneficium fecerat vſque ad certum tempus certarum partitarum in libris non deſcriptarum, ſi extendebatur ad exactas ante datum tempus, vt cenſeantur remiſſæ, quamuis in libris non fuiſſent deſcriptæ, vt prætendebat Donna Maria Rauaſchera aduerſus Ill. Principem Satriani, pro quo in iure allegauit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controu. iur. tom. 1. controu. 42. vbi in calce inquit: Die Lunæ 29. Aprilis 1615. referente D. Reg. Marco Antonio de Ponte Marchione S. Angeli, & S. C. Præſide doctiſſimo, cum interuentu Conſil. Matthæi Parigni adiuncti in Collaterali Conſilio fuit decretum pro voto D. Docis Satriani Principis, iuxta hæc ſcripta, & fuit deciſio facta per veros ſuffragiorum, & proceſſus eſt penes Magiſtrum Actorum de Felice.

Quietatio debitè facta in beneficium debitoris per tutorem, qui ſolemnia non adimpleuit, & ſi poſt illam quietationem adimpleuerit, attenta læſione in remedia, an valida reputari debeat, cùm Michael Angelus de Auitabile heres quondam Nicolai Ioannis curato feciſſet Lucium, & fratres de Canauacciolo ſuper tenore inſtrumenti pro duc. centum pro rata ad eū ſpectante, Curia pro Tribunali ſedente præſentauerunt quietationem factam in eorum beneficium à Vincentia Longobarda matre ipſius Michaelis Angeli, & tutrice, & per ipſam M. C. V. fuerunt liberati, & confirmatum per S. C. fuit coactus præfatus Actor eiuſque nomine eius fratris, & cohæres expoſtulare in eadem M. C. talem quietationem eſſe nullam, & inualidam, vt factam à perſona, quæ non adimpleuerat ſolemnia, & cum læſione geſtam, & proindè illos Conuentos condemnari ad ſolutionem ducatorum 200. vna cum intereſſe, & damnis, & redditione computi ſocietatis doliorum initæ inter ipſos, & dictum quondam Nicolaum Ioannem eius patrem, ac illorum reſtitutionem, quamuis poſt confectionem dictæ quietationis ipſa tutrix adimpleuiſſet ſolemnia, non obſtante, tàm ratione pſt eam confecto, & attenta læſione interpoſita. Pro confirmatione præmiſſorum dicebatur ex parte ipſorum Actorum, de iure eſſe certum, quòd tutori eſt interdicta adminiſtratio antequam ſatiſdet, vel ſe obliget vtilia agere, & inutilia prætermittere, ac rem pupilli ſaluam fore, & alia contenta in dec. Capyc. 50. adimpleat, ex tex. in l. fin. C. de tut. vel Curat. quando ſatiſd. non ded. Guido Papa dec. 330. Capel. Toloſ. quæſt. 63. in addit. Minſing. obſeru. 39 cent. 6. Præſ. de Franch. dec. 206. ſub num. 10. ex Bart. in l. legitimus, in princ. & ſub num. 7. de leg. tut. Nam ſtatim interpoſito decreto tutelæ, & adminiſtrationis tenetur cautionem præſtare, vel ſe obligare, Salic. in dict. l. fin. ſub num. 1. ibi illud in ſatiſdat. In tantùm, quòd interim geſta ſunt nulla, Rota Genuæ dec. 18. n. 2. Præſ. de Franch. dict. dec. 206. ſub num. 10. Paul. Æmil. dec 414. par. 2. & dec. 324. par. 3. Marant. in ſuo ſpecul. diſt. 16. num. 52. & in ſe non habet limitationem regula prædicta, niſi quando fecerit actum vtilem pro pupillo, vel quod alienaret rem tempore perituram, quod non erat in caſu præmiſſo, ex tex. in dict. l. fin. Guido Papa quæſt. 330. Viſil. ad Afflict. dec. 265. ſub nu. 8. quoniam eo caſu, etiam quod non fuiſſet tutor,

sed

ſed credebatur valere geſta, Beto. quæſt. 68. Nec proinde ſuffragabatur adimplementum poſt quietationem factam, ita vt conualidaretur contractus medio tempore celebratus, tum quia adeſſet iuris repugnantia, & omnia medio tempore geſta ſunt nulla, tum etiam quia tempore adimplementi iam erat extincta hypotheca, ac cura ipſius tutricis, eò quia eius filij erant maiores, immò prædictus Michael fuerat declaratus maior per decretum, quia erat ætatis annorum 24. & eius frater Franciſcus annorum 21. adeò quod poſt inuentarium, & adimplementum, eaquè de iure teneretur tutor, acta interim, & quietatio erint nulla, Caualc. in tract. de tut. & curat. cap. 16. num. 23. Rota Pedemont. dec. 58. num. 19. & ſeqq. ex Bart. in l. legitimos, num. 1. & ſeqq. ff. de leg. tut. Aret. in §. actionũ, num. 33. In fin. & ſeqq. de act. Ruin. conſ. 29. nu. 10. vol. 5. Aufrer. in addit. ad Capell. Toloſ. dec. 63. In tantùm hoc eſt verum, quòd teneretur ad expenſas in lite medio tempore reficere, idem Bart. loco ſuprà citato, Marania in 4. par. diſt. 16. num. 33. Caualc. dict. cap. num. 52. vbi alios citat, nec propterea ſi adimplementum ſubſequeretur, daretur retrotractio quòad medio tempore geſta, Caualc. eo. tract. cap. 1. num. 23. vbi allegat Rip. conſ. 28. num. 10. vol. 1. Aufr. in addit. ad Capell. Toloſ. dec. 63. Concurrebat etiam læſio, dùm inſtrumentum crediti cantabat pro sũma ducatorum 200. & ipſa tutrix illud remiſerat pro ducatis 50. cum alia quietatione ſocietatis prædictæ facta in beneficium ipſorum creditorum. Quocirca non ſolùm per M. C. fuerunt cõdemnati Conuenti ad ſolutionem dictorum ducarorum 200. cum intereſſe, ac etiam ad redditionem computorum eum reliquorum reſtitutione, in qua habeatur ratio de pretenſis per eoſdem Conuentos, ſed etiam per S. C. confirmatum, vt patet ex actis in Banca Bortelli Mag. Actorum.

R

RAPIENS virginem volentem ob prætenſum matrimonium tractatum, qua pœna puniri debeat, in facto contingit, dum poſt raptum fuiſſet in via captus raptor inſimul cum rapta falſis ſuaſionibus inducta, vt matrimonium cõtraheretur, fuit per M. C. V condemnatus ad mortem, D. Regens Sanfelicius deciſion. 267. de quo caſu mentio habetur in tertia parte noſtri Compendii, verb. *Raptor*. vbi omnia referuntur, & caſus cauſæ narratur.

Rationes adminiſtrationis tutelæ vbi reddi debeant, refertur deciſio infrà in verb. Tutor.

Rationes adminiſtrationis officij reddere an teneatur Magiſter Actorum, ſiue Actuarius intereſſe in eo habentibus, & concluſiuè procedendo abſque dubio rationes reddere aſtringitur, eo ſiquidem præſuppoſito, ex quo dominium officij non datur, ſed transfertur duntaxat quidam titulus ad finem vtendi, & adminiſtrandi, atque exercendi, vt refert Reg. de Ponte dec. 28. num. 6. & 7. hinc quòd conceſſa poteſtate nominandi, ſeù eligendi videtur dominum, ſeù cõcedentem feciſſe, & quòad hoc diſponens erit nudus miniſter, qui facultatem à domino datam deducit in exercitium, Idem in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu Regio, §. 2. num. 50. quo fit vt nominans reputetur nudus Miniſter in nominando, Conſ. Marcian. conſ. 43. num. 6. verùm quia in officiis ſola adminiſtratio datur, & non tranſmiſſio, Marta voto 40. num. 13. Frãciſcus de Amicis in rep. cap. 1. de his, qui feud. dat. poſſ. §. natura, fol. 62. Idcircò adminiſtrator nil poſſidere dicitur nomine proprio, ſed omnia nomine, & contemplatione veri domini, & ſemper attenditur perſona eius, cuius nomine actus geritur, nam officiorum natura eſt potiſſimùm Magiſtri Actorum, vt ſola adminiſtratio concedatur, remanente integro pleno dominio in poſſe Regis, Paul. Staiban. conſ. 119. num. 6. & 11. adminiſtrator enim nudum præſtat miniſterium, Reg. Galeot. controu. 2. num. 36. tom. 2. & non ab re quilibet adminiſtrator, ſiue neceſſarius, ſiue voluntarius, ſiue à lege, Iudice, vel Parte fuerit conſtitutus, vel etiam ſine mãdato adminiſtrauerit, illis, quibus intereſt rationem reddere tenetur, vt probat Eſcobar de ratioc. cap. 3. num. 32. & frater adminiſtrans bona communia, tenetur de geſtis, & adminiſtratis rationem reddere, ex multis probat nouiſſimè Ioannes Baptiſta Gargiar. in ſingul. 50. num. 5. & ideò in cauſa Ioannis Andreæ Borrelli cum Thòma, & Iacobo Borrellis, fuit ſequens ſententia prolata per S C. In Dei Nomine, Amen. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ, & in noſtro S. C. exhibita, & præſentata pro parte Egregii Ioannis Andreæ Borrelli contra Egregios Iacobum Antonium, & Thomam Burrellos eius fratres, tenor cuius eſt, videlicet. S R. M. Viſaque comparitione in eodem noſtro S. R. C. exhibita pro parte prædictorum Iacobi Antonii, & Thomæ, ſub die 12. menſis Decemb. 1579 & reconuentione in ea facta per prædictos Iacobũ Antonium, & Thomam contra prædictum Egregium Ioannem Andream. Viſis deniquè videndis. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, decernimus, & declaramus, ac ſententiamus, emolumenta percepta, & percipienda per dictum Egregium Ioannem Andreã Borrellum ex ufficio Magiſtratus dicti noſtri S. C. in actis deducti, fuiſſe, & eſſe communia inter prædictum Egregium Ioannem Andream, & prædictos Iacobum Antonium, & Thomam Borrellos eius fratres, dictaque emolumenta debere inter eos diuidi, vnà cum aliis bonis remanſis in hæreditate Nobilis quondam *Berardini* Borrelli eorum communis patris, & proinde prędictum Egregium Ioannem Andream condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout ipſum præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad communicandum emolumenta prædicta tam pro præterito, quàm in futurum cum dictis Iacobo Antonio, & Thoma, nec non eadem præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus eundem Egregium Ioannẽ Andream ad reddendum computa præ-

dictis eius fratribus tam de emolumentis prædictis per eum perceptis, quàm de alija introitibus, & bonis quibuſcunque perceptis de hæreditate prædicta quondam Bernardini, & ad reliqua reſtituendum, in qua computi redditione habebitur ratio de induſtria, & labore eiuſdē Egregij Ioannis Andreæ in exercitio officij prędicti, & de pecunia per eundem ſoluta in emptione officij prædicti, vltra quantitates ſolutas, & peruentas de bonis, & hæreditate dicti quondam Berardini, liquidandis omnibus tempore executionis huius noſtrę diffinitiuæ ſententiæ, neutram Partium in expenſis condemnantes ex cauſa. Hanc eandem, &c. Ferdinandus Fornarius. Lecta, lata die 7. menſis Maij 1582. Neap. &c. penès Koppulum, inde de Ferrariis, nunc Spera.

Reclamare an liceat à decreto plura capita continente, & connexa, quoties vnico verbo oratio regatur, & eſſet indiuiduum, deciſum fuit per R.C. negatiuè, vt tradit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in reſp. fiſcali 29. deciſion. 2. num. 10. ad 13.

Reclamatio an admittatur circa remedia Capitulorum Regni, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa Monaſterij S. Dominici cum Marco Cæſare Muſcatello in anno 1574. Nouar. in Pragmatica 5. collect. 4. num. 14. de offic. Sacri Conſilij.

Reclamatio à decreto remiſſionis cauſæ alicuius Clerici prolato à Iudice Delegato an concedēda ſit, fuit iudicatum affirmatiuè per Sacrum Conſilium in cauſa Andreæ Stinchæ, in Banca Serici, iterum in cauſa Achillis Paulilli Caraccioli per Collaterale Conſilium, de anno 1627. apud Maiorinum Scribam, Nouarius in Prag. 5. collect. 4. ſub n. 18. verſ. & reclamatio, de offic. S. C.

Reclamatio à decreto lato per S.C. ad relationem alicuius Conſiliarii ſpecialiter delegati à Prorege an erit admittenda, deciſum fuit affirmatiuè de anno 1620. ad relationem Conſiliarii Frecciæ in cauſa Nicolai Scriptoris, & Henrici Gardinerii, in Banca Scacciauenti, Nouar. in Prag. 5. coll. 4. ſub n. 18. & verſic. etiam de offic. S.C.

Reclamatio interpoſita poſt longum tempus, decurſis fatalibus an proſequi poſſit, non obſtante, quòd fatalia currere non cœperunt, niſi à die præſtitæ cautionis in caſu retractationis, & cautio non erat præſtita iunctis Aulis negatiuè iudicauit S.C. in cauſa D. Camilli, & Henrici de Morra cum Franciſco Iuuene, in Banca Murini in anno 1622. Nouar. in Prag. 5. coll. 4. n. 20 de offic. S.C.

Reclamatio interpoſita à decreto lato per Iudicē delegatum à Principe, cuius delegatio proceſſerat per medium Secretarii Principis, an erit admittenda, ſi non per viam ipſius Secretarii fuerit propoſita, ſed coram Conſiſtorio Principis per medium Scribæ Conſiſtorii, hoc contingit dubitari in cauſa Dominici Scotti aliàs Cocoza, dùm fuiſſet eius inquiſitio commiſſa per delegationem ab Excellentiſſimo Prorege Magnæ Curiæ Vicariæ per medium eius Secretarii iuſtitiæ, & cùm per dictam Magnam Curiam iuſſet prouiſum, vt torqueretur, fuit reclamatum ex parte ipſius ad Collaterale Conſilium, per quod fuit iuſſum, relationem fieri in eo per medium Scribę à Mandatis, quinimmò facta relatione in eo iuxta dictum ordinem per Iudicem Thomam Locterium, contigit difficultari, ſi admitti debuerat reclamatio ipſa, dùm delegatio non aliter per viam Collateralis Conſilii proceſſerat, ſed per medium Secretarii iuſtitiæ Principis, ex regula illa, omnis res, quæ per quaſcunque naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, cap. 1. de reg. iur. Præterea ordo erit ſeruandus, Cauenſ. in ritu 2. num. 1. & ordo eſt omnium rerum fundamentum, & modus agendi, parium, & diſparium rerum diſpoſitiò, compoſitio rerum aptis, & accomodatis locis, ita Carau. dict. ritu 2. num. 1. vbi plura de ordine diſcurrit, & peculiariter in iudiciis erit attendendus. Adeò quòd vbi ordo non erit, ibi confuſio reſultaret, vt ibi Carau. num. 10. ſectatur, qua de re dùm delegatio proceſſerat per viam Secretarii iuſtitiæ, eodem modo debuerat impetrari reclamatio, ex quo poterat dicta reclamatio à Principe refutari, ſi fuiſſet ab eius Secretario propoſita, & non admitti. Et non abſque vitio ſubreptionis talis impetratio reclamationis propoſita in Collaterali Conſilio fuerat, nulla mētione facta de conceſſione delegationis factæ per medium Secretarii Iuſtitiæ. Inſuper certum eſt, quòd Delegatus fungitur viribus Delegantis, & habet iuriſdictionem ab eo, Abb. in cap. ſanè, num. 2. de offic. deleg. Et conſequenter Delegatus alienam iuriſdictionem habere dicitur, Maranta in ſpecul. par. 4. diſt. 5. num. 24. Quo fit vt ſi contigerit appellari à Delegato, debet appellari ad Delegantem, Maranta vbi ſuprà ſub num. 28. Couarr. pract. quæſt. lib. 1. cap. 4. num. 5. verſ. quarta concluſio. Et ſic ad Principem delegantem cauſam eodem modo, quo fuerat reſcriptum pro delegatione, non tamen ad Collaterale. Ex aduerſo replicabatur, nulli dubium eſſe, quin Princeps dicatur Deus terrenus, quò ad ſuos ſubditos, vt probat Afflict. in Conſtitut. Vſurariorum, num. 32. vbi plura ad hoc congeſſit, & de plenitudine poteſtatis omnia poteſt, Rodulph. in tractatu de abſol. Princ. poteſtat. cap. 6. num. 1. ſed quod omnia poteſt ex certa ſcientia, idem Afflict. in Conſtitutione Magiſter Iuſtitiarius, num. 5. quæ in eo reſidere videtur, hoc eſt omnia iura in ſcrinio pectoris habere, propter Aſſiſtentes ei in Concilio, vt per Afflictum in Conſtitutione Leges, quæ, numero 1. Regens Tapia de prærogatiu. Regiæ Cancella. n. 9. ex Io. de Terra rubea ibi relato. Ex quo Princeps rarò iniuſta inuenitur, idem Afflict. in Conſt. Leges, quæ ſub num. 1. & cùm vigor iuſtitiæ eſſe cenſetur, Idem in Conſt. Pœnam nouem, ſub num. 13. & in Regno ſuo pater inſtitiæ dicitur, Afflict. in Conſt. Nō ſine, ſub num. 8. idcircò ipſe in Cōſiliatijs habendis parcus eſſe non debet, Idem in Conſt. Vt vniuerſi ſub nu. 47. quo fit, vt ſi ſecundum conſcientiam iudicare vellet, conſilio tamen Peritorum vti debet, Afflict. in Conſtit. In quæſtionibus, num. 16. fortiùs ad iuſtitiæ adminiſtrationem omnia cum conſilio Peritorum ſuorum exercere tenetur, quoniam Rex omnia faciens, cum conſilio Sapientia facit, ſequitur Affl. in Cōſt. Diſputare, num. 6. vbi plura, nam & ſi ſua lege non ligatur, probat Afflict. in Conſt. Monarchiam, num. 8. &

legibus ſolutus ſit,ſecundum tamen leges viuere debet,l.digna vox, C.de leg. immò Princeps legibus ſuis ſubdi debet, idem Afflict.in Conſtit. Non ſine grandi, numer.3. hinc conſilium apud Principem eſſe debet, Afflict. in Conſtit. Vt Vniuerſis,ſub num.47. Quocirca in Regno noſtro cùm ſit conſtitutum Collaterale Conſilium, quod eſt Tribunal Supremum erectum cum certo numero Regentium, cuius Tribunalis Prorex caput ſit,inquit Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.tit.12. de deleg.cauſ.nom.12.& ſequitur num 27. tales Regentes non eſſe aſſeſſores Proregis,ſed Miniſtros de Supremo Conſilio, vt cæteri omnes aliorum Tribunalium, & Prorex tantùm eſt caput, omniſq; eius iuriſdictio eſt cum eis communicata, adeò quod ipſi Regentes interueniunt in omnibus negotijs,tam tangentibus iuſtitiam, gubernationem, & patrimonium,quam ſtatum, & bellum, vt num. 14. dixit, & ſubdit num.16.quod ipſi in concernentibus iuſtitiam habent votum deciſiuum,quo verò ad gubernium vota cõſultiua.Hinc pro certo habitum eſt ipſos Conſiliarios Principis eſſe partes corporis illius,ad tea.in l.quiſquis, C.ad leg.Iul. Maieſt.& notat ibidem Reg. de Ponte num.20. Vndè quemadmodùm ad Principem ſpectare, competitur cauſas delegare, vt refert Marant.in dict.ſpecul.p.4.in 5.diſt.num.22.ſimiliter ad Papam,Imperatorem,Regem,& Populum, vt ibi refertur, pariterq; ipſi Regentes RegiamCancellariam,conſulto tamen Excellentiſſimo Prorege delegant cauſas Regijs Conſiliarijs,Præſidentibus R.C.ac alijs,vt nouiſſimè teſtatur Reg. Tap in tract.de poteſtat. Reg.Cancellar.nu.44. etenim ipſa Cancellariæ poteſtas æqualis cum ipſo Rege videtur, idem Reg Tap.in dict.tract. tit.de prærogat. Reg.Cancellar.num.4. nec proinde erit facienda vis, ſi delegatio procedat per medium Secretarij Proregis, vel per medium Scribarum à mandatis ipſius Collateralis Conſilij, quia omnia ab ipſo Principe procedunt. Quare ea his conſpicitur,facta delegatione cauſæ à Principe functum eſſe ſuo officio, & ampliùs in eadem cauſa non poterit ſe intromittere,ea Bald,Caſſan.In cathal glor mund. par.5,conſid.24. prrujl.92.Benè verùm eſt,quod ſi contingerit,à ſententia,vel decreto Iudicis appellari,ſeu reclamari,ad eundem erit confugiendum,ſi attendatur appellatio,quæ eſt de iuſtitia, vt patet ea titulis ff.& Cod.inquit Præſ.de Franchis deciſ 684. ſub num.1. & tunc per medium Conſilij Collater.erit interponenda, cùm tale Conſilium præſit iuſtitiæ ſubiectorum. Sin autem attendatur reclamatio, quæ ex gratia conceditur, vt idemmet Præſ.eod.loc. demonſtrat Reg.Rouit.dec.21. num.5. vbi ſubdit, pro qua obtinenda debet Principi ſupplicari, vndè ad Principem erit confugiendum, qui gratias facere ſolus poterit, vtendo ſua libera poteſtate, Afflict. in Conſtit. Hac lege,nu.7.& tunc videbatur dicendum,ipſum eſſe adeundum eodem modo per viam ſui Secretarij, verùm quia talis reclamatio idem eſt,quod reductio ad arbitrium boni viri,& iudicium reductionis ad arbitrium boni viri appellatur iudicium reclamationis, Rota Bonon.diuerſ.dec.71.num.64.& quamuis gratia procedat, innititur multotiès iuſtitiæ, an erit admittenda,vel quod etiam congruit diſcernere eidem Collaterali Conſilio,& tunc per ſuos Miniſtros erit diſcutienda, quamquam in pluribus cauſis vrgentibus ſolet Vicerea delegare cauſas cum expreſſa conditione, ne alia reuocatio delegationis, vel reclamatio recipiatur ipſo inconſulto per medium ſui Secretarij, & in hoc caſu non procederet Collateralis Conſilij determinatio, quia quod Principi placuit, legis habet vigorem,l.1. ff.de Conſt. Princip. & licet olim ſtatutum erat, vt ſupplicationes reclamationum ea Regia Cancellaria emanarent, vt in pragm.5. de offic. Sac.Conſil. hoc tamen receſſit ab aula,nàm ſufficit ſola ſupplicatio directa Regiæ Maieſtati,porrecta Viceprothonotario,ſubdit ibi Reg.Rouit,num.19.Sicq; facta relatione in eodem Collaterali Conſilio per eundem Iudicem die 19.Decembris 1644.fuit reclamatio admiſſa, & iniunctum eidem M.C. vt in cauſa reclamationis interpoſitæ procederet, in Banca Angriſani.

Reclamatio an admitti debeat aduerſus decretum interpoſitum in materia Capitulorum Conſerſeruatorialium Regni, in cauſa Reuerendiſſimi Epiſcopi Ciuitatis Calatiæ hoc contingit hæſitari, nam poſtquam ipſe ab immemorabili tempore, vna cum ſuis prædeceſſoribus poſſediſſet Molendinum in eadem Ciuitate, & in eodem loco aliud conſtruere molendinum voluiſſet, ſe oppoſuit Illuſt.Marchio Calatiæ, aſſerendo ex tali conſtructione turbari, & inquietari in poſſeſſione ſui molendini ſiſtentis in parte ſuperiori,& ideò inſtabat non turbari, nec moleſtari, vtendo remedijs Capitulorum Regni,cumque pro parte eiuſdem Reuerendiſſimi Epiſcopi fuerit fundatum,omni iure ſibi licere conſtruere molendinum, atq; longè diuerſa eſſe remedia dictorum capitulorum ab iſta facti ſpecie, quia ceſſabat violentia,ea deciſis per Præſ.de Franch.dec.163 Idcircò per S.C.deciſum fuit nõ eſſe præſtandum regale præſidium,& conſequẽter licere ipſi ædificare molendinum, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum, & per Circumſpectum Præſidem S. C. denegata, fuit habitus recurſus ad Collaterale Conſilium, & obtentum, quod Dominus Regens Didacus Lopez relationem faceret in Collaterali Conſilio, & quod optimo iure fuerit denegata reclamatio, fundatur ex ſequentibus medijs iuridicis, & primò,poſtquam verſabatur in ſummariſſimo poſſeſſorio,quod extraordinarium appellat Beninnt.deciſ.49. & ſententia lata non aliter diffinitiua,ſed interlocutoria appellatur, idem Benint.dec.79. Dec.conſ.301. Cagnol. in l.in pari cauſa,num.7.ff.de reg.iur.Capyc. dec.15. Zuccar.in l.fin. C.de edicto Diui Hadriani tollendo,Neuiz.conſ.80. Natta conſ. 121. num.9.vol. 1.Crau.conſ.140.num.40. Couar, pract. quæſt. cap.17.num.2.Menochius de retinenda poſſeſ. ſione,remed.vltimo,quæſt.16.num.46. & quod proptereà non admittitur appellatio, neque ad effectum ſuſpenſiuum executionis,neque deuolutiuum, Cagnol.in dict.l.in pari, num.7. Benint.dict.dec.79.num.10.Menoch.vbi ſop.num. 48. & hoc quia agitur de modico præiudicio, & in plenario iudicio omnia reparari poſſunt, quod fundatur in l.vnica,C.ſi de moment.poſſ. fuer.appell. & hanc eandem opinionem tenet Menochius in præludio de recuperanda poſ- ſeſſione

ſeſſione,nu m.32.ſequitur Ioſeph Ludou.deciſ. Peruſ.20,num.7. & ſeqq. Secundò aduertendũ eſſe dicebatur,ad iudicium intentatum per dictum Ill.Marchionem,nempè quia inſtitit præſtari ſibi Regale præſidium, & tamen certum eſt,quòd in caſibus Capitulorum Regni Iudex ſæcularis procedit ſummariè per viam extraordinariæ cognitionis ad euitandum ſcandala, turbationes,& inuidias,Rom.conſ.99. Hippol. ſing.70. ex Bal.in authent. ei,qui, C.de bon. auct.Iud.poſſ.Afflict.in hac materia dec.24.n.2. & 85. & in Conſt.De burgenſaticis, vbi tenet, non poſſe cognoſcere Laicum de cauſa poſſeſſionis Eccleſiæ, dùm ordinariè proceditur, ſed bene ſeruata forma Capitulorum Regni,quia non eſt iudicium iuriſdictionis formatæ, ſed extraordinaria cognitio præmiſſa propter publicum ad violentiam,perturbationes, & ſcandala de facto euitandũ,Couar.pract.quæſt.cap. 35.& hæc eſt defenſio quædam extraiudicialis omni iure permiſſa,vt nihil de facto innouetur, Gram.dec.78.poſt Luc.de Penna in l.coloni,C. de agric.& cenſ.lib.11.Maranta in ſpecul.par.4. in principali diſtinct.num.62.Auend. de exeq. mand.cap.1.num.36.verſ.in decima cauſa, hinc eſt, quòd licèt Iudex *Regius* ſit competens in cauſa principali violentiæ,& expenſarum,condemnatio ſit quid conſecutiuum ad cauſam principalem,attamen cùm condemnate ad expenſas ſit virtualiter conditionale, non poteſt procedi ad expenſarum condemnationem, Greg.Lopez l. 13.tit.13.par.2.gloſſ. Non fuerza,Gutier.lib.3.pract.quæſt.cap.20.& quòd huiuſmodi cognitio non procedit in vim iuriſdictionis,ſed notionis tantùm, & proteſtationis, vt dicitur de patre erga filium, de domino erga ſeruum,quæ eſt quædam œconomica, ſeù politica cognitio, vt dixit Ioannes Quint. in repet.cap.nouit,de iudic.num.3. Cæual.de cognit.per viam viol.quęſt.forenſi num. 10.& in gloſſ.1.§.2.vbi dicit,talem notionem violentiæ eſſe præſtationem,& charitatiuam defenſionẽ, cùm proprium ſit Regum violentias tollere, vt in cap.Regum 23.quæſt.5. ne ſcandalum patiatur Reſpublica,l.ſi ingenuam,§.in ciuili, ff.de capt.& poſtlim. reuer.& poteſt tollere vim præſentem,& imminentem, cap. Princeps ſæcularis 23.quæſt.5.& l.quicunque,C.de Epiſcop.& Cler. cùmque iuriſdictio à iure dicendo dicatur,l.1.§.damus,ff.de ſuſp.tut.& eſt quædam facultas adminiſtrandæ iuſtitiæ.& æquitatis ſtatuendæ,& poteſtas gubernandi populum iure, ac legibus,vt declarat Marta de iuriſdict.1.part. cap.8.num.1.quæ ſiquidem definitio non conuenit cognitioni per viam violentię,meritò vocatur charitatiua defenſio, & extraordinaria cognitio,hinc oritur, quòd cùm non procedatur per viam iuriſdictionis, ſed extraordinariæ cognitionis in tali iudicio,& remedio Capitulorum Regni,non datur reconuentio ,Maranta in dict.ſpecul.par.4. diſt.6.in 3. quæſt. & in puncto, quòd non admittatur appellatio, nec ſupplicatio, ex Bal. in cap.1.de contro. feud. apud par.term.Par.de Puteo in tract. de ſyndic. in cap.inc.Index vt non arguatur,tradit Auend. de exeq.mand.cap.1.ſub num.22.verſ.& quia prouiſio,vbi dicit, quod ita ſeruatur, quem refert,& ſequitur Cæuall.dict.praxi de cognitione per viam violentam, gloſſ.7.ſub num.9. fol. 102.cùm igitur rationibus, & auctoritatibus ſit fulcita huiuſmodi opinio, ita iudicandum ſpectatur,& ita fuit iudicatum.

Reclamatio an admitti debeat à decreto concedente,vel non concedente beneficium Capitulorum Regni,cùm fuiſſet in cauſa Franciſci Antonij Sayæ cum Monaſterio S. Mariæ de Arcu Caſalis S.Anaſtaſij denegatum remedium Capitulorum Regni eidem Franciſco Antonio, & dictum,non eſſe locum,fuit obtentum Regiũ reſcriptum,vt relatio fieret in Collaterali Conſilio, propter quod Flaminius Claps Aduocatus prædicti Monaſterij aſſerebat, nullatenùs fore concedendam.Primò,quia à decreto poſſeſſorii ſummariſſimi non datur reclamatio, vt oſtenditur in l.vnica, C.ſi de moment.poſſ. fuer.appell. & ita communiter affirmant Doct. poſt Contard.ibi,Paris.conſ.108. num.13.vol.1. Neuizan.conſ.36.num.9.Natta conſ.583.num. 8.& 10.Gabriel.conſ.85.num.1.lib.1.Eugen.cõſ. 71.num.23.Rol.conſ.77.num.15.& 16. libro 2. Honded.conſ.12.num.45.vol.2. Secundò,quia in hac materia Capitulorum Regni proceditur per modum extraordinariæ cognitionis,vt aſſerunt Doctores ſuper dicto cap. ex quo non eſt verè iudicium,D.Regens Hector Capyc.Latro dec.69.num.7.& per totam. Nec aliter dici poteſt iudicium formatum,iam quòd non citatur aliqua perſona nominatim, nec erit locus recõuentioni,Anna ſing.431.Præſ.de Franch. deciſ. 193.num.11.& ſic fuit determinatum in eadem cauſa,iuxta tradita per Capyc.dec.13. Maſtrill. dec.134.num.16.Caſtill.dec.30.num.16.M.Ant. de Amato dec.77.num.14.Benintend.dec.79.n. 8.Eapropter cùm talis reſtitutio in integrum, quæ eſt magis priuilegiata,vt tradit Contard.in dict.l.vnica,in 8.limit. multò fortiùs non erit concedenda reſtitutio,auth.multò magis, C.de Sacroſ.Eccleſ.Nihilominus ex aduerſo dici poterat,quia talis reclamatio licèt non ſit de iuſtitia, eſt tamen de gratia Principis, vt tradit Præſ.de Frãch dec.684.ſub n.1.Vnde poterit ad ſui libitũ cõcedi, vel non,& quòd alias fuit admiſſa per S.C.deciſum retuli ex Regente Tapia in prima parte noſtri Compendij, verb. Reclamatio, & ſequitur dict.D.Reg.Hect.Capyc. Latro vbi ſup.n.18.

Reclamatio an detur à decreto remittente Clericum ad ſuum Iudicem competentem,nam & ſi in criminalibus verſabatur quoad Clericum reſpectu remiſſionis,quę eſt cauſa ciuilis,reclamatio non denegatur, & ita deciſum per Collaterale Conſilium in cauſa Ioannis Antonij Taralli,refert D.Reg.Sanfel.dec.4. ſub numer. 3.ad 4.

Reclamatio an concedi debeat ex decreto lato per Magnã Curiã remittente cauſam Clerici inquiſiti ad Iudicem competentem, & inde reuocatum per S. C. in gradu reclamationis, & deinde in reclamatione confirmatum decretum ipſius M.C.V. deciſum fuit per S.C. negatiuè, teſtatur Dominus Regens Sanfelicius deciſ.4. num.14.

Reclamatio interpoſita à ſententia,quæ cùm non fuiſſet executa,facto,& impedimento tertij,vnde præſumebantur adhùc fatalia non cucurriſſe reſpectu Fiſci,licèt reſpectu conuenti ea cu-

curriſſe

conteſtatæ, an impediat expeditionem cauſæ; fuit per R. C. accedentibus votis aliquorum Regiorum Conſiliariorum deciſum, eſſe procedendū ad expeditionem cauſæ, & de reclamatione ſententiæ, ac de nullitatibus allegatis in deciſione cauſæ habebitur ea ratio, quæ de iure habenda erit, in cauſa N. cum Regio Fiſco, & Comite Torellæ, ex Reg. Repert. dec. 21. vol. 5. notat And. Capan. in collect. dec. poſt tract. de vita, & militia dec. 8.

Reclamatio interpoſita à decreto M. C. delegatæ per Suam Excellentiam ad S. C. à quo fuit obtentum, verbum fieri in eo, an ritè procedat, ſi ex parte Fiſci fuerit habitus recurſus ad Delegantem, nulla habita ratione de tali reclamatione, cùm appellari, ſeù reclamari debuiſſet ad Delegantem, refertur deciſio infrà in verb. Terminus, in cauſa illorum de Caualerio, in Banco Frauli Mag. Act.

Recognitio originalis exemplationis petita per Actorem illam præſentantem, an committi debeat alicui Officiali conuicino, vt citata parte fieri debeat, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. in caſu relato per D. Regentem Sanfelicium deciſ. 146. n. 10.

Recognoſcere an teneatur heres ſcripturam defuncti, vide ſuprà in verb. Heres, & in 3. par. eo verb. Heres.

Reconductio an probari poſſit per teſtes ante tempus extractationis, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. & confirmatum in S. C. etiam in reclamatione in cauſa Dominici Miſerini cum Martio Riccardo die 23. Iunij 1620. refert Io. Maria Nouar. dec. 203. n. 5. de qua deciſione mentio habetur in 1. par. noſtri Compend. verb. Reconductio, & idem Nouar. inter collect. Epiſc. Ricc. collect. 2617. p. 7.

Reconuentum an poſſit Clericus petens immiſſionem coram Iudice laico à creditoribus petentibus ſatisfieri, deciſum fuit pluries negatiuè per S. C. teſtatur Ioannes Baptiſta Hodierna in addit. ad Surd. dec. 26. n. 15. in nouiſſima impreſſione.

Reconuentio facta, & oppoſita aduersùs cauſam ſummariam, an vnica ſententia erit determinanda, videtur affirmandum, ex quo reconuentio naturam conuentionis aſſumit, Giurba dec. 3. num. 2. Adeò quod cùm veniat acceſſoriè ad cauſam principalem, quia incidenter deducitur, Ripol. var. reſol. cap. 4. num. 73. Et ampliùs quia reconuentio exceptionis ſpecies ſit, Giurba dict. dec. 2. num. 3. Idcircò erit determinanda ipſa cauſa reconuentionis cum cauſa principali, idem Ripol. dict. cap. 4. num. 74. In tantùm quòd reconuentio, quæ ſimultaneo proceſſu cum conuentione agitata, eſt vna, eademque ſententia determinari debet, Giurba in dict. deciſ. 2. num. 5. Ex aduerſo autem aliter dicebatur per ea, quæ in facto probata erant poſt iudiciū alimentorum intentatum ſuperuenerat alia cauſa reconuentionis, quæ indigebat probationibus, & teſtium examine, & propterea reconuentio, propriè loquendo, non eſt exceptio, inquit Vrſin. de reconuent. cap. 4. num. 5. & 6. ſed interdum habet vim exceptionis, Cancer. par. 2. cap. 11 num. 36. ſed potiùs actio dicitur, mutuaque petitio, Ant. Fab. in Codice, tit. de eden. defin. 6. num. 5. Et cùm ſit petitio quædam, quæ opus habet probatione, nequaquam naturam cauſæ petitionis ſummariæ aſſumere poterat, quia ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minor. cum alijs per Barboſ. princ. iur. lit. l num. 6. Et ampliùs, quoties non fuerit lis conteſtata, quoniam tunc ſimultaneo proceſſu procederetur, mota reconuentione ante litis conteſtationem, & vna, eademque inſtantia tractanda, & alternatim expedienda, secùs tamen poſt litem conteſtatam, vt longe proſequitur Vrſin. eo. tract. cap. 24. num. 1. Fuſc. ſing. & lit. R. Fuit per S. C. in cauſa Donnæ Iuliæ Gonzaghæ cum Ill. Iſabella Columna deciſum, admittendo reconuentionem aduerſus iudicium alimentorum propoſitum, vt detur terminus in cauſa, & cauſa expediatur prout iuris, iuxta eius naturam, nec vna per aliam impediatur, vt habetur in calce decreti relati ſuperiùs in verbo localia.

Reconuentio admitti an debeat aduersùs iudicium alimentorum intentatum, hæc quæſtio dependet ab illa quæſtione, ſi reconuentio admittatur in cauſis executiuis, & in hoc reſpondet Ripol. var. reſol. cap. 4. num. 75. ex Bart. & Doct. in l. 1. vbi de cauſa ſtat. Marant. in ſpecul. par. 4. diſt. 6. num. 38. quòd aut reconuentio requirit breuem diſcuſſionem, aut longam, ſi breuem, poterit fieri, ſi longam, tunc non erit admittenda, cùmque ipſa cauſa alimentorum ſit ſummaria, ex traditis fuſiùs per Mauſon. de cauſ. execut. ampliat. 31. & quod non debet concedi in cauſis ſummarijs, proſequitur Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 11. num. 41. Borgn. dec. 28. num. 11. 19. 39. & 47. par. 2. Et cauſa, de qua agebatur in reconuentione facta per Donnam Iuliam Gonzagam aduersùs Ill. Iſabellam Columnam, quæ requirebat altiorem indaginem, & indigebat probationibus, mediò admitti nō debuerat, ex relatis per Anchar. lib. 3. quæſt. 42. num. 50. & lib. 2. quæſt. 18. ſub num. 6. Ex aduerſo autem replicabatur, ſemper reconuentionē eſſe admittēdā aduersùs quaſuis cauſas ſummarias. Verū cū cōtinere aliquādo videatur actionū diuerſitatē, tunc proceſſus cauſarum diſparatarum recipit natura ſua diuiſionem, Vrſin. de reconuent. cap. 15. num. 19. Et ſic tunc reconuentionis cauſa ſimul cum cauſa conuentionis eadem ſententia erit terminanda, ſi de vtraque pariter liqueat, Minſing. ſing. obſeru. cent. 1. obſeru. 10. num. 2. Vrſin. dict. tract. cap. 14. Cæterùm obſtante diuerſitate illarum, diuerſimodè erit procedendum, & determinandum, Anchar. dict. quæſt. 18. ſub num. 6. meliùs Vrſin. dict. cap. 15. num. 5. & ſeqq. Ideò deciſum fuit in dicta cauſa, quòd detur terminus in cauſa reconuentionis iam admiſſæ, verùm non impediatur expeditio cauſarum conuentionis, prætextu recōuentionis, ita quòd vnaquaque ipſarum expediatur, prout iuris fuerit, iuxta eius naturam, vt inter cætera apparet determinatum in decreto lato, & relato ſuprà eo. verb. localia.

Reconuentio in cauſa liquidationis inſtrumenti via ritus an admittatur ſaltim quoad iuriſdictionem prorogandam, deciſum fuit tam per M. C. quàm per S. C. negatiuè, D. Reg. Sanfelic. dec. 184.

Reconuentio inſtitui an debeat aduersùs donatarium, ceſſionarium, ac Procuratorem in rem pro-

propriam conſtitutum à Clerico, Hoc accidit controuerti in S.C. in cauſa Michaelis Angeli Iannarij de Tomaſe donatarij certæ pecuniarum quantitatis Franciſci Antonij de Thomaſe eius fratris Clerici cum Lucretia de Thoro mea nepte vti aſſerta herede quondam Diamantis Pironto, quæ cùm fuiſſet ab eo conuenta in eodem Sacro Conſilio ad ſoluendum dictas quantitates, reconuenit eundem Donatarium ſuper annullatione cuiuſdam legati facti per quondam Angelam de Thoro eius ſororem eidem Franciſco Antonio, & pro reliquis abſolui ab obſeruatione iudicij, & cùm fuiſſet proceſſum ad nonnullos actus incumbentes in proſecutione iudicij reconuentionis, hoc eſt ad receptionem teſtium, & publicationem in cauſa ex aduerſo pluries replicatum, non ſubſiſtere talem reconuentionem, vti factam cum Donatario, qui erat ſingularis ſucceſſor, & gradatim repulſam contra teſtes examinatos expoſtulauerat, & iam conceſſa fuerat, vnde videbatur ſibi hoc ſuffragari, ea ratione, quia attendi debet, quod principaliter fit, & non quod in conſequentiá venit, ad tex. in l. ſi in emptione, ff. de contrah. emptione, principalis intentio contrahentium fuerat donationem perficere, nó tamen ceſſionem, aut conſtitutionem procurationis in rem propriam, & ideò attendi debuerat donatio principaliter, & certum eſt, quòd ſingulares ſucceſſores dicuntur emptores ſingularium rerum donatarij, atque legatarij, inquit Dyn. in regula is, qui in ius, in princ. de reg. iur. in 6. ſimiliter vti ceſſionarius, qui dicitur ſucceſſor particolaris, Afflict. dec. 335. num. 17. & ob id reconuentio militare non poterat, niſi cum ſucceſſoribus vniuerſalibus, vt aſſerebat quidam Doctor eius Aduocatus, quod non aliter iuris fundamento probare auſus fuit. Quinimmò pro ipſius reconuentionis tutamine aſſerebam, non eſſe dubium, quin donatarius ſit ſucceſſor ſingularis, ſed pro recuperatione rei donatæ neceſſaria erat ceſſio, etenim ius agendi maxé perſonale non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, l. quis ergo, in fine, ff. de pecul. cũ alijs apud eundem Dyn. vbi ſuprà, verſ. ius agẽdi, quo fit, vt cùm ipſe Donatarius vti ceſſionarius ſuccedat in locum cedentis, vt probat Statil. Pacif. de Saluiano interdict. inſpect. 3. cap. 2. num. 902. ex Bal. & Surd. ibi relatis, aſſerens ita deciſum per *Rotam Romanam*, & propriè principalis creditor dicatur, quemadmodùm in præcedenti num. 900. confirmat. Attamen veram perſonam principalis repræſentat cedẽtis, Farin. dec. ciuil. 532. n. 1. tom. 1. Thomat. dec. Macer. 44. num. 8. dec. 55. num. 6. & 24. Monac. dec. Lucenſ. 57. num. 27. Intrigl. dec. 8. num. 10. eo quia fuit poſitus in locum ſuum ob aliam clauſulam, ponens in locum ſuum, quæ operatur idem per conſtitutionem in rem propriá, Marta de clauſulis par. 1. clauſ. 91. Bertaz. eodem tract. clauſ. 18. gloſſ. 2. Et non ab re ſi ceſſionario agenti obſtaret exceptio, quæ obſtaret cedẽti, Menochi. conſ. 738. num. 10. Marta de clauſulis dict. par. 1. clauſ. 188. num. 2. & 4. Ex eo quia reconuentio eſt ſpecies exceptionis, ex Bart. & Bal. notat Alexand. in addit. ad Bart. in auth. & conſequenter, in princ. C. de ſent. & interloc. omn. iudic. Giurba dec. 2. num. 3. & reconuentionis cauſa dicitur connexa cum principali, & acceſſoria ad illam, Torniel. conſ. 82. num. 20. & ipſa reconuentio naturam conuentionis aſſumit, Giurba dec. 3. num. 2. non mirum ſi poterit reconueniri. Et ampliùs, quia ceſſionarius habet omnia iura actiua, & paſſiua, quæ cedens habebat, idem Farin. dec. ciuil. 107. num. 3. in fine, vol. 1. Tomat. dec. 13. n. 5. dec. 51. num. 1. dec. 55. num. 5. nam ipſe ſuccedit in omne ius, & locum cedentis, Muta dec. 13. n. 1. Monac. dec. Bonon. 19. num. 3. Intrigl. dec. 8. num. 24. Inſuper ceſſionarius dicitur procurator in rem propriá, refert Tomat. dec. 29. num. 20. poſt Cauenſ. in ritu 286. num. 3. Intrigl. dec. 8. num. 11. & 12. Ex quo ceſſio iurium fit, cum clauſula conſtituit procuratorem in rem ſuam, Marta de clauſulis par. 1. clauſ. 188. num. 5. & hoc virtute ceſſionis, ita Intrigl. conſ. 12. ſub num. 16. vel ſi eſſent mãdatæ actiones directæ, & ceſſæ vtiles, vel quando ſunt ceſſæ vtiles, tunc conſtituitur procurator in rem ſuam, Bertaz. de clauſ. clauſul. 19. numero 8. Quemadmodùm in ſpecie ipſe Donatarius conſtitutus fuerat procurator in rem propriam, vt in inſtrumento legebátur, vt ibi Marta, & Bertazol. notant. Quocirca Procurator in rem propriam tenetur defendere dominum in cauſa reconuentionis, Doct. in l. ſi quis in rem propriam, ff. de Procur. Viſin. in tract. de reconuent. cap. 4. num. 9. & meliùs cap. 17. num. 6. eò maximè ſi cauſa eſſet lucratiua, vt ipſi fatentur, quo namcaſu procurator conſtitutus in cauſa lucratiua non debet audiri, niſi ſatiſdet de reconuento domino defendendo, Specul. in tit. de Procuratore, §. ſequitur videre, num. 3. ſequitur Bertaz. de clauſ. in clauſ. 29. gloſſ. 9. num. 8. Viſin. dict. cap. 17. num. 6. hinc Bart. in l. ſeruum quoque, §. ait Prætor, num. 1. ff. de Procur. inquit, quod ſi ſtatim non vult ille, contra quem ago, reconuenire, poſſit peti à Procuratore cautio de defendendo dominum in cauſa reconuentionis, ad quod ſubdit ibidem Bertazol. in fine, quòd in caſibus, in quibus non tenetur defendere, ceſſionarius non poterit reconueniri, & hoc eſſet, quando læſio fieret ex cauſa oneroſa, & non in fraudem crit, ſicque ſtantibus dictis requiſitis in donatione appoſitis, nempe ceſſionne, ac etiam conſtitutione Procuratoris apertè oſtenditur, conſtitutum eſſe Procuratorem in rem propriam, aliàs ſecùs eſſet, Parif. in conſ. 8. num. 9. vol. 4. Et ampliùs in facto concurrebat, talem donationem factam fuiſſe in fraudem, ne reconueniretur donans, vt in terminis conſiderat Bal. in dict. l. ſi quis in rem propriam, num. 3. & tantò magis reconuentio militare debuerat. & propterea facta relatione in S.C. per Regium Conſiliarium Franciſcum Antonium Muſceprulam die 15. Aprilis 1642. deciſum fuit, benè prouiſum per cauſæ Commiſſarium ſub die 28. Septembris 1642. penès Secretarium, in Banca Speræ, ex quo proceſſerat ad dationem termini repulſæ, procedendo ad vlteriora in cauſa, nulla habita ratione de tali impugnatione reconuentionis facta, & prætenſa, me patrocinante Thoro.

Reconuentio an admitti debeat, vbi non eſt iudicium, ſed quædam ſolemnitas faciendi inuẽtarium, deciſum fuit negatiuè per S.C. in cauſa Iacinthi Caſanouæ, refert Io. Baptiſta Hodierna

in

in addit. ad Surd. dec. 26. num. 26. in noua impreſſione.

Rector Eccleſiæ, qui ſacellum alicuius familiæ, vel Vniuerſitatis ſitum in ſua Eccleſia ornari curauit ex Fidelium eleemoſynis, an poſſit in illo ſuũ nomẽ, & arma depingere, cõcluditur negatiuè, & ita fuit obſeruatum, D. Regens Sanfelicius dec. 283.

Reemere an liceat emptori vnam partem rei venditæ, quæ tripliciter in tribus contractibus fuerant venditæ illius partes pro eodem pretio ſingulis conſtituto, cum pacto retrouendendi, ſeù redimendi, & interim correſpondendi pro ſingulis eodem tempore, vnitis ſummis ſingulorum, exemplo occurſo oſtenditur, cùm in anno 1580. Iulius della Turina poſſeſſor certæ maſſariæ ſitæ in Monaſterio S. Mariæ della Vita, in emphyteuſim conceſſit Montorio de Cunto vnum modium dictæ maſſariæ ſub annuo canone perpetuo ducatorum ſeptem, ſoluendo ſingulis annis in medietate Auguſti, cum pactis ſolitis, & conſuetis, verùm conuentum fuit, quòd dictus emptor poſſit affrancare dictum cenſum ad rationem dictorum ducatorum ſeptem quandocunque, deinde in anno 1581. de menſe Ianuarij prædictus Iulius conceſſit in emphyteuſim aliud modium terræ ainſdem maſſariæ eidem Montorio pro canone aliorum ducatorum ſeptem, cum eiſdem pactis emphyteuticis, & aſſeruerunt, dictos ducatos ſeptem vnitos cum alijs ducatis ſaptem alterius modij aſcendera ad ſummam ducatorum quatuordecim ſoluendorum in aadem medietate Auguſti vnitim, & non diſiunctim cum eadem poteſtate affrancandi pro eadem ſumma quandocunque, demùm in anno 1584. de menſe Martii idẽque Iulius facta aſſertione poſſeſſionis eiuſdã maſſatiæ conceſſit in emphytauſim eidem Mõtorio aliud modium terræ pro aodem canone ducatorum ſeptem, quo vnito cum aliis ducatis quatuordecim, facinnt ſummam ducatorum 21. ſoluendorum in eadem medietate Auguſti ſub eiſdem pactis emphytanticis, & potaſtate affrãcandi dictos ducatos ſeptem pro centenario eodem modo, & forma, qualiter factum fuit pactum affrancandi in præcedenti inſtrumento, quemadmodùm ex ipſorum lectura conſpiciebantur venditiones. Denento territorio dictorum modiorum trium venditorum ter diuerſis tẽporibus ſub vno, & aodẽ pretio in poſſe D. Io. Baptiſtæ da Acunto, cûm vellet redimere prædicta modia ter, & ſic in tribus vicibus, ſe oppoſuit Antonius Figliola creditor, prętendendo, non aliter diuiſim. ſed iunctim fieri debera raemptionem. At cùm mihi articulus perſcrutandus aſſignatus fuiſſet ab Amico, quid de iure ſentiem, excogitabam, ante omnia eſſe rationem habendam diuidui, & indiuidui, vt refert Ripol. var. reſol. cap. 7. num. 514. quapropter incipiendo ab ipſa venditione, procùldubio cùm ipſa habeat naturam indiuiſam, vt refert Polyd. Ripa in eius tract. de diuiduo, & indiuiduo, ſect. 18. num. 53. & ſect. 8. nu. 161. vbi nu. 162. exemplo demonſtrat, & rationem huius naturæ indiuiduitatis oſtendit in dict. ſect. 18. num. 71. nam data vnitate erit indiuiſibilis, Pariſ. conſ. 61. num. 22. vol. 1. & hoc caſu tam ſi vna res vendatur, indiuidua diceretur, licèt ſub ſe contineat plures partes, & ſic vendito corpore certo, quod eſt perticarum tot, dicitur expreſſa menſura in vim demonſtrationis, venditis autem perticis tot ex certo corpore, dicitur expreſſa menſura in vim taxationis, Scotus lib. 3. tom. 2. reſp. 16. num. 6. ſubnectens, quòd res eadem non debet diuerſo iure conſeri. Quam etiã ſi plures res fuerint vanditæ, nam venditio rerum plurium cenſeretur vna venditio tantùm, Mãgiel. ad Bart. in l. & ſi vno, in prin. ff. de act. ampt. cum alijs apud Guzman. de euict. q. 23. num. 17. ſicut venditio facta de pluribus petiis terrarum, pro vna iudicatur, ita Pariſ. conſ. 64. n. 25. vol. 1. & plures res ſub vno verbo comprehenſæ, pro vna reputantur, Ruin. conſ. 16. nu. 10 vol. 1. adeò quòd venditio plurium corporum vna oratione, ſi non valet reſpectu vnius, non valebit etiam reſpectu alterius, probat Conſil. de Georgio alleg. 50, num. 60. Et pariter ſi læſio in vna re contenta in contractu militaret, & nõ probaretur in aliis, nõ aliter huius prætextu contractus reſcinderetur, probat Mangil. de euict. quæſt. 165. num. 10. vbi alia deduxit, ſequitur Guzman de euict. quæſt. 23. num. 18. & ſeqq. & ratio eſt, quia venditur ius vniuerſale hæreditatis, non tamen res particularis, plura deduxit Guzman. de euict. dict. quæſt. 23. nu. 15. Ita è contra plures dijudicarentur venditiones, ſi pluries contractæ fuerint, nam venditiones tot ſunt, quot corpora, quando res plures confinibus diſtinctæ venduntur, diſtributo pretio ad ſingula iugera, Surd. conſ. 150. num. 114. & conſ. 101. num. 3. & tot venditiones in contractu dicuntur, quot ponderationes, & numarationes, Borgn. dec. 31. num. 29. par. 3. & tot ſunt venditiones, quot ſunt res, Caſtil. dec. 5. nu. 47. Secundò indiuiduitas venditionis reſultara videtur ex pretio, poſtquam ſi pro certo pretio res fuerit vendita, diceretur indiuidua, Mantic. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 19. num. 65. Adeò quòd pretium diuidi non poſſit, per iura citata à Tiraq. de ratr. conſang. §. 22. gl. 1. nu. 16. Ita è contrà vna venditio diceretur, licèt emantur plures res vno pretio, Bart. in l. & ſi vno, num. 2. ff. de act. empt. Mantic. eo. tract. lib. 2, tit. 3. num. 12. & 17. Io. Ant. Bellon. conſ. 91. num. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 772. num. 61. at ſi vendantur plures res vnico pretio, & habitus ſit reſpectus ad pretium ſingularum rerum, dicuntur plures venditiones, vt refert Bart. in quæſt. 4. num. 17. quod potaſt adaptari prætenſioni iſtius emptoris. Tertiò conſideratur indiuiduitas reſpectu contrahentium, hoc eſt reſpectu venditoris, qui aſt vnus, & reſpectu emptoris, qui pariter eſt vnus, vt in caſu præmiſſo oſtenditur. Immò etiã ſi fuerit facta venditio à pluribus, vt par exempla probando oſtendit Tiraq. de retract. conſang. §. 22. glo. 1. num. 6. & eo caſu ſi fuerit expreſſa pars alicuius, tenetur pro ea, aliàs quilibet inſolidum tenentur, Lingiois dec. 15. quæſt. 15. num. 1. licèt vnuſquiſque obligetur pro rata tantùm in re communi, Gratian. cap. 688. n. 4. Hinc emens fundum à duobus cum pacto de retrouendendo, non tenetur reddere partem alteri reemere volenti, Bart. in l. cui vſusfructus, num 4. ff. de vſuf. leg. Anna ſing. 371. Tiraq. de retract. conſang. §. 22. glo. 1. à num. 1. ad 6. Bero. conſ. 156. num. 2. & conſ. 163. num. 9. vol. 1. vel

ſi fuerit facta pluribus, iudicāda erit indiuidua, & propterea promittēs duobus rē aliquā vēdere non cogitur vni vendere pro rata, Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 7. num. 252. ſic & vnus ex pluribus inſolidum obligatis in contractu cenſus, ſi partem redimat, licèt ſecundùm aliquos remanear liberatus à reſiduo, non tamen ſecundùm alios communem ſententiam probantes, Ceuc. de cenſ. par. 3. quæſt. 5. art. 8. num. 23. Ita quoque aſſerendum erit in reemptione facienda, poſtquàm venditione facta per plures de eadem re cum carta gratiæ, licèt poſteà inter ſe diuiſerint alia bona, illud ius redimendi remanet commune inter omnes, Cancer. dict. par. 3. cap. 7. nu. 252. & ſic venditor ex pluribus, ſtāte pacto redimendi, poteſt totam rem recuperare, ita Maſtril. dec. 21. num. 1. & ſeqq. & quatenùs ſuam partem redimere vellet vnus ex hæredibus, tamen remanebit obligatus ad reliquum cenſum cum alijs hæredibus ratione hypothecæ in bonis, cùm indiuidua ſit, & idem dicendum eſt de correo, Duard. de cenſ. tom. 2. §. 5. quæſt. 21. num. 1. & quæſt. 16. ſub num. 30. & quæſt. 17. nu. 3. & 4. Quarta reſultat indiuiduitas reſpectu temporis, venditio enim fieri poteſt, ita vt eius effectus conferatur in certum tempus, Cancer. dict. par. 3. cap. 1. nu. 14. & proptereà quando plures venditiones fierent in continenti, cenſentur correſpectiuæ, & pro vnica venditione habentur, Honded. conſ. 8. num. 15. vol. 1. exemplo oſtendit Mandell. conſ. 173. num. 4. Attamen quando diuerſo tempore fierent, diuiduæ iudicarentur, nam diuerſitas loci, & temporis inducit diuerſitatem facti, Maſcat. de probat. concluſ. 1250. num. 34. Quintò indiuiduitas concipitur, ex obligatione rem tradi, eò quia venditio indiuidua eſt reſpectu obligationis rem tradi, Surd. conſ. 105. num. 4. hinc venditio, tetractus, & rerum traditio factum continent, & obligatio eſt indiuidua, Aldouin. conſ. 35. num. 84. Ita etiam è contra facultas retrahendi, quæ conſiſtit in dando, & faciendo, vt refert Tiraq. vbi ſuprà, ſub num. 6. ſeù redimendi, potiſſimùm in contractibus, vt ibi probat. Ex eo, quia promiſſio de re vendenda & ipſa indiuidua eſt, ex Surd. conſ. 415. num. 23. in fine, firmat ibi Polyd Ripa num. 17. hinc eſt, quòd pactum, vt cenſus non poſſit redimi, niſi in totum, & niſi reſtituto integro pretio, ſecūdùm Felician. eſt illicitum, ſed contrariam ſententiam aſſequitur Cenc. de cenſ. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 3. num. 31. & 32. & emptor non cogitur redimere partem fundi cum pacto de retrouendendo empti, Duar. de cenſ. §. 5. quæſt. 16. num. 4. vbi plura ad hoc deduxit. E contrà dicebatur pro reemere volente, poſſe in tribus vicibus reemptionem facere. Primò attenta diuerſitate rerum, quia erant tria modia ſegregatim vendita, & proinde venditiones tot ſunt, quot res, Surd. dec. 176. num. 8. Mitta dec. 100. num. 6. Griuel. dec. Dolan. 89. num. 23. vbi ſubdit num. 24. potiſſimùm quando plures res ſpecialiter, & per ſe enumerantur, tunc enim ſeparatorum, aut diuerſorum conceſſo vno, non præſumitur conceſſum aliud, Menoch. de præſumpt. libro 3. præſumpt. 97. num. 4. Secundò ex diuerſitate contractuum ſeparatorum, nam ſeparata, & nō cohærentia non conſtituunt vnum totum, Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 19. num. 10. Tertiò ex diuerſitate temporum, etenim diuerſa facta dicuntur, quæ diuerſa tempora continent, Duar. deciſ. 313. num. 10. poſt eius tract. de cenſibus, & diuerſitas rei inducitur per variationem temporis, & loci, Natta conſ. 363. nu. 19. Quartò ex multiplicitate pacti ter appoſiti, hoc eſt in vnoquoq. contractu geſto repetito operatur diuiſio, nam pactū, quòd venditori cēſus liceat illum redimere per partes, eſt licitum, Cēc. de cenſ. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 8. nu. 37. Quintò, pretio ſingulis rebus conſtituto, nam vbi pretium eſt ſingulis rebus conſtitutum, in dubio præſumuntur tot venditiones, quot ſunt res, & ſic ſingulæ venditiones per ſe iudicantur, poſt Socin. iun. conſ. 26. num. 8. vol. 1. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 13. num. 16. & priùs idem aſſecutus fuit Mantic. eo. tract. dict. lib. 2. tit. 3. num. 15. vbi num. 18. plus dixit ad noſtrum propoſitum, dùm fuerat conuentum, poſt venditionem primi modij pro ducatis ſeptem, & ſubſecuta fuerat venditio alterius modij pro alijs ducatis ſeptem inſimul vnitis ducatis 14. ſoluendis vt ſuprà, & pariter pro alia tertia venditione alterius modij pro alijs ducatis ſeptem, & ſimul iunctis cum alijs ducatis quatuordecim in vnū aſcendentibus ad ſummam ducatorum 21. ſoluendorum in tempore vt ſuprà præfixo, quòd venditiones ipſæ plures intelligantur pro ſingulis, ſi pretium fuerit conſtitutum, & deinde pro omnibus vnum pretium coactum, optimè Maluaſ. conſ. 96. per totum hunc articulum exactè pertractauit. Adeò quòd idem erit obſeruādum in reſolutione contractus, in quo apparet prædium venditum cum conſtitutione pretij ſingulis partibus, ſeù perticis, ex quibus diuiſio reſultaret, vt ibidem Soc. iun. fatetur. Sextò ex diuerſitate perſonarum, nam contractus cenſuales tot ſunt, tot cenſus, tot res emptę, & tot ortæ ſunt obligationes, quot ſunt perſonæ, quæ ſeparatim, & diuiſim cenſum emerunt, Duard. eo. tract. § 5. quæſt. 18. ſub num. 1. aut eſſent plures perſonæ nominatæ ab emente cenſum nomine illorum, Idem tom. 1. §. 2. quæſt. 1. num. 19. & ſeqq. Quanquam ex parte creditoris replicari potuiſſet, tales venditiones pro vna reputari debere, tamen reſpectu rerum venditarum, quæ ſunt modia tria territorij contenta in eo, licèt ſeparatim vendita per diuerſos contractus diuerſis temporibus, adhùc tamen quia vnicum pretium pro vnoquoque ipſorum ſimile conſtitutum fuerat, hoc eſt ſoluendi annuos ducatos ſeptem pro quolibet eorum ſingulis annis, & iunctis, non ſeparatim omnibus aſcendentibus ad ſummam ducatorum 21. inuicem contrahentes voluerunt, ſolui ſingulis annis in menſe Auguſti, ex quibus videntur in vnū congeſti, ita vt vnica ſolutio ipſorum fieri deberet, & non plures ſolutiones, & ſic reſpondet Soc. iunior dict. conſ. 26. num. 10. allegato n. 8. quando vēditio plurium perticarum prædij cum conſtitutione pretij ſingulis perticis, vt dicatur vnica venditio quoàd eius reſolutionem. Quo fit, vt venditio vbi veriſimiliter eſt, emptorem rem vnam ſine alia non eſſe empturum, vel non vēditurum, licèt ſit pretium cuiuſque ſeparatum, vna erit exiſtimanda, & tunc contractus aut in omnibus venit reſoluendus, aut in totum con-

fir-

firmandis, probat Maluaſ. dict. conſ. 96. n. 14. & 42. poſt eum Mantica vbi ſuprà dict. lib. 2. tit. 3. n. 15. & 19. Cancer. dict. par. 1. cap. 13. n. 16. Et ſi res non reſoluerentur in partem, niſi in totum in hoc caſu, Caſtill. dec. 5. n. 8. Et prædictis accedit quòd longè diſcutit Menochius de arbitrariis, caſu 95. præſertim num. 19. & ſeqq. quem citat ſequendo Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 13. n. 20. quòd connexa non aliter ſeparata dici poſſint capitula ſi vnum venitet ad declarationem alterius, ſiue in continenti, ſiue ex interuallo diuerſis temporibus factum ſit, contra opinionem Bart. & aliorum, eò maximè quando plura eſſent negotia eiuſdem rei inter dictaſmet perſonas contrahentes. Sicque reemptio ex his fieri deberet integrè, non tamen ſeparatim pro ſingulis modiis emptis, ſed vnico contextu. Licèt his replicari potuiſſet quoad primum, non aliter conſtare de mente vtriuſque contrahentis velle omnia vēdere, nec emere, ex quo ſegregatim venditor modia vendiderat, & emptor emerat diuerſis temporibus, & contractibus, & ſic ſeparatim, vnde ſuccedit regula vulgata, quòd ſeparatorum ſeparata eſt ratio, l. fin. ff. de calumn. cum alijs apud Euerard. in ſua Topica iuris, loco à ſeparatis. Quo verò ad alterum circa connexitatem, & ſeparationē non videtur, poſſe applicari ratio ipſa, cum diuerſo tempore facta fuerat venditio trium modiorum ex diuerſis contractibus, & diuerſis modijs dictæ maſſariæ, ad quod ſuccedit altera iuris regula, quòd ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exul, ff. de minor. ſieque ex diuerſitate temporum ſequitur diuerſitas factorum, quæ inducit contrarietatem, & incompatibilitatem, latiùs Euerar. in dict. Topica, loco à diuerſ. tempor. Tiraq. de retractu conuent. §. 2. gloſſ. 1. n. 63. ſimiliter ex diuerſitate contractuum celebratorum, vt dictum eſt ſup. de redimendo totum probabiliter dici poteſt, poſſe cenſum per partes redimi, Duar. de cenſibus, §. 5. quæſt. 16. ſub n. 20. Demùm ex diuerſitate modiorum venditorum, ſicuti diuerſitas ſummarum inducit præſumptionem diuerſitatis actus, Maſcar. de probat. concluſ. 1250. num. 15. hinc eſt quòd ſi non adſit pactum. Et non ab re, ſi diuerſorum diuerſa ſit ratio, & differentia, Mant. dict. tract. lib. 16. tit. 16. num. 18. & ſeparatorum ius eſt ſeparatum, nec de vno ad aliud rectè infertur, idem Tiraq. dict. tract. §. 1. gloſſ. 4. n. 3. & propterea vbi nullum fuit pactum initum de redimēdo cenſum totū ſimul, vel per partes, dicendum erit, poſſe dominum cenſus cogi ad illum redimendum per partes, vt per multas rationes probat Duar. dict. tract. par. 2. §. 5. quæſt. 6. n. 20. & ſeqq. Nec differere volui pro articuli dilucidatione, vt veritas illius appareat, poſtquam in caſu præmiſſo cùm extaret depoſitum ducatorum bis centum penès acta, & dictus emptor vellet redimere dictum cenſum ducatorum tercentum, inſtitit coram cauſæ Commiſſario, illos ſibi liberari, & breui manu liberarētur eidem Antonio in cauſam prædictam, qui renuens partem conſequi, ſed integrè pretium dictorum ducatorum tercentum inſimul habere, proinde facta relatione in S. R. C. per Regium Conſiliarium Franciſcum Antonium Muſceptulam, fuit interpoſitum decretum, quòd facto integro depoſito prouidebitur, penès Carbonum Magiſtr. Actorum.

Reſectio expenſarum tunc erit facienda, quando ſpiritus vitæ inſufflatur ad inſtantiam Actoris ab ipſo Actore, qui fuit in mora proſequendi iudicium, faciendo labefacere inſtantiam, vt fuit deciſum per Sacrum Conſilium inter Curatorem Illuſt. Principis Biſiniani cum Illuſtr. Principe Hoſtiliani in anno 1617. refert Nouar. in Pragmat. 1. collectan. 2. de inſt. cau. non reſt. num. 8.

Regentes Regiam Cancellariam ex communi obſeruantia non procedunt in Collaterali Conſilio Conſiliarios ſtatus, niſi eſſent titulari, ſed extra Collaterale Conſilium eos præcedunt, vt deciſum fuit, teſte Domino Regente Sanfelicio dec. 140.

Regia Camera Summariæ an habeat iuriſdictionem priuatiuè de cognoſcendis, & puniendis Scribis extraordinarijs, etiam de delictis commiſſis extra officium, fuit pluries contra dictos Scribas deciſum per Magnam Curiam Vicariæ negatiuè, denegando remiſſionem ipſorum, vt probat, & teſtatur D. Reg. Sanfel. deciſ. 191. ſub num. 14.

Reintegratio nobilitatis ad aliquod Sedile Neap. an concedi debeat, primò ob nobilitatem familiæ, quæ ab antiquo viros illuſtres habuit dignitatibus Eccleſiaſticis, & temporalibus decoratos. Secundò ex probatione originis Neap. contractę ab anteceſſoribus, qui ea gauiſi ſunt. Tertiò, quia aſcendentes, & collaterales ea gauiſi ſunt. Quartò ex probatione identitatis familiæ, & eos ab illis antiquis deſcendere, deciſum fuit per S. C. in beneficium illorum de Iudice, vt refert D. Reg. Hector Capyc. Latro conſult. 128. lib. 2. vbi ſimiliter in ſeq. conſultat. 129. refert idem deciſum in cauſa illorum de Gaeta, qui probauerunt per ſcripturas, & teſtes deſcendentiam antiquæ ſtipitis, qui gauiſi fuerant nobilitate in Sedili Portus, & fuerunt per ſententiam reintegrati.

Releuium ab Eccleſia ſoluitur ſingolis quindecim annis, & dicitur quindennium, & ſic fuit deciſum in anno 1615. in cauſa Monaſterij Montis Oliueti cum Fiſco, vt refert Horat. Montan. in l. Imperialem. § præterea ſi quis infeudatus, n. 52. ſub lit. E. de proh. feud. alien. per Fed. quem ſequitur And. Capan. de iure releuij par. 4. quæſt. 27. n. 8.

Releuium duplicatum, ſiuè ſimplex an ſoluere teneatur hæres feudatarij ex emptione annuorū introituum per eius prædeceſſores facta ſuper fructibus feudi, vt prætendebat Regius Fiſcus in cauſa hæredum Octauii Politij, eos teneri ad duplicatum releuium ob mortem quondam Felicis Politij, & dicti quondam Octauij ob annuos ducatos 960. venditos dicto quondam Felici à quondam Ioanne de Zicandio Barone Motiæ Placanicæ ſuper introitibus feudi dictæ Terræ cum Regio aſſenſu, & licèt videretur affirmandum iuxta aliquorum Doctorum ſententiam, aſſerentes quòd fructus ſunt acceſſorij ad feudum, probat Regens de Ponte in conſ. 34. n. 1. lib. 1. Et conſequenter fructus ſunt pars fūdi, l. fructus, ff. de rei vend. cum aliis apud Reg. Hect. Capyc. Latro dec. 65. n. 16. immò pars integralis dominij, Muta in cap. 39. Regni Siciliæ,

n.15.tom.1. & ipſi ſequuntur dominum Reg. Rouit.conſ.47.n.1.tom.1. maximè ſi eſſent extantes, vt conſiderat idem Reg. de Ponte in cõſ. 49.n.3.vol.2.& in lect.feud.54.num.32.& ſi eſſet ſecollecti, ſed penès feudatarium, ſeù affictatorem exiſtentes, Reg.Salern.dec.59.n.5. Vnde ſubſequitur, quod dùm illi conſiderentur, quãdo ſolo cohærent, dicuntur feudales, ſecùs tanquam ſeparati, vel ſeparandi, vt ex Camer.Curt. Bart. Alex.& Reg. de Ponte perpendit Conſil. Scipio Theodor.in alleg.21.n 9. latiùs And.Capan.de iure releuii, par.4. quæſt.2.n.5. vbi nu.8. cenſuit, quando ſunt ſeparati à ſolo non dicuntur fructus illius anni, vbi etiam in principio dixit, quod in ſolutione releuii ipſi conſiderantur de ſeparatis à ſolo, de exactis, & de extantibus, aote eum Latarha in theat.feud.p.8.dilucid. 70.n.2. Et propterea hoc præſuppoſito cenſeri debent eſſe feudales, propter quod releuium debeti non erit inconueniens, quemadmodùm nouiſſimè probat And.Capanus in tract. de iure releuii part.1.quæſt.4.num.1.& 3. vbi deciſionem affert. Non enim diſputabatur de illorum obligatione, quã citra dubium fructus feudi dummodò non conſtituatur ius in re, ſed cõſiderati tanquam ſeparati, vel ſeparandi, poſſunt concedi, vel obligari abſque aſſenſu, vt probat Conſil. Theod.in alleg.3. num.7.& 8. Neque conſenſus domini exigitur, ſi fiat ſubiugatio ſuper feudo, ſi ex eo ius percipiendi fructus alienaretur, quod facilè permittitur, & celebrantur contractus ſubiugatorii ſuper fructibus à feudo ſeparandis, qui cum ſint à feudo ſeparati, non alitet feudales, ſed burgenſatici dicuntur, latè Io.Aloyſ.de Septimo.ſuper bulla de cenſibus, à n.7.ad 13. Et ampliùs ſi aſſẽſus interceſſerit, vt in præmiſſo caſu aſſerebatur, ſed difficultas erat, ſi ſealiter fructus feudi de per ſe ſint feudales, vel burgenſatici, circũſcripta tali diſtinctione Reg. Lanar.in conſ.34.num.7. ex Parid. de reintegr. feud.ſub rub.de fin.feud.verſ.nunc videndum, num.20.Loff.& Camer. abſolutè firmat, quòd fructus feudi non ſunt feudales. Sicque non ſolùm fructus feudi ſeparati à ſolo ſunt burgenſatici, & non feudales. Octau.Bammacar.in cap In generali, n.95.ſi de feud. defun. cont. ſit, Paul.Staiban.ſen.conſ.36.n.4. idem Regens de Ponte dict.lect.14.num.32.Reg.Lanar.in reper. cap.1.de ſucc.feud. num, 38. verùm etiam pendentes, conſiderando illos vt ſeparandos, ita ex Camer.firmat Reg.de Ponte dict.conſ.349. ſub n.4. Et hac ratione perpenſa per R.C.S.in anno 1621.ad relationem Præſidentis Matthiæ Caſanate iam meritiſſimi Regentis fuerunt abſoluti prædicti hæredes à ſolutione releuiorum, cuius ſententiæ exemplum fuit productum in proceſſu Stephani d'Oria cum Paulo, & Petro Mareſgalli, in Banca de Martino, folio 121. ad 127.

Releuium, ſiue adhoa an debeatur ex fructibus gabellæ ſubrogatis in locum fiſcalium functionum debitatum ex aliquo feudo, deducta fuit deciſio ſuprà in verb.adhoa.

Remediũ Capitulorũ Regni concedi an debeat cõtra poſſeſſorẽ rei vigore ſententiæ Iudicis, cũ contingiſſet mediante publico inſtrumento celebrato ſub die 25. Maii 1615. factã fuiſſe donationem irreuocabilem vnius domus conſiſtentis in duobus appartamentis per Laudoniam Corſam Venerabili Monaſterio S. Mariæ Nouæ de Fellino, cuius vigore Monaſterium cœperat poſſeſſionem die 22. Decembris 1615. in qua poſſeſſione perſiſtendo etiam percipiendi fructus, compertum fuit, de facto fuiſſe captam poſſeſſionem eiuſdem domus per Commendatorem Cicciaoi, propter quod Monaſterium petiit in S.C.remedium Capitulorum Regni ſibi concedi pro reſtitutione poſſeſſionis captæ ſic de facto ſupra muros domus cum ſfabricatione armorum, & turbare aliquem ſua poſſeſſione dicitur maleficium committere, potiſſimùm quando dolo, vel lata culpa committeretur, Marſil.conſ.80.num.47. ex quo turbare eſt opprimere, Menochius de retinenda poſſeſſione remed.3.num.367 turbat qui alterius poſſeſſionem eo inuito ingreditur, Menoch. de retinanda poſſeſſione, remed.3.num.490.& ſubdit num. 500.turbat qui me abſente ingreditur poſſeſſionem meam. Eò maximè ob armorum deletionẽ, poſtquam etiam turbare dicitur qui inſignia delet, vt ibi Menoch. num.502. de quo etiam apud Præſ.de Franch.dec.443. Regens de Ponte de poteſt.Proreg.tit.10.rub.de inſign. & armis, Epiſcop.Ricc.collect.1608. Et ideò adinuẽta ſunt Capitula Regni ad tollendum ſcandala, vt extat probatum in ſequenti verbo, quocirca dùm quis turbatur ſuper poſſeſſione rei ſtabilis, ſeù moleſtatur, concedi debet conſeruatorium, Camp.in cap.Ad Præſidentis, n.2.& 3. Regens de Ponte conſ.145.num.4.vol.2. multò magis quando fuerit ea de facto ſpoliatus, ideò nedùm de iure canonico erit reintegrandus, cap.reintegrandæ 1.quæſt.3.Camp.in Cap.Subditorum, num.25. ſed etiam vigore dictorum Capitulorum. Verùm quia aduersùs citationem factam per edictum comparuit præfatus Commendator aſſerendo, comparuiſſe in Curia Cicciani ob mortem dictæ Laudoniæ ſine filijs, ex quo domus illa erat reddititia Cõmendæ in annuis carolenis quatuor, & propterea attento antiquo ſolito, & poſſeſſione, poſt mortem poſſeſſoris remanere in pleno dominio, & poſſeſſione Commendæ, petijt illam ſibi adiudicari, & hoc vigore cuiuſdã libri Commendæ intitulati Iura Cõmendæ, vbi oſtendebatur ob mortem Saluatoris Pizzæ ſine filijs bona ſua eidem Cõmendæ deuoluta, deueniſſe, & alia con ſimilia excadentialia bona deuoluta ob lineam finitam, propter quod obtinuit decretum, quòd bona ob extinctionem lineæ Laudoniæ deuoluantur Cõmendæ, & vniantur cum aliis bonis Cõmendæ in perpetuum in pleno ipſius dominio ſub die 26 Feb. 1616. cuius vigore fuit capta poſſeſſio, quo fit, vt cum auctoritate Iudicis capta fuerat poſſeſſio, non aliter maleficium perpatraſſe dici poterat, nam qui ſuo iure vtitur, nemini iniuriam facit, l.qui iniuriarum § is, qui, ff. de iureiur.cap.cùm Eccleſiam, de elect. Immò turbare non dicitur qui continuat ſuam poſſeſſionem, nec etiam dicitur facere contra præceptũ inhibitorium, ſed ſuam defendere poſſeſſionẽ, etiam ſi contra eum lata eſſet ſententia, & facta inhibitio, Borgn.dec.16 n.13.par.1.ſubdẽs, quòd nec accuſari poteſt de damno dato, nec de turbata poſſeſſione. Et ſucceſſiuè qui auctoritate Iudicis poſſidet, rectè poſſidet, ad tex.in l. iuſtè

poſſidet

Digitized by Google

poſſidet, Borgn. deciſ. 18, num. 19. & dec. 45. n. 9. & in addit. n. 50. par. 1. cum aliis cumulatis à Brixian. in repert. ad Borgn. in verbo poſſidẽs vti miſſus Et ſic ceſſaret diſpoſitio capitulorum prædictorum, quæ loquuntur in caſu violentię, vt fundatum apparet in ſupradicto præcedenti verbo. Et ita fuit per S.C. iudicatum, non eſſe locum petito remedio, vt ex actis in Banca Izzi.

Remedium Capitulorum Regni an competere videatur ædificanti propè murum Eccleſiæ, quæ de facto ſuam poſſeſſionem conſeruando ædificium diripuit, & videbatur affirmandum, quia factum potentionaliter proceſſerat demoliendo fabricam vicini, & quod de facto fit, videtur violenter geſtum, & ſemper ex turbatione violentiam committi ſuadet Menochius de retinenda poſſeſſione, remed. 3. nu. 369. & quia Capitula ipſa ſuper violentia ſe fundant, poſt Præſ. de Franch. dec. 701. nouiſſimè Dominus meus Regens Hector Capyc. Latro in dec. 69 Meritò ipſa concedi debẽr, prout conceſſum apparet ad inſtantiam Franciſci Antonii Sayæ contra Venerabile Monaſterium S. Mariæ de Arcu Ordinis Prædicarorum exiſtens in Caſali S. Anaſtaſii, cò quod cùm ipſe Franciſcus Antonius quandam fabricam conſtrui feciſſet prope turrim cuiuſdam domus dicti Monaſterii ſitæ in Caſali Lucignani, appodiando murũ turri, & feneſtrã illius claudẽdo, & quandam aperturam faciẽdo nuncupatam Saettera, quo viſo Patres dicti Monaſterii ſubuerti fecerunt fabricam ipſam, propter quod ipſe Franciſcus Antonius intentauit remedium Capitulorum Regni, & ſeruatis ſeruandis fuit conceſſum tale remedium, præuio decreto S.C. cuius vigore fuerunt ſequeſtrati annui ducati 250. ipſius Monaſterii, de quo notitia perueniẽ ad Patres, ſupplicationem porrexerunt in S.C. petentes audiri etiam per viam reſtitutionis in integrum, & ſic obtenium verbum fieri, ſi deferendum eſſet petitæ reſtitutioni, quo facto die 5. Maij 1617. fuit dictum, non eſſe deferendum, vnde Monaſterium ad proponendas nullitates deuenit, quibus propoſitis, & diſcuſſis, præuio depoſito, fuit iuſſum, accedi Dominos de Aula ſuper faciem loci, quo facto dicebatur ex parte dicti Monaſterii, obſtare aliquas nullitates decreti prædicti. Primò quia decretum conſeruatoriale, & acta deſuper facta in beneficium ipſius Franciſci Antonii erant nulla, ex quo ad hoc vt competat tale remedium Capitulorum duo neceſſaria requiruntur, hoc eſt poſſeſſio ex parte turbari, & ex parte turbantis violentia, vt doctè fundat Afflict. dec. 24. n. 3. Anna alleg. 7. Pręſ. de Franch. dec. 701. Foller. in Conſt. De burgenſaticis, n. 24. In hac facti ſerie ambo requiſita deficiebant, poſtquàm ex parte Franciſci Antonii nulla potuerat conſiderari poſſeſſio, dùm appodiare feciſſet fabricam turri domus prædictæ, claudi faciendo feneſtram, & alteram aperturam, quæ ab antiquo tempore aderant in dicta turri, & ſic procedit regula tex. in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de nou. oper. nunc. quæ locum habet, etiam ſi fuiſſet murus communis, vt colligitur ex tex. in l. quidã Hyberus, ff. de ſeru. vrb. præd. immò etiam ſi murus eſſet communis, & à quolibet neutro poſſideretur, & appa-rerent ſigna communionis à latere vtriuſque non poteſt ſocius in eo, altero inuito ædificare, quia melior eſt conditio poſſidentis, ex multis probat Viſcont. in ſuis concluſ. verb. Murus. Neque ex parte Monaſterii violentia aliqua conſiderari poterat, dùm licitè poterat propria auctoritate tollere dictam fabricam nouam inhęrentem dictæ turri, vt fundatur in l. quemadmodùm, §. ſi protectum, ff. ad l. Aquil. ibi iure ſuo poſſe eum intercidere, & meritò, & ita clarè affirmarunt Alex. in conſ. 36. n. 5. vol. 1. Crauetta conſ. 4. n. 7. Natta conſ. 412. n. 3. Loffred. conſ. 13. n. 11. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 69. n. 3. Surd. dec. 168. n. 1. taliter quod poterat impunè fabrica demoliri. Nec per hoc iniuria, aut violentia aliqua conſiderari poterat, ad tex. in l. ſi in meo ff. de aqua pluuia arcenda. Sicque facta relatione in Sacro Conſilio per Reg. Conſiliarium Ioannem Baptiſtam Meliorem die 15. Maii 1619. fuit dictum, non eſſe locum petito remedio Capitulorum, & tollatur ſequeſtrum, penès Secretarium.

Remiſſio cauſæ Nobilitatis vertentis in Regiis Tribunalibus an erit concedenda Baroni illam petenti, deciſum fuit per S.C. negatiuè in cauſa Ioannis Antonii de Miro de Ciuitate Caſtri maris de Stabia cum eius domino die 5. Febr. 1569. referente Regio tunc Conſiliario Vincentio de Franchis, in Banca de Felice, vt refert Reg. Rouit. in Pragm. 3. n. 6. de offic. S. C. aſſequitur Auguſt. Capuı. de regim. Reipubl. cap. 1 num. 49.

Remiſſio an erit deneganda Clerico, qui non aliter deſcriptus fuit alicui Eccleſiæ, quamuis ſeruitium in diuinis præſtiterat, deciſum fuit, eſſe remittendum per M.C.V. teſtatur Nouar. opuſcul. pract. concluſ. iuris Pontificii, concluſ. 6. n. 5. ſequitur Paul. Squill. de priuil. Cleric. cap. 7. num. 14.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum aſſertum hęredem ſui patris poſt litem conteſtatam cum Curatore hęreditatis iacentis ſui patris, an erit concedenda, ex ſerie facti oſtendebatur, qualiter die 24. Nouembris 1619. Donatus Vitale, Ioannes Antonius Galanus, & Ioannes Vicinalo inſolidum vendiderunt quondam Iacobo Troiſe annuos ducatos 27. pro capitale ducatorum 300. cum pacto reſciſſorio, & ſignantèr in caſu deficientiæ ſolutionis tertiarum pro duabus tertiis continuis, mortuo dicto Iacobo ſucceſſit Antonia eius filia, quę indè maior effecta ſe matrimonio collocauit cum Franciſco Punzo, cui inter cætera aſſignauit dictum capitale duc. 300. qui obtinuerat mandatum à M.C. debitoribus, vt ipſum recognoſcerent pro domino, & patrono, & quòd ſoluerent tertias decurſas, & cùm ipſi debitores defeciſſent in ſolutione per certum temporis ſpatium, petierant ipſi Coniuges in S.C. reſciſſo contractu debitores condemnari, tam hæredes etiam Vitalis, quã hæreditatem iacentem eiuſdem Iacobi Antonii Galani ad ſoluendum decurſas annatas, & præſtari aſſiſtentiam in forma, licèt fuiſſet prouiſum de Curatore dictæ hæreditati iacenti in perſonam Io. Hieronymi Rapicani, attamen ob eius renunciationem fuit datus Vincentius Ardizone V.I.D. qui acceptauerat onus, quo ſtante fuit datus terminus in cauſa die 28. Septemb. 1641.

&

Digitized by Google

& ſucceſſiuè facta electio Examinatoris, per quem fuit facta requiſitoria, & dùm ageretur de examine teſtium, comparuit Ioſeph Galanus vti filius, & hæres ex teſtamento eiuſdem Iacobi Antonii, inſtando ſecum procedi, & nō cum Curatore conſtituto, & conſequenter ſuſpenſo termino dato, concedi etiam remiſſionē cauſæ ad Iudicem Eccleſiaſticum cū ſit notorius Clericus, & diſcuſſo negótio coram cauſæ Commiſſario, fuit interpoſitum decretum ſub die 16. Nouembris 1641. quòd procedatur ad ea, quæ incumbunt in S.C. non obſtante petita remiſſione, à quo decreto cùm fuiſſet appellatum, & obtentum verbum fieri in S.C. & licèt pro eius parte diceretur, iam ipſum fuiſſe hæredem inſtitutum à ſuo patre in teſtamento, quo exiſtente non poterat dici iacere, neque Curator dari, ex Bal. in l. cùm hæreditas, C. depoſ. firmat Palma in praxi iuris communis, & Regni, par. 2 glo. 8. ſub n. 8. & 9. vbi n. 6. adduxit praxim, quomodo erit procedendum ad dationem Curatoris hęreditati iacenti, & inquit, eſſe hæredem admonendū, ſi intra certos dies adire voluerit, ex Gutier. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. nu. 226. quod non fuit ſeruatum in iſto facto. Et indè in compatitione poſteà præſentata penès acta, vbi ſe aſſeruit hæredem quondam Iacobi Galani patris, videbatur ex hoc etiam probatam fuiſſe hæreditatem, poſtquam hæreditas adiri poteſt nuda voluntate, l. ſi auia, C. de iure delib. §. fin. Inſt. de hæred. qual. & different. vndè ſufficere debet, talem voluntatem actu aliquo. vel verbis declarari, dict. l. fin & l. gerit, vbi Doct. ff. de acquir. hæred & ſufficientèr in hoc caſu per ipſum Clericum declarata apparet, mediante dicta compatitione, in qua hæredem ſe eſſe dixit, & nulla maior probatio, quàm oris confeſſio, l. 1. ff. de confeſſ. & præſertim in filio, de quo extat dictum Apoſtoli, Ergo filius, ergo hęres, & hæreditas iacens non dicitur, quando adſunt filii, Borgn. dec. 30. n. 43. par. 2. Quapropter fruſtra fuerat prouiſio facta de Curatore hæreditati iacenti, quinimmo ſtante filio hærede inſtituto, ſecum procedi debuerat, & conſequenter corā ſuo Iudice, ad quem remiſſio concedi debuerat, iuxta eius petitionem. Attamen ex aduerſo replicabatur, quòd hæreditas iacens defuncti Laici conueniendа erat coram Iudice Laico, etiam ſi Clericus fuiſſet hæres inſtitutus, vt ex Barboſ. in l. hæres abſens, n. 280. & ſeq. ff. de Iud Gutier. lib. 2. pract. quæſt. cap. 49. num. 3. & ex aliis tenet Conſil. Carleual de iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. q. 5. n. 322. ea ratione, quia hæreditas iacens non eſt hæredis antequàm adeat, Bart. in l. 1. in prin. ff. de acquir. hær. ſed repræſentat perſonam defuncti, l. hæreditas, ff. de acquir. rer. dom. l. nonminùs in fine, ff. de hær. inſt. cum concord. per Dec. in conſ. 438. col. 2. verſ. & vlteriùs, D. Præſ. de Franch. dec. 102. n. 28. D. Carleual dict. num. 322. vbi multos retulit Auctores ita tenentes, quibus addo Palmam in diuerſ. iuris communis, gloſſ. 8. n. 2. par. 2. & quòd hæreditas Iacobi Antonii Galani ſit iacens, apparet nedùm ex datione Curatoris, præuia informatione, vt in facto deductum eſt, ex quo quando hæreditas eſt iacens datur Curator bonorum, Borgn. dec. 30. n. 60. par. 2. ſed etiam quia aditio non præſumitur, Dec. qui plures concordantes allegat in conſ. 442. col. 3. verſ. aditio enim, n. 15. ſed eſt probanda per aſſerentem, ex quo facti eſt, l. pro hęrede ff. de acquir. hær. Præſ. de Franch. dec. 60. n. 3. & 10. & dec. 80. n. 8. idcircò cum actio prætenſa non ſit probata per hæredem inſtitutum, licito iure proceſſum eſt cum Curatore dictæ hæreditatis iacentis coram Iudice Laico, qui erat Iudex defuncti. Nec proindè dicat Aduerſarius, quòd ipſe iamdiu habuerit animum adeundi, vt ex eo adiuerit hæreditatem patris, quia ſolo animo aditur hęreditas, ad tex. in dict. l. gerit, nam neceſſe erit, quòd animus declaretur per actum extrinſecum, vt gloſſ. in dict. l. gerit, verſ. alienatio, aliàs animus, ſeù voluntas in mente retenta nil operatur, l. quidam cùm filius ff. de hær. inſtit. l. ſi repetendi, C. de cond. ob cauſ. optimè Borgn. dec 19. n. 22. par. 4. ſolus enim Deus cor intuetur, homines verò vident ea, quæ patent, vt habetur primo Reg. cap. 16. & ideò per Doctores Theologos, & Summiſtas vno ore concluditur, internam voluntatem actibus externis non explicatam aliquid in foro iudiciario non operari, quod deducitur ex Diuo Thoma 2. 2. quæſt. 88. articuli 1. Molin. de contract. diſput. 266. Si verò declarationem animi adeundæ hæreditatis paternæ factam dicat in compatitione per ipſum præſentata pro remiſsione cauſæ ad Iudicem Eccleſiaſticum, in qua ſe aſſerit hæredem ex teſtamento, & teſtamentum ipſum producat, aduertatur, quæſo, quòd dicta declaratio eſt facta poſt litem nedū motam, ſed conteſtatam cum hæreditate iacente, cùm ipſa conteſtatio ſit facta die 28 Septembris 1641. compatitio verò præſentata ſub die 6. Nouembris eiuſdem anni, quamobrem ſi eſſet probatus Clericatus prętenſus, non poſſet eſſe locus petitæ remiſſioni ad Eccleſiaſticum Iudicem, quia ſicut pendente lite contra laicum coram Iudice ſęculari, laicus moriatur, Clerico vniuerſali hærede inſtituto, non poterit Clericus forum declinare, ex l. hæres abſens, ff. de iudic. proptèr præuentionem litis coram Iudice laico, cùm dicatur continuatio inſtantiæ cęptæ cum defuncto, cuius hæres ipſe Clericus vnā, eandemquè perſonam repræſentat, Paulus de Caſtro in dict. l. hæres abſens, & alii, quos refert; & ſequitur Couar. pract. quæſt. cap. 8. n. 3. Vaſq. de ſucc. creat. lib. 3. cum aliis allegatis per Surdum conſ. 222 n. 4. vol 1. & dec. 110. & per Carolum de Graſſis de effect. Cler. effect. 1. nu. 282. & Epiſcop. Ricc. dec. 118. par. 4. relati per Squillant. de priuil. Cler. cap. 7. dubit. 3. à n. 58. idem D. Carleual dict. tract. lib. 1. tit. 1. diſput. 285. à n. 309. & alii, quos longa ſerie ibidē recēſet, ita conteſtata lite cum hęreditate iacente, quæ repręſentat defunctum. & eius perſonæ vicem ſuſtinet, vt ſuprà dictum eſt, ex dict. l. hæreditas. Reſtringitur totus articulus in hoc, an ſi ſicut lite conteſtata cum defuncto laico, non poteſt Clericus hæres declinare forum ſæculare, ita etiam lite conteſtata cum hæreditate iacente defuncti laici qui defunctum laicum repræſentat, dict. l. hæreditas, ff. de acquir. rer. dom. Præſ. de Franch. dec. 101. n. 28. debet lis continuari cum Iudice laico, & quidem contra Clericum, licèt non adſit punctualis Doctorum auctoritas, attamen faciunt rationes à Doctoribus cōſideratæ. Primò etenim ideò DD. dicunt, lite

con-

conteſtata cum defuncto non poſſe Clericum forum declinare, quia in hæredem transfunduntur obligationes defuncti, & idcircò quādo contractus à defuncto celebratur in iudicio transfertur in Clericum hæredem, Carleual de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 5. n. 311. hęc ratio viget etiam in caſu iſto, quo lis conteſtata eſt cum hæreditate iacente, nam quando contractus ex iudicio reſultans celebratur cum hęreditate iacente, cenſetur celebratus cum defuncto, qui per hęreditatem iacentem repræſentatur. alia ratio conſiderata à Doctoribus eſt, quia res hæreditariæ tranſeunt in Clericum, poſtquàm quæſitum eſt ius Laico circa forum per litis conteſtationem, Carleual poſt alios loco citato, nom. 315. hæc etiam ratio in hoc caſu viget, nam bona hęreditaria fuerunt prætenſo Clerico acquiſita poſt litem conteſtatam cum hæreditate iacente, & adiunctis etiam alijs, quę faciebant contra prætenſum Clericum, proinde facta relatione in S.R.C. per Regium Conſiliarium Andream Prouenzalem doctiſſimum Iuriſconſultum die vltimo Ianuarii 1642. deciſum fuit, benè prouiſum per Magnificum cauſę Commiſſarium ſub die 16. Nouemb. 1641. penès Secretarium, in Banca Cioffi Magiſtri Actorum.

Remiſſio, ſeù exculpatio facta ab vxore, & matre poſthumæ in beneficium inquiſiti de homicidio, cuius vigore fuit conſecutus beneficium indulti, an erit ſufficiens, quanquam pater occiſi comparuiſſet poſteà, exponendo quærelam, & conſequentèr opus eſſe eius remiſsione, fuerunt ſequentia allegata pro reo mihi tradita à Franciſco Laurito V.I.D. videlicèt. Inquiritur Horatius Ruffus de Ciuitate Semioariæ in M.C.V. de homicidio in perſonam quondam Ioannis Baptiſtæ Melino, qui reliquit Ioannem Petrum eius patrem, & Eliſenam Alaface eius vxorem prægnantem, & pater non expoſuit quærelam, vidua expoſuit nomine proprio, poſteà nata fuit poſthuma, quæ ſupervixit per tres dies, & mater mediante decreto præambuli ſe declarari fecit hęredem ab inteſtato dictæ ſuæ filiæ, & tam nomine proprio, quàm vt hæres ſuæ filiæ remiſit quęrelam dicto inquiſito, vndè quia hæc omnia euenerunt ante publicationē Regij generalis indultus, qui fuit publicatus Neap. die 9. Maij 1600. petiit Horatius debere gaudere Regio indultu, ſtante remiſſione viduæ, cui ſoli competebat ius remittendi. Sed Ioannes Petrus pater occiſi allegauit, ſibi etiam competere ius accuſandi, & ideò requiri ipſius quoque remiſſionem, dato termino in M.C.V. & compilato proceſſu per M.C.V. fuit decretū, quòd Horatius gaudeat indultu. Appellauit pater ad S.C. vbi ſolemnitèr eſt determinanda cauſa, quæritur, quid iuris, & quod decretum M.C.V. ſit omnino confirmandum, tribus medijs probatur. Primò homicidium fuit commiſſum 18. Iulii 1599. Eliſena Alaface vidua expoſuit quærelam in Curia Semioariæ, & die 14. Aprilis 1600. variauit ad M.C. & die 9. Maii fuit publicatus Regius generalis indultus, in quo adeſt terminus menſium ſex ad procurandum remiſſionem quęrelantium, die 7. Iunii 1600. fuit facta remiſsio quęrelæ à prędicta vidua tam nomine proprio, quam vti matre, & hærede quondam Franciſcæ Melinæ eius filiæ, cui competebat ius quærelandi, obtenta igitur remiſſione à quærelante, ſtatim fuit acquiſita gratia indultus ipſi Horatio, ſi poſteà ſuperuenit quærela patris Ioannis Baptiſtæ, non debet admitti, quia ſero ſuperuenit, nam negotium erat finitum ex expoſitione Regii indultus, & ipſo iure purificatis conditionibus contentis indultu Regio, eſt acquiſitum ius indulgentiæ ipſi inquiſito, nam generalis abolitio ſtatim tribuit ius, & non requiritur niſi ſententia declaratoria. Secundò, ſi attendimus diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ octauæ, quæ incipit, nelli anni paſſati, ſub tit. de compoſit. vt ei competat ius quęrelandi, & remittendi, cui competit ſucceſſio in bonis occiſi, non eſt dubium, quin ſoli Eliſenæ competebat ſucceſſio dicti Ioannis Baptiſtę occiſi, nam occiſus reliquit ipſam Eliſenam prægnantem, ex qua fuit nata poſthuma, quæ in Baptiſmo fuit appellata Franciſca, & ſic in bonis occiſi ſucceſſit dicta Franciſca filia, nam in ſucceſſione prima cauſa eſt deſcendentium, excluſis aſcendentibus. Mortua Franciſca ſucceſſit Eliſena eius mater, nam mater excludit auū paternum, ergo ipſa mater tanquam hæres hæredis dicti occiſi potuit accuſare, & remittere accuſationē. Tertiò, & eodem ſi attendimus, quis poſsit accuſare, qui eſt magis coniunctus occiſo, non eſt dubium, quod in caſu noſtro eſt magis coniuncta vxor, quàm pater ipſius occiſi, nam D. de Franch. deciſ. 328. ponit vxorem in eodem gradu cum filiis defuncti, & diſputat, quis præferatur in accuſando, & tamen concludit, præferri filios, ergo videtur ſentire, quòd ſi veniat pater, vel mater defuncti, non debeant concurrere cum vxore ad quærelandum, & hoc apertiſsimis rationibus fundatur. nam pater non eſt ita coniunctus filio ſicut vxor marito, Sacra enim pagina loquendo de viro, & vxore dicit, nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea, Geneſ. 2. Eſt enim vxor pars corporis viri, & ſocia diuinæ, & humanæ ſocietatis, gloſſ. in l. hæres, ff. de negot. geſt. hinc legimus, maius peccatum facere, magiſque delinquere qui coniugem, quàm qui patrem occiderit, arg. gloſſ. in cap. admonere, verſ. exiſtimes, iuncto tex. in cap. latorem 33. quæſt. 2. quoniam magis delinquit qui ſe ipſum, quàm qui alium occidit. cap. ſi non licet, cum ſeq. 23. quæſt. 4. D. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 5. qui verò coniugem peremerit, ſeipſum perimere videtur, ſunt enim duo in carne vna, Paul. ad Epheſ. Math. cap. 9. & nunquam ſequitur, quòd qui interfecerit filium, interfecerit ſeipſum, ſed qui interfecerit vxorem, dicitur interfeciſſe partem corporis ſui, dict. cap. admonere 33. quæſt. 2. ideòque alter alterum expetens, dimidium ſui expetit, arg. l. 1. de rit. nupt. l. aduersùs, C. de crim. expil. hæred. ergo apparet, quòd magis coniuncta eſt vxor viro, quàm pater filio, tantò magis quia vxor iuſtè dolet de morte viri, quia comitem amiſit, l. ita apud Labeonem, §. ſi quis virgines, verſ. teneretur, ff. de iniuriis, hinc reaſſumendo omnes rationes, ex quibus probari poteſt, decretum M.C.V. debere confirmari, quod Horatius gaudeat indultu. Primò probatur ſic, ſi ius accuſādi competit filius occiſi, quia ſunt in propinquiori gradu, & eis defertur hæreditas, ergo in

caſu

Digitized by Google

caſu noſtro ius accuſandi competebat poſthumæ, ſed poſthuma mortua eſt, ergo Horatius habet remiſsionem à lege, quia illa, ad quam pertinebat ius accuſandi, defuncta eſt. Secundò poſito, quod ius accuſandi tranſeat per ſucceſſorium edictum de vna perſona ad aliam, tamẽ poſthuma mortua debet tranſire ad vxorem tãquam ad ſtrictiorem, vt ſup. probatum eſt. Tertiò, eſto quòd ius accuſaudi reguletur ſecundùm hæreditatem, tamen poſito, quòd occiſus habuerit bona, illa tranſierunt ad poſthumam, & de poſthuma ad matrem ipſius, vigore legis, ſi infanti, C. de iur. delib. nam magis communis opinio Doctorum eſt, quod hæreditas delata infanti, & non adita per patrem, vel auum trãſmittitur ad matrem, vigore dict. l. ſi infanti, vt latè tenuit Dec. conſ. 245. & 250. & 231. & Bart. ſic conſuluit, dixitque veriorem opinionem conſ. 1. & 2. qui eſt 25. & 26. in conſiliis nouitèr additis, & quamuis contrarium teneat D. Anna filius conſ. 1. n. 10. & ſeq. vol. 2. in cauſa Marchionis S. Luciti, tamèn in eadem cauſa contrarium conſuluit D. Reg. de Ponte conſ. 19. n. 42. cum ſeqq. vbi ait, vel quòd mater ſuccedat in iure reſtitutionis in integrum aduersùs non aditionem, vel quod hodie de iure authenticorum auus non habebit iure patrio, ideſt tanquam occupans iure peculij hęreditatem infanti delatam, & non aditam, ſed habebit vt hæres filij ab inteſtato, iuxta tex. in auth. de hær. ab inteſt. venientib. in principio, & tùnc quia auus præceditur à matre, ipſa mater ſola erit hæres, per tex. in auth. defuncto, C. ad Tertul. & ad euitandum diſputationes ſummorum Virorum dico, quòd illa diſpoſitio non eſt neceſſaria in noſtro caſu, ex eo quia ius vindictæ non eſt in hæreditate, ſed competit ratione maioris coniunctionis, vt ſuprà probatum eſt, ſed ſi attenderetur hæreditas, dico, quòd in caſu propoſito poteſt tractari de tranſmiſſione iuris deliberandi, non eſt in facto, quod poſt necem Io. Baptiſtæ per quatuor menſes nata eſt poſthuma, quæ poſteà deceſſit, & mater remiſit quærelam tanquã vidua, mater, & hæres poſthumæ, & infra alios quatuor menſes, & ſic omnia venerunt infra annum, qui datur ad deliberandum, iuxta tex. in l. cum antiquioribus, C. de iure delib. erat ergo in hæreditate poſthumæ ius deliberandi, an vellit adire hæreditatem paternam, iſtud ius fuit tranſmiſſum, ad matrem ſimul cum hæreditate luctuoſa filiæ ſuæ, cuius poſteà fecit ſe declarare hæredẽ, ergo habuit vtramque hæreditatem, & ſic habet ius accuſandi, vel ſi poſthuma non adiuit hęreditatem patris, poterat petere reſtitutionem in integrum, iuxta tex. in l. Panthonius, ff. de acq. hęr. hæc reſtitutio in integrũ eſt in hæreditate poſthumæ, & hodiè ſumus infra quatriennium, quod datur ad petendam reſtitutionem in integrum, ergo nunc mater per viã reſtitutionis in integrum obtineret viri ſui ex perſona poſthumæ, & cum hæreditate ſola habebit ius quærelandi, & remittendi, & ex his puto, decretum M C. confirmandum, &c. Franciſcus Lauritus V. I. D. Agatius Aſſantus. Die 24. Octobris 1600. ad relationem Iudicis Ioannis Aloyſij Mormilis, per M. C. V. fuit dictum, quòd dictus inquiſitus ſtante remiſſione gaudeat indulto. A quo decreto fuit appellatum ad S. C. & fuit cauſa remiſſa eidem M. C. quæ prouideat, per quam fuit iterùm dictum, gaudeat indulto, a quo decreto fuit iterùm reclamatum, in Banca Panſæ, apud Campeanum Scribam. Et prædictis adde Ant. de Ballis in ſuis tractat. criminal. lib. 5. de Pragm. Reg. n. Pragm. 5. tit. 28. n. 8. dùm quærit, ſi proximior remiſerit, an præiudicet alijs conſanguineis volentibus iterùm accuſare, & concludit, licèt de iure communi ſit eis permiſſum accuſare, non tamen de Conſuetudine, vt ibi per eum, & pax habita à principali, vel ab aliis, ad quos ſpectat, operatur, vt non poſsit ampliùs de eadem cauſa tractari, Guazin. in tractat. de pace, par. 1. quæſt. 17. n. 9. Thoro.

Remiſsio facta à ſorore defuncti occiſi an ſufficiat, non obſtante quærela eius vxoris prætendentis, ad eam ſpectare, fuit deciſio relata ſuprà verb. Ius quærelandi, &c.

Remiſsio petita per vxorem alicuius matriculati in aliqua arte concedi an debeat, deciſum fuit negatiuè in cauſa Aureliæ d'Vrſo cum Hieronymo de Criſtoforo, refert Ricc. in collectanea 2985. p. 7. videatur in prima parte noſtri Comp. verb. Vxor quamuis, vbi conſimilis refertur deciſio.

Remiſsio Clerici an ſit concedenda ad Curiam Eccleſiaſticam, probato ſeruitio in diuinis, licèt non fuiſſet aſsignatum à ſuo Epiſcopo, à quo ordines ſuſceperat, deciſum fuit affirmatiuè per Magnam Curiam Vicariæ in cauſa Clerici Dominici Porti, vt refert Ioan. Maria Nouar. in opuſc. practic. concluſ. noui iuris Pontificii, tit. de foro compet. concluſion. 5. aliàs 92. ſub numero 5.

Remiſsio facta ab offenſo offendenti an operetur remiſsionem damnorum, & intereſſe, deciſum fuit negatiuè per M. C. teſtatur Io. Maria Nouar. dec. 10. ſub n. 1. in fine.

Remiſsio cauſę petita per Clericum conuentum ab eius debitore carcerato, & petente, illum cõdemnari ad præſtandum alimenta, an concedenda erit ad ſuum Iudicem competentem, videtur affirmandum iuxta regulas vulgatas relatas per Marant. in eius ſpecul. par. 4. diſtin. 2. diffusè Conſil. Carleual de iudiciis, tom. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 1. n. 392. Cùmque de hoc contigiſſet altercari in M. C. V. in cauſa Ioannis Caroli de Luca cum D. Antonio Durante, & dicebatur ex ſui parte, non alitèr cauſam ipſam remitti debere, ex quo præfatus Clericus ipſum priùs cõueniri fecerat in eadem M. C. ad reſtituendum quædam bona ei aſsignata vigore inſtrumenti, cuius vigore fuerat condemnatus, & in carcerem coniectus, quo fit, vt Iudex cauſæ principalis eſt paritèr Iudex emergentium, & incidentium, cap. quanto, de iudic. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 10. n. 10. priuil. 57. n. 1. & Iudex cauſæ principalis eſt Iudex cuiuſcunque incidentis, And. Gayl. de arreſt. cap. 2. n. 10. & Iudex cauſæ preparantis eſt Iudex cauſæ præparatæ, Marant. in ſing. verb. Iudex, fol. 54. Item quia vigore literarum M. C. fuerat carceratus in carceribus eiuſdem M. C. ideò coram eodem iudicium alimentorum agendum erat, ex quo eſt ſequela priſtini iudicii, hinc pendente cauſa diuortii coram Iudice Eccleſiaſtico, poterit etiam de alimentorum cauſa cognoſcere, vt refert Ripol.

var,

Digitized by Google

var. reſol. cap. 8. n. 81. Amplius dùm creditor teneatur pauperem debitorem alere, gloſſ. in l. fin. C. de erog. milit. ann. lib. 12. cum alijs apud eundem Surd. co tract. tit. 1. quæſt. 75. n. 2. cum aliis apud Epiſcop. Ricc. in prax. var. reſol. in reſol. 34. Viuius dec. 529. n. 2. vbi in ſpecie loquitur de Clerico creditore, vt alimenta præſtaret debitori ſuo carcerato. Quemadmodum etiam de iure eſt probatum, fieri poſſe reconuentionem contra Clericum coram Iudice ſæculari, Maranta in eius ſpec. par. 4. diſt. 6. n. 53. Vrſin. in tract. de reconuent. cap. 29. Inſuper erit aduertendum, quòd alimentorum cauſa eſt mixti fori, vt probant Anſald. de iuriſdict. par. 4. tit. 10. cap. 1. n. 41. vbi plures allegat, & Ciarl. in contro. for. iudic. cap. 21. n. 19. eo maximè ſi pauperi debeantur, Idem cap. 18. n. 16. quia talis alimentorum cauſa eſt pia, ſi pauperi debeantur, ſubdit in dict. cap. 21. n. 20. quo caſu vterquè Iudex cognoſcere poſſet, Anſal. vbi ſuprà, n. 52. Et cùm fuiſſet domi prouiſum per D. Iudicem Donatū Coppula nunc digniſſimum Regni Secretariū, vt præſtarentur alimenta, & indè appellatum, & obtenſum, verbum fieri in S. C. demùm facta relatione ab eodē in S. C. fuit eidē Magnæ Curiæ cauſa remiſſa de menſe Auguſti die 7. 1640. penès Secretarium, in Banca Bruni.

Remiſſio facta cum pacto, quòd reus non accedat ad talem locum, & ſi accedat deindè, an ei proſit, deciſum fuit, tale pactum non valere in cauſa Nicolai de Lippo Terræ Lannigri, referente Ill. Reg. Fuluio Conſtantio tùnc Reg. Conſil. in Banca de Felice, Nouar. in Prag. 2. collect. 3. ſub n. 9. de compoſit.

Remiſſio inquiſiti an facienda erit ad Iudicem delicti, ſi Iudex originis præueniſſet in cognoſcendo dictum Iudicem delicti, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Marchionis Bracigliani cum Barone Siani, Nouar. in Pragmatica 1. collect. 1. num. 8. vbi de delict. qui conu. deb. nam Iudex delicti offenditur, non originis, vt dixi in voto 16. n. 19.

Remiſſio cauſæ intentatæ in M. C. V. contra aliquem, qui poſt litem conteſtatam petierat remiſſionem ad Curiam Artis ſericæ, vel alterius Artis tale priuilegium habentis, ſi nil in termino præfixo probauerit, an ſit concedenda, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Medori Bruni, refert Nouar. in Prag. 1. coll. 1. n. 31. vbi de delict. quis conu. deb.

Remiſſio petita per Baronem exterum conuentū ſuper re in Regno exiſtente à Ciue Neapolitano habente priuilegium trahendi, non obſtante comparitione dicti exteri in Magna Curia Vicariæ petentis, ſe hæredem declarari ſui conſanguinei, an erit concedenda, fuit per S. C. iunctis Aulis deciſum, non eſſe locum petitæ remiſſioni in cauſa Marchionis Orioli cum Principe Auriæ, penès de Ferrariis, Nouar. in Pragmatic. 1. collectan. 1. num. 31. vbi de delicto quis conu. deb.

Remiſſio cauſæ poſſeſſorij intentati per Laicos vigore Cap. Regni ſoluendi decimas Capitulo Epiſcopali integrè, an ſit concedenda, ſi fuerit petita per Capitulum ad Curiam Epiſcopalem, facta citatione per edictum, & de facto contra Laicos agebatur, deciſum fuit per Sacrum Conſilium iunctis Aulis affirmatiuè, Nouar. in Prag. 1. collect. 1. n. 28. vbi de delicto quis conuen. poſſ.

Remiſſio cauſæ Clerici coniugati an fieri debeat ad Ordinarium loci, ſi non inceſſerit in habitu Clericali, ſed veſtibus ſolitis aſportari iuxta morem loci, deciſum fuit per Magnam Curiam affirmatiuè, & ſic fuit remiſſus Io. Baptiſta de Martino ad ſuum Epiſcopum, refert Nouar. in rub. Prag. de veſt. & famul. prohib. collect. 1. n. 6. & in addition. ad Prag. 4. de Chirurg. & Barbitonſoribus.

Remiſſio petita per Clericum primæ tonſuræ, & Beneficiatum ad ſuum Iudicem competentem, ſi renunciauerit beneficio, an erit concedenda & ſi remanſiſſet Clericus primæ tonſuræ, & videbatur negandum, ex quo prima tonſura, ſed corona nullum habet officium, ſeù exercitium in Eccleſia Dei, inquit Mandoſ. in reg. Cancell. 24. in 1. quæſt. n. 5. & ibidem ex Diuo Thoma, & Riccio. citat. quòd prima tonſura non dicitur ordo, ſed quoddam ſignum oſtendens quòd quis habet intentionem Clericandi, & per eam non imprimitur caracter, & quod eſt ianua Ordinum, ideò ad Ordines, ſed non Ordo, Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. in prælud. n. 298. Nihilominùs idem Mandoſ. in princ. dict. quæſt. diſputando quæſtionem illam, an ſit Ordo prima tonſura, & concluſiuè probat, eſſe Ordinem, & conſequenter Clerici prima tonſura tantùm inſigniti gaudent omnibus priuilegijs Clericalibus, ſicuti Clerici conſtituti in Sacris, probat ibidem Carol. de Graſſ. n. 300. vbi n. 301. rationem aſſignat, ex eo, quia prima tonſura initiatus dicitur Clericus, & ex eo continget, de ætat. & qualit. & ſic largo modo dicitur Ordo, vt ſubdit n. 302. Et ideò in cauſa Veſpaſiani de Butijs die 4. Maij 1584. fuit per S. C. deciſum, quòd remittatur cauſa ad ſuum Iudicem competentem, in Banca Carboni, dùm ipſe oppoſuerat exceptionem fori aduersùs inſtantiam Petri Iacobi de Butiis.

Remiſſio cauſæ vaſalli rei inquiſiti petita per eius dominum, concedi an debeat exiſtente ordine S. E. vt dictus vaſallus non moleſtaretur, pendēte affictu Terræ, & eo pendente delinquendo ſe præſentauerat carceratum in M. C. V. in qua informationes productæ videbantur, prout in facto euenit, quòd cùm Io. Fœlix Sarrianus affictator Terræ Carboni reperiretur inquiſitus de certis delictis, dubitās pro illis moleſtari à Marchione Piſcopiæ domino in criminalibus dictæ Terræ, fuit pro parte dicti inquiſiti ad inſtantiam Eminentiſſimi Cardinalis Pamphilii, nunc Sanctiſſimi Innocentii Decimi Domini vtilis dictæ Terræ in ciuilibus ſupplicatum ſuæ Excellentiæ, nè dictus reus moleſtaretur durante dicto affictu, & ſic obtentum, quo ſiquidèm tempore durante crimen graue commiſerat, ob quod ſe præſentauerat in M. C. & per eam fuit ſub fideiuſſione relaxatus, inde capta informatione huius poſtremi delicti, exiſtente ſic carcerato fuit pro parte ipſius Marchionis petita remiſſio cauſæ, & circa dubium erat concedēda, cùm in primis cauſis ex ſe intromittere non poteſt, ex deductis aliàs in 3. par. noſtri Comp. verb. Remiſſio, in pluribus locis ibi enunciatis. Licèt ex parte inquiſiti replicaretur, obſtare ordinem Suæ Excellentiæ, mandantem, ipſum reū

Xxx non

non moleſtari, remittendo cauſam M.C.V. pẽdente affictu, & quòd Principi placuit legis habet vigorem, adeq; in §. ſed & qui, inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. l. 2. ff. de Conſt. Princ. Prætereà eidem competit dicere. Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas, gloſſ. in l. filio pater, ff. de leg. 1. in fine. Adeò quòd nemo audebit dicere Principi, cur ita facis, Caſſan. in catalogo gloriæ mundi p. 5. conſid. 14. priuil. 62. Inſuper ſolus Princeps committit cauſas cui vult, l. 1. & 2. C. vbi cauſæ fiscal. inoc. in c. ex parte, de verb. ſignif. Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi, par. 5. conſid. 24. priuil. 43. Itèm quando Princeps aduocat ad ſe cauſam, nullus inferior Iudex debet eſſe ita audax, vt ſe intromittat de illa, ex Bal. in cap. vt noſtrum de appell. notat Caſſan. vbi ſup. in priuil. 92. Demùm Princeps poteſt Inferiorũ tùm ſingularium, tùm Ciuitatum iuriſdictiones ſupprimere, Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de Abund. Cron. §. 1. n. 22. Ex aduerſo dici poterat, verum eſſe, quòd de plenitudine poteſtatis omnia poteſt, vt dixit Rodolph. in tract. de abſolut. Princ. poteſt. cap. 6. n. 2. Topius de poteſt. Princip. §. 7. n. 4. & § 8. n. 2. Et hoc reſpectu poteſtatis abſolutæ, ex quo duplicem poteſtatem habere noſcitur, nempè abſolutam, & ordinariam, idem Rodulf. dict. tract. cap. 1. n. 3. Topius dict. §. 8. n. 4. adhùc tamen debet vti plenitudine poteſtatis, vt idem met in cap. 4. n. 1. & 2. eiuſdem tractatus tradit, cùm ſit tam periculoſum in Principe, vt incidat in tyrannidem, ita quòd vtens tali poteſtatis plenitudine circa aliquod iniquum, diceretur tyrannus, Rodolf. dict. cap. 6 num. 17. & non abre verba illa, Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas, eſt cantilena tyrãni, vt inquit Mantua in ſuo Theſeo, lib. 7. ſup. interp. cap. omnis, de pœnit. & remiſſ. verb. Medicis, in fine, verſ. verbumquè huiuſmodi, Topius dict. §. 7. num. 34. & 74. & proptereà tali plenitudine poteſtatis vti non debet in præiudicium ſubditorum, Rodulf. dict. cap. 4. num. 7. & nonquam Princeps præſumitur velle tertio præiudicare, Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 2. nu. 102. Verùm quia in tali reſcripto non apparet expreſsè iuſſum de plenitudine poteſtatis, ideò non exiſtente tali clauſula dici non poterat, ea vſum fuiſſe, vt inquit Rodolf. cap. 3. num. 2. Sed potiùs ordinaria poteſtate, ex qua reſultat, Principem cum aliqua cauſa id feciſſe, quæ regularitèr in Principe præſumitur, Rodulf. dict. cap. 6. num. 103. Cauſa ſiquidèm, ex qua motus fuerat committendo M.C. vt prouideret, quòd pendẽte affictu non moleſtaretur reus, erat expreſſa in precibus ob ſuſpitionem ipſius domini, & proptereà dùm fuiſſet prouiſum per D. Iudicẽ Ioannem Cioffum, vt pro executione ordinis Suæ Excellentiæ cauſa remaneret in M.C. petita remiſſione non obſtante, interpoſita appellatione ad Collaterale Conſilium, demùm facta in eo relatione ab Eodem de menſe Iunij 1641. fuit confirmatum tale decretum, penès Milanũ Mag. Act.

Remiſſio vxoris occiſi an exigatur, ſtante remiſſione facta per ſororem occiſi, & ſi non ſucceſſiſſet in illius hæreditate, ex eo, quia defunctus alium heredem inſtituerat in ſuo teſtamento, relata fuit deciſio ſuprà in verbo Ius quærulandi.

Remiſſio cauſæ ſummariæ iuxta Capitula Regni petita per Fiſcum conuentum, an erit facienda ad ſuum Iudicem competentem, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Mag. Franciſci Egidij cum Reuerendo Collegio Sanctiſſimi Nominis Ieſu, & Magnifica Portia Venata huiuſmodi. Die 29. menſis Ianuarij 1579. Neap. Facto verbo in S.C. per Magnif. V.I.D. Petrum Paulum Theodorũ Regium Conſiliarium, viſa inſtantia Regii Fiſci. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quòd præſens cauſa remittatur, prout præſenti decreto remittitur ad Regiam Cameram Summariæ, &c. Annibal Cæſarius Secretarius. Extracta eſt præſens copia à proceſſu Monaſterij S. Iacobi de Capra cum Io. Baptiſta Egidio ſuper diſſocupatione cuiuſdam viæ publicæ tranſmiſſo ad Regiam Cameram, in Banca Felicis Pignellæ, & itetùm in cauſa Fabritii de Viuo, & ſucceſſiuè Reuerendi Collegii Societatis Ieſu huius Ciuitatis cum Reuerendo Abbate Ludonico Maria Sforza Abbate S. Ioannis in Lamis, & aliis. Die 12. menſis Iulij 1613. Neap. Facta relatione Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Proregi in Collaterali Conſilio per Mag. V.I.D. Ferdinandum Brancia Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium, Illuſtri. & Excellentiſſ. Dominus Prorex & Capitaneus Generalis prouidet, &c. quòd præſens cauſa in terminis, in quibus reperitur remittatur ad Regiam Cameram Summariæ, Conſtãtius Reg. de Caſtellet Reg. Montoya Reg. Ferdinand. Brancia. Extat proceſſus originalis in R.C.S. in Banca Anelli de Martino.

Remiſſio vxoris an requiratur in nece viri, vel ſufficiat remiſſio conſanguineorum tantùm, relata fuit deciſio ſuprà eod. verbo Ius quærulandi.

Remiſſio cauſæ immunitatis petita per Fiſcum ad R.C.S. an concedi debeat, ex facti ſerie comperitur, priſcis temporibus fuiſſe prolatam ſententiam immunitatis conceſſæ per Regem Fedricum Venerabili Monaſterio Montis Virginis domino aliquarum Terrarum, & ſucceſſiuè ſuorum vaſallorum, de qua ſuprà in verbo Immunis, & cùm indè fuiſſet petita remiſſio per Fiſcum ad ipſam R.C. replicabatur ex parte ipſius Monaſterii, ex quo vltra priuilegium ex quadam capitulatione facta per eundem Regẽ, quando eius creditoribus dederat gabellam cenſualium in ſolutum, & pro ſoluto eidem Monaſterio, voluit, quòd Regius Fiſcus vteretur iure priuati, & tanquam priuatus iudicaretur, cauſa prædicta immunitatis gabellæ Sbarrarum non aliter debuerat remitti ad ipſam R.C. cùm Fiſcus ipſe in dubio vtatur iure priuati, ac iure communi, Pereg. de iure Fiſci lib. 6. tit. 1. num. 1. Quapropter cùm ageretur de immunitate conceſſa per dictum Regem, & perturbata à nonnullis dominis vtilibus conoicinis pro ſolutione iurium paſſuum, ob quod fuerat prolata dicta ſententia, videbatur, litem inſtitutam fuiſſe inter priuatos, remoto Fiſco, ex quo Iudices Fiſcales non ſe impediunt inter priuatos, idem Pereg. eo. tract. tit. 1. n. 3. Et ampliùs dùm lis incoata erat in S.C. & ibi cœptũ iudicium, ibi finem accipere debuerat, l. vbi cœptum, ff. de iud. & quia iam finem acceperat per prolationem ſententiæ, quæ terminat iudicium

dictum, Franch. dec. 314. n. 2. non poterat talis remiſſio concedi ea lata, & fortiùs ſi diceretur, quòd ſententia ſit terminus diſceptationis, vt voluit Idem Franch dec. 346. n. 2. ita vt ipſa remiſſio adhùc peti potuiſſet, & in hoc aduertendum erat ad duo. Primò ſi fuerat reclamatum ab ipſa, & hoc caſu in eodem S.C. erat agenda reclamatio, & non alibi, vt habetur in Pragm. 5. de offic. S.C. ibiq. Reg. Roui. Ex quo R.C.S. nullam habet ſuperioritatem Tribunali S.C. quod eſt ſupremum. Et hoc caſu Iudex reclamationis ſententiam exequatur, non autem Iudex primæ inſtantiæ, iuxta deciſa per Præſ. de Franch. dec. 335. Aut non fuerit reclamatum, & tùnc attenta diſpoſitione eiuſdem Pragmaticæ, ſententiæ S.C. iam armata manu exequuntur, & ex eius præeminentia, vndè fruſtrà remiſſio conceditur, nam Fiſcus reclamare debuerat ſicut priuatus, Anna alleg. 26. n. 2. & quatenùs de ſuo intereſſe ageretur, poterat liti aſſiſtere. Ex parte Fiſci replicabatur, immunitatis materiam eſſe de Regalibus, Henric. Bucer. in tract. de regal. cap. 2. nu. 232. et Reg. Tapia de Conſt. Prin. cap. 4. num. 30. Lancellot. & Vaſq. & concernere patrimonium Regale, nõ mirũ ſi ei liceat immunitates cõcedere, Gutier. de tutel. par. 2. cap. 21. num. 3. Adeò quòd Princeps ſibi præiudicat immunitatem concedendo, Thomas de collectis, §. nec ſcienter, ſub num. 16. Et propterea cùm Fiſcus habeat Iudices ſpeciales in cauſis ſuis, Pereg. dict. lib. 7. num. 1. ideò ex priuilegio trahit ad ſuum Iudicem omnes alias cauſas, præſertim ſi cauſa finantiam Regis concernat, Clapper. cauſa 53. per totam, & quandò pro ſuo intereſſe comparet, trahit cauſam ad ſuos Iudices, Peregrin ibidem, num. 9. etenim immunitatis cognitio ſoli Principi competit, Capibl. in Prag. 8. p. 1. n. 266. de Baron. Et ob id in cauſa prædicta fuit interpoſitum ſequens decretum per S.C. videlicet. Die 1. menſis Aprilis 1560. Neap. Facto verbo in S.R.C. per Magnificum V.I.D. Ioannem Baptiſtam Manſum Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S. R. C. prouiſũ eſt, quòd dicta cauſa remittatur, prout præſenti decreto remitti mandatur ad R.C.S. Hoc ſuum, &c. Cæſarius Secretarius, in Banca Thomæ Palombæ, hodiè verò nullam habet difficultatem cognoſcendi de immunitatibus eadem R.C. ex diſpoſitione Pragmaticarum longè poſteà promulgatarum, vt in Pragm. 61. §. 15. de offic. Procur. Cæſar.

Remiſſio cauſæ intentatæ per viduam ſuper exactione dotis in M.C.V. an concedi debeat in beneficium conuenti petentis remiſſionem ad forum viri defuncti, deciſum fuit negatiuè in cauſa Conſtantiæ Carraræ cum illis de Frattaſio die 27. Maii 1627. in Banca Serafini, teſtatur D. Don Thomas de Carleual in tract. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſputat. 2. quæſt. 6. ſection. 7. n. 556.

Remiſſio petita per conuentum ad Curiam alicuius artis, qui poſt decretam citationem latitauerat, diſſimulando, nè ad eius aures perueniret, & interim ſe ſcribi fecerat in matricula eorum, qui eo priuilegio gaudent, an erit concedenda, deciſum fuit per S.C. negatiuè, vt tradit D. Cõſ. Carleual. in tract. de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 3. n. 879. in medio.

Remiſſio cauſæ petita per reum conuentum vigore inſtrumenti facti tempore Clericatus, ſed indè conuentum tempore, quo habitum depoſuerat, concedi an debeat, per S.C. deciſum fuit negatiuè in cauſa Benedicti Codæ cum Anello de Mari die 25. Septembris 1618. in Banca Vallifochi, ad relationẽ M.C. vt refert D. Conſ. Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſect. 3. ſub n. 920.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum factum poſt condemnationem priſtinam ad ſoluendum certos cenſus, ſeù redditus, quos ſoluerat, ſed indè conuentum pro futuris opponentem exceptionem Clericatus, an erit concedenda, vel non, ob præuentionem cauſæ priùs agitatæ inter eoſdem, deciſum fuit negatiuè quoad bona per Sacrum Conſilium in cauſa Marci Antonij de Artiano cum Dario Pignello, in Banca Buttelli, vt teſtatur D. Conſiliar. Carleual de iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 7. ſection. 3. n. 962.

Remiſſio petita per Clericum tertium comparentem penès acta iudicij aduersùs alium inſtitutum vti poſſeſſorem rei, de qua controuertitur, an erit concedenda, ex facto oſtendebatur, dùm fuiſſet lis inſtituta per N. contra Herculem Iannutium ſuper iure aſſiſtendi certi territorij per eum poſſeſſi, in M.C. Curia Vicariæ comparuit penès acta Dominus Cæſar eius filius Clericus aſſerendo, territoria prædicta fuiſſe ſibi donata à dicto Hercule eius patre, & in illorum poſſeſſione perſiſtere, conſtituendo dictum eius patrem procuratorem, & proculdubio eius petitioni erat annuendum, quando in effectu conſtaret de eius poſſeſſione, ſed quia ex pluribus talis obiectio diluebatur, nedùm quia talis donatio, licèt pro eius patrimonio congeſta fuerat, erat immodica, hoc eſt pro ſumma ducatorum 4000. & ſic potiùs in fraudem facta. Sed & quia verificatũ fuerat, ipſum Herculem patrem perſiſtere in poſſeſſione illorum, ob quod fraus, & ſimulatio reſultauerat, dùm donans in poſſeſſione rei donatæ perſiſtit, vt per Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſt. 162. num. 228. & ſeqq. Sicque cũ fuiſſet domi prouiſum per D. Iudicem, vt ad vlteriora procederetur ad ea, quæ incumbunt, & confirmatum tam per eandem M.C. quàm per S.C. eadem referente, deindè fuit præſtita aſſiſtentia in forma de anno 1641. in Banca Vulturalis, & tranſmiſſa acta ad S.C. in Banca Romani.

Remiſſio cauſæ Syndicatorum, eorumque Officialium conſtitutorum contra Officiales deputatos à Barone in eius feudo, an erit concedenda, dùm prætenderetur per ipſum Baronem vigore ſuorum priuilegiorum habere poteſtatem cognoſcendi de omnibus delictis, etiam de quibus ſola M.C.V. cognoſcit, exceptis criminibus læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, ac falſæ monetæ, cum clauſula abdicatiua à M.C. ac alijs Tribunalibus, quoad primas, & ſecundas cauſas, ea proptèr cùm ipſi Syndicatores ſe intromiſerint circa Syndicatum Officialium, non poterat contra eos procedere, & ſic crimen vſurpatæ iuriſdictionis incurrerant, per M.C.V. fuit iudicatum, vt cauſa remaneret in ea, & ſic fuit denegata remiſſio ad Baronem, ad relatio-

nem Reg.Conſil.Cæſ.Ereccie in Banca Turini pro Cantone, ſicque fuit habitum pro vero ex clauſula priuilegij, quòd poſſit cognoſcere de delictis ſuorum vaſſallorum Officialium, non autem Regiorum, teſtatur Horat. Montan.cont. forenſ. conti.69.

Remiſſio cauſæ ventilata in iudicio ſæculari contra plures, inter quos erat minor conuentus, ſi demùm prolata fuerit ſententia, & minor tùnc maior effectus, & paritèr Clericus, & petierit reſtitutionem in integrum, & ad eam admiſſus, an perindè concedenda erit. Intentata lite iuris aſſiſtendi per Scipionem Garganum contra Antonium, & Philippum Pirum vti hæredes eorum patris conuentos in M. C. licèt citatos extra Ciuitatem, & propriè in loco, vbi certa eorũ territoria exiſtebant, ſuper quibus aſſiſtentia petita fuerat, & demùm prolata ſententia contra eos comparuit ipſe Philippus iam maior effectus, & paritèr Clericus, licèt in minoribus, petendo per viam reſtitutionis in integrum audiri ex integro, eò quia tempore litis ceptæ erat minor, & facilè lædi potuiſſet, ſaluis iuribus ſibi competentibus, præſertim citra præiudiciũ ſui Iudicis competentis, indè ſeruatis ſeruandis per eandem M.C. fertur fuiſſe iudicatum, eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, ſicque dato termino in cauſa, de nouo ipſe Philippus inſtituit, cauſam remitti ad ſuum Iudicem competentem, ſtante quod erat Clericus in minoribus, vt probauerat in termino, non enim inhibitum eſſe cernitur de iure, quòd minor lite pendente factus maior petere non poſſit reſtitutionem in integrum, cùm hoc agere poſſit, prout ea Affl. ct. dec.210.n.4. confirmat Lancel. de attent.par.2.cap.4.limit.20.n.13. maior enim poteſt reſtitui aduersùs proceſſum, & ſententiam, & contumaciam, Ang.in l.hunc titulum, §. an autẽ, ff.de appell & propterea reſtitutione ipſa in integrum poſtulata, donec finiatur, omnia in ſuo ſtatu manere debent, notat Minſing. cẽt. 1.obſeru.48.n.1. quo fit, vt cùm fuerit conceſſa, omnia in priſtinum ſtatum reducantur, nam reſtitutio reponit reſtitutum per omnia in priſtinum ſtatum, Ang.in l.cùm caluatus, n.1. C.de ſent.paſſ. And.Gayl.lib.2.de pace publ.obſer.19. n.2. ideò omnia damna recuperat, & reſarcit, Paul Staib. conſ.62.n.15. per rationem illam, quia reſtitutio eſt repoſitio in priſtinum ſtatũ, l.ſi quis maior §.reſtitutio, vbi Bart.ff.de minor. Bert.in repert.ver. Reſtitutio, in princ. Bellemer. conſ.33.n.1. Marant.in ſpecul.par.6.rub.& quãdoquè appell.n.77. Oſasc.dec.9.n.5. indè reſtituere dicitur ille qui rem in priſtinum ſtatum reducit, Ang.in l.Prætor, §.reſtituas, n.1.ff.ne quid in loc.publ. eapropter non tantùm perſona reſtituta in priſtinum ſtatum reponitur, cùm ipſa reſtitutio perſonalis dicatur ſecundùm aliquos, vt refert Minſing.cent.4.obſer. 18 n.1. ſed paritèr rem ponit in priſtinum ſtatum, Dec.cõſ. 436.n.3. Theſ.dec.9.n.4. Giurba dec.19. num.7. vndè benè deciſum refert Minſing. dict.obſer. 18.n.2. reſtitutionem ipſam eſſe realem, quanquam in ſeq n.4.dicat, reſtitutionis in integrũ beneficium mixtum eſſe, partim reale, partim perſonale & indè infertur, cùm non tantùm ipſa perſona reſtituta in integrum, quæ fuerat minor, maior effecta, vti maior iudicabitur ex integro per mutationem ſtatus, dùm paritèr laica erat, & mutata fuerat in Clericum, proculdubio talis remiſſio concedenda erat, ſicuti ab initio cauſa Clericorum erat agitanda coram ſuo Iudice, ita paritèr in hoc caſu redacta cauſa ad ſua principia per viam reſtitutionis in integrũ, ex allegatis, ſimilitèr reſpectu ipſius rei apparet fuiſſe mutationem factam, cùm antea per laicum poſſidebatur, nunc verò per Clericum, nam mutata perſona mutatur conditio rei, Anna alleg.70.num.34. quibus accedebat permutatio cauſæ, ob quod mutatur effectus, Specul. in tit.de iur.§.1.verſ.item quòd cauſa, comprobari quoquè adnectitur talis prætenſio, nam quemadmodùm Clericus effectus poſt peremptam inſtantiam, dùm reſtauratur ſpiritus, gaudere debet declinatoria fori, vt per Bart.in l.cùm lite mortua, ff.iud.ſol.cum alijs relatis per Annam in ſing.126. qui cum hac reſidet opinione, & eum ſequitur Coſta in praxi conuent. p. 2. clauſ.144.num.6. Paritérquè ob deſertionem inſtantiæ ante Clericatum debet iudicium de nouo inchoari coram Iudice Eccleſiaſtico, quia peremptum eſt illud iudicium, proùt ex Cyn. Bar.Dec.Soc.& Fel.probat Borgn. Caual.dec.Sicil.10.n.35.p.5.dec.13.n.41.& dec. 25.p 2. Ita paritèr in præmiſſo caſu concludendum eſſe oſtendebatur, eò fortiùs, quia iudicium cum pupillo ſine tutore eſt nullum, Boer.dec.92.num.2 Gayl.lib.2.obſ.107.num.3. ſimilitèr & proceſſus redditur nullus, Gram.conſil.ciuil.67.nu.1. ſuperaddita etiam qualitate Clericatus, eò quod proceſſus factus à Iudice laico, derecto Clericatu eſt nullus, Claud.Tur.alleg.17.num.7.& eam rationem aſſignant DD. eſſe proptèr reſtitutionem in integrum, Puteus dec.155.num.4.p.1. Indè ſicuti inſtantia cenſetur extincta iuriſdictio iudicij appellationis, præterquàm quoad expenſas, Cornaz.dec.Lucenſ. 161. num.2. & meliùs hoc probat Carol.de Graſſ. in tractat.de effect.Cler.in 1.effect.n.296. ita quòd inſtantia perempta lis eſt tanquam ſi non fuiſſet incepta in præcedenti num.291. idem aſſeruit, ſubnectit num.292. quòd inſtantia perempta non dicitur ampliùs Iudex, ſed priuata perſona. Ita pari modo in caſu noſtro erit fortiùs affirmandum, ſtante prolatione ſententiæ nullæ, & inualidæ, cùm Iudex dicatur functus ſuo officio per ſententiã validam, ſiuè inualidam, Felin.in cap. ex tenore, num.11. de reſcrip. quinimmò pernecesſe, dùm erat inchoandum iudicium de nouo, proculdubio attenta mutatione ſtatus perſonæ, cauſæ, & rei, vt coram Eccleſiaſtico Iudice competente, ad quem petita fuerat remiſſio, agendum erat, fuit tandem contrarium deciſum per M.C. referẽre D.Grimaldo de anno 1622. penès Cõſtantinum Act. ea famè ratione, quoniam cauſa iam præuenta fuerat per ipſam M.C. quod etiam in terminis probat Matth.in tract. de prorog.fen. compet.præu.ſub num.54.fol.25. verſ. an in iudicio ciuili, ex tex.in l.vbi ceptum, ff. de iudic. & ſubdit, fuiſſe opinionem Alani in cap.1.de oblig.ad ratioc. & his conueniunt tradita per Olib.de iure Fiſci.cap.3.num.45. Marta voto 124.num. 3. Franch.dec.209.ſub num.3. & ampliùs quia minor citatus non opponens exceptionem declinatoriam fori, an poſſit reſtitui in integrum, Afflict.in Conſt.Immunitatem, n.10.

tenet,

tenet, quòd non quando fuerit lis conteſtata, ſic etiam minor aduersùs ſententiam contra eum latam non reſtituatur, lite pendente effecto maiore, Maſtril. deciſ. 268. numero 5. vbi plures allegat.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum effectum poſt condemnationem ſoluendi certam quantitatem pecuniæ, an ſit concedenda reſpecto concernentiæ executionis bonorum redditiciorum ipſius, vel exequi debeat ſuper illis, fuerunt hæc allegata, videlicèt. In anno 1615. Dominicus de Magiſtro fuit condemnatus mediante ſententia ad ſoluendum Venerabili Monti de Manſo quendam annuum cenſum emphyteuticum perpetuum tanquam poſſeſſor quorundam bonorum ipſius Montis directi domini, cuius ſententiæ vigore conuentus prædictus in anno 1623. oppoſuit, ſe effectum Clericum Sacerdotem, & proindè cauſam eſſe remittendam ad Curiam Puteolanam ſuum Iudicem, quibus non obſtantibus per M.C. fuit decretum, quòd exequatur ſuper bonis poſſeſſis redditicijs, ad quod inter cætera allegabatur tex. in l. ſi quis poſtea, ff. de iudic. vbi gloſſ. dat exemplum in Clerico, allegabatur etiam doctrina Bart. in l. 1. in fine, ff. de pœn. & in ſpecie Boer. dec. 69. num. 6. 8. 20. 22. & per totam, à quo cùm fuiſſet appellatum ad S.C. fuit decretum confirmatum facto verbo in aula Reg. Conſ. de Ianuario, penès Conſtantinum.

Remiſſio cauſæ petita ad Curiam Eccleſiaſticam per Clericum de nouo conuentum ad inſtantiã laici actoris coram Iudice ſæculari, à quo tempore ipſe Clericus fuit abſolutus ab obſeruatione iudicij, ſaluo iure rectiùs agendi, an ſit concedenda, in facto aſſerebatur, ex cauſa cuiuſdam informationis criminalis captæ contra quendam inquiſitum fuiſſe per Curiam Baronalem pro pœna executum ſuper nonnullis bonis, & proceſſum ad illorum venditionem, & demùm fuerunt liberata D. Hectori de Ruggerio Clerico vltimo licitatori, & cùm fuiſſet appellatum ad M.C. per Nicolaum Cauria filium dicti inquiſiti, & petitum, omnia acta facta fuiſſe, & eſſe nulla, & ita declarari iuxta terminos cap. cùm dilectus, de appell. vbi Franch. conuento etiam, quòd poſt litis conteſtationem remiſſionem petierat ad Curiam Eccleſiaſticam, à qua fuit excluſus, dùm per ipſam M. C. pronunciatum fuiſſet, quòd cauſa remaneret, demũ ſeruatis ſeruandis, compilato proceſſu cùm fuiſſet per M.C. decretum, Clericum ipſum conuentũ abſoluendũ eſſe ab obſeruatione iudicii, ſaluo iure rectiùs agendi, prædictus Actor nouum firmando libellum, illumque præſentando penès acta, eidem Clerico intimando, de nouo petiit conuentus remiſſionem ad Curiam Eccleſiaſticam, prætendens, eſſe nouum iudicium inchoatum, atque nouam inſtantiam, & conſequentèr locum eſſe petitæ remiſſioni, dubitatum fuit, quid iuris, adeò quòd reſolutio allegatæ quæſtionis procedit ab illa cõcluſione, vtrũ ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii ſit diffinitiua, vel interlocutoria, etenim ſi diffinitiua dicatur, ex quo ſententia diffinitiua dicitur illa, quæ diffinit totum negotium principale, & perimit ius Partis, Cornaz. dec. Luc. 19. num. 4. indè diceretur nouum iudicium, & locus eſſet remiſſioni, ſin autem interlocutoria diceretur, ſecùs eſſet, eò quòd ſententia, quæ dicitur mera interlocutoria non habens vim diffinitiuæ, quæ non perimit ius Partis in cauſa principali, vt refert Crau. conſ. 181. n. 8. & in caſu iſto non diceretur nouum iudicium, ſed vetus reformando, & proindè ceſſaret remiſſio prędicta, DD. in hac re variè loquuti ſunt, ſed ſi rectè eorum dicta perpendantur, ad fœderis actum reduci faciliſsimè poſſunt, aliqui dixerunt, eſſe diffinitiuã, eò quod diffinitiuè conuenit abſoluere ab obſeruatione iudicii, Iaſ. in l. properandum, §. & ſiquidèm, num. 6. C. de iudic. in repet. l. ad minores, num. 8. ver. ego autem intelligo, Ripa inibi num. 77. Pariſ. conſ. 67. num. 1. lib. 1. vel ſaltim vim habet diffinitiuę, vt poſt Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 1. ſub n. 8. Rebuff. in l. quod iuſſit, nu. 48. ff. de re iud. ſequendo eos refert Villal. inter comm. opin. lib. 7. tit. de re iud. num. 67. & præſertim illa ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii lata ſuper incępto libello, quæ licèt ſit interlocutoria, habet vim diffinitiuæ, ad cuius naturam magis accedit, Grat. cap. 548. n. 14. Alij verò communiter eam eſſe interlocutoriam affirmarũt Rota in nouis dec. 3. de dolo, & contum. num. 2. Balb. dec. 262. quem ſequitur alios citando Villal. inter comm. opin. lib. 7. tit. ſi ex falſ. inſt. vel teſt. iud. num. 8. Felin. in cap. examinata, num. 17. de iudic. Marant. in ſpecul. p. 6. in 1. actu, nu. 53. & in ſuis ſing. lit. S. ver. Sẽtentia, fol. 106. And. Gayl. lib. 1. obſeru. 103. num. 7. Ioach. Mionſing. cent. 3. obſeruat. 88. num. 5. Borgn. dec. 7. num. 2. & 15. par. 1. Carauita ritu 248. n. 16. & præſertim ſententia illa lata ab obſeruatione iudicii propter libellum malè conceptum dicitur interlocutoria, ita Aret. conſil. 119. num. 4. quem ſequitur Magon. dec. Lucenſ. 52. num. 15. ſequitur idem Gratian. vbi ſupra, n. 16. eo enim caſu fertur ſententia ab obſeruatione iudicii, quando quis ineptè agit, dixit Cornaz. dec. 130. n. 12. nam ſententia non fertur ſuper eo, quod ineptè petitur, Auch conſ. 283. n. 6. in hac re ita diſtinguendum eſſe putat Practic. Papienſ. in forma Sent. interloc. gloſſ. Nos Bernardus Vicarius, num. 15. & in forma libelli in actione reali, gloſſ. per veſtram, num. 3. ex mente Bart. in l. Titia, ff. de accuſ. ad cognoſcendum, quando dicatur diffinitiua, vel interlocutoria, ſic diſtinguit, aut per cauſam imponitur finis ſoli inſtantiæ, & tunc eſt interlocutoria, aut imponitur principali cauſæ, videlicèt abſoluit ab inſtantia, quia non poſſidet, vel quia ſine ratione expertus eſt, & ſimilia, & tùnc eſt diffinitiua, ſed meliùs in d. gloſſ. per veſtram expreſsè ſub tali diſtinctione dixit, quando in eadem ſententia fuerit reſeruatum ius agendi in alio iudicio, quod tùnc diceretur interlocutoria, quod ſatis confert ad ſenſum noſtrum, Ang. verò in l. harum actionum, ff. ſi ſero. vend. num. 3. ſequendo Bart. hæc formalia verba protulit, reſpondendo ſecundùm Bart. ſententiam eſſe diffinitiuam, aſſumi duobus modis, vno quoad ſolemnitatem, vt C. de ſent. ex per. recit. & ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii nõ eſt diffinitiua, quia non requiruntur illæ ſolemnitates, nec eſt neceſſe, quod feratur in ſcriptis, & iſto reſpectu eſt interlocutoria, vt dicitur in hac gloſſ. & in l. Titia, ff. de accuſ. & in dict. l.

Iulia

Iulia, & in d. §. ſiquidèm, vbi dicitur, quod ſi liquet ex actis, abſoluet Iudex diffinitiuè, alias ab obſeruatione iudicii facit, l. diui inſ. de lib. cau. Secundo modo poteſt videri, an ſit diffinitiua, hoc eſt, quod diffiniat cauſam imponendo finem ſententiæ, ità quod de cætero non agatur. & iſto reſpectu quædam eſt diffinitiua; & quædam interlocutoria, interlocutoria, qualis poteſt iterū agi, & accuſari, vt abſoluo te propter libellum malè conceptum, vel propter abſentiam accuſatoris, nàm poteſt iterum accuſari, ſiuè conueniri, ità loquitur gloſ. in d. l. Titia, & in §. ſiquidèm, quædam eſt interlocutoria ab obſeruatione iudicii, quæ imponit finem controuerſiæ, vt de cætero agi non poſſit, vt quia abſoluo te, quia abſoluiſti, vel quia occiſus poterat impune occidi, & iſto modo poteſt dici diffinitiua, & iſto modo finem controuerſiæ imponit, ita loquitur gloſ. Inſt. de perpet. & temporal. act. in fin. hæc ille, vbi etiam Paul. de Caſtro, qui in d. l. properandum. §. & ſiquidèm num. 6. annuit perire inſtantiam, atq. acta, quatenus ad ſententiam diffinitiuam ſeruandam ordinantur, ſed effectus introducti per litis conteſtationem non pereunt, abſolutoria ab obſeruatione iudicii perimit inſtantiam cauſæ, ſed non merita, Marotta in tract. de iure offer. numer. 55. in fine, nec iuriſdictionem iudicantis, Rota in nouis deciſ. 3. de dol. & contum. vbi additio, in ſumma ad cognoſcendum quando ſententia ab obſeruatione iudicii dicatur diffinitiua, vel interlocutoria, ex cauſis, ſuper quibus profertur agnoſcitur, quas aliquos recenſet prædictus Marant. in d. ſpecul. in 5. part. principali num 50. & ſeqq. & meliùs Ioſeph Ludouic. in ſuis com. concluſ. tit. de ſent. concluſ. vnic. vnum tamen ſingulare axioma ex his relatis reſultare videtur, ſatis conferens ad deciſionem noſtræ quæſtionis ad euitandum diſputationes, nàm ſi fuerit ſimpliciter prolata ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicii abſq. vlla iurium reſeruatione, & eo caſu cenſeri videtur abſolutus diffinitiuè reus conuentus, vt ex nonnullorum opinione pulchrè demonſtrat idem Magon. dict. deciſ. 32. num. 5. & 56. ſimilitèr Iudex vbi fundat ſuam ſententiam ſuper nullitate debet reſeruare ius iterum agendi, idem Magon. deciſ. 66. num. 1. Iudex ſi abſoluit ab obſeruatione iudicii debet reſeruare iura iterum agendi in alio iudicio, & quando non reſeruat ex natura dictę abſolutionis, nihiloninùs ſubintelligitur eſſe facta reſeruatio iurium, Borgn. dec. 7. num. 7. par. 1. niſi fortè diffinitiuè fuerit pronunciatum, abſoluendo tam à petitione, quàm ab actione, etenim quando diffinitiuè pronunciat, & ſic abſoluit ab obſeruatione iudicii, hoc eſt ab actione, & petitione non reſeruantur iura actori, iterum agendi, ſed totum negotium diffinitur, ſubſequitur ibidem Borgn. num. 10. Iudex enim abſoluendo ab obſeruatione iudicii debet ius parti reſeruare meliùs agendi, refert dictus Magon. in dec. 28. num. 31. ſed cùm in caſu, de quo agitur fuerit reſeruatum ius meliùs agendi, ſubſequitur non tantùm eſſe ſententiam interlocutoriam, ex relatis ſuperiùs, neq. totale iudicium extinctum, ſeù inſtantia, ſed meliùs dico, neq; eſſe extinctam Iudicis iuriſdictionem, ità notabilitèr concludit Abb. in cap. examinata, numer. 12. de iudic. in terminis noſtris loquens, vt ſequitur optima additio ad Felin ibidem ſub num. 15. nouiſſimè idem Grat. vbi ſupra num. 12. & 33. vbi alios citat, & licet per Mag. Cur. fuerit deciſum, quod cauſa remitteretur ad Curiam Eccleſiaſticam, deindè facto verbo in S.C. die 8. Iunii 1612. fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum, Audita relatione Magn Iudicis V.I.D. D. Flaminii de Conſtantio, per S.C. remiſſa eſt cauſa Mag. Cur. verùm ſi contingerit exequi de perſona prouideat, quod exequutio remittatur ad Iudicem Eccleſiaſticum, in Banca Iacobi Anelli Caleni in cauſa D. Hectoris de Rugerio cum Nicolao Cauria, accedat præmiſsis clauſula ipſa, ſaluo iure rectiùs agendi, de qua ſatis loquitur Grat. loco citato num. 8. & ſeqq. vbi etiam concludit, non alitèr fideiuſſorem de iudicio ſiſti eſſe liberatum totalitèr, exiſtente ſententia lata ab obſeruatione iudicii, adeò vt Iudex virtute dictæ reſeruationis non potuerit facere, vt fideiuſſor non eſſet liberatus, allegat Soc. conſ. 91. nu. 8. ad 13. lib. 1. Ancharan. q. 25 n. 10. p 2.

Remiſſio cauſæ petita per viduam ad eius forum Iudicem competentem, concedi an debeat, obſtante ceſſione facta per eam tentum in potentiorem perſonàm Ciuem Neapolitanum petentē cauā, dùm hoc contingit ventilari in M.C.V. hæc in facto, & in iure fuerunt allegata, videlicèt. Conuenta in M.C.V. Magnifica Fabilia Panaro Terræ Padulæ ad inſtantiam D. Franciſci de Aquino Equitis Neapolitani, ac Principis Terræ Petræ Pulcinæ ceſſionarij Hieronymi Treſca, & petita remiſſione per conuentam ad Curiam dictæ Terræ Padulæ Iudicem competētem, fuit per Magni ſ Iudicem M.C. Muſceptulam domi prouiſum auditis partibus, quod cauſa remittatur. A quo decreto pars ex aduerſo grauata obtinuit verbum fieri in dicta M.C. cum interuentu, & facto verbo fuit in cauſa prędicta datus terminus, in quo probauit per duos teſtes, dictum D. Franciſcum eſſe Equitem Neapolitanum, ac Principem dictæ Terræ Petræ Pulcinæ, & compilato termino prædicto per M.C. fuit prouiſum, quod cauſa remaneat in dicta M.C. petita remiſſione non obſtante, à quo decreto dicta conuenta obtinuit Regium decretationem de verbo faciendo in S.C. & facto verbo fuit per S.C. ordinatum, quod M.C. prouideat, quod cauſa prædicta remittatur ex cauſis in S.C. diſcuſſis, à quo decreto pars aduerſa obtinuit Regiam decretationem de verbo faciendo loco reclamationis. Et pro parte dictæ conuentæ dicebatur, dictam ceſſionem tāquam factam perſonæ priuilegiatæ, & ſic perſonæ titulatæ, & potenti, & ſic ad finem trahendi ipſam conuentam ad forum Neàpolitanum, eſſe nullam, & inualidam, & proindè tanquā fraudulentèr factam non poſſe dictum D. Franciſcum ipſam conuentam trahere, & iuuabatur ex tex in l. 1. & vltim. ne liceat potentioribus C. vbi legitur, quod ſi quis cedit perſonæ priuilegiatę, & ſic potenti, non ſolùm amittit creditum ceſſum, ſed ſoluit pœnam. Et quamuis pro parte dicti D. Franciſci allegabatur, nonnulla præſtitiſſe beneficia dicto D. Hieronymo ad finē trahendi conuentam ex cauſa onerosa, & non lucratiua, tùm in termino merita non fuerunt probata, ùm non ſit ſtandum aſſertiori donantis, per illud, quod dixit Bart. in l. ſi fortè, ff. de caſtrenſi peculio, & gloſ. in l. ſi donatione, C. de

colla-

Digitized by Google

collationibus, vbi voluit prædicta iura, quod mœſtia debēr aliūde probari per aſſertionē donātis. Et quia Pars conabatur conuentam trahere etiam ex cauſa lucratiua, vt dixerunt Capiblan. de pot. Baron. Merlinus, Paſch. de par. poteſt. & nonnulli Scribentes, qui volunt, Ciues Neapolitanos ex ſuo priuilegio trahere etiam ea cauſa lucratiua. Tamen per ipſam Conuentam reſpondebatur, Doctores prædictos loqui in caſibus, in quibus ceſſat fraus, ſed in caſu noſtro ex iuribus allegatis præſumitur, ceſſionem prædictam fuiſſe factam ad finem trahendi tanquam factam perſonæ priuilegiatæ, & ſic perſonæ potenti, qua de cauſa motum S.C. cauſam prædictam reuocando decretum M. C. remiſit ad Curiam Terræ Padulæ, quod decretum ſperatur per dictum S. C. eſſe confirmandum, patrocinante in cauſa prædicta pro dicta Conuenta D. Franciſco Faydia Neapolitano. Adeſt proceſſus fabricatus ad inſtantiam dicti D. Frāciſci de Aquino contra dictam Fibiliam Panaro in M.C.V. in Banca Albani. Additio Iure diuino comprobatum eſt, non eſſe litigandum cum potentioribus, ipſis namquè potentioribus pares eſſe non poſſumus, l. 3. in princ. ff. de alien. iudic. mut. cau. fact. vbi gloſſ. allegat concordantia, nam potentioribus magis, quàm iuſtiora volentibus Iudices præſtant, gloſſ. in cap. 2 §. nec latet, de teſt. & proptereà quemadmodùm inhibitum eſt, in potentiorem fieri alienationem mutandi iudicij cauſa, l. 1. in fine, ibi ſi alterius Prouinciæ hominem, aut potentiorem nobis oppoſuerit aduerſarium, tenebitur, ff. de alien. iud. mut. cau. fact. ita & ceſſio litis. Non enim talis ceſſio caret ſimulatione, & fraude, nam actiones ceſſæ potentiori præſumi faciunt ceſſionem ſimulatam, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129. num. 36. qua ſiquidèm vrgente ſubſequitur, quòd fraus præſumitur ex ceſſione facta mala fide, & ſub quadam ſimulatione cauſa vexandi reum, Maſcard. de probat. concluſ. 813. n. 73. hinc eſt, quòd nemo poteſt dare potentiorem aduerſario ſuo, aliàs punitur, Auiles in Capit. Præt. cap. 3. § Procuratores, num. 23. cum in terrorem aduerſarij dati videatur, vt ibi dixit, & plura ad ornatum l. 1. C. ne lic. pot. examinat optimè Rubeus dec. Roman. 282. to. 2 vbi plura, non mirum ſi tales ceſſiones factæ in potentiorem ſint nullæ, vt probat ex multis Mora dec. 6. num. 1. & Franc. Zoannet. in tract. de empt. & vend. num. 10. & 11. Et quamuis replicari potuiſſet ex parte ceſſionarij, ipſum eſſe Ciuem Neapolitanum oriundum, licèt Nobilem, & in ea Ciuitate reſidere Magiſtratus ſuperiores, ob quod potentia vigere non poterat. etenim potentia alicuius Ciuis non poteſt conſiderari in ea Ciuitate, in qua adeſt ſuperintendens, qui nemini denegat iuſtitiam, vt tradit ibi Rubeus num. 25. vbi num. 37. ſubdit, quòd potentia ſola ſat ſit, quod non eſt in terminis edicti ne lic. poten. &c. niſi etiam concurrat dolus, & probetur, quòd ceſſio ſit facta malitioſè, & animo opprimendi aduerſarium. Nihilominùs dicebatur, ipſum ceſſionarium eſſe ciuem Neapolitanum, licèt oriundum, & Neap. habitare, vbi magis poterat inuigilare negotio, & ipſam actricem exteram, viduam, ac deſtitutam, nec poſſe cum ipſo potentiore litigare, etenim potentior is dicitur, qui difficiliùs conueniri poteſt, vt inquit Menoch. vbi ſuprà num. 38. & Nobiles non tam facilè conueniri poſſunt, Tiraq. de nobilit. cap. 30. num. 161. & ob id cùm ipſe Nobilis ſit Neapolitanus, abundare cenſetur diuitijs, amicis, & numeroſitate perſonarum, & familiarum, ac populati æſtimatione, ex quibus potentia probatur, Rota in nouiſſimis dec. 197. num. 33. Factaquè relatione in S.C. die 18. menſis Iunij 1645. per eundem Iudicem fuit confirmatum decretum ipſius Sacri Conſilij in cauſa reclamationis, & benè prouiſum, penès eoſdem.

Remiſſio cauſæ petita per Baronem contra eius vaſallum conuentum vigore apocæ Bancariæ an concedi debeat, non exiſtente ipſo carcerato, neque facto depoſito, deciſum fuit per S.C. negatiuè, vnitis omnibus Aulis S. C. ita refert D. Reg. Sanfel. dec. 154.

Remiſſio cauſæ petita per Clericum diffamatum vigore l. diffamari, C. de ingen. & manumiſſ. an concedi debeat, in quo iudicio erit aduertendum, quis dicatur actor, & reus, quibus reſolutis fuit per S.C. iudicatum in cauſa D. Lucretiæ de Tolfa cum D. Antonio Monaco conuento ſuper dict. l. diffamari, petente remiſſionem ad ſuum Iudicem, eſſe procedendum in S.C. non obſtante remiſſione petita, ita D. Reg. Sanfelic. dec. 178.

Remiſſio petita per laicum vxoratum ad Iudicem Eccleſiaſticum ob delictum commiſſum tempore, quo erat Clericus beneficiatus, & primo ordine initiatus, concedi an debeat, ſtante præuentione capturæ factæ per Iudicem ſecularem, deciſum fuit per Magnam Curiam Vicariæ negatiuè, teſtatur D. Regens Sanfelicius deciſ. 218.

Remiſſio pœnæ promiſſa ſub illa conditione, dùmmodò ponat in verum delictum, an ſuffragetur reo, ex quo non fuerat probatum delictum ſua opera ſaltim per inditia ſufficientia ad torturā, deciſum fuit negatiuè, & ideò proceſſum ad vlteriora contra eum, refert D. Reg. Sanfelic. dec. 222. vbi alium caſum recenſuit, dicendo, reum fuiſſe punitum pœna vltimi ſupplicij, vide ſup. in verb. Indultum.

Remiſſio, ſiuè pax ad obtinendam gratiam, ſiue compoſitionem ſuper contrauentione exilij an requiratur, ſeù remiſſio quærulantis ex delicto, pro quo pœna exilij impoſita fuit, fuit deciſum, non competere pro contrauentione exilij ius appellandi quærulanti pro primo delicto, quia pro eo ſuſtulit pœnam, pro contrauentione verò, quia nouum dicitur delictum, nulla adeſt offenſio Partis, Dominus Reg. Sanfelicius deciſ. 320.

Remiſſio cauſæ petita per Fiſcum creditorem vnius ex litigantibus in S.C. & denegata, an ei liceat aſſiſtere, & opponere pro ſuo Intereſſe omnes exceptiones ſibi competentes, quas omiſit opponere in eodem S.C. vbi pendet lis, vide ſup. in verb. Fiſcus.

Remiſſio vxoris an exigatur pro obtinenda gratia Principis, licèt aliàs iudicatum fuiſſet, non eſſe neceſſariam, poſtmodùm contrarium fuit per M.C. iudicatum, teſtatur D. Reg. Sanfelicius dec. 26.

Re

Remiſſio cauſæ petita per Clericum ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum concedi an debeat, non obſtante diuiſione bonorum inter cohæredes voluntariè facta, ex qua res immobilis ad Clericum contigerat, lite pendente, dum erat obligationi obnoxia, fuerunt ſequentia allegata, videlicet. In iudicio relaxationis Ruris in actis deducti aduerſus filios, & hæredes de Pritio, & illius ruris poſſeſſores, tùm ad tale iudicium illudendum, atq; inane reddendum Sacerdos Franciſcus Maria petijt, cauſam remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, ex quo in diuiſione licèt poſt motam litem inter fratres de paterna hæreditate totum illud Rus ipſi Sacerdoti aſſignatum fuit, S.C. in eam iuit ſententiam, vt procederetur in S.C. pro portionibus laicorum, non obſtāte præfata diuiſione, ab iſta ſententia fuit per dictum Franciſcum Mariam reclamatum, & compilato proceſſu eſt iterùm de viribus præfatæ ſententiæ videndum, & licèt certiſſimè credam, in eam ſententiam ituros Dominos Iudicantes, tùm quia controuerſia pluries hinc indè penſatis rationibus fuit iudicio doctiſſimorum Iudicantium terminata, vt dixit Afflict. in dec. 44. in fine, tùm etiam quia nil de nouo fuit per Partem aduerſam vel deductum, vel probatum, vt infrà dicetur, vt per eundem Afflict. dec. 18. n. 2. tamen vt iterum memoriæ repetam, quæ per Actrices deducta fuere, libuit infraſcripta quã breuiſſimè attingere. Et ſi namque vera ſit theorica, vt diuiſio inter fratres de paterna hæreditate vitium litigioſi ceſſare faciat, tùm de iure communi, §. 1. auth. de litig. cum concord. tùm de iure Regni in Conſt. Eorum fraudibus, in fine, quidquid dixerit Alc. in conſ. 578. num. 7. lib. 9. quem refert, & refellit Lancellot. de atten. lite pend. limit. 7. ex quo Alciat. nihil pro ſua opinione allegat. Attamen hæc theorica multipliciter ſecundùm varios caſus contingentes reſtrictionem patitur, atque limitatur, prout in noſtro caſu ex infraſcriptis patet. Et primò limitatur, quando ad diuiſionem proceditur, nulla præcedente prouocatione, tunc enim ad diuiſionem procedentes, ad illam deueniunt, non ex neceſſitate, ſed ex eorum libera voluntate, ita cenſuit Ceph. in ſuo doctiſſ. conſ. 64 num. 9. vol. 1. Lancell. in dict. limit. 7. num. 4. apertiſſimè deducitur, nam tota ratio cur ex diuiſione iſtud litigioſi vitium effugiatur, eſt, quòd diuiſio dicitur actus neceſſarius, quia nemo in communione ſtare cogitur, l. in communione, ff. commun. diuid. & paſſim per Doctores infrà citandos, ſed quando nulla præcedit prouocatio, nulla etiam ad illam faciendam vrget neceſſitas, ergo iſto caſu non actus neceſſarius, ſed voluntarius talis diuiſio dicitur, & probat tex. in l. 2. C. de fund. dot. vbi alienatio dicitur, quando maritus ad diuiſionem fundi dotalis communis procedit, non prouocatus. & ibi Odoff. reddit rationem, quia ad diuiſionem non prouocatus procedendo, dicitur actus voluntatis, procedendo verò prouocatus dicitur actus neceſſitatis. Hoc ineuitabile ſcrupulum effugere voluit Pars aduerſa, probando in hoc reclamationis iudicio ipſum Franciſcum Mariam ſæpe conquæſtum fuiſſe de expenſis quàm magnis erogatis per Franciſcum primogenitum tempore, quo vxorem duxit, ſed fruſtrà hoc deduxit, nam tempus expenſarum fuit ſatis longè per multos annos ante cęptum iudicium, ſemper in communione ſtantes, donec mutandi iudicij cauſa dolosè, & in fraudem hoc voluntariæ diuiſionis excogitauerunt adinuentum, ſeu figmentum, vt apparet ex ſcriptura præſentata, vbi matrimonium aſſeritur annis elapſis factum. Secũda inſurgit limitatio, quando mutandi iudicij cauſa, & in fraudem diuiſionem fuiſſe factam dijudicant oculati Iudices, vt apparet ex ipſis, quæ adducit Cephal. dict. conſ. 64. per totum, fraus enim, quæ in rebus litigioſis mutandi iudicij cauſa fit, per omnes leges vetita, atque mulctata fuit, vt ff. de alien. iud. mut. cauſa, & in dict. Conſt. Eorum fraudibus, & in mille alijs locis per Doctores ſparſim, & Iſern. qui cuncta ſciuit, diuiſionem aliàs validam detecta fraude nullam cenſuit in cap. Imperialem §. prętereà Ducatus, num. 36. verſ. ſecùs, ſi ſub colore diuidendi aliud fieret in fraudem domini, & paulò inferiùs in verſ. & ſic eſt intelligenda fraus, dict. cap. Imperialem, §. 1. Surd. conſ. 457. n. 4. lib. 4. & Afflict. dec. 17. n. 7. & proinde quod in fraudem legis pro non facto habetur, vt per gloſſ. in l. ſi vir, § 3. de donat. int. vir. & vxor. Fraus enim detegitur primò, quia per vndecim annos poſt patris obitum in communione permanſerunt, & nunquam ad diuiſionem deuenerunt, niſi poſt duos annos à die cęptæ litis, dùm in limine expeditionis cauſa ſtabat, voluntas enim, quæ tanto tempore in communione durauit, non præſumitur mutata, l. eum, qui voluntatem, ff. de probat, cum alijs iuribus ad hoc adductis per Afflict. de præſumpt. in 16. præſumpt. n. 8. & maximè rebus in eodem ſtatu permanẽtibus, vt ibidem n. 3. quia non eſt probatum aliquid de nouo emergiſſe, per quod ad diuiſionem faciendam fuiſſent poſt tot annos impulſi, neque alia ratio adduci poteſt, niſi mutandi iudicij cauſa factam. Secundò diuiditur paterna hæreditas, ac totum patrimonium ipſi Clerico aſſignatur, dico totum patrimonium, quia reliqua bona, quę alteri fratri primogenito aſſignantur, figurantur adeſſe, & nullum eſt de illorum bonorum poſſeſſione, atque dominio productum documentum, & in inuentario bonorum paternorum non niſi de prædicta maſſaria fit mentio. Tertiò, quia in dicta hæreditate nihil eſt pretioſius dicto rure, & non eſt veriſimile, voluiſſe primogenitum Doctorem vxoratum, in quo domus, & caſata reſidet, aſſignaſſe Sacerdoti, niſi ſolum mutandi cauſa iudiciũ, & non quòd verè talem feciſſent diuiſionem, & quod non eſt veriſimile, non eſt credibile. & colluſionis habet imaginem, vt dixit Bal. in d. l. 1. 3. col. C. de ſeru. fugit. & Card. in clem. ne Romani, de elect. Quartò, quia in dicta diuiſione non parum laborant pro æqualandis dictis portionibus, adeò quòd mater cõmunis donat ipſi Sacerdoti portionem ad ſe ſpectãtem ſuper dicta maſſaria, & ſorte alterius fratris, & ſic etiam lippis fit nota illius diuiſionis fraus. Tertiò limitatur illa theorica de diuiſione, quæ vitium litigioſi ceſſare facit, vt non habeat locũ, quando diuiſio rei litigioſæ non fit per partes æquales, ſed tota vni aſſignatur, prout eſt in caſu noſtro, quia iſto caſu alienationem non eſſe neceſſariam, ſed voluntariam, & legis diſpoſi-

tionem

tionem rei litigioſæ diuiſionem admittentem, inceſſare, tradit optimè Ceph. ibidem num. 16. ex Guid. Pap. Steph. Aret. Bertaz. Pet. de Ferrar. & Tiraq. in locis ibi citatis, & poſt eum Lancell. in dict. limit. 7. num. 4. vbi in omnibus Ceph. ſequitur, præfati namque Doctores per Ceph. atquè Lancellor. allegati cùm dubitaſſent, nùm rei emphyteuticæ inter fratres diuiſio poſſet irrequiſito domino fieri, cùmquè in affirmatiuã inclinaſſent ſententiam, illam reſtringunt, dummodò illa diuiſio per partes çquales fiat, non autem ſi tota res vni aſſignetur, & Ceph. in conſ. 595. vol. 2. num. 26. verſ. & in effectum mouentur, quo loco eum allegat, & ſectatur Lancellot. in dict. limit. 7. num. 4. hæc formalia profert verba, & in effectu mouentur iſti, quoniam Bart. & cæteri qui huiuſmodi diuiſionem irrequiſito domino fieri poſſe voluerunt, nituntur ex eo, quia diuiſio ipſa eſt alienatio neceſſaria, quod dictum ſolùm procedit, vbi diuiſio ita verè fit, vt vnuſquiſque portionem ſuam verè conſequatur, tunc diuiſio eſt alienatio neceſſaria, ſecùs autem quando non diuiditur, ſed totum vni aſſignatur, quia tunc mera eſt alienatio, & ita Ceph. & alios ita cenſuiſſe eſt dicendum, nam cùm in diuiſione, per quam tota illa res vni aſſignatur, non niſi ex eorum mera voluntate deueniunt nulla, namque eſt neceſſitas, per quam vnus totam illam recipere cogatur, ſed bene iſta neceſſitas conſideratur, quando diuiſio fit per partes æquales, quia tunc adita diuidunt, ex iuris neceſſitate inducuntur, cùm in qualibet ceſpite vnuſquiſque ſuam habeat portionem, l. illud, ff. de ritu nupt. & toto tit. C. commun. diuid. Præterea Guido Papa in conſ. 46. in facto præſupponitur num. 2. quod conſil. ab omnibus allegatur in quæſtione, an ex diuiſione debeantur laudemia, & cenſuit deberi, ſi tota res vni fratri aſſignata fuiſſet, alteri verò cætera mobilia, atque pecuniarum quantitates, vt eſt in caſu noſtro, & rationem aſsignat, quia iſto caſu cenſetur, factam fuiſſe emptionem illius rei ex pretio rerum mobilium & pecuniarum, dum integras res mobiles, & pecuniarum quantitates, in quibus habebat portionem, alteri fratri tradit, & è conuerſo recipit totum fundum emphyteuticum, in quo ſuam habebat portionem, & ſic ex emptione debetur laudemium, ita etiam ex iſta diuiſione, & Guid. Pap. Tiraq. & alios allegat eiuſdem opinionis Amad. de Ponte de laudemia, par. 5. quæſt. 55. verſ. niſi in diuiſione. Nec huic per nos ſic firmatæ limitationi auctoritate tot grauiſſimorum Doctorum ſic reſtringentium, quando tota res vno aſſignatur, obſtabit deciſio relata per Bammac. in cap. omnes filij, ſi de feud. def. mil. num. 8. vbi non obſtante, quòd tota res litigioſa ex diuiſione ad Clericũ peruenitſet, S.C. cauſam ad Eccleſiaſticum Iudicem remiſit, nam reſpondetur primò, in illo caſu aliquid in facto fuiſſe conſideratum, quod non eſt in noſtro caſu, & modico facto murato totum ius mutatur, l. ſi ex plagijs, §. in diuo, ver. reſpondi ad l. Aquil. & poſt Anch. & alios notat Aug. Barboſa axioma 93. numer. 1. & 2. vt putà quòd fuiſſet facta prouocatio, vel ex aliqua alia vrgente neceſsitate, ita quòd S.C. inſpicere potuiſſet, illam non mutandi iudicij cauſa factam, ſed ſincerè, & ſine dolo, & fraude, vt innuere videtur ipſemet Bammac. ſub illis verbis, fuitque iudicatum, diuiſionem illam non fuiſſe in fraudem cap. conuentus, & iuxta dict. l. Regni Eorum fraudibus, & proindè dicunt Doctores, non eſſe Doctoribus, qui in votando interfuere, dandam fidem, namquè Conſiliarij ex alijs cauſis, quæ ex illis, quas Aduocati allegant, mouentur ad ſic decidendum, vt inquit Reg. Roui. dec. 49. num. 12. & 13. Secundò reſpõdetur, quia exemplis non eſt iudicandum, vulg. l. nemo Iudex, C. de ſent. nequè quod fit, ſed quod fieri debet eſt attendendum, l. ſed licèt, ff. de offi. Pręt. Tertiò, & meliùs reſpondetur, non eſſe dandam fidem Bammac. aſſerenti, ſic fuiſſe deciſum, niſi ſententia exhibeatur, vt tradit Dec. conſ. 558. col. 3. in princ. quem ad hoc allegat Præſ. Amat. conſ. 41. num. 9. Quartò principalis theorica limitatur in caſu noſtro, in quo cùm vltra legis inhibitionem de non alienanda re litigioſa adſit etiam Iudicis inhibitio in principio litis, ſequitur theorica, de qua in §. ſanctiſsimas, in auth. de alien. & emph. vbi notatur, quòd quando cum prohibitione legis cõcurrit hominis inhibitio, tùnc alienatio nec etiã in caſu præmiſſo fieri poteſt, & ita per quamplurimos firmat in caſu illius diuiſionis Octauius Simoncel. de decret. lib. 2. tit. de diuiſ. nu. 9. & hæc hominis, & legis prohibitio facit ceſſare illam rationem, quam adducunt Doctores, vt ſup. ex quo hæc rei litigioſæ diuiſio permittatur, non obſtante legis prohibitione, quia diuiſio eſt actus neceſſarius, & quotieſcunque lex alienationem prohibet, illa fieri permittitur, ſi neceſsitas ſubeſt, prout Doctores dicunt de rebus Eccleſiaſticis, quæ quamuis à iure alienari prohibeantur, & iura enumerat Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. ſub. 18. à num 1. attamen ex cauſa neceſſaria alienari poſſe dixit ibidem Redoan. à num. 1. nam ibidem Redoan. à num. 82. firmat, quòd ſi vltra legis prohibitionem adfuerit etiam hominis prohibitio, quòd tunc res Eccleſiæ, neque etiam in caſu neceſsitatis alienari poſsũt, ex d. §. ſanctiſsimas, & ex gl. quã ſingularẽ appellat, & ante ipſum ad hoc etiam propoſitum appellarunt Fab. de Monte, & alij ibi recenſiti in l. 2. C. de vſucap. pro empt. vbi tradit, quòd concurrente cum prohibitione legis, & hominis inhibitio, quòd tunc nunquam fieri alienatio poteſt, & res inalienabilis prorſus efficitur, & proinde eſt dicendum in noſtro caſu, in quo vtramque prohibitionem habemus, eſſe etiam diuiſionem vetitam, non obſtante, quòd ſit actus neceſſarius, ſicuti ſunt prohibitæ res Eccleſiæ alienari, etiam in caſu neceſsitatis, quando cum prohibitione legis concurrit hominis prohibitio. Et tantò magis cùm hæc inhibitio ſit Iudicis, poſt cuius inhibitionem actus, qui ante inhibitionem licitè fieri poterat, nullius eſt roboris, vt pleniè per Lancellot. de attent. poſt inhib. ampl. 1. vbi latè caſus enumerat, Iudicis namque inhibitio durior eſt, quàm legis, Mandoſ in tractat. de inhib. quæſtion. 65. num. 3. & ex his dicere poſſumus, quòd iura, & Doctores loquentes, & promittentes rei litigioſæ diuiſionem, non intellexerunt, neque permiſerunt, quã do Iudicis etiam adfuit præceptum de non alienando, Iudicis namque præceptum, quod in principio litis fieri poſſe docet per multos Au-

ctores Anna ſing. 412. ideò emanari ſolet, ne contingat poſt inceptam litem, ſi in potentiorem, vel Clericum res in iudicio deducta perueniat, vel per alienationem, vel per diuiſionem, quæ etiam alienatio dicitur, tex. cum gloſſ. in l. inter omnes, C. de præd. min. Bal. in l. generaliter C. de ſecund. nupt. vnde minor, qui non poteſt alienare, non poteſt etiam ad diuiſionem prouocare, vt per Doct. in d. l. inter omnes, & diuiſionem habere vim emptionis dixit Cyn. & Bal. quos ad hoc adducit Fab. de Monte de empt. & vend. in 22. quæſt. nu. 16. ne contingat, inquam, iudicium effici eluſorium, prout contingeret ipſis Actricibus, ſi ad alium iudicem eſſet remittenda. Præterea iſta iudicij inhibitio eſt ad inſtar immiſſionis bonorum, vt dicit gloſſ. fin. in l. 8. ff. de pollic. & ſicuti ſi res eſſet penes Actrices, vel Iudicem, illius diuiſio fieri non poſſet, ita quoque poſt inhibitionem, vt æquiparatorum eadem ſit diſciplina. Et tandem veridicè dicere poſſem, quod quando iura ſaneiunt, diuiſionem rei litigioſæ fieri poſſe, atque litigij vitium effugi, id procedere, quando agitur de diuiſione, quæ fit inter fratres de illa re, quæ viuente patre vitio litigij erat affecta, vt aptè dignoſcitur ex allegato §. 1. auth. de litig. vbi Imperator interprin os caſus in quibus per alienationem ceſſet, & res eſſe litigioſa ponit hæc ſequentia verba, vt ſi lite pendēte de re litigioſa pendente pulſatum contigerit, ab hac luce recedere, hęredes autem eius velle diuiſionem rerum facere, ſine aliquo obſtaculo liceat hoc eis agere, & reddit rationem Imperator per hæc verba, quando enim res litigioſæ per ſucceſſionem ad hæredes perueniunt, ſi fiat diuiſio, erit alienatio, illis namque verbis, quando res litigioſæ per ſucceſſionem ad hæredes perueniūt, correſpondet, & intelligitur illa dictio, tunc, nō debet alienatio intelligi earum cohæredes diuiſio, & per conſequens eſt dicendum, in illo duntaxat caſu diuiſionem non eſſe alienationē, & vitium litigij effugi, iſta namque dictio, tūc, ſicuti appoſita tempori, extremitatem temporis deſignat, l. 4. in princ. C. de cond. & demonſt. ita appoſita caſui ſignificat duntaxat in illo caſu, vt tradit Alex. in l. 10. ff. de acq. poſſeſſ. num. 3. & ratio diuerſitatis inter vnum, & alium caſum, eſt in promptu, nam ideò in rebus, quæ per ſucceſſionem perueniunt diuiſio non eſt alienatio, quia cùm communio diſcordiam pariat, vt dicit Vital. de clauſ. rub. quib. iur. ſen. poſſ. numer. 8. Hieron. de Monte de fin. regund. cap. 4. nu. 6. & Germon. de auct. leg lib. 9. nu. 15. & proinde ſtatuitur, vt nemo in communione ſtare cogatur, dict. l. in communionibus, meritò ad iſtas effugiendas diſcordias iſta permittitur diuiſio, at in caſu quando non ſuccedittur rei litigioſæ, ſed ſit litigioſa cum illis, qui ſtant in communione, & præſertim in caſu noſtro, in quo per vndecim annos poſt patris obitum in communione ſteterunt, ceſſat iſta diſcordiæ conſideratio, & per conſequens ceſſat illa theorica, vt nemo in communione ſtare cogatur, vt in ſimili caſu conſiderat Hieronym Garzon. de laud. meri iuris. par. 2. §. 6. num. 22. vbi ex multo tempore continuata ſocietate ceſſationem diſcordiarū conſiderat, quod præcipuè eſt in caſu noſtro, in quo nulla præcedēte prouocatione ſit diuiſio, & proinde valere pactum de continuāda communione, & Imperator in l. 1. C. comm. diuid. in communione retinendam eſſe partem illius fratris, contra quem eſt mota lis, adeò q; illam ſuam portionem alienare nequit, vnde eùm illa ratio conſideratur, quando mouetur lis fratribus in communione exiſtentibus diuerſa ab illa, quam conſiderauimus in fratribus ſuccedentibus in re litigioſa, meritò eſt dicendum, in iſto duntaxat caſu fuiſſe diuiſionē permiſſam, & in iſto etiam caſu fuiſſe loquutas leges Regni, cùm lex noua declaretur, atque intelligatur ſecundùm terminos legis veteris, l. ſciendum, & ibi not. ff. qui ſatiſd. cog. In aula fuit dubitatum, quòd ſaltim remiſſio non ſit deneganda, ex quo ſi plures laici, & Clerici vnius fundi poſſeſſores fuerint conuenti, ſi Clericus eſt, ad Eccleſiaſticum remittendus, debet etiam & laici remitti, ex tex. in l. ſi communem fundum, ff. quemad. ſeru. amitt. per quem tex. dixerunt aliqui Doctores, quòd ſi Clericus, & laicus delinquunt, debeantque ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti tanquam ad Iudicem dignitorem, & fuit originale dictum Ant. de Prato ver. in l. 1. in fine, ff. quæ ſent. ſine appell. reſc. poſſ. idemque eſſe dicendum, ſi laicus inſimul cum Clerico ſe obligauerit, ex Bart. in l. luriſperitus, §. cùm oriundus, de excuſ. tut. quem adducit Auſ. de pot. Iud. Eccl. ſuper laic. caſu 106. At aliqui in aliam iuerunt ſententiam, vt ſi ſint plures laici hęredes conuenti, & vnus Clericus debeant & Clericus, & laici à Iudice ſæculari cognoſci, ex noſtratibus dixit Cauenſ. in ritu 235. num. 15. in 5. fallent. cuius dictum poteſt ſuſtineri ad inſtar Collegij, in quo ſi ſint plures laici, & vnus Clericus, quòd ſit ſæculare, & Iudex ſæcularis ſit adeundus, ex adductis per Auſ. in ſuprà citato loco, caſu 12. num. 16. & ibidem Auſ. de pot. Iud. ſæcul. ſuper Eccleſ. dicit, quòd ſi plures ſint contendentes, quorum vnus ſit Clericus, conuenietur ſæcularis curam Iudice ſæculari, l. 1. de quib. ecb. apud eund. Iud. Verùm ſi veritatem amamus, neutra harum opinionum eſt vſu recepta, non enim attenditur maior dignitas, non iudicij connexitas, non maior numerus conuentorum, ſed Clericus remittitur, & laicus retinetur, vt per Capyc. dec. 575. vbi tex. in l. ſi communem fundum intelligitur in rebus indiuiduis, & inter diuiduas hypothecariam collocat, & hanc opinionem Capyc. etiam reſpectu hypothecariæ, in qua faciebat dubium dec. Affl. 513. fuiſſe ſectatum S. C. refert Anna ſing. 73. prout diuidua eſt etiam rei vendicatio, vt tenet Eguin. Baro de diuid. & indiu. lib. 2. cap. 3. num. 6. vbi de diuiduis exempla tradit, per tex. in l. Marcellus, de rei vend. & in § Caro, & Capy in præfatis locis allegat Auſ. in d. caſu 13. in add. vbi falſam aliam opinionem aſſerit in verſ. ſed in hanc ſententiam falſam, poſt eum ita ſenſiſſe, & quemlibet ſuo Iudici tradi adducit Gayl. lib. 1. cap 1. de pac. publ. n. 18 Iul. Clar. in pract. crim §. fin. quæſt. 36. Couarr. pract. quæſt. cap. 34. & alios ibi citat. Et ad caſū noſtrum faciunt adducta per Specul. de Cler. coniug. num. 13. vbi deducit, quòd bona, quæ in communi poſſidentur per Clericum, & laicum, poſſunt per Iudicem laicum collectari reſpectu portionis ad laicum tangentis, non obſtante

ſtante, quòd in qualibet parte Clericus ſuam habeat portionem, quod illud, quod eſt cum Clerico commune, proprium Clerici dicatur, ſubiungens, quòd Clericus latius ex officio faciat partem, vel ad diuiſionem compellat, & Speculatoris dictum refert, & ſequitur Couar. d. cap. 34. in fine, num. 2. Iulius Cæſar de Ianuario. Et licèt fuiſſet iudicatum ad relationem Reg. Conſil. D. Didaci Soriæ, quod remitteretur cauſa, attamẽ introducta reclamatione in eod. S.C. fuit, referente eruditiſſimo Reg. Conſil. D. Ferdinando Arias de Meſa, ſuſpenſo decreto prouiſum, vt procederetur in Sacro Conſilio, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum ex Parte aduerſa, demùm facta relatione in eodem Sacro Conſilio, fuit confirmatum decretum præfatum poſtremo loco latum, vt ex actis in Bãca Speiæ, quemadmodum in ſequentibus idem fuit iudicatum. Primò in cauſa Dominici Anelli Infernuſi contra Clericum Vincentium Cacciuttulum conuentum ad ſolutionem ducatorum 1500. pro certo legato facto Franceſchæ Cacciuttulæ vxori eiuſdem Dominici, fuit per S.C. deciſum, vt remittatur cauſa quoad diſtrictionem perſonalem, quòad bona cauſa remaneat, fol. 67. à tergo, in proceſſu Gregor. de Sorio cum Cęſare, & D. Franciſco de Clara, in Bãca Et idem per aliud decretum latum in cauſa Lucretię Cacciutulæ cum prædicto Vincentio, ad relationem Reg. Conſil. Io. Baptiſtæ Melioria in anno 1621. fol. 67. à tergo, à quo cùm fuiſſet reclamatum, facta relatione per Reg. tunc Conſil. Don Didacum Lopez die 12. Ianuarij fuit cõfirmatum, vt procederetur in S.C. fol. 68. & ſuperueniente altera ſupplicatione eiuſdem Clerici de verbo faciendo, tandem die 25. Feb. 1622. fuit dictum, bene prouiſum, eo. fol. 68. ex quo prætendebatur iudiciũ motũ poſtea. Secundò in caſu Hieron. Bucca cum Clerico Andrea Antinoro conuento pro certis bonis, & ſumma pecuniarum, die 30. Ianuar. 1618. lato decreto per Reg. tunc Conſil. Io. Andream de Georgio fuit ſimiliter dictum, quòd cauſa remittatur ad Curiam Eccleſiaſticam quòad diſtrictionem perſonalem, & quoad bona cauſa remaneat, fol. 69. licèt inde obtentum, verbum fieri in S. C. facta relatione per eundem de menſe April. 1619. fuit dictum, bene prouiſum, fol. 66. a tergo. Tertiò in cauſa illorum de Terracina, qui conuenerunt Clericum Sigiſmundum Satacenum beneficiatum, & poſſeſſorem cuiuſdam maſſarię ſitæ à Ponticello, ſuper qua fuit petita aſſiſtentia, petita per eum remiſſione, fuit per M.C.V. iudicatum, vt in ea procederetur, fol. 70. & obtentum, verbũ fieri, eo facto per S.C. fuit dictum, remiſſa eſt, à quo cùm fuiſſet reclamatum, & narratum, qualiter Cap. Regni Conuentus non habebat locũ in Clerico, iuxta dec. S.C. cùm vitium litigioſi non detur contra Clericum, Barbat. de aſſiſten. gloſſ. 3. num. 10. fuit declaratum, bene prouiſũ, fol. 71. Quartò in cauſa Catharinæ de Caſtro cũ Clerico Petro Iacobo Tancredi emptore cuiuſdam domus cum iardeno à Clerico Andrea Cardino conuento ab ipſa Catharina, petijt remiſſionem ad Curiam Eccleſiaſticam, fol. 71. & per S.C. fuit dictum, vt procederetur in S.C. nõ obſtante remiſſione petita, eo. fol. a tergo. licèt inde etiã petita fuiſſet remiſſio ab eo. Petro Iacobo f. 72. & demùm in cauſa D. Franciſci conuẽti à d. Gregorio, qui oppoſuerat remiſſionẽ cauſæ, prætextu donationis ſibi factæ à d. Cæſare cuiuſdã domus, licèt per M.C.V. fuiſſet ordinatum, vt remitteretur, introducta appellatione ad S.C. præuia declaratione verbi faciendi dicebatur, d. Cap. Conuentus continere duo capita, vnum erat, quod iudicium poſt contractũ factum potuiſſet finiri cum poſſeſſore conuento, alterum, quod potuit exequi abſque tela iudiciaria contra eum, in quem deuenit lite pendente, & licèt hoc ſecundum caput fuit difficultatum, ſi potuit exequi ſententia proferenda contra primum poſſeſſorem, ſi poſſeſſor lite pendente ſit Clericus, & fuit determinatum, quod executio ſententiæ fieri debeat coram Iudice Eccleſiaſtico, Abb. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ num. 10. verſ. nunc quæro, vt lite pend. Præſ. de Franch. dec. 545. Nihilominus idem Abb. firmat, quod iudicium finiri debet coram laico cum primo poſſeſſore, & ſententia laici exequi contra Clericum, quamuis executio ſit facienda coram Eccleſiaſtico, quibus conueniunt congeſta nouiſſimè per D. Regentem Sanfelicium dec. 2. per totam, vbi alias ſimiles deciſiones adduxit.

Remiſſio petita per Clericum inquiſitum ad ſuũ Iudicem Eccleſiaſticum, concedi an debeat, ſi de ſuo Clericatu bulla non fuerit expedita, ſed bene verificata collatio Ordinis, nedùm per teſtes, ſed per literas Epiſcopi, inceſſus in habitu, de ſeruitio, ac etiam de immunitatum collatione, & de alia remiſſione facta per Iudicem laicum in ipſius beneficium, de hoc incidit pertractari tam in M.C.V. quàm in S.C. in cauſa R. Epiſcopi Caſertani pro Clerico Carolo Frãciſco della Ratta cum Regio Fiſco, & petita remiſſione prædicta per d. Clericum, licèt per M.C.V. fuiſſet iudicatum, procedi debere in ea, petita remiſſione non obſtante, introducta tamẽ appellatione ad S.C. ex quo qualitas Clericatus non ineſt à natura, Roland. conſ. 32. num. 4. & conſ. 57. num. 30. volum. 2. ſed extrinſecè fit, ideò non pręſumitur, Caro. de Graſſ. de effect. Cler. in prælud. num. 184. Ex parte ipſorum in termino fuerunt productæ ſequentes probationes in beneficium ipſius. Primò fuit pręſentata authentica fides Ill. Epiſcopi della Cornia tunc Pręſulis Caſertani de anno 1633. qualiter in menſe Martij contulit Ordinem primę tonſuræ d. Clerico, & ipſum aſcripſerat in ſeruitio Eccleſiæ Cathedralis, ex quo eo tempore non fuit bulla expedita, nec regiſtrata, quia ipſe Clericus erat minor, & patre orbatus, & illicò fuit poſitus intus Seminarium, vbi non recipiuntur niſi Clerici. Secundò per teſtimonia octo teſtiũ pręſentium in ordinatione prædicta apparet, ipſum eos vidiſſe ordinari, & ſic fuit ab omnibus tractatus, & reputatus vti Clericus, item quia ſemper in habitu, & tonſura inceſſerat, & inſeruierat in Diuinis in d. Eccleſia, in proceſſionibus, & gauiſus fuit immunitatibus, quibus gaudent Clerici, & demùm ſuborta rixa inter ipſum, & alios, ob quam fuit carceratus à Iudice laico, conſtito de prædictis fuit remiſſus ad Curiam Eccleſiaſticam, & vltra prædicta in caſu huiuſmodi inquiſitionis de homicidio apparet, quæ-

rulantem nominaſſe eum Clericum, vt ex his manifeſtè patet, Clericatum, ac requiſita Sacroſanct.Concil.Trident.ſeſſ.3.de reform.c.6. fuiſſe probata, vt ad Iudicem Eccleſiaſticum remiſſio fiat. Nec propterea dubitari poterit, quin per literas Epiſcopi probetur, quibus teſtatur, eidem Carolo Franciſco primam tonſuram Clericatus contuliſſe, vt optimè Ant.de Bui.& Fel. in cap.poſt ceſſionem, num.3. & 15. verſ. fallit ſeptimo, de probat. Bal.in l.ſi qua per calumniã, num.5.C.de Epiſcop. & Cler. Reg. de Ponte conſ.36.num.6.vol.7.Maſcard.de probat. concluſ.303.num.1.Sperel.dec.fori Eccleſ.17.num. 21 Farinac.quæſt.8.num.39.Flam.de reſign.beneſ.lib.10.tum.2. cap.3. num.30. Garſia de beneſ.cap 1.num,139.par.7. Franc.Marc.dec.906. Foller.in Conſt. Regni Apoſtatantes, numer.6. Ignat.Lopez in addit.ad pract.can. crim. Diaz. cap.65. num.16. innumerique alij Doctores, quos citat, & ſequitur Carol.de Graſſ de effect. Cler.in prælud.num.197.& Nouar.de elect.fori, ſect.2.quæſt.53.num.11. quam opinionem magis æquam, ac iuri conſonam eſſe affirmat Bellug.in ſpecul.Princ.rub.11 §.item dubitatur, num.5.& S.C.approbauit, vt in dec.81.num.1. Thomæ Grammat. eundem, & alios citat Genua de ſcriptura priuata, lib 3.tit.de lit.Epiſcopi, num.14.Thom.Valaſc.in alleg.22. num. 20. Et ratio eſt, quia dictus Epiſcopus teſtatur de actu ab eo geſto, qui ſufficit ad plenam probationem, Menoch.de arb.Iud.caſu 99.num.2.Pari etiam loco depoſitiones ſeptem teſtium eſſe cenſendas, dum tempore, quo per dictum Epiſcopum prima tonſura ipſi Clerico collata fuit, interfuerunt, per quos Clericatus controuerti non poteſt, vt habetur in cap.tuæ fraternitatis, de Cler.pereg. affirmat Cyn.in dict.l.ſi qua per calumniam, circa finem, de Epiſcop.& Cler. Cepoll. conſ.11.num.7. Carau. ritu 276. num.18. Pacian.de probat.cap.34.num 63.vol.2. Gram. conſil.ciuil.110.num.3.Couar.pract.quæſt.cap. 33.num.3.Farinac.d.qu.8.n 4. Decian. in tract. crim.lib.4.cap.9.num.115.Affl in d.Conſt.Apoſtatantes, nu.12.qui affirmat ſimul cum Gram. d. conſ.110 iure cautum non reperiri, quòd neceſſe ſit, vt Clericatus per ſcripturam probetur, ideò per teſtes, qui interfuerunt bene probaretur Clericatus, Sperel.in dec.fori Eccleſ.nu.25. Nec proinde facienda erit vis in opinione Maſcar.concluſ. 303.Graſſ. vbi ſuprà, num.206. Nouar.num.12.ac aliorum, ſcil.Marcell.Calà de modo articul. gloſſ.vnica, §.2.num.1550.& Thom. Valaſc.vbi ſuprà, num. affirmantium tunc per teſtes Clericatus probationem admittendam eſſe, quando Bullæ fuiſſent deperditæ, nam ipſi fundantur auctoritate Affl. Couar. Gram.& Foller. & tamen Couar. probationem per teſtes fieri non negat, cùm vtatur dictione, maximè, quæ includit caſum minùs dubitabilem, non excludendo magis dubitabilem, qui eſt adhùc, quod non probetur de ſcripturæ Clericatus amiſſione, de Ponte conſ.2.nu. 32.vol.1.prout ipſemet Couar. in ſeq. verſ. affirmat ibi in hac, &c. Quapropter cùm Doctorum dicta intelligantur ſecundùm iura, & auctoritates, quibus vtuntur, Bart.in l.uno ſolùm, §.ſi liberationis verba num.7. ff.de lib.leg.Iaſ. in l.ſi quis in conſcribendo, ante num.19. C.de pact.& in l.cũ filiofam.n.129.ff.de leg.1.ſequitur, quòd cùm præfati Doctores allegati hoc non dicant, immò contrarium, nulla via in ipſorum auctoritate eſt facienda, qua ſiquidèm probatione, vt ſuprà per literas Epiſcopi, quemadmodùm & per teſtes eſt adimpletum diſpoſitioni Ritus M.C.235.cuius hæc ſunt verba. Item ſeruat ipſa M.C.quòd nullus Clericus poteſt comparere niſi perſonaliter cum documentis Clericatus, aliàs non auditur in declinando forum Curiæ ipſius, & eo viuente datur terminus ad probandum de Clericatu, nam documentum accipitur pro carta, in qua aliquid in ſcriptis redigitur, vt in anth.de inſt.fide,& cau. & ipſius appellatione venit inſtrumentum, gl. in cap.1.verſ.documentis, de except.in 6.Alber. in diction.verb.Documenta.Carau.in ritu 236. num.31. in quo ritu fit mentio de probatione facienda per documenta, & Carau.affirmat, intelligi per inſtrumenta, & teſtes, hinc ad propoſitum inquit Anend.de exeq. mand. par.1. cap.22.num.17.quòd probatio ordinis Clericalis, cùm agatur de præiudicio Regalis iuriſdictionis, debet eſſe integra, & non ſommaria, ſecundùm Bal.& Bellem.ibi relatos, vel titulus exhibitus, vel teſtes ſufficiunt ſicut in probando Doctoratum, vt ibi ex multis, taliter quod Clericatus non ſolùm probatur ex literis patentibus ſuper Clericatu ex prædictis, Farin. dec. 248.num.2.dec.715.num.3. to.1. Caualer. dec. 608.num.2.ac etiam per fidem deſcriptionis in libro ordinationum, ad effectum remiſſionis ad Curiam Eccleſiaſticam, vt ibi Sperell. num.25. Et ſic per inſtrumentum, idem Farinac.dec.700. num.5.in ciuil.par.1.poſt Rol. conſ.4. num. 5. vol.1.vbi alios allegat. Sed etiam per teſtes deponentes de publica voce, & fama, idem Farin. dec.613.num.4.dec.629.num.9.tom.1.dec.509. num.2.dec.116.num.3.dec,256.num.6.tomo 2. Sperell.dec.fori Eccleſ.17.num.26.poſt Rol.vbi ſuprà, immò per vnicum teſtem, vt ibi ex Marſil.in l.1.§. idem Cornelio, col.fin.ff.de quæſt. Eapropter cùm verbum inſtrumentum generale ſit, comprehendens omne, quo res aliqua inſtruitur, l. notionem, §.inſtrumentorum, vbi gloſſ.in verb.ſeparare, ff.de verb.ſignif. Molign. de appell.vtriuſque iur.extinct. lit. I.num.595. Et ſcriptura Epiſcopi, in qua teſtatur, d. Carolo Franciſco primam tonſuram contuliſſe, cùm ſit ſubſcripta ipſius manu, ac ſigillo roborata, habet vim duplicis inſtrumenti, gloſſ.in d.cap. poſt ceſſionẽ,& gl.in d.c.2. verſ.ſigillum, & in addit.in fine, & gloſ.in Clem 3. ver. authent. de elect.ideò bene probatur Clericatus ex literis Ordinarij, Farin.dec. ciuil.455. num.7.dec.605. num.2.dec.401.num.4. dec.699. num.1.dec. 17. num.1.dec.312.num.1.dec.523.num. 2.tomo 2. dec. 101.num.1.dec.321.num.5.tom.1.Ludouiſ. dec.78.num.5.dec.490.num. 6. Duran. dec.263. num.17.dec.430.num.2.par.2.& dec.38 num.6. dec.87.num.3.dec.117.num. 3. dec.204. num.3. dec.237.num.3.tom.1.Caualer.dec.483. num.2. dec.502.num.2,dec.572. num.4. Ideò cùm dubitari non poſſit de illius veritate.gloſſ.in dict. cap.2.eò magis, quòd ipſemet Epiſcopus D.Iudici Apicellæ, & Fiſco id teſtatus fuit, vnde cũ documentis probatur Clericatus, prout hęc ſpecies probationis per literas Epiſcopi, aliàs per

S.C.

S.C. fuit recepta, abſque controuerſia approbata, vt in dec. 81. Gram. qui cùm per annos 27. iudicaſſet in ipſa M.C. vt ipſe fatetur in dec. 16. n. 6. eidem cognita erat prædicti ritus diſpoſitio, quemadmodū & Foll. quod eò fortiùs procedit, nam nulla differentia datur inter bullas, & ſcripturam præſentatam, quæ cùm ſub eadem forma, & tenore, prout ſunt bullæ, ſit confecta, eūdem effectum parere debet. Pari quoque ratione per ſupradictos teſtes, qui tempore collationis primæ tonſuræ præſentes fuerunt, probatur Clericatus etiam attenta diſpoſitione ritus prædicti, & hoc duplici fundamento. Primò, quia quando reperitur prohibitum, ne aliquid probari poſſit, niſi per inſtrumentum, admittitur probatio per teſtes, But. in cap. 2. & Fel. in cap. ſicut conſuetudo, de probat. & alij congeſti per Maſcard. de probat. concl. 1342. num. 41. quod probatur, nam prohibitus probare per teſtes, poteſt illos producere Parte ſciente, Io. And. in cap. fraternitatis, & in cap. præſentata, de teſt. Bal. in l. certi conditio, §. quantum, ff. ſi cert. pet. & dùm Fiſcus tacuit, quando fuerunt præſentati articuli, & producti teſtes, videtur approbaſſe id genus probationis, Fel. in d. cap. ſicut conſuetudo, Maſcard. vbi ſup. num. 34. & ratio eſt prædictorum, quia appellatione inſtrumentorum teſtes continentur, l. 1. ff. de fide inſt. & probationes per teſtes, & ſcripturas æquiparātur, cap. cùm Io. Eremita, vbi gloſſ. verb. quodlibet inſtrumentum, de fide inſt. Secundò, idque adeò magis hæſitari non poteſt, cùm etiam ſub nomine documenti, de quo fit mentio in d. ritu veniant teſtes, ex alleg. gloſſ. in d. cap. 1. verſ. documentis, de except. in 6. quam citat cum Alber. Catau. in d. rit. n. 136. nu. 32. eandem opinionem vti indubitatam ſequutus fuit Affl. in d. Conſt. Apoſtatantes, nu. 12. qui per plures annos tanquam Iudex iudicauit in ipſa M. C. vt fatetur in proœm. Conſt. num. 3. & ſecundū illam pluries fuiſſe iudicatum refert Scagl. ritu 65. num. 1. Accedat prædictis, d. Clericum ſemper pro tali fuiſſe habitum, & tractatum etiam ex confeſſione quærulantis, & eò magis probatur Clericatus ex confeſſione Aduerſarij, vt probat Duran. dec. Rom. 237. num. 6. par. 1. & dec. 406. num. 3. par. 2. Ipſumque captum in habitu, & tonſura Clericali, & fuiſſe, & eſſe in quaſi poſſeſſione Clericatus, quod confert ad ipſius probationem, vt per ſuprà citatos Doctores, & addito, quòd aliàs fuit remiſſus à Curia ſeculari ad Curiam Eccleſiaſticam, ob quod probatur etiam Clericatus, Ludouiſ. dec. Rom. 20. num. 1. Ex quibus omnibus clariſſime patet fundatum . . tum de iure communi, tùm ſeruata forma, & diſpoſitione ritus M. C. probatum Clericatum, & proinde locum eſſe remiſſioni ad Epiſcopum Caſertanum Iudicem competentem ipſius. Facta relatione in S. C. per Reg. Conſil. Didacum Varela die 21. Iul. 1642. poſt
5 lōgā diſcuſſionē fuit deciſū, bene fuiſſe appellatū, & malè iudicatū per ipsā M.C. & proinde d. Carolus Franciſcus de Ratta remittatur ad Epiſcopum Caſertanum, vt ex actis in Banca Panſæ, penès Carolum Mancinum Scribam. Quidquid in contrarium ſcripſerit Ill. Epiſcopus Riccius dec. Cur. Archiep. 386. par. 4. nam ibi loquitur, quando eſſet conſuetum, in aliquo loco probari Clericatum per Regeſtrum Bullarum; quod ſi fortè non reperiretur regiſtrata bulla, in eo vtique fraus præſumeretur, & in caſu præmiſſo dum nulla bulla fuerat expedita, quomodo regiſtrari debuerat, propterea probari debuerat Clericatus per teſtes, nec ob id anguſtianda erit probandi facultas.

Remiſſio cauſæ reconuentionis factæ per reum citatum ſuper tenore inſtrumenti à Clerico, an erit concedenda ad eius inſtantiam ad Curiam Eccleſiaſticam, ex facti ſerie cōtingit præteritis annis, Tiberium Mareſca V. I. D. fuiſſe citatum ſuper tenore publici inſtrumenti in M. C. V. ad inſtantiam D. Laurentij Mango pro duc. 95. ob tertias non ſolutas, ſed quia comparuit, Curia pro Tribunali ſedente, aſſerendo, non eſſe in tot debitorem, & propterea fidem crediti ducatorum 76. tantùm præſentauerat, & vnico contextu d. Actorem per principalem petitionem reconuenerat, hoc eſt pro ſalario patrocinij præſtiti in ipſius litibus; vnde per ipſam M.C. ordinatum fuit, quòd remaneat condemnatus, verùm non ſcribatur, donec viſis ſcripturis extra Bancam aliter fuerit prouiſum, poſteà ſequenti die auditis Partibus in Aula fuerunt liberati eidem creditori dd. duc. 76. tantū, & reſpectu reconuentionis allegatæ dictum fuit, quod ordinariè ageretur, pro cuius executiona dato termino in cauſa idem D. Laurentius vti notorius Sacerdos petijt remiſſionem cauſæ ad Iudicem Eccleſiaſticum, & per eandem M.C. ordinatum fuit, vt in ea procederetur, petita remiſſione non obſtante, à quo decreto tùm fuiſſet appellatum ad S.C. ex parte ipſius Clerici, & obtentum verbum fieri, quo facto, auditis Partibus, idem S.C. remittendo cauſam M.C. mandauit, vt ipſa prouideret, quod remittatur cauſa ad Iudicem Eccleſiaſticum, à quo grauatus Tiberius obtinuit, iterum verbum fieri loco reclamationis in eodem S.C. pro cuius parte dicebatur, quòd licèt iuris regula ſit clara, ac approbata per communem Doctorum ſententiam, quòd quando agitur ex inſtrumento liquido, reconuentio non detur, ex doct. Bal. & aliorū in anth. & conſequenter, num. 17. C. de ſent. & interloc. omn. iud. tamen prædicta regula non vendicat ſibi locum quòad effectum incompetentis Iudicis iuriſdictionem prorogandi duntaxat, ita in puncto illius interpretes fuerunt Marant. in eius ſpecul. par. 4. diſt. 6. princ. num. 59. Muſcarel. in praxi S.C par. 3. gloſ. actorem, num. 14. Vincen. Caroc. in tract. de depoſito, par. 6. quæſt. 53. Cancer. in reſol. cap. 13. de reconuent. tom. 2. num. à quo Reg. Ronit. diſſentit in rub de inſt. fundar. num. 49. in fine, vbi aduerſùs hæc con- mента liquida non eſſe admittenda gitur uentionem ſimultaneo proceſſu in q paſſim bene ſic ſopita cauſa executiua, & ais op- Doctores teſtantur, quamuis adu n eſſe, poſuiſſet, in caſu noſtro iudicium mpliciter ex quo Tiberius poſt citation bunali ſe- obtulit tertias petitas, Curia pronunciandum, dente, & in hoc nihil Iudicias rete perat, ſupererat, niſi quòd cred pleri poterat, quod abſque Iudicis offi ſit, reconuen- quapropter cùm iudiciu Annam in ſing- tio non datur, ex adduct

432

432.in verbo Reconuentio. Sed tamen oppoſitio prædicta elidirur, & conſequentèr reconuentio concedi debuerat, ſiquidem inſtrumenti præſentatio propriè iudicium eſt, ex quo actorem reum,& Iudicem habet, cap.forus,de verb. ſignif. illudque ita nuncupauit Ritus M.C.166 in illis verbis,ſcilicet, Similiter modo comparere debeant perſonalitèr creditores debitorum ipſorum reſponſuri ſuper his, quæ verſa vice de iure competunt ad releuamen debitorum eorundem,ipſiſquè Partibus in iudicio comparētibus,&c. Secundò,quia in iſtis executiuis eſt dare iudicium, iuxta tex.in l. properandum, C. de iudic.duobus modò aduersùs executionem aliquid opponatur, & ſic quando præter illam aliud Iudici pronunciandum remanet,iuxta deciſa per Afflict.dec.346.in 1.dubio,prout eſt caſus allegatus,ex eo,quòd dictus Tiberius fuit citatus pro ducatis 95.tertiarum decurſarum, & tamen non eſſe debitorem excipetat,niſi in ducatis 76.petens inſuper, cùm tertijs prædictis compenſari alios ducatos 4. 3.7. ÷ exactos per dictum Dominum Laurentium à Fabio Ruſſo debitore ipſius Tiberij,vt conſtabat ex publicis ſcripturis,Curia pro Tribunali ſedente præſentatis ſuo loco,& tempore, in quo petebatur ſalarium patrocinij,& ſic vltra liberationem tertiarum pronunciandum erat ſuper omnibus prædictis exceptionibus ſuo loco, & tempore oppoſitis,& ad hoc vt ſuper his audiri potuiſſet, cùm integras tertias non præſentaſſet, comparuit pro rigore Ritus, eadem M.C.pro Tribunali ſedente, ſacculo parato, etiamquè die ſequenti in aula offerendo,quatenùs aliter videretur dictæ M.C.ſoluere integrè petitos ducatos 95.& ſic ambarum Partium iuribus perpenſis fuerunt liberati dicti ducati 76.tantùm, qua de re non eſt verum dicere, quod nihil Iudici pronunciandum ſupererat, niſi vt ſoluerentur creditori dictæ tertiæ, quia ampliùs ſuas interpoſuit partes in decidendo creditoris, & debitoris prætenſiones, vnde abſquè hæſitatione aliqua iudicium adeſt, & ſic ſtandum erit. Inſuper poſt liberationem tertiarum prædictarum dictus creditor petijt liquidari expenſas per eius principalem petitionem in d. cauſa erogatas,aduersùs quod ſe oppoſuit Tiberius replicando, illas non deberi, nam plus credito petitum fuerat,immò dictum D.Laurentium ad ipſas teneri,per not.in cap. 1.de plus petit.geſtiſq. nonnullis actis iterùm fuit reconuentus creditor pro alijs ducat 50.ex alia cauſa, vt in actis, inhærendo de nouo ſpecificè debitor reconuētioni prædictæ,Curia pro Tribunali ſedente factæ, quæ liquidatio expenſarum etiam iudiciū eſt,nam Partis citationem requirit , & conſequenter cauſæ cognitionem, l.in cauſæ, l.a prima,§.cauſa cognita,ff.de minor.Muſcatell.in d. praxi,lib.1.par.7.gloſſ.condemnando, num. 93. quare ex allegatis ſperabatur confirmatio decreti M.C. Nihilominùs facta relatione in S.C. per D. Iudicem Aloyſium Corcione , fuit per idem S.C. confirmatum eius decretum, bene prouiſum per idem S.C.penès Secretarium in Banca Iacobi Pinti Mag.Act.Magnæ Curiæ Vicariæ.Circa iſtā deciſionem ſatis erit aduertendum,cùm contrarium fuerit per idem S.C. determinatum in alijs cauſis per me relatis in 3. parte,verbo Reconuentio,& licèt poſſit conſtitui differentia,ex eo , quia ibi reconuentio proceſſerat ex cauſa dependente ex eodem inſtrumento,& cauſa ſuprà relata ex diuerſitate prætenſionis,hoc eſt ſalarij , quæ & ſi ſit ſummaria,erit diuerſa, quo fit, vt niſi reconuentio ſit dependens a cauſa conuentionis,quoniam tunc admitteretur ſine dubio reconuentio,quæ dependet ex eodem fonte,Natta in conſ.155.n. 2.ſed deficiens,aliter dicendum erit, prout ex Theſaur.quæſt. 98 num.4.& 5. lib.1. perpendit Amatus var.reſol.tom.2 reſolut.86. ſub num.6. ſicuti reconuentio ſuper diuerſa re non retardat reuocationem attentatorum,Lancell.de attent.par.3.cap.24.quæſt. 14. num.4. Natta vbi ſupra,num.3. Nihilominùs proùt percepi ab eodem Aduocato, cauſa deciſionis memoratæ cauſæ proceſſerat,quia S.C.fuit in voto, quòd liquidatio inſtrumenti non ſit iudicium, in quo erit aduertendum, qualiter iudicium conſiſtit in tribus perſonis,ſcilicet Actore,Reo,& Iudice,vt prædictum eſt,ex tex.in cap.forus,de verb.ſignif. quæ concurrunt in tali liquidatione inſtrumenti, in qua etiam exigitur citatio, vt diſponitur in d. Ritu 166. Quæ eſt iudicij fundamentum,§.fin.Inſt.de pœn.tem.litig.Andreas Gayl.lib.1.obſeru.74.num.1. & tale iudicium ab ipſa citatione incipit, ex gloſ.in auth. qui ſemel, C. quomodo, & quando iud. Quod etiam in ſummarijs procedere dixit Rom. in l. 1.col.2.num.3.ff.de arb. quem citat Corſet. in ſuis quæſtionibus,par.2.quæſt.15.num.2. Quo fit,vt cùm ipſe citatus aſtringatur ad comparendum,& ad comparendum in termino,Minſing. cent.5.ſingul.obſer.in obſeru.86.num.2.Et ipſa comparitio eſt effectus citationis,And.Gayl.d. lib.1.obſer.51.num. 8.& obſeru.58.nu.3. Quapropter dùm licitum erit reo nedùm vnam exceptionem opponere,ſed etiam plures,quamuis contrarias,l.nemo ex his,ff.de reg.iur.& l.nemo prohibetur,ff.de except. cum alijs apud Andr. Gayl.lib.1.de pace publ.c.17. nu. 11. & pariter reus pluribus actionibus reconuenire poterit actorē, qui eū cōuenerat vna actione,Alber.in l.Papio. n.6. C.de ſent.&interl.omn.iud Et intuendo ipſam permiſſam reconuentionem, auth. & conſequenter C. de ſent.& cap.1.de mut. petit. vbi Doct.non tantùm contra laicos, ſed etiam præſertim contra Clericum actorem conuenientem laicum coram Iudice laico,vt poſſit reconueniri coram eodem, ex crebriori calculo DD. vt per Minſing.ſing.obſeru. cent.2.obſeru. 67. ſub num.6.& iudicatum aſſerit Theſaur.vbi ſuprà,cum alijs adductis per Amatum loco citato num.60.poſt Ant.de Mattheis in tract. prorog. fori,num.62.Carau.in ritu 67.num.3.Muſcatel. in praxi S.C.lib.1.par.3 gloſ.actorem , per totā, & par.1.gloſ.intimato,num.35.Præſ.de Franch. dec.193.in fine.Ex quo reconuentio ſpecies exceptionis eſt,atque etiam compenſatio quædam,Viuius in dec. 128. num.3. Hugo Celſus conſ.46.num.4.Dubium tamen reſultat ex eo, ſi indifferentèr,& in omni iudicio fieri poſſit, & certum eſt , quòd non coram omnibus fieri permittitur,& tales ſunt exceptuati,de quibus per Nouell.in regul.172.regulariter tamen fieri debet reconuentio apud Iudicem conuentionis,Minſing.reſp.43.num.5.Non tamen de-

no-

Digitized by Google

negatur, fieri coram Iudice competenti amborum, Vrſin. de reconuent. cap. 23. num. 13. immò etiam coram Iudice incompetenti, Anton. de Matth. vbi ſupra, in fine, verſ. quod intelligas, nam reconuentio Iudicem incompetentem facit, cap. prudentiam, de mut. pet. Ioan. Baptiſta Schuartez in ſuo proceſſu iudic. lib. 1. cap. 6. nu. 48. dummodò ſit Iudex conuentionis, aliàs ceſſaret, Carau. ibi num. 14. & ſic reconuentio naturam prorogationis iuriſdictionis ſapere dicitur, Alber. in l. cùm Papinianus, num. 1. C. de ſent. & interloc. omn. iud. & ſucceſſiuè reconuentio fieri poteſt coram Iudice, qui procedit iuriſdictione prorogata, Paul. Caſtrenſ. in l. eſt receptum, ff. de iuriſd. omn. Iud. num. 6. ſicque ipſa prorogat iuriſdictionem Iudicis, alioquin incompetentis, Ant. Faber in eius Codice, tit. de iudic. defin. 39. Quod ſanè in cauſis Clericorum reconuentis procedere non ambigitur, ſed quæſtionis eſt, vt ad articuli deciſionem deueniam, an in omnibus cauſis denegetur, ſeù permittatur indifferentèr, ex quo in enarrato caſu agebatur de liquidatione inſtrumenti, quæ executionem paratam obtinet in Regno, ex diſpoſitione Ritus 166. & vltra adducta per me in d. verb. Reconuentio, per ea, quæ tradunt Doct. quòd nedùm in cauſis executiuis reconuentio ceſſat, Bart. & Bal. in d. authen. & conſequentèr, Nouellus vbi ſuprà, num. 6. Sed etiam in cauſa inſtrumenti guarentigiati, vt ex Menoch. de adipiſcenda poſſeſſione, remed. 4. num. 649. perpendit Farinac. in fragmentis repertorij iudiciarij, verb. Reconuentio, Marant. & alij, vt infrà. Et in hoc erit attendendum ad qualitatē priuilegiorum reconuentionis, quæ duo priuilegia habere refertur, primum namquè, vt ſimultaneo proceſſu ambæ cauſæ expediantur, aliud eſt prorogationis iuriſdictionis coram non ſuo Iudice, vt refert Bernard. Murſet. pract. obſeru. lib. 1. tit. de reconuent. dec. 5. Reſpectu primi certiſſimum eſt, quòd reconuentio militare nō poterit, tùm ob celeritatem dicti iudicij, ex traditis per Menoch. de arb. Iud. caſu 153 tùm quoquè reſpectu executionis illius, quæ retardari non poteſt, poſtquàm reconuentio, ſi in inſtrumenti confeſſionati executione petatur, locum non habebit, Bal. in d. l. & conſequentèr, num. 17. Borgn. dec. 28. num. 11. 19. 39. & 47. par. 2. optimè Anchar. lib. 2. quæſt. 18. n. 2. & in his cauſis, quæ ad executionem ſpectant, Io. Baptiſta Schuartez dict. proceſſu iud. lib. 1. cap. 4. num. 18. ſub tit. de reconuent. Et proptereà quando cauſæ conuentionis, & reconuentionis ſunt ſimiles, & eiuſdem naturæ, & qualitatis, abſquè dubio ipſa reconuentio admittetur, & bene procederent ſimultaneo proceſſu, vel ordinario, vel ſummario proſequi, Carau. d. ritu 167. num. 7. & ampliùs, quia in Regno ſunt omnes cauſæ ſummariæ, Muſcat. in d. gloſ. actorem, num. 13. Vrſin. de reconuent. cap. 17. num. 5. Veluti reconuentione poſſeſſoria in poſſeſſorio facta erit, ſuper vtroque iudicio eodem tempore pronunciandum, Alex. Raudenſ. in reſp. 24. num. 26. vol. 1. Prætereà quando cauſæ eſſent pares, ac ſimiles, vtputà executiuæ inſtrumentorum, ſiuè ſummariæ, & pariter admittetetur, Anch. vbi ſup. num. 4. & reconuentio alterius ſpolij in ſpolio admittitur, Lancell. vbi ſup. num. 13. vel eſſent criminales, Vrſin. de reconuent. cap. 11. num. 7. Natta conſ. 155. num. 1. verùm autem quando fuiſſent diſſimiles, aliter dicendum erit, vt ibi per Anchar. & Anton. de Matth. in tract. de prorog. fori, & vbi ſupra, verſ. proſequamur. Reſpectu verò alterius priuilegij conceſſi reconuentioni, ex quo certum eſt de iure, quòd per reconuentionem fit prorogatio iuriſdictionis, Anton. de Matth. vbi ſuprà, ſub num. 60. verſ. vnde addo, vbi in verſic. pro quo facit, allegat gloſ. in l. eſt receptum, ff. de iud. dicentem, conuentionem fieri poſſe coram Iudice, cuius iuriſdictio eſt prorogata, ſecundùm Bart. ibi, latiſſimè Vrſin. in tract. de reconuent. cap. 11. num. 10. & 12. & cap. 19. nu. 26. De quo non erit ambigendum inter laicos, ſed inter laicos, & Clericos, de quo quæſtio eſt, dùm Clericus coram Iudice ſæculari agit contra laicum, licèt enim Clericus non poſſit conſentire Iudici ſæculari, cap. ſi diligenti, de foro comp. & ſic neque prorogare eius iuriſdictionem, & conſequenter nec reconueniri, ſecundùm Bart. relatum ibi ab Ant. de Matth. ſub n. 62. verſus finem, verſ. nec obſtat, quòd Bart. tamen hoc ſanè intelligendum erit, quando Clericus eſſet reus conuentus, quo caſu non poterit iuriſdictionem prorogare in ſui & Eccleſiæ præiudicium, ſecùs tamen erit, quando eſſet actor, quia prorogat iuriſdictionem in ſui beneficium, vt laicum coram ſuo Iudice conueniat, quapropter & ſi hoc caſu reconueniatur, propter quod prorogatio fieret in ſui damnum, hoc non prouenit ab homine, ſed à lege, vt reſpondit ibi Anton. de Matth. ideò admittitur, vt ſuprà fundatum eſt, cùm præcipuus ſit effectus reconuentionis actorem reconuentum alienæ iuriſdictioni ſubijcere, Vrſin. d. tract. cap. 16. nu. 18. Et ampliùs, quia reconuentionis cauſa dicitur connexa cum principali, & acceſſoria ad illam, vt retulit Torniol. conſ. 82. num. 20. proptereà ſuccedit regula vulgata, qualiter acceſſorium ſequitur naturam principalis, l. ſecundū naturam, ff. de reg. iur. maximè data paritate inter eas, nimirum ſi ſimultaneo proceſſu terminari debeant, cæterùm autem data inęqualitate, ſeù diſparitate, licèt cauſa conuentionis ſummaria faciat cauſam reconuentionis ordinariam ſummariam ob connexitatem, vt inquit Muſcatell. ibi num. 17. vbi relinquit cogitandum tantùm, ſed tamen hoc admittit Vrſin. dict. cap. 17. num. 4. dato tamen, quòd admitti non debeat, tunc reconuentio ſuum obtinebit priuilegium reſpectu prorogationis iuriſdictionis, & vnaquæque ipſarum admitteretur, & in ea procederetur iuxta qualitatem alterutrius, & præſertim ſi fuerit oppoſita contra liquidationem inſtrumenti, quoniam citra dubium in ea procederetur, ne executio illius impediretur, vt dictum eſt, & ſi conſtiterit in promptu de reconuentione, bene procederetur ad ambarum expeditionem, cæterùm ſi in promptu non conſtiterit, ſopita cauſa liquidationis procederetur ad cauſam reconuentionis, quæ probatione opus haberet, vt punctualiter defendit Muſcatell. in praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſſ. actorem, num. 14. & ſub num. 13. contra Marant. & hoc, vt ipſe probat, ratione prorogationis iuriſdictionis, ita quòd ſi cauſa conuentionis

uentionis

uentionis ſummaria fuerit expedita, non inſimul cum cauſa reconuentionis, concederetur appellatio, Natta vbi ſuprà, num.3. & hoc tam ſi pro eadem re reconuentio fieret, quàm ſi ſuper re penitùs diuerſa, ex Marant. in ſpecul. par. 4 diſt. 6. num. 5. & ſeqq. probat ibi Amatus ſub nu 60. & ſic non ſolùm de vna ſpecie ad aliam fit reconuentio, ſed etiam de diuerſa ſpecie, vt exẽplis in Clerico reconuento potiſſimùm oſtendit Viſin. dict. tra ct. cap. 29. num. 28. & in ſumma reconuentio admittitur, etiam ſi debitum ſit liquidum, inquit Gratus reſponſ. 121. num. 15 vol. 1. & fortè ſi vellet per viam reconuentionis de ſatisfactione probare, quia non promptualitèr de ea conſtaret, vt docet ibidem Muſcatell. dict. num. 14. Hæc dixi ex abundanti pro veritatis indagatione in occurrenti caſu deciſionis, pro qua hæc erunt attendenda, & ponderanda quæ nouiſſimè congeſſit Octauius Caracciolus in ſuo tractatu de fori priuileg. remiſ. quæſt. 16. vbi in terminis probat, in caſu reconuentionis non eſſe concedendam remiſſionem Clerico Actori contra laicum coram Iudice ſæculari, ex Afflict. Franc. Soc. Tepat. Tuſc. Ricc. & Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. in primo effectu, numero 745.

Remiſſio cauſæ vertentis in aliquo Tribunali huius Regni an erit concedenda reo eam petenti ad aliud Regnum, prætextu litis ibi pendentis, hoc contingit diſceptari inter alia in cauſa Capitanei Petri Luis Torres Procuratoris Chriſtophori, & Pauli Fortinbac Panhormitanorum contra Bartholomæum Cauana petẽtem, poſt termini dationem cauſam remitti ad Ciuitatem Panhormitanam, prætextu quòd ibi aderat concurſus creditorum, licèt videretur affirmandum, poſtquàm inter Principes ſolitum eſt aliquando cauſas remitti, ſed hoc ex quadã vrbanitate, vt ex Abb. in conſ. 24. lib. 1. Farinac. quæſt. 7. num. 32. cum alijs apud Octau. Caracciol. in tract. de fori priuil. remiſ. quæſt. 19. num. 54 & ſeqq. At inſpecta iuris communis diſpoſitione expreſſum eſt, quòd cauſa, vbi eſt cœpta, ibi debet terminari, l. vbi cœptum, ff. de iud. cum alijs apud eundem Octau. Caracciol. dict. tract. quæſt. 18. num. 12. & 13. Et in Regno eſt expeditum, quòd cauſæ non debent extrahi à Regno, ex priuilegio particulari Regis Catbolici, cap. 11 fol. 59. Cæſar. Maieſt. in cap. 1. anni 1540. eiuſdem in anno 1542. cap. 2. & per Regem Philippum de anno 1570. cap. 4. & eiuſdem in anno 1580. cap. 3. Tandem die Decembris 1628. deciſum fuit per Sacrum Conſilium ad relationẽ Reg. tunc Conſil. Io. Franc. Sanfelic. quòd oppoſitis non obſtantibus terminus aliàs datus curr at, penès Secretarium in Banca Franciſci Vulturalis.

Remiſſio petita per Ciuem Capuanum vigore priuilegij conceſſi eidem Ciuitati, an militet cõtra miſerabiles perſonas conuenientes ipſum in S.C. dicebatur ex parte Franciſci Antonij Caſalena V.I.D. ac eius ſororis, non aliter fore concedendam remiſſionem cauſæ intentatæ per eos in S. C. contra Franciſcum Leſca de Capua, ex quo tale iudicium fuit intentatum per ipſas miſerabiles perſonas, & aſſertum priuilegium Capuanum contra eos non militat, ex deciſis contra ipſam Capuanam Ciuitatem per Gram. dec. 20. & proindè cartula producta, quòd tale priuilegiũ etiã contra tales perſonas nõ viget, nam contrarium aſſerit ibi Gram. immò in tali priuilegio deficit clauſula ſpecifica derogatoria diſpoſitioni l. vnicæ, C. quando Imp. int. pup. & vid. vltra quòd talis cartula à veritate deuiat, cùm contrarium aſſerat ibi Gram. qui ex his, & alijs fundat deciſionem contra dictũ priuilegium, neque dictæ copiæ credi facilè poſſit, cùm non ſit productum originale, ex l. 3. C. de diuerſ. reſcrip. cum concord. ſuffragatur prædictis altera ratio, poſtquam in iudicio interuenit Victoria Caſalena actrix, & litis conſors, quæ eſt vxor Alexandri Maſſari Neapolitani, quæ ſequitur forum viri, ad tex. in l. cùm quædam puella, ff. de iuriſd. omn. Iud. & priuilegiũ porrigitur ad omnes litis conſortes, per tex. in l. ſi communem ff. quemadm. ſeru. amitt. Præſca de Franch. dec. 269. & quòd Neapolitani trahunt, & non trahuntur eſt notiſſimum, immò etiam Capuanus, Addi. ad Afflict. in dec. 133. ex quibus omnino debet cauſa in S.C. remanere. Facta relatione in S.C. die 17 Martij 1629. per Reg. Conſil. Ioannem Baptiſtam Apicella, fuit deciſum, quod oppoſitis non obſtantibus procedatur in S.C. penès Turinum Magiſt. Actorũ, & iterùm obtentum, verbum fieri ad inſtantiã Ciuitatis Capuæ, facta relatione per Eundem in eodem S.C. die 7. Aprilis 1629. fuit deciſum, bene prouiſum per idem S.C. ſub die 17. Martij 1629. etiam non obſtantibus oppoſitis per Ciuitatem Capuæ.

Remiſſio facta ab aſſertis conſanguineis, non probata conſanguinitate, an conualidet gratiam Principis factam reo, deciſum fuit per M.C. remiſſionem auunculi, non probato, quod ſit proximior, non ſufficere ad exequendam gratiam, in qua erat clauſula, dummodo Partis remiſſionem habeat, ita D. Regens Sanfelicius dec. 25.

Remiſſio vaſalli delinquentis extra territorium an erit facienda Baroni habenti priuilegium poſterius cognoſcendi de delictis per ſuos vaſallos delinquentes extra territorium, vel Baroni habenti iuriſdictionem ordinariam ex priuilegio anteriori, relata fuit deciſio ſuprà in verb. Baro.

Remiſſio cauſæ petita per aliquem Regnicolam degentem in aliqua Terra Regni ad eius Iudicem competentem conuentum à Conciue habitante Neap. exercente ſuum miniſterium prætextu Ciuilitatis Neap. ex habitatione, concedi an debeat, relata fuit deciſio ſup. in verbo Famuli.

Remiſſio petita per Clericum, qui obtinuerat ſẽtentiam aſſiſtentiæ in eius fauorem aduerſùs propoſitiones nullitatum contra dictam ſententiam per tertium in iudicio agitato coram Iudice ſæculari, an erit concedenda, præſupponebatur in facto, fuiſſe latam ſententiam aſſiſtentiæ ad inſtantiam D. Andreæ de Spiritu cõtrà Octauianum Sexto, & alios, iam tranſactam in rem iudicatam, illinc ad certos menſes inſurrexit Olympia Cirillo vxor d. Octauiani vti creditrix eius viri pro iuribus dotalibus, pro quibus fuerat aſſecurata ſuper domo ipſa, ſuper qua dictus Actor obtinuerat aſſiſtẽtiam, dicendo de nullitate ſententiæ, & aduerſùs talem

instantiam

inſtantiam ipſe D. Andreas petijt remiſſionem ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, præſupponẽdo, iam cauſam fuiſſe ſopitam ex prolatione ſententiæ iam tranſactæ in rem iudicatam, poſtquam res ipſa indicata eſt effectus ſententiæ, & executio eſt effectus rei iudicatæ, Muſcatel. in praxi S.C. lib. 2. par. 1. gloſſ. demandantur, num. 1 & ſeq. Mauſon. de cauſ. execut. ampl. 35. num. 3. cum alijs congeſtis infrà, verb. Reſtitutio. Quapropter exiſtente reali executione perfecta videbatur dominus rei effectus, taliter quod ampliùs conueniri non poterat, etiam ſi aliqua ineſſet clauſula adiecta in ſententia per Iudicẽ, hoc eſt, ſaluo iure cuiuslibet, vt ex Pereg. & alijs probat Reg. Rouit. in dec. 44. num. 2. & propterea Iudex ipſe laicus ampliùs ſe intromittere nõ poterat, tùm quia functus erat ſuo officio per prolationem ſententiæ, ad tex. in l. Iudex poſteà quàm, ff. de re iudic. tùm quoquè propoſitio talium nullitatũ erat principaliter propoſita, dicendo de illius nullitate, per ea, quæ tradit Muſcatel. d. lib. 2. par. 5. gloſſ. nullitatis, ſub num. 23. & meliùs Minſing. cent. 5. obſeru. 91. num. 2. & ſic per viam actionis, quãdo principaliter proponeretur, incidẽter tamen per viam exceptionis, vt ſubſequitur num. 37. Muta dec. 73. n. 27. Vnde ex his videbatur ipſa Olympia actrix, & ipſe D. Andreas reus, & de iure probatum extitit, quod actor ſequitur forum rei, l. in criminali, C. de iuriſd. omn. iud. cum alijs apud Barboſ. in opuſc. Princ. vtriuſquè iur. lit. A. num. 29. Ex aduerſo replicabatùr, nulli dubium eſſe, quia Iudex latæ ſententiæ ſit etiam Iudex nullitatis, vel appellationis, And. Gayl. lib. 5. obſeru. 137. ſub num. 6. Et ſi coram eo maximè fuerint propoſitæ, coram eodem eſſint diſcutiendæ, quod erit in arbitrio illas proponentis, vt ibi Gayl. aduertit, & Minſing. d. cent. 5. obſeru. 92. num. 6. & propterea Iudex laicus de adiudicatione per eum facta Clerico, nonniſi per viam reclamationis, aut nullitatis cognoſcit, vt refert Regẽs Rouit. in dict. dec. 44. num. 4. Dicebatur etiam, de iure communi conceſſam eſſe facultatem dicendi per annos 30. vt ex Specul. Vant. Afflict. & Maran. probat Muſcatell. vbi ſup. numer. 12. And. Gayl. vbi ſuprà num. 8 immò ſemper allegari poteſt, inſpecto iure communi, Cancer. var. reſol. par. 5. cap. 17. num. 18. Licèt per nouellam Pragmaticam huius Regni ſit breuiatus terminus ad decem annorum, vt in Pragm. 4. §. 21. de dilat. in nouiſſimis. Adeo, quod cũ erat infra d. tempus, quod nondum lapſum erat, non prohibebatur ipſarum propoſitio allegari. Nec proindè obſtabit, quòd ipſa Olympia non erat principalis in iudicio, ſed tertia comparens, ex quo ſufficit habere intereſſe, quod in promptu de eo probare debet, atque docere, Vant. de nullit. rub. quis poſſ. dic. de nullit. num. 24. & vti tertia non prohibetur de nullitate obijcere, etiam quòd litigatores principales hoc non poſſint, Vant. vbi ſuprà, num. 18. & ſubdit num. 21. etiã ſi principalis hoc prohibuerit. Et cùm per M.C. fuiſſet denegata remiſſio, ad relationẽ D. Iudicis Io. Bapt. Muſceptulæ fuit ita confirmatum per S.C. Eodem referente, remittendo cauſam eidem, de anno 1642. penès Secretarium, in Bãca Palmæ.

Remiſſio petita per Monaſterium conuentum coram Iudice laico, coram quo lis pendebat, ad ſoluendum cẽſus rei debitos, an debeat concedi, & videbatur affirmandum ex diſpoſitione tex. vbi Doct. in cap. ſi diligenti, de foro comp. & per vulgatam, atquè communem opinionem Doctorum affirmantium, Religioſos Viros, & Eccleſiaſticos eſſe conueniendos pro quacunquè cauſa coram Iudice Eccleſiaſtico, & non coram laico, latè Carol. de Graſſ. de effect. Clericat. in 1. effectu, per totum, adeò quòd etiam Clerici pro cenſu debito, ſiuè in perſonali, ſiue in reali coram Iudice Eccleſiaſtico ſunt conueniendi, reiecta contraria opinione Gulicl. de Cunco probata per Bonum Curton. vt inquit Anton. Monac. dec. Florent. 33. num. 4. Ex aduerſo autem dicebatur, quod ſicuti Clericus pro fictu, & penſione domus per eum conductæ poteſt conueniri coram Iudice laico, ex Maſant. in diſput. 8. nu. 34. Triuiſ. dec. Ven. 34. quos probat Caroc. in tract. de loc. & cond. in fine operis, par. 7. in concluſ. 545. ea ratione, quia licèt conueniatur perſona, tamen principaliter agitur ad bona, intereſſe. vel fictum, & ſic non eſt locus c. ſi diligenti, de foro comp. Hæc ille. Idem dicendum erit in cenſu, nam cenſus cauſat ius quoddam reale, quo perpetuò tenetur prædium ad præſtationem penſionis annuæ, Felician. de cenſ. lib. 1. cap. 4. num. 3. ſubdens, eſſe contractum realem, & actio, quæ oritur ex illo eſt realis, & non perſonalis. Cùm igitur lis verteret in S.C. inter d. Monaſterium, & D. Federicum de Toledo dominum directum ſoli Monaſterij, & ſuper ſolutione cenſus facta Procuratori ipſius pro ſaldo, & complemento, facta liquidatione cenſuum. Et propterea cùm D. Federicus de Toledo vti hæres D. Garſiæ de Toledo eſſet creditor Venerabilis Monaſterij S. Mariæ Magdalenæ huius Ciuitatis pro cauſa cenſuum decurſorum, & conuenire feciſſet dictum Monaſterium ad illorum ſolutionem, & ſucceſſa condemnatione dùm agebatur de calculatione eorundem, petiit Monaſterium cauſam remitti ad eius Iudicem competentem, ſicque facta relatione in S. C. die 14. Ianuarii 1645. per Reg. Conſil. Andream Prouenzalem, fuit decisum, quòd procederetur ad vlteriora, remiſſione petita non obſtante, penès Secretarium, in Banca de Martino. Et idem contra eorum inquilinos, qui fuerunt condemnati per S.C. vt facerent depoſitum pro cenſibus decurſis, oppoſitis ex aduerſo non obſtantibus, die 9. Iunii 1626. & confirmatum in reclamatione per idem S.C. bene prouiſum die 9. Octob. eiuſdem anni, ad relationem Reg. tunc Conſil. D. Gregorii de Angulo, in cauſa D. Hectoris Pignatelli creditoris cenſus Ducis Montisleonis cum Monaſterio S. Brigidę Ordinis Prædicatorum, dùm fuerat expeditum mandatum ad inſtantiam dict. D. Hectoris contra inquilinos eiuſdem Monaſterii, & fuerat petita remiſſio cauſæ, vt patet ex proceſſu ſiſtente inter dictum Dominum Hectorem, & Izinoſam de Franciſco, in Banca Martii Simeonis pro Felice fol. 205.

Remiſſio rei inquiſiti de delicto ſtupri per eum commiſſo in Terra alicuius Baronis, an erit cõcedenda Baroni petenti remiſſionem, quamuis

reus non eſſet propriè vaſallus, vt prætendebatur, dicendū videbatur, remiſſioni locū eſſe, tùm ſi fortè eſſet reus propriè vaſallus, eò quia Baro eſt Iudex perpetuus ſuorum vaſallorū, Capibl. in Pragm. 5. num. 149. de Baron. Ex quo habet iuriſdictionem iure proprio, Reg. Lanar. conſ. 5. num. 3. Quo fit, vt Rex ſe intromittere non poſſit in primis cauſis Baronum, idem Reg. Lanar. conſ. 52. num. 5. tùm quoque ratione delicti patrati in eius territorio, & ideò remiſſio indiſtinctè fit ad Iudicem loci delicti, probat Reg Rouit. in Pragm. 1. vbi de delict. quis conuen. num. 46. vbi num. 65. ſubdit, quòd remiſſio à Iudicibus originis, & domicilij fit omnino, & de neceſſitate, inſtante Iudice loci delicti, eo verò nō petente fit tantùm de vrbanitate. Sicque commiſſo delicto in Terra Caſapuzzani per Scipionem Piconum, cùm fuiſſet per eum petita remiſſio, fuit per M.C.V. denegata, & iuſſum, procedi in ea, non obſtante remiſſione petita, à quo decreto appellauit Baro dictæ Terræ, prætendens, decretum ipſum eſſe diffinitiuum, & proinde eo reuocato cauſam ſibi remitti debere, iuxta deciſa per D. Reg. Sanſelic. in dec. 321. Et reſpectu eius iuriſdictionis in delinquentem, dùm prætendebatur, non eſſe vaſallum, ſuccedit illud vulgatum, quòd remiſſio non debetur, quando iuriſdictio Baronis non probatur, ita ex Foller. & Peguera tradit Capiblanc. in 2. tomo de Baron. cap. 60. num. 2. Nec proinde ita ſimpliciter erit intelligenda doctrina ſuprà relata, nempe quòd remiſſio erit facienda ad locum delicti, poſtquàm vt talis remiſſio procedat, duodecim requiruntur requiſita relata per Guid. Papam dec. 202. quem ſequitur Auiles in cap. Prætorum 27. verb. Eorre gens, num. 12. ad quem ſe remittit Reg. Rouit. in dict. Pragmatica 1. num. 1. quæ deficiebant in caſu prædicto. Ea propter facta relatione in S.C. per benemeritū, ac ſolertiſſimum Iudicem D. Berardinum Belprato die 10. menſis Iunij 1643. fuit deciſum, vt cauſa committeretur in S.C. penès Secretarium, in Banca Sportelli.

Remiſſio cauſæ inquiſiti de furto cum homicidio petita per Monaſterium, prætextu quòd reus erat Profeſſus Religionis, licèt tacitè, non expreſsè, an erit concedenda, fuit iudicatum negatiuè per M.C. ſed cùm poſteà in cauſa reclamationis fuit præſentata fides expreſſæ Profeſſionis, fuit remiſſus ad Curiam Nuntiaturæ, D. Reg. Sanſel. dec. 217.

Remiſſio cauſarum Rationalium R.C.S. concedi an debeat eidem R.C. pluries fuit deciſum etiā per Collaterale Conſilium affirmatiuè, teſtatur D. Regens Sanfelicius dec. 291. num. 14. & D. Regens Fabius Capycius Galeota in 1. eius reſponſo, in diſſertation. à numero 121. cum ſeqq.

Remiſſio rei inquiſiti de aliquo delicto commiſſo in foſſatis Caſtri, an erit facienda Caſtellano, ſtante priuilegio à Rege conceſſo Caſtellanis, dictante, vt nullam iuriſdictionem habeant extra arces, fuit per M.C. denegata remiſſio, & cōfirmatum decretum per Collaterale Conſilium, refert Horat. Montan. controuerſ. forenſ. controu. 72.

Remiſſio petita per Clericum ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum emptorem bonorum exequutorum vigore decreti Iudicis ſæcularis, cuius auctoritate erant vendenda, & ſine eius conſenſu fuerat alienata, ob quod Clericus emptor conuentus remiſſionem petierat, an erit concedenda, deciſum fuit pluries per Sacrum Conſilium negatiuè, teſtatur D. Reg Sanfelicius dec. 2. numero 17.

Remiſſio petita per Clericum, cui fuit liberata pecunia in concurſu creditorum per Iudicem laicum cum cautione in forma, conuentum ad inſtantiam anteriorum creditorum, an erit concedenda, deciſum fuit per S.C. negatiuè, tradit D. Reg. Sanſel. dec. 2. ſub num. 17. in fine, verſ. & ita.

Remiſſio petita per carceratum iam habilitatum ſub cautione de tenendo domum loco carceris ex cauſa infirmitatis, qua pendente effectus fuit Clericus in minoribus, ac habuit beneficium, an erit concedenda, ex quo nedùm cauſa, ſed perſona fuerat præuenta, deciſum fuit negatiuè, ita D. Reg. Sanſelic. dec. 2. n. 26. vbi ſubdit n. 27. facta relatione in Collat. Conſ. fuiſſe remiſſum ad Iudicem Eccleſiaſticum quoad diſtinctionem perſonalem.

Remiſſio petita per Equitem Hieroſolymitanum, qui poſt ſententiam foriudicationis profeſſionem fecerat, antea inquiſitum de homicidio, an erit concedenda, deciſum fuit per M. C. & inde confirmatū per S.C. iunctis Aulis, remittēdū eſſe ad Sum. Pont. per quem remiſſo negot. Congregationi Sacri Concilij Tridentini, fuit demùm deciſum, profeſſionem non eſſe inualidam, vt oſtendit D. Reg. Sanfelicius deciſ. 2. à num. 27. ad 28. vbi ſubdit num. 31. ipſum fuiſſe remiſſum ad Iudicem Eccleſiaſticum, quemadmodùm in alio caſu ibi relato idem deciſum refert.

Remiſſio petita per Clericum in minoribus Ordinibus exiſtentem, & inſtitutum per bullas inſtitutionis iuris patronatus à Vicario Epiſcopi, an erit concedenda, deciſum fuit affirmatiuè, vt per D. Reg. Sanſel dec. 3.

Remiſſio petita per Clericum inquiſitum ad ſuū Iudicem competentem, non alitèr producta bulla ſui Clericatus ob eius perditionem, ſed vigore binarum ſententiarum remiſſionem concedentiū in beneficium ipſius vti beneficiati, an erit concedenda, fuit per Magnam Curiam deciſum affirmatiuè, & confirmatum per Collaterale Conſilium in cauſa Io. Antonij Taralli, teſtatur D. Reg. Sanſelic. dec. 4. in prin. vbi ſub num. 28. poſuit deciſionem Collateralis Conſilij.

Remiſſio cauſę petita per Clericum inquiſitum ad ſuum Iudicem competentem, an ſit concedenda, ſi per talem Clericum fuiſſent productæ literæ collationis beneficij, ac ipſius fructuum perceptio cum inceſſu in habitu tempore capturæ, deciſum fuit, facto verbo per M.C. in Collaterali Conſilio negatiuè in cauſa Manni. Brūduſini, vt tradit Dominus Reg. Sanfelicius deciſ. 7.

Remiſſio obtenta à Monaco offenſo, & ab Abbate an ſufficiat inquiſito, vt componatur, fuit deciſum affirmatiue per M. C. V. refert D. Reg. Sanſel. dec. 55. n. 19.

Remiſſio reorum inquiſitorum de verbis irreuerentèr prolatis in S. C. an erit concedenda

Offi-

Officialibus ipſorum, deciſum fuit per Sacrum Conſilium negatiuè, & confirmatum in reclamatione, tradit Dominus Reg. Sanfelic. dec. 63. num. 7.

Remiſſio vaſalli Baronis alicuius, prętextu receptationis banniti, ſeù forjudicati M.C.V. an erit concedenda Baroni, deciſum fuit negatiuè per totum S.C. vt ex dec. Reg. Reuert. inſerta in dec. Reg. Sãfel. 63. percipitur ſub n. 7. vbi n. 10. ad 13. alias conſimiles deciſiones retulit cõtra vaſallũ commiſſionatum M.C.V. & contra vaſallum detentum per M.C.V.

Remiſſio cauſæ inquiſitorum carceratorum nomine M.C. ſi non fuerit ordini M.C. obtemperatum, tenendo illos carceratos, an erit concedẽda, deciſum fuit negatiuè, vt teſtatur D. Reg. Sanfelic. dec. 63. num. 12.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis captæ contra vaſallum Baronis, an ei concedi debeat, ſi per M.C.V. fuerit deciſum, non adeſſe delictum, fuit per eandem Magnam Curiam deciſum negatiuè, vt refert Dominus Reg. Sanfelicius deciſio. 64. num. 41.

Remiſſio rei inquiſiti in Regno Siciliæ capti in Ciuitate Neapolitana, an erit concedenda Officialibus illius Regni, deciſum fuit affirmatiuè, Dominus Regens Sanfelicius dec. 63. à nu. 5. ad 7.

Remiſſio cauſæ inquiſitionis alicuius vaſalli, qui vti grauatus recurſum habuit ad Mag. Cur. à Iudice Baronis, qui cęperat cognoſcere, omiſſo Iudice ſecundarum cauſarum, patefacta inquiſiti innocentia, an erit concedenda, licèt per Magnam Curiam fuerit denegata, quia non aderat delictum, attamèn per Sacrum Conſiliũ fuit remiſſio conceſſa ad Iudicem ſecundarum cauſarum, teſtatur D. Reg. Sanfelicius deciſ. 64. num. 11.

Remiſſio cauſæ criminalis alicuius vaſalli an ſit facienda Baroni illam petenti poſt latam ſententiam, deciſum fuit per Sacrum Conſilium negatiuè, ita atteſtante D. Reg. Sanfelicio deciſ. 69.

Remiſſio alicuius inquiſiti ſubiecti Baroni poſſidenti Caſale Ciuitatis Neapolis ex Regis conceſſione, delinquentis intus Ciuitatem Neapolis, an erit concedenda, fuit pluriès deciſum per M.C. affirmatiuè in fauorem Ill. Principis Hoſtiliani domini Turris Octaui, & aliorum Caſalium propè Neap. teſtatur D. Reg. Sanfelicius dec. 73.

Remiſſio vaſalli alicuius Baronis orti in eius feudo, licèt oriundi ex Ciuitate Neapolitana, ſi deliquerit, an erit eidem concedenda, deciſum fuit per Magnam Curiam affirmatiuè, vt tradit Dominus Regens Sanfelicius deciſ. 74.

Remiſſio cauſæ inſtrumentalis petita per militem ſtipendiatum degentem pro Alabarderio apud Illuſt. Principem Aſculi aduersùs petitionem porrectam in M.C.V. ad Inſtantiam Neapolitani Ciuis, concedi an debeat Generali Auditori exercitus, & quamuis ipſi milites ſuos Iudices habere videantur, Caſtill. dec. Sicil. 105. num. 8. Non mirum ſi militum cauſæ cuiuſcunquè generis tractari debeant coram Magiſtro militum, qui dicitur in Regno l'Auditor del Campo priuatiuè quòad omnes alios Iudices, refert Conſil. Patin. inter comm. Reg. Rouiti in Pragmat. 15. de milit. num. 10. & ſeqq. Caſtill. vbi ſupra num. 10. & Reg. Rouit. in Pragm. 16. num. 13. eiuſdem titul. centum, quòd militum cauſæ cognoſcantur per eorum Officiales militares, & quòd Iudices ordinarij nullo modo ſe impediãt mandauit Philippus II. immortalis memoriæ, Caſtil. ibidèm num. 9. Ayala de iure. & offic. belli lib. 3. cap. 8. latiſſimè Criſpol. de caſibus milit. caſu 30. Quo fit, vt milites ſint remittendi vnà cum actis, ſemota quacunquè dilatione, idem Conſil. Patin. dict. pragm. 15. num. 30. vbi num. 31. & 38. docet, quid probare debeant milites remiſſionem ad eorum Iudices procurantes, vt illam obtinere poſsint. Ex aduerſo replicabatur, ſatis, ſuperquè notum eſſe priuilegium Neapolitanis conceſſum à retro Regibus Regni, vt trahere poſsint omnes ad eorum Tribunalia, nec alibi trahantur, vt patet in ritu 301. ſecùndùm ordinem Catau. vbi pleniùs Campan. in cap. pridèm, num. 19. Franch. dec. 382. num. 3. & de tali priuilegio latiſsimè multa congeſsimus in 3. parte noſtri Compendij, verbo Neapolitani. Idcirco prætermiſſa altercatione illa in iure probata, quòd concurrentibus duobus priuilegiatis, priuilegia conquaſſantur, Prę. de Franch. dec. 16. num. 3. & dec. 552. num. 4. Ita quòd attẽdatur diſpoſitio Iuris communis, ſecundùm quam intelligi debet, Franch. dec. 192. num. 26 & ſic ſubingreditur Rouit. dec. 27. num. 1. & ſubdit eo iure, quo diſpoſitum eſt, vt actor ſequatur forum rei, ad tex. in l. in criminali, C. de iuriſd. omn. Iud. quinimmò reus, & actor pariter priuilegiati, reus vtitur priuilegio contra actorem, & actor non contra reum, Anna alleg. 64. num. 8. Rouit. dec. 90. num. 9 Adeò quòd Ciuis Neapolitanus ex hoc videretur compelli ſequi forum ipſius conuenti, nihilominùs DD. noſtri conſiderauerunt potentiam priuilegij vniuſcuiuſquè, ita quod illud erit attendendum priuilegium, quod potentius erit, Reg. Rouitus dec. 90. num. 14. Videndum erit, quod nàm ipſorum priuilegium ſit potentius, an Neapolitanorum, vel militum, & ſi conſideretur priuilegium Neapolitanorum expreſſum in dicto ritu 301. comperitur, illud eſſe potentius, quia nedùm eſt reale reſpectu Ciuitatis Neapolitanæ, ſed etiam perſonale quòad Ciues, & habitantes in ea, vt ibi legitur, & ſic declarando priuilegia realia, & perſonalia, Cancer. var. reſol. to. 3. cap. 3. num. 324 Reg. de Ponte conſil. 1. num. 65. vol. 1. & dùm eſt reale priuilegium de per ſe conceſſum Ciuitati, vel villæ, ſeù loco, extenditur etiã ad Ciues ibi degentes, probat Auiler in cap. Prætorum, cap. 19. verbo priuilegium, num. 3. Multò fortiùs quando eſſet perſonale, prout eſt iſtud priuilegium Neapolitanorum, quod eſt tantæ efficaciæ, vt conueniendo alios, non teneantur ſequi forum reorum, ſed poſsint eligere Tribunalia Neap. adeò quod dicantur habere priuilegium electionis fori, & poſſunt in Ciuitate Neap. trahere, & ipſi extra eam non trahuntur, Catau. in dicto ritu 301. ſub num. 5. Eapropter priuilegia conceſſa Ciuibus non differunt à cõceſſis loco, ſcilicèt Ciuitati, quia tacitè ad locum referuntur, immò maioris ſunt potentiæ, refert D. Reg. Fabius Galeota contrOu. lib. 2. controu. 20. num. 17. Quanquam autèm priuilegia ipſa

Digitized by Google

perſonalia ſint, vt non protrahantur de perſona ad perſonam, vt firmat Dom.Reg.Merlin.controu.for.cap.69.num.17.adhùc tamèn priuilegiũ competens viro iure ſpeciali,ſiuè particulari cõpetit etiam vxori, ita ex multis deciſum refert idem Dom.Merlin.cap.94.num.2.multò fortiùs competere videtur vxoribus Neapolitanis,.& è contra; vt inquit Cabed. dec. 124.num.5.par.1. Immò priuilegium ipſorum Neapolitanorum, vt trahant,& non trahantur,competit etiam negotiorum geſtori Neapolitanorum, Anna in ſing.401. In tantum eſt verum, quod de iure diſpoſitum eſt,quod priuilegio conceſſo Ciuitati, non poterit particulari præiudicari,vt ex multis probat Reg.Lanar.conſ.14.num.5. Sic Neapolitani Ciues prorogando iuriſdictionem aliorum, nequeunt hoc facere præiudicando eidem Neapolitanę Ciuitati,ex adductis per Carau. vbi ſuprà,num.7. Maſul.ad Capyc.dec.9.num.17.& 19 Capiblanc.in Pragm,8.par.1. num. 127. de Baron.& tom.2.cap.53 num.19. Vlteriùs ad comprobationem potentię huius priuilegij conſpicitur,q priuilegium,ne poſſit quis reſpondere, niſi coram certo Iudice, licèt poſsit coram alio conueniri ratione rei ſitæ,ratione delicti,& ratione contractus, secùs tamen ſi ad omnia ſit ſpecialitèr prouiſum,Cabed. dec. Luſit.86.num. 7.par.2. vt ſunt Neapolitani Ciues, quibus id ſpecialitèr conceſſum eſt,vt patet in d.ritu,in fine, quamuis hoc intelligat Capiblanc.dict.cap. 53. num.16. quando quis habitaret Neap. gauderet,vt ſuprà, quando verò incola eſſet, vel etiam originarius Neap.mutet domicilium,& aliò ſe conferat, tunc ibi poterit conueniri pro cauſis ciuilibus,& puniri pro criminalibus, vbi adducit alia conſimilia exempla, ſequitur Galupp.in ſua praxi S.C.par.2.cap 6.nu.61. & ſeqq. nam priuilegium conceſſum loco non competit perſonæ aliò tranſlatæ, Marta in conſ. 144. num.8. Deueniendo ad priuilegium militare, cuius fauore gaudere prætendebat conuentus, qui cùm eſſet miles, & ſuum Iudicem haberet, coram eo conueniri inſtabat, vt dictum eſt, nã in omni negotio erit conueniendus reus coram ſuo Iudice competenti, Gayl.pract.obſeru.lib.1. obſer.42.num 9. quem ſectatur nouiſsimè Criſpol.in ſuis caſibus milit.caſu 41.num.2.vbi per multa fundamenta probat,creditorem,qui egerat contra militem coram Iudice incompetente, fruſtra obtinuerat immiſsionem in bonis militis debitoris,etiam quod egerat vigore obligationis Cameralis,quod tantò fortiùs procedi debuerat in caſu noſtro,dùm fuerat conuentus vigore inſtrumenti liquidi ad ſoluendum certas annatas decurſas.Sed hoc benè procederet in militibus,qui cum effectu,& actu vacant armis, & ſunt parati ad defenſionem Reipublicæ,gaudebunt militum priuilegijs, vt oſtendit Caſtill. d.dec.105.num.19.ſubdens num.23. quod tales milites ſtipendiati noſtri temporis, qui morantur in caſtris, vel in expeditionibus, gaudent priuilegijs militum, Maſtrill.dec.173.num.28 & 29. Similitèr exiſtentes in Curia Principis, vel in alio quocunquè loco in ſeruitio Regis,æquè ac ſi actu militarent,omnibus militaribus priuilegijs gaudebunt,Caſtill.vbi ſuprà, num.7. Maſtrill. ibidèm.num.30.& ideò milites actu non ſeruientes,licèt faciant militarem profeſsionem, & in matricula ſint deſcripti, non tamèn gaudent fori priuilegio,ſed in omnibus actibus vtũtur iure communi,Reg.Rouit.in d.Pragmat.16. num.34.vbi num.38.ſubdit, quod etiam milites nouæ militiæ equeſtris, & pedeſtris in cauſis ciuilibus non gaudent priuilegio fori,& hoc attenta nouella Pragmatica Comitis de Lemos, Quocirca deueniendo ad rem noſtram, extſtẽte inſtrumento celebrato,in quo regularitèr renunciatur omni priuilegio fori, & vt poſsit in omni Curia,& foro conueniri, quæ operatur, vt quilibet Iudex incompetens cognoſcere poſſet, Coſta in tractatu de clauſul. parte 2. clauſ.144.num.1. Nulli dubium erit, quin conueniri debuerat in M.C.V. ad quam actos conuolauerat,eaproptèr in caſu fortiori Reg.Rouit.vbi ſuprà,num.43.limitando regulam in beneficium militum dixit, quòd quoties in contractu fuerit renunciatum priuilegio militaris fori,benè conueniretur alibi, ex Coter. Ayal.& Cabal.ibi relatis, multò magis quando priùs renunciauerat,vt in omni Curia potuiſſet conueniri, quoniam tale priuilegium militare superueniens non ſibi ſuffragabatur. Sicquè facta relatione in Magn.Cur. per D.Iudicem Capiblancum die 4 Iunij 1643. deciſum fuit, vt procederetur in ea, oppoſita remiſsione petita non obſtante, in cauſa Franciſci Tartaglia V.I.D. cum Marco Antonio Perella, in Banca Pulſoni.

Remiſſio petita per reum Ciuem allectum ab aliqua Ciuitate pro delictis alibi commiſſis, concedi ao debeat,fuit per Magnam Curiam iudicatum affirmatiuè, Io.Maria Nouarius de grauamin. vaſallorum,tomo 2. grauam.65.ſub numero 5.

Remiſſio rei inquiſiti de aliquo delicto vti familiaris Magni Regni Camerarij, concedi an debeat,deciſum fuit affirmatiuè per Magnam Curiam Vicariæ,refert D.Reg.Fab.Capy.Galeot.in 1.reſponſo fiſcal.in diſſertat,nu.113. verſ.verum illud.

Remiſſio delinquentis ſubditi R. C.S. facienda per M.C.V. an fieri debeat verbis imperatiuis, vt exemplo oſtendit Dominus Reg. Fab.Capyc. Galeota in eius primo reſponſo, in diſſertation, num.174.referens, per Collaterale Conſilium fuiſſe ordinatum,quòd ſublata illa clauſula ſimplicitèr remitteret.

Remiſſio Actuariorum, ſiuè Scribarum R.C.S inquiſitorum de delictis,an fieri debeat per Magnam Curiam Vicariæ eidem Tribunali R.C.S. in pluribus cauſis relatis per Dominum Reg. Fab.Capyc.Galeot.in 1.reſp.fiſcal.in diſſert. refert,deciſum fuiſſe affirmatiuè, vt ibi num.135. & ſeqq.

Remiſſio petita per Monialem inſtitutam hæredẽ vniuerſalem,cuius vigore fuerat hæres declarata,mediante decreto præambuli,& dùm inuentarium conficere voluiſſet, citauerat creditores, & inter cæteros quendam donatarium, cuius donationis inualiditatis iudicium pendebat,& inſtabat ſatisfieri, ſeruata forma donationis, & aduerſùs talem prætenſionem remiſſio petita erat etiam ad inſtantiam Monaſterij,an concedi debeat,fuit per M.C.deciſum negatiuè,& confirmatũ per S.C.Indè etiam in reclamatione iunctis aulis in cauſa ſororis Beatricis de Aptano

cum

cùm Camillo de Aprano, teſtatur Ioannes Baptiſta Hodierna in additione ad Surdum, deciſione 26. ſub numero 26. in nouo impreſſione.

Remiſſio cauſæ vertentis in S.C. concedi an debeat ad inſtantiam Partis intereſſe habentis ſuper hæreditate alicuius ob incapacitatem ſuccedere volentis, ac etiam ad inſtantiam Fiſci ex capite indignitatis ad R.C.S. ob eius intereſſe, hoc contingit in cauſa Philippi Spinulæ, qui cùm comparuiſſet in S.C. petendo declarari, omnia bona Cæſaris, & Stephani Catanei ad ipſum ſpectare, penitùs excluſo Ioanne Baptiſta Cataneò tanquam incapace propter fratricidium per eum commiſſum in perſonam Stephani, licèt ex parte ipſius Io. Baptiſtæ fuiſſet oppoſitum, hoc ab ipſo Philippo proponi non poſſe, ſed ſi quid aduerſùs ipſum allegari poſſet, id nemini competere, niſi Regio Fiſco, cui quatenùs aliquod ius eſſet, fuiſſe præſcriptum, ideò ſperans ipſe Philippus obtinere, ne in futurum contingerit impediri per Regium Fiſcum, inſtitit declarari, Fiſco, qui incœperat aperire eius intentum, nullum ius competere, & ſententiam in cauſa petitorij ob ſui beneficium proferendam, fore executioni demandandam, non obſtantibus prætenſis per Fiſcum, cui inſtantiæ ex parte Fiſci fuit allegatum, certiſſimum eſſe de iure, Fiſco tantùm competere actionem auferendi ab indigno, iuxta inſtantias iam factas in R.C. contra quos decet, vbi debebat Philippus comparere, ex regula generali, vbi cauſæ Fiſcales, &c. & proindè fuit interpoſitum decretum Collater. Conſil. huiuſmodi, videlicet. In cauſa Reg. Fiſci, & Philippi Spinulæ cum Ioanne Baptiſta Cataneo, ſi debet remitti ad R.C.S. an procedi in S.R.C. Die 30. Octob. 1618. referente D. Reg. Valenzuela cum adiunctis, ac D. Sanfelicio Fiſci Patrono, &c. Sua Excellentia mandauit, quod procedatur in S.C. ad ea, quæ incumbunt in cauſa reclamationis prætenſæ incapacitatis Io. Baptiſtæ inter eum, & Philippum Spinulam vertente in eodem S.C. verùm circa prætenſa per d. Philippum contra Regium Fiſcum adeat R.C. vt ex decreto penès Fabritium de Angelis, ita Dominus Regens Fabius Capyc. Galeota controuerſ. iur. tomo 2. controuerſia 33. in 2. deciſione.

Remiſſio cauſæ petita per laicum conuentum via ritus M.C.V. eò quia tempore obligationis erat Clericus, concedi an debeat, licèt per M.C.V. fuiſſet deciſum affirmatiuè, tamèn deducta cauſa ad S.C. fuit negatiuè iudicatum, & dictũ, in M.C. eſſe procedendum, licèt ordinariè in cauſa Petri Iacobi de Donna cõuenti ad inſtãtiam Fœlicis Matthæi Riccardi, vt refert Donat. Ant. de Marin. quotid. reſol. cap. 48. n. 7. in noua impreſſione, aſſerit etiam, plures idem deciſum fuiſſe iunctis Aulis per S.C. licèt priùs contrarium deciſum appareat apud Staib. & Molfeſ. ibi relatos.

Remiſſio petita per Clericum conuentum ad ſoluendum certam pecuniarum quantitatem, ad quam tenebatur vigore obligationis, dimiſſo habitu Clericali, ad ſuum Iudicem, licèt pendẽte lite, reaſſumpto, an erit concedenda, fuit per S.C. deciſum negatiuè quòad bona, petita remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum non obſtante, ita refert Donat. Anton. de Marin. quotid. reſol. cap. 54. ſub num. 2. in nouiſſima impreſſione.

Remiſsio cauſæ inquiſitionis alicuius rei an erit facienda ad Iudicem originis, ſeù domicilij habentem priuilegium cognoſcendi vaſallos etiã extra territorium delinquentes, cum clauſula abdicatiua quòad alios Iudices, vel ad Iudicem loci, quem in forũ elegerat perſona, quæ potiebatur priuilegio l. vnicæ, C. quando Imper. int. pup. & vid. deciſum fuit per S.C. ſpectare ad Iudicem delicti, ſtante variatione fori ibi facta, vt refert Donat. Anton. de Marin. reſol. quot. cap. 286. n. 6.

Remiſsio cauſæ petita per conuentos, quorum vnus erat Clericus, & alter laicus, an erit facienda ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſuppoſito, quòd cùm fuiſſent ipſi conuenti ad inſtantiam Capituli Eccleſiæ, coram Iudice laico, à quo fuerant condemnati, appellauerunt ad S. C. in quo petierant remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, licèt per Sacrum Conſilium fuerit remiſſus vnus eorum vti Clericus ad Iudicem Eccleſiaſticum, & cõpilato proceſſo reſpectu aliorum laicorum prætendentium, pariter remitti ad eundem Iudicem ex perſona Clerici remiſſi ob cauſæ indiuiduitatem, fuit per S.C. confirmatum decretum prædictum S.C. refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 55.

Remiſſio cauſæ venditionis iuriſdictionis Baiuli venditæ per Fiſcum alicui, & deinde ob euictionis iudicium intentatum in S.C. ad quam Fiſcus tenetur, an erit facienda ad Regiam Cameram, deciſum fuit per Collaterale Conſilium affirmatiuè, vt tradit D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 65.

Remiſſio reorum inquiſitorum de homicidio commiſſo in Terra alicuius Baronis, an erit concedenda illius Affictatori, ſi per vnum ex inquiſitis prætendebatur, eſſe Capitaneum certæ Terræ, & per diſpoſitionem Ritus 49. M. C. de Officialibus cognoſcere debet, & pro alijs inquiſitis dicebatur, qualitèr cùm in comitiua dd. Officiales erant, paritèr debebant cum eo iudicari, licèt ex aduerſo replicatum fuiſſet, quod ſi erat Officialis in habitu, non tamèn in actu, ex quo poſſeſſionem officij nondum cœperat, vnde per M.C. fuit deciſum, quòd cauſa remaneret in ea, & facto verbo in S.C. fuit per illud iudicatum, vt ipſa M.C. prouideret ſuper remiſſione ad Iudicem ſecundarum cauſarum, & in ſumma omnes fuerunt remiſſi Officialibus ipſius Baronis, vt refert Dominus Regens Hector Capyc. Latro conſult. 130. lib. 2.

Remiſſio cauſæ intentatæ cum laico ob rem deuentam ad Clericum poſt eius exitum, vigore donationis indè factæ à Conuento, an erit concedenda ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, ex facto deſumebatur, fuiſſe petitam aſſiſtentiam cõtra reum, præuia reſciſſione contractus in anno 1636. fuit decretum, quòd ſoluat tertias decurſas & facta indè ſolutione tertiarum iudicium finiuit, indè in ſequenti anno 1637. dictus conuentus donationem fecerat eius filio Clerico in titulum patrimonij, indè iterum Actor proſequendo illudmet iudicium aſſiſtentiæ contra reum, ſe oppoſuit Clericus aſſerendo, rem ſibi donatam fuiſſe in titulum patrimonij poſt fini-

tum

tum iudicium,& propterea expoſtulabat remiſſionem cauſæ ad ſuũ Iudicẽ Eccleſiaſticũ ea ratione,quia iudicium iam expiranerat per ſolutionem tertiarum,iuxta regulam vulgatam, ſolutione eius,quod debetur tollitur omnis obligatio. Fuerat quoquè allegata doctrina per nos tradita in voto 36.num.33.probata per Fuſcum, Borgn.Macerat,Caſtill.Facch.& Carol.de Graſſ. quòd Clericus non tenetur iudicium cœptum cum defuncto proſequi, & conferunt huic adducta per Squillant.in tract.de priuil. Cler.cap.7.ſub num.58. verſ. contraria tamèn. Licèt ex aduerſo replicaretur,cauſam fuiſſe præuentam in Tribunali laico ab actore contra reum donantem,qui licèt ſoluerat tertias,reſtabat iudicij proſequutio reſpectu principalis crediti debiti ex re,ſuper qua petita fue. at aſſiſtentia,ſicque in ſimili ſubdiſtinctione concludit ex multis Conſil.Carleual de iud. tom.1.lib.1.tit.1.diſp.2. quæſt.5.num.315. quòd quando Clericus eſſet hæres defuncti,& fuerit mota lis, abſque dubio erit cognoſcendum ab eius Iudice Eccleſiaſtico, & ibi conueniendus , vt quoquè nouiſſimè attingit Anſald in tract.de iuriſd.par.3.cap.10.nu.50.quod ſecùs erit, ſi fuerit lis cum defuncto cœpta,& indè conuentus, quia coram Iudice laico erit conueniendus,& proſequẽdum iudicium,quibus accedit optima dec.Sperell.7.à nu.1.ad 4.vbi num.4.diſtinguendo caſus ab eo propoſitos,ſatis ad propoſitum tradit,quod quando Clericus laico litiganti ſuccedit titulo ſingulari, putà venditionis, vel ceſſionis, tunc quoniam rei litigioſæ alienatio prohibita eſt, & fieri iuridicè non poteſt , vt ibi per iura, & auctoritates demonſtrat,concludit,non eſſe in hoc caſu concedendam inhibitionem contra Iudicem laicũ in præiudicium litigatoris, ſed iudicium proſequendum coram Iudice ſæculari, quibus accedit quod tradit idem Anſald. d.par.3.cap.12.nu.4.quòd Clericus non poteſt litis proſequutionem,& executionem ſententiæ impedire rei litigioſæ in eum tranſlatæ, & hoc vigore donationis,emptionis,aut cuiuslibet contractus,cõfert etiam dec.Caſtil.2.per totam, qui cùm hac reſidet opinione, conferunt etiam congeſta per eundem Squill.vbi ſuprà. Et quamuis doctrina ſuprà allegata per me viſa fuerit aliquantulùm Dominis Iudicantibus dura, non propterea erit mirandum,poſtquam talis doctrina intelligitur, quando Clericus ſucceſſor eſſet actor , tunc enim in eius erit arbitrio proſequendi,vel non proſequendi iudicium.Cæterùm autèm quando fuerit reus,& tunc quia in iudicio non conſideratur perſona defuncta, quando iudicium eſt cœptum poſt mortem defuncti , ſed perſona conuenta,vt inquit Borgn.dec 8. num.10.par.1. quo caſu locus erit remiſſioni reſpectu Clerici conuenti, vt dictum eſt ſuprà, ſed ſi iudicium fuerit cœptum anteà cum defuncto, cui ſucceſſit Clericus,& tunc quæſtionis eſt , an erit remittenda, vel non,quam ſpecificè attingit Carol.de Graſſ.de effect.Cler.in 1. effectu, ſub nu.281 verſ.ſubampliatur tertiò,vbi licèt ex multis probet,vt procedat, & locum habeat , tam ſi lis eſſet conteſtata cum defuncto,quàm ſi non, adhùc tamèn contrariam opinionem in hoc caſu ex pluribus refert eſſe veram, & communem opinionem, quanquam Macer.lib.1.cap.49. referat etiã ex noſtratibus,eſſe locum remiſſioni,etiam lite cœpta cum defuncto,ex rationibus per eum. Sed in caſu, de quo agitur Clericus non eſt vti ſucceſſor, ſiue hæres in hac lite,ſed vti ſingularis ſucceſſor,vti donatarius,qui eſt ſucceſſor ſingularis,vt probaui ſuprà verbo Reconuentio,quo caſu inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, Tomat. dec.65. num.4. Immò etiam vti tertius veniens ad iudicium , & docens de ſua poſſeſſione impedit executionem,Thom.dec.Macerat.17.num.4. & ſi ſe oppoſuerit executioni ſententiæ,& eſſet Clericus, debet ſequi forum Iudicis laici , per quem executioni mandanda erit ſententia , ſic probat D. Reg.Sanfel.dec. 90. num. 24. vltra Pegueram dec.Cathal. 205.nu.13. ſed quando non fuiſſet lata ſententia,etiam vti tertius non poterit opponere exceptionem declinatoriam fori, ex Angel. Anch. & Fel. probat Ripol.var.reſol.cap.4. num.146. Verùm quia in caſu præmiſſo remanſerat aliud agendum,quia petita fuerat aſſiſtentia,præuia reſciſſione contractus, licèt ſuſpenſum iudicium per ſolutionem tertiarum , contingere poterat,alias tertias maturari, & conſequẽter ob tale defectum iudicium determinari. Sicq. facta relatione in S.C. per Ill.D. Alonſum Vargas Reg.Conſil.Ducem Cagnani, de menſe Ianuarij 1644. fuit datus terminus ſuper petita remiſſione in cauſa D.Eraſmi de Mauro , cum illis de Troyſe,in Banca Carboni Actorum Magiſtri,& ità aliàs in conſimili caſu deciſum retuli in 3. par.verb. Remiſſio cauſæ per Clericum tertium.

Remiſſio cauſæ apodixariæ petita per Baronem pro ſuo vaſallo conuento, pro talis apocæ recognitione,an erit concedenda,etiam nullo facto depoſito per conuentum , de hoc fuit controuerſia habita in M.C. V. in cauſa Alphonſi Paſchalis conuenti in eadem M.C.ad inſtantiam Hieronymi Rocco vigore apocæ Bancariæ,præuia recognitione illius ad ſoluendum petitam quantitatem debitam,intereà comparuit penes acta Procurator generalis Ill.Ducis Sueſſæ, petendo remiſſionem cauſæ prædictæ,in quo fuit hæſitatum, ſi debuerat abſque depoſito concedi,ex quo certum eſt,attenta diſpoſitione Reg. Pragm.64 §.2.& 7.de offic.Procur. geſſ. qua cauetur,quòd non poſſit allegari exceptio aliqua, niſi facto depoſito.vel reo debitore in carcere conſtituto,licèt in d.§.6. additum referatur, facta recognitione ipſarum,lex enim quamuis dura ſeruari debet,& calus legis attenditur,l.proſpexit,ff.qui,vel à quibus, cum alijs recollectis apud Barboſ.in princ.iuris,lit.L.nu.23. Eapropter attenta diſpoſitione prædictæ Pragmaticæ reſpectù recognitionis apocæ, ante omnia erit aduertendum,quòd citatus ad Curiam Vicariæ ad recognoſcendum apocas , etiam ſi ſit vaſallus Baronum,non remittitur, niſi priùs apoca recognita,ita Caran.in ritu 54. num.2. quem ſequuti ſunt Præſ.de Franch.dec.590.num.3.& D.Reg Rouit.in d.Pragmat.64.num.39. Facta enim tali recognitione conceditur remiſſio,ſed quæſtionis erit,an facto, vel non facto depoſito per debitorem,& circa hoc idem D. Reg. Rouit.loco citato num.41. & ſeqq. ſub diſtinctione procedendo cenſuit, quòd aut recognitio ſit negatiuè,& tunc erit locus remiſſioni,quoniam pro-

probatio illius fieri debet coram Iudice competente, quatenùs principale negotium concerneret, ſecùs tamen ſi pro illius verificatione ageretur, ſin autem affirmatiuè fuerit recognita, vtiquè concederetur remiſſio, quãdo à principali fuerit petita, niſi in actu recognitionis fuerit aliqua exceptio oppoſita, quoniam non remitteretur, quò verò ad petitionem remiſſionis factam per Baronem, quęſtionis eſt, aut nõ habet in priuilegio talem cognitionem cognoſcendi de apocis Banci, aut habet, & ſub tali diſtinctione concederetur, aut non, ſed non facto priùs depoſito per debitorem, ibiquè nu. 51. refert deciſum per S.C. iunctis aulis, non eſſe locum remiſſioni, niſi facto priùs depoſito per debitorem. Nihilominùs in caſu præmiſſo fuit iudicatum contrarium per ipſam M. C. vt ex actis in Banca Gagliardi, & hoc credo ob ampliſſima priuilegia olim conceſſa per Suam Maieſtatem Illuſtri Magno Duci Conſaluo de Corduba, Magno Capitaneo, vulgò nuncupato, in quibuſuis cauſis, & delictis, de quibus ſola Magna Curia Vicar. cognoſcit, de quibus teſtatur D. de Franch. in dec. 275. in prin. & inter cæteras pręeminentias eiuſdem Magnæ Curiæ Vicariæ eſt cognoſcere de apocis Bancarijs, vt ibidem refertur per Carauitam loco citato.

Remiſſio cauſæ petita per aliquem exterum ad Iudicem competentem ſui loci, conuentum ab eius ſorore in M.C.V. quam elegerat in forum, concedi an debeat, præſuppoſito ante omnia qualitèr cum fuiſſet Andreas de Bono Ciuitatis Literarum conuentus in M. C. ad inſtantiam Iſabellæ de Bono ſororis ad ſoluẽdum duc. 120. ſibi relictos ab eius patre Luca de Bono pro ſuis dotibus, ex parte ipſius conuenti replicabatur, cauſam remitti ad Iudicem Ciuitatis Literarum, ex eo, quia ipſa mulier nequiuerat eligere in forum M. C. V. quia ipſa non erat vidua, nec alio priuilegio gaudebat, prout diſpoſitum erat in l. vnica, C. quando Imper. inter pupil. & viduas, &c. ibiq. de viduis præcipuè agitur, non autem de alijs mulieribus. Replicabatur ex parte ipſius Iſabellę eligentis forum ipſam M.C. quod licet non eſſet priuilegiata, erat tamẽ notoria paupercula, & ob eius impotentiam perhorreſcebat potentiam aduerſarii, nec proindè improbatum erat, quod pauperes nõ poſſint eligere forum, cum inter miſerabiles perſonas connumerẽtur, vt proſequitur Nouar. de election. & variat. fori quæſt. 34. per totam tom. 1. & iterum in 2. tom. quæſt. 18. Inſuper attenta perhorreſcentia aduerſarii, quæ operatur, vt quis poſſit coram alio Iudice litigare, idem Nouar. in q. 1. num. 4. tom. 2. probat. Et cum fuiſſet per D. Iudicem Ioannem Baptiſtam Muſceptulam prouiſum, quod oppoſitis non obſtantibus procederetur in M.C.V. non obſtante remiſſione petita, fuit inſtatũ ex parte cõuenti, cauſam committi, & commiſſa cauſa D. Iudici de la Torre, produxit fidem authenticam ſuæ paupertatis, & ob id remitti debuerat ad ſuum Iudicem, attenta paupertate amborum, adeò quod ſi talis electio cõpetebat actrici ex hac cauſa, pariter competere poterat conuento ſimiliter priuilegiato ex eadem cauſa, & ſic priuilegia ipſorum conquaſſabantur, iuxtà tritam regulam, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio ſuo contra alium priuilegiatum, l. ſed & ſi milites, in princ. ff. de excuſ. tut. cum alijs recollectis per Barboſ. in opuſculo Princ. iur. lit. P. num. 46. Cauenſ. in ritu 71. n. 6 Sicquè priuilegia inuicem conquaſſari videntur, Franch. dec. 16. n. 3. taliter quod priuilegiatus cõtra aliũ priuilegiatũ, fori electionem non habet, Carau. in ritu 228. num. 3. Et ſic remanet diſpoſitio iuris, quod actor ſequitur forum rei, l. in criminali, C. de iuriſd. omn. Iud. cum alijs apud eundem Barboſam d. opuſc. lit. A. num. 29. Carau. in ritu 190. num. 3. & ritu 228. nu. 1. Sed benè replicabatur ex parte Actricis, quòd licèt reſpectu paupertatis dici poterat, adeſſe æquale priuilegium, talitèr quod conquaſſari videbantur, Præſ. de Franch. dec. 16. num. 3. nihilominùs reſpectu aliorum dicebatur, fortius eſſe priuilegium Actricis, quàm conuenti, & ob id priuilegium fortius erat attendendum, vt probat Barboſ. d. lit. P. num. 46. Quinimmò conſiderata qualitate mulierum, quæ in ſe fragilis iudicatur, ideò ei magis ſuccurritur, quàm viro ob ſexus fragilitatem, Dec. in l. fœminę, num. 82. ff. de reg. iur. & deterioris eſt conditionis, vt probat in præcedenti nu. 43. & ſubſequitur, non poſſe virorum potentiæ reſiſtere, & ideò ex hoc capite rectè poterit potentiam aduerſarij perhorreſcere, etiam ſi fuiſſet priuilegiatus, poſtquam priuilegiatus vt trahat priuilegiatum, exigitur, quòd perhorreſcat, Scagl. in ritu 46. num. 2. Non mirum, ſi mulieribus in multis caſibus ſuccurritur, vt inquit gloſſ. in l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. & mulieres multis gaudent pręrogatiuis, quæ non ſunt in viris, refert Sylua nupt. lib. 4. num. 95. Prætereà quia agebatur de dote ſibi relicta à patre, quæ in iure eſt adeò cauſa præcipua, & priuilegiata, ne mulieres indotatæ permaneant, l. 1. ff. ſol. mat. & l. 1. 2. & 3. ff. de iure dot. & in hoc eſt melioris conditionis, quàm maſculus, Dec. vbi ſuprà, num. 81. Quapropter de iure conſtitutum eſt, vt pro cauſa dotis competens Iudex erit adeundus, l. dotis, C. ſol. mat. & l. 2. C. de dot. promiſſ. competens Iudex erit Præſes Prouinciæ, vt patet in l. ex pecunia dotali, C. eo. tit. ibi, vndè aditus Præſes Prouinciæ, non mirũ ſi ipſa M.C. erit Iudex competens ob cauſam prædictam, quæ eſt caput, domina, & fons aliarum Curiarum, Carau. in ritu 1. num. 7. & poſtremò confirmatũ fuit decretũ prædictũ ab ipſo D. Iudice de la Torre, vt patet ex actis in Banca Nucerini, & credo, fuiſſe confirmatum per eandem M.C.

Remiſſionis cauſa petita per Clericum ad Iudicem Eccleſiaſticum, an debeat remitti ad Baronem illam petentem, vt prouideri poſſit, an remiſſioni locus erat, vel non, ſtante quòd inquiſitus erat ſuus vaſallus, nec in hoc M. C. ſe intromittere poterat, deciſum fuit tam per M. C. quàm per S.C. negatiuè contra Baronem, refert D. Reg. Sanfelic. dec. 10 in princ. vbi à num. 5. ad finem. in alio caſu refert, deciſum fuiſſe alias affirmatiuè in fauorem Baronis petentis remiſſionis cauſam.

Remitti an debeant cauſæ domaniorum Vniuerſitatum Regni ad R.C.S. per S.C. vel aliud Tribunal, poſtquàm antiquitùs in S.C. agitabantur, vndè prodijt Regia Pragmatica 62. de offic. Procurat. Cæſar. ibi 9. *Le cauſe delle Città, Terre, e*

luoghi

Iuochi, che ſi veleno far del Regio domanio, & indè confirmatum in Pragm.63. §.3.eiuſdem tituli, ſi fortè extaret pendentia litis in eodem S.C.inter Barones,& Vniuerſitates eis ſubiectas, licèt pro alijs cauſis,ex quibus concernere videbatur domanium,in conſequentiam videbatur negandũ, nam ſemper illud erit attendendum,quod principalitèr fit,& vbi cœptum eſt iudicium,ibi finẽ habere debet,l.vbi cœptum,ff.de iudic. Nihilominùs ex quo domanium iure,& ratione introductum eſt, vt inquit D.Reg.Rouit.in d.Prag. 64.num.23.& domanij petitio vt admittatur,requiritur conſenſus Regis,D.Reg.Fab.Galeota reſponſ.Fiſcal.24.num.60.& illud Regi,& Vniuerſitati paritèr præiudiciale eſſe poterit, vt Idẽ in reſponſ.23.num.349.& 350. idcircò de eo ipſa R.C.cognoſcere debet, & non alibi tractari ob imminens intereſſe,& præiudicium ipſorum, ideò in cauſa Vniuerſitatis Ariani cum Ill.Duce Bouini Magni Regni Seneſcalli vtilis domini illius fuit interpoſitum ſequens decretum,videlicèt. *D*ie 8.menſis Februarij 1640.Neap. Facto verbo de prædictis in S.R. C.per Magnificum V. I. D. Don Franciſcum Merlinum *R*egium Conſiliarium , & cauſæ Commiſſarium . Per Sac.Reg.Cõſ.declaratum eſt,benè fuiſſe prouiſum per Magnificum cauſæ Commiſſarium ſub die 13.Ianuarij 1640. verùm circa concernentia quomodocunquè Regium domanium , Partes adeant R.C.Hoc ſuum,&c. Don Franciſcus Merlinus,penès Secretarium, in Banca Iadonißij.

Renunciatio facta per ſororem maritatam in beneficium fratris in ampla forma,an dicatur realis,vel perſonalis,ita vt ſuccedente obitu fratris ſoror ipſa excludatur ab alia exiſtente in capillo,deciſum fuit in cauſa illatum de Aſſero, in beneficium renunciantis , de qua teſtatur Horat.Montan.controu.for.controu.9.num.6.de qua deciſione verba fecimus in 2.par.noſtri Cõpend.verb.*R*enunciatio facta.

Renunciatio præuentionis ſi fuerit omiſſa , an intelligatur comprehenſa ex clauſula renunciauit.&c.deciſum fuit per S.C.affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Ferrãdinæ com Conductoribus gabellæ farinæ,ſic cenſuit D. Conſiliarius Don Ferd. Arias de Meſa var.reſolut.libr. 2.cap.33. nu.22.

Renũciatio facta per militem Hieroſolymitanũ in beneficium alicuius,non aliter ſeruata forma Sacri Concilij Tridentini,an iure ſubſiſtat , hoc contingit hæſitari in S.C. in cauſa Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ , ac *F*ratris Antonij Pappacoda cum creditoribus Domini Præſidentis Scipionis Pappacoda,licèt pro ipſa Religione,ac d.Fratre Antonio in iure allegaſſet ſubſcriptus benemeritus Aduocatus Neap. videlicèt. Ex his, quæ in facto , & in iure veriſſima ſunt, omnino per S.C.erit decernendum , renunciationes factas à d.Fratre Antonio Pappacoda in beneficium Præſidentis Scipionis Pappacoda fuiſſe nullas,quia in ijs non fuit ſeruata forma Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.16.de regular.Primò in facto habemus, quod die 14. Maii 1588 .ab Eminentiſſimo Cardinali Verdala tunc temporis Magno Magiſtro Religionis Equitum Hieroſolymitanorum,vigore facultatis ipſi à Capitulo generali eiuſdem militiæ conceſſæ receptus fuit in numerum militum Italorum dictæ Religionis dictus Don Antonius Pappacoda, cum prærogatiua Antianitatis à die completi ſeptennii ſuæ ætatis,ſoluendo,vt moris eſt,paſſagium penès Deputatos Theſauri,faciendo, atquè exhibendo Nobilitatis probationes iuxta formam ſtatutorum dictæ Religionis, vt ex copia Bullæ præſentatę.Secundò vigore iſtius Bullæ ipſum d.Fratrem Antonium fuiſſe ingreſſum Religionem Hieroſolymitanam, ac ſuſcepiſſe habitum, quod in controuerſiam non deducitur ex pluribus.Primò quia fuit de antianitate Religionis ipſius Fratris Antonii diſceptatum in Rota Romana , cum alijs Equitibus Hieroſoly.an ſcilicèt debuiſſet currere à die completi ſeptennii, & fuit pro ipſo Fratre Antonio affirmatiuè deciſum, vt ex ipſa dec. Melit. antianitatis 24.Martii 1634.coram Ill. Durano deciſ. 349.par. 2.dec.Rotæ Romanæ 422.434.453.462. coram eodem.Secundò,quia ex ipſiſmet renunciationibus, de quarum nullitate agitur , hoc idem detegitur ex prima inita in anno 1601. in qua aſſeritur dictus Frater Antonius ætatis annorum quindecim miles Ordinis Hieroſolym. nondum profeſſus,& in alia renunciatione,ſeù ratificatione prædictæ renunciationis inita in anno 1622.aſſeritur ſimilitèr miles Hieroſolymitanus.Nec in dubium reuocari poteſt , ipſis aſſertionibus , & dictis in iiſdem inſtrumentis eſſe ſtandum,ſcilicèt quod tempore dictarum renunciationum dictus Frater Antonius erat ingreſſus Religionem Hieroſolymitanam , & eiuſdem habitum aſſumpſerat, nedùm quia à Notario ſic affirmatur,cui ratione officii ſui erit ſtandum,cap.ad audientiam,§. nos igitur, de præſcript.vbi gloſſ.in verb.iuratus,& in l. cum precibus , C. de probat.tùm etiam quia aſſertio fuit facta in præſentia ipſius Scipionis Pappacoda, in cuius beneficium fuit facta renunciatio, & ſic omnino ſtandum erit dictis aſſertionibus,& enunciatis inter Partes ipſas,l.optimam, C.de contrah. & commit.ſtip.qui quidèm Præſidens Scipio benè ſciebat, fratrem ſuſcepiſſe habitum,nec permiſiſſet,id affirmari in renunciationibus,ſi verum non fuiſſet, & ſicuti dictæ aſſertiones factæ in inſtrumentis probarent cõtra ipſum Præſidentem, ità è contra creditores habentes cauſam ab eo,qui ſe fundant in eiſdẽ renunciationibus,& contra eos excipitur de earum nullitate,ad ea,quæ ſcripſit ex Bart. & alijs Crau.de antiq.temp.par.1.ſect.ampliantur,num. 22.& 23. Tertiò veriſſimum in facto habemus, profeſſionem emiſſam ab ipſo D. Fratre Antonio in ipſa Religione Hieroſolym. non fuiſſe infra duos menſes poſt eius renunciationem , ſed ſatis vltra,ſcilicèt in menſe Iul. 1634. vt ex Bullis ipſiuſmet Profeſſionis. In iure autèm habemus infraſcriptas veriſſimas concluſiones. Primò diſpoſita ab eodem Concil.Trident.dict. ſeſſ.25.ca.16.de regular.his proprijs verbis. Nulla quoquè renunciatio, aut obligatio anteà facta etiam cum iuramento,vel in fauorem cuiuſcunquè cauſæ præualeat, niſi cum licentia Epiſcopi , ſiuè eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, alitèr verò facta, & ſic eum huius fauoris expreſſa renunciatione etiam iurata,ſit irrita,& nullius effectus. Secundò indubitati iuris eſt, præfatum Sacrum Concilium

cilii Tridentini diſpoſitionem comprehendere Equites Hieroſolymitanos, ſiquidèm iſti tria vota emittunt, & dicuntur verè Religioſi, & cũ d. Sacrum Concilium Tridentinum indiſtinctè de Religioſis diſponat, non exceptuando in d. cap. 16. ipſos Equites Hieroſolymitanos, prout in aliis, quando voluit, ipſos excepit, vt in ſeſſ. 25. cap. 18. concludendum eſt, quòd ipſi comprehendantur ſub diſpoſitione d. cap. 16. ſeſſ. 25. & quod milites Hieroſolymitani ſint comprehenſi in omnibus diſpoſitionibus S. C. Tridentini de Religioſis, ſi expreſsè non eximantur, refert deciſum poſt Maynar. d. dec. 17. lib. 1. Ricc. collect. 454. Gratian diſcept. forenſ. cap. 363. num. 19. to. 2. Sed ad hoc licèt plura poſſent adduci, alia allegare opus non eſt, quia idem Frater Antonius adiuit Sacram Congregationem Interpretum S. C. Trident. ſupplicando declarari, ſi diſpoſitio d. cap. 16. ſeſſ. 24. habet locum in renunciationibus factis ab Equitibus Hieroſolymitanis, ſiue maiores, ſiue minores ſint tempore renunciationis, & à d. Sacra Congregatione fuit reſponſum, locum habere, vt ex d. declaratione præſentata cum Regio exequatur, quod S. C. decernit, eſſe concedendum Regium exequatur, ex eo, quòd huiuſmodi declaratio ſpectat ad Sanctam Sedem Apoſtolicam. Tertiò, ex iſta ſupradicta declaratione Sacræ Congregationis Equites Hieroſolomitanos cõprehendi in diſpoſitione dict. cap. 16. S. C. Trident. cùm appareat ex his, quæ in facto fundauimus, renunciationes, de quibus agimus, fuiſſe factas, non ſeruata forma d. diſpoſitionis S. C. Trident. ſcilicèt non, intra duos menſes ante profeſſionem, & abſquè licentia Epiſcopi, clariſſimè detegitur, eas fuiſſe nullas. Et licèt non conſtet, non interfuiſſe licentiam Epiſcopi, prout patet, non fuiſſe factas intra duos menſes, onus tamen probandi hanc negatiuam non ſpectat ad ipſum Fratrem Antoniũ, ſeu ad Hieroſolymitanam Religionem, ſed immò Parti aduerſæ incumbit probare, interueniſſe requiſita à S. C. Trident. aliàs renunciatio erit declaranda nulla, ad quod fundandum põderentur verba eiuſdem S. C. Trident. ſcilicet, nulla ſit intra duos menſes, & cum licentia Epiſcopi, prout ponderauit in puncto Alban. Mãdell. conſ. 116. num. 17. & conſ. 546. num. 20. Cornazan. dec. Lucenſ. 76. num. 18 & ſequuta fuit Rota Romana in vna Romana concordiæ die 13. Nouembr. 1609. coram Card. Caualer. dec. 77. num. 1. apud Cocin. Decanum dec. 244. num. 1. expreſsè voluit Nauar. conſ. 82. de regul. libro 3. qui num. 3. in fine rationem reddit, quod diſpoſitio ipſius Conc. Trident. eſt conditionalis, vt ſcilicet eatenùs valida ſit ipſa renunciatio, quatenùs fuerit facta inter duos menſes ante, & cum licentia Epiſcopi, ita expreſsè explicauit Molfeſ. ad Conſuet. Neap. ſub tit. de renunciat. quæſt. 16. à num. 21. vſque ad 26. qui loquitur in terminis noſtris, ſcilicet in renunciatione facta à Nouitio, & ingreſſo in Religionem, vt valeat iſto caſu conſequentia ineuitabilis, renunciatio non eſt facta ſeruata forma Conc. Trid. d. cap. 16. ergo nulla. Et rogo aduerti, quòd nos ſumus in caſu indubitabili, altercatio namque fuit, ſi diſpoſitio S. C. Tridẽt. habeat locum in renunciatione facta ante ingreſſum Religionis, & ante ſuſceptum habitum, ſed intuitu Religionis ingrediendæ, & profeſſionis emittendæ, & in iſto caſu adſunt hinc inde opiniones, deciſiones Rotæ, & declarationes Sacræ Congregationis relatæ à D. Reg. Capycio Latro in dec. 31. ſed nos ſumus, quando renunciatio eſt facta à Nouitio, quo caſu expreſsè volunt omnes, habere locum diſpoſitionem S. C. Trident. vt dixit idem Reg. d. dec. num. 8. Et optima ratione iſti Equites Hieroſolymitani, ac eorum renunciationes factæ poſt ingreſſum Religionis, & ſuſceptum habitum ſubiacent diſpoſitioni S. C. Trident. vt ſint nullæ, niſi intra duos menſes ante profeſſionem, & cum licentia Ordinarii ſint factæ renunciationes, nam cùm veriſſimum ſit, ipſos eſſe veros Religioſos, vt prædiximus, & ſub regula S. Auguſtini, emittunt tria vota, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, & in omnibus ſicut alii Religioſi reputantur, præcipuè vt quod bona non habeant, velle, nec nolle, & quicquid acquirant, ſuæ Religioni acquirant, ita vt de ſuis patrimonialibus non poſſint diſponere, ſed circa eorum diſpoſitionem, & vſum pendeant in omnibus à voluntate eorum Magni Magiſtri, & hoc nedùm vigore particularium ſtatutorum eiuſdem Religionis, vt in ſtatut. 16. ſub tit. de contr. & alien. ſt. Sed etiam attenta iuris communis diſpoſitione, prout in pũcto voluit Abb. in cap. 2. num. 3. in fine, de ſtat. Monac. & iſti milites vt cæteri Religioſi non poſſunt de bonis ſuis patrimonialibus diſponere, Bal. & alii in authent. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſ. & eſſe veros Religioſos Equites Hieroſolymitanos ſignanter circa paupertatem, & obedientiam, voluit Nauar. præcitato conſ. 21. lib. 3. & alij, quos latè allegat Menoch. de arb. Iud. caſu 46. num. 16. & conſ. 54. num. 17. lib. 1. Ricc. collect. 216. & in par. 3. dec. Archiep. Neap. dec. 321. ſubdens, tales Equites Hieroſolymitanos eſſe ſemper tractatos tanquam veros Religioſos, & in puncto eos in totum pendere circa adminiſtrationem patrimonialium à voluntate Magni Magiſtri eorum ſuperioris, habetur per Mohed. dec. 10. in fine, de cauſ. poſſ. & propriet. & præſertim regulam illam, quicquid acquirit Monacus acquirit Monaſterio, procedere in iſtis Equitibus Hieroſolymitanis, voluit Cæſar. de Graſſ. dec. 2. nu. 11. de probat. & alij, quos recenſet Sperell. dec. 21. num. 38. & ſeqq. Et ſic vidimus ſeruatum cum ipſomet Fratre Don Antonio Pappacoda, qui vt poſſit commodiùs eidem ſuæ Religioni inſeruire cum illa magnificentia, & decore, prout ſuæ nobiliſſimæ qualitati conueniit, opus habuit obtinere licentiam à ſuo Eminent. Magno Magiſtro, vt poſſit vti, & diſponere de ſuis bonis patrimonialibus, vt legimus in Bulla præſentata. Ex quibus infertur, quòd cum Nouitij iſtius Religionis antequàm emittant profeſſionem, velint de ſuis bonis patrimonialibus diſponere, quòd ſubiaceant diſpoſitioni præcitati cap. 16. S. C. Trident. prout cæteri Nouitij, & Religioſi omnes, & renunciationem ab ipſis factam, non ſeruata forma d. cap. 16. eſſe ipſo iure nullam, & hoc eſſe decernendum, ſiuè ad inſtantiam eiuſdem Sacræ Religionis, de cuius principali intereſſe agitur, cùm verum ſit in iure, ipſam Religionem iam quæſiſſe ius poſt profeſſionem in iſtis bonis, de quibus ipſe Frater Dom. Antonius tempore

Digitized by Google

quo erat Nouitius nullitèr diſpoſuerat, cùm paria ſint non diſpoſuiſſe, & nullitèr diſpoſuiſſe, arg. tex. in cap. inter corporalia, §. ſicut, de tranſlat. Epiſcopi, gloſ. in l. fin. C. de pign. cum alijs allegatis per Redoan. de ſpol. quæſt. 7. §. occurrit, num. 30. & per Surd. conſ. 3. à num. 12. ſiuè ad inſtantiam eiuſdem Commendatoris D. Fr. Antonij; de cuius intereſſe ſimilitèr agitur, vt poſſit attenta prædicta licentia ſui Superioris diſponere de iiſdem bonis hæreditariis nulliter reſignatis. Et non eſſe opus abſolutione à iuramento, quo ipſas renunciationes confirmauit ipſe D. Frater Antonius, & promiſit non contrauenire, eſt etiam indubitatum, ſiquidem iuramentum regulam accipit ab illo actu, ſuper quo interponitur, neque in plus prætenditur, quàm actus ipſe, ita firmarunt Tiraq. in tract. de Cõſt. in 7. limit. num. 34. & Corbul. de iure emph. de caus. priuat. ob non ſol. can. 4. ampl. num. 6. cùm igitur ipſa renunciatio ſit nulla, non obſtante iuramento in ea appoſito, prout expreſsè diſponitur d. cap. 16 Conc. Trident. ipſum etiam iuramentum nullum eſſe, dicendum erit, ad regulam c. acceſſorium, de offic. deleg. in 6. l. cũ principalis, vbi Dec. & alii, de regul. iur. quia iuramentum corruit eo morbo, quo principale, ſuper quo interponitur, gloſſ. in authent. ſi qua mulier, verſ. nullatenùs, C. ad Vellcian. Mandel. conſ. 70. num 6. Caualc. dec. 30. num. 18. par. 1. Maſtril. dec. 140. num. 7. maximè vbi annullaretur actus auctoritate Sum. Pont. ſeù habentis poteſtatem ſuper iuramentum, Maſtr. d. dec. num. 20. & ſeqq. Sicuti in ſimili aſſenſus Regis interpoſitus ſuper alienatione rei feudalis, non poteſt validare contractum inualidum, operatur tamen, vt liceat contrahentibus alienare feudum abſque metu alicuius pœnæ, iuxta diſpoſita, & adnotata in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. & in Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ refert Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. de reſat. feud. §. 11. num. 17. Et hoc idem, ſcilicet non eſſe neceſſariam abſolutionem à iuramento iſto caſu expreſsè detegitur ex verbis eiuſdem Conc. Trid. d. cap. 16. ibi, aliter verò facta etiam ſit iurata, ſit irrita, & nullius effectus, quia d. iuramentum non ſolùm fuit interpoſitum ſuper contractu reprobato à iure, ſed etiam quia ius d. iuramento expreſse reſiſtit, vt notabiliter dixit Sylueſt. in ſumma in verbo Iuramentum, num. 12. ad finem, abſolutio enim non eſt neceſſaria in caſibus, in quibus ipſum iuramentum de iure non ligat, vt poſt Card. conſ. 35. n. 1. in fine, verſ. ad ſecundum, dixit Epiſcop. Ricc. 1. parte praxis, poſt dec. 445. in notab. circa materiam abſolut. à iuram. num. 3. verſ. non eſt neceſſaria, in 1. edit. & ratio eſt manifeſta, nam abſolutio à iuramento tunc eſt neceſſaria, quando contractus & ſi nullus ſit ex iuris diſpoſitione, tamen ob iuramenti religionem eſſet obſeruandus, iuxta allegata per eundem Ricc. loco ſuprà citato, dec. 331. num. 2. vbi autem contractus à iure declaratur irritus, etiam ſi fuerit iuratus, vt in caſu noſtro, tunc nedùm contractus eſt nullus. ſed etiam attenta iuramenti religione non eſt obſeruandus, qua ratione voluerunt Doctores, quòd in caſu enormiſſimæ læſionis, non obſtante renunciatione cum iuramento facta remed. l. 2. C. de reſc. vend. quod poſſit agi dicto remedio, vt poſt Conar. cap. 4. var. reſol. lib. Theſaur. dec. 165. Molin. Padil. & alios tradit Maſtr. dec. 247. num. 15. & latiſſimè in iuſtific. d. dec. num. 56. & ſeqq. & quod hoc caſu non eſt neceſſaria abſolutio à iuramento, Dec. conſ. 180. n. 6. ea mente omnium Canoniſtarum, Staib. conſ. 1. num. 17. Vt autem vndiquè in toto remaneat, articulum eſſe decidendum ad fauorem Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ, ſcilicèt renunciationem factam ab ipſo Fratre Don Antonio eſſe nullam decernendam, tanquam factam non ſeruata forma S.C. Trident. non omittam reſpõdere iis, quæ ex aduerſo obiici poſſent. Primò enim allegari poſſet pro validitate renũciationis quod S.C. Trident. ſtatuit, quod renunciatio fiat intra duos menſes ante profeſſionem, & cùm in caſu noſtro fuerit facta in anno 1601. profeſſio autem in anno 1634. certiſſimum eſt, ipſam renunciationem reperiri factam nedùm intra duos menſes, ſed intra plures annos ante profeſſionem. & per conſequens quod non ſubiaceat nullitati ab ipſo S.C. Trident. inductæ, ſed legitimè fuerit facta, vt non veniat annullanda ex eo, quod profeſſio deindè fuerit dilata per plures annos, ſed ſufficiat, quòd ipſa renunciatio fuerit facta intra duos menſes ante tempus, quo ſolet, & poteſt fieri ipſa profeſſio à Nouitio, ſcilicet poſt decem menſes anni probationis. Sed reſpondetur, hanc obiectionem non militare ex pluribus. Prima reſponſio apertiſſimè colligitur ex contextu eiuſdem Conc. Trident. ibi intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & ſic non diſpoſuit S.C. Trident. renunciationem eſſe validam, ſi intra plures annos ante profeſſionem fiat, ſed immò poſtquam ſtatuit, debere fieri renunciationem intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ſubiunxit, alitèr verò factam eſſe nullam, & irritam, & nullius effectus, & ſic cum S.C. Trident. non dixerit, validam eſſe renunciationem, etiam ſi fieret intra plures annos ante profeſſionem, nec nos dicere debemus, ad tex. in cap. conſuluiſti. §. & quod ſanctorum 2. quæſt. 5. cap. 2 §. vndè ſi circa tranſlationem, de tranſlat. Epiſc. l. diſſidentis, C. de repud. l. illam, C. de collat. Exceptio enim, & limitatio eius, quod ius diſponit, quando ex aduerſo allegatur, debet probari, aliàs ab ipſa iuris diſpoſitione non erit recedendum, niſi quatenùs per ipſummet ius exceptio inueniatur, glo. l. omnis definitio, ff. de reg. iur. Nauar. conſ. 6. n. 2 in fine, lib. 2. de appell. alios congerit Surd. dec. 195. num. 4. Secundò plus dico, quod S.C. Trid. expreſsè diſpoſuit, non poſſe fieri talem extenſionem, vt valida ſit renunciatio, ſi ante plures annos ante profeſſionem fiat, non enim ſimpliciter dixit, vt fiat renunciatio per duos menſes ante profeſſionem, ſed intra duos menſes proximos ante profeſſionem, at quando poſt factam renunciationem per plures menſes, & annos dilata eſt profeſſio, prout eſt caſus noſter, nullo modo dici poterit renunciatio facta intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & ſic erit nulla tanquam contra formam diſpoſitionis S.C. Trid. iſtud enim tempus duorum menſium, & quòd ſint proximi profeſſioni, requiritur pro forma, quod denotat, nedùm illa dictio, niſi, bis repetita in decreto S.C. Trid. ſed clarius illa alia verba, ſcilicèt, aliter verò facta ſit nulla, & irrita,

&

& hoc in tantum eſt verum, vt omnes Doctores aſſerant, renunciationes debere fieri iuxta formam Conc. Trid. vt expreſsè firmat Nauar. alios congerens conſ. 82. de regul. lib. 3. & Molfeſ. de renunc. quæſt. 16. num. 23. vbi hoc affirmat his proprijs verbis, ſcilicèt, ſi verò Concilij forma, & ſolemnitas non fuiſſet obſeruata, & adhibita, tunc renunciatio nulla erit, & inualida. Pro quo optimè facit iuris regula, quod proximum dicitur, quod à nemine procedit, l. proximus quis, ff. de verb. ſignif. l. 1. §. hæreditas, ff. de ſuis, & legit. hæred. voluit Bal. conſ. 246. libro 5. vbi tradit, quòd tempus proximum currit de momento ad momentum, & intelligitur de tempore immediato, adeò quod non admittat medium inter duo diſcreta ſequitur Soc. conſ. 88. Bocc. conſ. 99. num. 17. Gratian. diſcept. for. cap. 162. à num. 10. vſque ad 15. & ad ſummum illæ dictiones proximè, propè, circiter, & ſimiles ex ſubiecta materia referri poſſunt ad modicū tempus arbitrio Iudicis. Menoch. de arbitr. caſu 57. num. 10. iuncto num. 44. quæ optimè poſſunt adduci ad ornatum dec. S. C. relatæ per Dominum Reg. Capye. Latro dec. 29. quæ ad prædicta fundandum adduci etiam poteſt, nam ibi in controuerſiam fuit deductum, ſi renunciatio facta per duos menſes, & paucos dies ante profeſſionem, ſit nulla tanquam contra formam d. Conc. Trid. & fuit deciſum per S. C. eſſe validam, quia fuit dilata profeſſio per paucos dies tantùm poſt renunciationem, & motiuum deciſionis fuit, quia modicum tempus ſiue præcedat, ſiue ſubſequatur, non eſt in conſideratione, l. ſicut, ff. de ſeruit. & iſta ratione fundari dictam dec. S. C. aduertit idem D. Reg. dict. dec. num. 7. Ex qua deciſione S. C. elicitur, quòd cùm in caſu, de quo agimus fuerit dilata profeſſio poſt renunciationem per plures, pluresquè annos, quod ſit contra formam ipſius Conc. Trid. Quibus non obſtat, ponderari declarationem Sacræ Congregationis relatam per ipſummet Reg. in d. dec. num. 10. verſ. prædicta, quod fuerit declarata valida renunciatio, & ſi fuerit dilata profeſſio per aliquot menſes, nam triplici ratione non obſtat cauſa, de qua agimus. Primò, quia fuit cum licentia Vicarij, quæ licentia deeſt in caſu noſtro. Secundò, quia fuit dilata per aliquot menſes, non per plores annos, vt hic. Tertiò, quia fuit facta renunciatio in caſu prædictæ declarationis Sacræ Congregationis intra duos menſes proximos tempore quo profeſſio legitimè potuiſſet fieri, quod non aliter fuit ſeruatū in caſu, de quo agimus, prout hic proximè inferiùs dicemus. Tertiò reſpondeo, quòd ſi Partis obiectio poſſet de iure procedere, quod non eſt, vt ſuprà probauimus, oporret in facto fundare, ipſam renunciationem fuiſſe factam per duos menſes ante tempus, quo Fr. D. Antonius potuiſſet profeſſionem emittere, & ſic poſt decem menſes, antequàm compleuerat annum decimum ſextum, quia decimo ſexto anno completo, & non ante, poterat profeſſionem emittere, vt diſponitur in eodē S. C. Trid. cap. Hoc autèm nedùm ex aduerſo non probatur, vt fundari opus eſſet, cùm ſuæ intentionis eſſet fundamentum, ſed immò contrarium conſtat, nam in inſtrumento renunciationis initæ in anno 1601. de menſe Auguſti dicitur, ipſum D. Fr. Antonium eſſe ſuæ ætatis annorum quindecim, & ad hoc vt ipſa renunciatio eſſet facta intra duos menſes ante tempus, quo poterat profeſſionem emittere, oportebat fieri tempore, quo ipſe Fr. D. Antonius fuiſſet annorum ſexdecim, duorum tantùm menſium minus. Et tamèn fit renunciatio tempore, quo erat annorum quindecim, & nondum annum decimum ſextum attingerat, ex quo fortiùs pro inualiditate ipſius renunciationis ponderatur, eſſe contra formam S. C. Trid. nedùm quia non fuit facta intra duos menſes proximos ante profeſſionem, quæ fuit dilata per plures annos vltra, ſed etiam eſt nulla, quia fuit facta ſatis ante tempus, quo poterat profiteri. In tantùm quod etiam ſi vellet allegari, quòd cenſeretur facta profeſſio tacita poſt ſuſceptionem habitus, & completum annum decimum ſextum ſuæ ætatis, cap. ex parte, de regul. & cap. eos, eod. tit. nequè ex hoc poteſt fundari validitas renunciationis, quia iſto caſu reperiretur facta, non per duos menſes ante profeſſionem tacitam, quę non poſſet prætendi, niſi completo anno decimo ſexto, ſed immò per annum, antequàm Fr. D. Antonius potuiſſet tacitè, vel expreſſè profeſſionem emittere, cùm ſcilicèt ipſe erat tantùm annorum quindecim. Nec obſtat ponderari, quòd ipſa renunciatio facta in anno 1601. quo tempore Fr. Antonius erat annorum quindecim, fuit deindè ratificata in anno 1622. nam dupliciter reſpondetur. Primò, quòd cùm prima renunciatio fuerit nulla, cōtra formam Conc. Trid. non poterat ratificari, quia non entis nullæ ſunt qualitates, & tantummodò eſſet attendenda renunciatio facta in anno 1622. vt ipſa valeret tanquam nouus actus, iuxta ea, quę tradit Theſaur. dec. 7. num. 2. Surd. & alij allegati per Coſt. de retrotract. caſu 4. in cap. 8. num. 6. quia quotiès actus eſt nullus ex defectu potentiæ, & ſolemnitatis, aut ipſo iure, non datur ratificatio, quæ poſſit retrotrahi ad tempus actus, Bart. in l. obſeruare, quæſt. 1. ff. de offi. Procons. Dec. & alij in l. quod ab initio, in fine, ff. de reg. iur. Gratian. poſt alios diſcept. for. cap. 470. num. 23. ſi ergo ipſa ratificatio poſſet conſiderari tanquam nouus actus renunciationis in beneficium Partis aduerſæ, etiam eſt inualida. Primò ex defectu conſenſus ipſius Fr. Antonij, quia fuiſſet neceſſarium, quod in ſe habuiſſet ſcientiam nullitatis, & inualiditatis primæ renunciationis & quod ſciens eam nullam, & inualidam, adhùc voluiſſet de nouo renunciare, aliàs ratificatio ipſi non nocet, Rota in dec. 477. Seraſio. num. 10. Surd. conſ. 49. nu. 32. vſquè ad 44. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 513. nu. 30. At Fr. Antonius nedùm non habebat ſcientiam nullitatis primæ renunciationis ſed immò eam validam exiſtimabat, & vti talem de nouo ratificauit, non autèm de nouo principalitèr voluit renunciare. Secundò eſt etiam nulla ratificatio ex defectu formæ, & ſolemnitatis, quia in ea requirebatur eadem forma, & ſolemnitas requiſita à S. C. Trid. in renunciatione, quia ad validitatem ratificationis requiruntur ea, quæ ſunt neceſſaria in confectione actus, l. ſi vt proponis, C. de nupt. Oſaſc. dec. 166. num. 13. Seraſin. dec. 1242. num. 1. ante eos gloſſ. in l. 2. C. ſi aduerſ. tranſact. Tiraq. Oſaſc. Menoch. & alij, quos allegat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 565. num. 47.

Aaaa 2 &

Digitized by Google

& ſeqq. Et cùm ipſa ratificatio fuerit facta etiã poſt 10t annos ante emiſſam profeſſionem, & ſic non intra duos menſes proximos, & abſque conſenſu, & licentia Ordinarij, quæ etiam requiritur pro forma à S.C.Trid. ſequitur, quod ipſa etiam ratificatio eſt nulla, vt etiam prima renunciatio. Demùm non obſtat allegare, quòd licentia Ordinarij in huiuſmodi renunciationibus factis ab Equitibus Hieroſolymitanis non ſit de conſuetudine adhiberi, quia non oſtenditur, id in contradictorio iudicio fuiſſe vnquam obtentum, prout deberet demonſtrari, iuxta allegata per Surd. conſ. 393. num. 25. Et omiſſis quampluribus alijs, quæ poſſunt pro reſponſione huius obiectionis adduci in cauſa, de qua agimus, hoc non meretur amplius allegari. ſiquidem, prout prædiximus nouiſſimè ad deciſionem illius cauſæ ipſemet Fr. Antonius adducit Sacræ Congregationis Cardinalium Conc. Trident. Interpretum declarationem, & quod diſpoſitio d. cap. 16 ſeſſ. 25. de regular. locum habet in renunciationibus factis per ipſos Equites Hieroſolymitanos, qua Conc. Trid. ſanctione decernitur, renunciationes debere fieri nedùm per duos menſes ante profeſſionem, ſed cum licentia Ordinarij, reliqua ſuppleant Domini Iudicantes. Vincentius Pirontus. Facta relatione in S.C. de anno 1644. per Reg. Conſil. Don Flaminium de Conſtantio, decisum fuit per S.C. in beneficium ipſius Fratris Antonij, quod ſit comprehenſus in diſpoſitione S.Cõſ.Trid. vti Eques Hieroſolymitanus. & conſequenter renunciationem per eum factam non eſſe validam, vt ex actis in Banca Figliolæ. Ad corroborationem, prædictæ deciſionis notandum eſt ante omnia, quòd Milites S. Ioannis ſunt verè Religioſi, Farin. dec. 87. num. 1. tom. 2. & conſ. 197. tom. 3. & dec. 109. num. 2. Giurba conſ 48. num. 1. Coſta Siculus conſ. 42. num. 7. & 8. Ludouiſ. dec. 87. nu. 2. & inter perſonas Eccleſiaſticas connumerantur, D. Reg. Valenz. conſ. 95. num. 53. tom. 1. Caſol. de Graſſ. de eff. Cler. effect. 1. num 112. & veniunt appellatione Clericorum, idem Graſſ. in prælud. d. tract. num. 256. poſtquam emittunt illa tria vota, Epiſc. Ricc. in 4. parte fori Eccleſ. reſol. in reſol 175. num. 2. & reſol. 482 num. 4. Addit. ad Ludouiſ. dec 87. num. 14. Anſald. de iuriſdict. par. 3 tit. vnico. cap 8 num. 47. Ita quòd ipſi ſunt extra legem matrimonij, & obſeruant ea omnia ſicut alij Religioſi, idem Carol. de Graſſ d. effect. 1. num. 110 & Milites Ordinum militarium, exceptis Hieroſolymitanis S. Ioannis, poſſunt ſemel, & bis vxorẽ ducere, etiam viduam, D. Reg. Valenz. conſ. 115. num. 24. vol. 2. Inſuper tales Milites Hieroſolymitani in habitus ſuſceptione emittunt profeſſionem, quæ poſteà per habitus delationem intelligitur ratificata, Reg. Rouitiſ conſ 96 nu 9. & propterea non habet velle, nec nolle, quia id totum pendet à voluntate Magni Magiſtri. Ludou. d. dec. 87. nu. 4. Ita quod ipſi acquirunt Religioni quidquid acquirunt, etiam reſpectu bonorum patrimonialium. Ludou. d dec 82. num. 5. taliter quod, diſponere non poſſunt, non ſolùm de bonis, quæ ad ſe ipſos pertinuerunt intuitu ſuæ Religionis, ſed nec etiam de patrimonialibus, aut aliunde acquiſitis, vt ibidem num. 1 Farinac. dec. 76. num. 1. & m. 2. Epiſcop. Ricc. d. par. 4. reſol. 175. nec etiam teſtari, Ludou. d. dec. 87. num. 2. & dec. 109. num. 1. & non ab re ipſi Milites Hieroſolymitani non poſſunt nec conferendo, nec diſponendo præiudicare Religioni, Burat. dec. 99. num 21. & conſequentèr ipſi comprehendunrur ſub diſpoſitione Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de regular. idem Farinac. d. conſ. 197. num. 2. par. 3. quod facit pro concluſione hic examinata per Allegantem, ad quod etiam in terminis Nouar. in ſumma Bullarum, tomo 2. tit. de Militibus Diui Ioannis, num. 11. allegat Pariſ. cum alijs adductis per Barboſ. de poteſtate Epiſc. alleg. 101. num 8. & ibi Nouar. alios colligendo Doctores affirmantes, in alijs diſpoſitionibus d. Sact. Conc. Trid. in locis ibi deſcriptis eſſe comprehenſos dictos Milites Melitenſes, & ad maiorem corroborationem præmiſſorum extat notabilis deciſio D. Reg. Sanfel. 192. per quam apparet, donationem factam abſenti Notario pro eo ſtipulante ab Ingrediente Religionem maiore ſexdecim annis ſine licentia Epiſcopi, ſeù eius Vicarij acceptatam poſt profeſſionem, inualidam eſſe, ibique diſcurritur de decreto Sac. Conc. Trid. ac decretis Sacræ Congregationis, vt ibi erit videre. Thoro.

Repetitio mercedis datę Proxenetæ an admitti debeat ob contractum irritum, vel illius diſtractionem, M.C.V. decreuit negatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 314. in princ.

Repetitio ſociorum criminis furti, ſeù latrocinij, ſit attenta diſpoſitione Cap. Regni, Frequens, & ineffrænata ꝙ quãdo reus eſſet præsẽs nominatus, datur iuramentum in eius faciem, ſi non eſſet præſens, cùm venerit ad manus Iudicis, ſi non repetitur ſententia mortis executa, nominantem iterum torqueri debere ad conualidandum eius dictum, ſi militet in faciem nominati, abſentibus verò nominatis fit cum tortura, citatis nominatis, & ſic ſeruatum per Magnam Curiam, teſtatur D. Regens Sanfel. dec. 37.

Reponi an debeat reus, qui exiſtens in Eccleſia fuit per Curiam ei guidaticum conceſſum, vt bello inſeruiret, cuius intuitu ab Eccleſia exiens fuit captus, & carceratus, hoc contingit diſcuti in cauſa Antonij, & Ioſephi Longobardi inquiſitorum de homicidio in perſonam Ferdinand Bonelli, & refugiatorum intus Eccleſiam, quo loco fuerat ipſis præſentatũ guidaticum à Scriba Cancellariæ, vt ſe potuiſſent concordari ad ſeruiendum in bello, cuius vigore vt ſe concordarent, exierunt, fuerunt capti, & carcerati, vnde expoſtulabant reponi ad Eccleſiam, à qua exierant, quia virtute guidatici exierant, & ſic ſub fide Regia, & licèt ex parte Fiſci dicebatur, nõ eſſe reponendos, quia non violentèr extracti fuerũt ab Eccleſia per vim, & proindè dum violentia ceſſabat, non erat locus repoſitioni, Remig. de immun. Eccleſ. fallent. 52. ſequitur Peregr. de immun. Eccleſ. cap. 14. num 2. Ex quo ſponte exiuerant, hinc eſt, quod exiſtens in loco Sacro voluntariè exiẽs ab eo, captus non erit reſtituendus, Suarez in ſua praxi Eccleſ. tom. 1. §. 3. num 165. vbi num. ſeq. ſubdit, etiam ſi verbis doloſis inductus fuerit à Iudice, exierit ab Eccleſia, non erit reſtituendus. Vel ſi fuiſſet ſub doli verbis ab alio perſuaſus, vt exiret, & vt nõ gaudeat immunitate, ex Bonac. & Duard.

probat

Digitized by Google

probat Nouar. in ſumma Bullar. to. 1. tit. de immun. Eccl. num. 47 Ex aduerſo autem pro parte Inquiſitorum dicebatur, captos fuiſſe ſub ſpe guidatici eis conceſſi, vndè non ſolùm in libertatem reponi debuerant, iuxta deciſa per Dom. Præſ. de Franch. in dec. 258. ſed paritèr ad Eccleſiam reponendi. Et proindè non obſtat dictum Remig. loco ſuprà allegato, dùm ipſemet contrarium probat in fallent. 26. in fine. Neque etiam aliud axioma de illo, qui verbis doloſis, aut ſuaſionibus illatis à Iudice, vel ab alijs exierit ab Eccleſia, nam contrarium alij Doct. cenſuerunt, vt ibidèm Suarez probat, & ex Bouad. Villad. Megal. Maſtr. & Ricc. probat ibidè Nouar. Et ita fuit iudicatum per M.C.V. in fauorem ipſorū reorum, ad relationē D. Dō Ioannis de Burgos Iudicis illius, & indè confirmatum in Collaterali Conſilio de anno 1640. vt ex actis in Banca Panſæ, apud Gregorium de Gratia Scribam, ſub tutela D. Nicolai Antonij Cioffi Aduocati.

Repræſaliæ factæ per Capuanos contra Neapolitanos an iure ſubſiſtant, pluries deciſum fuit negatiuè, & fuerunt condemnati Capuani ad reſtitutionem bonorum, animalium, & aliarum rerum per Sact. Conſilium, vt teſtatur Nouar. in rub. Pragmatic. de repræſalijs, collect. 1. num. 9.

Repulſa an ſit concedenda præuenienti, quando præuentus examinauerit teſtes, deciſum fuit per S.C. quòd niſi præuentus reuouciaſſet teſtibus pro ſua parte examinatis, quòd repulſa eſſet concedenda, maximè ſi per teſtes examinatos pro parte præuenientis conſtaret de iuſtitia præuenti, ac etiam ſi præuentus in primo termino repulſaſſet teſtes examinatos in eodem termino in cauſa Roberti de Marſico cum Frāciſco Galluccio, Nouar. in Prag. 56. collect. 20. n. 3. de offic. S.C.

Repulſa in cauſis grauioribus an ſit admittenda, ſi petatur in actu concluſionis, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in cauſa Alexandri de Nola cum Octauio Carduccio, Nouarius in Pragmatica 11. collectanea 11. num. 7. de ordine iudic.

Repulſa an ſit concedenda poſt lapſum termini, deciſum fuit affirmatiuè per Sacrum Conſilium præuia relatione D. Cæſaris Frecciæ Reg. Conſil. in cauſa Marij, & Fabritij Caputi contra Horatium Theleſe, in Banca Ixzi, Nouarius in Pragmatica 11. collectan. 11. num. 7. de ord. iudic.

Repulſa repulſæ in criminalibus an ſit concedenda, nam & ſi repulſa defenſionis ſit ſpecies, vt inquit Foller. in praxi crimin. tub. conced. repulſa, num. 1. Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par 6. gloſ. terminum, num. 6. ibiq. D. Baldaſ. de Angelis in addit. num. 1. & 2. Et in criminalibus etiā concedi debet, vt poſt Foller. vbi ſuprà, & Imbrian. in tract. de repulſa, par. 1. conſid. 1. num. 145. Non tamèn procedere videtur in repulſa repulſæ, ex eo quia cùm repulſa ſit odioſa, vt ibi Follet. nu. 10. notat, vbi D. Baldaſſ. ab Angel. num. 10. Marant. in ſpecul. par 6. in 13. actu, nu. 7. ſuccedit regula vulgata, odia reſtringenda, & fauores ampliandi, cap. odia, de reg. iur. in 6. & nè repulſa detur in infinitum, non datur repulſa repulſæ, Guazin. ad defenſam, in defenſ. 28. cap. 7. num. 6. & quatenùs competeret, competere videtur accuſatori, Foller. vbi ſup. num. 2. ibiquè D. Baldaſſ. ab Angel. in Addit. num. 21. Non tamē Fiſco conceditur, Imbrian. dict. tract. conſid. 2. num. 6. Guazin. vbi ſuprà, num. 1. Similitèr & reo ipſam repulſam concedi affirmatur, cùm ſit ſpecies defenſionis, Guazin. vbi ſuprà, num. 3. & cap. 8. num 1. Sed an repulſa repulſæ, hoc Doct. non explicauerunt, verùm quia accuſatori, vt dictum eſt, ipſa competere videtur, multò fortiùs & reo, quia in iudicijs æqualitas erit ſeruanda, cap. nouit, de iudic. Ideò in cauſa Matthæi Catalani fuit per Mag. Cur. Vicariæ conceſſa repulſa repulſæ, ad relationem Domini Iudicis D. Ioannis de Vera, in Banca Ioelis.

Res affecta vitio litigioſi an dicatur, ſi eodem die alienationis reperiatur citatus alienans, deciſum fuit per M.C.V. negatiuè, ita D. Reg. Sanfelic. dec. 2. ſub n. 18.

Res emphyteutica ſi perueniret ad dominum alio titulo, an obligationea, ſiuè hypothecæ medio tempore contractæ extinguantur, Guido Papa in dec. 575. facit de hoc amplam deciſionem, quem ſecquti ſunt Anoa in ſing. 565. Surd. dec. 286. Franc. Clapper. in ſuis deciſionibus, cauſa 90. quæſt. vnica, num. 2. & cauſa 100. quæſt. 1. ſub num. 34. Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. 10. rub. de donis, &c. §. 1. num. 17. Vbi concludit, quòd quando res peruenit ad dominum directum iure domini, vt ſi res in commiſſum ceciderit, omnia eidem applicarentur, ſecùs tamèn ſi res perueniſſet ad eum alio modo, fortè quia emit ab emphyteuta, vel in ſolutum ex donatione, legato, vel alio titulo eam ab emphyteuta habuerit, vt priuatus non iure prælationis, vel fideicommiſſi, quia tunc remaneret ſeruitus, vel pignoris obligatio firma, ex l. traditio, §. 1. ff. de acquir. rer. dom. & alijs ibi relatis, ſubdens, ita determinatum fuiſſe per Cameram, & propterea cùm quondam Iulius Cæſar Boſius poſſideret quandam domum ſubiectam annuo cenſui emphyteutico ſubalterno debito quondam Gaſpari Perez, illam in anno 1596. hypothecauit pro capitale ducatorum 300 & pro eis in annuia ducatis 24. Notario Andreæ Cenamo viro Iuſtinę Boſio eius filiæ, ex cauſa ſuarum dotium, poſteà in anno 1605. aſſerens dictus Iulius debere dicto quondam Gaſpari ducatos 33. pro cenſibus decurſis, vendidit dictam domum eidem Gaſpari pro eademmet ſumma ducatorum 33. quos ſibi excomputauit pro totidem ſibi debitis pro cenſibus prædictis decurſis, & cùm dictus Notarius Andreas, & Iuſtina Boſio coniuges egiſſent in M.C. iure aſſiſtendi ſuper dicta domo pro ſumma capitalis ducatorum 300. ac pro tertiis decurſis contra Paſchalem, & Pettum Antonium Perez filios, & hæredes dicti quondam Gaſparis poſſeſſores illius domus, demùm ſeruatis ſeruandis fuit per M.C. præuia ſententia præſtita petita aſſiſtentia in forma, ſed cùm præfatā conuenti appellauiſſent ad S.C. præſupponentes, quòd cùm dicta domus perueniſſet in poſſe dicti quondam eorum patris directi domini ratione directi dominij, quod in eo habebat, non potuiſſent à dictis coniugibus moleſtari. Tandèm relata cauſa in S.C. per D. Reg. Conſil.

Octauium

Octauium de Piccolellis fuit declaratum, bene fuiſſe per dictam M.C.V. in iudicio prædicto aſſiſtentiæ iudicatum, verùm quòd in beneficium dictorum de Perez deducantur omnes cenſus decurſi vſquè ad tempus dictæ venditionis factę in anno 1605. præuio apprezio, & cum onere cenſus prædicti annuorum ducatorum 18. habita ratione meliorationum forſan per dictos de Perez emptores factarum, vt in Banca Cuſini Mag. Act.

Reſciſſione contractus pendente an tertiæ debeantur, relatæ ſunt deciſiones ſuprà, in verbo Annui redditus.

Reſcriptum Suæ Maieſtatis prouidens aliquem de primo loco vacaturo in aliquo Supremo Tribunali, an ſit validum & intelligi debeat tã de primo loco ordinario, quam de extraordinario, D.Reg. Hector Capyc. Latro conſultat. 145. tom. 2.

Reſiduum pretij rei venditæ alicui pro certo pretio conuento, etiam accedente Iudicis decreto, cedere an debeat in beneficium emptoris, vel venditoris, ea facti ſerie apparebat de anno 1567. Sebaſtianum Terta conduaiſſe à Fideliſſima Ciuitate Neap. Arrendamentum, ſeù Gabellam vnius grani prò rotulo per annos tres pro pretio ducatorum 8427 1. & pro eo fideiuſſiſſe Ioannem Baptiſtam, & Nicolaum Andream Sanſone, qui in anno 1572. ſe obligauerunt pro duabus tertijs partibus in beneficium ipſius Ciuitatis in ducatis 1111.2.13. pro quibus vendiderunt annuos ducatos 94 2.5. tertiatim, remanente dicta Ciuitate creditrice pro alia reſtanti quantitate tertiæ partis ducatorum 542. 3. 6. cum reſeruatione primarum rationum, actionum, & anterioritatis, poſtmodùm in anno 1606. ſucceſſo obitu ipſorum de Sanſone, ac defectu ipſius Arrendatoris, & factis omnibus diligentijs per ipſam Ciuitatem in perquirendo bona remanſa in hæreditate ipſius Nicolai Andreæ, quæ fuerunt aſſignata creditoribus ipſorum de Sanſone, nec aliter ſatisfieri potuiſſet, ad conuentionem, tranſactionem, & venditionem deuenit Ciuitas cum Syluia Sanſone, accedente conſenſu eius viri Ioſeph Roſſilli, capta priùs informatione de prædictis, & interpoſito decreto per S.C. huiuſmodi, videlicèt. Die 14. Ianuarij 1606. Neap. Facto verbo per Magnific. V.I. D. Carolum de Tapia Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium in S.C. ſuper tranſactione facienda inter dictam Syluiam Sanſone & Fideliſſimam Ciuitatem Neap. ſuum interponit decretum, & auctoritatem præſtat. Hoc ſuum, &c. Annibal Cæſarius, penès Romanum Actuariũ aſſumptum dictæ Ciuitatis, indè ſtipulato inſtrumento inter prædictos, referuntur in ea verba iſta, vendidit, alienauit, per fuſtem iure proprio dedit, vt iuris, & moris eſt, tradidit, ceſſitque, renunciauitquè dictæ Syluiæ ibidem præſenti totum dictum integrum creditum, quod prædicta Ciuitas conſequi debet ex cauſa prædicta, vt ſuprà, vigore dictarum publicarum cautelarum à prædictis patre, & filijs de Sanſone tale, quale eſt, quod prædicta Syluia vigore prędicti contractus exigere poterit, ita quod Ciuitas ipſa ad nihil aliud teneatur, nec ad reſtitutionem dictorum ducatorum 400. nec ad aliquid aliud, nec in caſu euictionis, ſed tantùm facere dictum creditum verum, & non exactum, &c. ita quòd vigore præſentis contractus venditionis valeat, dictam Syluiam conſequi, petere, & recuperare ſuper bonis, & effectibus d. patris, & filiorũ de Sãſone totũ ſupradictum eius creditũ, tã capitalis, quã tertiarum, ſeù intereſſe ipſorũ, cedens, &c. ità quod ſi in caſu prædicto Syluia ſuis ſumptibus, & laboribus aliquid recuperauerit, & habuerit ſuper bonis prædictis vltra prædictos duc. 400. etiam ſi ad maiorem ſummam aſcenderit, ipſa Ciuitas non poſſet prætendere læſionem, ſtante quod non potuit maius pretium inuenire, & quod dicta Syluia periculum in ſe ſuſcepit conſequendi aliquod à prædictis debitoribus decoctis, & proptereà liceat prædictæ Syluiæ exigere, & recuperare totum integrum creditum tàm capitalis, quam tertiarum, & intereſſe ipſorum ſuper bonis, & effectibus ipſorum patris, & filiorum de Sanſone cum clauſulis neceſſarijs, & opportunis, quæ ſiquidèm tranſactio, ſeu venditio poſteà fuit ratificata per Electos, ac Deputatos eiuſdem Fideliſſimæ Ciuitatis in forma. Poſt hæc præfata Syluia virtute dictæ ceſſionis, ac aliorũ creditorum inſtitit in S.C. ſibi præſtari aſſiſtentiam ſuper certa maſſaria ſita in tenimento Pauſilippi pro dicto credito, & iàm obtinuit, in qua fuit poſita in poſſeſſionem, verùm quia ad inſtantiam Dianæ de Mauro, & pro ea Monaſterij Ieſus Mariæ creditricis in ducatis 700. ipſorum de Sanſone, ſimiliter fuerat petita aſſiſtentia ſuper eadem maſſaria, & inde obtinuit ſententiam ab ipſo S.C. ad finem vendendi, ad hoc vt in pretio audirentur omnes, dùm tractaretur de creditis ipſius Syluiæ anterioribus ipſius Dianæ, & ſucceſsiue ipſius Monaſterii. Demùm ad relationem Dom. tunc Reg. Conſiliar. Ferdinandi Brancię, fuit decretum, quod ipſa Syluia admitteretur vti ceſsionaria Ciuitatis pro ſumma ducatorum quatuorcentum tantùm ſolutis eidem Ciuitati, ſalua prouiſione facienda quoad intereſſe, penes Secretarium, in Banca Cantoni Mag. Act. & dùm tractaretur venditio ipſius maſſariæ, prætendit Ciuitas non obſtante dicto inſtrumento venditionis factæ in beneficium ipſius Syluiæ potuiſſe agere, & cõſequi ex pretio dictæ maſſariæ reſiduum pretii, quod importat creditum ceſſum, dum per S.C. non fuit beneficatum ipſi Syluiæ, niſi quantitas dictorum ducatorum 400. ſolutorum eidem Ciuitati tantùm, & videtur, id ipſi ſuffragari poſſe, ex diſpoſitione l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio, C. mand. ex quibus percipitur, reſiduum, ſeù ſuperfluum pretij ſoluti cedere in beneficium debitoris, & ita omnes Doctores ibi communiter aſſerunt. Adeò quòd ceſſionarius non plus conſequitur, quam quod dedit pro obtinenda ceſſione, Grivell. dec. 111. num. 23. & dec. 36. num. 11. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 13. num. 76. Sic etiam ceſſionarius hęreditatis non conſequitur id, quod cedens pro ceſſione recepit, quia non valet ceſſio, Ruin. conſ. 37. num. 16. vol. 1. ex quo in hoc caſu talis ceſſio præſumitur calumnioſa, vt inquit Albet. in d. l. per diuerſas, maximè ſi fuerit facta pro modico pretio, Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 13. num. 74. quoniã tunc pro numerata quantitata conceditur ceſſionario, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump.

329.

129.num.2.Ant.Fab.in eius Codice,tit. de hær. vel action.vend.defin.5.& tit.mandati, defin. 28.Poſtquam ceſſio requirit cauſam, Monteſperell.conſ.188.num.6.& ceſſio non continẽs cauſam,non valet,Purpur.conſ.17.num.9.cum alijs apud Farinac.in ſcagm.repert.de contract. verb.Ceſſio,num.10. Sicquè ceſſio quando non valet ceſſionarius non poterit agere ex iure ceſſo,Berous conſ.187.num.24.vol.1.Ex parte verò ipſius Monaſterij Ieſus Mariæ repræſentantis iura ipſius Dianæ dicebatur, id pluris ex pretio ſpectare ad emptorem,non autèm ad ipſam Ciuitatem vendentem,allegantem,ac cedentem,ſuppoſito primo; qualitèr leges prædictæ loquuntur in ceſſionario actionis,ac redemptore litis,vt clariùs ibidèm refertur,& potiſſimùm contra eos ſtatutas eſſe profitetur, qui præ auaritia,vel libidine alios vexandi, litigioſas,vel dubias redimunt actiones, non vt veri,& indubitati debitores, ſed vt cum iactura creditorum locupletentur,ſicut agnouerant priùs,vt ex multis probat Giurba dec.117.nu.4 Non tamèn in emptore, quemadmodum percipiebatur ex verbis ipſius inſtrumenti,ibi vendidit,& alienauit,&c.prout in terminis cenſuit Io.Grauell.in d.dec.36.num.13.poſtquam venditio nominis debitoris a lege eſt approbata, ſicuti obligari,& donari,l.poſtquam,C.de hær. vel act.vend.vt optimè Giurba vbi ſuprà, nu. 1.probauit,& hoc etiam inuito,& ignorante debitore,vt ſubdit ibi. Tunc enim ſuccederet titulus de hæreditate,vel actione vendita, de quo proliziùs Mangil.in tract.de euict. quæſt. 51.per totam,vltra Scotum libro 2.reſponſ.15. per totum.Et eò magis,ſi conſtaret,ceſſionem non eſſe calumnioſam, quo caſu titulus prædictus locum haberet,vt ibidèm Alber. aſſerit, ſubdens,& contra hanc præſumptionem poteſt probari, putà quia cedens venale nomen expoſuit,& non inuenit aliquem plus offerentem,prout conſtat ex actis,ex confeſſione cedẽtis,& informatione capta,& non ab re nomen debitoris minori pretio vendi poteſt inſpectis laboribus, & expenſis in exigendo, ſubdit ibi Giurba num.3. Quibus accedit, quod quando ceſſio ſimpliciter facta fuiſſet, interueniente pecunia,venditioni ſimilis eſſet, Natta conſil. 398.num.20. & talis ceſſio etiam dicitur alienatio,Theſaur.in.lib.1.q.34.num.8. Quemadmodum etiam clauſula ad cedendum,&c. pro pretio,&c. importat facultatem vendendi, Cenc. dec.186.num.4.& ceſſio nominis debitoris eſt venditio,Mangil.de euict.q.80. num.8. fortius quando fuiſſet facta venditio,vt patet ex dictis verbis,vendidit,&c.quæ ſiquidèm verba poſita in inſtrumentis venditionum, & emptionum, licet non probent veram traditionem, niſi res fuerit in præſentia partis, Cancer.var.reſolut. tom.3.cap.4.nu.30. Coſta de clauſul.in 2.clauſ. num.3.contrarium ex Bart.probat Syluan.conſ. 49.nu.6.adhuc tamen cenſetur dare licentiam ingrediendi propria auctoritate, ità Cortiad. deciſion.60.nu.7.& ibi Coſta in fine tradidit.ex quo ceſſio facta ſine titulo nulla eſt,Crot.conſ. 390.num.7.& conſ.39.num.1.volum.3.nec præſumitur facta ſine titulo. Idem conſ.388.nu.1. volum.3.etenim ceſſio,vt valeat,expreſſionem tituli, quo facta fuit, requirit, Bero. conſ.188. num.15.vol.1.vbi num.216.licet ſubdat, quod in ceſſione titulus donationis,& venditionis non expreſſus,ex alijs verbis contentis præſumitur,quando verba,& extrema ſunt apta,& in præcedenti num.16. in ceſſione ſufficere titulum illum conſtare, & præſumi, qui ex cauſa appoſita inferri poteſt, quamuis titulus non fuerit ſpecificatus, ſicq. ceſſio facta ſtatim poſt contractum emptionis,& venditionis præſumitur facta reſpectu, & cauſa ipſius contractus, Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumpt.12. num. 20.nàm etſi ceſſio ſimulata præſumatur, ſi non apparet,quo titulo facta fuerit, vt ex d.l.per diuerſas probat Menoch.eod.tract.lib.3.præſump. 129.num.29.ſubdens,quod vbi facta fuerit mẽtio de pretio,colligeretur titulus emptionis, & venditionis, ità ꝙ ſufficiens erit,vt ex cõiecturis titulus colligatur, & tunc diceretur ſatis conſtare, vt ex d.l.per diuerſas num.11. adhuc tamen exiſtente ſpecificatione venditionis, vt ſupra dictum eſt,ceſſabit omnis ſcrupulus,quoniam per talem expreſſionem tituli emptionis, & venditionis,&c. apparet contractus celebratio, ex quo titulus debet præcedere ceſſionem, non ſequi,Paul.de Caſtr.in d.l. per diuerſas,nu. 10.non enim de iure eſt prohibitum,vt quis nõ poſſit vendere actionem, quam habet contra alium, Cancer.d.cap.13. num.73. Et ſic non ſolum titulus expreſſus cernitur, ſed etiam vltrà pretij ducatorum 400.promiſſionem onera accollata eidem Syluiæ, ibi ità quod in caſu prædicto Syluia ſuis ſumptibus,induſtria, & laboribus vigore præſentis contractus venditionis aliquid recuperauerit, & habuerit ſuper bonis prædictis,& hoc caſu ceſſio actionis æſtimatur, inſpecto dubio litis, & conſideratis laboribus, & expenſis,inquit Scotus reſp.28. num.68.p.2. & ſic ceſſio actionis, quàm inutilis eſt cedenti valeret,& pro modica quantitate,& ceſſaret diſpoſitio d.l.per diuerſas,& l.ab Anaſtaſio, vt ibi Scot.num.66. probat,ſubdens num. ſeq. quod ceſſio hæreditatis habet ad inſtar ceſſionis iactus retis,ità etiam ceſſio iuris in ſpe conſiſtentis,vel ſub conditione fieri poteſt, Bardel.conſ. 120.numer.28. & ſicut periculum ſpectabit ad emptorem,§.3.Inſt.de empt.& vend. Beſol. de eat. fut. cap.8.ſect.1.in princip.ità & emolumẽtum d.§.3. & Beſol.vbi ſup. eo ſuppoſito, quod ceſſio quando fit etiam titulo venditionis de bono,& idoneo debitore,de iure ſubſiſtere non poterit,iuxtà relata per Veggium conſ.41.quod ſecus eſſet,ſi non eſſent idonei, & falliti,vt in caſu noſtro oſtenditur,quod etiam in ceſſionario procedere non ambigitur,eo maximè quando fuiſſet ipſe conſtitutus procurator in rem propriam, & poſitus in locum cedentis, nàm ſi ceſſionarius non potuit exercere ius ceſſum, ac exigere vigore ceſſionis,periculum ſpectabit ad ipſum ceſſionarium tanquam dominum iuris ſibi ceſſi, Bald. Gozad.Sylu. Menoch. Becc.Rimin.& Eugen.notat Bardel. conſ.120. num.24. volum.2.vbi numer.26. ex Alex. ſubdit, quod cedens iura talia qualia habet,ſeù iura, quæ reperiuntur habere,non tenetur ceſſionario, licet ius nullum habuerit, & ex Natt. ſubſequitur, vendens omne ius,quod habet in domo,ſi nihil habet,nihil vendit, & ideò non tenetur de euictione,poſtquam creditor licèt anteriorem, vel po-

Digitized by Google

potiorem ſe eſſe promittere non teneatur, attamen tenetur cedere iura talia, qualia habet, ex multis probat Anton. de Amato var. reſol. tom. 2. reſol. 37. num. 16. quanquàm ibidem Rendel. num. 137. reſpondendo dictis Alex. & Natt. dicat, quòd vendens nomen debitoris tale, quale eſt, quia talia verba non concernunt eſſentiam, ſed qualitatem ex Ang. in l. ſi plus, §. qui nomé, ff. de euict. Sicquè facta ceſsione iurium talium, qualium, cedens non tenetur ea manutenere, eſſe vera, vt ibi Anton. de Amato num. 27. probat, ſubdens, quod cedens tenetur debitorem ceſſum verum eſſe oſtendere, licèt illum non teneatur exigibilem, vel bonum de facto ſuſtinere, niſi in ſpecie ſit promiſſum, licèt alij contrarium dicant, quòd cedere teneatur oſtendere vera, ſed pro concordia cenſuit, hoc intelligendum eſſe de nomine vendito, accepto pretio, vel alio titulo ex cauſa oneroſa, & ſic ex neceſſitate, vt in caſo iſto, aliàs ſecùs è contra vtcunquè, dùm periculum ad ipſum ſpectet, l. ſecundùm naturam, ff. de re iudic. Beſol. vbi ſup. Ita etiam commoda, ad tex. in cap. qui ſentit, de reg. iur. & diſcuſſo iſto negotio die 21. Nouembris 1644. in Collegio habito in eodem Monaſterio coram quinque V. I. DD. ſcilicèt Ioſepho Magaldo, Io. Baptiſta Hodierna, Ioanne Laganato, & me relatore, exiſtente Pomponio de Acampora, fuerunt allegata vti iuri conſona approbata, verùm quia aderat decretum S. C. vt ſuprà relatum, contra quod nullum aliud remedium competere poterat, concluſum fuit, vt amicabili tranſactione terminaretur cum ipſa Fideliſſima Ciuitate. Præterea quia ſuper iſta venditione, & emptione contracta inter ipſam Ciuitatem, & Syluiam interceſſerat Iudicis decretum, vt dictum eſt, quo caſu leges prædictæ non haberent locum, quando palàm, & publicè fit ceſſio actionis, vt ibidèm Scotus, nu. 79. ponderat ad factum ibi relatum, ſubdens ad rem noſtram, vt ſi eſſet facta ceſſio apud acta coram Iudice, ex Barbat. conſ. 64. col. 2. vol. 4. Et deniquè quod quatenùs in iſto inſtrumento non appareant clauſulę illæ extenſæ, ponens in locum ſuum &c. ex quo cedens ſuccedit in locum cedentis, Surd. conſ. 166. num. 3. conſ. 169. nu. 1. Duard. dec. 418. num. 8. conſtituens Procuratorem in rem ſuam, vt ſolitum eſt, nihilominùs talis ceſſio operatur, vt cedens actiones, ceſſionarium in ſuum locum reponere dicitur, & dominium transferre, Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 6. nu. 92. & ceſſionarius actionum dicitur procurator in rem ſuam, Beroua conſ. 187. num. 45. lib. 1. Intrigl. conſ. 12. ſub nu. 26. Gozad. conſ. 38. num. 11. Mangil. de euict. q. 78 num. 4. Hieron. de Leo dec. 26. num. 11. Ex his igitur Anton. Fab. in dict. defin. 28. tit. mandati, dùm probat, ad hoc vt valeat ceſſio, ſufficit habita fides de pretio, ſubdit dicendo, ſed hoc ita, ſi non tamen in locum ſuum, vt fieri ſolet, ſubſtituerit, aut te procuratorem ſuum conſtituerit, ſiuè expreſsè id fecerit, ſiuè tacitè, id eſt tibi tradito inſtrumento, ex quo non modò centum florenos, ſed etiam augmentum petere potuiſſet, ita Seoatus in cauſa, &c. Semper enim in contractibus attenditur id, quod principaliter fit, principaliter in iſto caſu conſiſtit contractus emptionis, & venditionis, & poſtmodùm fit contractus ceſſionis, vnde deſumitur, principaliter fuiſſe emptionem, & venditionem contractus, licèt ſecundariò ſubſequatur ceſſio, quæ ſimiliter pars contractus dicitur, quemadmodùm ceſſio facta in contractu locationis cenſetur pars contractus, & ſic ab illo informatur, Crot. conſ. 388. num. 39. vol. 3. ex quo ceſſio propriè nō dicitur hæreditatis alienatio, quia ceſſio refertur ad translationem actionum, Mandel. conſ. 310. num. 34. & propriè loquendo ceſſio nil aliud eſt, quàm translatio principalis actionum, Idem conſ. 310. nu. 12. ſicquè ipſa duntaxat pertinet ad translationem actionis, Idem conſ. 240. num. 6. vt dictum eſt, talis contractus emptionis, & venditionis principaliter erit attendendus, & de per ſe opus non habere ceſſione, eò quod talis eſt natura alienationis, maximè quæ fit per venditionem, vel per dationem inſolutum, quod tranſeant actiones ſine ceſſione, vbi aliàs non tranſirent, Idem conſ. 165. num. 2. nihilominùs quia talis clauſula, ceſſit omne ius, omnes actiones reales, & perſonales hodie ad cautelam in omni contractu apponuntur, Io. de Amicis conſ. 24. num. 13. Et tantò magis diſpoſitio ipſarum legum in caſu iſto procedere non poſſit, nam in dict. l. per diuerſas, facta ceſsione adijcitur clauſula, quod plus eſt donauit, & in l. ab Anaſtaſio dicitur, partim vendidit, & partim donauit, at in caſu noſtro talia verba non videntur appoſita, ita quòd bene contractus emptionis, & venditionis noncupari debeat. Immò ſi talia verba appoſita fuiſſent, & ſi plus valet donauit, aſſerunt Doctores, quia ſunt clauſulæ ordinariæ, quæ apponuntur de ſtylo Notariorū, nec re vera inducunt donationem, niſi ſcienter conſtet, aliam partem re vera donaſſe ſuperfluum, ita Molfeſ. in ſumma de contract. tract. 12. cap. 5. n. 145.

Reſtitutio clauium carcerum facienda an erit Cuſtodi carcerum electo per Vniuerſitatem tempore, quo ſtabat in domanio, vel alteri Cuſtodi, ſiuè Camerlingo electo indè per Baronē de nouo in poſſeſsionem miſſum per R. C. ſtante ſequeſtratione illarum facta per Commiſſarium penès tertium, prætendebat Ciuitas Ariani, reſtitutionem clauium carcerum fieri debere Camerlingo per eam electo, à quo fuerunt ablatæ, ex quo nondum annus inceptus finietur, vt conſuetum eſt, ex deciſis per Præſ. de Franch. dec. 116. vbi refert, fuiſſe deciſum in beneficium Officialis electi per dominum feudi qui ſtabat in poſſeſsione officij, non obſtante contradictione affictatoris feudi, qui de iure non tenetur ſtare facto prædeceſſoris, & ſi vel compleret annum, aut illi ſalarium totius anni perſolueretur, quapropter cùm talis Camerlingus in poſſeſsione ſui officij perſiſtebat, debebat continuare eius officium per annum, & conſequentèr eidem claues reſtitui, à quo fuerant ablatæ, & non alio Camerlingo de nouo electo per Ill. Ducem Bouini emptorem dictæ Ciuitatis ſub haſta, ſed replicabatur ex parte ipſius Ill. Ducis à Petro de Philippo V. I. D. eiuſdem Aduocato ſtudioſiſsimo, prædicta procedere in Officiali habente iuriſdictionem, ſed in caſu prædicto agebatur de Officiali ſine iuriſdictione, qui potuit ad nutum remoueri, allegabat

gabat

gabst Capiblanc. in Pragm. 1. de Baron. numer. 152. in magnis ibi dicentem, alia verò officia ſine iuriſdictione, vel cum aliquali, vti Caſtellani, cuſtodes carcerum, vel Ciuitatum non habẽt temporis ſtabilitatem, & ad nutum poſſunt reuocari, allegat Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. in pr. præſertim nu. 8. Et cùm fuiſſet domi interpoſitum ſubſcriptum decretum. Die 14. menſis Auguſti 1640. in cauſa Vniuerſitatis Ariani cum Ill. Duce Bouini ſuper reſtitutione clauium carcerum dictę Ciuitatis relaxatatum loco depoſiti Magnif. Bartholomæo Piſano tempore poſſeſſionis conſignatæ dicto Ill. D. Duci emptori ſub die 28. menſis Nouembris 1639. ac etiam pro reſtitutione emolumẽtorum medio tempore perceptorum, etiam pro executione decreti lati per Regiam Cameram ſub die 13. menſis Iulij 1640. & aliàs, prout in actis. Viſis actis per D. Militem Gregorium de Ganauero V. I. D. Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, auditis Partibus, ſub die 9. menſis Auguſt. 1640. fuit prouiſum, ac decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, quòd Vniuerſitati prædictæ Ariani, & pro ea Lælio Galterio eius Camerario pro executione decreti prædicti lati per R. C. ſub die 13. menſis Iulij 1640. reſtituantur claues carcerum prædictæ Ciuitatis relaxatæ loco depoſiti tempore poſſeſſionis conſignatæ Illuſt. D. Duci Bouini penès Capitaneum dictæ Ciuitatis, quæ reſtitutio eſt facienda vnà cum fructibus perceptis à quocunque, & liquidandis per Regiam Cameram, & expediantur prouiſiones, Hoc ſuum, &c. Ganauero. Conſtantinus Actuarius. Poſtmodùm interpoſita appellatione à decreto prædicto, & obtentum, relationem fieri in eadem Regia Camera, demùm facta in ea relatione ab eodem Commiſſario die.. Auguſti 1640. fuit deciſum, quod ſuſpenſo decreto lato ſub die 14. Auguſti reſtituantur claues carcerũ Camerlingo eligendo per dictam Vniuerſitatem, confirmando per ipſum Ill. Ducem, iuxta decretum latum per eandem R. C. de quo ſuprà in verb. Manuteneri.

Reſtitutio in integrum ſemel petita, ſed denegata, ſi à tali denegatione fuerit appellatum, an impediatur executio ſententię, deciſum fuit per S. C. negatiuè in cauſa Aureliæ Carmanæ cum filijs pupillis Marci Antonij Ruſſi, in Banca de Ferrariis, Nouar. in Prag. 5. coll. 4. ſub n. 29. de offic. S. C.

Reſtitutio in integrum concedi an debeat pupillo aſſerenti, inuentarium factum per tutorem non reperiri, & eſſe deperditum, & proinde ad illud iterum conficiendum admitti, auditis etiã creditoribus, videtur negandum per ea, quæ in ſimili diſſerit Sforz. Odd. in tract. de reſtitutione in integrum, par. 2. quæſt. 89. art. 17. num. 51. dũ quærit, ſi concedi debeat reſtitutio in integrũ maiori, vel minori aduerſùs omiſſam inuentarij confectionem, & primo aſpectu id denegat, ne detur occaſio minori delinquendi, videlicet accipiendi hæreditatem, occultandi multa mobilia hæreditaria, deinde quando creditores hæreditarij illum moleſtent allegare imprudẽtiam in adeunda hæreditate abſque inuentario, & petere, ſe reſtitui ad illam adeundam, præuia illius confectione, & multò magis quoties inuentarium fuerit confectum, & ob prætenſam amiſſionem non reperiretur, prout erat in facto occurſo, dùm Dominicus, & Io. Baptiſta de Falco fratres, & filij quondam Marci Antonij de Falco dixiſſent in M. C. V. fuiſſe aditã hæreditatem paternam per quoſdam eorum tutores relictos ab eodem eorum patre cum beneficio legis, & inuentarij, & quia non potuerant inuentarium inuenire, intendebant per viam reſtitutionis in integrum admitti ad confectionem illius, auditis creditoribus, inter quos aderat Tiberius Baldinus V. I. D. qui ſe oppoſuerat, inſtando, illos repelli à limine iudicij, ex eo, quia hoc figurabatur, & de hoc poterant habere ſcientiam ab eorum tutoribus, vltra quòd tempora non largiebantur ad conficiendum Inuentarium, iam quòd fuerat factum, & ſi deperditum, vt aſſerebatur, nequiuerat iterum fieri, ex quo rectè factum præſumebatur. Nihilominùs ibidem Sforz Odd. in verſ. ſed contra ex multis probat, eſſe concedendam talem reſtitutionem minori aduerſùs omiſſam inuentarij confectionem, quemadmodum etiã aduerſùs omiſſionem ſolemnitatum illius, vt ibi Sforz. num. 56. Etenim inuentarium non eſſe confectum, aut confectum quidèm, ſed nõ ſeruatis ſeruandis paria ſunt, Coſta de iuris, & facti ignorant. centur. diſtinct. 37. num. 5. Et tantò magis concedenda erit in hoc caſu, dum inuentarium reperiri non poterat, ex quo actus reiteratur ex benignitate fauore vltimæ voluntatis, Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. in 3. limit. num. 1. & ampliùs, quia minor, & ignorans æquiparantur, idem Coſta eo. tract. inſpect. 94. num. 4. & cùm fuiſſet prouiſum per M. C. V. ad relationem D. Iudicis Aloyſii Piſcicelli die 24. Decembris 1629. quòd infra quatuor dies audirentur Partes, grauatus dictus Tiberius appellauit, & obtinuit verbum fieri in S. C. quo facto die 7. Feb. 1630. fuit confirmatum decretum ipſius Magnæ Curiæ, eidem remittendo cauſam, & pariter in reclamatione confirmatum decretum ipſius Sacri Conſilii die 24. eiuſdem menſis, & anni, vt apparet ex actis in Banca Mongelli.

Reſtitutio in integrum an concedi debeat aduerſùs decretum concedens remedium Capitulorum Regni, deciſum fuit negatiuè per S. C. die 15. Martii 1617. in cauſa Franciſci Antonii Sayę cum Venerabili Monaſterio S. Mariæ de Arcu Caſalis S. Anaſtaſii, penès Secretarium, vltra aliam deciſionem prolatam à Reg. Tapia deciſ. 24. S. C.

Reſtitutio in integrum aduerſùs ſententiam aſſiſtentiæ latam in beneficium Eccleſiæ, concedi an debeat creditrici Vniuerſitati poſteriori, ſi venditio facta fuiſſet ea inſtante, deciſum fuit negatiuè per S. C. in cauſa Eccleſiæ S. Bartholomęi de Salerno cum Vniuerſitate Salerni, in Banca de Ferrariis, Horat. Monta n. controu. forenſ. controuer. 55. ſub numer. 5. verſic. in hac cauſa.

Reſtitutio in integrum aduerſùs ſententiam, ſiuè rem iudicatam, an competat minori poſt executionem illius illinc ad certos annos, hoc euenit in cauſa Prudentiæ Izzolæ cum Iulia Riſpula, nam cùm ipſa Prudentia obtinuiſſet ſententiam aſſiſtentiæ ſuper certis bonis ſibi

hypothecatis pro ſuis iuribus dotalibus, & illorũ poſſeſſionem adepta eſſet, illinc poſt 30. annos inſurrexit præfata Iulia aſſerendo, tempore prolatæ ſententiæ fuiſſe minorem, & propterea intendebat ex integro audiri in ſuis iuribus etiã per viam reſtitutionis in integrum, vndè contingit hæſitari in M. C. ſi deſetendum eſſet petitæ reſtitutioni, poſtquam de iure extat titulus, ſi aduersùs rem iudicatam, vbi in l.1. proditum eſt remedium minoribus petendi reſtitutionem in integrum aduersùs rem iudicatam, non enim ſimpliciter talis reſtitutio conceditur contra ſententiam, maximè contra ſententiam aſſiſtentiæ, vt dixi voto 66.num.17.& 20. & 24. eo magis ſi tranſitum fecerit in rem iudicatam, nõ aliter conoedi videtur contra rem iudicatam, res enim iudicata pro veritate habetur, ad tex.in l.res iudicata ff.de reg. iur. & ſuppoſita definitione rei iudicatæ, quæ dicitur illa, quæ finem controuerſiarum pronunciatione Iudicis accepit, qui vel condemnatione, vel abſolutione contingit, l.1.ff.de re iudic. Mauſon. de cauſ. execut.ampl.35.n. Secundùm Canoniſtas dicitur ſententia, quæ appellatione non interpoſita, ſeù alitèr tranſiuit in rem iudicatam, vt ex pluribus tradit Scaccia de re iudic. gloſſ.14. quæſt.2. num.3. Mauſon. vbi ſuprà, num.3. ſubdens nu.4. qualiter ipſa eſt cauſa deciſa. Vtcunquè ſit, dùm rex ipſa iudicata ſit effectus ſententiæ, & executio ſit effectus rei iudicatæ, probat Muſcatel.in praxi S.C.lib.2.par.1.gloſ.demandantur, num.1. & ſeqq. Mauſon.ibi, num.5.& certum eſt, quòd res iudicata debet executioni demandari, probat Zuccar.dec.Lucenſ.38 num 2. & vbi adeſt, nihil aliud ſupereſt, niſi quod executioni demãdetur, Idem dec.2. num.1. eò quia parit exceptionem litis finitę, Idem dec.3.num.19. vndè vbi adeſt, non poteſt ampliùs de negotio cognoſci, Idem dec.72. num.1. cùm imponat finem litibus, ius Aduerſarii perimat, & vlteriorem diſceptationem præcludat, Magon.dec.Florent.78. num.1. Dùm igitur talis reſtitutio de iure concedatur minoribus aduersùs rem iudicatam, ſucceſſiuè aduersùs eius executionem, ex gloſſ. in l.vnica, C.de reſtit.in integr. vbi Doct. cum aliis cumulatis per Carroc. in tract.de except. contra ſententias, in except.48 num.1. Hinc eſt, quòd ipſa reſtitutio impedit executionem ſententiæ redactæ ad terminum iuris communis, Polyd. Ripa obſeru.277. num.2. cum aliis apud Theſaur.dec.181.num 3 Magon.dec.Florentin. 133.num.4. Et præſertim impedit executionem ſententiæ aſſiſtentiæ, maximè quando non animo calumniandi, vel prorogandi peteretur talis reſtitutio, vt ex Afflict.dec.356. probat Muſcar.dict.praxi, eo.lib.2.par.3.gloſ. fuerint, num. 44 Polyd Ripa obſeru.277.num.4. Theſaur. vbi ſuprà, ſub num.4. verſ.contrariam opinionem, Magon. vbi ſuprà, num.8.& 9 Carroc. vbi ſupr. num.57 & ſeqq. Cancer.var.reſol.par.2.cap.1. num.16; Quinimmò pendente tali reſtitutione nec executio, nequè aliud erit agendum, vt prolixiùs proſequitur Sforz Odd.de reſtitutione in integrum, par.1.quæſt.43. cum aliis apud eundẽ Carroc. vbi ſuprà, num.1 Mareſc.var.reſol.lib.1. cap.87. nu.13.& 14. Ex aduerſo autem replicabatur, ea bene procedere, re tamẽ integra, ſecùs tamèn re non integra, vt per Coſtam in tractat.de re integra, diſtinct.73. & ſic antequàm executio fuerit cœpta, reſtitutio in integrum non impedit executionem ſententiæ, Muta dec. 18.num.10. Polyd.Ripa obſeru.277. vbi num.6. notat, & declarat quãdo executio non eſt integra, ſed ipſa executio executioni mandata eſt, ex Alex.& Minſing. ibi relatis, ſicquè ſi fuerit petita poſt executionem, non impediretur executio, Idem in obſeru.338. Cæterùm autèm quãdo fuerit cœptum exequi, ſecùs eſſe, vt ibi Coſta num 9. ſuadet, & Polyd. Ripa dict. obſeruat. 338.num.7. dec. Auen.2.num. 8. quam ſectatur ibi Carroc.num.47. & ſic exemplificando dixit Sforz. Odd. vbi ſuprà, num 40 quod ſi petatur reſtitutio contra aliquem exiſtentem in poſſeſſione exequendi, ceſſaret. prætereà num. 89. ſubdit, quod neutiquam reſtitutio concedẽda erit, quando priùs fuerit facta executio, quã peteretur reſtitutio, vbi num.91. ampliando hanc concluſionem ſubnectit, procedere non ſolùm in executione iam facta & perfecta, ſed etiam in executione tantùm incœpta ante petitam reſtitutionem, ex Bal. Maur. Corta, & Robet. ibi relatis, Mareſc.dict. tract.lib.2. cap. 121. num.14. Quantò magis in caſu præmiſſo, exiſtente executione facta, & lapſu triginta annorum, poſtquàm ius petendi executionem ſententiæ præſcribitur ſpatio triginta annorum, ex Bal. Felin. & Patiſ. probat Viſil.dec.245.n.11. Idcircò ad relationẽ D. Iudicis Io. Boliacha fuit per M.C.V. iudicatum, abſoluendos eſſe conuentos, de anno 1641. ex actis in Banca Panſæ. Et conualidatur ex notabili deciſ. Zuccari Lucenſ.49. vbi refertur, quòd reſtitutio in integrũ contra ſententiam, quæ facit tranſitum in rem iudicatam, non poteſt peti à minore in iudicio inſoluti, ſed debet peti in iudicio ordinario, adeò quòd ſolus Princeps reſtitutionem in integrum concedere poterit aduerſus rem iudicatam, Magon.dec.Florent.26.n.2.

Reſtitutio in integrum an concedi debeat minori aduerſus tres ſententias, ſeù tria decreta conformia S. C. non obſtante alia ſententia, ſeu alio decreto intermedio contrario, deciſum fuit per S.C. negatiuè contra hæredes D. Pyrri Caſtrioti cum Marchione Piſciotræ, vt retulit Dominus Regens Hect. Capyc. Latro conſult.100, lib.2.

Reſtitutio in integrum an concedi debeat Vniuerſitati aduerſus ciuilitatem obtentam per eius Ciuem, vt alibi gaudere poſſit, ne teneatur ad onera ſuæ patriæ, hoc in facto euenit, dùm Franciſcus Auieranus V.I.D. Auerſanus in vxorem duxiſſet D. Margaritam de Ruggerio Neapolitanam ſic declaratam per R.C.S.& Neapolim ſe contuliſſet, ibiquè commorando procurauit, ſe paritèr Ciuem Neapolitanum declarari, tam ex ductione vxoris Neapolitanæ, quàm etiam ex habitatione continua in eadem Ciuitate, iuxta diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ 1. de immun. Neap. & cum obtinuiſſet ſententiam in ſui fauorem expediri, procurauit proviſiones in forma contra Vniuerſitatem Auerſæ, ne moleſtaretur pro oneribus ibi debitis, ſtante Ciuilitate Neapolitana huiuſmodi, quibus notificatis eidem Vniuerſitati fuit ex parte ipſius petita reſtitutio in integrum, ex quo nedũ ſuper interpoſitione dicti decreti non fuerat

audita

audita, ſed etiam, quia ex hoc magnum reſultabat damnum dictæ Vniuerſitati ex onere ſolutionis debito pro debitis illius, vndè intereſſe ſubſequebatur imminens, attenta ipſius Ciuis habilitate ſoluendi portionem contingentem, ex qua Vniuerſitas releuari poterat, nec alitèr eius onus diuidere intèr alios Ciues. Pro ipſo Franciſco dicebatur adimpleuiſſe quę ſunt diſpoſita in ipſa Prag. ducendo vxorem Neap. cum domo coniunctim, vt paritèr deduxi in addit. ad dec. Reg. Salernit. 15. nu. 3. nam vnum ſine altero non erit ſufficiens, vt deciſum retuli in 2. par. verb. Ciuilitas, & ſupèr tali ciuilitate fuerat interpoſitum decretum per dictam R.C. eò quòd ciuilitas vt conſequatur, requiritur decretum, & ſic deciſum retuli in dict. addit. num. 7. Concurrebat etiam habitatio longæua in Ciuitate Neap. quod eſt ſatis conſiderandum, poſtquam non erit ſufficiens ſola domus comparatio ſine habitatione, vt probatur in l. libertus, §. ſola domus, ff. ad municip. gloſſ. in cap. ex parte, verbo Andegauenſi, de foro comp. ſequitur Carau. in Ritu 301. num. 20. vbi ſubdit, quòd ſi non habitet, non gaudebit priuilegijs Neapolitanorum. ſicquè data habitatione continua in Ciuitate Neap. verè Ciuis arguebatur, eò quia Ciuilitas acquiritur ex habitatione Ciuitatis, Muta in Conſ. Panhorm. cap. 11. num. 56. Vndè Ciuilitatis priuilegio aſſumptus ſempèr intelligitur cum hoc onere, vt ibi habitet, & non alibi, Muta in cap. 33. Reg. Io. num. 63. tom. 6. nam verè, & propriè Ciuis non dicitur ſinè habitatione, Rota Bonon. diuerſ. dec. 33. num. 5. Quo fit, vt cùm ipſe ſe contuliſſet Neap. ibiquè continuò habitando, receſſum videbatur à Ciuilitate ſuæ patriæ, nam Ciuis derelinquens habitationem Ciuitatis, deſinit illius eſſe Ciuis, probant And. Gayl. lib. 2. obſeru. 36. num. 7. Muta in Pragm. Sicil. ti. 16. num. 36. nam Ciuis originis ſpontè Ciuitatem deſerens, deſinit eſſe Ciuis, Ciuilitatiſquè priuilegia amittit, Honded. conſ. 5. num. 28. & 43. vol. 1. Et in ſumma, quia in his agebatur de intereſſe Fiſci reſpectu Fiſcalium contributionum, principalitèr ei debentur. Ex quo in cauſis Fiſcalibus, & dùm Fiſci intereſſe agitur, nil poteſt fieri abſquè Fiſci præſentia, Muta in dict. Pragm. ti. 5. num. 15. at cùm Fiſcus fuiſſet in tali interpoſitione decreti Ciuilitatis Neap. auditus, & per ipſam R. C. pronũciatum in eius fauorem, non alitèr ampliùs audiri debuerat dicta Vniuerſitas Auerſana, cui nullum ius competere videtur quouis modo, hinc Reg. Rouit. in Pragm. 2. num. 3. de immun. Neap. quærit, an immunitates conceſſæ obligẽt Regem ſucceſſorem, & cuius damno cedant, & in cuius præiudicium ſint interpretandæ, ſe remittit ad Goff. de Gaeta ibi relatum, ſed Reg. Capyc. Galeo. controu. lib. 1. controu. 55. num. 40. ex Boſſ. tradit, poſſe Principem immunitatẽ concedere, etiam in præiudicium tertij, & ſic ſubſequitur, in præiudicium Fiſci tendere ipſam immunitatem, de qua conqueri non debet Vniuerſitas præfata, etenim immunitas cõceſſa à Principe, cui eſt onus impoſitum perſoluendum, cedit in damnum ipſius Principis eximentis particulares, vt ibi D. Reg. Galeo. num. 27. annuit. Sed ex parte ipſius Vniuerſitatis petentis audiri aduerſus decretum Ciuilitatis obtentæ etiam per viam reſtitutionis in integrũ, replicari contingit, non alitèr fuiſſe auditam ſuper tali interpoſitione decreti, poſtquàm ſi fuiſſet audita, vtiquè propoſuiſſet ſua iura, vndè ſubſequitur primò, ex quo non fuit audita competere ſibi reſtitutionem in integrum ad hoc vt audiatur. Eò quia talis conceſſio immunitatis à Principe facta in tertij præiudicium intelligitur, ſalua tamèn facultate recurrendi ad Principem, vt ibi Reg Galeo. ſub n. 43. aduertit. Prætereà quia Ciuis eius patriæ parere tenetur, l. veluti, ff. de iuſt. & iur. Conſil. Theodor. alleg. 90. num. 5. & proptereà Ciuis non poteſt à ſua patria recedere, & aliò ad habitandum ſe conferre, niſi ſit licentiatus à Ciuitate, vel à patria, ita Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in tt. de abundan. Ciu. § 2. num. 8. & 9. & ſi receſſerit inconſulta Ciuitate, tunc Ciuitas poteſt vendicare ſuum Ciuem, Camp. in Cap. Regni, Nupèr ad vindictam, num. 17. immò Ciues ſi aliò ſe tranſtulerint poſſunt euocari ad ſubeunda munera, Capiblanc. in Pragm. 10. num. 118. de Baron. Et demùm inſpecto intereſſe ipſi Ciuitati competenti reſultauerat læſio, quę eſt cauſa beneficij reſtitutionis in integrum, vt latè proſequitur Sforz. Odd. in tract. de reſt. in integrum, quæſt. 4. per totam. Quantum ſpectat ad intereſſe certum eſt, quòd Ciues tenentur ad onera perſonalia ratione originis, & ad patrimonialia ratione bonorum, & proptereà conſequuntur honores ratione originis, & incolatus, ita Rota Bonon. diuerſ. dec. 45. num. 37. ſicquè Ciues plus oneris ferre debent, quàm forenſes, Hieron. de Lauren. dec. Auen. 182. num. 9. & proptereà Ciue recedente à ſua Ciuitate aliò ſe conferendo priuatur Ciuitas nedùm commodo focularis, quod eſt vna familia ſimul habitans inquit Capiblanc. in dict. Pragm. 10. num. 36. & pro tali foculario ſoluuntur functiones Fiſcales, de quibus ſatis per Reg. de Ponte in dicto tract. tub. de regal. impoſ. § 8. num. 33. & ſeqq. Sed etiam commodo aliorum onerum perſonalium, ex quibus Vniuerſitas ſe releuari poterat, de quibus per eundem Capiblanc. in dicta Pragmat. 10. per totam. Immò & commodo onerum realium pro impoſitione collectarum, & ſimilium, poſtquàm Neapolitani Ciues effecti, ad alia onera realia non tenentur, niſi pro bona tenentium onere, vt diſpoſitum eſt in d. Pragm. 2. de immun. Neap. ibiquè D. Reg. Rouit. Quò verò ad læſionem ipſam dicebatur, quòd reſultare videtur ex præmiſſis, nam ſicutì deficientibus focularibus pro impotentia, non deficit exactio in damnum Fiſci, ſed fit executio in bonis Vniuerſitatis & Ciuium, ita Reg. de Ponte in dict. tract. eod. tit. de Regal. impoſ. §. 1. num. 8. & 9. Capiblanc. in dict. Pragm. 10. n. 15. & 26. & ſic etiam per abſentiam aliorum Ciuium alibi degantium. Et ampliùs quando Ciuis alibi allectus eſſet diues, & poterit Ciuitatem in neceſſitatibus ſubuenire, nam Ciues diuites cogi poſſunt ad mutuandum pecuniam patriæ exiſtenti in neceſſitate, Capiblanc. in 2. tomo de Baron. cap. 47. num. 4. & paritèr ad ſe obligandum pro debito Ciuitatis. Et tantò magis quando Ciuitates eſſent ære alieno oppreſſæ, & eo caſu Ciues, & incolæ, qui recedunt, quando vident Ciuitatem multùm oneratam

pro debito iàm contracto obligati ſunt pro Ciuitatibus, & ità tenentur, Franc.Hieron. de Leo deciſion. Valent. 159 num.24. Quapropter facta relatione in R.C.S. per D.Præſidentem de Ganauers die 15. Iunij 1643 decretum fuit, eſſe deferēdum petitæ reſtitutioni in integrum, & proindè fuit datus terminus, vt ex actis in Banca Autilię. Quocirca reſpectu iuſtitiæ cauſæ poterit ex parte ipſius Io. Franciſci replicari rationibus per dictam Vniuerſitatem allegatis, & primo ex cauſa eius diſceſſus ſine venia Ciuitatis, nam etſi Ciuitati non ſit permiſſum alio ſe conferre, videtetur ex hoc libertas cuiuſcunq; impediri. Neque aliud intereſſe Ciuitati excogitari poterit, quoniam ciues alibi commorantes ratione incertitudinis tenentur ſubire onera ciuilitatis, ſicut & commoda, Camill.de Medic. conſ.80. num.3 Et demùm obſtabat ſuprà allegata concluſio, quod onus ſoluendi iura fiſcalia, & ſimilia alijs communicabunt, quia non eſt ſemper hoc verum, ſed ſub diſtinctione poſuit caſus idem D. Reg. Galeot. d. controuerſ. 51. num 27. & ſeqq. vbi erit videre, & vltra eum Io.Stephan. Duran. in ſuis quæſt. iuris, ... q 17. de hoc probat, quod ſi Princeps alicui ex ciuibus cuiuſdam loci conceſſerit immunitatem, & priuilegium ſoluendi tributa, reliqui ciues non tenentur ſoluere portionem eius, cui tale priuilegium conceſſum eſt, & vltrà eum Beſol. de caſibus fortuit. capit.5. ſection.1. num.24.

Reſtitutio in integrum an concedi debeat condēnato criminaliter, qui poſt ſententiam repertus fuit innocens, deciſum fuit affirmatiuè per Magnam Curiam, retulit Dom. Reg. Sanfel. dec. 44. n.6.

Reſtitutio in integrum prætextu paupertatis an concedi debeat mulieri aduerſus appellationem nō proſequutam ob lapſum temporis, relata fuit deciſio ſup. verbo Mulier.

Reſtitutio in integrum an competat minori feudatario aduerſus nimiam liquidationem fructuum feudi, ſeù corporum non denunciatorum pro releuij ſolutione, imminente eius læſione, quia nō alitèr fuerat data liſta introituum per eius baliū, ſed viſo releuio præcedentis anni per R.C.S. 1607. ex quo apparebat, quod fuerant liquidati introitus 10 ducatis 595. liquidauerat fructus anni 1637. ad dictam rationem, vndè balius præſentauerat perceptionem illius anni duc.42. & quod illo anno factis diligentijs non potuerant affictari, ex quibus reſultabat magna læſio, nàm & ſi minores non ſoluunt releuium regularitèr, niſi facti puberes, contrarium ſeruatur hodie in Regno, vt tradit And. Capanus benemeritus I.C. in ſuo laudabili tract. de iure releuii p.1. q 7. num.9. & proptereà liſta introituum feudalium erit neceſſaria, Idem eod. tract. p.1. q.10. n.10. vbi num.3. cenſuit, veram eſſe debere, ad hoc vt liquidatio ipſa rectè fieri poſſit, vt in 3. p. q.13. pleniùs agit, quo fit, vt ſi læſio imminetet, ob quam reſtitutio ipſa in integrum conceditur, & probari neceſſe erit. Giurba dec.53. num.2. ſiuè ſit mulier, ſiuè minor, vt ſubdit num.3. & 4. Pro [illegible] bio erit concedenda, prout fuit deciſum per eādem R. C. S. ad relationem Rationalis Laudati die 9. Octobris in cauſa Baronis Fraychi, & obtinuit, relationem fieri per viam reſtitutionis in integrum, qua facta prouiſum fuit, quod ſoluat medietatem dicti affictus, & pro prædicta liquidatione non moleſtetur, & ſic fuit excuſatus à nonuplo.

Reſtitutio in integrum an competat mulieri ſeni viduæ, & pauperi, & ignoranti ex clauſula generali aduerſus reclamationem à procuratore omiſſam, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Magdalenæ Gallo de Syluettis cum Comite Ludouico Palma, vt retulit D.Conſil. D. Ferdin. Arias de Meſa variar. reſolution. lib.3. cap.44. à numer. 19. ad 23.

Reſtitutio an concedi debeat maiori abſenti ex cauſa voluntaria ab initio, ſi poſteà ſuperuenerit cauſa neceſſaria ex generali clauſula, eo ampliùs ſi reliquerit procuratorem, deciſum fuit per S.C. iunctis aulis affirmatiuè in cauſa Franciſci Beneuento cum Petro Antonio Venuti de menſe Maij 1643. retulit D. Conſil. D. Ferdinandus Arias de Meſa variar. reſolution. lib.3. capit.4. num.24.

Reſtitutio in integrum an erit concedenda mulieri ad conficiendum inuentarium, vt fuit inter cætera ipſa reſtitutio petita per Marchioniſſam Gioioſæ hæredem quondam Decij Caracciolo in cauſa vertente inter ipſam, & Montem viginti nouem familiarum, eo quia dùm fuerat oppoſita diſcuſſio inuentarij, & inuentarium adhuc non erat ſolemnitèr factum, expoſtulabatur reſtitutio in integrum, & videbatur negandum, dùm nullum ſit factum inuentarium, vt non debeat concedi talis reſtitutio in integrum, ex traditis per Phanucc. de inuent. hæred. p.2. n. 20 vbi plures allegat, & idem aſſeuerat Præſ. de Franch. dec.229. num.4. vbi licèt referat, deciſum fuiſſe fore concedendam reſtitutionem in integrum mulieri aduerſus ſolemnitates omiſſas in confectione inuentarij, nec proindè excuſaretur, ſi inuentarium non fecerit, vel minùs legitimè, Thomaſ. in tract. variis, in tract.7. tit.7. num.27. nec proindè reſtitutio erit concedenda, vt decīſum tradit D. Reg. Tapia in Conſt. Mulieribus, num.2. & iterum in dec. S.C.39. adhuc tamen nō videtur concedi potuiſſe, quando nullum fuerit inuentarium factum, attamen non deſunt Doct. ſequentes hanc quæſtionem, vt reſtitutio ipſa concedi debeat mulieri, etiam quando nullum fuerit inuentarium factum, quos citat ibi Phanucc. ſub num.21. verſ. nonnulli verò, annuens ſibi æquiùs videri ei ſuccurrere, eo maximè intercedente ignorantia, vel paupertate, vt ex Frāciſc. Marc. dec.291. p.1. perpendit idem Thomaſ. d. tract.7. tit.24. num.5 & ità deciſum per S.C. ad relationem D. Reg. Conſil. Quadræ, vt habui ex quibuſdam manuſcriptis.

Reſtitutio in integrum ex clauſula illa, ex quibus cauſis maiores, an concedi debeat abſenti conuento in Tribunali Neap. licèt maiori aduerſus actus, & decreta contra ipſum lata, fuerunt ſequentia in iure, & facto allegata per ſubſcriptū ſolertiſſimum Aduocatum, videlicèt. In anno 1623. quondam Vincentius Beneuento collocauit Iſabellam eius filiam cum Petro Antonio Venuti, & pro dotibus promiſit ducatos decem mille in contanti, ſoluendos in menſe Ianuarij 1628. & interim correſpondere intereſſe ad rationem ducatorum ſex pro centenatio, at cùm ſumma prædicta conuerti deberet in emptionem, viſum fuit eidem Venuti recipere quādam

em-

emptionem rurſus eiuſdem ſui Soceri, ob quod in anno 1626. pro dictis dotibus fecit ſibi aſſignari annuos ducatos 822 pro capitale ducatorum 11751 ſuper Fiſcalibus Guardiæ Grelç, vnà cum alogio ducatorum mille, benè verum eſt, quod in dicto aſſignamento fuit appoſitum hoc pactum, ſcilicet *Et ſi dichiara, e per patto particolare conuiene, & al rimente detto Pietro Antonio non haueria accettata detta aſſignatione, che in ogni caſo, che detta Vniuerſità della Guardia Grele foſſe dichiarata impotente, di modo tale, che non faceſſe ne poteſſe fare lo pagamento di detti annui docati 822. ò veniſſe in qualſiuoglia modo detto capitale, & proprietà di detti docati 11751. commutata dalla Regia Corte dalla detta Vniuerſità della Guardia in detti caſi o ciaſcun di eſſi il predetto credito o del capitale, e terze del modo, che allora ſi trouerà, reſti a beneficio di detto Vicenzo così come non foſſe ſtato aſſignato al detto Pietro Antonio, e ſuoi heredi, e per detti docati 10000. di dote, dal giorno di detti caſi, e ciaſcheduno di eſſi con la riſerba delle prime conſolidate le debbiano correſpõdere per detto Vincenzo, e ſuoi heredi annui docati 750. à 7½ per cento o di reſpetto detti docati 751. de terze, caſo che non ſi ritrouaſſero ogn'anno in due paghe, con hauernoſi il detto Pietro Antonio, e ſuoi heredi cautelare per iſtromento publico con le clauſule neceſſarie.* A dicto, anno 1626. ſemper ipſe Venuti exegit cum omni punctualitate hos fiſcales, ſed in menſe Februarij anni 1640. tempore, quo Baro Franciſcus Beneuento filius, & hæres ipſius Vincentij reperiebatur Barchinonæ, ex parte ipſius Vniuerſitatis expoſitum fuit in S.C. quòd dict. Vniuerſitas effecta fuit impotens, & quòd dicti ducati 822. a Regia Curia fuerunt commutati ducati 92 ſuper Baronis, taliter quod factus erat caſus inſtrumenti, idcircò inſtiterat virtute pacti executiui, quod dictus Baro ſolueret ducatos 2800. quos conſequi debebat à dicta Vniuerſitate, & paritèr quod continuaret ſolutionem tertiarum ſingulis annis in futurum, cum ſtipulatione cautelarum in eius beneficium, & poſt cauſæ commiſſionem, & peracta intimatione petitionis eidem Baroni, domi die 27. eiuſdem menſis. Pro fundamento impotentiæ dict. Vniuerſitatis produxit quandam cartulam, in qua Ioſeph Campanile eius famulus, & Commiſſarius fidem fecerat, qualitèr dùm ſe contuliſſet ad dictam Vniuerſitatem in menſe Octob 1639. & non potuit exequi, quia dicta Vniuerſitas erat impotens, inſupèr aliam cartulam, in qua Magiſter Iuratus eiuſdem Terræ diſerat, quòd dicta Vniuerſitas debebat per totum menſem Auguſti 1639. pro Fiſcalibus, incluſo dicto credito ipſis Venuti ducatos 2100. Regiæ Curiæ ex cauſa impoſitionis, alios ducatos 1300. creditoribus inſtrumentarijs ducatos 500. prætereà quandam fidem Rationalis Regiæ Cameræ, quòd dicta Vniuerſitas debet Regiæ Curiæ pro reſiduis aliqua centenaria ducatorum, item aliã fidem eiuſdem Rationalis, quod fuerunt commutati annui duc. 92. à dicta Vniuerſitate ſuper Baronia pro toto anno 1641. procurauit etiam quod Petrus Feula Procurator generalis ipſius Baronis præſentaſſet eius procurationem, & poſt datum terminum fuit latum decretum domi per D. Commiſſarium, quòd Baro Franciſcus de Beneuento infra tres menſes procuraret ſatisfactionem tertiarum debitarum per dictam Vniuerſitatem, alias prouideretur ſuper petitis pro parte eiuſdem Vniuerſitatis. Ab iſtò decreto reclamauit D. Maria de Pr... vxor dicti Baronis abſentis, petendo competentem terminum ad probandum incumbentia, & die 24. Octobr. per S.C. fuit confirmatum, & in gradu reclamationis die 1. Decembris fuit confirmatum, in quorum executione die 19. eiuſdem menſis fuit domi ordinatum, quod Baro ſoluiſſet duc. 2800. eidem Venuto, & pro dicta ſumma tenerentur expeditæ literę executoriales. Ad præſens, quia Baro reuerſus eſt, petit reſtitutionem in integrum ex dictis decretis ob violentam, ac iuſtam abſentiam, & ex clauſula generali, & obtinuit verbo fieri ad finem videndi, & quod fiat iunctis Aulis. Ex duobus itaquè ſupponit Baro, in integrum reſtitutionem ipſi eſſe concedendam, & ex capite eius neceſſariæ, coactę, ac notoriæ abſentiæ & ex clauſula generali (ſi qua mihi iuſta cauſa) ex hiſce namquè duobus præcipuis cauſis illam concedi dixit Sforz. Odd. de reſt. in integrum, par. 1. quæſt. 5. art. 2. quarum primam expreſſit Prætor in l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. ſecundã verò ſpecialitèr non diffiniuit, cùm ex illis generalitèr omnibus ex iuſta cauſa auxilium pollicitus fuerit in dict. l. 1. dictamque clauſulam, quam generalem primus appellauit Modeſtinus in l. inter ea, ff. eod. ita generalem promulgare Prætorem neceſſe fuit, multi enim caſus interuenire poterunt, quod deferrent reſtitutionis auxilium, nec ſigillatim enumerari potuerunt, vndè quoties æquitas reſtitutionem ſupponit, ad hanc clauſulam erit deſcendendũ, ait Vlpian. in l. ſed & ſi per Prætorem, § fin. ff. eo. In facto itaquè ſatis notum eſt, de menſe Iulij 1638. Baronem ob ardua eius negotia Barcinonam petiiſſe, ibiquè cum ex agens patriam feſtinaret, Cathalanorum execranda perfidia, ac rebellione bellum, ac excidium adeò cruentum inſurrexiſſe, vt Catholicæ Maieſtatis Fideles expertos, vel infantes occiderent. In hiſce ortis Barcinone verſabatur Baro tempore, quo lis prædicta inſurrexerat, ac decreta S.C. ad fauorẽ Partis fuerunt à Cathalanis detenta, expectans ſingulis momentis ſæpè minatam, ac euaſam necem. Hęc valdè nota ſunt, non inſiſtam, ſufficit pro cauſa allegare, huiuſmodi fuiſſe Baronis ſtatum, ac abſentiam, vt per duos annos aliqua eius notitia nõ habebatur, adeò quod mortuus à Parte ipſa iudicaretur in eius ſupplicatione porrecta die 24. Auguſti præteriti, in qua, ſtante figurata morte dicti Baronis, inſtitit, adminiſtrationem, ac tutelam eius filiorum ipſi vel in gradu proximiori decerni, ac cogi D. Mariam eius vxorem, ac procuratricem ad reddendum computa adminiſtrationis, quam faciebat, fol 1. in 2. proceſſu, & obtinuit decretum die 4. Septembris 1640. quòd omnes debitores, & tenentes facerent depoſitum, & ſequeſtretur vindemia, & quod dicta D. Maria exhibeat librum introitus, & exitus, ſicuti iam fuit exhibitus, & exhibitæ etiam partitæ exactionis, ac ſolutionis, fuitquè factum ſequeſtrum ſuper omnibus bonis Baronis, & in hoc iudicio fuit proceſſum vſquè ad aduentum ipſius. Videamus igitur, ſi talis abſentia mereatur reſtitutionis auxilium,

ſi qua

Digitized by Google

ſi qua alia ſubſit iuſta cauſa, quæ poſſit Baronem ex clauſula generali iuuare. Circa primum cùm Pars aduerſa, neſcio quo iure ſuffulta ſolùm cauſa Reipublicæ abſentibus reſtitutioné concedendam vanè vocitet, non recordatur, hoc auxilium non illis tantùm Prætorem pollicitaſſe, quibus expreſsè leges permiſerunt, ſed & iis, quibus non prohibent, l. nec non, §. qui eis, ff. eo. & quod à Doctoribus plurimæ abſentiæ receuſentur extra cauſam Reipublicæ, vt ex cauſa ſtudii, mercaturæ, negotiorum, peregrinationis, litigii, vt poſt Bart. in l. inter minores, ff. de in integ. reſtit. per Sforz. Odd. par. 1. quæ 7. per totam. Suppono primò, abſentiæ, quantum ad reſtitutionem attinet, quinque eſſe genera, gloſſ. in dict. l. inter minores, quarum duæ præcipuæ voluntaria, & neceſſaria, abſentiam igitur prædictam aut Pars prætendit fuiſſe voluntariam, quod non puto dicendum, & abſens ex cauſa voluntaria, ſi non fuit defenſus, vel ſi non legitimè ad totam cauſam reſtituitur, Bal. ibi nu. 6. ſi autem fuit defenſus Baro, vel nè, eſt valde notum meis Dominis Iudicantibus, qui hominem non viderunt, quis autem mortuum, prout Baro iudicabatur, erat defenſurus? Quibus accedat, quòd iuſta abſentia generaliter præſtat in integrum reſtitutionem, vt ex Iaſ. in §. ruſus, de action. num. 6. Sforz. Odd. par. 1. quæſt. 5. art. 4. non omittens, quod & ſi Procuratorem generalem reliquit Baro, vtiquè ille in hac cauſa tanti momenti non poterat interuenire, Anna alleg. 118 num. 12. per tex. in clem. 2. de Procur. & in cap. quòad translationem, de Offic. deleg. & vt docuit Bal. in l. ab eo, C. quomodo, & quando Iud. num. 7. abſens non tenetur Procuratorem dimittere in caſibus magnis, ſed ſolùm in mediocribus, vel minoribus, & pluribus cumulatis ſequitur ibidem And. Barbat. in addi. in verbo Reſpondeo. Aut neceſſariam confitebitur Pars abſentiam prædictam fuiſſe, prout confeſſa fuit, & quis dubitet, neceſſariam abſentiam edicto Prætoris locum aperire, vt expreſsè decidit Vlpian. in l. ſed & ſi per Prætorem, § fin. in fine, ff. ex quib. cauſ. maior. fuit autem abſentia prædicta nedùm ſimpliciter neceſſaria, ſed coacta, vt dictum eſt, nequè refragatur, abſentiam prædictam ab initio fuiſſe voluntariam conſequenter, licèt poſteà neceſſaria, ac coacta, propter ſuperuenientem rebellionem euaſerit, nihil proficere, cùm initium, & origo ſit attendenda, nam reſpondetur, hoc non procedere in reſtitutione in integrum ex capite abſentiæ, in qua non origo, ſed finis abſentiæ conſideratur, ſi fuit voluntaria, vel neceſſaria, l. ſi cui in Prouincia, §. tandiu, ff. eod. Item quando res incidit in caſum ab initio non cogitatum, tunc non origo, ſed finis inſpicitur, tex. eſt ſingularis in l. certi cōditio, §. depoſui, ff. ſi cer. pet. & in in integrum reſtitutione tempus latæ ſententiæ attenditur, l. 1. ff. ſi aduerſus rem iudic. meritò dū abſentiam prædictam adeò diuturnam, coactam, ac periculoſam ſolus Deus cognouerit, quid eſt, quod poſſit Baroni imputari, & ſi voluntariè Barcinonam profectus eſſet, vt eum à reſtitutione repellat? Non obſtat tex. in l. is, qui liti publicæ, ff. ex quib. cauſ. maior. vbi abſens cauſa Reipublicæ, ſi Procuratorem reliquit, per quem defendi potuit, non reſtituitur in integrum, vndè cùm Baro Procuratorem reliquerit, non eſt audiendus. Nam reſpondetur primò, illam legem loqui, quando præſens vult reſtitui contra abſentem, qui reliquit Procuratorem, quo caſu cùm habuerit quem conuenire potuiſſet, non eſt locus reſtitutioni, prout ita intellexit gl. ibidem in verb. nō audiatur, verſic. vel non auditur, quæ gloſſ. licèt plures afferat intellectus, tamen cùm iſte ſit vltimus, in eo reſidet gloſſ. Franch. dec. 221. num. 10. Secundò reſpondetur, quod ille tex. intelligitur, quando abſens cauſa Reipublicæ legitimè per Procuratorem fuit defenſus, prout intellexit Bar. & Bal. in eadem lege non alitèr eſſet, contra tex. in l. 1. ff. eod. ti. vbi abſentes cauſa Reipublicæ reſtitutionis gaudent beneficio, & contra tex. in dicta l. ſed & ſi per Procuratorem, §. fin. ff. eod. vbi generaliter abſenti ex cauſa acceſſoria ſuccurritur, ſi autem legitimè fuit Baro defenſus, iam dictum eſt. Nec dicatur, fuiſſe defenſum Baronem ex eo, quod à decreto domi lato per Dominum Commiſſarium, fuit reclamatum, ac rurſus reclamatum à decreto S. C. Nam defenſio non conſiſtit ſolùm in appellatione, quam interponere tenetur Procurator, ſed in producendo ſcripturas, teſtes, aſſiſtendo ad Tribunalia, omniaquè faciendo in iudicio, quæ in facto cōſiſtunt, & in defendendo tam in his, quæ ſunt iuris, quàm in his, quæ ſunt facti, Dec. in l. non videtur defendere, ff. de reg. iur. quid igitur fuit reclamationes interponere, ſi demùm non fuerunt defenſæ, nec in iure, nec in facto, prout hodie ſtudet Baro? Secundò ſuppono, Iudicis officio relinqui, vtrum qui abſentiam allegat in caſu reſtitutionis in integrum pro ſua defenſione, ita abſens fuerit, quod eius negotiis ſuperesse non potuerit, vt ex tex. in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſ. aliiſque ſimilibus tradidit Sforz. Odd. de reſt. in integrum, par. 1. quæſt. 7. art. 6 num. 41 & mihi expreſsè probatur in l. non enim, ff. eod. ti. Si igitur abſentia prædicta mortuum Baronem apud Partem ipſam conſtituit, erit ne à meis Senatoribus reſpuenda? Quoad ſecundum caput plurimas exiſtimo cauſas adeſſe iuſtiſſimas, quæ ex clauſula generali Baroni debent ſuccurrere. Primum impedimentum, quod à dicto conflictu habuit, ex quo Barcinonæ detentus nequiuit nec patriam petere, nec rebus ſuis ſaltem per literas proſpicere, immò nec ſui notitiam dare, vt Pars ipſa aſſerit, quæ potiſſima cauſa eſt reſtitutionis, l. non enim, ff. eo. vbi neceſſitate rerum impeditis ſubuenitur, l. nec non, §. ſi quis, eo. ti. vbi qui non poteſt recedere ab aliquo loco propter ſatiſdationem datam, licèt non ſit inuincibilis, reſtituitur, l. in eadem, ff. eo. vbi non ſolùm qui à militibus, ſtratoribuſquè detinentur, ſed à municipalibus miniſteriis, quod exponit gloſſ. ibi, municipalibus miniſtrantibus reſtituitur, & quis dubitet, quemlibet impeditum ſupereſſe ſuis rebus, ſi propter hoc impedimentum læſus fuerit, eſſe reſtituendum, Sforz. Odd. par. 1. quæſt. 8. ar. 7. Secundò decreta prædicta ad fauorem dicti Venuti fuerunt lata abſquè termino, & ſic non admiſſis probationibus, quas facere poterat Baro, & hæc potiſſima cauſa eſt reſtitutionis, Grammat. conſ. 130. Vrſill. ad Afflict. dec. 357. num. 4. Tertiò decreta prædicta, ex quo

nullo

nullo modo fuit Baro deſeſſus, ſunt cōtra manifeſtum tua ipſies, vt inf. s diceretur, & hæc eſt optima cauſa reſtitutionis ex clauſula generali, præcipuè quando petitur reſtitutio à Principe, vt in hoc caſu, prout concordando opiniones Legiſtarum, & Canoniſtarum tradidit Marſil. ſing. 473. num 5. Marant. 6. par. in vlt. actu, num. 61. Quarto poſt decreta prædicta cum aduentu Baronis fuerunt repertæ, & productæ quædam ſcripturæ, ex quibus omnino venit abſoluendus à dicta indebita (cū reuerētia) vexatione, & licèt ex ſcripturis de nouo repertis retractari nequeat ſententia, l. Imperatores, ff. de re iudic. l. ſub prætextu, C. de tranſact. quod intelligunt ibi Doctores, nec etiam per viam reſtitutionis in integrum, tamen hoc procedit in ſententia diffinitiua, non autèm in ſententia, & decreto interlocutorio, prout in caſu noſtro, contra quā propter ſcripturas nouitèr repertas ex clauſula generali rectè reſtitutio poſtulatur, Cyn. in l. ſi extraneum. C. de Epiſc. & Cler. Raph. Cuman. & Iaſ. in dict. l. Imperatores, ff. de re iudic. Sforz. Odd. de reſt. in integ. par. 2. quæſt. 73. art. 2. num. 19. & 20. Immò etiam ſententiam tranſactam in rem iudicatam reſcindi poſſe per inſtrumenta nouitèr reperta, & ignorata iuſta cauſa ignorantiæ, potuerunt Hipol. de Marſil. ſingul. 219. Veſtl. dict. dec. 556. num. 50. nam reſtitutio ex capite ignorantiæ rectè conceditur. Surd. dec. 4. per totam. Omitto reliquas cauſas, ſolùm non omittam, quòd ſi cauſæ ſupradictæ à præallegatis iuribus non reperirentur in ſpecie ſuffultæ, cùm Iudicis arbitrio ſit clauſulam generalem extendere, vel reſtringere, prout æquitas ſuggeſſit, Albe. in l. ſed & ſi per Prætorem. §. fin. ff. eo. Sforz. Odd. par. 1. quæſt. 8 ar. 6. profectò æquitas, iuſtitiam illam in hoc caſu extendendam eſſe ſuaderet. Quòad cauſam principalem omnino ſperamus, decreta S.C. per reſtitutionis auxilium ab eodem S.C. eſſe ſuſpendenda, attento tum ordine, tum iuſtitia. In ordine petijt dictus Venutt, quod Baro illi ſolueret duc. 12800 quos debet conſequi a dicta Vniuerſitate Guardiæ Greiæ, quod continuet ſingulis annis in futurum, & quòd conſi:tat cautelas ſtante impotentia dictæ Vniuerſitatis, & hoc petijt vigore pacti executiui, & ita obtinuit, videamus igitur, ſi pactum executiuum hoc caſu poſſit practicari. Porrò nequit negari, inſtrumentum prędictum aſſignationis dictarum functionum fiſcalium, ac pactum ſuprà relatum nihil continere certum, & liquidum, nec certa quantitas in eo fuit promiſſa, ſed caſu, quo dicta Vniuerſitas eſſet impotens declarata, ita quod non poſſet facere ſolutionem prædictam, teneatur dictus Vincētius, &c. ita quod illiquidum & cōditionale. Quodquè illiquidum ſit patet ex lectura ipſius, liquidum enim dicitur inſtrumentum, quando contra ſe nullas habere poteſt in contrarium oppoſitiones, aut exceptiones, Anton. Butr. in cap. cùm contingat, de reſcrip. Dec. conſ. 474. num. 3. & quando nulla indiget extrinſeca probatione, Catau. ritu 167. nu. 4 & 14. cùm enim innumeras inſtrumentum patiatur iuſtiſſimas exceptiones, & oppoſitiones, liquidum non eſt dicendum, Soc. conſ. 776. Cacher. dec. 159. num. 7. eò magis cùm extrinſeca indigeat probatione, nempè impotentia dictæ Vniuerſitatis, vt ex Catau. ſuprà dictum eſt. Illiquidum autèm inſtrumentum executionem non habere, niſi anteà liquidetur, docuit Bart. in l. per diuerſas, C. mand. Cacher. dec. 129. nu 5. & 6. Gramm. dec. 58. num 13. Catau. d. ritu 167. Giurba dec. 15. n. 6. & 7. Debet autèm liquidari cum libello, audita Parte, ac cum probationibus, Bar. in l. 2. C. de ſen. quæ ſine cert. quan. & in l. 1. ff. de eden. num. 8. Item cum ſententia nec proſunt probationes, ſi ſententia deinde non ſequatur, gloſſ. in l. ſed & ſi poſſeſſor, §. pen. ff. de iureiur. vbi Bar. Marin. Frecc. de liquid. inſtrum. par. 4. quæſt. 2. num. 43. ad 45. & eadem quæſt. 1. per totam. Eſt pariter inſtrumentum prædictum conditionale, §. ſub conditione, inſt. de verb. oblig. quis autèm ignoret conditionale inſtrumentum executionem non habere, cùm enim probandum ſit, extrinſecùs conditionem extitiſſe, Frecc. dict. quæſt. 1. num. 15. l. hoc iure, ff. de verb. oblig. Mantica de tac. lib. 14. ti 42. num. 4. niſi priùs probetur, extitiſſe conditionem, ac deindè Iudicis ſententia hoc declaret, non poteſt executioni demandari, Bal. in l. item quia, in add. num. 1. verſ. item nota, ff. de pact. & in puncto, quod vigore illius via executiua agi non poſſit, niſi priùs citato debitore conſtet, conditionem extitiſſe. docuit idem Bal. in l. ſiquidèm, num. 2. C. de excep. Alex. conſ. 119 lib. 1 Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 11. num 2. Ludouic. Cēc. de cenſ. p. 2. cap. 2. quæſt. 5. ar. 6. num. 26. Igitur ſi pactum executiuum Pars exercuit ex inſtrumento illiquido, & conditionato, & vigore illius obtinuit tempore, quo via ordinaria, ac dato termino erat agendum aduersùs decreta S.C. omni, qua decet reuerentia erit Baroni ſuccurrendum. Nec Parti opitulantur cartulæ, quas produxit, in quibus intendit impotentiam dictæ Vniuerſitatis, ac conſequenter conditionem extitiſſe, probare. Primò, quia ſunt cartulæ, Secundò quia nihil concludunt, ſi rectè conſiderentur. Tertiò, quia ſuper illis non eſt iudicatum, tandèm quia impotentia prædicta ſomniatur tempore, quo eſſet neceſſarium, per ſententiam fuiſſe declaratam impotentem, vt ex dicto inſtrumento, & iuribus præallegatis ſatis probauimus. Erat itaquè in cauſa prædicta dandus terminus, in quo nedùm Pars aduerſa probaret, conditionem extitiſſe, ac inſtrumentum liquidaret, vt dictum eſt (quod non fecit), ſed & Baro eius incumbentia deduceret, quis enim ignorat, quòd quotieſcunquè aliquid dari, vel fieri petitur, litis conteſtatio eſt neceſſaria, Bal. in auth. ſi omnes, C. ſi min. ab hæred. ſe abſtin. num. 5. & in l. properandum. C. de iudic. non enim poteſt ad diffinitiuam ſententiam abſquè litis conteſtatione deueniri, cap. 1. & toto ti. vt lite non conteſt. adeò quod etiam reſtitutio in integrum principaliter poſtulata litis conteſtationem requirat, cap. 2. de offic. Iud. & in Regno iura ſatis clara habemus, in qualibet cauſa iuxta illius qualitatem terminum eſſe impartiendum, vt in Ritu M. C. V. 69. & in Pragm. poſt prædictas 7. de ord. iudic. & ſi petatur terminus, ac denegetur, nullam eſſe ſententiam dixit Bal. in l. prolatam, C. de ſen. Afflict. in Conſt. Regni, Si quis in poſterum, 9. notab. Reg. de Ponte conſ. 59. lib. 1. Rouit. in dict. Pragm. 7. de ord. iudic. num. 8. & 9. & terminus

fuit

fuit pro parte dicti Baronis petitus, & tamen non fuit conceſſus, & abſquè termino reperitur deciſa lis prædicta. Quoad iuſtitiam promiſit dictus quondam Vincentius ſolutionem dictorum annuorum introituũ caſu, quo Vniuerſitas prædicta impotens eſſet declarata, vt dictum eſt, profectò vſquè adeò hoc non video, neſcio igitur, quomodo Pars aduerſa in eius petitione non erubeſcat, cùm verba inſtrumẽti adeò ſint clara, & ſi adeò manifeſta non eſſent ex iuris diſpoſitione, cùm Pars ſe fundet in Impotentia dictæ Vniuerſitatis, quis dubitet, neceſſe eſſe, vt per ſententiam dicta Vniuerſitas impotens fuiſſet declarata, vt aliquid poſſet prætendere, hoc profectò ſatis vulgare eſt, Bald. in dict. l. item quia, in additione, num. 1. ff. de pact. etiam ſi impotentia eſſet notoria, vt latè per Frecc. de liquid. inſtrum. dict. par. 8. quæſt. 2. num. 18. vſque ad finem, quomodo igitur nõ eſt declarata, immò non exiſtente dicta Vniuerſitate impotente, auſa fuit Pars S.C. inquietare? Nequè dicatur non eſſe neceſſarium, Vniuerſitatem prædictam impotentem declarari, ſed ſufficere, vt ea ſoluere non poſſit, & illis verbis, *foſſe dichiarata impotente, di modo tale, che non faceſſe, ne poteſſe fare il pagamento di detti fiſcali*, nã à verbis inſtrumenti non eſt recedendum, nec aliud eſt attendendum, quàm quod in inſtrumento ſcriptum videtur, Surd. dec. 202. num. 10. ſicquè pactum prædictum non eſſet adeò clarum, ſiquè dubitaretur, quo modo eſſet intelligendum, vel quod declaretur impotens dicta Vniuerſitas, vt quod non poſſit facere dictam ſolutionem, vtiquè interpretatio eſſet facienda contra Partem, quæ ex eo pacto nititur, vt latè poſt Mantic. de tac. lib. 2. ti. 4. num. 99. qui innumeros Doctores cumulat, ac de communi opinione teſtatur. Sed valde clarũ eſt pactũ, vt impotentem d. Vniuerſitatem declaratã deſideret, vt dictum eſt. Antonius Florillus. Facta relatione in S. R. C. die Veneris 24. Maij 1640. iunctis Aulis per Regium Conſiliarium Andream P.onenzalem, latè diſcuſſo articulo deciſum fuit, eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, & proindè infra quatuor dies audiantur Partes, & indè poſteà confirmatum in reclamatione, penès Secretarium, in *Bãca Figliolæ* Mag. Act.

Reſtitutio in integrum petita per mulierem aduersùs ſententiam aſſiſtentiæ prolatam ad inſtantiam domini cenſus ſuper domo vendita ſub haſta, in qua etiam fuit auditus, & pecuniam in computum ſui crediti receperat, & ſi in alio iudicio tacita venditione fuerit proſecutum, ob quod eius hypotheca fuit reſoluta, concedi an debeat, ex ſuppoſita facti ſerie oſtendebatur, quod cùm fuiſſet vendita quædam domus Angeli Caſaburo ſub haſta ad inſtantiam eius creditorum, comparuit Abbas Io. Dominicus Paganus, & fecit oblationem duc. 2402. pro ipſa franca, & libera ab omni onere cenſus, redditus, & ſeruitutis & ratione laudemij, & hoc in Banca de Felice, aduersùs quam ſe oppoſuit Federicus Tomacellus Marchio Ciniani, inſtando, non procedi ad venditionem ipſam, & ſuperſederi in cauſa, dùm in eodem S.C. in alia Banca Borrelli erat fabricatus magnus proceſſus voluminoſus pro deuolutione dictæ domus, ſolutionibus cenſuum decurſorum, & pro alijs prætenſis ab eodem & inſtabat pro vnione proceſſuum, nihilominùs non obſtante tali oppoſitione fuit proceſſum ad talem venditionem, præuia accenſione candelæ, remanſit eidem Abb. Pagano plus offerenti, ac vltimo licitatori, qui deinde depoſuerat pretium oblatum pro emptione dictæ domus, cum expreſſa proteſtatione, velle emere dictam domum pro franca, & libera, inſtando, non procedi ad liberationem dicti pretij, audito ipſo Marchione, & ſtante dicto depoſito peracto cum dicta forma, vnde ſub die 5. Maij 1600. fuit conſignata poſſeſſio eidem emptori, verùm quia non poterat liberari abſquè graduatione creditorum ipſius Angeli, ad quorum inſtantiam fuerat facta venditio, quibus intimatis, & in ſpecie Laurentius Manfreda Procurator ipſius Marchionis fuit citatus, qui inſtiterat, ſuum principalem graduari hoc loco, & cum effectu fuit, cum cenſibus decurſis duc. 418. à die contractus, & loquebatur de illorum extinctione, dùm emptor emerat pro franca, & libere, nec erat veriſimile, quod Marchio erat creditor pro dictis cenſibus à die contractus, ideò fuerunt liberati duc. 500. in cauſam declarãdam, quos ita receperat, quietando Caſaburum, ac cedendo iura eidem emptori, inde ſurdo aure præfatus Marchio, nulla facta mentione de prędictis in aliena Banca inſtando petiit, condemnari Caſaburum ad cenſus decurſos, & ſe obligandum de facie ad faciem, & obtinuit, procedi ad venditionem eiuſdem domus, pro qua fuit expedita licentia de vendendo, & emanatio bannorum, quo peruento ad notitiam emptoris, comparendo expoſtulauit remiſſionem ad ſuum Iudicem, intereà dum facto ipſo emptore, & inde ſucceſſo obitu ipſius Marchionis inſurrexit Mons operarũ Miſericordiæ huius Ciuitatis hæres eiuſdem Marchionis, & inſtitit, condemnari D. Antonium Paganum ad ſoluendum cenſus decurſos, & præſtari aſſiſtentiam, inde præſtita aſſiſtentia fuit pro parte ipſius petita reſtitutio in integrum pro reformatione ſententiæ, ſtante notoria lęſione, non obſtante prætenſione ipſius Montis ex ſequentibus, ſcil. Primò, quia ſi Abbas Paganus emit à S.C. & ſub haſta, etiã audito Marchione, quem Miſericordiarum Mons repræſentat, per iudicialem illam venditionem pignoris ſub haſta factam fuit diſſoluta, ac reſoluta hypotheca omnium creditorum, immò etiam & ipſius Marchionis legitimè auditi, atque citati, ita quod res ipſa liberè remanere debeat emptori, ac creditoribus poſteà venientibus, aut ex pretio non ſatisfactis minùs detur recurſus, vt poſſint agere contra emptorem poſſidentem rem illam ſub haſta venditam, ſed tantùm aduersùs creditores poſteriores, quibus ſub cautione fuit pretium, ſiuè pecunia liberata, ita enim poſt indiuidualia iura firmanit Caual. in ſpecul. pract. quæſt. 820. num. 49. Fontanell. de pact. nup. tomo 2. clauſul. 5. gloſ. 8. par. 7. ex num. 48. cum ſeqq. relegandus, quia vt ſic per plures vices iudicatum recenſet à Senatu Cathaloniæ, Tepat. in compend. var. ti. 417. cap. 19. verſ. tamens præcedentibus, Ant. Faber lib. 7. Cod. tit. 42. defin. 9. num. 1. vbi ait, emptorem ſub haſta iudiciali inquietari non poſſe

à creditoribus, qui elegerunt viam venditionis, etiam ſi ſatisfacti non fuerint, & eo. tit. defin. 14 ſubdit, creditores, quibus vocatis facta fuerit venditio ſub haſta, non poſſe inquietare emptorem bonorum, aut poſtulare, vt iterum vendantur, & lib. 8. Cod. ti. 17. de diſtract. pign. defin. 29. ſubdit, qui bonis ſub haſta venditis, comparuit, & iubente Iudice pretium obſignauit penès eum, qui à Iudice in eam rem nominatus eſt, licèt inauditis creditoribus, liberatur perinde ac ſi creditoribus ipſis mandante Iudice ſoluiſſet, nec refert quicquam, an depoſitarius ille pecuniam malè cuſtodierit, vel inter creditores perperam diſtribuerit, eſt enim quod imputetur potiùs Iudici, qui iuſſit, quàm emptori, qui parere habuit neceſſe, ita Senatus in cauſa R. Bernardi Combet, &c. Hieron. de Leo. dec. 367. tom. 2. Barbat. ſuper Pragm. de aſſiſt. glo. 12. num. 66. ac non diſſentit Greg. Lopez in l. 14. ti. 13. par. 5. gloſſ. vlt. & quidem hæc concluſio tenetur ita ſolidè iudicatarum auctoritate ſulcita, ac à tot, tantiſquè Doctoribus amplexata, iniriū irrefragabile fundamentum habet in l. ſi eo tempore 6. & in l. ſi hypothecas, C. de remiſſ. pign. quibus dicitur ſolui hypothecā, facta venditione ſub haſta rei hypothecatæ præſentibus creditoribus, illi enim videntur obligationem pignoris remiſiſſe, neque enim fides haſtæ fiſcalis facilè conuelli debet, iuxta tex. in l. 1. & 2. C. ne Fiſc. rem, quam vend. euinc. lib. 10. & in præallegata l. ſi hypothecas, nec quis debeat decipi auctoritate Officialium publicorum, arg. l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr. cùm publicorum Officialium auctoritas, ac ſubhaſtatio tribuat ementi bonam fidem in re ſubhaſtata, ad tex. in l. 80. ff. de reg. iur. de quo meminit Morer. reſp. 23. num. 13. ac firmet contractum, & perpetuò roboret, iuxta tex. in l. fin. C. ſi propter pub. penſ. vēd. fuer. cel. ibi cū ſolutio ceſſauerit ſub haſta diſtracta comparauerit, perpetuum emptionis accipiat firmamentum, inde Reg. Tapia in dec. S.C. 12. num. 20 ex Loffr. & Vrſill. ſubdit, quòd venditio ſub haſta facta reuocationis periculo minimè ſubiaceat, quin & publicas iſtas venditiones retractari, non ſolùm eſſe iniquum, ſed etiā exemplo pernicioſiſſimum exclamet Faber in ſuo Codice, præcit. lib. 7. ti. 32. defin. 14. in pr. Secundò, quia hæc ipſa concluſio, quæ veritatem, & iuſtitiam habet à ſupremis Senatibus inſectatam in ea facti ſpecie, in qua emptor iubente Iudice ſub haſta emerit, ac pretium, quāuis inauditis, vel non ſatisfactis creditoribus ſuperuenientibus depoſuerit, vt nihilominùs inquietari, vel moleſtari non debeat, cùm ſit quod imputetur potiùs Iudici, qui iuſſit, quàm emptori, parere qui habuit neceſſe, abſque vllo difficultatis ſcrupulo (etiam in ſententia eorum, qui contrarium ſubſtinuerunt) obtinet, atque procedit, cùm creditor anterior nedùm notitiā, ac ſcientiam habuit venditionis, conſtituendo Procuratorem, ac in omnibus inſtando auditus, verùm etiam & pretium, præcedentibus geminatis inſtantijs pro graduatione, & relatione crediti, immò & ipſius liberatione, recepit in cauſam ſiquidem declarandam, ex qua ſola participatione pretij ſequitur ratihabitio, & approbatio venditionis, & ad ipſum realis, & effectiuus conſenſus, arg. l. quidam ex parte, ff. de euict. vbi Bal. & Salic. ex ſola pretij participatione concludunt, ſequi conſenſum præiudicatiuum recipienti, & ibidem Bartig. cùm actus illi poſitiui pro relatione, & graduatione crediti ipſius Marchionis tunc temporis prætenſi creditoris anterioris, ac exhibitio inſtrumenti proprij crediti, vt in proceſſu Lauræ de Falco, immò & receptio crediti in cauſam declarandam liberati, operetur, quòd videatur Marchionis ius ſuum vendidiſſe, ſecundùm Ang. in d. l. quidam, ex quo non eſt patientia pura, ſed coniūcta cum actibus indicantibus conſenſum, prout firmant Alber. in l. Caius 39. num. 2. ff. de pign. act. & Viſill. ad Afflict. dec. 249. num. 9. ac ipſemet recipiens de euictione teneatur, ſecundùm Fulgoſ. in præalleg. l. quidam, & in pignore ipſo ſibi præiudicat, ex Bart. in eadem l. quidam, ita quod tantum ſuper pretio ad agendum ſuperſit actio, per tex. expreſſum in l. mater tua 3. C. de rei vend. & in terminis relegendus D. Thomas Carleual de iudic. tom. 2. lib. 1. ti. 3. diſp. 22. ſub num. 8. verſ. immò & ratihabitio creditoris idem operatur, &c. allegando tex. in l. ſi debitor 4. §. ſi in vēd. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. & Manticam de tacitis, & ambig. conuent. lib. 12. ti. 31. ex num. 47. ac congitur ſolemne Papponij arreſtum, lib. 11. ti. 3. de hypo. ſub nū. 10. & Seraſin. ſolemnis, & iudicialis dec. 1353. relegenda, ergo ſtante ratihabitione huiuſmodi venditionis, quæ in facto controuerti non valet, & ex ratihabitione, conſenſu approbatiuo, ac conſentienti, & partem (vt contenditur) pretij recipienti præiudicatiuum abſolutum manet, quod vel fuit reſoluta hypotheca Marchionis ſuper re ſub haſta vendita, vel ſaltem ita temperanda eſt, vt operaratur aduerſùs creditores poſteriores, quibus fuit pecunia depoſita per emptorem ſub haſta liberata, ſub cautione de reſtituendo, &c. & non aduerſùs rem ipſam, iuxta tradita per Ant. Fab. lib. 7. ti. 32. de bon. auct. Iud. poſſid. defin. 9. verſ. nam qui dici ſolet, nihil intereſſe emptoris, an alij creditores ſuperueniant, nec ne, proptereà quod non aduerſùs eum, ſed contra legatarios, & poſteriores creditores conditionem habituri ſunt, &c. & poſt ſingularia iuris, ac Iuriſconſultorum reſponſa indiuidualiter videndus comprobauit D. Thomas Carleual, præcitata diſp. 22. ſub nu. 12. Tertiò quia ſi poterat Caſaburus debitor cenſus ad ſui libitum affrancare, & extinguere cenſum ſuper domo conſtitutum, prout ex inſtrumento ſubconceſſionis factæ Caſaburo, & ex inſtrumento conceſſionis à Marchione Illis de Plumario, & alijs, ſecundùm tradita per Folletum in praxi cenſual. in verbo inſtrumentum gratia pro conſimili pretio, per totum, Felicianus de cenſibus ſub rubrica de redemption. cap. vnico, per totum, Cene. de cenſib. par. 3. cap. 1. ar. 7. iam cùm poterat Caſaburus debitor offerre, ac cenſum illum affrancare, ita & valebat extraneus quilibet, etiam inuito, & repugnante Caſaburo eundem ipſum cenſum redimere, ita quod ſtatim reali oblatione facta, verè cenſus extinctus dicatur, & domus liberata, prout ex Bald. & alijs fundat Felician. de cenſ. lib. 2. cap. 1. num. 11. quin & poſſe cogi creditorem ad quietandum, & reddendum inſtrumentum crediti, affirmat Cyr.

in l.obſignatione 9.ſub num.5.& 6. vbi Butrig. Salic.& alii,C.de ſolu. quia etiam ſi amicus depoſitum debitæ quantitatis faciat, tamen liberat pignus,& debitorem, ac contractum reſoluit,ſicut expreſsè fundauit Bar.in l.qui decem. §.1.ff.de ſol.& in l.ſolutionem,ff.de ſol. Cenc. de cenſ.par.3.cap.1.num.4.per totum,quod ſi ex fundatis,& in ſuperioribus demonſtratis,iuxta veriſſimam,ac receptiſſimam ſententiam à Feliciano comprobatam, etiam extraneus cenſum redimere,ſeù ſupprimere poterat, hoc præſtitit Abbas Paganus emptor ſub haſta domus redimibili cenſui ſuppoſitæ, deponendo oblatam quantitatem duc.2042.ſatis exceſſiuam ad ſatisfaciendum prætenſum creditum Marchionis,tam pro cenſibus decurſis,quàm pro laudemijs,ſiuè capitali cenſus, ſub ea ſpeciali lege, vinculo,& conditione,ne foret liberanda, niſi audito ipſo Marchione pro omni eo,quod prætendere valeret ſuper domo empta ex qualibet cauſa,& actione,tam dominij,quàm hypothecæ,& hoc ideò vt dominium, & poſſeſſio domus prædictæ,ac integer eius ſtatus remaneat perpetuò francus, liber, & immunis ab omni prætenſione cuiuſuis perſonæ, quia ſic obtulerat emere pro franca,& libera, & non aliter ab omnibus cenſibus,& capitali cenſus,vt ex oblatione in Banca de Felice,& in proceſſu eiuſdẽ Lauræ de Falco,in eadem Banca,& hoc fuit per S.C.executum,vrgentibus creditoribus Caſaburi, quod idemquè eſt, ac ſi Caſaburus ipſe feciſſet,cùm Iudicis factum dicatur factum Partis,ad tex.in l.ſi ob cauſam 13.C.de euict.& cõcludit de Franch.dec.200. num.4. & Ludouiſ. dec.Rotæ Romanæ 193.num.3. Quartò quia Abbas Paganus emptor ſub haſta domus in actis deductę, nequaquam voluntariè ſoluit reteris creditorib.poſt Marchionẽ,ſed depoſitum totius quantitatis oblatæ fecit ſub illa expreſſa lege,vinculo,& conditione,prout iam ſuprà in facti ſerie fuit adnotatum,ergo ſtatim facta obſignatione pecuniæ fuit liberatus, ad tex.expreſſum in præcitata l. obſignatione 9.C.de ſol.& in l.acceptam,C.de vſur.ac tradit gloſſ.in dict.l.obſignatione,vbi Ang. & Bal. in princip. Bart.& Paul.in præcitata l.acceptam,ante nu.3. cùm effectus depoſit, & obſignationis ſit liberare debitorem,pignora diſſoluere, ac hypothecas deſtruere, ſecundùm Bal. in dict.l. acceptam,in princ. C. de vſur. Salic.ſub num.1.ac Angel.ibidem,in princ.affirmantem, denegandam eſſe hypothecam creditori, cùm per depoſitum pecuniæ plenariè,ac ipſo iure debitor ſit liberatus,ac omnis creditoris actio extinguatur, ad tex.in l.qui res.§. aream, ff. de ſol. & firmat Neguſ.de pignor.par.5.membro 3. in 3. par.nu. 8.Cornazan.dec.76.nu.2.Coſta de remed. ſubſid.remed.103.num.3.Muta dec.19.nu.4. Menoch.de arb.iudic.lib.3.caſu 232. num. 20. qui omnes eam reddunt rationem,quia depoſitum habet vim ſolutionis ex indiuidualibus iurium, ac Iuriſconſultorum reſponſis, quæ non tranſcribo.Quintò,quia pretium domus prædictæ ſub haſta venditæ, iam extat virtute cautionis præſtitæ per quemlibet creditorem de reſtituẽdo pecuniam cui,quibus,& quando,ſecundùm Paul.de Caſtro in l.1. §.ſed ſi plures,num.6.& 7 ff.de trib.act.Annam patrem ſing.537.Annam filiam conſ.56.num.4.Præſid.de Franch.dec.75. num.7.& dec.200.num.11.vbi firmat,pecuniam liberatam cum cautione nunquam confundi, ſed ſemper dici,extare verè,& non fictè, vigore cautionis præſtitæ, ac D. Carleual cit. diſpu.22. ſub num. 12. vbi innumeros adducit, ergo ſi pretium verè extat,abſolutum manet, vt Mons operarum Miſericordiæ Marchionis hęres ſuper eo agere debeat,& non aduerſùs emptorem domus per S.C.ſub haſta venditæ, maximè ad euitandum circuitum inutilem,prout relegendus indiuidualiter ad caſum vertentem firmauit idem D.Carleual.præalleg.diſp.22.ſub n.12. verſ.creditor,prior poſteà veniens ad iudicium habebit ius contra poſteriores creditores, & eorum fideiuſſores ad auocandam pecuniam, & interim non debet prætendere nouam pignoris venditionem,vt euitetur circuitus, & non moleſtare emptorem, non etiim debet reuocari quod de nouo faciendum eſt, vt proſequitur,nonnullis adductis exemplis Perez de Lara de anniuerſ.lib.1.cap.10.ex num. 69. præſertim cùm regulare ſit, rem iure venditam non auocari à poſſeſſore,quantumuis ſit reuocata cauſa,ex qua facta fuit venditio, vt docuit gloſ. in l. Fulanius §.cùm hoc edictum verbo oportet fraudationis,verſ.quid ergo, ff.ex quib.cauſ. in poſſ.eat.&c.quinimmò idem D.Carleual adducit in fine tex.quem dicit elegantem in l.ſi ex cauſa 10.in princ.ff.de minor. & in l.ſi fundum 94.ff.de leg.1.Sextò,& tandem hoc ſuadet ęquitas, ſecundũ quã habens plures actiones, vel plura remedia,cogitur eligere viã minus oneroſam,& per quam,inſpecta vtilitate vtriuſque Partis negotium commodiùs expediatur, ad tex.in l.1.vbi Paul.ff.ſi quis caut. in l.cùm Stichus 29.in fine,ff.de ſol. & ad literam comprobauit de Franch. dec 41. num.7. ſed inſpecta vtilitate vtriuſque Partis, immò etiam,vt ſalua ſit auctoritas S. R. C. ſub clypeo cuius Abbas Paganus emptor ſub haſta ita cautè obtulit,depoſuit,ac contractauit,ac fides haſtę fiſcalis nõ tam de facili conuellatur, ſed ad eam accedenti integra,& illibata ſeruetur, vt publicorum Officialium poteſtas ex alterius in bona fide contrahentis irreparabile præiudicium minus lędatur, commodius negotium expeditur, ſi actio aduerſùs creditores poſteriores, quibus ſub cautione fuit pecunia liberata detur,quã ſi aduerſus ipſum emptorem domus,qui regreſſũ exinde habeat contra eoſdem creditores, igitur vitanti circuitus gratia nedum ex iuſtitia, verùm etiam ex æquitate, vt ſic debet ſeruare. Quibus tandem vt ſic ſolidè firmatis concluſionibus,nec primo refragatur,quod cùm Marchio Cluſani Federicus Tomacellus inſtitiſſet, acta vniri in Banca Butrelli,ac audiri in omnibus,ideoque Procuratorem conſtituiſſet in Bãca de Felice,tamen actus extinctus candelæ, & decretum,quod conſignetur poſſeſſio Abbati Pagano plus offerenti,ac vltimo licitatori, eidẽ non fuit notificatum, ſicque minùs videri poſſit, quod fuerit auditus in venditione domus prædictæ. Etenim reſpondetur primò,hoc,quod eſt audiri Federicum Tomacellum Marchionẽ Cluſani prætenſum anteriorem creditorem ex cauſa capitalis cenſus,nec non ex cenſuum, ac laudemiorum inſtitiſſe conſimiliter Abbatem

Paganum

Paganum oblatorem pro emenda domo à S. C. venali expoſita ad inſtantiam creditorum Caſaburi in ſua oblatione, ſicq; per Abbatem Paganum non ſtetiſſe, immò expreſsè, & ſpecifice vt ſic in ſua oblatione cauiſſe, vt audiretur Federicus Tomacellus iàm conſcius venditionis pro omni eo, quod prætendere voluiſſet, tùm ex cauſa capitalis cenſus, quam eorundem cenſuũ, & laudemiorum, cuius ſufficiebat hoc in caſu citatio per proclama, & venditionis ſub haſta notitiam habere (quam indiuidualem, & ſpecificam habuit, dùm comparuit Marchio Cluſani) ex quo venditio domus principaliter non fiebat, ſed contra Caſaburum vtilem dominum domus, ſecundùm Bart. in l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign. cum quo concordant Cyn. Salicet. Ang. & cæteri Scribentes in d. l. ſi eo tempore, ac Aloyſ. de Leo in l. 1. C. de remiſſ. pign. Quod ſi Marchio iàm programmate admonitus, ac ſciens venditionis non appellauit, videtur pignora amiſiſſe, ità vt nec ipſe, nec eius hæredes conquæri vlteriùs valeant, ſecundùm Innoc. in cap. cum venerabilis, circa finem, extrà de relig. dom. & ſibi præiudicauit per acquieſcentiam, ſecundùm Bald. in l. ne arbitris; C. de arbit. Alex. conſ. 136. n. 2. vol. 2. cùm omnis actus iudiciarius, qui fit parte præſente, niſi contradicat, noceat, & taciturnitas habetur pro conſenſu, ad text. in l. ætate, §. qui tacuit, ff. de interrog. act. & dixit Bald. in l. 1. n. 1. C. de relat. perpetuò meoriendũ per illum tex. quod ſi Iudex facit aliquem actum præiudicialem, præiudicet parti ſcienti, & tacenti, ità vt vlteriùs non habeat facultatem appellandi, nec reclamandi, cùm malitioſa taciturnitas non debeat tertio nocere, iuxtà tex. in cap. 1. extra de frig. & malefic. Secundò reſpondetur, tùm actum extinctionis candelæ, quam decretum conſignationis poſſeſſionis nulli perſonæ in proceſſu fuiſſe notificatum, ſicq. non poſſe conquæri Marchionem, cur cæteris fuiſſet notificatum, & non ipſi, ſiuè eius legitimæ perſonæ, eo magis quia cùm venditio domus principaliter non fieret contra Marchionem, ſed contra Caſaburum vtilem dominum domus, acta venditionis domus Caſaburo debitori, & non alijs veniebant notificanda, ad text. expreſſum in l. 4. C. de diſtract. pign. & cùm fuerit exindè Marchio auditus, monitus, & requiſitus in cæteris concernentibus liberationem depoſiti, & nunquam de venditione fit conqueſtus, immò petendo ſuum creditum, & pro eo in anteriori loco inſtando graduari, & referri inter creditores Caſaburi, ac pretium ipſum recipiendo, & vigore decreti liberationis ſe obligando, verè acquieuit, & venditioni conſenſit, ſiuè eam ratam habuit, iuxtà fundata, ac in ſuperioribus demonſtrata, ità quod ad præſens minùs valeat directò agere contra emptorem rei ſub haſta, ſed omni iure experiri debeat aduersùs cæteros poſteriores creditores, quibus fuit pecunia cum cautione liberata, ideòq. extare dicitur, ſecundùm ea, quæ in his terminis videndus fundauit D. Conſil. Carleual ext. diſput. 22. ſub n. 8. ver. immò & ratihabitio creditoris idem operatur, ac ſub n. 12. Card. Seraphin. præcit. dec. 1333. ſub n. 1. & ſeqq. tom. 2. Secundò principaliter nec aduerſatur, quod videatur poſitum in electione, & facultate creditoris anterioris facta venditione ſub haſta ad inſtantiam poſteriorum, vel agere aduersùs creditores poſteriores, quibus fuerit pecunia ſub cautione liberata, vel aduersùs tertium, ſiuè rei emptorem, iuxtà nonnullorum Doct. ſententiam, quod aduerſarius ex aduerſo expendit. Siquidèm quàmuis verùm ſit, nonnullos Doct. in eam iuiſſe ſententiam, prout teſtatur idem D. Conſil. Carleual in toties allegat. diſput. 22. ſub num. 4. quod hypotheca non ſoluatur per venditionem factam ſub haſta, niſi ex pretio fuerit creditori hypothecario ſatisfactum, attamen nullus dictorum Doct. ab aduerſa parte expendi, & adduci valebit, qui in eam deſcendat ſententiam, ac à noſtra diſcedat, quãdo creditor anterior quocunq. modo de venditione ſub haſta notitiam habuerit, ac partem pretij recipiendo præuia inſtantia pro graduatione, & relatione inter creditores communis debitoris eidem venditioni, vel conſenſerit, vel ratam habuerit (ad quod idem operatur) ſic enim indiuidualiter concludit limitando prædictam ſententiam idem D. Conſil. Carleual, qui cæteros allegat, & ſigillatim ſcrutatur, quos non tranſcribo præalleg. diſput. 22. ſub num. 9. & 12. quin & in fine ſubdit, ad ſummum poſſe practicari, quod ſi creditores poſteriores, & eorum fideiuſſores ſoluendo non ſint, habeat creditor prior iò ſubſidiam actionem contra emptorem, ità intelligendo Seraphin. dec. 1333. in cuius deciſionis caſu prior creditor nullam venditionis habuerat notitiam, nec in aliquo fuerat auditus, monitus, requiſitus, nec vllam venditæ rei in pretio partem receperat, & cùm dicit concluſum ſub num. 3. poſſe D. Marium emptorem ſub haſta authoritate Iudicis compellere poſteriores creditores, vt ſoluerent anterioribus, idq. via executiua, ſtante obligatione facta per eos de ſoluendo, & reſtituendo, &c. ita quod directò nõ non fuit aſtrictus emptor, vt ſolueret anterioribus, ſed vt via exequutiua cogeret poſteriores, vt virtute obligationis per eos factæ tempore receptionis, ac cautionis præſtitæ ſoluerent anterioribus, & prioribus, idq. via executiua. Tertiò neq. vim facit proteſtatio facta per Marchionem, ac reſeruatio iurium addita per Dominum cauſæ Commiſſarium ambarum partium, ac reſtantis quantitatis prætenſæ per Marchionem, vt in ſecundo decreto legitur. Etenim reſpondetur, proteſtationem illam ex pluribus non obſtare, primò, quia aduersùs publicam venditionem ſub haſta factam proteſtatio non releuat, neq. ſuffragatur, prout indiuidualiter concludit Faber in d. lib. 7. tit. 32. de bon. auct. iudic. defin. 5. illis verbis, rurſus nec diſtinguemus, an qui præſentes fuerint, proteſtati ſint, nè quid ei præiudicij ex publica venditione fieret, nec nè, nihil enim poteſt ea proteſtatio aduerſus publicam venditionem auctoritate Iudicis factam, ità Senatus in eadem cauſa, &c. quin & ſub nu. 9. in allegatione expendit tex. in l. tutor vrgentibus 47. in princip. vbi Bart. ff. de minor, ſecundò quia proteſtatio illa clam, & in abſcondito facta, ac Abbati Pagano minus notificata eidem abeſſe non valet, cum nunquam annulletur actus, qui fit cũ alio per proteſtationẽ in occulto factam, ſecundum Afflict. In deciſion. 282. num. 8. vbi Vrſill. nu. 11. Vinium deciſion. 251. Menoch. de arbitr. caſu 461. Tertiò tandem, quia

fuit facta poſt decreta interpoſita ab eodem Marchione acceptata, vnde vt contraria facto minus habebit releuare poteſtatem, iuxta vulgatas regulas, & reſeruatio iurium ambarum Partium, & quantitatis reſtantis prætenſæ per Marchionem, non fuit poſita per Dominum Commiſſarium cauſæ in primo decreto liberationis factæ duc. 500. in cauſam declarandam ad beneficium Marchionis, ſed in ſecundo decreto eiuſdem liberationis, inaudito Abbate Pagano emptore fuit adiecta, ſicquè nullitèr, & minùs legitimè, cum non valeat Iudex poſt ius quæſitum Parti ex primo decreto eidem illi addere, ſiue minuere, ad tex. expreſſum in l. poſtquam Iudex ff. de re iudic, & in l. mortis, §. iſte forte, ff. de pœn. quæ iura expendit Iaco. Nouel. in reg. 37 incip. *Iudex lata ſententia*, ſiue decreto non poteſt illam emendare, corrigere, addere, vel mutare, qui ex Alex. Bart. & aliis eam adducit rationem, quod lata ſententia, ſiue interpoſito decreto illo, eſt ius quæſitum Parti, in cuius quidem fauorem lata eſt, adeò quod eam mutare, vel addere non poſſit ad eius præiudicium, quod idem adnotauit Valaſc. in ſua conſul. 37. ſub num. 1. loquens in terminis eius, qui emit ſub haſta, vt ſecundùm terminos iuris communis perfecta venditione nihil poſſit eidem per Iudicem addi in eius præiudicium, quidquid aliud foret vigore ſtatuti. Secundò vbi eadem reſeruatio ritè, recteque proceſſiſſet (prout non proceſſit) operari non poteſt ſuper domo, ſed ſuper depoſito, & pretio domus, quæ vigore cautionis præſtitæ per cæteros creditores dicuntur cerare, iuxta fundata, ac in ſuperioribus demonſtrata, quibus in his terminis loquentem addimus D. Carleual. dict. diſp. 22. ſub num 12. circa med. & Papon. in ti. de ſubhaſt. arreſt. 10. verſ. non obſtante, quod dominus feudalis id recuſaret, prætendens, & dicens, ſibi alia iura feudalia ob alias præcedentes mutationes deberi, quorum nomine ſubhaſtationibus ſeſe non oppoſuerat, prædictoquè arreſto prædicto feudali domino actionis ipſius, quæ aduersùs alios, quam appellantem adiudicatarium competerent, reſeruatæ fuerunt, dictumque fuit à prædicto Seneſcallo malè iudicatum fuiſſe, qui contrarium dixit, &c. & hoc idem voluit noſter Præſ. de Frãch. quamuis ex aduerſo allegetur in ſua dec. 200. ſub num. 21. vt creditor pretium accipiendo, ex venditione pignoris præſumatur recipere, vt minùs perdere, & cautior eſſet potius, quàm voluerit, & receptione iura ſua perderet contra debitorem, ſicquè loquitur Præſ. de Franch. quod non cenſeatur creditor recipiendo pretium ſibi præiudicare contra debitorem, non ego dixit, vel dicere ſomniauit doctiſſimus noſter de Franch, vt ſibi non præiudicaret in iuribus aduersùs emptorem rei ſub haſta, ſed tantùm dixit aduersùs debitorem, quem in contingenti caſu nos non tuemur, ſed tantum dicimus, quod ſatis, ſuperquè fuit Abbati Pagano emptori ſub haſta in oblatione proteſtari, quod audiretur Feder. Tomacellus Marchio Cluſani pro omni eo, quod prætendere voluiſſet, tam pro cenſibus, & laudemiis, quàm pro capitali cenſus, & in depoſito expreſſam legem apponere, & ſpecificum vinculum, ne foret liberandum, niſi audito Marchione pro omni eo, quod prætendebat, tam ratione dominii, quàm hypothecæ, tam ex cauſa cenſuum decurſorum, quàm ex cauſa capitalis cenſus, quod ſi hoc ipſo apud Prætorem allegato, nihilominùs coactus fuit vt ſolueret, ſiuè potiùs S.C. ſoluit poſterioribus, nihil eſt, quod emptori imputetur, ſicuti in terminis relegendus dixit Faber dict. tit. de bon. auct. iudic. poſſ. defin. 9. ſub num. 8. allegando tex. in l. ait Prætor 7. §. ſed & ſi ei, verſ. puto autèm, ff. de minor. ac ſubdens, quod bene ſoluit, dũ quiſq; ſoluit cogente Iudice, ad tex. in l. ſancimus 25. C. de admin. tut. ergo dicendum erit, peccaſſe in hac facti ſpecie S.C. ſed abſit, vt Supremi Senatus auctoritas, quæ omnes terret, lædatur, & illud tantùm dicatur, quod dixit Anton. Faber in præcitata defin. 9. vt à Iudice quãdiu de anteriorum creditorum iure dubitatur, non debeat cæteris iam indubitatis mora fieri, ſed eis ſub cautione liberari, ex quo facto concludimus, vt in ſecundo decreto per Dominum Commiſſarium interpoſito, licèt inaudito Abbate Pagano ſub haſta emptore, diceretur citra præiudicium iurium ambarum Partium, ac reſtantis quantitatis prætenſæ per Marchionem, quaſi quod de ea per ſententiam, vel aliunde liquido non conſtaret, ideòque reſeruatio facta fuerit, quæ operabitur vel aduerſus debitorem, vel cæteros poſteriores creditores, quibus ſub cautione fuit pecunia liberata, at non aduerſus emptorem rei, quæ per venditionem ſub haſta, & per depoſitionem pretii fuit ab omni hypotheca ſoluta, ac liberata, iuxta fundata, & in ſuperioribus demonſtrata, vt aduertit idẽ Anton. Faber in eadem defin. 9 in verſ. proptereà, quod non aduerſus eam, ſed contra legatarios, & poſteriores creditores conditionem habituri ſunt, &c. Quartò, & tandem eadem facilitate ſoluitur obiectum, quod cenſus ille non erat redimibilis à Subcenſuariis, ſicquè neque ab extraneis, vel à S.C. cuius factum reputatur factum Partis, ex quo facultas illa affrancandi per primam redemptionem a Flumario factam, fuit conſumpta. Enimuerò cùm iam ſuprà in facto, & in iure demonſtrauimus, cẽſum ipſum, tùm etiam ſubcenſum fuiſſe redimibilem, atquè affrancabilem, nunc tantùm addimus, hoc noſtro in caſu fore de indubitabili, cùm idem Caſaburus ſubcenſuarius fuerit vt ſubcenſuarius acceptus, & recognitus à Marchione, qui eum acceptando, non poteſt alia lege acceptare, niſi expreſsè tunc temporis fuiſſet proteſtatus, quã fuerit ei ſubcenſus conceſſus vt in cap. 1. §. profectò, ti. de capit. Corrad, ſed in hac ſubcenſuatione per Flumarium expreſsè fuit Caſaburo conceſſa facultas affrancandi, & redimendi, & Caſaburum ſubcenſuarium expreſsè, & abſquè aliqua proteſtatione acceptauit Marchio in iudicio, ergo cenſetur acceptaſſe cum ea lege, cũ qua fuerat ſubcenſus conceſſus, & ſic cum facultate affrãcandi, cũ actus legitimi nõ recipiãt conditionem, neque diem, ad tex. in l. actus legitimi, ff de reg. iur. & confeſſio, ſiue ratihabitio, quæ mandato comparatur, in ciuilibus non ſcindatur, iuxta vulgatas regulas. Facta relatione in Sacro Conſilio die 25. menſis Maii 1642. per Regium Conſiliarium Don Didacum Salinas, deciſum fuit, eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum per hæredes quondam

Abba-

Abbatis Io. Dominici Pagani, ac Antoniæ Paganæ, penès Secretarium, in Banca de Felice, alias Barrelli.

Reſtitutio in integrum petita aduerſus ſententiam, ſiue decreta S.C.& iam obtentum ſimpliciter per Spectabilem Præſidem verbum fieri in S.C. ad finem videndi, non aliter adiecta clauſula illa, non impedita executione, an operetur executionis effectum, hoc contingit diſcuti in S.C. in cauſa Ill. Principis Noyæ, cum Ill. Marchione Serræ, & pro iuribus ipſius Ill. Principis fuerunt ſequentia allegata per ſubſcriptum ſtrenuiſſimum Aduocatum, videlicèt. In nota facti ſatis clarè fuit deductum, Ill. Principem Noyæ ab anno 1573. ſemper continuatis temporibus fuiſſe in poſſeſſione exigendi annuam præſtationem tumulorum 106. frumenti pro cenſu ex cauſa conceſſionis in emphyteuſim factæ euiuſdam territorij de pertinentiis terræ Cerclariæ Ill. Principis Biſiniani tunc vtilis domini Ciuitatis Caſſani, cum qua Ciuitate fuit vnitū territorium prædictum, & illa vendita cum omnibus iuribus, & pertinentiis ad beneficium Marchionis Serræ in anno 1620. mediante perſona Antonii Pallauicini fuit per decretum Spectabilis Regentis Zufiæ ordinatum, quod dominus Antonius emptor Ciuitatis prædictæ nomine dicti D. Marchionis Serræ debuiſſet cōtinuare ſolutionem prædicti cenſus, ſeruata forma inſtrumenti, à quo decreto d. D. Marchio Serræ appellauit ad S.C.& fecit depoſitum ducatorum mille, & per S.C. ad relationem Regii Conſil. Salinas in anno 1635. fuit confirmatum decretum Spectabilis Regentis Zufiæ, & liberatum depoſitum, iterum reclamauit Marchio Serræ, & facto verbo in anno 1641. iterum fuit confirmatum per S.C. nouiſſimè Spectab. Præſes S.C. conceſſit, de nouo verbum fieri in S.C. & per aliam decretationem, quod fiat verbum, ad finem videndi, an ſit locus reſtitutioni in integrum, & non dixit, circa præiudicium executionis duorum decretorum S.C. Pro parte Ill. Principis Noyæ dicitur, per decretationē factā ad finem videndi, an ſit locus, non potuiſſe cōcedi, vel ſi concedenda, omnino cum clauſula, non impedita executione decretorum S.C. Primò, quia eodem tempore fuit conceſſa pro eadem cauſa reclamatio, & ſic remedium ordinarium, quod facit ceſſare remedium extraordinarium, prout eſt reſtitutio in integrum, auxiliū enim extraordinarium in ſubſidium introductum eſt, & non concurrit cum ordinario, l. in cauſæ cognitione, la ſeconda 17. ff. de minor. Reg. Ronit. in Pragm. 1. de minor. num. 19. Marant. par. 6. verſ. & quandocunquè appellatur, num. 87. Secundò, licèt fuerint pro parte Illuſt. Marchionis Serræ præſentatæ aliquæ fides, quod tempore vltimi decreti erat in bello, tamen certum eſt, quod in hac cauſa reliquerat Paulum Spiritum Procuratorem inſtructum, quo caſu ceſſat reſtitutio in integrum, tex. ad literam in l. is, qui, la prima 39. ff. ex quib. cauſis maior. is, qui Reipublicæ cauſa abſuturus erat, ſi Procuratorem reliquerit, per quem defendi poterit, in integrum volens reſtitui, non auditur, & ſi per tex. in l. fin. ff. eo. tit. concedatur reſtitutio ad appellandum tamùm, cùm adſit ſupplicatio facta pro reclamatione, omnino debet ceſſare remedium reſtitutionis. Tertiò poſt prædicta duo decreta S.C. fuit petita executio, & fuit tractatum de executione decretorum per ſex menſes antequam petita eſſet reſtitutio, immo depoſitum ducatorum mille fuit liberatum pro executione decretorum S.C. vnde cùm ſit cœptum exequi, vt ex ſola præuentione in petendo executionem ante poſtulatam reſtitutionem, ceſſat hoc remedium, Puteus dec. 185. lib. 2. Rota diuerſorum dec. 346. num. 6. par. 1. Ripa in l. 4. §. condemnatum. num. 30. ff. de re iud. Reg. Ronit. in Pragm. 1. de minor. num. 25. Ex quibus non poterat concedi, vel ſi concedenda, ſaltim cum clauſula, non impedita executione decretorum S.C. Primò, quia clarè patet, hanc reſtitutionem continere notoriam iniuſtitiam, & calumniam in poſſeſſorio, quo caſu in ſententia, & decretis S.C. non debet impedire executionem, punctualiter dixerunt Afflict. dec. 356. num. 6. Capyc. dec. 53. num. 3. Theſaur. dec. 181. num. 3. verſ. non eſſe ſuſpendendum ab executione, & ita ſemper vidi obſeruari, alias ſemper eſſet aperta via fraudibus, de Franch. dec. 86. num. 8. de quo de nouo facit mentionem idem Præſ. de Franch. dec. 702. n. 2. ibi, quando non petitur cauſa calumniæ. Secūdò, decretum S.C. declarat, quod conuentus cōtinuet ſolutionem, & ſic Princeps ante dicta decreta erat in poſſeſſione exigendi, quo caſu petita reſtitutio non eſt concedenda ad finem impediendi exactionem, vt in puncto dicit Sforz. Odd. de reſtit. in integ. par. 1. quæſt. 43. num. 40. Tertiò, reſtitutio in integrum nil aliud eſt, niſi repoſitio in priſtinum ſtatum ante prolatam ſententiam, Sforz. Odd. quæſt. 58. art. 6. num. 56. ſed certum eſt, quod ante vltimum decretum, quo fuit dictum, fieri verbum, ad finem videndi aderat aliud decretum S.C. quod continuet ſolutionem in futurum, à quo decreto eadem Pars obtinuerat Regiam decretationem de verbo faciendo, non impedita executione, & ſic debere manuteneri Ill. Principem in eo ſtatu poſſeſſionis, in quo erat ante vltimum decretum, de quo petitur reſtitutio, ex quibus ſupplicatur, decretationem de verbo faciendo ad finē videndi reuocari, vel ſaltem moderari cum clauſula, non impedita executione duorum decretorum S.C. Io. Vincentius Iouenis. Quocirca facta relatione in Collaterali Conſilio per Spectabilem Dominum Regentem Hectorem Capycium Latro Marchionem Torelli fuit decīſum, quod ſuſpenſo decreto Spectabilis Præſidis S.C. Sacrum Conſilium procedat ad executionem decretorum per idem interpoſitorum, penès Grimaldum Cancellarium, & ipſius verba ſunt hæc. Super relatione facta per Spectabilem Præſidem S.R.C. ad inſtantiam Illuſt. Principis Noyæ in cauſa, quam habet cum Ill. Marchione Serræ, Barone Caſſani. Die 4. Aprilis 1645. Neap. Facta de prædictis relatione Suæ Excellentiæ in Regio Collaterali Conſilio per Ill. Marchionem Torelli Regentem Capycium Latro, Reg. Collateralem Cōſiliarium, & Commiſſarium, Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Viceres, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, atque mādat, quod ſuſpenſo decreto lato per Spectabilem Præſidem S.R.C. ſub die 23. Auguſti 1644. quod ſer-

uetur

Digitized by Google

netur Regia decretatio de verbo faciendo loco reclamationis, Sacrum Regium Conſilium prouideat de iuſtitia ſuper executione eius decretorum. Et nihilominùs declaratum eſt, benè fuiſſe prouiſum per eundem Spectabilem Præſidem in alio decreto ſub eodem die lato, quod Magnificus cauſæ Commiſſarius verbum faciat in Sacro Regio Conſilio ad finem videndi, an ſit locus petitæ in integrum reſtitutioni, non impedita tamen executione decretorum eiuſdē S.R.C. Hoc ſuum, &c. Zufia Regens, Sanfelicius Regens, Capycius Latro Regens, Salamanca Regens. Io.Baptiſta Grimaldus Regius à Mandatis Scriba. Proceſſus extat in Sacro Conſilio in Banca de Cantone, nunc de Simeone in cauſa vertente inter Marchionem Cerchiaræ, & Ill. Principem Biſiniani, ad præſens inter Ill. Principem Noyę hęredem Marchionis Cerchiaræ, & Marchionem Serræ, Baronem Caſſani. Et ſi regulariter reſtitutio in integrum impediat executionem ſententiæ, contra quam fuerit petita, niſi malitiosè fuerit petita, ex rationibus deductis à Minſinger. ſingul. obſeruat. centur. 6. obſeru. 80. de quo prolixiùs agit poſt Scacc. de appellat. quæſt. 9. in med. 2. num. 84. Carrocc. in tract. de except. contra ſent. except. 48. vbi etiam num. 29. inquit, quod reſtitutio impedit executionem duarum conformium habentium vim trium, nihilominùs num. 72. ſubdit, quod reſtitutio in integrum non impedit executionem inſtrumenti, vel ſententiæ, quando is, contra quem petitur ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, putà cenſus, penſiones, & ſimilia, ex Bero. conſ. 119. num. 1. lib. 3. Sfor. Odd. de reſtitutione in integrum, quæſt. 42. art. 3. num. 17. Eò ampliùs quando fuerit cœptum exequi, vel conſumata executio, Scaccia vbi ſuprà, num. 210. Carrocc. ibidem, num. 47. & deciſum tradit Statil. Pacif. de Saluiano interdicto inſpect. 4. cap. 4. numer. 21. vbi in præcedenti num. 20. limitat, regulam non procedere, quando eſſet præuentum in petenda executione ante poſtulatam reſtitutionem, & ex multis ibi relatis nu. 22. declarat, quandò dicatur cœpta executio. Inſuper quando adeſſet clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, vt ibidem Scaccia num. 78 Carroc. vbi ſuprà num. 8. & adeſſet clauſula, ſine retardatione ſolutionis, vt ibi Statil. num. 39. & ſeqq. aut clauſula, parito iudicato, & ſimilibus traditis per Scacc. & Carrocc. vbi ſuprà, prouti eſt conſuetum in ſupplicationibus porrectis Præſidi S.C. quando reſtitutiones in integrum petunt, adijci clauſulam illam, non impedita executione, quæ & ſi fuiſſet in caſu prænarrato omiſſa, cenſeri debet appoſita ex conſuetudine ſolita.

Retentio an competat donatario pro re ſibi donata, ſi fortè donatarius ſucceſſerit donanti, vel eſſet in poſſeſſione rei donatæ, concurrentibus alijs creditoribus, cùm ſit certum de iure, ipſam dari faciliùs, quàm petitionem, Gratian. cap. 269 num. 15. Anna conſ. 36. nu. 3. Franch. dec. 104. num. 5. Molign. de reten. quæſt. 8. Surd. dec. 277. num. 1. & dec. 253. num. 11. Borgn. dec. 30. num. 111. par. 2. Eò magis quandò oritatur ex hypotheca, Gratian. cap. 255. num. 27. prouti erat in facto, non obſtante inſtrumento donationis in actis præſentato, in quo faciliùs hypotheca appoſita cenſetur, iuxta communem ſtylum Notariorum ſemper cenſetur appoſita. Borgn. dec. 16. num. 1. par. 2. & adeò verum eſt, quia in inſtrumento Notarius hypothecam ponere poteſt, licet Partes nihil dixerint in contrahendo, Surd. dec. 213. num. 5. Et quod ob res donatas poſſit fieri retentio, Bar. in l. 1. § taceat, num. 11. C. de rei vxor. act. allegat tex. in l. diuortio, §. ob dol. ff. ſol. mat. Ideò in cauſa D. Octauij Villagut Carafæ contra D. Franciſcum, & Ferdinandum Caraſa fratres, & alios litis conſortes, & Sacrum Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ fuit prolata ſententia ſub die... iunij 1575. ad relationem Regij tunc Conſiliarij Vincentij de Franchis, in Banca Iubeni, nunc Cantoni, ſeù Zuozi, & inter cætera hæc verba leguntur, videlicèt. Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, & declaramus, præfato Magnifico D. Octauio Villagut Carafæ licuiſſe, & licere retinere ex bonis, & hæreditate quondam Magnificæ Lucretiæ Villagut eius materteræ ducatos 20000. eidem D. Octauio donatos per dictam Dominam Lucretiam, mediante inſtrumento donationis celebrato ſub die 18. Ianuarij 1599. in proceſſu præſentato ſub die 7. Septembris 1574. &c.

Retentio an competat legatario pro re ſibi legata, videbatur negandum, poſtquam talis retentio competit ratione hypothecæ, probat Statil. Pacif. dec. 211. num. 8. poſt tract. de Saluiano interdicto, Anna filius conſ. 43. num. 17. Anna ſenior alleg. 80. num. 9. Cancer. var. reſol. p. 11. 1. cap. 7. n. 128. Gratian. cap. 256. num. 27. Sed pro legato competit tacita hypotheca, l. 1. C. communia de leg. cum alijs apud Gratian. cap. 611. num. 11. & 23. meritò ceſſare videtur retentio, ſicuti non datur retentio hæredi pro legato quantitatis, Surd. dec. 205. num. 8. Quamuis Mandell. in cōſ. 529. num. 48. intrepidè affirmet, retentionem pro creditis, & legatis competere, & meliùs Martius dec. Senenſ. 91. num. 5. & 20. maximè quando ſine vitio rei legata ad ipſum peruenerit, & Ripol. var. reſol. cap. 13. à num. 716. ad 724. probat, ſi legatario permiſſum ſit retinere legatum ſibi factum in teſtamento non ſolemni, & affirmatiuè concludit etiam in foro conſcientiæ, licèt tamen pro menſura debiti, Gratian. cap. 542. num. 41. Poſtquam retentio datur in omni caſu, vbi adeſt obligatio, ex Bar. in l. non ſortem, §. ſi centum. num. 2. ff. de cond. indeb. & Neguſant. de pignor. in 4. membro 5. p. ſub num. 46. quos ſequitur Statil. Pacif. de Saluiano interdicto, inſpect. 2. cap. 2. num. 128. vbi ſubdit, hanc Bart. opinionem eſſe veram, ex Caſtr. Oſaſc. & Surd. quidquid aliter ſenſerint Sarlic. & Rym. immò datur retentio pro qualibet re debita, Mollign. de reten. quæſt. 414. & quæſt. 417. Ex quo legatarius petit rem legatam vti debitam, & poteſt agere hypothecaria, & rei vendicatione, Statil. Pacif. dict. tract. inſpect. 3. cap. 4. num. 193. cùm pro legato competat hypotheca in bonis teſtatoris, & pro fideicommiſſo vniuerſali, ante tamen reſtitutam hęreditatem, re, vel verbo, Surd. dec. 261. num. 1. immò etiam retentio competit non habenti hypothecam, Gratian. dict. cap. 721. num. 24. Ideò in cauſa Dom. Octauij Villagut Carafæ cum D. Franciſco, & Ferdinando Carrafa, ac alijs litis conſortibus, &

Sacro

Digitized by Google

Sacro Hoſpitale S. Marię Annunciatæ, prolata fuit ſententia ſub die ... Iunii 1575. ad relationem Reg. tunc Conſil. Vincentij de Franchis, in Banca Iubent, in qua inter cætera hæc verba leguntur. Inſuper declaramus, dicto D. Octauio licuiſſe, & licere præcapere, ſeù retinere in compenſationem annuorum ducatorum 500. ſuper gabellis Ciuitatis Monopolis eidem D. Octauio legatorum per Magnificum quondam D. Franciſcum Carrozzam in eius teſtamento condito ſub die 8. Martii 1549. & inde aperto ſub die 14. eiuſdem menſis, & per d. D. Lucretiam retrouenditorum, ſeu venditorum Magn. quondam Iulio Palmerio nomine Ciuitatis prædictæ ſub die 22. Octobris 1549. annuos ducatos 180. eidẽ D. Octauio per dictam D. Lucretiam, nec non annuos ducatos 300. emptos à Magnifico D. Franciſco de Touar de pecunia redacta ex venditione dictorum introituum Ciuitatis Monopolis eidem D. Octauio vt ſuprà legatorum, vnà cum introitibus, fructibus, ſiue intereſſe quantitatis prædictæ liquidandis à die, quo D. Octauius effectus fuit annorum quindecim, ſeruata forma teſtamenti prædicti D. Franciſci, & quando per dictam quondam D. Lucretiam fuiſſent retrouenditi introitus prædicti, declaramus, licere retinere ducatos 5000. pro eorum pretio, detinendos tamen dictos ducatos 5000. ſeruata in omnibus forma teſtamenti prædicti, &c.

Retentio an detur conductori domus pro meliorationibus factis in ea, ſtante interpoſitione decreti lati executiui, vt exfractare deberet ad inſtantiam alterius conductoris, ſeu emptoris, de hoc verba fecimus ſuprà eo. verb. Exceptio meliorationum, hoc contigit in cauſa Illuſtr. Marchionis Torelli meritiſſimi Regentis Hectoris Capycii Latro cum Ill. Marchione Sancti Iuliani, quamuis opponens de meliorationibus non impugnet ſententiam, ſed bene dicat, habere iuſtam cauſam retinendi rem ob expenſas, & meliorationes factas, vt inquit Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de fideiuſſor. par. 1. ſect. 3. cap. 13. aliàs 22. numer. 4. ſubdens, magnum eſſe retentionis remedium, adhuc tamen relatis hinc inde opinionibus inuicem contrariis Ioannes Franciſcus Andreol. controuerſ. forenſ. controuerſ. 42. per totam ipſorum ſententiam contrarias concordare nititur, vt ibi erit videre per traditionem à nobis relatam ſuprà eodem verbo Exceptio meliorationum, placuit tamen allegationes editas per verſatiſſimum in iure peritum Michaelem Angelum Grazium Aduocatũ eiuſdem D. Reg. Hect. Capycii Latro inſerere ad eiuſdem inſtitiæ tuitionẽ, videlicet. Quò verò ad retentionem pro prætenſis meliorationibus dicimus, illam nullatenùs dicto Marchioni competere, ſed erit dandus terminus in cauſa, ſtante depoſito facto ducatorum centum pro dictis meliorationibus prætenſis, quæ quando liquidæ non ſunt, ſufficit depoſitum, Alciat. conſ. 450. num. 26. & ita deciſum teſtatur Gamma dec. 4. num. 3. & caſu, quo meliorationes forſan erunt maioris quantitatis, erit cautum dicto Marchioni cum obligatione dicti Regentis, aut ad peius cum cautione de ſoluendo iudicatum, ſiquidẽ licèt regulariter pro meliorationibus detur retentio, l. ſi in area, ff. de cond. indeb. cum ſimilibus allegatis per D. de Franch. dec. 122. num. 1. Mareſc. lib. 1. var. reſolut. cap. 112. num. 1 attamèn regula illa plures habet limitationes, ſeù reſtrictiones, quę caſui, de quo agitur, applicantur. Primò, nam dicta regula non procedit, quando meliorationes non ſunt probatæ, ac verificatæ, tunc enim decretum exequitur, ea ratione, quia non ſufficit ſola meliorationum verbalis allegatio ad retardandam executionem. vt ex Cum. Cagn. & aliis probat Maſtrill. dec. 98. num. 6. Secundò, etiam ſi meliorationes fuiſſent probatæ, dicta regula non haberet locũ, ſi non ſunt liquidæ, aut de proximo liquidari poſſunt ex oculari inſpectione, tunc enim ſufficit cautio de ſoluẽdo iudicatum, Maſtr. qui alios adducit ibidem, num. 9. & ſic ceſſat retentio, Benint. dec. 77. n. 7. cum ſeqq. vbi ſic iudicatum refert, quam ſententiam ſequutus eſt Senatus Mediol. in arduiſſima cauſa, vt teſtatur Raud. in addit. poſt eius conſ. 10. num. 371. vol. 1. eandem opinionem tuetur Puteus dec. 471. num. 6. lib. 2. Roſental. de feud. tom. 2. cap. 10. concl. 43. à num. 120. vſquè ad 130. Monac. dec. Bonon. 22. num. 106. Ludou. Poſtius in tract. de manut. obſeru. 12. num. 49. & 50. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. num. 568. Ricc. collect. 150 par. 1. Valaſc. de iura emph. quæſt. 25. num. 23. Gratian. lib 5 diſcept. forenſ. cap. 957. num. 41. qui etiam ſic iudicatum teſtatur num. 2. quod procedit etiam ſi in ſententia fuiſſet ordinatum ſolui meliorationes, Capyc. dec. 17. in fine, aliique, quos refert, & ſequitur Maſtr. vbi ſuprà num. 103. qui ita deciſum per Conſiſtorium aſſert, numero 11. in fine, idque procedit indiſtinctè in cauſis ſummariis, & executiuis, vt eſt hoc iudicium exfractationis, Garſia de expenſ. & melior. cap. 6. num. 19. & proinde regula ſumpta ex dict. l. ſi in area procedit, ſi meliorationes ſunt liquidæ, vel per ocularem inſpectionem liquidari poſſunt, tunc enim conceditur retentio, etiam ſi offeratur cautio, Maſtr. qui alios allegat dicta dec. 98. num. 7. & 8. Roſent. Monac. & Poſtius vbi ſuprà, & tamen in caſu pręſenti non ſolùm non fuerunt probatæ, ſed nec liquidari poſſunt, per ocularem inſpectionem. cùm deductæ non ſint ſpecificè, ſed tantùm genericè. & proinde ſufficeret cautio de ſoluendo iudicatum, & tamen in caſu præſenti fuit factum depoſitum ducatorum centum. Immò etiam ſi dictę meliorationes eſſent liquidiſſimæ ex viſura loci, non tamen conſtat, illas fuiſſe factas à dicto Marchione, ſeù ab eius parte, ad obtinendum enim pretium, & retentionem meliorationum duo requiruntur. Primò, quod illæ ſint liquidæ, vel incontinenti liquidandæ, vt ſuprà diximus. Secundò, quod probat excipiens, ipſum feciſſe melioramenta, ſecundùm Bart. in l. 3 ff. qui met. cauſa, Caſtr. conſ. 270 num. 4. lib. 2. Burſat. conſ. 534. num. 96. lib. 3. Honded. conſ. 85. num. 41. lib. 1. Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. cap. 193. num. 1. Statil. Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 2. cap. 2. num. 108. & 144. ſola quidem poſſeſſio non eſt ſufficiens, vt dicatur fuiſſe facta à poſſeſſore, cùm poſſit eſſe facta ab alio, à quo non habet iura ceſſa, ſine quibus nihil ei acquiritur, Rol. conſ. 28. num. 31. lib. 1 Gratian. dict. cap. 193. n. 2. Peregr. dict. art. 50. num. 53. de fideicom. Carroc.

de

Digitized by Google

de locato,tit.de melioram.quæſt.2.in fine, folio 222.Pacif.dict.inſpect.2.cap.a.num.208.& ſeq. vbi alij citantur. Tertiò quia poſt decretum exſtactationis interpoſitum per M.C.fuerunt oppoſitæ meliorationes in genere,& proinde non datur retentio,vt ſeruat praxis S.C. D.de Franchis dict.dec.112.num.17.quem refert,& ſequitur Peregr.qui ita obtinuiſſe in facti contingentia teſtatur in tract.de fideicommiſſis, artic.50. num.81.& de ſupradicta practica S.C.ita etiam teſtantur Cartocc.de locato,tit.de expenſ.num. 27.Mareſc.var.reſol.lib.2.cap.112.nu.23. Alex. Trentac.lib.3.var.reſol.tit. de pignor.& hypothec.reſol.1.verſ.præſtata procedit,fol.208.col.2. Barbat.de aſſiſt.præſt. gloſſ.3.num.39.in fine, verſ.quidquid autem ſit de iure, Barboſ.in l.diuortio §.fin.in 2.par.num.34.ff.ſol.mat. eoque magis,nam tale decretum exſtactationis habet executionem paratam,Mauſon.de cauſ.execut. ampl.35.num.31.appellari enim ab eo non poteſt,Grammat.dec.58.num.15.& conſ.ciuil.111. num.9.Nepita ad Conſuet.Catan. tit.68.num. 84.Cartoc.dec.19.num.34.& except.44.nu.29. in tract.de except.& de locato,par.3.tit.51.de moment.poſſ.num.2.& 3. & par.6.tit.de appellat.alios refert,& ſequitur Giurba dec.59.num. 21.Intrigl.ſingul.36. intellige quoad actum ſuſpenſiuum, ſecùs quoad deuolutiuum, dum agitur de cauſis executiuis,Hieron.de Leo dec. Valent.16.tom.1.& dec.197.tom.2. Pariad.rerũ quotidianarum lib.2.cap.fin.par.1.§.4.num.20. Quartò vt locum habeat repetitio impenſarum, & pro eis retentio, illæ debent eſſe neceſſariæ, dict.l.ſi in area,& l. domum,C.de rei vend. ibi nullam habent repetitionem, niſi neceſſarios ſumptus fecerit,ſequitur Mareſc.var.reſol.libro 2.cap.109.num.2.Cùm neceſſariæ illæ dicantur impenſæ,quæ fiunt neceſſitatis cauſa,ne res depereat,vel deterior fiat,l.impenſæ,ff.de verb.ſignif.vt puta quando vetera ædificia inſtituuntur,aggeres fiunt,flumen auertitur,arbores in locum demortuarum ſubrogantur,& ſimilibus, de quibus in l.1.& 2. & in l. impenſæ neceſſariæ ff.de imp.in reb.dot.fact.Peregrin.qui alia exempla adducit de fideicom.dict.art.50.num. 6.& ſeqq.ſequitur Mareſc.dict.cap.109.num.1, & quando non ſunt admodùm neceſſariæ, non repetuntur,Boer.dec.47.num.10. nec etiam ſi ſunt modicæ quantitatis, Caſt. conſ.270.col.3. verſ.ſi verò parua,lib.2.per tex.in l.omnino,ff.de impenſ.in reb.dot.fact. Mareſcot.vbi ſuprà,nu. 18.& tandem quando impenſæ, & meliorationes non reſpiciunt perpetuam rei vtilitatem, ſed ſolùm impendentis commodum pro tempore,quo poſſidet,l.3.& 4.ff.de impenſ.in reb.dot. fact.Boer.dec.414 Gomeſ.var.reſol.tit. de contract.cap.3.num.20.quos, & alios referens ſequitur Mareſc.vbi ſuprà,num.19 & propterea impenſæ non ſolùm debent eſſe neceſſariæ, ſed etiam vtiles coniunctim, Igneus in dict.l.dudum,num.70.& ſeqq.C.de contrah.emptione, Tiraquell.de retractu conuent.§.7.gloſſ.1.nu. 3.cum alijs adductis per Gratian.cap.957.num. 34.lib.5. diſceptat.forenſ. cùm vtiles omnino ſint reſtituendæ,Alexand.conſ.168.num.8.lib.2 Mareſcot.lib.2.cap.110.num.2.& vtiles dicuntur meliorationes, quæ meliorem rem faciunt, & deteriorem eſſe non ſinant,vt arbuſtum, paſtinatio,& vltra quod neceſſe fuerit,l.impenſæ §.1.ff.de verb.ſignif.Mareſcot.dict.cap.110.nu. 1.& propterea quando non conſtat, impenſas eſſe neceſſarias,& vtiles coniunctim, retentio locum ſibi non vendicat, Gratian.loco citato, num.42.& licet regulariter impenſæ vtiles deducantur,tamen hæc regula plures habet limitationes.Primò non deducuntur, niſi appareat de vtilitate eius,quod impenſum eſt, cùm non ſufficiat probare impenſam,niſi ſimul probetur ipſa melioratio, Rota diuerſ.dec.398.num.4. par.1. & propterea prætendens impenſas tanquam vtiles debet vtilitatem probare,vt tradit Soc.iun.conſ.62.ſub num.3.lib.3. & ita iudicatum per Rotam Romanam dicit Mareſc. dict. cap.110.num.26.ex traditis per gloſſ.in l.fundo, C.de rei vend.& per Abb.in cap.1.num.4. de reſtit.in integ. & propterea debetur quod fuit melioratum, non quod fuit impenſum, quando tamen plus eſt impenſum,quàm melioratio, & è contrario,ſi plus eſt melioratum,quàm impenſum,debetur quantitas impenſæ, & ſic minor quantitas attenditur,Neguſant.de pignor. membro 4.par.5.num.11. Secundò fallit regula prædicta in modica impenſa, quæ non deducitur,l.hactenùs, ff.de vſufr.l.omnino.ff.de imp. in reb.dot.fact. Menochius de recuperanda poſſ.remed.15.num.552. Mareſcot.ibidem,nu. 38.qui id intelligit,vbi impenſæ ſeparari non poſſunt,ſecùs verò ſi ſeparari poſſunt, & num. 40.tradit, Iudicis arbitrio eſſe remiſſum, quænam dicatur impenſa modica, ſecundùm gloſſ. in dicta lege hactenùs, quam ibi ſequuntur Ang.num.2.& alij paſſim, prout nec etiam voluptariæ expenſæ debentur per modum æſtimationis,ſed tantùm per ablationem, l.in fundo, §.conſumus,ff.de rei vend.l.pro voluptariis §. ff.de impenſ.in reb.dot.fact.Mareſc.dict.lib 2. cap.111.nu.2. Ex his igitur luce clarius liquet, Marchionem D.Didacum Montaluum eſſe excludendum non ſolùm à prælatione, ſed etiam à petita retentione ob prætenſas meliorationes ſpecificè non deductas,nec probatas,ſtante depoſito facto ducatorum centum,& quatenùs illæ probentur in termino, & maiorem quantitatem excedant,fuit per D.Regentem oblata cautio de ſoluendo iudicatum,& proinde omnino erit confirmandum decretum latum per M.C.quod dictus D.Marchio adueniente tempore 1.Maij caſtacter a domo prædicta. Neapoli die 13.Feb.1644. Michael Angelus Grizzius. Relata fuit deciſio ſupra in dicto verb. Exceptio meliorationum,& his etiam conueniunt ibi adducta per nos pro corroboratione præmiſſorum,& ſup.in verb.Prælatio.

Retentio feudi an concedenda ſit heredi,qui nõnullas pecuniarum quantitates ſoluerat diuerſis creditoribus defuncti, illas in promptu producendo,in caſu, de quo agebatur videbatur negandum, poſtquàm ipſe hæres non fecerat inuentarium, & propterea actiones confuſæ videbantur.Quo fit,vt retentio non detur hæredi,non facto inuentario, creditorum reſpectu,cùm actio ſua confundatur,ita Phanuc.de inuent.par.7.num.84. Ex aduerſo autem replicabatur,qualiter cùm ipſe hæres petierat reſtitutionem in integrum aduerſùs inuentarium non confectum,& iam illa fuerat conceſſa, vt

dixi

dixi ſuprà verbo Reſtitutio, videbatur poſitus hæres in priſtinum locum, prout talis reſtitutio eundem effectum operatur, Ciarlin. controu. iuris, cap.101. num.54. Borgn. dec.14. num.1. 12. & 17. par. 1. Gabal. miſcel. 110. Et propterea cùm ipſe perſoluiſſet dictas pecuniarum quantitates diuerſis creditoribus hæreditatis, inſtrum erat, vt conſequeretur ſuum creditum, & conſequenter illud repeteret, Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap.22. num.18. ex eo, quia ſoluens pro alio dicitur eius negotia vtiliter agere, Idem probat in dict. tract. cap.25. num.9. Verùm quia retentio datur illi, cui datur actio, ita Ciarlin. controuer. iur. cap.37. num.104. & conſequenter faciliùs datur retentio, quàm actio, & petitio, Borgnin. dec.30. num.111. par.2. Surd. dec.277. num.1. & dec.253. num.11. Maut. Aret. de retent. nu.70. Graſſ. de except. in except.16. num.22. Barz. dec. 108. num.37. & 40. Caualer. dec.645. nom.5. Ludouiſ. dec.425. num.2. Eò quia retentio fauorabilior eſt cauſa acquiſitionis, idem Maur. Aret. in tract. de retent. num.65. Honded. conſ.16. nu. 21. vol.1. Ludouiſ. dec.265. nom.3. Molignat. de retent. quæſt.15. Quapropter cùm ipſa retentio concedatur creditori, ad cuius manus peruenit res debitoris, licèt eam non habeat obligatam, Surd. dec.46. num.9. Mollign. dict. tract. quæſt. 301. & ſucceſſiuè datur pro pecuniis ſolutis pro liberatione bonorum, Muta dec.12. num.18. ſic etiam retentio datur ſoluenti pretium creditori rei, & intranti in locum dicti creditoris, donec pretium rei hypothecatæ, quod ſoluit, ſibi reſtituatur, Cornaz. dec.106. num.25. Et demùm quod retentio datur hæredi, qui ſoluit de ſuo debita hæreditaria pro rata debiti extincti, ex Menoch. conſ.185. num.30. & ſeqq. Surd. deciſ. 92. num.2. in fine, aſſerens, eſſe veriorem, & communiorem opinionem, refert Caualer. dec. 130. num.1. vbi nom.3. ſubdit probando, quod hæres, qui de proprio ſoluit debita hæreditaria, præſumitur, ſibi inſolutum accepiſſe ſtatim tot bona hæreditaria, pro quibus illi datur retentio, vbi alia deduxit. Quocirca in cauſa Montis Familiarum viginti nouem cum Ill. Marchioniſſa Gioioſæ hærede quondam Decii Caraccioli, qui acceperat certam quantitatem pecuniarum ſub annua præſtatione à diuerſis, quibus ipſa hæres ſoluerat nonnullas pecuniarum quantitates, quæ in promptu producebantur, oppoſuit pro illis retentionem feudi Ortæ, & per S.C. ad relationemem Conſiliarij Quadræ, fuit conceſſa, vt habui ex quibuſdam manuſcriptis.

Retroceſſio, ſiuè retrodonatio facta à Monaſterio laico ingreſſo cum ſuis bonis, inde recedenti ab eo, an valeat, deciſio patet ſup. in verb. Monaſterium.

Reuariatio fori facta per viduam de cauſa introducta in M.C. à Curia inferiori, an concedi debeat, ſi per viduam fuerit reuariatio facta de Tribunali M.C. ad Curiam inferiorem, & videtur negandum, ex quo variatio maximè in iudicio eſt odioſa, probat Nouar. lib.2. quæſt. forenſ. quæſt.53. num.64. & lib.1. quæſt.44. n.6. & 12. Multò fortiùs reuariatio concedi non debet, ex quo vbi variatio cōceditur, nō niſi ſemel concedi debet, ex multis probat idem Nouar. in tract. de elect. & var. fori, ſect.1. quæſt.4. num.3. Immò quatenùs admitteretur reuariatio, ſeù variatio de vno Tribunali ad aliud, vt idem Nouar. eo. tract. dict. quæſt.3. in princip. probat. Non tamen de maiori Tribunali ad minus erit concedenda, quemadmodum pluries iudicatum extitit tam per M.C.V. quàm per S.C. vt retuli in 2. par. verb. Electio fori, & verbo Reuariatio, atquè in 3. par. eo. verbo. Verùm quia in cauſa Iacobi Rubini inquiſiti de ſtupro in perſonam viduæ ſub prætextu matrimonij in Regia Audientia Hydruntina ad inſtantiam Ioãnæ Donatæ Saragoſæ viduæ, quę variando elegerat M.C.V. ad quã fuerat trãſmiſſus proceſſus, & per eã iuſſum, vt in ea cauſa remaneret, & cũ nouiſſimè reuariando cauſam ab ipſa M.C. ad eandem Regiam Audientiam, fuit diſceptatum, ſi concedi debuerat, vnde per eandem M.C.V. fuit denegata, ad relationẽ D. Iudicis Don Michaelis Chiaues, ſed habito recurſu ad S.C. per viam appellationis, præuia Regia decretatione verbi faciendi, factaque in eo relatione per eundem die... Aprilis 1642. fuit contrarium iudicatum, & dictum, remiſſa eſt, quod prouideat, quod reuartet, penès Secretarium, in Banca de Fede, & ne inuicem contrariari videantur deciſiones, aduertendum erit ante omnia, regulariter poſſe concedi bis, & ter variationem, ex traditis per eundem Nouar. dict. quæſt.4. num. 1. & in Regno non niſi ter variatio admittitur, non vltra, D. Reg. Sanfel. dec.178. num.5. eò maximè, vt ſubdit num.10. ſubſequente cauſa aliqua. Et licèt in Ciuitate noſtra Neapolitana regulariter denegetur reuariatio de Magna Curia ad inferiora Tribunalia exiſtentia intus, & extra ipſam Ciuitatem, vel ad maius Tribunal, vt in caſu relato per D. Cõſil. Merlinũ meritiſſimũ Reg. Cãcell. controu.100. de qua in 3. p. Seù propter delicta cõmiſſa in ea, eiuſq. territorio, hoc contingit per Principis præſentiam, vt docet Reg. Sanfelic. dec.73. num.14. ex Franch. dec.257. cum aliis apud eundem Nouar. dicta quæſt.3. num.30. ex quo quia ceſſat perhorreſcentia, quod non procedit in aliis Tribunalibus per loca Regni exiſtentibus, nam & ſi Officialis locorum repræſentet perſonam Principis, ſiue Regis, Afflict. in Conſt. Obſeruent, nu. 4. & illi dicuntur Officiales Regis, qui commorantur in Curia Regis, Afflict. in dict. Conſtit. Statuimus, n.3. etiam ſi eſſet Officiales Baronales. Propter quod Rex vbique adeſſe videatur, hoc non aliter verè dici poſſit, ſed potentionaliter, vt dicitur in Conſt. Regni Fidelium, & ibi Afflict. in fine. Eapropter quatenùs ipſa reuariatio concedi debeat de M.C.V. ad alia inferiora Tribunalia, vt docet Nouar. dict. quæſt.4. num.11. tamen ſubdit num.12. non aliter procederet, vbi fraus, & malitia, ſiue colluſio immineret, & ſic procedunt contrariæ deciſiones, ſuper quo erit ſatis aduertendum, ne delicta impunita remaneant, & circa hoc fieri debent diligentiæ exactæ, vt ibi oſtendi, maximè quando eſſent delicta exemplaria, & grauiora. Sed reſpectu Curiarum Principis, apud quem fuit facta electio per reuariationem, videtur ceſſare perhorreſcentia, & conſequenter minimè erit concedenda reuariatio. In tantum, quod non erit licitum variare de ſuperiore Iudice ad inferiorem, etiam ſi in inſtrumento adeſſet

 clauſula,

Digitized by Google

clauſula, ad aliud, vt ex Ferret.in 3. par. obſeru. cap. 514. notat Cancer.var.reſol.tom.2.cap. 3.n. 125. Quo fit, vt ſemel cauſa introducta coram Iudice ad quem, non debet iterum remitti ad Iudicem à quo, vt tradit Seſſe de inhibit. cap.5. § 9.num. 28.per tex.in cap. accepta, de appellat. & in l.eos, C.eo. vbi eius verba intuetur, & ponderat ſatis conuenientia, & hoc propter ſuſpitionem Iudicis à quo ob rationem traditam ibi à Phil.Franch. ſimiliter poſt euocationem cauſarum non redit ad primum Iudicem, Rebuff.ad Conſt.Galliæ, tom.1.tit.de euocat. art. 1. num.99. & in hoc aduertendum erit, quoties cauſæ ad Superiorem deuoluūtur, nam aut facto Superiorum, vtputà quando Princeps auocat cauſas ab Inferioribus, aut quilibet alius Superior, quibus euocatio conceſſa erit, vt per Rebuff. vbi ſuprà, num.36. & tunc ad eorum libitum repoſitum erit eaſdem cauſas Inferioribus remittere. Aut contingit facto ſubiectorum, hoc eſt per appellationes, & tunc non erit iuſtum, vt Iudici inferiori, à quo grauamen receptum eſt remittere cauſas prædictas, aut per viam electionis, quæ competit miſerabilibus perſonis, ex diſpoſitione l.vnicæ, Cod.quandò Imp. inter pup. & vid. adhibito iuramento perhorreſcentiæ potentiæ aduerſarij, vt in Conſt. Statuimus, & tunc facta electione, fieri etiam poteſt variatio, nam vbi datur electio de iure, licita erit variatio, l.eum, qui certatum, ff.de verb.oblig. Afflict.dict.Conſt. ſub nu.36. Præſ. de Franch.dec.364.num.6.cum alijs apud eundem Nouar.dict.tract.& ſect. quæſt. 3. num.1. & è contra varians eligere dicitur, Carau.ritu 228.num.17. Sed an etiam reuariatio, & circa hoc ſic diſtinguendum eſſe arbitror, nā ſi verſetur inter Tribunalia inferiora, & non erit dubium, quin talis electio, variatio, & reuariatio militaret, Nouar.dict. quæſt.3. num.1. Sed quando verſaretur inter Tribunalia inferiora, & ſuperiora, & tunc ſi de inferioribus fieret ad ſuperiora variatio, & reuariatio, vtputà de Iudice loci ad M.C. nulli dubium erit, quin admitti debeat, vt optimè Afflict.in dict. Conſt.num. 36.notat vel ad Regias Audientias, latè D.Cōſil. Carleual de iudic.diſp. 2.quæſt.6 ſect.7. nu. 603. De ſuperioribus verò Tribunalibus ad inferiora licèt etiam permittantur, vt ibi D.Cōſil. Carleual fatetur, ſed hoc opus, hic labor eſt, etenim ipſa Tribunalia ſuprema ſunt Tribunalia Regia Principis, vt ſunt Regiæ Audientiæ, nam Curia Iuſtitiariorum vocatur Curia Regia, vt inquit gloſſ.in Conſt.Poſt mundi machinam, col.7.in verb. materialia, verſ. & ideò Curia. Similiter Curia Magni Iuſtitiarij vocatur Magna Curia Regia, vt inquit gloſſ. alleg. Conſt. quæ eſt M.C.V. & dicitur Curia Regia ipſa M.C. Afflict.in Conſt. Magnę Curiæ noſtræ, ſub nom.2. Pariterque S.R.C. quod etiam perſonam Regia repræſentat, Carau.in ritu 260 num.4. Quanquam variatio à Tribunalibus Magni Admiratus, Artis ſerici, & lanæ ad M.C. minimè concedatur, inquit D.Reg.Sanfel. dec. 71.num.15.tamen ſecùs erit è contrario, vt dictum eſt. Quæ omnia Tribunalia cùm repræſentent perſonam Regia, eius officium in iuſtitiæ adminiſtratione gerere nituntur, adeò cùm Rex dicatur à regendo, cap.cleros 21. diſt. Afflict.in prælud.Conſt.quæſt. 1. in fine, vbi Add. & eiuſdem inſtitutum eſt iuſtitiam exercere, vt notat And.in Conſt.Pacis cultum, ibi & non aliud ſubſtantiale eſt in Regibus, quàm obſeruare iuſtitiam, ſeù obſeruantia iuſtitiæ 13. quæſt.5. Regum 2. Reg.10. Conſtituit te Dominus Regem, vt facias iuſtitiam, & iudicium, propter quod Princeps vigor iuſtitiæ cenſetur eſſe, idem Afflict.in Conſt.Pœnam nouem, ſub num.13. & præſertim cùm ſint Principes conſtituti, vt inter malos in pace viuant boni, Idem in dict.Conſt.Poſt mundi, ſub num.15. quoniā regulariter mali bonos proſequuntur, cap. aduerſitas 7. quæſt.1. & quandoquè immò regulariter potentes populi ſolent oppreſſos damnificare, & comprimere, ex quo ipſe eſt dominus perſonarum, vt dicitur in Conſt.Fidelium, vbi Afflict. permittere non debent, vt ipſi opprimantur, quoniam Rex Subditis ſeueritatem præſtare tenetur, & turbantes punire, Idem in Conſt.Monarchiam, num.13. vnde conſtituta ſunt in Regno aduerſus potentes opprimentes Capitula Regni ad Regale faſtigium, cap.finis præcepti, &c. ſed etiam auxilium, atquè protectionē particulatè in fauorem miſerabilium perſonarum perhorreſcentium potentias Aduerſariorum in eorum Curijs, quibus conceſſa eſt fori electio, atque variatio, præuio iuramento, vt dictum eſt, & propterea ſi cauſæ ſimilium perſonarum ad Curias Principis deuenerint, vigore talis priuilegij non erit condecens variatio à dictis Curijs ſupremis ad inferiora Tribunalia, cùm non ſit iuſtum, dùm aliquid in fauorē conceſſum eſt, retorqueatur in odium, l.quod fauore, C.de leg. vnde licèt poſſit abſque dubio cauſas iterum remittere ad proprios Officiales etiam per viam reuariationis, attamen de conuenientia remitti non debent, cùm videantur diffidere de Principis ſecuritate, apud quem ſecuritas viget, vt in Conſt.Cùm vniuerſi, vbi Afflict.in princ. Immò deficere videtur principale fundamentum requiſitum, hoc eſt perhorreſcentiæ, qua ceſſante ceſſare debet priuilegium. Tiraq. à cauſa ceſſante, par.1.num.203. & talis electio, ſeù variatio non niſi ſemel tantùm permiſſa eſt, inquit Carau.in ritu 67. num.2. & quamuis iuxta opinionem aliquorum pluries fieri poſſit, vt dictum eſt, hoc Iudicis arbitrio relictum eſt, potiſſimùm in cauſis criminalibus ad euitandum fraudes, vel Superiorum rigorē in pœnarum impoſitione, & maximè intercedente colluſione litigantium, vt à Curijs inferioribus obtineant impunitatem, & ſic remanebunt delicta impunita, contra iuris diſpoſitionem, non mirum igitur, ſi varietas ſit legibus inimica, & doli mali plena, vt ex Bald. & Marchiſ. probat Nouar. dict. quæſt. 3. num. 2. ideò non ita faciliter erit concedenda, ſed cautè permittenda, vt prolixiùs intuetur D.Conſil. Carleual de iud.dict.tom.1.diſput. 2. quæſt. 6. inſpect.7. a num.610. ad 614. ſed non mirandū, ſi non fuerat admiſſa talis reuariatio per S.C. ex quo viria, quod pro ſtupro per eam cōmiſſo non datur variatio. Adhùc ex actis perſpiciebatur, non fuiſſe legitimè factam variationem ad M.C. quia ſola procuratio facta fuerat in perſonam Procuratoris, vt expedirentur prouiſiones per Magnam Curiam per viam electionis

ctionis ſori, & qui non poteſt eligere, conſequenter non poterit variare, ac renunciare.

Reuendere an compelli debeant emptores, & poſſeſſores bonorum feudalium per eos emptorũ, cum pacto de retrouendendo temporale, eo ſiquidem tempore elapſo, ad inſtantiam creditoris, ſiue illius hæredis, non obſtante lapſu temporis, etiam per viam reſtitutionis in integrũ, vt bona ipſa alienata reintegrentur feudo. Hoc contingit altercari in S.C. in cauſa Ill. Marchionis Vaſti Principis Montis Herculis cum nonnullis emptoribus, & poſſeſſoribus rerum feudalium eiuſdem Status, venditarum per eius Prædeceſſores cum pacto de retrouendendo intra quadriennium, ſeù quinquennium, qua de re. cùm præfatus Ill. Marchio, & Princeps ſucceſſor in Statu intenderet redimere prædicta bona, ad finem illa vniendi cum alijs introitibus Baronalibus Status prædicti, non obſtante lapſu temporis pacti de retrouendendo, poſt rebellionis crimen, ſeù mortem primi venditoris, & poſtquàm Status prædictus peruenerat ad Regiam Curiam ex cauſa ignorantiæ eius Prædeceſſorum, ſeù impedimenti pro Regio ſeruitio, ob quod etiam per viam reſtitutionis in integrum ad talem redemptionem admitti expoſtulabat, videbatur dicendum, id fieri non poſſe, poſtquam emptor cum pacto de retrouendendo eſt dominus, l. non ideò, ff. de rei vend. quam allegat Caſt. in conſ. 420. in 2. dubio, vol. 2. citatus ab Anna alleg. 141. num. 1. vbi ſubdit, nam poſſunt multa accidere, ne dominium reuocetur, & non teneatur, ad tex. in l. Iulianus, il primo, §. fin. cum l. ſeq. eo. tit. & alijs ibi relatis, ad quod probandum cenſuit Giurba deciſ. 92. num. 19. quod emptor cum pacto de retrouendendo omnes irreuocabilis domini interim habet prærogatiuas, & pactum tale non operatur, quin emptor efficiatur verè dominus, & puta dicatur venditio cum tali pacto facta, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 17. §. hic quæro, num. 3. Præterea ſtante pacto prædicto de retrouendendo, licèt temporale intra quatuor annos, vel quinque, adiecto in contractibus venditionum reſultauerat, minimè potuiſſe compelli emptores ad retrouendendum, eò quia pactũ de retrouendendo conſtituto tempore nullibi reperitur damnatum, Duard. de cenſ. par. 2. §. 5. quæſt. 39. num. 12. neque eſſe illicitum, Idem in dec. 152. num. 3. poſt dict. tract. Curt. iun. conſil. 279. num. 46. hoc idem probat ex Cepol. referẽte, dictum S. Bernardi fuiſſe ei relatum tale, pactum vſque ad ſeptennium fieri poſſe, ad quod optimè Cancer. var. reſol. tom. 1. cap. 13. nu. 54. probat, etiam quod ſi fuerit in dicto pacto de retrouendendo conditio adiecta, vt infra certum tempus liceat redimere, ita vt eo elapſo eã ampliùs redimere non liceat, adhùc eſſe validũ, & quidquid in contrarium alij ſenſerint; ex multis ſuam opinionem tuetur num. 55. Conc. de cenſibus, par. 2. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. num. 21. Expropter ſi fuerit lapſum tempus pacti de retrouendendo, non cogi poterat emptor ad reuendendum, ſtante tali conuentione, ad tex. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. ſecundùm Angel. conſ. 199. cum alijs apud Follen. in prax. cenſuali, rub. inſtrument. grat. pro cenſ. præt. in 18. & ſeqq. & prolixiùs Tiraq. de retract. conuent. gloſſ. 2. num. 40. & ſeqq. vbi hunc articulum pro vtraque parte exarando, demùm in hanc ſententiam inclinat, ſicque pactum de retrouendendo ad certum tempus facit dominium reuocabile, ſed poſt tempus irreuocabile, Reg. Rouit. conſ. 66. num. 4. vol. 1. Quamuis ex parte Actoris poterat prædictis replicari, dato, quod alienatio, ſeù venditio tot annuorum introituum facta diuerſis perſonis per eundem quondam Marchionem alienantem ſuper Dohana Montis Herculis feudali, cum aſſenſu Regio fuerit valida intra tempus prolixum appoſitum in contractibus. Nihilominùs quia pactum de retrouendendo principaliter reſpicit fauorem venditoris, Giurba dec. 69. num. 3. Fontanell. dec. Cathal. 77. num. 3. Larrea dec. Granat. 129. num. 8. tom. 2. non debet in odium retorqueri, ad tex. in l. quod fauore, C. de leg. Cãcer. par. 2. cap. 2. num. 111. Quapropter ſi benè ipſi creditores domini dicantur, non tamen verè, ſed ſuſpenſiuè, poſtquam tale pactum de retrouendendo transfert dominium ſuſpenſiuè, idem Giurba dec. 24. num. 9. nec dubitandum, quod dominium ſuſpenſiuè transferri poſſit, Reg. de Ponte conſ. 147. num. 19. vol. 2. ſtante igitur lapſu temporis præfixi ſubſequitur, contractus prædictos fuiſſe reſolutos, vnde tale pactum finito tempore extinguitur, Marta, cõſ. 194. n. 4. etiam ſi non fuerit ſubſecuta reemptio, ex quo tale pactũ de retrouẽdẽdo eſt fauorabile, vt res redeat ad ſuum priſtinum, & antiquum dominium, Fontanel. dict. dec. 77. num. 4. Et ſic dominium ſuſpenſiuè translatum, reſoluto contractu redit ad ſua principia attractiua, & reſuſcitat ſe tanquam à ſomno, non tanquam à morte, reſoluto contractu, qui non habebat perpetuam cauſam, & Bal. in l. 3. C. de pact. inter emptorem, & venditorem, Franch. dec. 64. num. 11. alijs probat Anton. de Amato var. reſol. tom. 1. reſolut. 4. num. 5. & 8. & ità in terminis pacti de retrouendendo firmat Seſſe dec. Aragon. 18. nu. 55. reſoluit dominiũ, & poſſeſſionem. Dico, quod contractus fuiſſe reſolutos per lapſum temporis redimendi, ex quo aſſenſus ſuper illis impoſitus reſolutus pariter cenſetur, ex quo non extenditur de tempore ad tempus, Anna alleg. 36. num. 10. Reg. de Ponte dec. 8. num. 21. & ſic contractu ſublato, aſſenſus deficit, Idem de Ponte conſ. 70. num. 24. & ſeqq. vol. 3. poſtquam aſſenſus operatur in diſtractu neceſſario, Regens Lanar. conſ. 62. num. 7. & propterea cùm non fuerat expreſsè conuentum, vt per lapſum dicti quadriennii, ſeù quinquennii totaliter alienata cenſeri debeant in dominium ipſorum contrahentium, ex quo bona obligata erant feudalia, quæ non poſſunt obligari ſine aſſenſu domini, ſiue alienari, ex l. Imperialẽ, de prohib. alien. feud. per Feder. Reg. de Ponte conſ. 97. n. 5. vol. 1. Et contractus, per quem quæritur ius in feudo, eſt prohibitus ſine aſſenſu, ſecùs in promiſſione de vendendo feudum, Reg. de Ponte conſ. 85. nu. 1. vol. 1. Et quatenùs in præſenti facti ſerie aſſenſus interueniſſet ab initio in obligatione illorum bonorum ſub pacto redimendi infra quadriennium, ſeù quinquennium, per lapſum temporis expirauerat aſſenſus, vnde alio aſſenſu opus erat, & in hoc caſu,

dato, quod talis contractus adhùc validus erat, ex quo indigebat alio aſſenſu, ſtabat in pendenti, quemadmodùm contractus feudalis non eſt ab initio nullus, ſed ſtat in pendenti propter ſpem reconualidationis ex aſſenſu ſuperuenié te, Reg. de Ponte conſ. 86. num. 2. vol. 1. & conſ. 2. num. 211. ibiquè in præcedenti num. 210. aſſeruit, quod contractus initus ſuper feudo non eſt nullus, cùm res de per ſe ſit alienabilis, ſed propter quoddam extrinſecum prohibetur ipſius alienatio, hoc eſt ob aſſenſum. Idem conſil. 81. num. 20. eo. vol. Quia aſſenſus eſt ſolemnitas extrinſeca, idem de Ponte conſ. 67. num. 35. vol. 1. Subſequuto inde aſſenſu contractus, iudicabitur vti res allodialis, Idem conſ. 27. num. 8. & 14. at cùm adhùc nõ fuerat aſſenſus ſubſecutus, tales contractus celebrati in pendenti extabãt, ob quod prohibitum non erat alienata reemere, quemadmodùm contractus feudalis nullus ratione aſſenſus permittit data hinc inde repeti, Camill. de Medic. conſ. 38. num. 19. multò magis quando ſtaret in pendenti, cùm videatur etiam res adhùc integra eſſe, & conſequenter peti reemptio rei, poſtquam retentio, & reemptio, ſtante pacto de retrouendendo de facili ſperatur, Anton. de Amato var. reſol. eo. tom. 1. reſol. 19. num. 7. & tale pactum redimendi arctat emptorem ad diſſoluendum redditum, ſiue cenſum, Regens Galeota controuerſ. 33. num. 14. tom. 1. & amplius ob aſſenſus interpoſitionẽ, qui expreſsè requirebatur, & de nouo vt interponeretur, ſtante lapſu temporis præfixi, immò etiam quatenùs de nouo non eſſet deſuper impetrandus exigeretur ſuper pacto prædicto de retrouendendo iterum, ex quo aſſenſus ſuper pacto de retrouendendo non trahitur ad retrouenditionem poſteà faciendam, ſed requiritur nouus aſſenſus, Maur. iun. alleg. 15. num. 3. & alleg. 8. num. 35. nimirum aſſenſus adimplemento pendente non impedit contractus perfectionem, & dominij tranſlationem ſuſpẽſiuè, quando per modum conceptus eſſet, ita Paul. Staib. conſ. 60. num. 42. & hoc reſpectu ipſorum emptorum, quoniam reſpectu venditoris opus non erat aſſenſu aliquo, ſi reemere intendebat, nedùm quia dominium rerum alienatarum ſuſpenſiuè tranſlatum, pendente aſſenſus interpoſitione ad ſua primæua principia attractiua reuertebatur, vt dictum eſt, ſed etiam quia res feudales diſmembratæ à feudo reintegrabũtur cum feudo, & illi vniuntur, quod ſatis vtile erat non tantùm feudatario, ſed ipſimet Regi domino directo. Non mirum, ſi feudum cùm ſit ſicut homo mutus, & poſſeſſor ex perſona feudi poterit reintegrari membra ſuo capiti, Conſiliarius de Georgio allegat. 5. num. 41. & 72. Concurrebat vltra ignorantiam facti in perſonam Actoris, vt hæredis hæredum, ad tex. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. quæ excuſat, vt proſequitur Coſta de iuris, & facti ignorant. inſpect. 89. num. 2. & 3. Abſentia ob ſeruitia Regi in penſa, quæ ſimiliter excuſationem admittit, cùm milites abeſſe dicantur ex cauſa Reipublicæ & ideò reſtitutione digni ſunt, l. ſi qua militi, ff. ex quib. cauſ. maior. cum aliis citatis per Sforz. Odd. de reſtit. in integ. par. 2. quæſt. 6. nu. 7. Quocirca fuit prolata ſequens ſententia in cauſa prædicta, ſcilicèt. In Dei nomine, Amen. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtræ, noſtroque S.C. oblata pro parte Ill. Marchionis Vaſti Principis Montis Herculis contra Magnificum Fabritium de Tufo, Marcum Antonium Spina, Margharitam Riccam, Aloyſiam Caracciolam, Venturam de Auitabile, Scipionem de Macris, & Hæredes quondam Ioan. Berardini Vngari, cuius tenor talis eſt. S.R.M. Viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, prædictos Magnificos Fabritium, Marcum Antonium, Aloyſiam, Venturam, Margharitam, & Scipionem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad faciendum prædicto Ill. Marchioni Vaſti Principi Montis Herculis petitam retrouenditionem introituum in actis deductorum, ſalua tamèn Nobis, & dicto S.C. meliori deliberatione reſpectu dictorum Hæredum quondam Magn. Berardini Vngari, neutram Partium in expenſis condemnãtes, &c. Iacobus Anellus de Bottis. Hanc eandem, &c. Lecta, lata die 14. Maij 1574. Neap. in Banca Ciuitellæ, inde de Mondelli. Et cùm poſteà fuiſſet inſtatum ex parte ipſius Ill. Marchionis Vaſti pro reſeruatione capitis reſeruati reſpectu ipſorum hæredum minorum. Licèt ex parte ipſorum pupillorum replicatum fuiſſet, non poſſe fieri prædictam retrouenditionem, ſtante lapſu temporis præfati pacti de retrouendendo, quatenus dictum pactum appareret, adeò quod dicti introitus ſint liberi ipſorum pupillorum, fuit prolata ſequens ſententia, In Dei nomine. Amen. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtræ, noſtroque Sacro Conſilio oblata pro parte Ill. Marchionis Vaſti Principis Montis Herculis contra Magnificos Fabritium de Tufo, Marcum Antonium Spina, Margharitam Riccam, Aloyſiam Caracciolam, Venturam de Auitabile, Scipionem de Macris, & hæredes quondam Magnifici Io. Berardini Vngari, cuius tenor talis eſt. Viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, explicando meliorem deliberationem reſeruatam in ſententia lata per noſtrum S.C. olim die 14. menſis Maij 1574. prædictos hæredes quondam Magnifici Io. Berardini Vngari condemnandos eſſe, & condemnari debere, proùt ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad faciendum prædicto Ill. Marchioni Vaſti Principi Montis Herculis petitam retrouenditionem introituum in actis deductorum, neutram, &c. Iacobus Anellus de Bottis. Hanc eandem, &c. Lecta, lata Neap. vltimo Februarij 1576. Et iterum in cauſa eiuſdem Ill. Marchionis Vaſti vtilis domini Terræ Giſoni, Baronis S. Cypriani petentis, alios emptores condemnari facere ad retrouendendum, fuit interpoſita infraſcripta ſententia, ſcilicèt. In Dei nomine, Amen. Viſa ſupplicatione olim Maieſtati noſtræ, ſeu noſtro S.C. oblata pro parte prædicti Marchionis Vaſti vtilis domini Terræ Giſoni & Baroniæ S. Cypriani, contra Magnificos Vincentium Sellatulum, Veſpaſianum Seripandum, cuius tenor talis eſt, videlicet, S.R.M. Viſis denique videndis, &c. Per hãc

noſtram

Digitized by Google

noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, prædictos Magn. Vincentium Sellarulum, & Veſpeſianum Seripandum principales, vt principales condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad faciendum retrouenditionem infraſcriptam annuorum introituum, videlicet, prædictum Vincentium pro annuis ducatis 100. pro ducat. 1000. & prædictum Magnificum Veſpeſianum pro annuis ducat. 180. pro ducat. 1800. prædicto Illuſtr. Marchioni Vaſti, nec non Magniſic. Io. Antonio Lanario vti ceſſionario prædicti Illuſtr. Marchionis, nec non ad recipiendum ad ſe ipſos capitale vna cum tertijs decurſis vſq. in præſentiarum liquidandis tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententię, neutram partem in expenſis condemnantes, ex cauſis, &c. Hanc eandem, &c. Iacobus Anellus de Bottis. Lecta, lata, & publicata Neapol. die 7. menſis Septembris 1577. Ciuitella.

Reuendere an compelli debeant emptores tot annuorũ introituum ſub pacto de retrouendẽdo temporali, elapſo tempore præfixo, de hoc accidit controuerſia in S.C. in pluribus cauſis priſcis temporibus, non obſtante præſcriptione oppoſita ex parte emptorum, & præſertim in cauſa Antonij Belmuſti affictatoris olim totius ſtatus, & Gabellæ Serici Illuſtriſſimi Principis Biſiniani prætendentis vigore ceſſionis iuris luendi per ipſum factæ Andreę de Summa, ob quod facto depoſito duc. 6000. capitalis cum tertijs decurſis vſque ad diem intimationis pro retrouenditione annuorum duc. 540. quos habebant Io. Vincentius, & fratres de Galluccio hæredes q. Aloyſiæ Galluccię eorum matris cum pacto de retrouendendo, ob quod inſtiterat in S.C. eoſdẽ de Galluccio compelli facere ad retrouenditionem, & ceſſionem petitam, & quod depoſitum factum ſtari debuerat riſico, & periculo ipſorũ, & deducta cauſa in eodem S.C. Replicari contingit ex parte ipſorum de Galluccio, nullatenus compelli poſſe ad talem retrouenditionem, tam quod erant domini dictorum introituum, ſtante lapſu temporis pręfixi, & per eundem lapſum annorum quadraginta præſcriptum erat pactum de retrouendendo quandocunq. & pro eorum defenſione aſſerebatur factum occurſum in M. C. V. per quam fuerunt expeditæ litteræ executoriales in contradictorio iudicio, & obtinuerat decretum, per quod ipſi fuerunt declarati domini dictorum introituum, & condemnatus præfatus Illuſt. Princeps ad ſoluendum ſingulis annis in futurum, & licet alij Prædeceſſores, Affictatores, & Procuratores eiuſdem Ill. Principis hoc idem prætendentes nequiuerant obtinere, & de depoſito fuerunt liberatæ tertiæ maturatæ, quorum replicatio videbatur de iure conſona, vltrà deducta in præcedenti verbo Reuẽdere, fundatur ex doctrina Ang. in conſil. 299. alias 200. num. 1. & 2. ſequutus à Gratian. diſcept. forenſ. cap. 207. num. 17. & ſeqq. quod promittens reuendere intra certum tempus, elapſo tempore non tenetur ampliùs ad vẽdẽdum, eo ampliùs obſtante præſcriptione pacti de retrouendendo, quod aut eſt perpetuum, aut ad tempus, Fontanel. dec. Cathal. 83. num. 5. & dec. 77. num. 2. at certum eſt, quando erat ſine præfinitione temporis appoſitum, præſcribi ſpatio 30. annorum, ex Angel. cum alijs congeſtis per Cancer. var. reſolut. tom. 1. cap. 13. num. 51. vbi aſſerit, hanc eſſe communem opinionem ex Soc. Balb. Rub. Pariſ. Ceſſ. Hugon. & Homod. quibus addo eundem Fontanell. dec. 75. num. 3. Port. Imol. conſ. 75. num. 11. Curt. iun. conſ. 331. num. 5. Magon. deciſ. Florent. 145. num. 5. Matta conſ. 81. num. 3. & 10. Donat. a Fina inter commun. opin. lib. 2. de præſcr. 30. vel 40 ann. num. 33. Fichard. ibidem num. 17. Mareſc. variat. reſolution. lib. 2. cap. 57. & cap. 67. num. 56. Hieronym. de Laurent. dec. Auen. 129. num. 1. Rota Bonon. diuerſ. dec. 43. num. 23. Surd. dec. 1. nu. 6. & dec. 2. Franc. Steph. dec. Aquenſ. 13. numer. 2. dec. 17. num. 1. Viuius dec. 424. num. 25. & ſeqq. Borgn. dec. 16. num. 1. 2. 17. & 18. p. 2. Ripol. var. reſolut. cap. 11. num. 238. Fachin. controuerſ. iur. lib. 2. cap. 12. Polyd. Ripa obſeru. 162. Mart. dec. 35. num. 33. Reg. Rouit. conſ. 14. num. 1. vol. 2. Franc. Vegg. conſ. 34. num. 6. conſ. 33. num. 11. Io. Stephan. Durant. quæſt. 47. vbi ità iudicatum refert, & licet poſteà contrarium, tamen primã opinionem veram eſſe dixit Ant. Fab. in eius C. tit. 13. ſub lib. 7. defin. 3. aut eſſet temporaliter appoſitum, proùt in præſenti facto cernebatur, tunc elapſo tempore præfixo extinguitur ex regula illa, reſoluto iure dantis reſoluitur ius pignoris, l. lex vectigali, ff. de pignor. cum aliis apud Marram conſ. 194. num. 14. & conſequenter pactum de retrouendendo factum intra certum tempus, vel abſq. aliqua temporis præfinitione, & ſic quandocunq. ſeu in perpetuum, & in infinitum, cenſetur triginta annnũ ſpatio præfinitum, & terminatum, ex multis probant Viu. & Kirconius inter commun. opin. tom. 1. tit. de pactis inter empt. & vendit. numer. 25. & iterum idem Viu. in eius ſylua commun. opin. in opin. 579. & ità iudicatum in Camera Imperiali teſtatur Fab. Arcade in dec. 8. & iuxta hanc opinionem fuit promulgata ſequens ſententia, ſcilicet. In Dei nomine Amen. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ, & noſtro S.R.C. præſentata pro parte Magn. Antonii Belmuſti contra Magn. Io. Vincentium, Horatium, & Scipionem Galluccios, nomine, vt in actis, cuius tenor eſt, S.R.M. Viſis demiq. videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, prædictos Magn. Io. Vincentium, Horatium, & Scipionem Galluccios nomine, vt in actis principales, vt principales abſoluendos eſſe, & abſolui debere, prout præſenti noſtra diffinitiua ſententia abſoluimus, & penitùs liberamus ab impetitione dicti Magnif. Antonii Belmuſti, ſaluis iuribus fortè competentibus Ill. Principi Biſiniani, quando d. Ill. Princeps voluerit reemere introitus in iudicio deductos de eius propria pecunia, neutram, &c. Hãc eandem, &c. Theodorus. Die 20. Feb. 1585. Neap. præſens ſententia lecta, lata, & publicata fuit Neap. &c. Iacobus Figliola. Et cum fuiſſet ab ea reclamatum ex parte ipſius Antonii Belmuſti dicebatur, talem ſententiam non ſubſiſtere, nec in facto, nec in iure, poſtquam ex facto apparebat, ipſum Antonium ceſſiſſe ius luendi

in

in perſonam Andreæ de Summa, qui fecerat depoſitum pro liberando illud dd. de Galluccio, qui habebant tot introitus emptos ab Ill. Principe Biſiniani cum pacto de retrouendendo, cuius vigore permiſſum videbatur, illos reemere, non obſtante prætenſa præſcriptione dicti pacti, poſtquam ſecundùm aliorũ DD. opinionẽ nõ admittitur talis præſcriptio, cùm ſit meræ facultatis, ex Fab. de Mõt. Bath. Pat. Crot. & Couarr. probat ibidem Cancer. verſ. contrariam partem, vbi aſſerit ita iudicatum in illa Audientia Cathaloniæ, idemque poſteà in eodem Senatu deciſum tradit Fontanell. dec. 77. & 78. & ante eos Io. Phicar. inter comm. opin. dict. tit. de præſcr. 30. vel 40. ann. num. 17. verſ. contrariam verò opinionem, vbi multos Doctores cumulauit, & ex Minſinger. cent. 1. obſeru. 16. & cent. 4. obſeru. 4. dixit, ita fuiſſe per Senatum Imperialem deciſum, & in ſequenti additione multis rationibus hanc opinionem corroborat, ſubdens ex Caſſian. & Puteo ita iudicatum in Senatu Subalpino, Hieron. de Laurent. vbi ſuprà, verſ. alia tamen, num. 2. vbi in fine dixit, ſecundùm hanc opinionem ibi iudicatum fuiſſe, idemque firmat Franc. Stephan. dict. dec. 17. ita fuiſſe per illum Senatum Aquenſem iudicatum, Fachin. vbi ſupra, verſ. ſed contraria opinio, & in hanc ſententiam ex multis inclinauit Reg. Rouit. in dict. conſ. 14. num. 2. & ſeq. aſſerens, cauſam remanſiſſe in paritate votorum. Immò nedùm ſi tale pactum fuerit appoſitum ſpecificè, ſed ſi eſſet facta promiſſio facere pactum de retrouendendo, adhùc cogi poſſe ad reuendendum, nec liberatur præſtando intereſſe, probat Arumæus deciſ. Ienenſ. 13. numer. 43. parte 1. Fuit tandem prolata ſequens ſententia, videlicèt. In Dei Nomine, Amen. Viſa ſupplicatione reclamationis Maieſtati noſtræ, & noſtro Sacro Regio Conſilio oblata pro parte Magnif. Antonii Belmuſti vti Procuratoris Ill. Principis Biſiniani contra Magnificos Io. Vincentium, Horatium, & Scipionem de Galluccio, cuius tenor talis eſt, videlicèt. S.R.M. Viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, bene fuiſſe, & eſſe reclamatum ad Maieſtatem noſtram, noſtrumque S.C. pro parte dicti Magnifici Antonii Belmuſti, & proptereà dictos Magnificos Io. Vincentium, Horatium, & Scipionem de Galluccio fratres, filios, & hæredes quondam Magnific. Aloyſię Galluccio principales condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad retrouendendum Ill. Principi Biſiniani in beneficium Magnifici Andreę de Summa vti ceſſionarii iuris luendi dicti Illuſt. Principis per intermediam perſonam dicti quondam Magnifici Antonii Belmuſti ſui Procuratoris annuos ducatos 540. in actis deductos pro pretio ducatorum 6000. in Banco depoſitorum, neutram partem in expenſis condemnantes. Hanc eandem, &c. Stellatellus. Die 12. Iulij 1585. Neap. in aula S.C. præſens ſententia lecta, lata, & publicata fuit publicè, &c. aſſiſtentibus ibidem pro Tribunali Excell. Dominis Antonio Cadena, Propriæ fidè S.C. Petro Paulo Theodoro, Hieronymo Olcignano, & Io. Antonio Stellatello Relatore, Regijs Conſiliariis præſentibus teſtibus in numero opportuno. Iacobus Figliola. Et cùm idem contigiſſet diſceptari in cauſa Aloyſiæ Caracciolæ hæredis quondam Io. Hieronymi Caraccioli eius fratris hęredis quondã Ianuarii Caraccioli communis aui aſſerentis, dictum quondam Ianuarium ſubmiſiſſe quãdam domum annuo cenſui ducatorum viginti pro capitale ducatorum biscentum cum pacto de retrouendendo infra annos quatuor quõdam Magnific. Francisco Libertino V.I.D. qui durante dicto tempore ceſſit eius iura Pyrro Ioanni de Fiore pro ducatis biscentum cum dicto onere, & intendens vigore dicti pacti reemere dictam domum, inſtitit, cogi, & compelli dictum Pyrrum Ioannem ad retrouendendũ ex capite ignorantiæ cum enormiſſima læſione, ideò fuit promulgata ſequens ſententia, videlicèt. In Dei nomine, Amen. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ, & noſtro S.R.C. oblata pro parte Magnificæ Aloyſiæ Caracciolæ Actricis contra Magn. Io. Franciſcum Surgentem conuentum, cuius ſupplicationis tenor eſt videlicet. Viſis denique videndis, & cætera. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, viſis inſtrumentis in proceſſu præſentatis, ac pactis in eis adiectis, præfatum Magnificum Ioannem Franciſcum Surgentem principalem vt principalem, & Egregium Io. Dominicum Palomba eius Procuratorem vt Procuratorem condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad retrouendendum præfatæ Magnificæ Aloyſiæ principali annuos ducatos viginti in proceſſu deductos, neutram, &c. Vincentius de Franchis. Die 17. Iunii 1573. Neap. in Banca Scannapeco. Iterum in cauſa Ill. Cęſaris Gõſaghæ Principis Melficti aſſerentis, quondam Albericum Caraſa, & D. Ferdinãdum Gonzagham dominos Ciuitatis Ariani vendidiſſe cum pacto de retrouendendo Blaſio, & Io. Baptiſtæ de Tocco in pluribus vicibus annuos ducatos 400. ſuper introitibus prædictæ Ciuitatis, & cùm intenderet, ſibi licere illos reemere, non obſtante lapſu temporis pacti, tam per viam reſtitutionis in integrum, quàm omni alio modo meliori, & proinde condemnari Comitem Montis Militum ad illos redimendum, demùm ſeruatis ſeruandis fuit prolata ſequens ſententia, videlicèt, In Dei nomine, Amen. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ, & noſtro S.R.C. oblata pro parte Ill. D. Cęſaris de Gonſagha contra Spectabilem Comitiſſam Montis Mileti vti Baliam, & Tutricem Spectabilis Comitis Montis Mileti cõuentam. Viſis actis factis ad inſtantiam quondam Magnifici Io. Hieronymi Ieſualdi, & ſucceſſiuè eius hæredum, contra præfatos Comitem, & Comitiſſam Montis Mileti, cuius tenor eſt. Viſis denique videndis, &c. S. R. M. Per hãc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, præfatum Spectabilem Comitem Montis Mileti vt ſuprà conuentum principalem vt principalem condemnandum eſſe, & condemnari debere, prout ipſum præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad retro-

tro-

troyendendum hæredibus præfati q. Mago. Io. Hieronymi Ieſualdi annuos ducat. 400. in iudicio deductos, ſolutis priùs, & liberatis ducatis quatuor mille capitalis, vna cum tertijs fortè debitis vſq. in præſentem diem, neutram, &c. hanc eandem, &c. Maſtrillus. Die 24. Octobris 1584. Neap. lecta, lata, &c. Io. Robertus Scanapeco nunc Io. Baptiſtæ Figholæ. Demùm in cauſa Io. Thomæ Graſſi ceſſionarij Caroli Frāchi aſſerentis, quondam Carolum Franchum ſeniorem annuos ducatos 50. procapitale duc. 500. emiſſe ab Angelo Marcheſio cum dicto pacto, vndè petijt, condemnari hæredes quondam Roberti Marcheſii pro retrouenditione faciēda, ſtante depoſito capitalis facto, & per S.C. fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicèt, Die 20. Martii 1607. Neap. Facto verbo in S.R.C. de prædictis per Magn. V.I.D. Ioannem Ruiz de Valdeuieſſo Regium Conſiliarium, & cauſe Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod dictus Io. Thomas Graſſius valeat reemere annuos ducatos in actis deductos, non obſtante lapſu quadrienii, hoc ſuum, &c. Valdeuieſſo, Annibal Cęſarius Secretarius. De Mondellis. Præfata exempla extracta ſunt aliqua à proceſſu Io. Alphonſi de Marinis cum hæredibus quondam Roberti Marcheſii, & ſucceſſiuè Io. Thomæ Graſſi, in Banca Figholæ, & à proceſſu Io. Antonij Caraſæ cum Lucretia Cicinella, & aliis, in Banca Cioffi.

Reuendere an teneatur emptor feudi ſub pacto de retrouendendo illud venditori offerenti pretium, ex quo multa ſupra eod. verbo deduxi in conſimilibus deciſionibus refertis, ideò omittendo iuris auctoritates ibi relatas, duxi ſententiam alias priſcis temporibus prolatam per S.C. in cauſa Ill. Ducis Sueſſæ cum Carolo Mormile ſuper retrouenditione Terræ S. Ioannis Rotundi hic inſerere, cuius tenor eſt, videlicet. In Dei nomine Amen Pateat, &c. Illuſtriſſimo Signor viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum Magnificum Carolum Mormile principalem, vt principalem, ſeù Egregium Franciſcum Barbam eius procuratorem, vt procuratorem pro eo condemnandum fore, & condemnari debere, prout ipſum præſenti noſtra diffinitiua ſententia condemnamus ad faciendam retrouenditionem dictæ Terræ S. Ioannis Rotundi in proceſſu deductæ dicto Ill. Duci Sueſſæ principali, vt principali, ſeù Illuſtr. D. Ferdinando de Alacorno eius balio, & curatori in præſenti cauſa aſſignato pro eo ex cauſis in proceſſu deductis, & ad ſe recipiendum pecuniam pro dicta cauſa depoſitam, nec non ad reſtituendum dicto Illuſt. Duci fructus ex eadem Terra perceptos à tempore productionis ſcripturarum, liquidādos tempore executionis præſentis noſtræ diffinitiuæ ſententiæ, neutram partium condemnantes ex cauſa, hanc eandem, &c. Ioannes Martialis.

Reniſio cauſæ ex eiſdem actis, quæ fit de æquitate S. C. quòd non erit licita alijs inferioribus Tribunalibus, quam ex eius præeminentia alias productum fuit in 2. parte noſtri Compendii, verbo Reuiſio, & talis reuiſio ſolet concedi, quando fuerit cauſa appellationis deſerta aliquo modo, vt ibidem fundaui, an etiam in cauſa reclamationis deſerta concedi, vel denegari debeat, & certum eſt, cum ipſa reuiſio ad inſtar ſit appellationis, & ſecundum eius naturam regulatur, ità Muſcatell. in prax. S. C. lib. 2. par. 3. gloſ. prouocare, num. 59. Petr. Gregor. de appellat. lib. 1. cap. 9. num. 1. & appellatio, & reuiſio à pari procedunt, Giurba dec. 30. nu. 7. Maſtrill. deciſ. 39. num. 9. vndè quemadmodùm in cauſis appellationum concedi ſolet, quando erit deſerta, vt tradit Maſtrill. deciſ. 154. nu. 11. immò appellatione ceſſante, ex quo reuiſio eſt ſubſidiarium remediū, & deficiētis appellationis remedium, Giurba dec. 35. num. 1. Maſtr. dec. 158 num. 1. & 6. poſt Coſt. de remed. ſubſid. in remed. 23. in princ. ità paritèr in reclamatione, cui aſſimilari videtur, etenim reclamatio obtinetur præuia ſupplicatione à Principe, vt latè deduxi ſupra verbo Deſertio, paritèrq. talis reuiſio, quam ſolius eſt Principis concedere, Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 23. numer. 1. Giurba deciſ. 35. num. 2. & 3. qui illam committere poterit via ordinaria, & per reſcriptum, Carroc. ibid. num. 13. vbi plura in caſibus iam relatis per Coſtam vbi ſup. num. 3. concurrentibus requiſitis ibidem relatis num. 4. Ex aduerſo autem dici poterit, ex quo reuiſionis cauſa terminatur per eadem acta, vt per Coſtam vbi ſup. ſub num. 5. verſ. tertius, & vltimus, probant Maſtrill. deciſ. 196. num. 35. Giurba dec. 14. num. 10. & agitatur, prout in cauſa appellationis, Carocc. de except. contra ſent. in except. 106. numer. 14. & fatalia, quæ currunt in S.C. non obſeruatur reuideri cauſam lapſis fatalibus ex eiſdem actis, ex allegatis per D. Reg Sanfelic. dec. 144. num. 4. & 16. meritò concedi non debuerat, quia daretur tertia appellatio, ex quo reuiſio, ſeù ſupplicatio datur loco tertiæ appellationis, Mura dec. 17. num. 2. nam ſupplicatio, vel reuiſio non niſi ſemel conceditur, Carrocc. vbi ſupra num 9. in caſu, de quo agebatur in Sacro Conſilio, quia reclamatio fuerat declarata deſerta, & agebatur contra hæreditatem iacentem, quia hæreditas quando eſt iacens datur curator bonorum, Borgn. dec 30. num. 60. par. 2. Oſaſc. dec. 33. num. 21. And. Gayll. lib. 2. obſeruat. 130. num 2. quanquam autem ipſa repræſentet perſonam defuncti, non hęredis, Bart. in l. Titio, §. ſi hęrede, ff. de legat. 2. Bertach. in verbo hęreditas iacens, & ipſa de per ſe vicem perſonæ ſubſtinere videatur, And. Gayll. vbi ſup. num. 10. adhuc tamen poteſt eſſe in iudicio, nām iudicium contra hęreditatem iacentem ſine curatore non procedit, vt ibi notat Gayll. num. 3. idcircò curator datur pro ſubſtentatione iudicii, quo ſit vt plurimum tales curatores per eorum ignauiam, & negligentiam nō appellantes, aut reclamantes in tempore, deſertiones litium ſubutiuntur in graue damnum illius, ob quod læſa videatur, non mirum ſi reſtitutioni locus erit, cum moram ipſa cōmittere videatur, ex deciſis per Reg. Rouit. deciſ. 41. quocirca reuiſioni etiam locus erit, eapropter licet ipſa reuiſio appellationi æquiparetur, & à pari procedāt, vt dictum eſt, non tamē in effectu erit, vt probat Maſtrill. deciſ. 45. num. 18. & 19. & dec. 158. num. 6. ſuppoſito eo, qualitèr reuiſio ipſa licet dicatur remedium ordinarium,

quan-

quando appellatio non competit, idem *Ma*ſtrill. dec. 19 num. 16. Attamen appellationi tale reuiſionis remedium non æquiparatur, ſed remedio grauaminis, *M*arta conſ. 86. num. 28. immò reuiſio ſententiæ æquiparatur remedio grauaminis, & reſtitutioni, idem *M*arta conſ. 188. num. 14. Et concurrente cauſa proculdubio talis reuiſio erit concedenda, Giurb. dec 66. num. 14. vt putà quando conſtaret de iniuſtitia ſententiæ, Maſtril. dict. dec 158. num. 25. & 29. & ſic de ſimilibus, nam ad hoc fuit reuiſio inſtituta ad frenandum iniquitatem Iudicantium, & corrigendum eorum imperitiam, Coſta vbi ſuprà, nu. 2 Quapropter in cauſa Franciſci Ariemma cum Franciſco, & Fratribus de Cerrone, poſt declarationem cauſæ reclamationis deſertę fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicèt. Die 4. Iulii 1635. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per *M*agnific. V.I.D.D. Flaminium de Conſtantio Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Viſa inſtantia facta per Procuratorem hæreditatis iacentis, &c. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod reuideatur cauſa ex eiſdem actis. Hoc ſuum, &c. Don Flaminius de Conſtantio, Fabritius Sollatius pro Secretario, in Banca Iadoniſij pro Amico *M*agiſtri Actorum.

Reuiſio relationis creditorum concurrentium an erit concedenda, non impedita anteriorum creditorum exactione crediti, hoc contingit in cauſa illorum de Cæſario, in qua cùm fuiſſet facta graduatio creditorum, conquærebantur aliqui creditores diuerſimodè, vel ob eorum anterioritates, ſeù potioritates, & prælationes, ob quod fuit interpoſitum decretum per S.C. huiuſmodi. Die 7. Septembr. 1634. Audita relatione Magnifici Donati Coppulæ Iudicis M.C.V. per S.R.C. remiſſa eſt eidem M. C. quæ prouideat, quod eum effectu fiat reuiſio petita, audito tamen Franciſco Tagliero, qua reuiſione facta iterum relationem faciat, Hoc ſuum, &c. de Mercatis Secretarius, in Banca Carboni, & citra dubium, quia reuiſio datur etiam reſpectu ſententiarum latarum, vltra alia relata de iure ordinata aduerſùs ſententias, vt probat Scaccia de appellat. quæſt. 19. remedio 3. num. 30. poſt And. Gayl. pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 155. num. 6. latiſſime Carroc. de except. contra ſent. in except. 106. per totam. Et conſequenter in reuiſione idem erit attendendum, quoties error immineret, aut dolus, vt proſequitur Eſcob. de ratiocin. cap. 41. à num. 28. cum ſeqq. Multò fortiùs idem erit attendendum in reuiſione graduationum creditorum, quorum iura ob ſuprà allegatas cauſas ſolent peruerti, quemadmodùm in eadem cauſa incidit, ex quo dum Aloyſius Capacius V.I.D. emptor cuiuſdam domus partim ab illis de Cæſario, partim ab alijs creditoribus ipſorum, qui ſententias pro eorum creditis reportauerant, dùm fuiſſet interpoſitum decretum contra eum, vt faceret depoſitum, aliàs prouidebitur, quòd domus venderetur, & inſtabat pro graduatione creditorum, ſtante relatione ipſorum, cōparuit Chriſtina de Ambroſio creditrix ipſorum de Cæſario aſſerendo, domum ipſam voluntariè fuiſſe emptam tempore, quo erat ſub Iudice, & vendita erat cum maxima læſione. Licèt ex parte ij ſius Aloyſij replicaretur, circa hoc eſſe neceſſarium libellum pro læſione, nam ſi fuiſſet porrectus, vtiquè oppoſuiſſet exceptiones, vltra quod ipſa Chriſtina conſenſerat venditioni, propter quod fuit interpoſitum aliud decretum. Die 24. Ianuarij 1641. Audita relatione Magnif. V.I.D. Donati Coppulæ Iudicis M.C.V. Per S.R.C. remiſſa eſt cauſa eidem M.C.V. quæ prouideat, quod audiantur Partes ſuper omnibus hinc inde prætenſis, Hoc ſuum, &c. Ab hoc decreto appellauit ipſa Chriſtina, & obtinuit, verbum fieri in S.C. vnde fuit aliud decretū interpoſitum, vz. Die 21. Iulij 1641. Audita relatione Magnifici V.I.D. Donati Coppulæ Iudicis M.C.V. Decreto S. R. C. prouiſum eſt, quod ſuſpenſo decreto lato ſub die 24 Ianuarii 1641. remiſſa eſt cauſa eidem M.C. quæ procedat ad diſcuſſionem relationis ordinatæ, & interim Aloyſius Capacius faciat depoſitum tertiarum debitarum, & debendarum dictæ Chriſtinæ Ambroſinæ pro capitale ducatorum 200. Hoc ſuum, &c. Ex quibus colligitur, quòd licèt reuiſio impediat executionem ſententiæ prolatæ regulariter, vt docet ibi Carroc. num. 5. Non tamen quando eſſet ſententia Principis, vt ibi Carroc. n. 12. ſupponit vel ſupremi Tribunalis ſine cautione in forma, quemadmodum And. Gayl. lib. 1. obſeru. 154. num. 3. probat, & aſſequitur Minſinger. cent. 6. obſeru. 15. num. 4. multò magis in reuiſione graduationum, quando notoriè, & in promptu apparet liquidò de iure creditorum anteriorum, eò quia reuiſione cauſæ pendente poteſt fieri executio, docet Lancellot. de attent. capite 19. numero 16.

Reuiſio nullitatis ſententiæ S.C. ex eiſdem actis concedi an debeat, videbatur negandum, poſtquàm reuiſio habetur loco appellationis, & ſecundùm eius naturā regulatur, vt ex Bar. notat Muſcat. in praxi S.C. lib. 2. par. 3. glo. prouocare, num. 59. Scaccia de appellat. quæſ. 11. ſub num. 17. verſ. confirmatur, poſt Afflict. dec. 23. & Specul. notat Petrus Gregor. in tract. de appellat. lib. 1. cap. 9. num. 1. Et cauſa appellationis eadē eſt cū prima, & appellationis cauſa dicitur eadem cum principali, vel ſaltim non abſolutè diuerſa, Surd. dec. 147. num. 3. & 4. non mirum ſi cauſa principalis ſit diuerſa à cauſa appellationis. Caroc. dec. 115. num. 3. licèt ipſa dicatur filia cauſæ principalis, Præſ. de Franch. dec. 637. nu. 4. & eſt acceſſoria ad cauſam principalem, Idem dec. 370. num. 18. idcircò eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt cauſa principalis, Idem dec. 520. num. 1. & hoc pro regula ponitur, & appellationis iudicium eſt acceſſorium ad iudicium principale, eiuſquè ſequitur naturam, Camil. de Medic. conſ. 151. num. 12. 13. & 14. Fontanella dec. 170. num. 6. & à pari procedunt, nam ſi prima cauſa fuerit ſummaria, cauſa appellationis eſſet ſummaria, voluit etiam Muſcat. in d. praxi, lib. 2. par. 3. gloſ. inſtantia, num. 11 & 12. Scaccia vbi ſuprà, per totum, ita paritèr quando eſſet ordinaria prima cauſa, erit etiam ordinaria cauſa appellationis. Quocirca ſuppoſita natura cauſæ prædictæ ordinariam cognitionem continente, ſubſequitur etiam, ordinariam cognitionem eſſe in cauſa appellationis, & conſequentèr ipſam cauſam nullitatis oppoſitæ aduerſùs ipſam ſententiam, & ob id non alitèr ex

eiſdem

Digitized by Google

eiſdem actis procedendum eſſe, ſed ordinariè, hoc eſt adhibita cauſæ cognitione, ſuppoſito etiam, quòd ipſa nullitas duobus modis proponi poteſt, vel principalitèr, vel per viam actionis, vel incidentèr per viam exceptionis, vt refert Lancell. de attent. in 2. par. cap. 17. num. 7. Quanquàm tali cauſa nullitatis pendente retardetur executio, potiſſimùm in hoc Regno, ſecundùm Ritum M.C. & vigore Regiæ Pragmaticæ, de qua mentionem facit prædictus Lancell. eod. tract. dict. par. 2. cap. 17. num. 148. ſubdens num. 146. etiam ſi per viam exceptionis fuerit propoſita, adhùc tamèn in vtriſque modis ordinariè procedendum eſſet in diſcuſſione ipſarum, ex quo tunc non impedirent executionem ſententiæ, vel inſtrumenti, quando proponerētur per viam actionis, ſed ea pendente cauſa nullitatis à reo propoſita ſententia, & inſtrumentum exequerētur, ita D. Conſ. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 16. num. 21. ſubdens, quia requirit proceſſum, & viam ordinariam iudicij, niſi fortè tales nullitates eſſent notoriæ reſultantes ex eiſdem actis, ita Andr. Gayl. lib. 1. obſeru. 75. per totam, quoniam tunc retardarent executionem ſententiæ, vt cumulat Scacc. de appellat. quæſt. 19. remed. 1. concl. 4. per totam, vltra D. Conſil. Carleual d. tract. to. 2. tit. 3. diſp. 16. nu. 23. Verùm quia verſabatur cauſa in S. C. in quo non admittuntur appellationes à ſententijs per ipſum prolatis, ſed reclamationes duntaxat ex eius præeminentia, ita Præſ. de Franch. dec. 346. num. 1. Muſcat. in dict. praxi, lib. 2. par. 1. gloſ. 1. num. 116. Propreteà nullitates non aliter videntur proponi aduersùs eas, niſi per viam actionis principalitèr, & tunc nullitas deducta principaliter per modum agendi eſt actio ordinaria, in qua procedi debet, ſeruata tela iudiciaria, Scacc. d. tract. de appellat. dict. quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 4. num. 24. Ideò ordinariè procedendum erit in reclamatione, contra tamen remedium reuiſionis, vt dictum eſt ſuprà, & infrà dicetur. Præterea ſi cauſa fuerit deuoluta ad S.C. ex M. C. V. vel ex alijs Tribunalibus per viam appellationis, quod eſt remedium ordinarium, Petrus Greg. de appellat. lib. 1. cap. 5. num. 11. & 13. & cap. 6. num. 11. & ſalubertimum, And. Gayl. dict. lib. 1. obſeru. 128. nu. 1. Et eſt remedium ad præſidium innocentiæ, & non ad defenſionem iniquitatis, & eſt theriaca contra venenum Iudicis, & æmula ſententiæ, vt inquit Muſcat. d. praxi, in 2. lib. par. 1. gloſ. ſententia, num. 12. poſt Præſ. de Franch. dec. 61. num. 5. cum alijs apud Daniel. Moller. lib. 4. ſemeſt. cap. 36. num. 5. In qua regularitèr appellatione interpoſita dicitur etiam de nullitate principaliter, iuxta vulgatam praxim Tribunalium, ex verbis illis, appello, & de nullitate principaliter dico, vt idem Muſcat. vbi ſuprà, ead. par. 1. gloſ. nullitatis, nu. 53 Farinac. in repert. iudic. quæſt. 50. num. 3. Et eo caſu in vtraquè cauſa ordinariè procederetur, nam appellatio habet principium, medium, & finem, ſicut via longa, Muſcat. d. lib. 2. par. 2. gloſ. finiendum, num. 8. etiam ſi nullitas ſeorſum fuerit principalitèr allegata, Vant. de nullit. rub. quot, & quib. mod. nullit. &c. num. 24. Vel ſi non fuerit de nullitate dictum, ex quo verbum appello ſimpliciter prolatum nullitatē includit, Minſing. ſingul. obſeru. cent. 5. obſeru. 77. num. 5. Ex quo incidenter nullitas venit in cauſa appellationum, And. Gayl. lib. 1. obſer. 77. num. 6. quia tacitè ineſt appellationi, Bernard. Murſer. lib. 1. pract. forenſ. tit. de appellat. deciſ. 39. Maritò in vtraquè cauſa ſimili modo procedendum erit, quia nullitas regulatur prout appellatio, inquit Carpan. ad Conſtit. Mediolan. tom. 1. cap 131. num. 39. Eò quia inter nullitatē, & appellationem connexitas magna eſt, And. Gayl. dict. lib. 1. obſeru. 77. num. 7. & ſic in cauſa nullitatis procedi poterit, dato termino extraordinario, Muta dec. 99. num. 30. Sin autèm non per viam appellationis, ſed reclamationis contra ſententiam S.C. procederetur, ex quo talis reclamatio eſt pariter remedium ordinarium, & dicitur eſſe loco appellationis, ex gloſ. in l. 1. C. de ſent. præſ. Præt. ex And. Aff. Iaſ. Capyc. & Tartagl. probat Io. Franc. de Leonard. in tract. de Magiſt. Regni, cap. 4. num. 5. quoniam reclamatio datur à ſententijs S.C. non tamen appellatio, Præſ. de Franch. dec. 646. num. 2. Muſcat. d. glo. ſententia, num. 106. Io. Franc. de Leonardis vbi ſuprà, num. 14. & eo caſu, vt quotidie practicatur in eadèm cauſa reclamationis iuris ordine procederetur, vt docet Scaglion. in ſuo ordine iudiciario, poſt eius commētaria ad Ritus M.C.V. rub. apertura fit in cauſa appellationis. Quinimmò ſi in ea deducta non fuerit cauſa nullitatis principaliter, ſed incidenter, & pariter eodem modo procederetur, vt docet Muſcarel. d. praxi, lib. 2. par. 1. glo. nullitatis, num. 35. potiſſimùm quando per viam actionis fuerit propoſita incidenter, non tamen per viam exceptionis, ita Vant. loco citato, num. 17. Sin autem principaliter non fuerit deducta cauſa nullitatis, ex quo ipſa nullitas deuoluit cauſam principalem, And. Gayl. d. lib. 1. obſeru. 117. ſub num. 1. Minſing. ſingul. obſeru. cent. 5. obſeru. 91. num. 7. eodem modo procederetur. Similiter ipſa nullitas remedium eſt pro irritando, ac nullum, & irritum declarando, Vant. de nullit. rub. quid ſit nullitas, num. 10. Scaccia de re iudic. glo. 13. ſub num. 8. Vnde ex his colligitur, ſtantibus remedijs ordinarijs, non eſſe deueniendum ad remedia extraordinaria, prout eſt ipſa reuiſio, quę eſt remedium extraordinarium, vt refert Petr. Gregor. vbi ſuprà, num. 1. Quemadmodùm remedium ordinarium vbi datur, non conceditur remedium extraordinariū, vt pro regula conſtituit tex. in l. quędam, in princ. ff. de eden. cum alijs adductis per Barboſ. in Princip. Iuris, lit. R. num. 14. & ſic ceſſare videtur ex his reuiſio ex eiſdem actis in cauſa nullitatis oppoſitæ aduersùs ſententiam S. C. dato, quod in cauſa reuiſionis procedi debeat ordine iudiciario, & ſtatui debet terminus, & alia fieri, quæ fiunt in cauſa appellationis, ex tex. in cap. ex literis, de reſtitut. in integr. probat Benint. dec. 78. num. 10. vbi ita decrſum refert in fine deciſionis, vbi num. 4. dixit, quod reuiſionis cauſa eſt inſtar cauſæ appellationis, ac ſpecies appellationis. Ex aduerſo autem conſiderari poterit ante omnia, quòd reuiſio ſententiæ vicem appellationis non obtinet, ita Magon. dec. Florent. 120. num. 14. cùm ſint diuerſa, & in multis inter ſe differant, vt ex Specul. & Marant. probat Benint. dec. 78. num. 8. non tamen

Digitized by Google

men quod in cauſa reuiſionis debeat tantùm ex eiſdem actis,non ex alijs fiendis,ſicut fit in cauſa appellationis, vt ibi cenſuit, in qua dicitur,quod non eſt deductum,deducam,& quod non eſt probatum,probabo, vt inquit num.7. ſequitur Carroc.d.except.106.num.14.diuerſa eſſe remedia appellationis,& nullitatis, vt cõſiderat idem And.Gayl.d.lib.1.obſeru.135.num.4.Et ſic quemadmodùm cauſa principalis, & appellationis non ſunt eædem, nec penitùs diuerſæ, ſed dicuntur diuerſæ diuerſis reſpectibus,& quo reſpectu ſint eædem tradit Muſcat.d.praxi,lib.2.par.3.gloſ.inſtantia,num.17.& 18. poſt Specul.& Marant. relatos à Benint.d.dec.70,num.8. Idcircò diuerſa remedia conſtituta videntur,& potiſſimùm remedium reuiſionis, non ſolùm aduersùs ſententias iſtas,ita probat Coſta de remed.ſubſid.in remed.23.num.2. cũ ipſa ſit remedium extraordinarium, Pet.Gregor.de appellat.lib.1.cap.9. num.1. Sed etiam aduersùs nullitates ipſarum ſententiarum,quemadmodùm expreſſim notat Chriſtoph. Schuuaman in ſuo proceſſu Camerali,lib.1.cap.75.per totum.Vbi namque plura competunt remedia, vno ſublato aliud adhuc ſubſiſtit, ita cenſuit And Gayl lib 2.pract.obſeru.in obſeru.98.num.11. Adeò quòd cùm tale remedium reuiſionis ſit diuerſum ab appellatione, & reclamatione, diuerſos tamen effectus parit, de quibus per Coſtam in tract.de remed.ſubſid.remed.23.nu.5.& dicitur remedium gratioſum,inquit Muta dec.42.num.1.& ſeqq. & quare hoc remedium reuiſionis ſit inductũ,docet Theſ.dec.246.nu.4. Eſt igitur veriſſimũ, quod talis reuiſio ſẽtẽtiarũ à ſolo Principe per viã gratiæ concedi poteſt,vt voluit Coſta loco citato,num.1.Muta ibidem, prout ſolet tertiam appellationem concedere ad S.C.ex priuilegio reſcripti particularis, vt tradit Muſcat.d.lib.2 par.3.gloſſ. ſeruata, num.21.& 51.quod alijs denegatum eſt ex reſpectu reuiſionis concedenda, & quæ datur loco tertiæ appellationis.Muta d.dec.42. num.2. præſertim contra nullitates. Et ſucceſſiuè per S.C. quod repræſentat perſonam Principis, Muſcat. in praxi S.C.lib.2.par.1.glo.proſequendum,nu.97.& 98.& gloſſ.tenebitur, num. 27. & ipſius ſententiæ proferuntur nomine Regio,vt dictat Pragm.6.de offic.S.C.Verùm quia tam appellatio interpoſita ab inferioribus Tribunalibus ad S.C. nõniſi ſemel conceſſa ſit,omiſſo medio ab omnibus Iudicibus,Muſcat.d. par.1. gloſſ. detinebitur,num.3.& geminata appellatio pro vna habetur,And.Gayl.dict.lib.1.obſeru.18.num.6. Muſcat.dict.lib.2.par.2.gloſſ.primum, num.22. Ita pariter reclamari non niſi ſemel poterit à ſententia eiuſdem S.C. Præſ.de Franch.deciſ.193.num.1.Muſcatel.d.praxi, lib.2.par.3.gloſſ. appellari,num.11. Camill.de Medic. conſ.103. num.1.quemadmodum non niſi ſemel poterat à ſententia Præfecti Prætorio reclamari, idem Præſ.de Franch.dec.135.num.3. cùm ab ea appellari non poterit,Anna alleg.48.num.26.Muta dec.42.num.1. in cuius locum dictum S.C. ſucceſſit,eumque repræſentat, Muſcatel.in eadem praxi,d.lib.2 par.1.gloſſ.1.num.107. non mirum ſi nec ùm reuiſionem ipſam concedere poſſit,ſed etiam mandare,in ea procedi ex eiſdem actis,cùm de eius ſit præeminentia, & ſtylo procedere ad reuiſionem cauſæ ex eiſdem actis,non obſtante,quòd copia ſit præſentata intra 50.dies in cauſa appellationis, vt idem Muſcat.d.gloſſ.proſequendum adnotauit,num.95. immò etiam poſt lapſum tempus præſentationis copiæ,vt ſubdit num.103.& 104.ſic in reuiſione, quæ poteſt committi per Principem via ordinaria,& per reſcriptum, Carroc. de except.contra ſentent. in except.106.num.13. Ac etiam in cauſa reuiſionis, eò quia in reuiſionum cauſis nihil noui deducendum,vel allegandum eſt,And.Gayl.dict.lib.1.obſeru.154. num.2.Græueus ad eundem Gayl.ibidem,nu.2. ideò ſemel erit danda Parti,Muta dec.17.nu.6. Carroc.de except. contra ſent. except.106. ſub num.7.eò magis quando nullitati adhæreret, quę non indigeret aliqua probatione, dum ex eiſdem actis reſultaret, Vant.vbi ſuprà,num.25. nec propterea iterum reuideri, quia reuiſiones bis fieri nequeunt,And.Gayl.dict.lib.1. obſeru.155.num.3.& à tali reuiſione non appellatur, nec ſupplicatur,Chriſtoph.Schuuaman.vbi ſuprà,num.10.quia non datur reuiſio reuiſionis, Muta d.dec.92.num.19. quocirca talis reuiſio eſſe videtur tertia appellatio, qua & cauſa appellationis in tertia inſtantia debet expediri ex eiſdem actis,Amatus dec.Ancon.95.num.10.Et propterea in cauſa *Magnifici* Vincentij Caietani cum Magnifico Io.Vincentio de lo Tufo ſuper nullitatibus ſententiæ olim latæ per *S.C.* Facta relatione in eodem S.C.die 22.*Maij* 1562 per Reg. tunc Conſiliarium Io.Andream de Curte cauſæ Commiſſarium,deciſum fuit, iunctis Aulis,bene fuiſſe prouiſum per idem *S.C.* quod nullitates reuideantur ex eiſdẽ actis, &c. penes Secretarium,vt habui ex quibuſdam manuſcriptis.

Reuiſio appretij bonorum, ex quo adiudicatio ſubſecuta fuerat,an iterum erit facienda,obſtãtibus aliquibus in facto,& in iure defectibus, præſuppoſito priùs,qualiter in anno 1596. Paſchalis,& Fratres de Poſitano vti filij,& hæredes quondam Hectoris Poſitani reſciſſo contractu fuerunt condemnati ad ſoluendum Frãciſco Antonio Porpora, ac eius fratri Bartholomæo ducatos biſcentum cum intereſſe, ac etiam pro illis præſtita aſſiſtentia ſuper certis territorijs ſitis in Terra Ayerolæ, & cõfirmatum per S.C.fuerunt liquidata intereſſe in ducatis 578. ad rationem ducatorum quinque pro centenario, quod aſcendebat ad ſummam ducatorum 70.pro qua ſumma cùm fuiſſet iuſſum,procedi ad venditionem dictorum bonorum,ſuper quibus fuerat aſſiſtentia præſtita.licèt fuiſſet factum depoſitum ducatorum 17.2.10.reſtantibus aliis ducatis 52.2.10. vnà cum expenſis,pro quibus fuerat ordinata taxatio,nihilominus quia iam apparebat facta adiudicatio dictorum bonorum pro dicto capitale,& pro expenſis, & conuenti inſtiterunt pro reuiſione adiudicationis,& ita ordinatum, & è conuerſo Actores inſtabant, condemnari reos ad ducatos centum,vnà cum intereſſe, & reuideri calculum intereſſe, dicebatur reſpectu dictæ reuiſionis adiudicationis non potuiſſe rationem haberi ex pluribus. Primò, quia dum fuerat decretum,quod appretium firmum remaneret in menſe Ianuarij 1609.& commiſſiones

fuerunt

Digitized by Google

fuerunt expeditæ in menſe Septembris. Secundò; quia duo fuerunt conſtituti Reuiſores, & in commiſſione aſſerebatur, quod perſonaliter ſe conferrent ad bona, compertum fuit, vnum ex eis cum conuentis interfuiſſe, vt ex quadam fide Actuarij aſſumpti ad illum actum apparebat, adeò quod cùm vnus ſolus acceſſerat, actus nullus reputabatur, ad tex. in l. duo ex tribus, ff. ff. de re iudic. Tertiò, quia relatio aſſerebat, qualiter fuerat ſubſcripta à Notario ordinario, & illud verbum ordinario erat caſſatum, licèt poſſit legi, vltrà quod alter Notarius, qui authenticam fecerat dictæ relationi, eam fecerat die 14. Septembris, & non dixerat, fuiſſe firmatam, ac ſubſcriptam in eius præſentia, quod erat neceſſarium, ad finem vt probaret, cùm de iure ſit cautum, Notarium non poſſe facere inſtrumentum, niſi de ijs, quæ coram ipſo geſta ſunt, Affl. dec. 245. num. 7. verſ. ſed profectò, alter enim remanet merus teſtis, vltra quod dictus actus eſſet nullus, dum primus Notarius inceperat caetcere, & proinde alter ſe intromittere nequiuerat, propterea de iure cautum eſt, quod ſi vnus Notarius, ſeù Actuarius inciperet ſcribere in cauſa, alter non poterit, & ſi ſcriberet, non valeret, iuxta doctrinam tradatam per Bal. in l. 1. §. Conſoles, in fine, num. 6. ff. de offic. Conſul. Quartò apparebat nullitas relationis, quia monitio ſuper faciem loci erat facienda pro die 22. Septembris in die Sabbathi, nec aderant verba cum continuatione, & ipſi de Poſitano aſſerebant, ambos Reuiſores iunctim fuiſſe die Lunæ 24. quod non apparet, nec eſt veriſimile, quod ipſe Franciſcus Antonius non fuiſſet de perſona, dùm eo tempore reperiebatur in eadem Terra, vltra quod eos allegauerat ſuſpectos die Dominico, & ideò quatenùs fuiſſet vera monitio, adhùc eſſet nulla, dùm noua monitio facta non fuerat ob nouum acceſſum, eò quia eſt de iure, quod actus determinatus ad certam horam, & diem, ſi fiat alio die, eſt nullus, Affl. dec. 387. num. 5. Iaffred. Balb. dec. 437. & Crauett. qui plures allegat in conſ. 222. num. 17. Sebaſt. Vant. in tractat. de nullit. titul. de nullit. ex defectu citat. nu. 73. Quintò, nec apparet læſionem interfuiſſe, quia duo corpora fuerunt adiudicata, hoc eſt quædam ſylua cum Caſtagnito coniuncto; ac aliud Caſtagnitum pro ducatis 45. 2. 10. & in prima adiudicatione hoc idem Caſtagnitũ fuit appretiatum pro ducatis 14. & ſic pro ſumma ducatorum 59. 2. 10. minùs, & tantùm valuiſſe refertur tunc, & ad præſens valet, alteratio enim pretij conſiſtebat in Sylua pro augmento lignaminum annorum duodecim, conſpiciebatur magna læſio. In quo etiam aduertendum erat, quod in cataſtro, ac appretio bonorum dictæ Terræ, prædicta bona ſunt deſcripta pro vncijs 16 hoc eſt pro ducatis 106. in quibus aderãt certa onera, & cenſus; & fuerunt adiudicata prædictis de Porpora pro ducatis 261. nec erat conueniens habere bona obnoxia oneribus, & habita pro liberis, ex quibus facilè lites oriri poterant. Et ex his facta relatione in S.R.C. per Regium tunc Conſiliarium Fabium Riccardũ die 14. Iulij 1612. fuit interpoſitum ſequens decretum videlicet. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod appretium factum bonorum in iudicio deductorum reuideatur per alios Expertos eligendos, præuia liſta, ad finem prouidendi, Hoc ſuum. &c. de Mercatis Secretarius, in Banca Cantoni.

Reuocatio vigore Conſt. Conſtitutionem an fieri poſſit pro renunciatione officii, aliàs in prima parte noſtri Compendii, verbo Reuocatio ex Franc. de Amico diximus, fuiſſe negatiuè deciſum, & vltra dictam deciſionem idem deciſum fuit per R.C.S. in cauſa Anelli Balzarani cum Io. Andrea de Piatto Regio Secreto, & Magiſtro Portulano Prouinciæ Principatus citra, dùm fuerat prætenſum per dictum Anellum, quod cùm ipſe emiſſet à dicto Io. Andrea dictum officium, & impetraſſet à Sua Maieſtate literas, quod caperetur informatio de eius habilitate, ſtante quod dicta informatio ſit capta ex decretatione Suæ Excellentiæ, & conſtabat, quod referatur Suæ Excellentiæ eius habilitas, & interim quod liceat ei ex emolumentis dicti officij aſſecurare vitam dicti Io. Andreæ, & ex aduerſo dictus Io. Andreas inſtiterat, quod non procederetur ad aliquem actum ſuper dicta renunciatione officij, ſtante quod eam reuocauit vigore Conſt. Regni Conſtitutionem Diuæ memoriæ, & in aliis, vt in actis, fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicèt. Die 8. Februarij 1589. Viſis actis per Excell. Militem D. Marcum de Goroſtiola V.I.D. & Regiæ Cameræ Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium, factaque relatione Ill. Domino Locumtenenti, & aliis Excell. Dominis Præſidentibus dictæ Regiæ Cameræ, fuit per dictam Regiam Cameram prouiſum, & decretum, prædictum Ioannem Andreã condemnandum eſſe ad ſoluendum quantitatem pecuniæ prædicto Anello debitam pro cauſa renonciationis dicti officij, ac ad præſtandam cautionem de eximendo indemnẽ, & illæſum prædictum Anellum infra quatuor menſes pro reſtanti quantitate, quam dictus Anellus promiſit ſoluere Ill. Marchioni Ienſani creditori dicti Io. Andreæ de Piatto ex cauſa dictæ renũciationis, qua ſolutione facta, & cautione præſtita reſtituatur dicto Io. Andreæ eius officium Magiſtri Portulani, prout reſtitui mandatur, Hoc ſuum, &c. Marcus de Goroſtiola, Dauid Capocefalus Mag. Act.

Reuocatio Procuratoris penès acta conſtituti, cũ quo fuit lis conteſtata, facta penès acta Notarii, non aliter notificata Parti, & ſine cauſa, an valeat, fuit per M.C. admiſſa reuocatio, Horatius Montanus controuerſ. forenſ. controuerſ. 78.

Reus ab Eccleſia extractus, ſi à carceribus fugiat, & deinde extra Eccleſiam apprehendatur, an gaudeat immunitate Eccleſiæ, vide D. Reg. Sãfelic. dec. 242.

Reus inquiſitus de graui delicto ſi fuiſſet citatus ad informandum, & inde comparuiſſet, & habito ab eo examine fuerit habilitatus per Palatium Curiæ ſub fideiuſſione, an poſſit prætendere habilitari ſub mandato tantùm, citra fideiuſſionẽ, euenit ſuper hoc diſceptari in S.C. dũ fuiſſet expoſita querela criminalis de falſitate per Cõſtãtiam de Vrſo contra N. vt fuit deductum ſuprà in verbo Accuſare, ob quam cùm fuiſſet citatus ad informandum, comparuit in M.C. & fuit examinatus, & habita illius depoſitione fuit habilitatus per Palatium M. C. V.

ſub cautione in forma de non diſcedendo, de quo grauatus appellauit ad S.C. prætendendo, ſub mandato tantùm relaxari debere, non tamē ſub cautione: & de iure non eſt dubium, quod reus comparens debet ſtatim examinari, Foller. in praxi crim.rub.& ſi compareat ante contam. num.2.vbi nu.13.aſſerit, quod principalis reus erit examinandus ante omnia, ſequitur Cartar. in praxi interrog.reorum, lib.1.cap. 1. num.4. Ambroſ. in ſuo proceſſu informat. lib.2.cap.2. num.1.Et poſt examen receptum non aliter debet carcerari, ſed bene relaxari ſub fideiuſſione, vt docet Foller.in dict.praxi, rub. examinati liberentur, prout obſeruant Mediolanenſes ponere reos exacto examine ad largam, vt proſequitur Ambroſin.in ſuo proceſſu informat.libr. 3.cap.1.num.19.& ſeq. latè Guazin.in tract. ad defenſam reorum, in defenſ.23.cap.1. referens, ita Romæ ſeruari, & iterùm defenſ.26.cap.2.nu. 1.Et quando relaxatur ſub fideiuſſione, talis fideiuſſio debet eſſe de ſtando in certo loco, & inde non recedendo, refert Farin.in eius praxi, q. 33.num. 3. Immò etiam quando delictum eſſet graue, erit ſub fideiuſſoribus relaxandus reus, probat Farin,dict.quæſt.33.num.50. & potiſſimùm in crimine falſi, ſecundùm aliquos, inſpecta eius pœna, vel corporali, vel pecuniaria, Iudex debet animaduertere, vt & fideiuſſione præuia relaxare carceratum, quemadmodùm ibidē probat Farinac.num.33.Et cùm in hanc ſententiam inclinauerat ipſa M.C.V.mandando, relaxari per palatium reum ſub tali cautione, licèt fuiſſet appellatum ad S.C.pro reformatione decreti prædicti, vt ſub mandato tantùm relaxaretur. Nihilominùs facta relatione in eodem S.C. die 26.Ianuarij 1645.per Nobiliſſimum Virum D.Berardinum Belprato Iudicem eiuſdem Magnæ Curiæ Vicariæ fuit remiſſa cauſa eidem M.C.ſimpliciter, & fuit confirmatum decretum ipſius, vt ex actis in Banca Panſerę Magiſt. Act. & hoc non abſque ratione, poſtquam titulus criminis erit in primis inueſtigandus, Ambroſ. in proceſſu informat.lib.2.cap.4.num.1.qui etiā ſi ipſe ſolus non faciat, quem eſſe reum, vt inquit Præſ.de Franch.dec.330.num 7.impedit tamen, quominùs poſſit relaxari, & potiſſimùm quando delictum eſſet graue, cuius pœna eſſet magna.quoniam etiam ſub fideiuſſione poterit relaxari, vt inquit ibi Farin.num.51. & ſeqq. & potiſſimùm in crimine falſi, etenim ſi etiam ſtatutum permitteret, vt pro eo pœna pecuniaria debeatur, adhùc relaxari non debet ſub fideiuſſione, cenſuit ibidem Farin.nu.30.adeò quod ſi bene hoc relictum ſit arbitrio Iudicis relaxare reum, vel non ſub fideiuſſore, vt ſubdit ibidē Farin.num.71.ſubſequitur tamen dicendo, hoc arbitrium non eſſe abſolutum, & liberum, ſed regulatum ex iuſta cauſa, n.72.& 73.Guazin.d. defenſ.26.c.2.n.5.

Reus inquiſitus in cauſa criminali, qui iam depoſuit, an poſſit copiam ſuæ depoſitionis ante publicationem proceſſus petere, & conſequenter ei concedenda, fuit per Collaterale Conſiliū deciſum, eſſe concedendam in cauſa Ferdinandi Ametrani ſub patrocinio Octauij Vitaliani I.C.& Aduocati illius, ex quo dùm copia proceſſus petebatur à reo, erat concedenda, etiam ſi procederetur ex inquiſitione, Cartar.in praxi interrog.reorum, lib.3.cap.5. num.50. Ambroſ. in proceſſu informat.lib.3. cap.2. per totum. Guazin.in tract.ad defenſam, defenſ. 24. cap.1. per totum.

Reus inquiſitus de aliquibus delictis, pro quibus obtinuit gratiam vigore banni promulgati, vt inſeruiret in bello, in cuius locum certo modo obtinuit gratiam inſeruiendi in Triremibus, quo impleto, dùm fuerat captus, & carceratus, inſtabat excarcerari, ſtante dicto implemento ſeruitij, contra quod per Fiſcum obijciebatur. Primò, quia ipſe erat miles voluntarius, & non concordatus. Secundò, quia talis commutatio erat ſubreptitia. Tertiò, quia tale bannum excludebat inquiſitos ob delicta commiſſa infra bimeſtre tempus, & eius delicta commiſſa fuerant infra tale tempus. vide infrà in verb. Seruitium.

S

SACRILEGVS auferēdo bixidā, vbi reponitur Sāctiſ. Sacramentum ab Eccleſia, qua pœna puniri debeat, deciſum fuit pœna mortis. vt inquit D.Reg.Sanfelic. in dec.243. de qua etiam memini in 3. parte noſtri Compendij, verbo Sacrilegium, & idem erit, ſi aliud fuerit Religioſum, licèt modici valoris ablatum, vt ibi refertur, & an talis Sacrilegus gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, vide ibidem n.2.

Sacrilegus an dicatur reus, penès quem fuit reperta ſchedula ſcripta aliquibus verbis Sacris, ac Crucis ſignis, ad hoc ne confiteretur delictū in tormentis, fuit ipſe reus pro omnibus relegatus per quinquennium, ſic atteſtante D.Reg. Sanſel.in dec.265.

Sal tam ſi eſſet terreus ex terra depromptus ex lapidicinis, quàm ex aqua maris in foueis exiccatus, comprehenditur ſub prohibitione Prag.de ſale vend.vt antiquitùs deciſum fuit per R.C. teſtatur Nouar.in Prag. 2. collectan. 3. de ſale vend.

Salarium à Barone debitum vaſallis vacantibus pro eius ſeruitio quantum erit taxandum, deciſum fuit per S.C.die 21.Maii 1563.ad relationem Reg.Conſil.Ludouici della Quadra in cauſa Vniuerſitatis Prignani, & Mileti, cum D. Ioanne de Ayerbo, quod ſalarium ſoluatur tam pro acceſſu, quàm pro receſſu, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, & pro diebus, pro quibus vacauerint pro ſeruitio Baronis, iuxta communem conſuetudinem inter ciues, penès Io.Portium Mag. Act. Iterum in cauſa Vniuerſitatis Montisfortis cū Cæſare Loffredo die 17. Octobris 1564.ad relationem eiuſdem, quod vaſalli non cogantur ad ſimilia ſeruitia, niſi ſoluto ſalario, prout inter ciues, tam pro acceſſu, quàm pro receſſu, & tempore, quo vacauerint, in Banca Villalta. Iterum in cauſa Vniuerſitatis Montisbelli, cum Philippo Guerriero, die 1.Iul.1569. ad relationem Reg.Conſil.Gonſalui Bermudez, quod in eundo, & redeundo ſoluatur ſalarium,

iuxta

iuxta formam Reg. Pragm. & ſi vltra voluerit retinere, ſoluatur dieta, prout ſolitum eſt inter ciues, apud eundem Io. Portium. Iterũ in cauſa Vniuerſitatis S. Georgij della Molinara cum Comite Mutconi, die 23. Ianuarij 1565. ad relationem eiuſdem Conſil. Bermudez, quod in eũdo, & redeundo ſoluatur ſalarium, iuxta Reg. Pragm. & ſi vltra voluerit retinere, ſoluatur dieta, prouti ſolitum eſt inter ciues, & idem in cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Marcello Caracciolo iterum in eadem cauſa Vniuerſitatis Montisfortis cum eius Barone in anno 1563. die vlt. Iulij, eodem Regio Conſiliario Quadra referẽte, deciſum fuit per S. C. quod vaſalli non cogãtur ad ſimilia ſeruitia, niſi ſoluto ſalario, prout inter ciues, tam pro acceſſu, quàm pro receſſu, tempore, quo vacauerint. Hæc ex notamentis Regij Conſil. Io. Baptiſtæ Melioris. Deciſum antea verò iterum fuit per R. C. S. in cauſa Vniuerſitatis Caſtri Pignani cum Andrea de Eboli, die 4. Aprilis 1517. ad relationem Franciſci Coronarij, penès Nardum Antonium dello Riccio Mag. Act. & per R. C. S. die 4. Aprilis 1517. viſis actis, & Pragm. per Mag. D. Franciſcum Coronarium Commiſſarium, & de eiſdem facto verbo, fuit per eandem R. C. rationibus in Banca diſcuſſis declaratum, quod dictum ſalarium intelligatur, tam pro acceſſu, quam pro reditu. Cõſent. Gianat, Iacob. Rapatius pro Magiſtro Actorum.

Salarium debitum vaſallis ſeruientibus domino pro eius ſeruitio, ad quam rationem debeat taxari, deciſum fuit per S. C. in cauſa Terræ Biccari cum Marcello Caracciolo in anno 1547. die 10. Nouembris, ad relationem Reg. tũnc Conſil. Fonſechæ, quod pro vnoquoque animalium ſeruientium cum eorum domino, vel alio eius nomine, ſoluatur granum vnum pro quolibet milliario, iuxta formam Reg. Pragm. & quod dictum ſalarium ſoluatur in continenti, & ſine dilatione præſtito ſeruitio, in Banca Figliolæ.

Salarium integrum totius diei præſtari an debeat per Baronem iniungentem ſeruitium mane pro tota die, ſi vaſallus non integrè laborauerit; nã vt contingit in facto, Baro iniungebat ſeruitium de mane, & medio die eos dimittebat, ſoluendo pro rata temporis, deciſum fuit affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Theani cum Ill. Principe Hoſtiliani, Nouar. in Prag. 1. collect. 2. n. 9. de ſalar. eorum, &c.

Salarium an totum ab initio ſolui debeat per Baronem vaſallis pro ſeruitijs præſtitis, fuit deciſum per S. C. quod medietas ſoluenda erit ante acceſſum, & alia in receſſu, in cauſa Vniuerſitatis Pignani cum Io. Antonio Ayerbo, in Banca Galterij, & iterum in cauſa Vniuerſitatis Piſticij cum eius Barone, in Banca de Felica, Nouar. in Pragmatica 1. collect. 2. num. 18. de ſalario eor. &c.

Salarium an debeatur Actuario, vel Magiſt. Actorum, qui officium exercet, etiam nomine aliorũ, vel in communi, & non eſt dubium, quin officium ſit perſonaliſſimum, Reg. Rouit. dec. 72. n. 35. Paul. Staib. conſ. 19. num. 10. & magis dicitur commendatum, quàm traditum, inquit Franc. de Amic. in repet. cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. §. natura etiam, fol. 61. & ideò ſalarium debetur, probatur in cap. ſtatutum, §. Notarius, de reſcr. in 6. Auend. de exeq. mand. par. 1. cap. 2. ſub n. 3. & meliùs Reg. de Ponte dec. 25. num. 22. inquit, quod qui laborem, & operam præſtat, debet gaudere emolumentis officij, in quo deſeruit, ac ſi emiſſet, & pretium ſoluiſſet, ſubdens num. 23. quod ſalaria, & emolumenta ſemper debentur his, qui officia tenent, vbi aſſerit, ita eo referente fuiſſe concluſum, & deciſum in Supremo Cõcilio Italiæ, prout etiam deciſum fuit per S. C. in cauſa illorum de Burrello, vt ſuprà in verb. Rationes, vbi copia ſententiæ producta fuit. Et ſalarium ſolitum intelligitur conſtitutum ei, qui electus eſt ad certam Sedem, etiam ſi de eo mẽtio facta nõ fuerit, poſt Iac. de Rau. & Bal. notat Mantic. de tac. & ambig. lib. 5. tit. 2. num. 15. Intantum hoc eſt verum, ex quo emolumenta officij non ſunt fructibus naturalibus, atque induſtrialibus ſimilis, vt inquit Afflict. in repet. cap. 1. num. 223. de vaſal. decrep. ætatis, ſubdens, quod ſi aliquis fuerit ſuſpenſus ab officio, & illud alteri commendatum, non aliter ſuſpenſus recuperabit fructus prædictos, quia qui non laborat non manducat, ſecundùm Bal. in rub. C. de fruct. & lit. expenſ. neque Commendatarius ad illorum reſtitutionem aſtringitur, & ita deciſum tradit num. 225. quem ſequuti ſunt Reg. de Ponte vbi ſuprà, Maſtrill. de Magiſt. lib. 1. cap. 21. num. 92. & emolumentum meretur qui rei onus ſuſtinet, cap. ſecundùm naturam, de reg. iur. in 6. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de orig. Baron. §. fuit dubitatum, num. 2. & officium Magiſtri Actorum, & ſimilia æquiparantur vſufructui, Staib. vbi ſup. n. 13.

Salarium debitum famulæ ex decurſu annorum viginti, an debeatur, non obſtante præſcriptione allegata ex aduerſo, exiſtentibus tamen interpellationibus pluries factis extraiudicialiter, videtur dicendum, non aliter deberi. Primò, quia non apparebat de conuentione illius, & vbi ſalarium non fuerit conuentum, non debetur, l. 1. ff. de var. & extraord. cogn. l. ſalarium, C. mand. cum aliis allegatis per Manſon. de cauſis execut. ampl. 52. num. 14. ex Feder. de Senis probat Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 14. num. 116. & 117. Coſta Sicul. conſ. 90. num. 39. vltra Rebuff. in Conſt. Galliæ tom. 2. in tract. de famul. ſalar. gl. 5. Ad quod ſubdit ibidem Manſon. num. 15. vt debeatur ſalarium eſſe neceſſe, vt probetur ex parte famuli, quod ſit ſolitus locare operas, & ex parte domini conductoris eſſe ſolitum conducere illas, & ſimiliter quod famulus continuè inſeruiſſet domino, hoc eſt in prandio, in cœna, & ſimilibus temporibus, ex Benint. dec. 43. num. 13 probat Cartoc. de loc. par. 1. tit. de famulis, num. 42. Accedebat etiam longum interuallum temporis, ob quod præſumebatur præſcriptum ſalarii debitum, etenim ſeruis, & operariis ſtatim ſalarium erit ſoluendum, Rebuff. ad Conſt. Galliæ, tom. 1. in tract. de ſent. prouiſ. gloſſ. 7. num. 1. adeò quod ſententia ſalarii exequi debet pro duobus, aut tribus annis, vt idem probat in gloſſ. 8. num. 1. poſtquam talia ſalaria intra triennium peti debent, & non vltra, Idem in 2. tom. tit. de famul. ſalar. gloſſ. 14. nu. 1. ſicque ſpatio triennii præſcribitur petitio ſalarii, ex Gamma, & Riccio probat Manſon. vbi ſuprà, num. 47. vbi in fine dixit, Romæ præſcribi

ſpatio

Digitized by Google

ſpatio duorum annorum,& Siciliæ ſpatio quinque annorum, Caracciol.dec.3.num.8. Sicque ſtante præſcriptione ipſa, vlterius ſalarium peti non poteſt, Rebuff.dict.tit.de famul. ſalar. gloſſ. 11.in fine. Et his accedit notabilis deciſio Octauij Caraccioli 3. vbi de famulo conducto agit, nulla conuentione interueniente, quòd cùm illud petiiſſet poſt annos 40. reſolutum tradit, fuiſſe denegatum. Quanquam autem ex parte ipſius Zenobiæ Beltranæ, & aliorum Actorum ſequentia in iure fuiſſent allegata per peritiſſimum I.C. Honorium de Palma Aduocatum Neap. videlicèt. Sæpiſſimè dubitari contingit in hoc patrimonio quondam Illuſtr. D. Sueuæ de Aualos Principiſſæ Conchæ, incidunique quæſtiones,& diſcrimina ſuper ſalario famulorum, Procuratorum,& aliarum perſonarum ob eius numeroſam familiam, & magnam cohortem,& quia nonnulli petunt ſalaria nimis chronica,& vetera, alij non conuenta, vel iam quibus ſatisfactum eſt, prouti euenit in cauſa D. Iſabellæ Beltranæ de Ciaues, quæ petierat ducatos 400. pro aſſertis ſeruitiis præſtitis ab anno 1636. vſque ad annum 1641. quo vixit dicta Domina Principiſſa tempore, quo nec etiam ſeruitia præſtiterat,& in alio caſu Zenobiæ Beltranæ, quæ petiit ſalarium ducatorum 700.& fuit comperta iam ſatisfacta, quæ adhùc ſimiliter perſiſtens in eius vana prætenſione, occaſionem præbuit hæc ſcribendi. Ad cuius excluſionem, aliarumque ſimilium, de quibus non deficiunt, & in dies conſurgunt dico, quod quamuis ſit de iure veriſſimum, quod quoties quis alterius opera vtitur, eidem pro remuneratione tenetur ſoluere ſalarium, vt Luc.& Matth.10. Dignus eſt mercenarius mercede ſua,& mercedem reddere eſt actus iuſtitiæ, ſicut pretium rei, ex D.Thom.2.2. quæſt.14.art.1.& multa alia, quæ allegari poſſũt tam in foro poli, quàm in foro fori. Nihilominùs veriſſima eſt etiam omnium Doctorum opinio loquentium de ſalario famulorũ, quod ſalarium à principio non conuentum, non debetur, ex l.1.ff.de var.& extraord.cogn.l.1. in fine,& l.ſalarium, C.mand. Rota in nouiſſimis dec.559.par.1.Marta voto 99.n.1. qui in ſequẽtibus ampliat, etiam ſi aliquid promiſſum ſit, ſed incertum, videlicèt, benefaciam tibi, vel retribuam tibi, pro quo exornat pulchra deciſio Carroc.4.num.30.regulam, quod verba generalia non ſunt appiccicatoria, in tali enim caſu nõ poteſt petere, ſalarium taxari, allegans dictam l. ſalarium,& l.qui mutuum,§. ſalarium, ff.mand. aliaque iura, & auctoritates, niſi duobus concurrentibus, ſcilicet quod famulus ſit ſolitus ſeruire, mercede interueniente, per Alexand.in conſ.109.lib.6.& poſt Rebuff. Azeu. Lopez, Nauar.& alios Florez de Mena var. quæſt. lib.1.§. 2.quæſt.8.num.1.Gratian.in ſuis diſcept. capite 257.num.1. vol.2.Mantic.dec.266.& Seraf. dec. 849.num.20.Carroc in tract.de loc.& cond.par. 1 in tit.de famulis, & pediſſequis, fol.mihi 36. vbi in princ. tenendo partem negatiuam, eandem confirmat num.3.non aliter deberi ſalariũ niſi conuentum fuerit,& ibidem ſpecificè num. 8.affirmat, niſi conſuetudo aliud in contrarium diſponaret, quæ in hoc attendenda erit, & per Aſciam determ. 121. num. 4. & nouiſſimè hæc omnia adducendo concludit, votando Marta dict.voto 99. immò ſeruiens ſub aliqua ſpe remunerationis, ſi ſua opinione fuerit deceptus, nihil petere poteſt, vt in puncto Mantic.deciſ. 266.num.6.& ita pluries fuiſſe deciſum teſtatur Epiſcopus Ricc.recol.in mor.collect.2466 par. 6.per Rotam diuerſ. adeò quod contra famulũ agentem pro ſalario bene obſtat exceptio non conuentæ mercedis, vt per Alex.dict. conſ.109. adducens gloſſ.in l.1.§. Aduocatos, ff.de var.& extraord.cogn. vbi notatur, quod Procurator, cui nullum eſt promiſſum ſalarium, non poteſt petere, ſibi illud conſtitui, cuius gloſſ.opinionẽ ſequutus ſuit Bart.& nouiſſimè ſic deciſum refert idem relatur Epiſc.Ricc.dec.85.Cur.Archiepiſc.lib.1. vbi fuit abſolutus dominus à petitione Procuratoris, petentis ſalarium non conuentum(quæ omnia deſeruient aduersùs prætenſionem ſalarij petiti per Doctorem Io.Baptiſtam Deodatum vti Procuratorem dicti quondam Ill.Principiſſæ)eo vel maximè, cùm in aliis Procuratoribus s.Pauli Mangrellæ,& aliorum fuiſſet conſtitutum extendens, etiã idem D.Riccius deciſione relata in aliis ſimilibus perſonis, vt nihil petant nec per actionem mandati contrariam, nec officio Iudicis, niſi ſalarium fuerit conuentum, adducta dec. Guid.Pap. 68.& infinitis aliis penès ipſum vidẽdis, cui addo Collegam meum de Marinis quotid.reſol. cap.73.n. 12.de Leone dec.Valent. 46.lib.1. qui loquitur contra Medicos ſalaria ſuorum laborum intra annum non petẽtes, Pereyr.dec.Portug 46. qui loquitur in Capellano, qui repellitur à petitione ſalarij, ſuper triennium tacuit, Iacob.Philip. Port.lib.comm.opin.concluſ.31.lib.1.ſi ipſe eſt, qui dictum librum compoſuit, vel potiùs Gabriel.prout aduertit Burſat.conſ.193.lib.2.num. 30.& Decian.conſ.102.vol.num.59.vbi dicit, quod potiùs emit ſcripta Gabriel.& obſeruaui, ferè omnes iſtas concluſiones eſſe conſimiles illis concluſionibus Gabrielis, quas dici non poteſt, eodem ſpiritu dictaſſe, vel ab altero ſurripuiſſe, nam re vera eas emerit, attenta opinione Deciani, quidquid ſit, firmat, Procuratoris ſalarium non deberi, ſi minimè conſtitutum ſit, niſi ſolitus fuiſſet locare operas ſuas,& principalis alium gratis non eſſet habiturus,& ſic aliũ non fuiſſet conducturus, non tamen omitto regulam prædictam, contra famulum non deberi ſalarium non conuentum limitationem recipere, quando famulus probaſſet ipſum conſuetum eſſe locare operas ſuas,& dominum pariter eſſe conſuetum conducere tales operas, & ſeruitia, in iſto enim caſu eſto, quod ſalarium non eſſet conuentum, tamen deberetur, quæ limitatio colligitur ex eodem Alex. quam etiam ex auctoritate multorum comprobat idem Ricc. in dict.dec.85.ſubdens, non ſufficere probare, alterum tantùm eſſe ſolitum conducere, vel locare, ſed vtramque probationem requiri, quippe quod non tamen procedit in Aduocato, ipſi enim hoc ſpeciale habent in omnibus caſibus ſalarium, quod aliis, niſi ſpecialiter conuentum non debetur, petere poſſint, vt ex multis fundat Berlicch.dec.134.num.9. vbi loquitur de tutore, curatore,& aliis, quatenùs poſſint petere ſalarium, cui addo Ricc.collect.179. vbi multa de ſalario Aduocati, Medici, Tutoris, Notarij, Balij, Vaſalli,& aliorum, &c. quantum autem

poſſit

Digitized by Google

poſſi eſſe ſalarium Aduocati, videndus Io. de Amic. conſ. 148. num. 8. Magon. dec. 12. & an maius poſſit eſſe in cauſis criminalibus, quàm ciuilibus, Iudex Taſſonus pagin. 150. verſ. non tantùm, & 288. nom. 168. & quomodo à Iudicibus honorandi, Luc. de Penna in l. 2. C. de prox. ſacr. ſcrin. Anne. Rober. rer. iudic. cap. 19. libro 2. & alia plura congerit Guid. Pap. deciſ. 288. & Gram. in Conſt. Aduocatos, de Aduoc. ord. aliter de offic. adu. Guzman de euict. quæſt. 48. & infinita alia poſſem adducere, ne conſtitutam noſtri ſcripti metam præteruolaret calamus. Itaq; cùm iſta Zenobia actrix non ſolùm non probauerit, operas ſuas ſe locare conſueuiſſe, immò ex his, quæ conata fuit probare, contrarium potiùs colligi poteſt, probauit enim, ſe non vulgaris eſſe conditionis, & cùm nec probauerit, dictam Ill. Principiſſam ſimiles famulas conducere conſueuiſſe, certa mercede conſtituta, quinimmò per Curatorem tòtum oppoſitum fuiſſet verificatum, ſi proceſſum non inueniſſet cōpilatum tempore, quo fuit ipſe deputatus in Curatorem patrimonii prædicti, attamen præſentauit fidem nonnullorum Titulatorum, Procerum, & Magnatum non eſſe ſolitum in domibus ipſorum ſoluere ſalarium aliquod dictis famulabus, vulgo dictis Domicellis, ſed conſuetū eſſe eas habere, & tenere cum victu, & veſtitu tantùm, vacant enim honeſtioribus ſeruitiis, ac etiam diſciplinantur nonnullis liberalibus artibus, acu pingendo, vulgò racamando, aliaque peragendo, vulgò di far pizzilli, & altri lauori, & ſolent recipere aliqua beneficia tàm pro ipſis, qoam pro eorum conſanguineis, prout ex liberalitate, & magnanimitate dictorum Illuſtriū Dominarum veriſimiliter ſperantur, & percipi ſolent, immò conſtat, dictam Dominam Principiſſam quamplurimas abſque ſalario famulas, ſiue Domicellas ſub dicta ſpe remunerationis detinuiſſe, rectè igitur conueniunt ea, quæ præcitati Patres aſſerunt, ſalarium ſcilicet à principio non conſtitutum, non deberi. Licèt autèm nonnullis Doctoribus pręmiſſa concluſio nequaquam placeat, tanquam nimis rigoroſa, nec illam procedere dicant, attenta æquitate, quæ ſuadet, vt Iudex ex officio iuxta perſonarum qualitatem illud taſare teneatur, vt refert Menoch. de arb. Iud. caſu 512. num. 4. centur. 6. Pacian. conſ. 153. num. 6. Rimin. iun. conſ. 478. lib. 4. & poſt omnes Rebell. de iuſt. & iur. quæſt. 13. lib. 14. attamen conſiderandum eſt, Doct. qui æquitati ſtudentes ſalarium deberi putant, non de illa æquitate loquutos fuiſſe. quę ex Iudicis capite oritur, & de iure ceruellotico, ſed de æquitate ſcripta, ac legibus approbata, & ita deciſum per Rotam Rom. refert Carroc. dict. tract. de loc. & cond. par. 1. tit. de mercede famuli, quæſt. 10. nom. 9. & licèt Gabed. dec. 162. par. 1. num. 1. dicat, omni iure deberi ſalarium famulo, ex gloſſ. in capit. vltim. 7. quæſt. 1. & refert Thorus in Compendio dec. Regni, par. 1. verb. ſalarium, fol. mihi 618. quo in loco rectè refert, patres, & matres poſſe locare filios ad ſeruiendum pro certa mercede, ex auctoritate Lucæ de Penna in l. quicunque paruuli, C. de fugit. col. parrim. num. 3. lib. 11. & quod vtplurimū locant ad diſcendam artem aliquam, quod etiā facere poſſunt, Vrſil. ad Afflict. dec. 307. num. 4. & 5. Anna ſing. 336. quos refert Conſil. Paſchal. de vir. pat. pot. par. 1. cap. 1. num. 13. immò in cap. 8. num. 29. verſ. ex hoc autem, in addit. nouiſſ. tenet, hoc caſu etiam ſine patris conſenſu obligari poſſe cauſa diſcendi artem, & iſto caſu quamuis ſalarium non conſequatur à Magiſtris, tamē compenſari videtur, vt refert Thorus loco relato, & fuiſſe conceſſam reſtitutionem in integrum, & condemnatum dominum ad ſoluendū ducatos 25. ex auctoritate Ant. Zibecc. referentis Iaſ. concludit etiam, poſſe filium abſque patris ſui conſenſu operas ſuas locare ad diſcendum artem, quod præcipuum eſſe innuit fauore artis, expedit namque Reipublicæ, vt ipſa artificibus ſit plena, & tantò magis, inquit ipſe, cùm filii obligatio circa bona minimè verſetur, ſed circa perſonam, quam obligare poſſe inquit ex Roderic. Suarez in l. 13. de las deudas, ſub nu. 1. quod adeò verum eſt, vt etiam mortuo artis Magiſtro poſſint eius hæredes diſcipulum cogere ad eam artem proſequendum, quod tamē tùm demùm intelligendum putat Ibi Mut. ſi hęredes eandem exercuerint artem, eiuſdemque fuerint peritię, alleg. Alber. de communi teſtantē in l. inter artifices, ff. de ſolur. Io. de Amico in conſ. 110. & alios, idque ſummo iure, maximum namque beneficium is recepit ex ipſa arte, inde eſt, vt contra eum recuſantem inſeruire, rectè fiat executio, etiam ad carcerationem vſque, ex allegatis per eundem Mar. Mut. num. 76. & loquendo de matre nu. 77. fatetur, poſſe matrem filium fauore artis locare, quamuis ipſum in poteſtate non habeat, tamen ſuperiùs ſcriptis hanc firmiſſimam tueor ſententiam, quod vbi famulus non probauerit, quod ipſe ſit ſolitus locare operas ſuas, nec dominus conducere, quinimmò vbi famulus ipſe tempore ſeruitii tacuerit, quo tempore nec vnquam animi ſui motum, quod vellet pro ſeruitiis ſalarium conſequi, patefecerit, iuxta dec. Rotæ Rom. in nouiſſ. 559. par. 1. idem tenet Carroc. vbi ſuprà, num. 7. vbi expreſsè dicit, quod ſi famulus diù inſeruierit, & tacuerit, & nunquam dominum interpellauerit pro ſalario, ſibi præiudicat, vnde ad cautelam interpellandum eſſe. Cæterùm iſtis famulis, qui vel expectata morte dominorum, vel poſt longum tempus vrgent pro aſſerto ſalario, obſtaret quoque præſcriptio, famulorum enim ſalarium præſcribitur triennio, quo tranſacto illis non competit petitio ſalarii, quia contra ipſos ſtat præſumptio calumniæ, & iuris, & de iure, non enim præſumitur, quod vixerint de vento, & veſtiti fuerint, niſi ex pecunia domini, vt dicit Rebuff. tom. 2 ad Conſtit. Regni Galliæ, tit. de famul. ſalar. gl. 6. pag. 24 arg. l. fin. in fine, C. de aliment. pup. præſt. (nec ferendus eſt iuuenis, qui cùm præſentis eſſet ſtudii, quod eruditus, atque alitus eſſet, ſi ea per alium ſe conſecuturum non probet, ſumptus recuſet, quaſi vento vixerit) & idem Rebuff. tom. 2. ad Conſt. Regni Galliæ, in tract. de ſent. prouiſ. art. 3. gloſſ. 7. iuxta ordinationem Regni Franciæ, de qua ibi, inquit, ſententiam ſuper ſalario petito vltra tres annos non debere executioni mandari, quod tandiu pauper ſeruus diſtulerit petere dictum ſalarium, prout ſic quoque ex noſtris Regnicolis præſcribi triennio teſtatur Epiſcopus Ricc. collect. 285. allegans Gammam dec 354 ex erro-

re Typi cùm ſit dec.354. & ideò ſi per triennium non fuerit petitum ſalarium, eo elapſo non poſſe probare, ſalarium non fuiſſe ſolutum, teſtatur Ill. Marchio Belm. Regens Tapia, quem Deus Optimus Maximus ad Neſtoris annos integra cum valetudine in præmium celeberrimæ famę, non interituræ doctrinæ incomparabilis protrahat in Conſt. Duram, & diram, nam aliàs famulus non perſeueraſſet in ſeruitijs, &c. Et quamuis in aliquibus Regionibus talis pręſcriptio ſit annalis, alibi biennalis, & quandoque triennalis, aut plus, aut minùs, prout in Curia Romana poſt biennium ſalaria famulorum Cardinalium, & Prælatorum peti non poſſunt, vt inquit Gratian. dec.53. num.6. vbi dicit, in Curia Romana de hoc eſſe Conſtitut. Pii V.3. incip. Cupientes, de qua in Bullario, fol.973. innouando Conſt. Pauli III. incip. Cùm ſicut accepimus 43. fol.443. in Regno Valentiæ præſcribi tranſacto anno, iuxta Florum 15. de præſcription. vt per Hieron. de Leo dec.16. lib.1. vbi ſimiles leges, & ſtatuta in diuerſis Prouincijs enumerat apud Bruxelles, in Regno Caſtellæ; Luſitania, in Aragonia, & alibi, cui addo Regnum Siciliæ, vbi ſalarium præſcribi triennio viuente domino, & per annum, eo mortuo refert Giurba dec.13. num.3. vigore Cap.62. Regis Ferdinandi, dummodò domini, vel eorũ hæredes ſatisfactionem opponant, & ſolutionem ſalarii allegent ob quinquennii præſcriptionem, cùm verba ſtatuti diſponentia, denegari actionem, intelligantur Parte petente, & opponente, vt ipſe firmat, & nonnullis ſimilibus comprobat, & aliis pluribus poſſem comprobare, quando doctiſſimo ius dicenti, ac ſummo ingenio prædito non eſſem faſtidio. Non tamen ex hoc ſequitur, quod cùm in hac Ciuitate, & Regno nullũ adſit particulare ſtatutum circa hanc ſententiã, ſtandum ſit preſcriptioni triginta annorum, ſed iudicandum eſſe ſecundùm opinionem Iuriſtarum huius Regni, maximè ius dicentium, & tãtæ auctoritatis, quantæ dicti Illuſt. Marchionis Belmontis, qui non ſolùm interpres, ſed legum Regni quaſi auctor extitit, cui addo Carroc. deciſ. caſ.104. Bonacoſſ. de ſeruit. fam. q.104. vbi ſalarium per annum non petitum per famulum amplius peti non poteſt; Marſ. ſing.301. & Petra ad Capyc. dec.163. lit. A. & in eo, quod longo tempore ſeruitia præſtitit ſine terminata mercede, & tamen alimenta habuit, nam tunc alimenta cum ſeruitijs ipſo iure intelliguntur cõpenſata, Magon dec. Lucenſ.9. Put. dec.1. lib.3. & ex tot, & tantis ſtatutis tot Prouinciarum ſaltem inducendam eſſe conſuetudinem ſic iudicandi, eò vel maximè, cùm fundetur præſumpta ſatisfactione, quæ reſultat de iure, prout diximus, præſumi ſatisfactionem aduersùs obligationem incuſatam per ſpatium decem annorum, vt per Anchar. conſ.40. num.2. Dec. conſ.305. num.4. & ſic pariter debitum præſumi ſatisfactum ex diuturnitate temporis, vt per Affl. dec.13. num.21. Maſcar. de probat. concluſ.1318. num.27. Betous conſ.19. num.9. libr.5. dùm dixit, ſolutionem probari ob id, quod creditor diù diſtulit petere, quam coniecturam probarunt alii relati per Neuiz. conſ.57. num.7. & per Rot. Rom. diuer. dec.288. n.2. par.1. quibus addo Menoch. in conſ.457. & in tract. de præſumpt. libr. 3. præſumpt.135. num.3. vbi num.4. quod qui tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit, l. ſi pupillus, §. fin. ff. de admin. tut. & qui tandiu iacet dicitur iuri ſuo renunciare, l. apud eum, ff. de cenſ. l. ſi eo tempore, C. de remiſſ. pign. l. cùm plures, §. locator, ff. pro ſoc. & qui longo tẽpore patitur, conſentire dicitur, l. pen. C. communi diuid. & l. ſolemnibus, C. de rei vend. ſolutionem enim ex coniecturis, & præſumptionibus probari ſcribit Præſ. Amat. conſ.53. Surdus dec.105. vbi infinitas recenſet coniecturas ſatisfactionis, & nouiſſimè Reg. Galeota vir abſoluta legum, & literarum cognitione contro.14. num.10. tom.2. vbi ex auctoritate Alciat. & Menoch. ſatis ad propoſitum firmat, ſolutionem præſumi, quando debitor ſiluit, viuente debitore informato, quæ enim maior coniectura ſeruum pauperem, & inopem diù diſtuliſſe petitionem ſalarii, illud nec conſueuiſſe eum domino aliquos ipſorum fuiſſe ſatisfactos, & ſatiſfactione non obſtante iterùm ſalarium petiiſſe, nonnullos alios inſtitiſſe pro ſalario de tempore, quo non inſeruierunt, dominos eſſe ſolitos ſalaria ſoluere famulis in propria camera ſolos, & difficillimè in hoc teſtes habere poſſe, famulos verò quocunque tempore probare poſſe ſeruitia, & proinde credendum eſſe domino aſſerenti, ſalarium ſoluiſſe, non autem famulo neganti, tantò magis, quia ſalaria huiuſmodi de communi obſeruantia ſoluuntur paulatim, dietim, & menſatim, vt per Carroc. d. caſ.104. Bonacoſſ. de ſeruit. quæſt.104. Poſtremò ad excluſionem Zenobię Beltranæ vltra prędicta fuit completa ſatisfactio, mandauit enim dicta quõdam Ill. Principiſſa in anno 1626. Vniuerſitati Terræ Montis Herçulis, quod ei ſolueret ducatos centum, quos iam recepit, & habuit, de qua nullam mentionem fecerat antequam eſſet producta per Curatorem, poſt verò illius præſentationem oppoſuit, & replicauit, quantitatem prædictam fuiſſe ſolutam per ben ſeruire, prætendens, diuerſum eſſe il ben ſeruire dal ſeruire. & ſucceſſiuè debere ei ſeruitium ducatorũ 600. ad rationem ducatorum 50. pro quolibet anno ſpatio annorum duodecim. Ad quod reſpondetur primò, eam recepiſſe quantitatem prædictam abſque vlla proteſtatione aſſerti ſeruitii, & ſic ſibi præiudicaſſe; Secundò, tantò magis reſultare præſumptam ſatisfactionem aſſerti ſeruitii, nam dùm fuit ſatisfacta per il ben ſeruire, quod eſt minus, à fortiori præſumitur ſatisfacta de ſeruitio, quod eſt maius, non enim eſt veriſimile, fuiſſe ſatisfactam de cauſa lucratiua, omiſſa cauſa oneroſa. Tertiò, dùm petiit longæuum ſeruitium annorum duodecim terminatum in anno 1620. ſiluitque petere vſque ad annum 1641. expectata morte dictæ Dominę Principiſſæ, Quartò, quia aſſerta ſeruitia fuerunt pręſtita conſtante matrimonio cum Illuſt. Principe Conchę, prout in facto demonſtratum eſt, & ſucceſſiuè onus ea ſoluendi ſpectabat ad Principem virum, & non ad vxorem, ex quibus concludo, quod cùm de dictis aſſertis ſalariis nulla appareat conuentio, nec ſint probata illa extrema, ipſos ſolitos eſſe inſeruire, dictamque Ill. Dominam Principiſſam ſolitam conducere, & ſi ſeruierunt ſub aliqua ſpe remunerationis, ſibi imputent, ſi ſua opinione fuerunt decepti,

omaino

Digitized by Google

omnino abſoluendum ſperatur dictum patrimonium, & ita iudicandum per Dominum tunc Conſiliarium Don Franciſcum Merlinum Delegatum per Suam Maieſtatem, in omnibus cauſis dicti patrimonij, qui ex ſolita rectitudine iuſtitiæ reliqua ſupplebit, cùm potiùs materiam illi præparauerim. Honoſtius de Palma Curator Ex parte verò huius famulæ aſſerebatur, non eſſe hæſitandum, quin etiam ancillæ comprehendantur in edicto ſolutionis ſalariorum famulis debitorum. Rebuff dict. tit. de famul. ſalar. gloſſa 9. ita quod etiam earum ſalarium vigore ſententiæ prolatę erit exequendum, idem dict. 10. 1. & tit. de ſent. prouiſ. gloſſ. 7. num. 6. Eapropter ſi non fuerit taxatum ab initio, de æquitate ſeruitia præſtanti ſalarium debetur, probat Coſta in dict. conſ. 90. num. 24. vbi in præcedenti nu. 22. ſimiliter probat, quod famulo ſalarium debetur ob ſeruitia, quod ſi non fuerit taxatum id, quod alijs ſolui conſueuit, debetur, & num. 23. rationem adduxit. Neque obſtabit prætenſa præſcriptio, quæ interrumpitur per interpellationem, ſiue iudicialiter facta fuerit, vt tradit Rebuff. dict. tract. de famul. ſalar. gloſſ. 10. num. 7. Siue extraiudicialiter, Idem eo. loco, gloſſ. 15. in princ. & meliùs ad rem noſtram Gutierrez de iuramento confirmat. pat. 3. cap. 1. num. 24. & 25. vbi exactè hunc articulum diſputat, ſi debeatur ſalarium famulo, non obſtante præſcriptione, exiſtente tamen interpellatione extraiudiciali, & ex multis ibi relatis concludit affirmatiuè, ad quod etiam addo eundem Cancer. loco citato, ſub num. 118. in fortioribus terminis cõcludit, non obſtante ſtatutaria præſcriptione, data probatione ſalarij, lapſo tempore illud deberi, quamuis interpellatio non ineſſet ſaltim extraiudicialis, & quamuis ibi loquatur in ſtatuto particulari Cathaloniæ, adhùc tamen famulus tenetur interpellare dominum pro ſalario, ſi ab initio non fuerit inter eos conuentum, vt pro ſalario ſeruiat, ſubdit ibi Coſta num. 38. & ita pluries per M.C.V. deciſum refert Donat. Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 311. num. 12. in noua impreſſione. Nec obſtat deciſio Caraccioli, quia ibi concurrebant multa ad excluſionem ſalarij non petiti contra hæredem debitoris, quamuis in famulo paruo contrarium ſit iudicatum per S.C. vt dixi in 2. pat. noſtri Compendij, verbo ſalarium, de quo memor eſt Coſta vbi ſuprà num. 17. Quocirca facta de prædictis relatione in S. C. per Regium tunc Conſiliarium D. Franciſcum Merlinum Pignatellum de menſe Maij 1633. fuit per idem S.C. condemnatum patrimonium Illuſt. Principiſſę Conchæ ad ſoluendum ſalarium liquidandum Zenobiæ Beltraræ, in Banca Looghi, nunc

Salarium Officiali debitum an ſolui debeat eidem, ſi pro aliquo delicto fuerit condemnatus, vt per triennium in Caſtro detineretur, licèt poſtea per Regem ex benignitate commutata pœna in Inſulam, deciſum fuit per Regiam Cameram facto verbo in Collaterali Conſilio affirmatiuè, vt tradit D. Reg. Capyc. Latro conſul. 36. de qua deciſione etiam memini in 2. parte, verbo Salarium.

Salarium duplicatum conſequi an debeat Officialis exercens duplicatum officium; fuit pluriès deciſum per R.C.S. in perſonas nonnullorum Officialium affirmatiuè, quos enumerat Dominus Regens Fabius Capycius Galeota in primo reſponſo fiſcali, in diſſert. R.C.S. num. 72.

Salarium Aduocato Fiſcali M.C.V. debetur ad inſtar ſalarii Regiorum Conſiliariorum, eò quod eſt de corpore Sacri Conſilij, & ita deciſum per idem S.C. vt refert Dominus Regens Fabius Capycius Galeota in 2. reſponſo fiſcali, numero 50.

Salarium debitum Præſidenti R.C. eſt ducatorũ 570. & Aduocato Fiſcali eſt ducatorum 600. ſi contigerit Præſidentem exercere etiam officiũ Aduocati Fiſcalis, an ei prædicta integra ſalaria debeantur, deciſum fuit per Collaterale Conſilium, quod tollatur ſequeſtrum factum in ſalario Magnifici Præſidentis Fabij Capycij Galeota. & correſpondeatur eidem ad rationem ducatorum 600. pro quolibet anno, tam pro præterito, quàm in futurum, vt ipſemet refert in 2. reſp. vlt. col. in fine.

Salarium an debeatur Officiali ſuſpenſo, inde reſtituto ad idem officium ex iuſtitia, fuit deciſum affirmatiuè per R.C. niſi alius eo tempore inſeruierit, prout per Donat. Ant. de Marinis quotid. reſolut. cap. 310. in noua impreſſione, vbi aliam addit deciſionem Reg. Moles.

Salarium non conuentum an debeatur Procuratori, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa relata per Donatum Antonium de Marinis quotid. reſolut. cap. 311. in noua impreſſione, num. 2.

Salarium an debeatur famulo, ſi per aliquos annos non fuerit petitum, etiam ſi fuiſſet oppoſita exceptio præſcriptionis, deciſum fuit per Magnam Curiam Vicariæ pluries affirmatiuè, vt nouiſſimè teſtatus Donatus Antonius de Marinis quotid. reſolut. cap. 311. num. 12. in nouiſſima impreſſione, & idem per Sacrum Conſiliũ deciſum retuli ſuprà eodem verb. Salarium famulæ.

Salarium duplicatum an conſequatur Officialis, qui duplex officium exercuerit, deciſum fuit pluries per R.C.S. affirmatiuè, vt refert Donatus Antonius de Marinis quotid. reſolution. capite 312.

Scalas facere, aut gradum in proprio muro prohibitum eſt, quoties viæ publicæ noceret, Franc. Marc. dec. 595. & id tantum nedùm procederet, quando actualiter noceret, ſed etiam quando nocere potuiſſet in futurum, vt iudicatum fuit per Magnam Curiam in cauſa illorum de Patinno cum illis de Caſanoua, in Banca Buccerii, nunc Caualis, & fuit confirmatum per S.C. teſtatur Epiſc. Ricc. collect. 4200. verſ. inſeruit primò, p. 9.

Scripturæ, iuxta formam Reg. Prag. 4. de inſtrum. liquid. ad impediendam liquidationem non debent recipi, niſi Curia pro Tribunali ſedente, an pariter quando ſcripturæ fuerint productæ ad declarationem ſcripturarum productarum ſint recipiendæ extra Bancam productæ, deciſum fuit affirmatiuè in caſu occurrenti, vt dixit Reg. Sanfel. dec. 313.

Scripturæ, & alia inſtrumenta communia, in quibus Fiſcus habet intereſſe, debent penès ipſum conſeruari, & ita in facto deciſum aſſerit Dominus Regens Sanfelicius in additione ad eius dec. 307.

Secretarius, & Fiſci Procurator R.C. præcedere, an debeant Rationales, maximè in delatione iuramenti de tenēdo ſecretum, iuxta Reg. Pragmaticam, cùm ſemper adhæreant Aulæ, & Magiſtratibus eiuſdem Tribunalis, ac magis ſint neceſſarij, quàm Rationales, fuit prouiſum per R.C. vt alteri alteris in iurando alternatim, aut viciſſim præferrentur, & quia adhùc relinquebatur controuerſia, vtri priores eo anno ad iurandum accederent, re in ſortem coniecta obtigit Rationalibus, vt primi iurarent, atque ita deinceps obſeruatum eſt, vt cenſuit D. Regens Fab. Capyc. Galeota controuerſ. tomo 2. in contro. 11. & 12. vbi in calce poſuit deciſionem.

Secundogenitus ſi cactus fuerit eligere vnum ex remedijs ſibi conceſſis, aut partem pretij, vel legitimam, aut vno electo poſſit ad aliud redire, etiam per viam reſtitutionis in integrum, Dominus Fœlix de Rubeis Reg. Conſil. in additione manuſcripta ad Loffr. in paraphraſi feud. fol. 64. à tergo. verſ. quod maximè, inquit, ſi ſecundogenitus ſit cactus in eligendo vnum ex prædictis remedijs, an poſſit ad aliud conuolare, ſaltem ſpe reſtitutionis in integrum, vide Bart. in §. eligere, hic citat Doct. in l. fin. C. de codicil. & in l. Clodius, ff. de acquir. hæred. & in cauſa Don Cæſaris Cauanighæ cum D. Marcello eius fratre, cùm primò elegiſſet petere legitimam portionis pretii, illamquè conſecutus fuiſſet, fuit demùm admiſſus ad vitam, & militiam, in qua excomputaret, quod habuit pro legitima, referente D. Rubeis in S.C. iunctis Aulis, die 14. Iulij 1565. Villanus Actuarius, & quod ſit in electione ſecundogeniti, an velit vitam, & militiam in feudis nouis, vel partem pretii, vt docet Reg. Rouit. in Pragm. 24. num. 3. de feudis, fuit decitum in cauſa Pyrri de Loffredo in ſententia Terræ Montisfalconi.

Secundogenitus pro parte feudi noui an præferatur creditoribus primogeniti aſſenſum habētibus ſuper feudo nouo, hanc quæſtionem attingit nouiſſimè Donatus Antonius de Marinis quotid. reſol. cap. 250. num. 13. quam retuli in 3. par. noſtri Compend. verbo Secundogenitus, aſſerens, fuiſſe præſtitam aſſiſtentiam ſuper feudo nouo ad inſtantiam vxoris feudatarij, nō obſtante oppoſitione fratrum feudatarij pro eorum portionibus, & credo proceſſiſſe, quia agebatur ſuper feudo iam obligato, mediante aſſenſu, ſuper quo ſecundogeniti ius non habebant, niſi ſuper pretio illius, adeò quod cùm nō fuerat venditum, iam erat indiuiſibile, & ad primogenitum ſpectabat, ideo conferri non poterat, reſoluit D. Reg. Hect. Cap. Latro conſul. 25. n. 3. to. 1 vbi n. 4. ex multis probat, eius pretium eſſe burgenſaticū, ſicq. pretiū redactum ex re feudali nō eſt feudale, prout idē D. Reg. conſult. 56. n. 1. eo. to. Immò feuda in Regno ſunt indiuidua, vt fundat idē D. Reg. conſul. 3. n. 26. 32. & 37. eo. to. 1. & ſic non nimium videtur, ſi fuerit præſtita aſſiſtentia tertio creditori ſuper eo, quod iam erat obligatum vti indiuiſibile, ſed quoad pretium illius aliter dicendum videbatur, vt infrà dicetur, eò ampliùs ex contraria deciſione S.C. iunctis Aulis priſcis temporibus compertum eſt in cauſa creditorum quondam Fabij Sanfelicij cum fratribus, ſororibus, eorumque ceſſionarijs, ac alijs creditoribus eiuſdem, dùm ipſi de Sanfelicio diſceptarent pro parte pretii feudorū nouorum ſibi liberari illam ex pretio depoſito aduersùs creditores aſſenſum habentes, quemadmodùm prouiſum fuerat domi per Regium tunc Commiſſarium, Regiumque Conſiliarium Petrum Paulum Theodorum, nempè vt certa quantitas pecuniarum illis liberaretur, ac etiam alijs creditoribus, licèt ex parte Mercurij de Alexandro, Cæſaris Scannapeco, & aliorum creditorum prætendentium, ex hoc fuiſſe grauatos ob dictam liberationem dictarum quantitatum factam dictis fratribus, & ſororibus ſecundogenitis eiuſdem Fabij, ſeù eorum creditoribus, tamen obtinuerunt, de prædictis verbum fieri in S.C. & demùm facto in eo verbo fuit ſequens decretum prolatum per idem S.C. Die 16. menſis Septembris 1588. Neap. In cauſa creditorum quondam Magnifici Fabij Sanfelicij cum eius filio, & hærede, ac Magnifica Lucretia Mormile vxore dicti quondam Fabij, & alijs, facto verbo in S.R.C. per Magnificum V. I. D. Vincentium Maſtrillum Regium Conſiliarium, ac cauſæ Commiſſarium, iunctis Magnificis Conſiliarijs duarum Aularum, &c. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod detur, prout præſenti decreto datur terminus dierum decem ad probandum incumbentia ſuper omnibus prætenſis per dictos creditores aduersùs dotes, & iura dotalia præfatæ Magnificæ Lucretiæ Mormilis, & quod fiat apprettium Terrarum Rodi, & Balneuli, citra præiudicium iurium omnium Partium, & nihilominùs de ducatis 5500. reſtantibus de prædicto depoſito facto pretij Terræ Balneoli liberentur, prout nunc infraſcriptæ quantitates infraſcriptis creditoribus anterioribus, ac fratribus, & ſororibus de Sanfelicio, & habentibus cauſam ab eis liberātur in cauſam declarādā per S.C. v3. Magnifico Octauio Muſceptulæ ducat. 500. Magnifico Hieronymo Paſſaro ducat. 500. Magnifico Cæſari Sanfelicio duc. 700. Reuerendis ſororibus Fuluiæ & Innocentiæ Sanfelicio Monialibus in Monaſterio S. Sebaſtiani, & Petri duc. 600. conuertendi in emptionem, conſulto S.C. &c. Maſtrillus in Banca de Felice, fol. 110. poſtmodùm per aliud decretum S.C. in 3. proceſſu fuit declarata cauſa, & fuerunt liberatica pitale pretij feudi, & tertiæ ſuper burgenſaticis. Et dùm perſcrutari voluiſſem rationes pro iuſtificatione allegatæ concluſionis, atque deciſionis, reperi, communiter Doctores eam firmare, qualiter ſecundogenito debeatur pars pretij in feudo nouo, ſiue in linea deſcendenti, ſiue collaterali, vt retulit D. Reg. Rouit. in Pragmat. 24. num. 47. de feud. D. Reg. Tapia in ſuo iure Regni, tom. 6. in Conſt. Comitibus, tit. 19. de vita, & militia, in fine, verſ. de bonis patris, Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. 7. num. 21. tom. 1. And. Capan. de vita, & militia, quæſt. 28. num. 13. & 14. Marcell. de Mauro allegat. 52. num. 4. Hoc igitur ſuppoſito ante omnia ſubſequitur, quod licèt ſecundogenitus ex Conſt. Regni, & iſtem. non habeat partem pretij, neq. legitimam vllam feudi, ſed loco partis habet alimenta, ita Muta in Cap. Regis Iacobi 33. num. 2. tom. 1. quorum loco eſt vita, & militia, vt probat Camill. Lazarin in ſuo Theatro feud. part. 11. dilucid. 65. num. 1. & dilucid. 66. ad præſens

habet

Digitized by Google

habet tam alimenta, quàm vitã, & militiã, vt idẽ Camill. eo. theatro, par. 9. dilucid. 65. num. 25. hoc vt conſequatur alimenta, ſiue vitam, & militiã in feudis antiquis, ſeù in bonis feudalibus antiquis Regni, vt innuit probando Paul. Staib. ſenior conſ. 2. num. 1. & 45. In feudo autem nouo habet ſecundogenitus partem pretij feudi noui, vt dictum eſt, ſicque ipſe haberet electionem conſequendi dictam partem pretij, vel vitam, & militiam, vt poſt Camill. de Medic. conſ. 124. num. 3. 8. 9. & 10. D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contron. 10. num. 2. & 3. tom. 2. Sed circumſcripta altercatione, qualiter, & quomodo talis vita, & militia debeatur, quod non noſtrum eſt hic de illa differere, ſed tantùm intuendo debitum ipſius pretij partis, & ponderando rationem traditam ab eodem Camillo vbi ſuprà inquit, ex quo feudum emendo pater pro ſe & filijs cum clauſula iuris Francorum, & pretium abeſt ab hæreditate, quod ſi non expendiſſet in emendo feudum remanſiſſet in hæreditate, & filij ſucceſſiſſent, verùm quia feudum emit, pretium primogenito dare voluit, ſed quia collationem non prohibuit ex voluntate patris, illud cum fratribus communicandum erit, ex And. & Camer. ibi relatis, inde ſubſequitur, quod feudi emptio per patrem, pretium eſt commune inter fratres, inter quos debet communicari, idem D. Regẽs Hector Capyc. Latro dict. conſul. 25. num. 17. & ſequitur ibi Medic. vt licèt filius habeat feudũ emptum ex pecunia patris, illud tanquam profectitium tenetur in quartam imputare illam, C. de coll. ac etiam feudum emptum à patre pro ſe, & hæredibus imputatur in legitimam, & trãſit ad filios vti hæredes, & ponit in collationẽ, vt voluit idem Reg. Hector Capyc. Latro dicta conſult. 11. num. 15. & 16. & licèt ex ſui natura ſit indiuiſibile, non poteſt conferri, & loco ipſius pretium confertur, cap. 1. de duobus fratribus, quod ſiquidem ex regula collationis pertinet ad ſecundogenitos, vt ex And. perpendit idem Reg. Galeota dict. controu. 28. num. 27. & ſequitur idem Reg. Hect. Capyc. Latro vbi ſup. num. 7. & ſeqq. Ex quibus colligitur, feudum eſſe in hæreditate, cuius partem ſecundogenitus non per viam collationis ſecundùm aliquos, ſed per viam principalis petitionis, & ſic petitione hæreditatis expetere, quam ab hæreditate patris conſequi poterat, poſt Franciſc. de Amic. in repet. cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. §. hanc quæſtionem, num. 2. fol. 98. firmat Dom. Reg. Rouit. vbi ſuprà, num. 37. And. Capan. dict. tract. de vita, & militia, quæſt. 26. num. 23. allegando deciſionem per nos relatam in 2. parte noſtri compendii, verb. Primogenitus, quanquã præfatus D. Reg. Capyc. Latro dict. conſult. 25. à num. 7. ad 21. conetur, contrariam ſententiam eſſe veram, nempe quod tale pretium debitum ſecundogenitis veniat per viam collationis, ego verò inter tot Sapientes Patres minimus quò me vertam, neſcio, vnum tãtùm dico, quod feudum eſt in hæreditate tanquam piſcis in aqua, vt inquit Reg. de Curte in ſuo diuerſ. iur. feud. §. multoties concedens, num. 34. vbi in antecedenti num. 30. & ſeqq. quærit, quomodo feudum hæreditarium veniat petitione hæreditatis, & diſtinguit, quod ſi conſideretur vtile dominium, certum eſt, quod non veniat petitione hæreditatis, ſi verò conſideretur illius poſſeſſio, vt continuetur, & tunc veniret, & ſuppoſito, quod feudum pecunia emptum dicatur feudaſtrum, vt inquit Coſta de ratione ratæ, quæſt. 204. num. 4. vbi plures allegat, quinimmò tale feudum nouum ſi fuerit conceſſum duobus, eorum alter acciperet feudum, & alter illius æſtimationem, vt ipſemet Coſta dict. tract. q. 87. num. 1. 4. & 6. ſic filiis ſecundogenitis debetur pars pretii ipſius feudi noui, ſuper quo erit inſiſtendum pro reſolutione ambiguitatis, quanàm actione ipſe ſecundogenitus conſequi poſſet partem pretii, nam ſi conſideretur, quod pars pretii debita ſecundogenito in feudo empto per patrem, dici onus feudi intrinſecum ipſi feudo, & vt tale ſequatur rem, quæ ſi non præſtatur in corpore, præſtabitur in æſtimatione, vt poſt Camill. de Medic. vbi ſuprà idem D. Reg. Hector Capyc. Latro dict. conſult. 23. num. 38. & 39. & conſult. 122. num. 15. tom. 2. probat, adeò quod pars pretii, quæ ſecundogenito debetur de feudo nouo, idem iudicatur, quod de ipſo feudo, & iudicatur ac ſi eſſet feudum, ita idem D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 131. num. 49. tom. 2. probat, & videtur competere actio realis, hoc eſt hypothecaria. Sed veriùs exiſtimant, competere actionem perſonalem, vt poſt Camil. de Medic. vbi ſuprà attingit D. Reg Galeota dict. controu. 28. num. 33. dicens, quod actio talis perſonalis quòad pretium, & commoditatem feudi non tangit feudum, nec conſtituit ius reale, qui in præcedenti num. 22. refert, quod pars pretii competit in emolumento actionis ad feudum, vnde primogenitus per ſecundogenitum cogitur ad exercendum actionem, ad finem partiendi emolumentum, nec ob id hypothecaria abeſſet, cùm ſit pediſſequa actionis perſonalis, quæ non datur ad plus, quã importat ipſa perſonalis actio, ſed illam facit fructuoſam, & vtilem, ex Reg de Ponte conſ. 4. num. 32. vol. 2. firmat ibi num. 22. Reg. Galeota. Quapropter pro reſolutione præmiſſorum cenſerem, eſſe conſiderandum creditum ſecundogeniti in parte pretii, quod dependet ex paterna hæreditate, poſtquam pretium, quo pater emit feudum, in quo primogenitus ſolùm ſuccedit, videtur primogenito donare, & non prohibendo collationem cenſetur vocare ſecundogenitos ad partem pretii, ita dictus D. Regens Hector Capyc. Latro dict. conſult. 122. num. 17. & 18. tom. 2. & ſequitur num. 20. dicendo, & videtur diſponere de illo ad beneficium hæreditatis burgenſaticę, & ſic ſecundogenitorum, cenſetur enim ineſſe in hæreditate burgenſatica, vt ibi num. 20. & 23. rationem reddit, & ſubdit num. 24. & 25. quod eſt quid ſeparatum à feudo, & nil commune habet cum ſucceſſione feudi, num. 27. & tale feudi pretium velut ipſi feudo ſubrogatur, & pertinet ad hęredem in eo iure hæreditario, Idem conſult. 75. num. 262. tomo 1. Si igitur eſt debitum dependens ab hæreditate patris, quomodo creditores filii feudatarii poſſunt in eo concurrere, licèt cum aſſenſu, qui non extenditur de re ad rem, vt dicunt Doctores apud D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu Regio ſuper dote, in princip. num. 42. Inſuper quia ſi bene primogenitus obligat feudum, quod eſt indiuiduum, non per

Ffff 2 hoc

hoc videtur obligare eius pretium, quod eſt burgenſaticum, cuius pars debetur ſecundogenito, nàm videretur obligare rem alienam, quæ obligari non poteſt, l.1.§.1.ff.de pignor. vbi Bar. Neguſant.de pignor.3.membro, 2.par.num.5. aſſerens, obligationem ipſam nullam eſſe, Accedat prædictis, quod primogenitus tenetur ad partem pretii, ſiue velit, ſiue nolit ſuccedere etiam in reliquis bonis defuncti, D.Reg.Rouit. dicta Pragmatica 24 num.27.& 46. ampliùs primogenitus in feudo empto per patrem, etiam cum pacto de retrouendendo ſuccedit, ſed eo redempto poſt mortem patris fit diuiſio inter omnes filios, Præſ.de Franch.dec.64.num.13.& primogenitus in actione competente defuncto ſuper feudo ita ſuccedit, ſicut in ipſo corpore feudi, & ideò partem pretii ipſius actionis ſecundogenitis dare tenetur, Idem deciſion.41. num.3.

Senex carcerari an poſſit pro debito, deciſum fuit, eſſe ei aſſignandum locũ carceris in cauſa Petri Tanuſcio debitoris Horatii Romæ, teſtatur Nouar.in Pragmatica 4.collectan.5.de Actuar. de qua deciſione priùs teſtatus ſui in 1.par. noſtri Compend verb.Senex, vltra alia exempla tradita.

Senex excarceratus ob ætatem decrepitam, ſi compertum fuerit per ſuam confeſſionem, eſſe minoris ætatis, an ſibi ſuffragari debeat priuilegiũ, producendo fidem numerationis, dùm aliunde ætas ipſius probari non poterat, hoc euenit in perſonam Scipionis de Henrico carcerati ad inſtantiam Franciſci Matthæi Mattignani, & Alphonſi Ricci, & dùm prætenderet excarcerati, prætextu quod erat ſenex ſeptuagenarius, obtinuit à Spectabili Regente Lopez in viſita, præuio ordine Suæ Excellentiæ, quod viſa perſona excarceraretur, & non moleſtaretur de perſona, dummodò detineat domum loco carceris, & faceret ceſſionem ſuorum bonorum, & poſt hæc cùm fuiſſet ab aliis creditoribus impeditus, prætextu quod non fuiſſet annorum 70. ex quo in anno 1612. dùm vti teſtis depoſuiſſet aſſerendo eſſe annorum quinquaginta in circa, ob quod ad præſens fuiſſet annorum 66. & ſic non poterat gaudere tali priuilegio, quia nulla maior probatio, quàm oris confeſſio, l.1. ff. de confeſſ. Hoc audito à Collaterali Conſilio, quia erat quæſtio potiùs facti, quàm iuris, remiſit cauſam S.C. in quo dictus Scipio præſentauerat fidem numerationis, ex qua apparebat, eſſe annorum 71. cui fidei nedùm de facto, ſed de iure ratio habenda erat, & non depoſitioni eius, quam fecerat in alieno articulo, ex quo non depoſuerat ſuper ætate, ſed ſuper alio articulo, & incidẽter fuerat interrogatus de ætate, & dixerat, eſſe annorum quinquaginta in circa, non valens eum veritate deponere, cuius eſſet ætatis, quia bene ſcire non poterat, neque poſtulare à parẽtibus, qui iam mortui erant, neque poterat ſcire ex fide Baptiſmi, dùm priùs natus erat ante Cõcilium Tridentinum, nam priùs non ſcribebantur libri baptizandorum. Quæ omnia comprobari videntur ex iuris diſpoſitione, quia ſcripturis Officialium publicorum, & ſi non ſint Notarii, adhibetur plena fides in concernentibus miniſteria eorum, ac ſi eſſent publicæ ſcripturæ manu publici Notarii ſcriptæ, quia fuerunt auctoritate publica electi, Bart. in l. quædam, §. nummularij, ff.de eden. tantò magis credendum eſt iſtis auctoritate Regia electis, quia ſunt perſonæ publicæ ad huiuſmodi officium deſtinatæ, & ita creditur in his, quæ ſunt eorum officii, Alex.conſ.179.lib.6.ex l.ſi quis Decurio, C.ad l. Cornel.de falſ.l.magis puto, §.nec non, ff de reb. cor. immò de iure Regni liber numerationis focularioruru facit plenam fidem, vt teſtatur Sforz.Odd.de reſtit.in integr.par.2.q.37. art.9.num.84.fundatus in dec.48. Grammat.inquiens, quæro ſecundò, an liber numerationis foculariorum, vt vtitur Curia Neapolitana, probet ætatem alicuius. Nec proinde replicari poſſit ex aduerſo, qualiter obſtabat confeſſio oris proprij, quia confeſſio non tollit veritatem, quoties quis vellet oſtendere contrarium, etiam ſi ſcienter fuiſſet confeſſus, l.cum falſa, C.de iur.& fact.ignor. quare errans non confitetur, nam erronea confeſſio non valet, Bal.in l.1.C.ſi minſe maior.dix.nec confitenti nocet, l.ſed & ſi me puteni, ff.de cond.indeb. quod procederet etiam in geminata confeſſione, l.vnica, C.de error.calcul.& ampliùs, quia in tali confeſſione aderat dictio in circa, & ipſa importaret in ſeptuagenario decem annos, Sforz.Odd.dict.par.2. quæſt. 37.artic.15.num.109.& 110.& ſeqq. ex doctrina Bart.in l.de ætate, num.10.de minor. Et ſic facta relatione in S.C. per Reg. Conſil. Andreã de Ianuario, ex quo dubitabatur, ſi dict.Scipio, de quo controuertebatur erat idem Scipio, qui erat deſcriptus in fide cataſtri, fuit datus terminus ſuper omnibus hinc inde prætenſis, eò magis, quia non erat carceratus, ſed habilitatus per Palatium, in Banca Sclaui pro Bruno.

Senex ſeptuagenarius habilitatus ex cauſa debiti in domo, vel ſub obligatione, vel ſub cautione, ſi cõtingerit in diebus feſtinis ire ad Eccleſiam audiendi cauſa Miſſam, & non fuerit repertus in domo, an ad pœnam contentam in mandato teneatur, de hoc extat notabile conſ.Martæ 231. vbi concludit, non teneri, ſi illicò reuerſus eſſet, quibus conueniunt conſimilia per me tradita in voto vltimo, ſed hoc ſanè erit intelligẽdum, ſi rei veritate hoc peregerit, cæterùm ſi huius prætextu è domo exierit, & vacaret, conſtito de prædictis locus erit pœnæ, hæc dixi, quia in praxi receptum eſt.

Senex ſeptuagenarius pro debito carcerari non debet, ſed Ciuitas ei aſſignari loco carceris, vt fuit aliàs deciſum per M.C. in cauſa Petri Tanuſci, vt refert Baldaſ.de Angel.in add. ad Foller.in eius praxi, rub.notat.cap. de perſona, ſub n.65.in medio.

Senes ſeptuagenarii an poſſint pro debito carcerari, relatæ fuerunt deciſiones in prima, ſecunda, & tertia parte, verbo Senes, quibus addo Andreol.controuerſ. forenſ. controuer.89. vbi hinc inde diſputat articulum, ſed meliùs Gratianus diſceptationum forenſium capite 506. tom.3.

Sententia lata in prima inſtantia ab alio Iudice, quam a Iudice domicilij vti nulla, vires ſententiæ non habebit, vt fuit deciſum per Sacrum Conſilium in fauorem Ill.Principis Salerni in cauſa cuiuſdam de Pinto, refert Epiſc.Ricc.coll. 2963.p.7.

Sen-

Digitized by Google

Sententia dilationis quinquennalis tranſacta in rem iudicatam an retractari poſſit ad inſtantiam vnius ex creditoribus non concurrentibus ex cauſa penſionis domus, deciſum fuit affirmatiuè per Magnam Curiam, & confirmatum per Sacrum Conſilium in cauſa Auelli de Rocco, in Banca Turini in anno 1612. Nouar. in pragm. 1. coll. 2. n. 50. de ceſſ. bon.

Sententia ſi ex alia cauſa fuit confirmata non diceretur conformis primæ, & ità deciſum per S. C. in cauſa Marii Tripalini, Nouar. in prag. 61. coll. 22. n. 3. de Offic. S. C.

Sententia ſimpliciter prolata contra reos inſolidũ obligatos, an inſolidum exequi debeat, vel pro rata, text. in l. 1. C. ſi plur. vna ſententia cond. ſint determinare videtur, quod ſi non ſinguli inſolidum, ſed generalitèr rei fuerint condemnati, tũc pro virili parte quilibet ipſorum tenetur, ſic deciſum per S. C. tradit Afflict. dec. 215. vt memini in prima parte verbo Rei quatuor, cum aliis adductis per Annam ſing. 539. quam deciſionem intelligit Alex. Trentacin. var. reſol. lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 34. num. 31. quando plures, & quilibet ipſorum conuenirentur, hoc adiecto, quod vnica ſolutio ſufficiat, & demùm ſimplicitèr condẽnãtur, tunc pro virili portione condemnati cenſentur, Anchar. lib. 2. q. 21. num. 1. Blaſc. memor. 29. num. 2. Præſ. de Franch. dec. 80. Borgn. deciſ. Finiz. 38. num. 2. & 3. par. 1. & dec. 30. num. 114. par. 2. Rota Gen. dec. 28. num. 11. Intrigl. dec. 13. num. 28. Cabed. dec. 21. nu. 21. p. 1. Iallong. racem. 70. num. 6. cum aliis apud Amat. dec. Ferrar. 52. num. 2. Cancer. var. reſol. cap. 17. num. 292. ton. 3. Marta de iuriſd. p. 4. caſu. 118. num. 11. Giurba dec. 46. num. 3. Gratian. cap. 33. num. 50. cum aliis apud Viſcont. in ſuis concluſ. verbo ſententia, fol. 558. & ratio eſt, cum ipſe creditor videatur diuidiſſe creditum, quando ſine tali proteſtatione id petierit, & ex multis probat Giurba d. dec. 46. num. 3. cum aliis apud Coſtam de portione ratæ quæſt. 33. verùm quia Doctor. in hoc variè loquuti ſunt, nàm aliqui voluerunt, quemlibet condemnatum pro rata teneri, alii verò inſolidum, vndè pro concordia opinionum ſic diſtinguendum eſſe arbitror, poſtquam difficultas oritur ex obligatione ipſorum, ſi abſquè ſolido proceſſerit, vel inſolidum, ex quo ſi obligatio eſſet perſonalis, vel realis ſimplicitèr, non eſt dubium quin ſententia indè ſuperueniente quilibet pro rata teneretur, expreſſim notat Blaſc. in ſylua memorab. iur. memorab. 29. ſub n. 2. verſ. ego verò, iuxta deciſa per Anton. Fab. in eius Codice tit. ſi plures vna ſententia definit. 3. Sin autem obligatio fuerit inſolidum contracta, & tunc ſi fuerit petita condemnatio inſolidum contra eos, & indè ſententia paritèr expreſſim eos cõdemnando, contra omnes, & quemlibet ipſorum executio benè procederet abſq. difficultate inſolidum, Alex. Trentacin. vbi ſup. n. 33. ſicuti è contra ſententia lata ad fauorem vnius prodeſt alteri, quando ſunt obligati inſolidum, ita Statil. Pacif. de Saluian. interdict. inſp. 4. cap. 1. nu. 128. ſed ſi fuerit omiſſum in petitione, eos inſolidum condemnari, & ità ſententia ſubſequeretur, non erit dubium, quin ex hac petitione diuiſio debiti induceretur, ita quod quilibet pro rata teneri videretur, ex gloſ. & Bar. in d. l. 1. notat ibi Trentacinq. n. 30. at ſi in ſententia omiſſum fuerit, eos inſolidum condemnari, hoc eſt, eos ſimpliciè condemnando, nõ obſtante quod obligatio erat inſolidum, & inſolidum conuenti, adhuc condemnati in partes æquales, & non in ſolidum cẽſentur, niſi ſit expreſſum in ſententia, lat. ùs Scaccia de re iudic. gloſ. 14. q. 12. num. 1. & ſeqq. vel quando plures inſolidum obligati, & in ſolidum conuenirentur, & in ſententia fuerint condemnati ad ducatos centum petitos, de quibus in actis, abſque dubio intelligerentur omnes condemnati inſolidum, ex Bart. in d. l. 1. & Anchar. quæſt. 21. notat ibi Trentac. num. 32. ſiue ratione hypothecariæ, iuxta tradita per Anton. Fab. vbi ſup. vel ſi adiecta fuerit clauſula in ſententia omni modo meliori, quoniam in ſolidum condemnatio facta eſſet, ex Viſill. in d. dec. Affl. 215. notat ibi Blaſc. & Giurba dec. 46. n. 6 Iallong. vbi ſup. & Coſt. ibidem in fine. Et denique quãdo fuerit petita certa quãtitas debita inſolidum per aliquos reos vigore inſtrumenti, ſeù obligationis in libello, ex quo talis obligatio primęua eſt vigore dicti inſtrumenti concepta, vnde libellus ſubſequitur ſe remittendo dicto inſtrumento, licet ſimpliciter fuerit prolata ſententia, inſpecta illa petitione condemnatio inſolidum, intelligeretur, vt conſiderat Amat. d. dec. 52. n. 7. aſſerens ita deciſum Romę & in calce dictæ deciſionis eam poſuit, eò magis ſi in tali libello petita fuit condemnatio inſolidum cum clauſula, quod vna ſolutio fiat, ex Franch. dec. 305 & aliis probat Barboſ. de clauſ. in clauſ. 33. in fine. Et conſequentèr inſpecta obligatione inſtrumentali, quæ eſt indiuidua, & ſi ſententia ſimpliciter prolata fuerit, adhùc inſolidum rei conuenti tenerentur, non tamen pro rata, vt deciſum tradit Peguera dec. Cathal 181. & alias per S. C. ita etiã deciſum retuli in 2. p. verbo Sententia, & nouiſſimè in cauſa illorum de Bononia in concurſu creditorum ad relationem Regii tunc Conſiliarii Scipionis Rouiti, in Banca Turini, non enim debet error Iudicis omittentis clauſulam in ſolidum nocere partibus, hinc optimè Præſ. de Franch. d. deciſ. 680. in fine notat, quod quando fuerit actum vigore inſtrumenti pro exequutione pacti, aut pro liquidatione, citra dubium condemnatio inſolidum ſubſequeretur, ſed quando ordinariè vigore inſtrumenti, tunc ad euitandũ ambages opiniones, refert deciſum fuiſſe, vt fieret depoſitum, quo fit, vt ſi Iudex non habuerit reſpectum ad libellum, in quo ſi fuerit inſtatum, omnes condemnari, & per Iudicem relaxetur petita exequutio, perindè erit, ac ſi omnes inſolidũ condemnaſſet, ex Bart. in d. l. 1. poſt medium, vbi Bal. n. 3. in fin. & iudicauit in contingentia facti Rota Romana relata ab eodem Gratiano loco citato.

Sentẽtia lata contra clericum poſſeſſorem alicuius rei per Iudicem ſæcularem, an per eum executioni mandari debeat, relata fuit deciſio ſupra verbo Diſpoſitio.

Sententia prolata poſt terminum præfixum à lege, vel ab homine, vt infra certum tempus cauſa poſſit expediri, dummodò eſſemus intra triennium in ciuilibus, & intra biennium in criminalibus, vt iuris eſt, ſi fortè prolata fuerit poſt dictum terminum pręfiſum, vel à lege, vel à ſtatuto, ſeu ab homine an valeat, concluditur valere ex rationibus adductis per Alex. Trentacinq. var.

re-

reſol.vol.1.lib.2.tit.de appell.reſol.3.ita per Cur.
Aquil. deciſum refert.

Sententia forjudicationis proferri an poſſit con-
tra reum, non aliter citato patre, aut fratre rei,
vide deciſionem ſuprà in verb. Procedi.

Sententia forindicationis an impediatur per præ-
ſentationem Bullæ primæ tonſuræ, cum fide
matrimonii, cum declaratione, remanere Cleri-
cum coniugatum, attentis Fiſci probationibus,
non inceſſiſſe in habitu, & exercuiſſe officium
Actuariatus in ſua patria, & non fuiſſe probatũ,
matrimonium cum vnica, & virgine fuiſſe con-
tractum, deciſum fuit per M.C. non impediri
prolationem ſententiæ, D.Reg.Sanfelic.dec.14.
num.12.

Sententia aſſecurationis dotis marito ad inopiam
vergente, an erit executioni demandanda, non
obſtante appellatione, deciſum fuit per Sacrum
Conſilium affirmatiuè, D. Regens Sanfelicius
dec.132.

Sententia inter duos colligitantes de conſequen-
da eadem re negatiuè concepta ad excluſionem
vnius, an requiratur ad alterius partis aſſigna-
tionis rei affirmatiuè, hoc contingit in cauſa
Philippi Spinulæ cum Io. Baptiſta Cataneo, cũ
fuiſſet poſt primam ſententiam latam 6. Maij
1613. excitatum dubium, vtrum lata ſententia
negatiuè concepta, qua declarabatur, bona, hæ-
reditatem, vel aliud ius alicui non competere
in concurſu alterius, qui prætendebat, ad ſe per-
tinere, cenſeatur iudicatum, eadem bona ad al-
terum colligitantem ſpectare, vel potiùs debeat
denuò alter non nominatus ius ſuum deduce-
re, & obtinere, ſpecificè declarari affirmatiuè, ad
eum bona ſpectare, D.Reg. Fab.Capyc. Galeot.
controu.iur.tom.2.controuerſ. 35. de hoc ſigil-
latim agit, vbi in fine cenſuit, vnde ex prædicto
priùs decreto lato per Conſiliarium Lopez die
20.Iunij 1613. fuit iuſſum, tolli ſequeſtrum ad
beneficium Io.Baptiſtæ, & demùm per S.C.die
17.Octobris eiuſdem anni, licèt deinde ex aliis
diuerſis cauſis, quæ nihil tangebant dictam de-
ciſionem, diſſequeſtrum fuerit reſtrictum quòad
fructus tantùm. Decreto 20. Decembris quouſ-
que præſtiterit cautionem quòad ſortem capi-
talem ex alio decreto 14. Maij 1614. Hæc
ille.

Sententia aſſecurationis dotis lata in fauorem
mulieris mortuo viro mandatur executioni, ac
ſi lata fuiſſet pro reſtitutione, & commutata
cautela aſſecurationis in venditionem feudi
pro integra reſtitutione ſuper bonis, in quibus
fuerat obtenta aſſecuratio, & ita deciſum per
S.C.die 3.Iulij 1627. referente Regio Conſilia-
rio Scipione Rouito, vt refert Dominus Regẽs
Fabius Capycius Galeota in calce controuerſ.
illuſt.tom.2.deciſ.ad contr. 64. & 65. numero 9.
fol. 576.

Sententia aſſiſtentiæ petitæ per aliquem credito-
rem aduerſùs bonorum poſſeſſorem, qui ſuum
auctorem laudauerat, & ipſe alium auctorem,
an exequi debeat principaliter contra reum cõ-
uentum, vel contra auctores laudatos, de con-
ſimili ſententia mentionem feci in 3. parte no-
ſtri Compendij, verb. Creditor anterior, fol.245.
vbi agitur de creditore petente reſtitutionem
pecuniæ à ſequenti creditore liberatæ ſub cau-
tione, & per eum contra alium poſteriorem,
& ſic de ſingulis, vbi deciſum patet, plures fuiſſe
promulgatas ſententias aduersùs poſteriores
creditores, condemnantes vnum ad reſtituen-
dum alteri, ex eodem proceſſu, vt anterioribus
creditoribus ſatisfactum ſit, ad euitandum cir-
cuitum inutilem, Clem. Auditor, de reſcript. cum
aliis apud Barbos. in libello Principia iuris, lit.
C.num.22. Et ſic in cauſa Elionoræ Calabreſæ
cum Matthæo, & Benedicto Ritio, ad relatio-
nem Regij Conſiliarij Ludouici Quadræ fuit
deciſum, vt percepi ex quodam voto manuſcri-
pto, videlicet. Præſtetur aſſiſtentia prædictæ
Elionoræ Calabrenſi ſuper bonis in proceſſu
deductis pro eius dotibus, & antefato, ac inte-
ruſurio, damnis, expenſis, & intereſſe, liquidan-
dis omnibus, &c. mediante appretio Experto-
rum, cum adiudicatione in formaſcum facultа-
te vendendi, vel retinendi ad eius electionem,
& breui manu exequatur ad inſtantiam prædi-
cti Matthæi Ritij contra prædictum Benedictũ
Ritium eius auctorem laudatum tam pro quã-
titate contra ipſum exequenda, quàm pro om-
nibus damnis, expenſis, & intereſſe liquidan-
dis, vt ſuprà, ſaluis iuribus dicto Berardino for-
tè competentibus contra eius auctores lauda-
tos, victos victoribus, &c. & in hoc erit aduer-
tendum, quatenùs ſpectet ad actorem reſpectu
conuenti nominantis auctorem ſuum, quòd ſi
auctor laudatus comparendo ſuſcipiat iudiciũ
pro conuento, non propterea tenetur ipſi au-
ctori laudato ſuſcipienti litem in ſe notificare
facere acta ad ſui inſtantiam fabricata, ſed ſuffi-
cit ſibi pro ſe, qui iudicium contra poſſeſſorem
ab initio conuentum, vt ex D.Præſ. de Franch.
dec.462. firmat D.Reg.Rouit. in Pragm. 2. de
dilat.num.7. vbi id limitat, niſi talis auctor lau-
datus in ſe tanquam procurator in rem propriã
ſuſcipiat iudicium, nam tunc debet actor cum
dicto auctore litigare, & non cum poſſeſſore,
vel niſi actor probaret, perſonam conuenti eſſe
legaliorem, & ſua intereſſe litigare potiùs, quã
cum auctore laudato, per iura ibi citata, ſicque
quando auctor laudatus iudicium ſuſceperit,
quia tunc teneretur defendere, & ad intereſſe,
vt docet Muſcatell. in praxi S.C.lib.1. par. 3. gl.
nomlnet, num.2. compilato proceſſu cum con-
uento, & auctore laudato ſubſequitur condem-
natio, ac executio gradatim, vt dictum eſt, cæte-
rùm autèm vbi non aliter iudicium ſuſceptum
apparet, ob quod non fuit compilatus proceſ-
ſus, quia ex ſola nominatione non conſtituitur
iudicium, niſi acceptetur, reſeruantur tamen
iura conuento contra auctores laudatos, inſtru-
cto proceſſu, non mirũ ſi contrariæ reperiuntur
ſententiæ prolatæ contra reos, & non contra
auctores laudatos, quocirca in cauſa Marij Ga-
leotæ tutoris Magnificæ Lucretiæ, & Camillæ
Filamarino contra Magnificum Ioannem Vin-
centium delle Caſtelle, & Sacrum Hoſpitale
Diuæ Mariæ Annunciatæ, ad relationem Regij
tunc Conſil. Ludouici Quadræ de anno 1564.
fuit ſubſcriptum votum manuſcriptum inter-
poſitum, vt percepi, videlicet. Præſtetur aſſiſtẽ-
tia prædicto Magnifico Mario Galeotæ tutori
prædictarum Magnificarum Lucretiæ, & Ca-
millæ Filamarino ſuper bonis in proceſſu de-
ductis pro ſumma, & quantitate ducatorum
405. vnà cum damnis, intereſſe, & expenſis li-
qui-

quidandis,&c. mediante apprætio Expertorum, cum adiudicatione in forma, cum facultate alienandi, vel retinendi ad eius electionem, ſaluis iuribus dicto Sacro Hoſpitali Diuæ Mariæ Annunciatæ contra eius auctores laudatos, quibus Partibus auditis prouidebitur de iuſtitia, neutram, &c.

Sententiæ Iudicum delegatorum & ſi eſſent Miniſtri delegati, illicò mandari debent executioni, non expectata reclamatione, neque attenta, prout in contingentia facti in cauſa cuiuſdā Scribæ inquiſiti de falſitate condemnati per Iudices delegatos à Principe, teſtatur Conſil. Carleual in tract. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. inſpection. 8. num. 32.

Sententiæ an dicantur conformes reſpectu minoris ſummæ contentæ in eis, quæ ineſt maiori, iuxta regulam vulgatam, ad hoc vt non detur reclamatio, deciſum fuit affirmatiuè per Collaterale Conſilium, Dominus Regens Senfelic. dec. 304.

Sententiæ declarantes, conceſſiones factas per contractus conceſſionis in emphyteuſim eſſe nullas. Primò, quia tales conceſſiones factæ fuerant, non adhibitis ſolemnitatibus à iure requiſitis in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum. Secundò, quatenus fuiſſent validæ, adhùc conceſſionarius inciderat in commiſſum ob alienationes factas, irrequiſito domino directo. Tertiò, ſtante enormiſſima læſione ſatis vltra dimidium iuſti pretij, an nullæ reddantur, ex alijs in facto, & in iure conſideratis tam reſpectu primæ nullitatis, quàm in caſibus in iure permiſſis, non eſt opus licentiæ S P. eò ampliùs dū interuenerat licentia, ſeù decretum Miniſtri Generalis Ordinis, licèt ob lapſum nonaginta annorum aſſenſus S. P. interueniſſe præſumebatur, tantò magis, quia talis aſſenſus fuerat reſeruatus, & aderat clauſula, quatenùs opus eſſet, &c. circa ſecundum obiectum alienationis nempe factæ irrequiſito domino dicebatur, adeſſe ignorantiam alienantis de qualitate bonorum, ſi erat emphyteutica, aut cenſualia, nec proinde caducitas vrgere poterat, poſtquam nō aliter fuerat primus conceſſionarius, qui fecerat alienationes, ſed illius hæredes, qui iuſtam habebant cauſam ignorantiæ, & talis caducitas excludebatur ex cauſa temporis decem annorum à tempore alienationis vſque ad diem litis conteſtatæ, quia ex tali patientia præſumebatur licentia domini. Item ex receptione canonū, ſeù cenſuum per dominum directū contracta, quòad tertium obiectum læſionis enormiſſimæ replicabatur, vltra quod non apparebat probata læſio, data tamen diuerſitate rerum alienatarum. Per S. C. ad relationem Conſiliarii Freccia fuerunt declaratæ nullæ, & q decretū S. C. quoad bona conceſſa in anno 1518. fuit dictū, quod executioni demandaretur quòad bona conceſſa in anno 1504. vt retulit D. Regens Hector Capycius Latro conſultat. 156. tomo 2. vbi alia refert audiuiſſe ab vno ex Dominis his conferentia, apud quem erit videre.

Separatio bonorum hæreditatis alicuius petita, vt priùs creditores defuncti ſe ſatisfiant, quàm creditores heredis, concedi an debeat, exiſtentibus obiectionibus. Primò, quia erat elapſum quinquennium aliam petendi. Secundò, quia locum non habet, quando hæres bona vendiderit. Tertiò, quia non habet locum in feudis, vt aliàs fuit deciſum, & ita quoquè nouiſſimè iudicatum contra Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ cum creditoribus Marchionis Caſæ alberis, teſtatur D. Reg. Hect. Capyc. Latro in conſult. 99. lib. 2.

Sequeſtrari an debeant bona de facto occupata à domino, prætextu deuolutionis ipſorum, dùm mortuis D. Vincentio, & Vito de Frangis, Lucius, & fratres vti proximiores agnati, & hæredes ab inteſtato cœperunt poſſeſſionem bonorum omnium hæreditatis ipſorum, & ſignanter ſuper certis bonis redditituis Curiæ Baronali Terræ Patriæ, quæ bona inde fuerunt occupata per Marchionem Lauri prætendentem, eſſe deuoluta ob lineam finitam, fuit per S. C. factū ſequeſtrum penès tertium, reuocata poſſeſſione à Marchione, qui occupauerat, & datur terminus in cauſa poſſeſſionis, ita Hor. Montan. contr. for. controu. 29.

Sequeſtrum bonorum feudalium factum ad inſtantiam Fiſci an tolli debeat cum cautione ad inſtantiam legitimi ſucceſſoris prætendentis, ad illa ſuccedere, & in poſſeſſionem ſiſtentis, non obſtante altera prætenſione agnati, ex diſpoſitione Cap. Ex præſumptuosè cautum eſt, licere Fiſco facere ſequeſtrare feuda, mortuo feudatario, non apparente legitimo ſucceſſore, vt in cap. Regni Ex præſumptuosè ibiquè Doct. cuius diſpoſitio licèt ſit exorbitās, vt inquit Anna in alleg. 1. num. 15. nec requirit decretum Iudicis tale ſequeſtrum, vt tradit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in reſp. fiſcali 12. nu. 422. & ſeqq. vbi plura ad ornatum iſtius Capit. tradit, ſicuti ſi fuiſſet petitum ad inſtantiam alterius, quoniam tunc ſequeſtrum vt ritè fiat de feudo, debet ſaltem ſummariè conſtare de iure illius, qui ſequeſtrum petijt, & audita parte decerni per Iudicem competentem cum ſummaria cauſæ cognitione, vt docet D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controu. tom. 1. controu. 24. à num. 51. ad 56. in caſu præmiſſo, tamèn ſubſtinetur propter ordinationem Regiæ, Reg. de Ponte conſ. 15. num. 1. vol. 1. ſicque ſequeſtrum feudi non fit ex regulis iuris ciuilis, vel canonici, ſed iuris feudorum, & Regni, ita Conſil. de Georgio in ſuis repet. feud. cap. 52. num. 3. vbi alia ad ornatum tradit, præſertim num. 28. ad euitandum inconueniens ex concurſu agnatorum, & Fiſci. Sicquè inſurgente legitimo ſucceſſore, ſeù prole legitima, diſpoſitio dicti Cap. ceſſabit, Regens de Ponte dict. conſ. 15. num. 2. & conſequenter tolleretur ſequeſtrum, & quando tollitur, declarari debet, ad cuius beneficium tollitur, adhibita cognitione iuſtitiæ, Conſil. Theodor. alleg. 88. num. 31. & ſeqq. Et ita fuit iudicatum per Collaterale Conſilium in cauſa diſſequeſtrationis petitæ pro parte Sereniſſimorum Regis, & Reginæ Poloniæ ſtetus quòndam Illuſt. D. Duciſſæ Mediolani. Die 10. menſis Iunii 1522. Neap. Viſa Regia prouiſione, viſa intimatione facta per Illuſtriſſimum Dominum Viceregem, Illuſt. Duci Mediolani, & termino eidem ſtatuto per totum menſem Maij proximè elapſum, viſis literis dicti Illuſtr. Ducis, viſis hinc inde videndis, attentis attendendis, auditoq. Regij Fiſci Patrono. Per Illuſtriſs. Dominū

Lo-

Digitized by Google

Locumtenentem Generalem, & Regium Collaterale Conſilium fuit prouiſum, pariter & decretum, quod præſtita priùs iuratoria cautione per Procuratorem præfatorum Sereniſſimorū Regis, & Reginæ, nominibus, quibus in proceſſu de ſtando iuri tam cum Regio Fiſco, quàm cum dicto Illuſtriſs. Duce Mediolani, & alijs, & ſiue præiudicio iurium per eos prætenſorum tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio dictum ſequeſtrum factum de Ducatu Bari, Principatu Roſſani, & alijs Terris, & feudis, quæ fuerunt tenta, & poſſeſſa per quondam Illuſtriſſimam Duciſſam Mediolani matrem dictæ Sereniſſimæ Reginæ fore, & eſſe tollendum, prout præſenti decreto tollitur, & poſſeſſionem dictorum Ducatus, & Principatus, & aliarum Terrarum, & feudorum fore, & eſſe reſtituendam dictis Sereniſſimis Regi, & Reginæ, prout illam tenebant, & poſſidebant ante dictum ſequeſtrum, ſuper Caſtro verò Ciuitatis Bari ſeruandum eſſe tenorem dictæ Regiæ prouiſionis, & donec iuxta illius tenorem prouiſum fuerit, nihil eſſe innouandum. Hoc ſuum, &c. Montaltus Regens. de Colle Regens. Hieronymus de Franciſco Locumtenens, penès Nicolaum Siracuſium Scribam à Mandatis.

Sequeſtrum factum ad inſtantiam creditorum paterni notum ſuper emolumentis officij à patre empti in faciem ſui filij, prænio aſſenſu, an tolerari debeat, prætexto quod dictus filius vti hæres patris non confecerat inuentarium, & propterea teneri videbatur de proprio, vt iuris determinatum eſt, Præſ. de Franch. dec. 536. nu. 8. Conſil. Anna in conſ. 156. num. 14. Camill. Laratha conſ. 55. num. 8. latiſſimè Phanuc. de inuentario p. 7. n. 1. & ſeqq. Io. Ant. Bellon. conſ. 70. num. 12. cum alijs cumulatis per Viſcont. in ſuis concluſionibus iuris, verb. ſolutio facta. Eò quia filius tenebatur ad ſolutionem pretij officij prædicti, ad tex. in l. multum intereſt, C. ſi quis ſibi, vel alteri. Vnde etiam cogi poterat ad venditionem dicti officij, quemadmodùm in ſimili dicitur in venditione feudi ad inſtantiam creditorum, iuxta deciſa per D. Præſ. de Franch. dec. 704. & in dec. 562. num. 4. & bonorum fideicommiſſo relictorum, vt latè proſequitur Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 541. ita etiam in officijs procedere dixit Reg. Hect. Capyc. Latro deciſ. 6. num. 18. ac in cæteris bonis hæreditarijs, latè Reg. Rouit. in conſ. 18. num. 15. 18. 19. & 20. vol. 1. Ex aduerſo replicabatur ex parte ipſius filij, qualitèr dùm extabant alia bona hæreditaria, non poterat procedi ad venditionem dicti officij, niſi in ſubſidium, quemadmodùm diſpoſitū eſt, quod licèt bona dicantur deducto ære alieno, vt refert Molfeſ. in Conſuet. Neap. par. 7. q. 3. num. 17. & conſequenter bonorum appellatione etiam feudum, vel emphyteuſis comprehentur, idem Molfeſ. par. 5. tit. de bonis, quæſt. 11. num. 4. & 7. nihilominùs in generali obligatione bonorum tam feuda, quàm res emphyteuticæ non veniunt niſi in ſubſidium, ita probat Coſta de remed. ſubſid. remed. 51. num. 3. vnde quemadmodùm venditio bonorum emphyteuticorum non permittitur niſi in ſubſidium bonorum liberorum, quemadmodùm ibidem Coſta proſequitur, ita & demùm in bonis feudalibus, Anna in alleg. 127. num. 3. alleg. 141. n. 9. & in ſingul. 204. & in alleg. 115. num. 1. alleg. 66. num. 14. Reg. Lanar. conſ. 12. Et in bonis fideicommiſſo relictis, exemplo auth. res, quæ, C. comm. de legat. cotas refert Conſil. Marcian. conſ. 5. num. 6. Reg. Rouit. conſ. 41. num. 19. vol. 1. Medic. conſ. 73. num. 2. & 3. Pariter in officio idem erat aduertendum, quæ conueniunt cum feudis, natiuitate, vtilitate, & vita, inquit Franc. de Amic. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. verſ. dicebam ampliùs, fol. 63. adeò quod hæres non conficiens inuentarium, ſi conſtet de hæreditatis valore, non tenetur vltra vires hæreditaris, ex Bal. in l. filium quem habentem, col. pen. verſ. ego breuitèr, C. fam. ercisc. Couar. & Phanuc. probat Præſ. Fuluius Lanat. in addit. ad repetit. cap. 1. de ſucceſſ. feud. eius patrui, num. 37. Eò amplius, quia tale officium non erat hæreditarium, ſed proprium ipſius filij emptum à patre, & ipſi donatum, & tunc licèt officium qui habet vt nominatus ex conceſſione pro vno hærede nominando, non poteſt illud habere, niſi cum qualitate hæreditaria, ſecùs ſi conceſſio dicat, non pro hærede, ſed pro perſona nominanda, Reg. Hect. Capyc. Latro dec. 26. num. 15. & 17. ſicque differre videtur officium conceſſum, quod in eo nominetur vnus ex hęredibus, vel pro hęredibus, vt voluit D. Reg. Lanat. cōſ. 59. num. 33. Quocirca facta relatione in S. C per Reg. Conſil. D. Franciſcum Sanium die 23. Ianuarij 1643. fuit interpoſitum decretum, quod infra quatuor dies audiantur Partes, & interim præſtita cautione de conſeruando emolumenta pro illorum liquidatione tollatur ſequeſtrū in cauſa Caroli Saccardi Actuarij M. C. cum creditoribus paternis, penès Secretarium, in Banca de Bonocorde, dùm per eundem cauſæ Commiſſarium fuiſſet factum ſequeſtrum ſuper emolumentis dicti officij, prætextu quod non confecerat inuentarium bonorum paternorum, adeò quod de proprio teneri videbatur, quoniam id procederet, non exiſtentibus alijs bonis hęreditarijs, ſuper quibus creditores poterant ſatisfieri, cæterùm quando non adeſſent, ſecùs eſſet, nam hęres non conficiendo inuentarium, vel illi renunciando tenętur de proprio in ſubſidium, vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro dec. 115. num. 4. & in bonis hęredum in ſubſidium debet agi, & ad ea deueniri, Paul. Staib. conſ. 77. num. 27. & quia nullatenùs cautionem præſtitarat, fuit deputatus per S. C. Scriba in Banca, vt perciperat emolumenta Actuarlatus, & contrariæ deciſiones concernentes venditionem officiorum procedunt, quando officia eſſent hæreditaria, vt in caſu relato per eundem D. Reg. Hect. Capyc. Latro dec. 26. Secùs tamen quando obtenta fuerint ſimpliciter, & conceſſa alicui, non tamen hæreditaria, vt in caſu relato per eundem D. Reg. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 6.

Sequeſtrum per Iudicem fieri an poſſit, orta aliqua præſumptione contra poſſeſſorem, quod iudicij differendi cauſa litiget, vt interim fructus capiat, practicatum fuit affirmatiuè, vt teſtatur Dominus Regens Sanfelicius deciſione 112. la 2.

Sequeſtrum vigore Cap. Ex præſumptuosè an fieri poſſit in officijs, deciſum fuit per R. C. affirmatiuè, ita D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in reſpon fiſc. 12. ſub n. 415. in cauſa filorum de Moccia.

Se-

Sequeſtrum an fieri debeat ſuper fructibus ruris, ſuper quo præſtita fuerat aſſiſtentia, pendente cauſa appellationis deſertionis, dùm fructus nõ fuerant deducti, & creditum non erat liquidatum, nam ſi anteà fuerat factum ſequeſtrum, nulli dubium eſt, quin ſequeſtratio duret pendente appellatione, ex l. ſi fideiuſſor, §. fin. & l. litibus, vbi Doct. C. de agric. & cenſ. lib. 11. probat Io. Ferrar. in ſua praxi iudic. lib. 3. cap. 8. verſ. proinde ſequeſtratio, Cartoc. de ſequeſtro par. 3. quæſt. 46. Coler. de proceſſ. execut. lib. 1. cap. 2. num. 118. & in addit. num. 144. Sin autem non fuerit factum, quemadmodum pendente reuiſione apprecii poterint interim fructus ſequeſtrari, maximè ſi timetur de dilapidatione, vt ex Afflict. dec. 188. num. 7. probat Horat. Barbat. in Pragm. de aſſiſt. gloſ. 2. num. 31. latè Viſcont. in ſuis concluſionibus iuris, verb. Sequeſtrum. Nam hæc cauſa dilapidationis eſt potiſſima cauſa ſequeſtri, vt innuit Scaccia de appellatio. quæſt. 3. num. 28. Alcib. Lucar. obſeru. Acad. lib. 2. obſeru. 4. num. 5. Cancer. var. reſol. cap. 20. num. 220. & ſeqq. Cartoc. de ſequeſtro par. 2. quæſt. 2. num. 1. Lancell. de attentatis 2. par. cap. 12. limit. 12. num. 11. & 12. Circumſcriptis aliis cauſis relatis ab Abb. in cap. 2. de ſequeſt. poſſ. & fruct. relato ab eodem Io. Ferrat. in addit. ad dict. cap. 7. Minſing. cent. 5. obſeru. 35. alios referens caſus. Et ampliùs ex cauſis vt ſuprà relatis, dùm fructus non fuerunt deducti in iudicio, eò magis & faciliùs quando cohærent ſolo ſequeſtrari poſſunt, ex Bart. in l. fin. ff. de requir. reis, cum aliis apud Cartocc. dict. par. 3. quæſt. 33. Item quia creditum nondum erat liquidatum. Nonmirum ſi à ſententia appellatum ſit, ſequeſtratio fructuum permiſſa ſit, vt probat Cartocc. eo tract. dict. par. 2. quæſt. 2. principali, 2. par. num. 4. Itaque in cauſa appellationis ſit permiſſa, ex l. Imperatores, §. idem reſcripſerunt, ff. de appell. prout in noſtris terminis pendente lite appellationis permiſſa videtur ſequeſtratio fructuum, probat Machel. patroc. 38. nu. 31. annuens, procedere etiam, ſi reus eſſet ſoluendo, nam ideo ſtatur à ſententia, pro qua præſumitur, licèt ab ea appellatum extiterit, ex Abb. in cap. fin. num. 7. de ſeq. poſſ. & prop. & ita reſolutum, atque deciſum fatetur in facti contingentia ibi relata Viſcont. vbi ſuprà. Ita pariter in cauſa Mariæ de Amato cum Laurentio & aliis de Amato, dũ fuiſſet per D. Conſiliar. D. Franciſcum Sauium interpoſitum decretum ſequeſtri ſuper fructibus cuiuſdam Ruris, die 18 Iunii 1639. à quo cùm fuiſſet appellatum, & obtentum, verbum fieri in S.C. fuit interpoſitum decretum huiuſmodi. Die 10. Octobris 1639 Neap. Facto verbo in S.R.C. per Magnificum V.I.D. D. Franciſcũ Sauium Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Per S.R.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per Magnificum cauſæ Commiſſarium ſub die 18. Iunii inſtantis anni Hoc ſuum, &c. penès Secretarium, in Banca de Felice, nunc de Simeone, & huc conuenit quod tradit Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le viſ. par. 6. dec. 6. n. 6. quod ſequeſtrationis ſententia, non obſtante appellatione executioni mandatur.

Seruientes Eccleſiæ, vt ſunt famuli, & Clerici ſalvatici, an gaudeant fori priuilegio in criminalibus, relata fuit deciſio ſup. in verb. Famuli.

Seruitium præſtandum in bello per inquiſitum vigore banni promulgati in beneficium inquiſitorum volentium in bello deſeruire, ſi fuerit commutatum in ſeruitium triremium etiam vigore alterius gratiæ obiẽię, & eo peracto, & reus ob eius delicta captus, & carceratus ſit, an excarcerari debeat, ſtante dicto implemento, obſtantibus Fiſci oppoſitionibus. Primò, quia talis reus erat miles voluntarius. Secundò, ob ſubreptionem commutationis ſeruitii. Tertiò, quia bannum exceptuauerat delicta commiſſa infra bimeſtre tempus, & delicta ab ipſo fuerant infra tale tempus commiſſa, hoc accidit controuerti in M.C. poſteà in S.C. in cauſa Io. Hieronymi Amodei inquiſiti de homicidio, ac pro certo furto caſei, qui ſe concordauerat inſeruire Suæ Maieſtati in bello per biennium, in executionem banni generalis publicati ab Auditore Generali nomine Suæ Excellentię, inde quia magis ei expediebat, vt tale ſeruitium adimpleretur a dicto reo vti Timonerio in Regiis triremibus, ideò pręcedente relatione Generalis Triremium fuit tale ſeruitium commutatum à Sua Excellentia, atque declaratum dictum ſeruitium, quod fuit adimpletum per biennium, & quinque menſes, vt ex fide Scribæ Rationis, & teſtimonio Auditoris Triremium conſtabat in actis. Poſtmodùm non obſtante tali ſeruitio fuit dictus Io. Hieronymus carceratus, & dùm inſtitiſſet, excarcerari, & ampliùs non moleſtari ab ipſa M.C. ſtante dicto ſeruitio, fuit per eam mandatum, quod infra biduum reponatur in ſecuritate, non habita ratione talis ſeruitii, ob quod dictus reus acceptando decretum excarcerationis appellauit à non approbatione dicti ſeruitii, ſperans, iuſtiſſimè per S.C. mandari, quod ſtante d. ſeruitio excarceraretur, & ampliùs non moleſtaretur pro dictis delictis. Tres ex parte Fiſci obiectiones fuerunt propoſitæ contra reum ipſum, quarum prima eſt, quod dictus Io. Hieronymus erat miles voluntarius, & non concordatus pro dictis delictis, iam quod die 3. Decembris ſe aſſẽtauerat, & die 5. poſteà ſe concordauerat inſeruire. Secundò, quia dicta commutatio, ſeù declaratio ſeruitii erat ſubreptitia, poſtquam aſſentuerat, eſſe inhabilem pro bello, & iam euidenter apparebat habilis. Tertiò, quia bannum excludebat omnes illos, qui commiſerant delicta infra duos menſes à die publicationis dict. banni, & dùm fuerat publicatum die 2. Octobris 1640. delictum fuerat commiſſum die 5. Septẽbris, & ſic infra dictum tempus duorum menſium. Nihilominus ex quo decretum ipſius Magnæ Curiæ, ꝙ reponeretur in tuto, reſpiciebat vltimam difficultatem ob defectum poteſtatis dicti Auditoris Generalis, aſſentando dictum Ioannem Hieronymum contra formam banni, reijciendo primas difficultates vti non ſubſiſtentes, etenim reſpectu primæ cernitur, quod ante aſſentum factum die 3. Decembris pręcedebant guidaticum, ac ordo eidem Ioanni Hieronymo, vt veniret ad ſe aſſentandum die 1. Decembris, & ſe aſſentauit, & ſubſecutum fuit immediatè poſt guidaticum. Reſpectu ſecundæ difficultatis fuit vana habita, quia non ſtabat fundatum, quod eo tempore Ioannes Hieronymus erat habilis, tum quia dicta commutatio non fundabatur in inhabilitate, ſed quia magis

expediebat reo inſeruire pro Timonerio, iuxta villectum ſuæ Excellentię, tùm quoque quia facta fuerat præcedente relatione Generalis Triremium, & ſic ceſſat omnis ſubreptio in conformitatem dicti villecti. Et ideò ipſa M.C. pro vero habito aſſento facto pro dictis delictis citra ſubreptionem, ſed duotaaat, quia talis concordatio non proceſſerat iuxta ordinem Suæ Excellentiæ, ex quo ipſe tens aduenerat ſub bona fide, & conſequenter ordinauit, quod reponeretur in tuto. Reſtat igitur ab.ciurè reſpondere vltimæ difficultati, id eſt quod delictum fuerat commiſſum infra dictos duos menſes, vnde aduertatur, quod in guidatico fuit ordinatum eidem Ioanni Hieronymo, vt veniret ad ſe aſſentandum, non obſtante, quod pro complemento duorum menſium deficiant octo dies, & ideò poſteà compertum fuit plus octo dierum, ob quod illicò fuit de nouo porrectum aliud memoriale eidem Auditori totum enunciando, à quo fuit iuſſum, quod dictus Ioannes Hieronymus veniret ad ſe aſſentandum, non obſtante deficientia plus octo dierum, adeò quod ita mādauerat, & erat voluntas Suæ Excellentiæ, pro cuius ordinis executione dictus Ioannes Hieronymus immediatè poſteà ſe aſſentauit, audiens, ita præcepiſſe Suam Excellentiam. Vnde pro tuitione iurium ipſius inquiſiti fuerunt ſequentia in iure allegata à ſubſcripto eius Aduocato, nempe. Sed rigida Fiſci obiectio contra reum in eo ſe fundat, quod cùm de Principis mandato, & diſpenſatione per ſcripturam non conſtet, ideò Iudici ita fuiſſe à Domino Prorege mandatum, ſimpliciter aſſerenti ſtandum non eſt, ex l. 1. C. de mand. Princ. vltra quod aſſerenti ſe habere poteſtatem extraordinariam præter ſuam commiſſionem, nec etiam Cardinali eſt credendum, Felin. in cap. quod ſuprà, num. 9. de fide inſtrum. vbi Abb. ex gloſ. in cap. ſicut, de ſent. excomm. Tantò magis, quod vbi agitur de poteſtate diſpenſandi, nec etiam Cardinali creditur, Anchar. in clem. 1. de probat. vbi Angelum reprehendit contrarium affirmantem. Reſpondetur autèm primò, quod prædictus tex. in dict. l. 1. C. de mand. Princ. & alia procedunt, quoties Princeps, aut Superior eſt abſens, ſecus autem quando ſumus in Curia, & in eadem Ciuitate, tunc enim verè creditur Miniſtro, Principem ſibi ea mandaſſe teſtificanti, vti diſtinguunt Felin. in dicto cap. quod ſuprà, num. 12. poſt princ. verſ. & dicit, quod lex t. ex Specul. Et quod non ſolùm Cardinalibus, ſed etiam Auditoribus Sacri Palatii, & aliis Officialibus, quādo ſunt in Curia credatur, aſſerendo, ita ſibi à Domino Papa per Oſtiarios, per Curſores, vel per alios Cardinales fuiſſe commiſſum, & delatum negotium, ac poteſtatem conceſſam, etiā ſi mandatum in ſcriptis non haberent, ait Specul. in tit. de probat. §. videndum, verſ. quid de Auditoribus, & ea ab omnibus ratio aſſertur, quia de facili poſſet ad eundem Principem haberi recurſus per eum, qui de poteſtate conceſſa difficultaret, vt ait Felin. in dict. cap. quod ſupra, n. 12. vbi ait, hoc eſſe bene notandum, & ibi Imol. qui idem ait in clem. 1. de probat. Gramm. conſ. 54. num. 17 Roman. in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. ex quacunquè, num. 5. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Secundò reſpondetur, quod ignoto viro non creditur, cùm ſe dicat, eſſe legatum, niſi literis oſtenſis, ex Bart. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præf. Vrb. ſecùs autem ſi nobilis eſt perſona, & nota, & Principi familiaris, (vt notorium eſt in caſu noſtro) tunc enim benè ei creditur, à Principe ſibi poteſtatem habere conceſſam, Innoc. in cap. cùm olim, el primo, vbi gloſ. fin. de priuil. Specul. in tit. de legat. §. ſuperest, verſ. quod de legati iuriſdictione, & in §. excepit, verſ. item excipitur, quod non oſtendit, & in tit. de citat. §. ſequitur, ver. vtrum autem citatus, & gloſ. pen. in cap. ego N. de iureiur. Tertiò reſpondetur, quod aliud eſt diſpenſare nomine proprio, aſſerando, ita à Principe poteſtatem ſibi fuiſſe conceſſam, aliud autem non ſe diſpenſare, ſed tamen teſtificari, à Principe ſolùm fuiſſe diſpenſatum, primo loco Fiſci aliqualiter colorari ſuo caſu poſſet obiectio, ſecus autem ſecundo loco, vt in caſu noſtro, vbi Auditor non ipſe ex propria poteſtate diſpenſauit, ſed tantùm fuit teſtificatus, à Domino Prorege fuiſſe ſic ordinatum, quo caſu cùm non ipſe extraordinariam exerceat poteſtatem, ſed tantùm vti teſti, & relatori plenè credendum eſt, cùm ad eiuſdem Principis aures ſemper adfuiſſe ab omnibus viſus fuerit, vt ſpecificè ait Grāmat. conſ. 13. num. 12. in fine 13. & ſeqq. Quartò reſpondetur, quod quotieſcunque Officialis ſimilem exercuiſſet iuriſdictionem, & parem à Principe aliàs habuiſſet poteſtatem, tunc propter communem opinionem, & huiuſmodi viri aſſertionem, ipſi omnino creditur, ex Bal. in l. exemplo, in fine, C. de probat. quem citat, & ſequitur Abb. in dict. cap. quod ſupra, de fide inſtrum, prout alicui aſſerenti, ſe eſſe Nuntium, qui communiter conſueuerat mitti pro Nuntio, plenè traduut, hæc enim iuſta cauſa credendi, & præſumitur, adfuiſſe mandatum, ex Bart. in l. ſi mei cauſa, §. fin. ff. commod. ait Lapus allegatione 15. Bald. in l. iuſiurandum, C. de teſt. Hic autem Auditor quot ampliſſimas habuerit iuriſdictiones ab Excellentiſſimo Medinæ Duce, tunc huius Regni Prorege, quam exorbitantem poteſtatem, & ampliſſimam auctoritatem quis non ſciuerit? vt de facili ſit credendum, quod etiam in hoc caſu à Principe diſpenſari fecerit. Nec altera Fiſci obſtaret obiectio, dùm aſſerit, per Generale eiuſdem Domini Proregis reſcriptum cunctas prædicti Auditoris tranſactiones fuiſſe nullas declaratas, reſpondetur enim, quod prædicta declaratio procedit circa ea, quæ ipſe Auditor nomine proprio fecit, & præcisè circa commutationes pœnarum, & ſeruitii militaris compoſitiones, maximè in delictis capitalibus, in quibus obſtabat Pragmatica ſ. de compoſit. & propterea prædictæ compoſitiones, & commutationes fuerunt declaratæ nullæ, vti factæ à non habente poteſtatem, ſecus autem in caſu noſtro, vbi non nomine proprio, ſed tantùm de ordine ipſius Proregis fuit aſſertum tempus diſpenſatum. Quintò reſpondetur, quod ſicuti prædicto Auditori adhibita fuit fides in bannum promulgando nomine Suæ Excellentiæ, vt quilibet pro illis criminibus ſe potuiſſet concordare ad bellum, quamuis de Principis reſcripto (illius nulla inſerta forma) minimè conſtaſſet, eodem etiam modo eidem aſſerenti, eundem Principem in caſu no-

ſtro

Digitized by Google

ſtro diſpenſaſſe, adhuc credendum erit; nulla enim diſparitatis eſt ratio, ſicuti enim primo caſu in promulgatione banni etiam pęnali, & capitali nomine ſuæ Excellentiæ fuit creditum Iudici bannienti, quia aſſiſtebat in Ciuitate, vt ait deciſum Grammat. deciſion. 36. numer. 37. eodem etiam modo; & à fortiori credendum in caſu noſtro, itum ſimus in Ciuitate, & rei concurrat fauor, pro quo ſemper præſumēdū eſt. Sextò tandem ad fundandum prædicti Io. Hieronymi carcerati abſolutionem, & quod per ſeruitia præſtita aboleta ſunt crimina, obſeruandam rogo doctrinam Specul. in tit. de legat. §. ſupereſt, num. 28 vbi ait, ſi quis ſe gerat pro legato, cum non ſit talis, quod valebūt eius ſententiæ, ſi gentes ad eum bona fide tanquam ad legatum recurrebant, & quod propterea quos ille abſolueret, abſolutæ erunt, quod ſpecificè ait etiam Hoſtienſ. in ſumma eod. tit. de legat. §. 3. poſt princ. verſ. quid ergo ſi quis ſe gerat pro legato, confirmatur et ex Domin. in can. nobiliſſimus 97. diſt. vbi ait, ſi de illius poteſtate poſt ſententiam diſputetur, quod illius nihilominùs valebit ſentētia, ſequitur Felin. in d. cap. quod ſuper, num. 12. ante finem, verſ. & ideò Doctor. elegantèr, cum igitur ex nimia familiaritate, quam Auditor cū Principe exercebat, & propter largas manus, & ampliſſimam poteſtatem ei ab illo conceſſam, omnes ad Auditorem vti talem habentem poteſtatem communiter bona fide huiuſmodi poteſtate difficultet, quod eius tamen ſententia, & militaris concordia, & diſpenſatio firma remaneat ex prædictis inconcuſsè reſultat. Vlteriùs illud etiam pro prædictorum confirmatione ſubiicio, quod iniquum eſſet hodie eorundem criminum penès obnoxium prædictum Ioannē Hieronymum remanere, poſtquam tanto tempore Suæ Maieſtati in Regiis triremibus pro Timonerio inſeruiret, & tot diſcrimina, & labores, ac pœnas fuerit paſſus. Cum igitur hodie res nō ſit integra, quia reus ſub bona fide pro ſuis delictis hanc luit pœnam, ideò licet ei à principio, ſiuè in fieri potuiſſet opponi, quod non conſtabat de Principis diſpenſatione, nunc verò poſtquam reus paſſus eſt pœnam, & res non eſt integra, ſed in facto eſſe pro valida debet haberi diſpenſatio præſtita, & per conſequens validum etiam ſeruitium prædictum Regiæ Curiæ, ac Suæ Maieſtati vltra ſtabilitum tempus à Ioanne Hieronymo præſtitum, multa enim prohibētur à principio, quæ poſtmodum permittuntur in facto eſſe, cum res non ſit integra, ex gloſ. in cap. in cauſis, verſ. cùm res non ſit integra, de elect. ea, preſsè ait Iaſ. in l. vlt. num. 6. C. de repud. & rationem protrahit Coſta in tract. de re integra, quod liceat, vel non in præl. 5. num. 1. quod ſcilicet quando res non eſt integra, alterius vertitur intereſſe, ſeù præiudicium tertii, & ſicut re integra ad æqualitatem confugimus, in ea regula fundari, quod tibi nō nocet, & alteri prodeſt, de facili eſt concedendum, eodem etiam modo iniquiſſimum eſſet, vt re non integra, & adimpleto perſonali ſeruitio ſub bona fide, & habitu, & ſatisfacta pœna, hodie tamen iterum inquietari Ioannē Hieronymū. Tantò magis quod eadem ratione, quod res non ſit integra, propterea prædictæ militaris concordiæ nullitas amplius obiici non poteſt, quod procederet etiam ſi nototoria eſſet nullitas, latè Coſta vbi ſup. diſtin. 6. n. 2. Quapropter cum in dubio credendum ſit prædicto Auditori extanti in Ciuitate, ità per S.E. fuiſſe mandatum, & ſub bona fide ità etiam per reum punctualitèr exequutum, ac res non ſit integra, & durum eſſet reum duplici pœna pro eodem crimine caſtigari, ideò comprobato ſeruitio abſoluendum per S.C. & ampliùs illum non moleſtari iubendum eſſe ſperamus. Ioannes Andreas Baſilis. Facta indè relatione in S.C. per nobiliſſimum virum D. Berardinum Belpratum Iudicem ipſius M.C.V. in criminalibus de menſe Ianuarii 1645. fuit per idem S.C. remiſſa cauſa eidem M.C.V. & ſic confirmando illius decretum, penès Secretarium in Banca Tarraghæ, penes Scribam Mancinum.

Seruitia debita Baroni dando animalia, vel ſubſtitutum, redimi an poſſint per ciues, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. inter Vniuerſitatem Soloffę, & D. Flaminium Vrſinum, penès de Caro. Nouar. in pragmat. 1. collect. 2. num. 17. de ſalar. cor. &c.

Seruitia per Barones iniungi debent vaſallis, habita perſonarum ratione, & non ità indiſtinctè, vt fuit determinatum in S.C in cauſa hominum Terræ Rionigri cum eius Domino, vt inquit Io. Maria Nouar. in tract. de datione inſolutum ſection. 3. quæſtion. 28. numer. 4. in vltima impreſſione.

Seruitus impoſita ex pacto in diuiſione bonorum ſtabilium facta inter fratres, cui vno ipſorum contingit domus magna, & alteri domus parua in frontiſpicio, nè altius extolleret ędificium dictæ domus paruæ nè lumina domus magnæ obſcurarentur, ſi contingerit dictas domus alienari in tertias perſonas, an iudicari debeat realis, vel perſonalis, ad hoc vt poſſit altiùs extolli ędificium, vel non, fuit deciſum per S.C. eſſe ſeruitutem perſonalem promiſſam inter eos, vt refert Domin. Regens Hector Capyc. Latro conſult. 109. lib. 2.

Silentium perpetuum interponi an debeat, ſi inter duas ſententias conformes fuerit vna intermedia, deciſum fuit affirmatiuè per R.C.S. in cauſa Beatricis Pignatellæ cum Io. Baptiſta Pignatello, penès Conſtantinum Actuarium, Nouar. in pragmat. 5. collectan. 4. numer. 22. de offic. Sacri Conſilii.

Sindicus, ſiuè Electi alicuius Vniuerſitatis ſe obligantes in beneficium illius, an finito officio teneantur de proprio, de hoc fuit mihi notula quædam tranſmiſſa à Cōſtantino Caſaro V.I.D. Aduocato Neap. benemerito tenoris ſequentis, videlicet. Syndicus, & Electi, vel alii rerum Vniuerſitatum adminiſtratores, qui durante officio ſe obligant, & pecunia vertitur in beneficium Vniuerſitatis, & ipſis obligatis nullum beneficium ex ea obligatione reſultauit, an finito officio teneantur de proprio, dic quod ſi proprio, priuato, & principali nomine ſe obligant animo nouandi, finito officio de proprio tenentur, per text. in l. 4. §. in eum, ff. de adminiſtr. rerum ad Ciuit. pertin. & fuiſſe deciſum in ſuo Senatu dicit Anton. Fab. definit. 5. Cod. de action. & obligation. ità tenet Rebuff. ſuper Conſtit. Gall. de liter. obligat. art. 2. gloſſ. vnica n. 96. & 97. & habetur à contrario ſenſu ex litera Regiæ pragmaticæ vltimæ de cenſ. & clariùs ex pragm. 12. de

admin. Vniuerſ. & ita fuit deciſum contra Vniuerſitatem, & particulares Caſcinæ, cum Ioanne Carbarino Gentileſco per M.C.V. in Banca Salerni pro Anaſtaſio, me patrocinante pro Gentileſco, acerrimè articulo tuturinato, & diſcuſſo.

Sindici Vniuerſitatis accipientes pecuniam ab aliquo nomine Vniuerſitatis, nec apparebat inſtrumentum celebratum ob eius perditionem, vnde deſumi poterat, ſi in eorum commodum, vel Vniuerſitatis pecunia verſa fuerat, ſed tantùm apoca bancaria receptionis pecuniæ, an teneantur ad ſolutionem illius, ex facto percipiebatur, fuiſſe certam pecuniarum quantitatem acceptam à Sindicis Piamontis à Matthia Lógobardo, & inſtrumentum celebratum fuerat, quod cùm non reperiretur, ſed tantùm apoca bancaria ſolutionis factæ, fuerunt conuenti ab hæredibus eiuſdem Matthiæ ad ſoluendum dictam quantitatem, vigore dictæ apocæ receptionis pecuniæ, quod videbatur ſuffragari eis, ex regula illa, quod contrahere nomine proprio quilibet præſumitur, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 46. num. 1. cum aliis apud Ann. alleg. 141. numer. 14. & 15. ad quod facit deciſio M.C.V. in conſimili caſu de Procuratore habente mandatum ad fideiubendum pro Vniuerſitate, & in beneficium alicuius pro facienda emptione annnorum introituum, qua non facta fuit condemnatus, vt ex Reg. Capyc. Latro conſult. 92. tom. 2. ſed replicabatur ex parte ipſorum Sindicorum, eſſe de iure certum, quod Sindicus in effectu idem eſt, quod Procurator, & Sindicus, & Procurator idem ſunt, vt dixit Loſæus in tract. de iure Vniuerſ. par. 2. cap. 1. numer. 42. at Sindicus, & Electi aſſimilantur negotiorum geſtoribus, qui in tantùm obligant principales in quantũ verſum eſt in illorum vtilitatem, probat Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 83. num. 8. Quo fit, vt cùm Procurator contrahat, cenſetur vti Procurator contrahere, & ſic nomine officii, vt optimè fundat ex pluribus Surd. in conſ. 19. vol. 1. per totum, vt ante eum Menoch. vbi ſuprà, n. 9. vbi alia conſimilia adduxit. Et ſic de ſimilibus dicitur, nam Procurator vt obliget mandantem, ſufficit, quod exprimat cauſam, quæ reſpicit ipſum mandantem, ita Reg. Rouit. conſ. 44. nu. 1. tom. 2. & Sindicus Ciuitatum, ſeù Villarum dicuntur habere mandatum generale cum libera, inquit Trentacinq. conſ. 62. num. 7. vol. 1. in tantum quod Sindici vniuerſales, & Adminiſtratores Vniuerſitatum habent liberam adminiſtrationem ſicut tutores, Capyc. dec. 5. num. 1. Muta in cap. 66. num. 29. Regni Sicil. tom. 3. Quapropter Vniuerſitas tenetur pro mortuo, facto eius Iurato, quoties pecunia erit conuerſa in beneficium Vniuerſitatis, probat Coſta Sicul. conſ. 13. num. 20. Molfeſ. in eius ſumma, par. 2. tract. 12. cap. 13. num. 46. Et quamuis reſpectu ipſorum Sindicorum ſit de iure probatum, quod Adminiſtrator Ciuitatis, qui pecuniam mutuam accepit, primùm debet probare, ſe legitimum eſſe Adminiſtratorem. Secundò, quod pecuniam vertit in vtilitatem Ciuitatis, Mantica de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 13. num. 29. Reſpectu primi erit aduertendum ad formam obligationis, nã ſicuti Procurator, vel vti Adminiſtrator, tunc eo nomine ſe obligat, non tamen eius perſonam, ſed perſonam principalis, ex Herculan. de caut. cap. 46. num. 2. probat Farinac. in ſuis fragmentis, poſt tract. de contract. verb. Adminiſtrator, ante eum Mantica vbi ſuprà, num. 18. vbi ſubdit, ſed ſi expreſsè fuerit dictum, quod ipſe Adminiſtrator tanquam priuatus noluit obligari, tunc eum non teneri affirmat Bart. in l. non omnis, in princ. ff. ſi cert. pet. & propterea Sindici facientes contractus obligant Vniuerſitates, etiam quòad obſeruantiam iuramenti, probat Muta in Cap. Sicil. 60. num. 3. tom. 1. In dubio autem cenſetur ſemper ratione ſui officii ſe obligaſſe, vt dictum eſt ſuprà, quæ quidem omnia deſumuntur ex corpore obligationis in inſtrumento contenta, quod quidem dùm non reperiebatur, niſi tãtum apoca ſolutionis eis facta, quę dependebat ex inſtrumento, arguebatur, ſolutionem factam in beneficium Vniuerſitatis prædictę, quoniam ſoluens pecuniam Procuratori pro cauſa in mandato expreſſa, curare non debet, quod pecunia cum effectu expendatur in cauſam in mandato contentam, ad finem obligandi mandãtem, probat ex multis D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult 92. num. 1. & 2. tom. 2. adeò quod ſtante practica ſolita capiendi pecuniam ad intereſſe pro neceſſitatibus Vniuerſitatum relata per D. Reg. de Ponte de poteſtate Proregis, tit. de diuerſ. prouiſ. rub. de alien. fieri ſolit. bon. Vniuerſ. num. 1. probata videtur, verſic. pecuniæ in eius vtilitatem, ex traditis per Montan. in Pragm. 1. num. 127. de admin. Vniuerſ. & Loſæum dict. tract. cap. 4. num. 17. & ſeq. vltra Coſtam, & Molfeſ. vbi ſuprà. Quapropter ſolutio præſumitur facta ex cauſa præcedentis obligationis, Bart. in l. vnicum, ff. de verb. obl. & cum aliis apud And. Khinchen. de iure terr. in enciclopedia, cap. 10. num. 82. & Camill. de Medic. conſ. 38. num. 3. Et ſic ad relationem D. Iudicis M.C.V. Don. Coppulæ fuerunt abſoluti cõuẽti de anno 1643. in cauſa N. Donatummæ cum hæredibus Matthiæ Longobardi, in Banca Conſtantini.

Socer an teneatur alere nurum inopem viduam ex filio naturali tantùm, & admiſſa opinione affirmatiua, an procedat aſſumptum intra annũ luctus tantùm, vel indiſtinctè. Die 10. Decembris 1614. fuit deciſum iunctis Aulis, vt procedatur ad expeditionem cauſæ abſque alia præſtatione alimentorum, verùm pro expenſis litis ſoluantur ducati 200. Fabritius Romanus Magiſter Actorum, ſic teſtatur Dominus Regens Fab. Capyc. Galeot. controu. iur. tom. 2. controuerſ. 36.

Societas cum patre contracta an continuata dicatur, vel renouata cum pupillo infante, vbi tutor patruus eſſet, & ſolita negotia gerere, licèt concludatur negatiuè, attamen ex alio fuit deciſum contra pupillum, Ioannes Baptiſta Hodierna ad Surdum dec. 49. num. 5. & 6. in noua impreſſione.

Socius ſoluendo eius debitum proprium de pecunia ſocietatis inaudito conſocio, an rectè ſoluat ita vt eius creditor à conſocio moleſtari non poſſit, relata fuit deciſio ſuprà in verbo Creditor.

Socii, ſeù Caratarii alicuius Arrendamenti, ſeù vectigalis an teneantur ex mutuo accepto per Propoſitum adminiſtrationi ipſius Arrendamenti,

menti, ea adiecta lege, quod ipſe contraheret eum alterius perſonæ nominatæ ſuperintelligentia,& abſque illius interuentu pecunia mutuò accepta ſoluta fuerat Domino Arrendamẽti, deciſum fuit, teneri pro quantitate ſoluta Domino pro concurrente quantitate caratæ, ità D. Reg. Sanfel. dec. 177.

Socij duo capita ſocietatis contrahentes nomine ſocietatis, an obligent conſocios non nominatos in conuentionibus, apodixis, & aliis ſcripturis, non obſtante conuentione inter eos facta, vt ipſi ſubſcribere debeant, & ſocii, deciſum fuit contra debitores ſocietatis nil releuante dicta oppoſitione, ſic teſtatur D. Reg. Capyc. Latr. conſult. 105. lib. 2.

Sodomita an poſſit puniri ex inditiis indubitatis pœna ordinaria, attenta diſpoſitione Reg. prag. 12. de offic. iud. circa hoc in 3. par. noſtri Compend. verbo Sodomita il terzo deciſionem attuli, negatiuè fuiſſe deciſum per Collaterale Conſilium contra decretum M.C.V. nouiſſimè autem cum iterum contingiſſet de eodem met articulo difficultari aduerſus alium Sodomitam, fuit per idem Collaterale Conſilium confirmatum decretum eiuſdem M.C.V. condemnantis reum ad mortem ex inditiis indubitatis, tùm ex confeſſione pueri ſubagitati, quàm etiã quia in lecto dormientes reperti fuerunt, & aliis, ex quibus indubitata reſultauerant inditia, ad relationem Iudicis D. Ioannis da Burgos in cauſa Caroli Trupeæ, in Banca Staracis, prout percepi ab vno ex Dominis Iudicantibus, Collaterale Conſilium motum fuit ex adductis per D. Reg. Rouit. in deciſ. 63. vbi num. 9. & 10. ſub notabili diſtinctione relata à Barboſa ibi citato cenſuit, quoties credit Iudex, quod ità ſit abſque hæſitatione actuali, ſed cum aliqua hæſitatione virtuali, ità vt ſi quis me interroget, verum illud factum habeam pro indubitato omninò, vel potiùs exiſtimem, poſſe non eſſe verum, veriſimiliter reſponderem, fortè non eſt verum, ſed pro nunc credo firmitèr, ità verum eſſe, & hoc caſu, quando eſſemus in delictis occultè commiſſis poteſt procedi ad pœnam ordinariam, quoniam attenta materia illa, censẽtur inditia indubitata, vbi aſſignat rationem, altero verò modo quando credulitas eſt ita firma, vt neq. actualem, neq. virtualem habeat hæſitationem, ita vt quilibet interroganti reſpondi potuiſſet, illud eſſe veriſſimum delictum, nec alicui dubitationi locum eſſe relictum, & eo caſu procedi poſſet, etiam in delictis non occultis ad pœnam ordinariam, & ſic in caſu per nos relato ibi fuit intellectum, non conſtare de ſeminis emiſſione, at in caſu, vt ſupra relato contrarium prætandebatur, ex quo reſultauerat indubitatum inditiũ, ob quod poterat procedi ad pęnam ordinariam, prout fuit exequutum de menſe Octobris 1642. quibus addo nouiſſimè Cartar. dec. 41. num. 19. & dec. 94. num. 97. vbi ex multorum Doct. opinione refert, inditium Indubitatum eſſe illud, quod arctat mentem Iudicis, ita vt omninò credat, rem ità eſſe, nec poſſit in contrarium inclinare, quo fit, vt ſi poſſibile ſit, rem aliter ſe habere, non dicaretur indubitatum num. 97. qui in dec. 79. ſub num. 41. exiſtimauit, graue inditium fuiſſe aduerſùs Clericum imputatum de raptu, & adulterio repertam fuiſſe mulierem in cubiculo ipſius nudam iacentem in lectulo, Maſcar. de probat. concl. 59. & in terminis, quod probetur ſodomia, etiam per condormitationes puerorũ inſimul, amplexus, oſcula, & per actus venereos, propinquos, & proximos, probat Muta decis. 86. num. 5. & 6. quamquam dormire cum imberbibus non ſit de genere prohibitorum, vti eſt in fœminis, Epiſcop. Ricc. dec. 39. num. 6. p. 2. & de hac deciſiona Collateralis Conſilii nouiſſimè meminit D. Reg. Sanfel. in addit. ad eius deciſ. 47.

Solemnitates requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ an requirantur in rebus nondum incorporatis, & in tranſactione, deciſum fuit per S.C. quod impetrato prius aſſenſu Apoſtolico prouidebitur, Dominus Regens Sanfelicius deciſion. 180.

Solutio certæ quantitatis pecuniarum facta ab emptore alicuius rei venditæ ſub haſta ad inſtantiam creditoris, cuius pretium erat maioris valoris, an cedere debeat in quantitate ſoluta, vel habito reſpectu ad totum pretium valoris rei, vt factum innoteſcat, apparebat in proceſſu, Nicolaum Anellum Cappuccium emiſſe quandam domum in anno 1562. à Scipione Bonocore pro ducatis 1150. cum promiſſione euictionis generalis, indè ſuccedente euictione Io. Alphonſ. Cimin. petiit condemnari dictum Scipionem ad intereſſe paſſum pro dicta euictione, & breui manu ſibi præſtari aſſiſtentiã ſuper quibuſdam domibus, quæ poſſidebantur per Andream Arrendatorem, & Federicum Tomacellum, ſuccedente poſtmodum prolatione ſententiæ huiuſmodi, fuit liquidatum intereſſe in ducatis 550. & fuit exequuta ſententia, à qua reclamauerat Aloyſius de Acunto Author laudatus à dicto Andrea, qui produxerat certum creditum anterius ipſius de Capuccio, & ſic hæredes ipſius Nicolai Anelli petierunt de nouo aſſiſtentiam ſuper domo, quæ poſſidebatur per Ioannem Caſanoua, qui lite pendente emerat domum à Marchioniſſa Cluſani vxore d. Federici pro omne id, quod fortè dictus Aloyſius obtinuiſſet ex cauſa dicti crediti anterioris in cauſa reclamationis, vndè fuit ſententia retractata pro ſumma ducatorum 300. pro dicto credito anteriore vna cum intereſſe, & per aliam ſententiam fuit præſtita aſſiſtentia ipſi Nicolao pro illa quantitate ſoluenda per dictum de Capuccio dicto Aloyſio, & quia dictus de Caſanoua cauſam habens à dicta Marchioniſſa ſimiliter obtinuit ſententiam, per quam fuit condemnata dicta Marchioniſſa ad ſoluendum omne id, quod ad inſtantiam dicti de Capuccio fuit exequutum contra dictum de Caſanoua. Verùm quia ſententia lata contra ipſos de Capuccio fuit exequuta pro ducatis 488. & pro dicta ſumma fuit prouiſum, quod exequerentur contra Caſanoua, & ſucceſſiuè ad inſtantiam ipſius Caſanouæ contra dictam Marchioniſſam ſuper quodã cenſu debito per dictum Caſanoua eidem Marchioniſſæ annuorum ducatorum 43. & fuit vẽditus ipſi de Capuccio ad extinctum candelæ pro ducatis 488. & cum ſtetiſſent in poſſeſſione exigẽdi à dicta Marchioniſſa per certos annos, inſurrexit prædicta Marchioniſſa, & inter cætera petiit in liquidatione, qualiter debitum ſolutum pro affrancatione cenſus dictorum annuo-

rum

rum ducatorum 12.2.11.debebat admitti in beneficium ipſius Marchioniſſæ, non pro ſumma ducatorum 250.ſolutorum, ſed pro valure dicti cenſos importantis ducatos 358.ex diſpoſitione tex.in l.per diuerſas,C.mand. qua diſpoſitum patet,ex paruitate pretii,q; ceſſio actionũ præſumitur ſimulata, & eſſet inualida, niſi vſque ad concurrentam quantitatem eius pretij numeratio,Menoch.da præſumpt.lib.3. præſumpt.129. cum aliis adductis per Alph.collect.1424.Matth. Berlich.dec.32.Ex aduerſo teplicabatur,ipſos de Cappuccio emiſſe cenſum ſub haſta, idcircò illud plus cedere debuarat in eorum beneficium, nam res tantùm valet,quantum vendi poteſt,l. pretia rerum,ff.ad l.falcid.& cùm pro tali pretio ducatorum 250.fuerat facta oblatio, & eis remanſus cenſus ad extinctum candelæ,ais ſuffragari videbatur ſupplementum pretij,ex quo nedùm iure creditoris fuerant admiſſi ad licitandum,Muſcatell.in praxi S.C.lib.2.par.3.gloſ.adiudicantur, num.14.Vnde quemadmodùm diſpoſitio dict.l. per diuerſas limitatur, non procedere inter creditorem, & debitorem, vt diſponitur ex eo; quia ceſſante fraude, ſeù ſimulatione peragitur ceſſio pro conſeruatione iuris ſui, vt ibidem Doctores norant. Multò fortiùs in venditione facta ſub haſta, poſtquàm Iudex vendendo bona debitoris, ipſum repræſentat,Præſ.de Franch.dec.200.num.4. Et talis venditio dicitur fieri iura creditoris, etiam quando fit ſub haſta ad inſtantiam anteriorum,Præſ.de Franch.dec.69.num.2. Anna alleg.56.num.9.Quo fit vt facta venditione rei ſub haſta, creditor pretium accipiendo,ex venditione pignoris præſumitur recipere, vt minùs perderet,& cautior eſſet,potiùs, quàm voluerit ex receptione iura ſua perdere contra debitorẽ, idem Franch.dict.dec.200.num.21.Et ob id nedùm creditor,qui vendit iure creditoris,non tenetur ad pretij reſtitutionem, Franch.dec.239. num.7.Neque ad illud plus,quod valaret res, vt in terminis probat Duar.in tract.de cenſ. tom.1. §.5.quæſt.19.num.3.quod tertius emptor cenſus poterit prætium retinere citra ſcrupulum conſcientiæ; vt nec teneatur illud plus reſtituere à quo ipſe viliori pretio emit, ex Cenc. ibi relato,quoniam pingue valens datur creditori liberanti ſibi bona debitoris, Muta in cap.112.num. 45.tom.4.poſtquam venditio ex neceſſitate vili pretio fieri ſolet,l.& ſi æquo,ff.de leg.1. Conſil. Theod.alleg.6.num.7. quanquam res vendita per Iudicem vrgentibus creditoribus certo modo videtur neceſſaria, quia Iudex alienat,inuito domino,tamen inſpecto initio habet originem à voluntate debitoris,qui contraxit debitum, vnde prouenit neceſſitas vendendi pignus, ex Alban.l.alienationes,ff.fam.erciſc. notat Conſil.de Georgio alleg.6.num.29. Cenc.de cenſib. par.2.cap.2.quæſt.1.art.4.num.27.Qualitercunquè fiat talis alienatio,ſiuè voluntariè, ſiue neceſſariè,erit aduertendum,quia dict.l.per diuerſas procedere videtur in datione in ſolutum, quæ numeratur inter caſus exceptuatos in dict. l.Puteus dec.22.num.3.par.3. & ad hoc inquit tex.in l.a Diuo Pio,§.ſi pignora,ff.de re iudicata,nam ſi creditori maiuerit pignora in creditũ poſſidere,hiſque eſſe contentus, reſcriptum eſt, non poſſe eum,qui amplius ſibi debet petere,

quia velut pacto tranſigiſſe de cætero videtur, qui contentus fuit pignora poſſidere, nec poſſe eum in quantitatem certam pignora tenere, & ſuperfluum petere, Muſcat.dict.par.3. gloſſa adiudicantur,num.13.nam reſpondet gloſ. in verſ.contentus,in fine, eſt ergo tutiùs victori emere,vt quilibet quæque ſic in ſolutum accipere,ex quo ſi minus valet, imputet ſibi creditor,& ſi plus,imputet ſibi debitor, qui effuſo ſermona loquutus eſt,ita Apoſtilla ad Bart. in dict.§.ſi pignora,ver.emptio.Nihilominùs quin poſſeſſor eo ipſo,quod poſſidet,plus iuris habet, Præſ.de Franch.dec.550.num.2. & melioris cõditionis eſt,quàm petitor,Idem dec.649.num.7. & dec.596.num.4.licèt præferri debeat, habito reſpectu ad integrum valorem cenſus,quoniam ratione ſui iuris conſeruandi permiſſum videtur offerre ſuum ſoluere creditum anteriori,l.1. C.qui pot.in pign.Franch.dec.134.num.3. & ibi gloſ.quærit,quid ſi prior creditor poſſideat, & reſpõdit,quod debet offerre ſecundo,vt poſſit retinere, habita conſideratione ad pretium cenſus,quod eſt vniforme,Cenc.de cenſ.part.2. cap.1.quæſt.1.art.2.qui ſi fuerit venditor,& in modica quantitate exceſſus, vel diſceſſus carebit vitio,ſecùs tamen ſi in notabili quantitate fuerit exceſſum,vt inquit Duar. dict.tract.dict. tom.1.§.2 quæſt.21.num.6.Fuit tandem ad relationem D. Reg.Conſil. Scipionis Theodori decíſum per S.C.quod partita cenſua admittatur pro ſumma ducatorum 250.tantùm, in Banca Burrelli pro Cioffo. Sed poſtmodùm eodem referente fuit in reclamatione contrarium deciſum, nempe pro toto valore cenſus eſſe admittendum poſſeſſorem ipſum, immò pingue valens ceſſat,ſtante concurſu plurium creditorũ, & bona non ſufficerent ad omnium ſatiſfactionem, Muta capite 13. numero 1. 4. & 6. tomo 4.

Solutio collectarũ an impediatur, prætextu quod in æſtimo,ſiue cataſtro fuerit ciuis læſus, & vti grauatus ſoluere interim non debet, & videtur dicendum, interim non teneri ad ſolutionem prædictam ciuem grauatum,ex quo grauatus in æſtimo,ſiue appretio poteſt implorare officium Iudicis,vt illud emendetur,& debet hoc facere infra annum,& poſteà non auditur,ita ex Balb. de præſcript.5.par.4.partis, n. 105. probat Campegn.cap.portecta,ſub num.111.verſ. quid autem,quibus addo Feſtaſium de collectis, par.1. num.26.vbi num.21.aſſerit, quod quilibet admittitur,& auditur,etiam ſi maior pars populi contradiceret ad illius reformationem.Sed an interim pendente appellatione circa reformationem cataſtri, ſeù libri æſtimi ſoluere teneatur,quæſtionis eſt,de qua per Lancell.de attentatis, par. 2.cap.12. de attent. app.pend.limit.43.num.12. vbi probat, quod debitor collectarum, ſi appellet, etiam pendente appellatione cogitur ad illarum ſolutionem,præſertim vbi immineret periculum, ſi non exigerentur, ex Ang.in l.fin.in fine,C. vbi quis decur. vel cohor.& Oſaſc.dec.86.Vnde per R.C.S.fuit interpoſitum ſubſcriptum decretum. videlicèt. Die 26.Aprilis 1542.Facta relatione in R.C.S. &c.fuit prouiſum,& decretum,quod ſi particulares prætendant ſe grauatos per cataſtrum per eligendos infra menſem poſt inſtantiam *Par-*

tium

tium, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, habita conſideratione ad grauamina, & bona aliorum infra duos alios menſes cognoſcatur de tali particulari intereſſe non autem, quod cataſtrũ totum ex integro reſiat, & pendente lite ſuper læſione dicti cataſtri, quod ſoluant eo modo, quo in cataſtro taxata ſunt bona, quæ ab eiſdẽ detinentur, & ſimiliter ſi Vniuerſitates viuant per datia, ex quibus ſoluuntur functiones fiſcales, lite pendente non ſoluant datia, ſed tantùm integrum apprætium, vbi adeſt cataſtrum, vbi autem non adeſt cataſtrum, donec fiat ſoluant gabellas, quouſque per Eligendos ſuper eorum læſione moderanda iuxta formam dict. Pragmaticæ taxetur eorum portio, & facto inde cataſtro fiat debitum vt ſuprà inter Partes, in aliis verò gabellis antiquis, quæ non ſunt conſtitutæ pro ſoluendis functionibus fiſcalibus Regia Camera reſeruat ſibi deliberationem. Hoc ſuum, &c. Conſenſu Io. Caſcolinus pro Notatore.

Solutio pecuniæ ſi non fuerit incontinenti declarata per creditorem, in quam cauſam facta ſit, an in antiquiorem, vel nouam cauſam erit intelligenda, cùm fuiſſet liberatum depoſitum ducatorum 250. factum à Io. Laurentio, & fratribus de Cappuccio eorum creditoribus Ioan. Dominico, & Fabritio de Petro, quos fideiuſſerat Horatius Peruſinus V. I. D. filijs, & hæredibus quondam Bartholomæi, cui ipſi de Cappuccio vendiderant annuos ducatos 20. inſurrexit Laura de Petro filia Sigiſmundi de Petro ſoror vtrinquè coniuncta eidem Bartholomæo, prætendens, teſtitui facere dictam ſummam, & cõdemnari fideiuſſorem ad reſtitutionem, prætextu quod quando primo loco fuit nuptui tradita cum Iacobo Straibano, dictus Sigiſmundus promiſerat ducatos 1200. in dotem, cum obligatione eiuſdem Bartholomæi, ac Antonij, ſed quia diſſoluto matrimonio ſecundo loco ſe ipſam Lauram nopſerat cum Ioanne Canatta, cui fuerant promiſſi ducati 2000. à dicto Sigiſmundo tantùm, quo mortuo dicta Laura inſtitit in S. C. condemnari hæredes promiſſoris, vnde prodijt ſententia, condemnando hæredes dicti Sigiſmundi, id eſt Bartholomæum, & fratres, huiuſmodi videlicèt proprio nomine Bartholomæi, & Antoninum primis dotibus, & hæreditario nomine ſecundis dotibus, ob quod fuerat domus quædam adiudicata dictæ Lauræ pro ducatis 2150. & propterea cùm prætendiſſet reſtitutionem dictorum ducatorum 250 & fuiſſet ordinatum, quod ipſe Horatius faceret depoſitũ, & habito recurſu ad Præſidem, fuit mandatum, vt Commiſſarius ipſum audiret, ex cuius parte dicebatur, quod quamuis dict. Bartholomæus fuiſſet condemnatus proprio nomine pro primis dotibus, adhùc ipſa Laura erat ſatisfacta per adiudicationem domus pro ducatis 2150. & ex aliis depoſitis importantibus ſummam ducatorum 3000. qui debebant excomputari in primã cauſam duriorem, & antiquiorem, in quam Bartholomæus erat obligatus, vt fideiuſſor, & proprio nomine inſimul cum patre, ex regula, tex. in l. in his, in princ. ff. de ſolut. Anna in allegatione 112. num. 3. Muta dec. 93. num. 5. & dec. 42. num. 5. D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſul. 33. num. 12. & 14. tom. 1. & in deciſ. 21. poſt Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 9. per totum, Linglois dec. 11. quæſt. 6. Magon. dec. Florent. 39. n. 7. & dec. Lucenſ. 35. ſub num. 13. Gratian. capit. 224. latiſſimè Conſiliar. Theodor. in alleg. 5. per totam, Camill. de Medic. conſ. 5. num. 10. Nec dubium erat, quin cauſa durior dici potuiſſet ob perſonalem obligationem, vigore inſtrumẽti, vt inquit ibi Aretin. num 6. quod habet executionem paratam, ex traditis per Semp. Aſciam in ſuo libello de ſolut. in duriorem cauſam, glo. 6. per totam, attenta illius antiquitate, vt ibi nu. 44. & ſeqq. probat ſimiliter ob fideiuſſionem, quæ dicitur grauior, ſicuti num. 42. eo. loco firmat, Coſta de re integra, diſt. 57. num. 3. optimè Muta dict. dec. 42. num. 7. vbi adeſt inſtrumentum, & vbi adſunt fideiuſſores in dec. 11. num. 1. Maur. Aretin. vbi ſuprà, num. 9. & 13. Polydorus Ripa obſeruation. 60. numero 3. & 4. Paulus Straib. iunior reſolut. 34. numer. 26. & 27. Et ſic non in cauſam leuiorem, & recentiorem, in quam non erat obligatus, niſi vt hæres patris. Vlteriùs Horatius aſſerebat, dato quod Laura adhùc vixiſſet, nequiuerat hodie poſt annos 45. declarare, in quam cauſam pecuniam accepiſſet, quoniam talis declaratio fieri debuerat tẽpore ſolutionis, vel paulò poſt, & ſic in continenti, tùm reſpectu debitoris, cui primò data eſt electio, in quam cauſam ſolutio cedere debuerat, vt proſequitur Aſcia eo. tract. gloſ. 4. Paul. Bellon. in tract. de poteſt. eorum, quæ in contin. fiunt, lib. 1. cap. 117. Muta dec. 51. num. 2. Maur. Aretin. vbi ſuprà, num. 20. & ſeqq. Magon. dec. Florent. 39. num. 18. electio in quam cauſam fiat ſolutio ſpectat ad debitorem, non ad creditorem, qui tunc eliget, quando debitor eſſet in mora declarandi, Gratian. cap. 671. nu. 1. Tùm etiam eo non eligente reſpectu creditoris recipientis, cui conceſſa eſt facultas poſt debitorem, vt eligat in quam cauſam in continenti, Aſcia dict. tract. quæſt. 5. num. 4. Coſta de re integ. diſt. 57. ſub nom. 1. ex Anna conſ. 30. Gratian. cap. 224. num. 62. Muta ibidem, & in ſpecie idem D. Reg. Hector Capycius Latro dict. dec. 21. num. 2. Et ſi non fuerit facta à principalibus, neque ab eorum hæredibus fieri poterit, cum tempora non largiantur, ad quos hoc ius non tranſit. Et in ſumma ſi Bartholomæus, aut eius hæredes, aut ipſe Horatius vellet conſentire illi, quod pars prætendit, quæ volebat excomputare id, quod habuit in leuiorem, & poſteriorem cauſam, & ſibi ſatisfacere pro primo debito, abſque dubio neceſſe erit, vt Laura, ſeù eius hæredes cederent rationes ipſi Horatio, qui vti creditor anterior contra dictam Laurã greſſus ſuos dirigeret, ac ſuos hæredes, qui ad præſens poſſident bona prædicta ipſius Sigiſmundi in cauſam poſteriorem, & ſic fieret circuitus inutilis, & fruſtra petitur, quod reſtituturus es, ad tex. in l. dolo, ff. de except. doli, Grat. cap. 39. num. 15. Quocirca facto iterùm verbo in S. C. die .. Maii 1624. per Reg. tunc Conſil. Andream de Ianuario ob abſentiam Reg. Conſiliarii Iacobi de Franchis, fuit per S. C. ordinatum, quod ſuſpenſo decreto lato ſub die 2. Decembr. non moleſtentur hæredes Bartholomæi de Petro, nec d. Horatius, vt ex proceſſu in Banca de Litto.

So-

Digitized by Google

Solutio literarum cambij ſi non fuerit facta ab acceptantibus illas, vel præuia proteſtatione in forma, etiam elapſo tempore præſtao, an fieri debeat à ſcribente, licèt huic videatur aduerſari Prag. 6. §. 4. de lit. camb. per quam diſpoſitum patet, ſtatim debere fieri proteſtationem, & cedere periculo eius, qui acceptauit, ita quod Scribens ſit liberatus. Nihilominùs aliter fuit practicatum, & deciſum per Collaterale Conſilium, poſtquam ex diſpoſitione iuris cautum eſt, quod ſcriptores, & receptores literarum cambij ſint obligati, donec ſequatur ſolutio, Rota Genuæ deciſ. 8. num. 18. & alter alteri eſt obligatus, donec effectum habuerit litera cambij, Monacus in deciſ. Florent. 70. num. 42. Immò non ſoluente eo, qui acceptauit, ſcribens remanet obligatus, vt ſubdit eadem Rota in dict. dec. num. 9. nam ſi non acceptãtur literę cambij, tunc tenetur qui ſcripſit, ſi præcedat legitima proteſtatio, D. Reg. Rouit. conſ. 71. num. 11. tom. 2. Hinc dicimus, ſcribentem literas teneri inſolidum cum acceptante, etiam poſt acceptationem, eadem Rota Genuæ dec. 2. nu. 41. Similiter addendum erit hic, quod prima obligatio non dicitur eſſe extincta, ſed durare, vbi literæ non habuerunt effectum, eadem Rota Genuæ dec. 50. Et demùm ſcribens literas cambij, ad eas acceptari, & compleri faciendum tenetur, Rota Genuæ deciſ. 4. num. 8. & deciſum refert Præſ. de Franch. deciſ. 303. Et propterea in cauſa Antonij Manari, & Philippi Billi, qui dederant ad cambium Paulo Baptiſtæ Groſſoglietti, & Horatio Saluzzo ducatos 1000. vt ſoluerentur Bari, & dicti Groſſoglietti, & Saluzzi confecerant literas cambii directas Dominico Bozzomo, & Cypriano Ayrola ſoluendas Octauio Cidrelli, & per eos acceptata die 19. Feb. 1622. procurauerunt, fieri depoſitum dictorum ducatorum 1000. vt complerent literis prædictis, cum proteſtatione, quod tale depoſitum ſtaret riſico, & periculo d. Octauij, & ſic cum effectu, mediante decreto Curiæ illius factum, adeò quod dum ſperabant ipſi Manati, & Billi ſatisfieri, repertum fuit, depoſitum factum fuiſſe de moneta reprobata à Regia Pragmatica, & intereà ipſi Bozzomo, & Ayrola porrexerunt memoriale Suæ Excellentiæ pro dilatione vnius anni, vt ſatisfacere potuiſſent eorum creditoribus, & breui manu recuperare ab eorum debitoribus, & introducta cauſa prędicta in S. C. fuit per Ill. Marchionem de Franchis delegatum ordinatum, quod ipſi Bozzomo, & Ayrola ſoluerent, non obſtante depoſito facto Bari de moneta reproba, qui cùm haberent alium modum ſoluendi contra dictos Groſſoglietti, & Saluzzi fuit facta proteſtatio, & expeditæ literæ executoriales, & dum ſperabant ſatisfieri, fuit per decretum S. C. prouiſum, quod ſuſpenſis pro nunc literis executorialibus contra dictos Groſſoglietti, & Saluzzi, prædicti Manati, & Billi dirigant greſſus ſuos contra Bozzomo, & Ayrola, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, à quo decreto ipſi reclamauerunt, & aſſerebant, dictam Pragmaticam locum habere non poſſe, neque contra eos, etenim illa nunquam fuit obſeruata, immò reuocata per Collaterale Conſilium, vti damnoſa negotiantibus, quod apertè oſtendebatur ex alio exemplo occurſo in perſonas ipſorum Manati, & Billi, qui fecerant duas apocas cambii, vnam ducatorum 150.2.2. & aliam ducatorum 289.3.5. ſub die 22. Martij 1619. pro Scipione Veſpulo directas Antonio Caſari, & inde poſt multum tempus dictæ Pragmaticæ, & per dictum Caſarum acceptatas, hoc eſt prima die 29. dicti menſis, & alia die 22. & inde poſt proteſtationem decurſum certum dierum, & menſium ſpatium, quanquam ipſi nedum, ſed etiam Andreas Bonelli, Octauius, & Andreas Bandeni prætendiſſent, non eſſe obligatos ad ſolutionem dictarum literarum cambij, vigore dictæ Regiæ Pragmaticæ, tamen diſcuſſo negotio in Collaterali Conſilio fuit prouiſum, quod ſoluerẽt ipſi ſcribentes, & licèt fuiſſet reclamatum, expoſitum, & ſupplicatum, qualiter erat contra diſpoſitionem dictæ Pragmaticæ. Nihilominus cùm fuiſſet ordinatum, quod fieret relatio coram Excellentiſſimo Domino Prorege, fuit tandem ordinatum, vt exequeretur decretum latum, quanquam fuiſſet inde de nullitate dictum, prætextu quod decreta ipſa proceſſerant contra formam d. Pragmaticæ, pariterque fuit prouiſum, nullitates non obſtare, & proinde conuenti ſoluant pœnam, & ita ſperabant obſeruari, & decerni Actores ipſi.

Solutio annuorum redditũm debitorum vigore inſtrumenti guarentigiati, an impediri poſſit vigore apocæ priuatæ factę in confidentiam per creditorem de capitale debito in beneficiũ debitoris ad euitandum moleſtiam quandam, qua non obſtante ſolutio ipſorum ſubſecuta fuerat, ex facto occurſo oſtendebatur, qualiter Lucrẽtia Caracciola hæres quondam ſui primi viri debitrix reperiebatur pro ducatis biſcentum legatis per dictum eius Virum Venerabili Monaſterio S. Mariæ Sanitatis de Neap. & non habens illos præ manibus, ſe conſtituit debitricem, mediante publico inſtrumento prædicto Monaſterio in annuis ducatis ſexdecim pro dicto capitale, de anno 1605. poſtmodùm ad eius inſtantiam, ne moleſtaretur à Reuerenda Fabrica Diui Petri pro dicta ſumma legata, fuit facta quædam apoca in eius beneficium per Priorem, & Monacos dicti *M*onaſterii, quamuis poſtea ſoluiſſet annuatim dictos annuos ducatos ſexdecim, ea inde defuncta inſurrexit Ioannes Vincentius Funicella V. I. D. eius ſecundus Vir, & hæres, aſſerendo, non teneri ad ſolutionem dictorum reddituum, ſtante dicta apoca receptionis dictorum ducatorum biſcentum, ſicque ſuccedit regula vulgata, quod ſolutione eius, quod debetur tollitur obligatio, §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Menoch. de præſumpt. lib. 3 præſumpt. 143. num. 2. Nec curandum, ſi non reperiatur inſtrumentum caſſatum, dum clarè apparebat, per dictam apocam, fuiſſe ſatisfactũ debitum, nam & ſi debitum fuerit contractum in ſcriptis, eius ſolutio etiam in ſcriptis probari debet, aut ſaltem per quinque teſtes, Afflict. dec. 83. num. 25. immò plenè probatur per ſcripturã priuatam cũ ſubſcriptione trium teſtium, cùm dicatur inſtrumentum publicum, ex Specul. & Carau. notat Fuſc. ſing. 82. lit. D. Poſtquã ſolutio probatus per confeſſionem creditoris, per ſcripturas, per iuramentum, per teſtes, & alia, vt docet Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 4. Dicebatur etiam, quia ipſe conuentus

cùm

Digitized by Google

cùm ſit hæres, iuſtum habebat cauſam ignorantiæ de prædictis, ad tex. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. eorum potiſſimùm, quæ fecit defunctus, Fuſcus ſing. 13. lit. H. ad quod multa adduxit Paul. Aemil. Gallus de except. quæ oriri poſſunt in ſucceſſ. tit. 2. except. 4. par. 3. num 38. Tamèn ex parte ipſius Monaſterij dicebatur, extare inſtrumentum debiti in ſuo robore, nec aliter calſatum, vt conſuetum eſt ſeruari, quando ſolutio fit, vt docet Menoch. dict. tract. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 141. num. 1. & 2. vbi num. 10. ſubdit quod ex cancellatione inſtrumenti præſumitur liberatio, & eſt magni effectus, & prolixiùs Pyrr. Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 2. §. 3. num. 2. poſtquam inſtrumentum cancellatum arguit ſolutionem, Fuſc. in ſing. 36. lit. I. adeò quod ſolutio debiti inſtrumentalis per inſtrumentum probari poteſt, Carpan. ad Statuta Mediol. cap. 95. num. 33. Et proptereà cùm non fuerit cancellatum, ſed in ſuo robore conſtans, proculdubio eius executio non debet retardari, atque exactio. nam veluti dicunt, cùm non cantet inſtrumentum, nec ego cantabo, Afflict. dec. 403. num. 5. Borgn. dec. 21. num. 34. par. 1. Muta dec. 23. num. 11. & dec. 45. num. 8. poſtquam creditor habet intentionem fundatam in debito contracto, Maur. Aret. dict. tract. cap. 3. nu. 8. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 20. num. 13. Ex quo inſtrumentum dicitur probatio, Maſcard. de probat. concl. 907. num. 2. immò probatio probata nulla alia indiget diſceptatione iudicij, Idem in concluſ. 1247. num. 3. & Muta dec. 6. num. 21. & pariter habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ, Maſcard. dict. tract. concluſ. 391. num. 4. taliter quod creditor dicitur habere fundatam intentionem ex inſtrumento crediti, Thomat. dec. Macerat. 2. n. 38. cùm illud faciat probationem manifeſtam, notoriam, probatam, &c. Cenc. dict. tract. par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 9. num. 4. Nec proinde officere videbatur ſcriptura confeſſionis de recepto facta per ipſos Monacos, quia in confidentia fuerat peracta, ne ipſa moleſtaretur à dicta Reuerenda Camera, vt probatum apparebat ex parte ipſius Monaſterij. Et hoc verificabatur ex còncurrentibus coniecturis. Et primò, quia ſi taliter Monaſterium habuiſſet pecuniam, vtique inſtrumentum confectum cancellaſſet, & non confeciſſet aliam ſcripturam priuatam receptionis debiti, quia fruſtrà fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, l. 1. ff. quod metus cauſa, cum alijs apud Barboſ. in libell. Principia vtriuſque iuris, lit. F. num. 59 Quo fit, vt ſi contra tenorem inſtrumenti admittatur probatio per viam ſcripturarum, l. generaliter, C. de non num. pecun. Menoch. dict. tract. dict. lib. 3. præſumpt. 132. nu. 8. Maſcar. dict. tract. concluſ. 913. num. 41. Attamen ſolutio per inſtrumentum probari debet, vbi de debito per inſtrumentum conſtat, ita probat Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 33. n. 10. Secundò, quia poſt dictam ſcripturam confectam præfata debitrix continuauerat ſolutiones per plures annos vltra decennium, dùm vixerat, vnde arguebatur veritas, qualiter fuerat facta in confidentiam ex cauſa prædicta, ideò plus valeret quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur, iuxta titulum Codicis plus valere, &c. Quapropter ſolutio diuturna arguit, præceſſiſſe obligationem, Maſcard. concluſ. 1325. num. 7. & num. 9. ſubdit, ipſam ſolutionem declarare præcedentem obligationem, aſſequitur Cenc. de cenſibus par. 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 4. nu. 33. Mandell. conſ. 126. num. 6. & conſ. 9. nu. 13. Et proptereà cùm ipſa hæres defeciſſet à ſolutione huiuſmodi, prætextu dictæ quietationis, fuit per S.C. ad relationem Regij tunc Conſiliarii D. Didaci Soriæ condemnatus ad debitas annatas decurſas, vt ex actis exiſtentibus penès Anaſtaſium à Mandatis Scribam, vti delegatũ cauſarum d. Monaſterij.

Solutio quantitatis pecuniarum facta à debitore eius creditori ſimpliciter, nulla facta mentione, nec per creditorem, nec per debitorem, in quam cauſam cenſetur facta poſt reſciſſionem contractus celebrati, prævia ſententia obtenta, deciſum fuit per S.C. ſolutiones cedere priùs in cauſam intereſſe, & quod ſupereſt in ſortem, ita Dominus Regens Sanſelicius in deciſione 123.

Solutio facienda per reos condemnatos ad reſtituendum pecunias eis liberatas alicui creditori anteriori, an erit facienda inſolidum, vel pro rata eis ſoluta, ſeu liberata, ex quo in facto apparebat, fuiſſe liberatas nonnullas pecuniarum quantitates creditoribus patrimonij Galani, & Mareſchæ, iuxta eorum credita, debita exactione perſonali, cùmque Ill. Princeps Maydæ creditor eiuſdem patrimonij obtinuiſſet ſententiã prælationis vigore albarani, vt dictum eſt ſuprà in verb. Præferri, inſtitit, vigore dictæ ſententiæ compelli poſteriores ipſos creditores ad reſtituendum pecunias eis liberatas, vt ſatisfieri potuiſſet de ſuo credito anteriori, & hoc inſolidũ, eò quod in ſententia nullum verbum aderat, ſi inſolidum, vel pro rata reſtituere compellerentur; vnde videbatur, ipſos inſolidum teneri, attenta qualitate crediti ipſius Ill. Principis ducatorum 8000. debitorum vigore dicti albarani confecti, cum conditione, vt haberet vim inſtrumenti, iuxta recollecta, examinata, & diſcuſſa per nos in 2. parte noſtri compendij, verbo Sententia condemnans, vbi refertur deciſum, plures conuentos vnica ſententia pro eodem debito fuiſſe inſolidum condemnatos. Ex aduerſo pro parte ipſorum creditorum conuẽtorum replicabatur, extare de hoc deciſionem vulgatam Afflict. 251 quam ſequuti ſunt plures Doctores per nos relati in prima parte noſtri Compendij verb. Rei quatuor, ex qua apparet, fuiſſe deciſum per S.C. vt pro rata eorũ tenerentur ſoluere, in quam ſententiam alij Doctores nouiſſimè recollecti in additione ad eandem deciſionem conueniunt, quibus addo Coſtam de ratione ratæ, quæſt. 33. vbi nu. 3. addit, quod ſententia lata contra plures etiã inſolidum obligatos, & inſolidum conuentos in libello, intelligitur pro rata, vt probaui ſup. eo. verb. Sententia. Et proptereà facta relatione in S.C. per Reg. tunc Conſiliarium Dominum Hectorem Capycium Latro fuerunt domini in paritate votorum, ſed adhibitis alijs tribus Cõſiliarijs ad ſedandam diſparitatem, deciſum refertur, vt ipſi creditores in actione perſonali tenerentur ad ſolutionem pro rata, iuxta deciſionem Afflict. vt ex actis in Banca Longhi, nũc ...... eò ampliùs, quia licèt creditor ex vi ſolidi eligit, quem malit pulſare, vt exigat integrum

grum creditum, ex adductis per eundem Coſtam eod.tract.q.130.n.8.adhuc tamen non poterat practicari in caſu præmiſſo ob magnitudinem crediti ipſius Illuſtr. Principis ducatorum 8000. qui non poterant ab vno ipſorum exigi, ex eo, quia ipſi obligati erant reſtituere ſummam eis liberatam tantum pro eorum creditis, ac inſuper non poterat exerceri contra eos, quia non erant obligati inſolidum, vt patet in deciſione contraria, nec iuri congruum erat, vt vnus teneretur ad reſtitutionem eius crediti liberati per Sacrum Conſilium, & alii liberati à reſtitutione.

Solutio ſortis priùs erit facienda, quam intereſſe illius, quo fit, vt ſi ſecundogenitus eſſet creditor in parte pretii feudi noui, ſolutio facta per Iudicem in cauſam declarandam priùs in ſortē, quam in intereſſe cedere debeat; non eſt dubiū, quod ſolutio non ſolùm de ſorte fieri debet, verum etiam de intereſſe, Maur. Aretin. in tract. de ſolut. cap. 30. num. 8. & 9. quanquam in dubio præſumatur facta in cauſá vſurarum, ſeù intereſſe, quando nō eſſet expreſſa cauſa, ex l. in his, §. apud Marcellum, ff. de ſol. Anna alleg. 54. & conſequentèr quando aliquis eſſet debitor ſortis, & vſurarum, cenſetur potiùs facta in vſuras, vt idem Anna allegat. 112. ſequitur eius filius cōſ. 30. & ſic in cauſam grauiorem, & antiquiorem, Camill. de Medic. conſ. 5. num. 10. & conſil. 155. n. 10. ex quo grauior cauſa dicitur, vbi debitum eſſet magis antiquum, vel magis damnoſum, vel magis explicitum, vel magis certum, vt inquit Conſil. Theodor. alleg. 5. num. 6. 7. 8. 9. & 16, cauſa feudalis dicitur ardua, & maior, idē Anna alleg. 110. num. 11. ex quo à feudo dependet pretium, ideò magis ardua, in quam ſolutio priùs debet cedere, ex traditis per Ann. d. alleg. 112. vbi expreſſim loquitur de pretio caſtri feudalis, & refert ita deciſum, & meminit in d. alleg. 54. non enim ſumus in cenſibus, ſeù annuis introitibus, qui principaliter debentur, & loco capitalis ſic ſe habent, Præſ. de Franch. in deciſ. 254. num. 12. ſequitur Io. Griuell. deciſ. Dolani 103. num. 11. Sed in pretio debito ſecundogenitis, & cùm in cauſa creditorum q. Fabii Sanfelicii, inter quos aderant fratres, & ſorores pro eorum portionibus competentibus, quibus fuerat liberata certa quantitas peruenta ex feudis in cauſam declarandam, vt dictum eſt eſt ſup. verbo Secundogenitus. Indè die 1. Febr. 1593. facto verbo in S.C. per Regium tunc Conſiliarium Vincentium Maſtrillum fuit interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Decreto ipſius S.R.C. declaratum eſt, pecuniam olim liberatam per decretum S.C. latum ſub die 16. Aprilis 1588. creditoribus prædicti quondam Magnifici Fabii Sanfelicii de pretio terræ Balneoli ceſſiſſe, & cedere in ſortem principalē eis debitā, &c. penès Secretarium. in Banca de Felice, nunc de Auitabile in 3. volum. proceſſuum fol. 62.

Solutiones pecuniarum factæ per Iudicem in beneficium creditoris ſimplicitèr, qui obtinuerat ſententiam in ſui fauorem pro euictione paſſa ſuper re vendita, in quam cauſam cedere debeat, nàm debitrix prætendebat, illas deduci facere ex ſorte principali, hoc eſt ex pretio rei venditę, & indè euictæ, poſtquam ſolutio cedere debeat in cauſam debitam inter partes, & in cauſam expreſſam, & conuentam, Muta dec. 42. num. 5. & 6. & dùm cauſa non fuerat declarata à Iudice, tunc ſolutio potiùs in ſortem, quam in intereſſe facta cenſetur, Conſil. Theodor. allegat. 5. num. 29. & 30. Ex aduerſo replicabatur, debere cedere in cauſam intereſſe paſſi pro euictione, & dùm fuiſſent factæ aliquæ ſolutiones à Iudice, cenſeri debent factæ in dictā cauſā, cùm ſolutio facta præſumatur in duriorem cauſam, & pro extinctione vſurarum, & intereſſe, & capitale ne producat iterum intereſſe, Borgn. dec. 22. num. 533. p. 3. latiùs Polyd. Rip. obſeru. 60. ſed priùs in cauſam vſurarum, poſtquam cum aliquis eſt debitor ſortis, & vſurarum, ſolutio potiùs cenſetur in vſuras, Anna alleg. 111. num. 1. Conſil. Theodor. vbi ſup. num. 3. & in terminis terminantibus, quod ſolutiones factæ per Iudicem poſt interpoſitionem decreti condemnantis ad ſortem, ſeù debeti intereſſe, cedere debeāt in cauſam intereſſe, nouiſſimè pluries deciſum teſtatur Conſil. Hect. Capyc. Latro dec. 21. per tot. Et propterea in cauſa hæredum Nicolai Anelli Capucci cum Sacro Monte Miſericordiæ, hærede quondam Antoniæ Piſanellæ Marchioniſſæ Cluſani ad relationem Regij Conſiliarii Scipionis Theodori fuit per S.C. deciſum, quod liberationes factæ illis de Capuccio compenſentur cum intereſſe eis debito pro euictione, in Banca Burrelli pro Cioffo.

Solutiones factæ lite pendente cedere debēt priùs in cauſam intereſſe non liquidati, & quod ſuperest in cauſam ſortis, & ita deciſum fuit per S.C. iunctis aulis in cauſa D. Camillæ Caſtriotæ cum D. Cæſare Pappacoda, refert Dominus Regens Fabius Capycius Galeot. lib. 2. contron. 17. n. 64. & 65.

Solutiones pecuniarum quantitatum factæ creditoribus defuncti fideicommittētis diuerſis eius creditoribus, qualitèr computari debeant, ne fideicōmiſſum euaneſcat. Hoc accidit controuerti in S.C. in cauſa creditorum quondam Fr. Frāciſci Lantari cum eius ſororibus, ac creditoribus quondam Io. Petri Lantari fideicommiſſum inſtituentis in eius bonis, & dùm fuerant nonnullæ pecuniarum quantitates eius creditoribus, ex quibus videbatur fideicōmiſſum extingui dicebatur, eſſe de iure diſpoſitum, quod fructus percepti poſt diem purificati fideicommiſſi imputentur, non autem percepti ante, vt probat Maugil. de imputat. q. 125. num. 36. ad cuius materiæ ornatum conferunt nouiſſimè exarata per peritiſſimum virum Horat. Barbat. in ſuo tract. de diuiſione fructuum p. 2. c. 2. per tot. vltra eum Barry in tract. de ſucceſſ. tom. 1. lib. 8. tit. qui fructus veniant in reſtitutione fideicommiſſi, ideò fuit interpoſitum ſequens decretum in cauſa prædicta, videlicet. In cauſa creditorum quondam Fr. Franciſci Lantari cum Magnificis ſororibus de Lantaro die 29 mēſis Martii 1642. Neap. iunctis Magnificis Conſiliariis duarum aularum. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per præfatum Magnif. V.I.D. Scipionem Theodorū Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſariū. Per S.R.C. declaratum eſt, quantitates ſolutas ſororibus de Lantaro pro earum dotibus, & creditoribus quondam Ioannis Petri Lantari eſſe computandas in fructus maturatos poſt

mor-

Digitized by Google

mortem prædicti Ioannis Petri ad reintegrandum fideicommiſſum, hoc ſuum, &c. Scipio Theodorus, Franciſcus Antonius de Mercatis, penès Cioffum Mag. Act.

Soror, quæ renunciauit, an admitti debeat ad ſucceſſionem fratris decedentis ſine hærede ab inteſtato inſimul cum alia ſorore in capillo, vel excludenda erit, hæc altercatio contingit determinari in S.C. in cauſa ſororum de Aſſaro ſuper ſucceſſione hæreditatis Io. Baptiſtæ de Aſſaro decedentis ſine hærede, & per idem S.C. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Ferdinandi Branciæ de anno 1619. fuit pronunciatum, omnes eſſe admittendas ad ſucceſſionem, ſed collatis dotibus per ſorores renunciantes in Banca Carboni, de qua deciſione memini in 1. par. noſtri Compedii, verbo Soror nupta, & iterum ex Lælio Caputo mentionem feci in 2. part. noſtri Compend. verbo Renunciatio. Verùm quia in ſupra allegata controuerſia nil quaſi deductum appareat, & cum perueniſſent in mei poſſe iurium allegationes deſuper factæ, placuit illas hic inſerere, tam vt veritas innoteſcat, quam etiam vt in futurum de his notitia habeatur, ſi iterùm caſus contingent. Mortuo Rationale Ioanne Baptiſt. de Aſſaro ab inteſtato, ſuperſtitibus Landonia in capillo, & Ioanna, & Victoria de Aſſaro ſororibus vtrinque coniunctis, non aliter habita notitia renunciationum dictæ Ioannæ, & Victoriæ, interpoſitum fuit decretum præambuli ad beneficium omnium prædictarum ſororum, comperto poſteà, dictum decretum fuiſſe latum ex errore, cùm ſorores nuptæ, & dotatæ iam excluſæ erant, dicta Laudonia dicendo de nullitate prædicti decreti præambuli in S.C. petijt manuteneri in poſſeſſione, & declarari, ad ipſam ſpectare vniuerſam hæreditatem, vt ergo iura prædictæ Laudoniæ clariora fiant, de duobus differendum eſt. Primò, an hæc renunciatio excludat renunciantes. Secundò, an decretum præambuli poſſit afferre præiudicium ipſi Landoniæ. Primus articulus. Non ambigitur, renunciationem factam per dictas ſorores, præſertim in ſucceſſionis dicti quondam Io. Baptiſtæ fratris iure ſubſiſtere, cùm ab eodem fratre de fraternis bonis congruè dotatæ fuerint, vnde minimè dici poteſt, factam eſſe ſine cauſa, & tanquam læſas, & circumuentas contrauenire poſſe, Dec. conſ. 379. vol. 2. Vrſill. dec. 161. & alii relati per Molfeſ. in tit. de renunt. quæſt. 17. nu. 18. Nec quia futurum ius hæc renunciatio reſpiciebat, ſua firmitate deficit, cùm non permittatur obuenturo iuri renunciare, l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæred. l. 1. §. decretalis, ff. de ſucceſ. edict. nam prædicta renunciatio pacto roborata eſt, quomodo efficit, vt iuri futuro renũciari poſſit, l. 1. C. de pact. quod eò magis adiuuatur, cùm iuramento hunc effectum producẽte firmata ſit, C. quamuis, de pact. in 6. Alex. in l. ſed ſi quis, §. quæſitum, num. 4. ff. ſi quis caut. Dec. conſ. 31. num. 2. Afflict. dec. 381. num. 5. Verùm licèt hæc renunciatio iure ſubſiſtat, tamen renuncianti non nocet, nam illa fuit facta tempore, quo fratres viuebant, quo caſu cenſetur facta contemplatione ipſorum, vnde illis præmorientibus ſoror renuncians ſuccedere poteſt, ſiue ſola ſit in gradu proxima, ſiue cum alijs ſororibus, Bal. in l. pactum, quod dotale, quæſt. 4. num. 3. C. de collat. & in conſ. 437. vol. 1. Dec. in dict. l. pactum, num. 9. qui plures congerit, Imol. Rom. Caſt. Alex. Crot. Butigel. Marſil. Soc. Bero. Didac. Rolan. Gabr. Ceph. Menoc. & Vaſq. relati per Surdum dec. 252. num. 4. & alii cumulati per Molfeſ. in ſuis commentariis, in tit. de renunc. quæſt. 1. num. 36. cum ſeqq. vltra illos Io. Ant. Lanar. conſ. 49. & Reg. de Ponte conſ. 391. immò ſunt qui dicunt, quod etiam ſi fuerit facta renunciatio, non exiſtentibus fratribus, quod cenſeatur facta contemplatione fratris naſcituri, ita vt ipſo non nato non obſtet, Bal. in conſ. 437. vol. 1. quem ſequitur Crauet. conſ. 42. vol. 1. ſed non deſunt contradictores, vt refert Molfeſ. de renunc. quæſt. 13. num. 12. huius communis ſententiæ plures redduntur rationes, nam renunciatio prodeſt tantùm illis, in cuius beneficium emiſſa eſt, & non extenditur vltra perſonam, l. iubemus, C. ad S.C. Vell. & l. Paulus, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. Pariſ. conſ. 12. num. 90. vol. 1. Berous, & cęteri, quos refert Surd. dec. 163. num. 10. Immò quia renũciatio, & iuramentum intelliguntur, rebus ſic ſtantibus, l. ſtipulationes, ff. de iure dot. cap. venient, & cap. quemadmodùm, de iureiur. & ex aliis rationibus, quas in hac facti ſpecie latiſſimè adducit Napod. in Conſuet. Si moriatur, in verb ipſi ſucceſſores, verſic. ſed quid ſi fecit promiſſionem, & ſecundùm hanc opinionem referunt pluries deciſum per S.C. Reg. de Ponte dict. conſ. 391. num. 3. Salern. in Conſuet. Si moriatur, in apoſtill. incip. dicit Napod. fol. 88. Molfeſ. dict. tit. de renunc. quæſt. 4. num. 14. contra Afflict. dec. 161. Hæc autem & ſi communis ſententia ſit, & grauiſſimi Auctores eam ſequantur, præſertim Napod. loco citato, cuius magna eſt apud nos auctoritas, & multis rationibus fulcita, illa tamen intelligenda eſt in renunciatione perſonali, non autem reali, prout ipſemet Napod. loco citato, verſ. ſecus ſi renunciaſſet, declarat, & ex rationibus cæterorum Scribentium perſpicuè oſtenditur. Hinc dubitari contingit, an hęc renunciatio dicatur perſonalis, vel realis, & quamuis in dubio variæ ferantur opiniones, nempe ſi dicatur realis, vel perſonalis, ſicut latiùs exordiendo quæſtionem Molfeſ. in dict. tract. de renunc. quæſt. 3. refert, probando tamen in dubio perſonalem. Iſta autem renunciatio realis eſt, continet enim pactum de non petendo, ſiue de non ſuccedendo, nam omne pactum præſumitur reale, l. ſi pactum, de probat. & in l. pactum, vbi gloſ. ff. de pact. vt dicit Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, num. 197. ac etiam quia eſt generaliſſima, & facta in omnem caſum in ampliſſima forma, vt communiter ſentiunt Doctores, quos refert, & ſequitur Molfeſ. in dict. tit. de renunc. quæſt. 2. num. 19. cum ſeqq. & latiſſimè probat Ludou. Rom. conſ. 22. & tandem, quia contrahentes realem hanc renunciationem appellarũt, ex qua denominatione ſubſtãtia rei ſignificatur, ex notatis in l. ſi quis in fundo, ff. de leg. 1. faciunt cumulata per Alex. conſ. 13. num. 5. vol. 5. Cùm ergo realis ſit, neminem latet, renunciantem ex illa excludi, & parari locum proximiori, cap. 1. de eo, qui fin. ſec. agn. de feu. pater. vbi And. nam hęc renunciatio tollit de medio renunciantem, & facit illum haberi

Digitized by Google

pro mortuo, l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis, & leg. hered. & § ſi eadem re, Inſt. de leg. prout ſubtiliter inducit Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in verb. præterquam, in verſ. de forma, nu. 295. Ratio eſt, quoniam renunciatio iſta realis, & in omnem caſum auſert, & extinguit potentiã ſuccedendi competituram effectualiter, & ipſo iure, l. pen. ff. de ſolut. quod ius extinctum nullo modo reuiuiſcere poteſt. l. qui res §. area, ff de ſolut. l. fin. C. de repud. hæt. videtur enim per hoc pactum renuncians excludere ſe de numero agnatorum, ita vt intelligatur, vt nunquam poſſit ſuccedere, ſed alios inuitare, l. 1. § quibus, ff. de ſucceſſ. edic. Napod. in Conſuet. Si quis emit, de iure congrui, in verb. emit, num. 12. & in Conſuet. Si moriatur, in verbo ipſi ſucceſſores, verſ. ſecùs ſi renunciaſſet, numer. 37. Patet ergo, ſororem nuptam, quæ realiter renunciauit excludi à ſorore in capillo, ſecundũ hanc ſententiam, quæ rationibus, & auctoritatibus Doctiſſimorũ Virorum munita eſt, And. in dict. cap. 1. de eo, qui fin. fec. agn. de feu. pater. verſ. ſecùs ſi renunciaſſet, num. 37. fol. mihi 88. Ludou. Rom. conſ. 22. Dec. conſ. 31. Iaſ. in l. eius, qui in Prouincia §. quod ſi ſtipulatus, num. 11. verſ. & ideò, ff ſi cer. pet. Marant. diſp. 10. concl. 5. num. 39. Ant. de Alex. in addit. Conſuet. in Cõſuet. Si moriatur, in verb. ipſi ſucceſſores, lit. B. fol. 81. Marin. Frecc. & Scip. Buccin. locis citatis lit. A, fol. 83. Piſanel. in Conſuet. Si [illegible] qua, ſub num. 186. in addit. [illegible] quis, vel ſi ra concluſionem. C[illegible] quæ incip. & ſic no- §. 3. num [illegible] in cap. quamuis, par. 3. [illegible] de pact. Reg. de Ponte conſ. 90. num. 21. Afflict. dec. 161. qui loquitur in terminis terminantibus. Salern. in Conſuet. Si qua mulier, ſub num. 51. in apoſtill. incip. ad iſtud verbum, fol. 204. & in ſimili Capyc. dec. 250. Sed tamen opinio iſta declaratur, non habere locum, exiſtentibus remotioribus, ipſa renunciante, nam tunc admittitur renuncians, non obſtante renunciatione, Præſ. de Franch. in Conſue. Si moriatur, in apoſt. incip. Adde, Bal. ſub num. 37. fol. 88. & alij, quos refert, & ſequitur Molfeſ. in d. tit. de renunc. q. 3. num. 21. & ita intelliguntur contrariæ deciſiones allegatæ per Io. Angel. Piſanel in Conſuet. Si moriatur, in apoſt. incip. Bart. lit. B. fol. 90. quę declaratio ad rem noſtram non pertinet. Hæc licèt iure probentur, ſunt tamen, qui tenent, vt etiam renunciatio realis reſoluatur in perſonalem, ita vt mortuis perſonis, quorum intuitu facta fuit, renuncians habilis ſit ad ſuccedendum, Molfeſ. in alleg. tit. de renunc. quæſt. 17. num. 16. & Franc. Anton. Villan. inter conſ. Molfeſ. conſ. 48. n. 37. & 38. Sed iſtorũ Scribentium eximij ingenij dicta me non mouerũ à veritate meæ opinionis, ſiquidem ex illa concluditur renunciatio perſonalis cum reali, ſic enim ipſemet Molfeſ. in dict. tit. de renunc. qu. 2. conſtituit ſpecificam differentiam inter perſonalem, & realem, vt illa deficiat deficientibus perſonis, quarum contemplatione facta ſit, hæc autem faciat habere renunciantem pro mortuo, & tollat illum de medio, quomodo ergo fatendum, vtramque ſub eadem regula terminari? nam ſeparatorum ſeparata eſſe debet ratio, lege ſi maritus, & lege 1. in fine, & ibi Bal. C. de donat. inter vir. & vxor. ex diuerſis enim, & ſeparatis non fit illatio, l. Papinianus exuli in princ. ff. de minor. l. fin. ff. de calumn. minimè ergo renunciatio verè realis iudicari poteſt ſub ratione perſonalis. Quamuis caſus præſentis conſultationis ſit abſque difficultate, cùm præfata renunciatio non ſolùm ſit facta contem- 3 platione maſculorum, ſed etiam fœminarum, quod mihi clarè indicant illa verba inſtrumenti, quæ quidem donatio intelligatur facta contemplatione maſculorum tantùm, ſed ſit, & eſſe debeat realis, & fructuoſa. Circa ſecundum. Dicunt conuentę habere pro ſe decretum præambuli, quod interpoſitum fuit de conſenſu dictę Laudoniæ, quę paſſa eſt, declarari heredes dictas eius ſorores pro virili, vnà cum ipſa Laudonia, & virtute dicti decreti iam in poſſeſſione repeſiuntur. Nec Laudoniam iuuat allegaſſe, per errorem fuiſſe latum decretum præambuli, nam error, & ignorantia iuris mulieri non prodeſt, l. fin. C. de iuris, & facti ignor. l. error, C. eo. tit. cum concord. cùm poterat conſulere Peritiores, iuxta tex. in l. in bonorum, ff. de bon. poſſ. degendo in hac inſigni Ciuitate Neapol. vbi præſumitur, adeſſe copiam Peritorum, prout adſunt, cap. ſtatutum, de reſc. in 6. Iaſ. in l. iuris ignorantia, num. 4. C. qui admit. ad bon. poſſ. quodque clarum ſit, cùm tractetur de lucro circa acquiſitionem paternæ ſucceſſionis, l. fi. emancip[illegible], vbi gloſ. C. de iur. & fact. ignor. cum alijs vulgaribus, cùm ergo lex mulieri aduerſus iuris errorem auxilium ſuum non præſtiterit, fruſtrà in integrum reſtitui petit. Huic obiectioni facilis eſt reſponſio, non enim verſamur circa errorem iuris, ſed facti, in quo diuerſo iure vtimur, l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. qui error etiam poſt ſententiam per viam reſtitutionis reuocari poteſt, l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud. Bal. & alij Doct. in l. error, C. eo. tit. nec poteſt negari, Laudoniam erraſſe in facto, cùm tempore præambuli petitionis ignorabat renunciationem factam à ſororibus, quæ ignorantia præſumitur, vbi non probatur ſcientia, cap. præſumitur, de reg. iur. in 6. & probabilior eſt in facto alieno, l. ſi. ff. pro ſuo, l. plurimùm ff. de iur. & fact. ignorant. Sed eſto mitius, quod in iure erraſſet, adhùc error excuſabilis eſt, nam & ſi regulariter iuris error non proſit, fallit tamen in errore iuris dubii, & perplexi, nam æquiparatur errori facti, Soc. in rub. de reb. dub. num. 3. Iaſ. in dict. l. iuris ignorantia, Pariſ. in addit. ad Bart. in rub. de iuris, & facti ignorantia, Capyc. dec. 10. num. 10. Menoch. de arb. Iud. quæſt. 53. nu. 9. Et quanta ſit perplexitas, & obſcuritas huius puncti iuris, ex varijs Doctorum ſententijs, quæ in præſentia deductæ ſunt, clarè liquet, iudicatur ergo ſicut de errore facti. Ex his ſatis perſpicuè patet, ſorores conuentas excludi debere à prædicta ſucceſſione. Cætera ſuppleat Religio ſua dicantium, & quid in filia renunciante, an admittatur inſimul cum amitis ad ſucceſſionem patrui, relata fuit deciſio ſuprà in verb. Neptis.

Soror renuncians in ampla forma in beneficium fratris, an eo mortuo concurrat cum alia ſorore in capillo, vel excludatur ab ea, relata fuit deciſio ſup. in verb. Renunciatio.

Soror dotata, quę renunciauerat in forma, an admittatur ad faciendum partem in iudicio contra reum inquiſitum de homicidio fratris, non ob-

obſtante remiſſione fratrũ, relata fuit deciſio ſuprà in verb. Ius vindictæ.

Spoliatus de facto à Superiore alicuius loci, ne conſedere debeat prope locum ipſius, cùm vti Decanus diutiùs conſederet, quemadmodùm ſui prædeceſſores conſederent, an erit reſtituendus, non obſtante colorato ordine Superioris ſubſcripto à conſocijs, ne ſecreta pādantur, propterea dicebatur, ex ſui parte regulā extare ordinariā, quod ſpoliatus ante omnia reſtitui debet, ad tex. in cap. reintegrandæ 3. quæſt. 1. cum alijs cumulatis per Epiſcop. Ricc. collectan. 357. Et accedendo ad iuſtitiam cauſæ, attenta conſuetudine ſedendi propè Superiorem, ſubſequitur, quod talis conſuetudo attendi debet, etiam in præcedentijs, Bal. in l. obſeruare, §. antequàm, de offic. Proconſ. Iaſ. conſ. 192. num. 13. Dec. in l. ſi vnu quid, vltima lect. num. 39. ff. ſi cert. petat. Ruin. conſ. 155. num. 4. & 18. vol. 4. Natta conſ. 62. num. 7. Ant. Piagg. de conſuet. quæſt. 1. num. 500. Dùm etiam ob curſum lenti temporis conſedendi ibidem, ex quo inducta cernitur conſuetudo in perſonam illius; ita vt in dubium reuocari non poſſit, cap. cùm olim, de conſuet. ſequuntur Pariſ. conſ. 25. num. 58. vol. 1. Alciat. reſp. 52. num. 64. Natta conſ. 406. num. 14. Rol. conſ. 5. num. 73. vol. 1. Maſcar. de probat. concl. 424. num. 24. Surd. conſ. 58. num. 8. Rota Rom. in nouiſſ. dec. 629. num. 5. lib. 1. Ant. Piagg. eod. tract. quæſt. 4. num. 40. vbi de communi. Quapropter inſpecta huiuſmodi legitima, & diutina poſſeſſione ſedendi in loco eminentiori poſt Superiorem, emotio ſedis inde ſubſecuta de facto, & ordine prætermiſſo manifeſtum ſpolium continere videbatur, & ob id nedùm ipſi ſpoliato, exiſtenti in quaſi poſſeſſione ſedendi in ſuperiori loco, et præcedendi, licitum erat etiam armata manu inſiſtere ei, qui vellet ipſum amouere, loquit. Bal. in l. obſeruare, §. antequam, nu. 3. de offic. Proconſ. Menoch. conſ. 557. num. 55. lib. 3. & conſ. 902. num. 77. lib. 10. ite quod ſi ſe defendendo ob cauſam prædictam aduerſarium occiderit, non aliter poterit puniri pœna ordinaria, ſi ad arma prouocatus ſit, etenim cauſa honoris, & vitæ æquiparantur, gloſ. in §. ſuſpectus, Inſt. de ſuſp. tut. vt in ſpecie concludit Rebuff. in l. vnica, gloſ. 1. C. de ſent. quod pro eo, quod interſ. ſed etiam ei conuenit interdictum, vnde vi intentare, ne ab honore huiuſmodi repellatur, cap. licèt cauſam, vbi Bal. num. 6. & folio 1. num. 1. de probat. Rebuff. qui alios citat in dict. l. vnica, nam nemo tenetur, quod honor ſuus peruipendatur, l. 1. ff. de poſtul. in princip. Bal. in dict. §. antequam, cum alijs apud Guard. ſing. 33. vbi Addit. Caſſen. in Catal. Glor. Mundi, par. 1. conſid. 2. & qui honorem ſuum negligit, crudelis eſt, cap. nolo 11. quæſt. 1. Sed verius dato violenter ſpolio, de iure proditum eſt remedium reſtitutorium, nempe vt ante omnia ſpoliatus ſit reſtituendus, cap. reintegrandæ 3. quæſt. 1. cap. 4. de procur. & l. Fulcinius, §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. hoc idem aſſerunt Crau. conſ. 18. num. 8. Curt. iun. conſ. 175. num. 5. Roman. conſ. 158. num. 4. Dec. conſ. 125. numer. 8. Neuiz. conſ. 77. num. 6. Bellem. concluſ. 105. Auffret. ad Capell. Toloſ. quæſt. 409. verſ. fallit 2. Veral. dec. 186. par. 3. Rol. conſ. 6. num. 33. vol. 2. Gigan. de penſ. quæſt. 47. num. 21. Vant. de nullit. tit. quot. & intra quod tempus, num. 40. in fine, Benin. dec. 93. num. 7. Boer. dec. 258. num. 4. Magon. dec. Florent. 120. nu. 6. Honded. conſ. 82. num. 24. vol. 1. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 7. num. 4. Reg. Tapia dec. 23. num. 3. Anton. Gabriel. qui alios citat tit. de reſtit. ſpol. concluſ. 1. ex tex. in cap. 2. & cap. in literis, de reſtitut. ſpol. Menochius de recuperanda poſſeſſione remed. 1. num. 270. Angel. de acquir. poſſ. quæſt. 1. art. 7. num. 111. vltra Soc. reg. 468. quod eſt adeò verum, vt nec ſpoliator ſit audiendus in petitorio, niſi priùs fuerit reintegratus in ſua poſſeſſione ſpoliatus, ita Abb. in cap. accedens, vt lite non conteſtata, cuius ſententiam amplexi ſunt Crau. conſ. 140. num. 3. Neuiz. conſ. 85. num. 13. Plot. de in litem iur. §. 47. num. 1. Cephal. conſil. 236. num. 120. Alciat. reſp. 370. num. 5. Menoch. dict. remed. 1. num. 177. Beroius conſ. 147. nu. 18. lib. 3. quos probat Surd. conſ. 28. nu. 30. & Giurba dec. 59. num. 1. & 2. & conſequenter facta reſtitutione ſpoliatus erit in poſſeſſione manutenendus, Card. conſ. 62. vol. 2. verſ. ſed ipſis nō probantibus, Corn. conſ. 193. num. 14. vol. 2. poſt Bal. dict. §. antequam, in fin. Nec proinde obſtare videbatur aſſerta concluſio tollendi locum deputatum Decano, poſtquam proceſſerat lite pēdente facta poſt ſucceſſum ſpolium, vltra eius inualiditatem; quia non more ſolito præceſſerat, hoc eſt in loco ſolito ad actum aliquem explicandum, nec aliter ſeparatim ſuffragia præſtari, ita Butr. in cap. 3. num. 12. col. pen. de iure pat. Regens Tapia dec. 28. num. 2. Aym. conſil. 63. num. 1. Spino de teſtament. gloſ. 4. num. 88. verſ. ſecundò ſubijcitur, quando enim conſenſus erit præſtandus collegialiter, non ſufficit, vt ſinguli conueniant in illo actu, cùm dictus conſenſus ſpectet ad illos vti corpus, & collegium, vt in puncto Mandoſ. in praxi ſignat. in principio, in verb. prouiſ. verſ. quandò prouidetur, & alijs quos refert Gratian. diſcept. forenſ. cap. 211. & ratio eſt, quia maior pars poterit trahere alios in eorum ſententiam, & cùm id non fuerit formiter ſeruatum, minimè obſtare poterat concluſio. Quapropter facta relatione in Sacro Regio Conſilio per Reg. Conſiliarium Petrum Antonium Carauita die 29. Octobris 1631 fuit declaratum, atque deciſum, Hieronymum Falcoyam, Ioannem Baptiſtam, & Antonium Medice principales conuentos condemnandos eſſe ad reficiendum petitum locum, in quo ſedeat Antoninus Maſtellone. Hoc ſuum, &c. vt ex actis in Banca Strinæ.

Stuprator virginis ſub colore matrimonij contrahendi (eo habente vxorem) & cognomen ſuum mutando, qua pœna puniri debeat, hoc contingit in facto in cauſa Alexij Cano inquiſiti de ſtupro commiſſo in perſonam N. ſub quæſito colore matrimonij, præcedentibus capitulis matrimonialibus, in quibus promiſerat eandem ſponſam dotare pro certa pecuniarum quantitate, mutando cognomen ſuum, nuncupando, eſſe Alexium Mareſca, & ſub talibus promiſſionibus eam carnaliter cognouerat, vnde difficultas contigit in Magna Curia Vicariæ, qua pœna afficiendus erat, & non eſt dubium, quin graue delictum dicatur, etiam reſpectu viduæ, pro qua conſuluit Megal. conſ. 96. & var. reſol.

tom.

Digitized by Google

tom.1.reſol.96. Immò ſeueriſſima pœnâ plectẽdum, vt probat Bertazol.ad patrem, conſ.495. tom.2.verſ.ſed quæro, Cantera quæſt. criminal. cap.4.ſub num.10.in princ. iuxta deciſionem Hieron.de Lauren. 72. quam probaui in Voto 33.à num.30.ad finem, vbi multa allegaui. Multò magis in defloratore virginem huiuſmodi, concorrentibus qualitatibus allegatis. Primò enim concurrebat mutatio cognominis, nam & ſi mutatio nominis, & cognominis licitè videatur permiſſa cuilibet, ad tex.in l.vnica, C.de mutat.nom. Hoc tamen non procederet, vbi fraus interceſſerit, animo decipiendi aliquẽ, vt reſpondet ibi gloſ.in verb.fraude, vbi dicit, eo caſu teneri pœna falſi, latiſſimè Farinac. in ſua praxi, rub.de falſitate, quæſt.150. num.144. Secundò concurrebat qualitas, quia erat vxoratus, & aliam ducere vxorem procurauerat, quo caſu nedùm ad dotationem puellæ aſtringitur, vt ex Henr.Boich.Bermon. & Practica Conradi probat Farin.in ſua praxi crim.rub.de delict. carn.quæſt.147.num.10.Bertazol.conſ.crimin. 96.num.5.& conſ.97.num.6.tom.1. Cantera vbi ſuprà. Sed etiam ad alias pœnas vel pecuniarias, vel extraordinarias arbitrio Iudicis remiſſas, ita ex Marino.Soc.Ghirl. Pract. Conrad. & Baiard.firmat ibidem Farinac. num. 111. & Cantera vbi ſuprà, verſ.vnum conſidera, & ver. & circa vxoratum. Tertiò, concurrebat promiſſio contraheodi matrimonium, quæ & ſi matrimonio ſubſecuto ceſſaret ſtuprum, & ſucceſſiuè eius pœna, vt ex Gabriel.conſ.170.num.15. & Claro probat Farin. dict.quæſt.147.num.92. ſubdens ex aliis num. 95. tamen in hoc loco ſtandum eſſet aſſertionibus viriſque, & ſic in facto ſeruatum aſſerit Porrus in faſcicul. crim. §.ſtuprum, fol.148.quocirca ſtuprans, & deflorans puellam ſub ſpe futuri matrimonii, tenetur illam in vxorem ducere, etiam quod ſponſalia non fuerint iurata, idem Farin. dec.crimin. 73.num.4.& 5 & compelli debet ad fidem ſeruandam in Curiis Eccleſiaſticis, Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſſ.5.par.1.num.38. Nihilominus, quia matrimonium inter eos contrahi non poterat, quia ſtuprator iam vxorem habebat, poſtquam tam de iure diuino, quàm canonico, & diuino duas vxores habere prohibitum eſt, probat idem Farin. ibidem quæſt. 140. num.2. Remanſerat tamen ex hoc puella decepta ſub tali colore contraheodi matrimonium, hinc non ab re, ſi ſtuprum dicatur quaſi prauũ ſtudium, quia deceptoriè, & adulatoriè conſueuerunt virgines appellare, Farin.dict.quæſtion. 147.num.5. Et propterea ſtuprator ſic doloſè procedendo, vel ſub blanditiis, perſuaſionibus, aut promiſſionibus, & dationibus pecuniarũ, & munerum, aut ſimilibus fraudibus, & fallaciis, quæ æquiparantur coactioni, vt probauit Farin.quæſt.143.§.vis enim, num.110. cum ſeq. putauit idem Farinacius dicta quæſtione 147. numer. 34.quod ſtuprator plectendus ſit pœna mortis, ex multis ibi relatis, attamen nu.35. aſſerit, hanc concluſionem non tranſire ſine difficultate, & in praxi non eſſe receptam, & conſequenter ſtuprum ita commiſſum puniri, ac ſi nulla interueniſſet vis, & ipſa concluſio procederet quoad præſtationem dotis, vt ſubdit num.36. At in præmiſſo facto conſiderandũ erat, nedùm promiſſionem contrahendi matrimonii adimpleri non potuiſſe, quia vxorem habebat, in caſo relato à Porro dict.faſc.§.ſtuprum fol.48.ſed neque dotationem promiſſam in capitulis, quia pauper erat, nec propterea eam dotare, vnde puniendus erat corporaliter, ex traditis per Porrum in faſcic.crim.§.fornicatio, & ſtuprum, fol.54. quare ex his nedùm deceptio, ſed dolus propriæ malitię inductus inerat, vnà cum mutatione cognominis, puellã bonę qualitatis ſubuertere auſus ſtuprator, pœna condigna plectendus veniret. Et ſic facta relatione in M.C.V.per D.Thomã Locterium Iudicem illius die 24. Nouembris 1640. fuit præfatus Alexius condemnatus ad remigandum, eius vita durante, vt patet ex actis in Banco Angriſani.

Subditos alicuius Regis, ſi contingerit fieri ſubditum alterius Domini ſuperioris, à quo dignitatis intuitu Inſignia Regalia quaſi conſecutos fuerit, an ſuccedente morte ipſius ſubditi, illis vti poſſit in funeralibus in Ditione ſui Regis, exemplo oſtenditur, ſi aliquis Titulatus ſubiectus Regi noſtro efficiatur ſubditus Imperatoris, à quo maiorem dignitatem conſecutus fuerit, ob feodi qualitatem, ita quod veſte purpurea, baculo, & corona, veluti Regalibus ornamentis vti debuerat, & illis vti potuiſſet in obitu, quando ad ſepulturam ducetur, vt moris eſt apud Supremos Principes ſeruari, vt honorificè ſepeliantur, & experientia comprobatum extitit, quoties Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſepeliuntur, ita honorificè induiis veſtibus ipſi condecentibus, ac aliis pertinentibus ad talem dignitatem, ſimiliter Sacerdotes ſacerdotalibus indumentis, & calice, ita etiam reſpectu laicorum in dignitate conſtitutorum, ad oſtenſionem eorum dignitatum, quinimmò antiquiſſimo tempore proditum eſt, mortuos cum veſtibus neutiquam ſepeliri, vt tradit Aſin.in l.diuerat, §.funeris cauſa, num.10.ff.de relig.& ſumpt.fun.nouiſſimo autem tempore, præſertim inter Italos vſu receptum eſt, cadauera defunctorum pretioſiſſimis veſtibus induta, & lectis ſplendidè exornatis impoſita palam efferri, inquit Henric.Kornman. de mirac. mortuorum, par.7.cap.31.& iuxta ipſorum qualitates, dignitates, & profeſſiones, ornamenta, inſignia, & ſimilia ornari, præſertim in perſonis Regum, tradit Caſſan.in catalogo gloriæ mundi par.1.conſid.8.in fine, rationem aſſignando, cenſuit Afflict.in cap.1.quid ſit inueſt.quod ſine corona Rex non debet ſepeliri, prout quoque conſimiles Barones Titulati, qui vtuntur corona, & faſciolis gemmatis in eorum armis, & inſigniis, vt refert Theſaur.in dec.170. nu. 8.ita pariter in eorum obitu cum caſa, & circulo in capite ſepeliuntur, eò quod in eorum inſigniis coronam ſuperimponunt, vt ex Surgent.probat Rendell.in proloquio ad reliquias Longobardorum, cap.7.num.13.Maſtril.de Magiſt.lib.4.cap.13.num.176.vbi alios citat, & ſic de ſingulis iuxta eorum conditiones, nobilitates, & prærogatiuas ſepeliuntur, cum omni decore, & reuerentia, etenim eadem reuerentia, quæ viuis debetur, ita illis mortuis, Caſſan.dict. Catal.dict.par.1.conſid.74. Et quod talis modus ſepeliendi mortuos cum veſtibus, & ornamentis

Digitized by Google

tis per multas rationes, diuerſarum gentium morem, exempla, & Hiſtorias nouiſſimè probat Dominicus Antmæus deciſ. Ienenſ. 14. lib. 1. quare ex his videbatur dicendum, cuilibet licere cum ſuis ornamentis ſepeliri debere, etiam in locis non exemptis, eò quia qui vtitur ſuo iure, nemini iniuriam facit, ad tex. in l. 3. §. quod ait, ff. de incend. ruina, & nauf. ſicque ex his comperitur, Ill. Principem Hoſtiliani vti Ducē Sablonetæ ſubiectæ Imperio Romano prætendentem, potuiſſe vti inſignibus Regalibus ipſis Ducibus conceſſis ab Imperatore in Ciuitate Neapolitana ſubiecta Regi noſtro tempore eius obitus, nec ob id corona auget dignitatem, vt inquit Lancel. Conrad. in Templo Iudic. par. 2. concluſ. 79. num. 3. vbi poſuit quæſtionem illam iam deciſam inter Regem Alphonſum, & Ducem Renatum Andegauenſem ſuper pugna inter eos habita de contentione Regni Neap. de qua exactè per Paridem in tract. de re milit. lib. 1. cap. 19. num. 3. Inſuper ex quo delatio Crucis per Archiepiſcopum ſignum eſt ſuperioritatis, refert Præſ. de Franch. dec. 711. vbi refert, pronunciatum fuiſſe in beneficium Archiepiſcopi Tranenſis, vt potuiſſet deferre Crucem ante ſe, etiam in locis exemptis ſuæ Diœceſis, per rationem ibi traditam num. 11. ex Bonif. quia ex his inſigniis non quæritur aliqua poteſtas, ad quod Maiol. de irreg. lib. 2. cap. 2. n. 4. tradit, quod Pontificalia poſſunt exerceri in loco exempto conſtituto infra Diœceſim, hinc etiam dum ipſi faciunt portare caudam, & ſi in alia Diœceſi, quia non ſuperioritatem, ſed potiùs grauitatem denotat, ideò permiſſum eſſe, ex Abb. & Card. probat Gratian. diſcept. forenſ. cap. 467. num. 69. Ex aduerſo, quod nulli permiſſum eſſe videatur inſignibus talibus vti, potiſſimùm Regalibus in locis exemptis oſtenditur ex Regia coronatione, quæ fit per clamidem, ſiue mantum, & collobium, coronam, & mitrā, ſceptrum, & pomum, gloſ. in procem. Conſt. col. 4. verſ. & hoc exemplo, vnde cernitur, eſſe quatuor inſignia Regalia, Affl. in Cōſt. Omnes noſtri, ſub n. 1. & inter cætera inſignia Regalia ſūt diadema, ſeù corona, & ſceptrū, per diadema ſignificatur Regis gloria, & per ſceptrum iuſtitia, vt tradit Caſſan. in dict. catal. dict. par. 2. cōcluſ. 2. in fine, ita quod non poterit Rex ſine diademate, ſcilicet corona antea Rex nominari, ſecundùm Lucam in l. vnica, C. de reis poſtul. lib. 10. quem ſequitur Caſſan. dict. catal par. 5. conſid. 25. in princ. ibique etiam ex eodem oſtendit, quod diadema, ſiuè corona non tribuit Regnum, ſed eſt ſignum honoris, & deſignat plenitudinem imperij, non tamen tribuit imperium, ſimiliter & ſceptrum, per quod deſignatur iuſtitia, probat Caſſan. dict. par. 5. conſid. 6. vnde ex his conſpicitur, hæc duo potiſſimùm inſignia denotare ſuperioritatem, quo fit, vt inſignia denotantia ſuperioritatem poſſint ex priuilegio, conſuetudine, & præſcriptione portari vbique, aliàs non, ita Abb. in cap. 1. num. 3. vt lite pendente, vbi ſub num. 2. cenſuit, iuſtè petiiſſe Cantuarienſem Archiepiſcopum, quia ex tali delatione lædebatur honor ipſius, eū talia inſignia denotent maioritatem, &c. Cernimus etiam, Patriarchas ante ſe ferre Crucem facere in toto Orbe, præterquàm Romæ, & vbicunque Pontifex extiterit, cap. antiqua, de priuil. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 2. ſub num. 12. & quæ dicta ſunt de Archiepiſcopo Pontificalia exercere volente in aliena Diœceſi, iam ſatis conſtat, hoc facere non poſſe, vt in dict. cap. 1. vt lite pend. neque Crucem ferre, vt nouiſſimè deciſum eſt inter Archiepiſcopum Barenſem, & Eccleſiam S. Nicolai Barolitani per Collaterale Conſilium die 24. Februarii 1628. penès Secretarium, & hoc, credo, ex iuriſdictionum diuerſitate, cùm talis Eccleſia S. Nicolai ſit exēpta ab Archiepiſcopo Barenſi, & eſt Eccleſia Regalis, vt inquit Maſill. in Conſuet. Bari, tit. de Sacroſ. Eccleſ. §. venerabilis, num. 2. per totū, quemadmodùm etiam hodie Epiſcopis prohibitum eſſe teſtatur Maiol. & latiùs Gratian. cap. 467. num. 10. & 66. & pariter procedere agnoſcitur in Abbate habente vſum mitræ, qui extra Monaſterium ea vti prohibetur, Lapus in allegat. 19. Viſcont. in ſuis concluſ. verb. Abbas, vbi etiam dixit, quod ſi Abbas prædicta haberet ex priuilegio, vel conſuetudine, quod coram Epiſcopo his vti poſſet, ſed non pompoſis, ex Afflict. in Conſuet. Honorem, ſub numer. 2. Vlteriùs Proconſulibus etiam inhibitum erat Proconſularibus faſcibus vti in Vrbe, ad text. vbi Doct. in l. 1. ff. de offic. Proconſ. quocirca inſignia, & arma Regis nemini aſſumere, aut deferre licet, niſi eius Officiariis in ſignum Regiæ dignitatis, Medic. conſ. 170. num. 1. vbi numero 2. ſubiunxit, quod vtens inſignibus Regiis, ſe parem Regi facere videtur, taliter quod Princeps non poterit facere ſibi parem, vel maiorem, Reg. de Curte in diuerſ. iur. feud. §. licèt autèm, num. 27. & quatenus ſibi parem faceret, non niſi filium facere poſſet, abſque tamen adminiſtratione, Lancell. in Templo Iud. lib. 1. cap. 2. § 1. quæſt. 1. num. 9. multò fortiùs inferior Rege, immò ſi ipſemet Rex feudum ab aliquo acceperit, non vti Rex, ſed vt Baro iudicabitur, Curt. eo. tract. §. abſoluta igitur, num. 18. & diſpoſitum eſt in Epiſcopis, cæteriſque Prælatis, quoties in Collegiis interueniunt, qui non vti Prælati, ſed vti homines de Collegio gradatim conſedent, cap. à collatione, de appellat. in 6. nam mettum, & menſura debet dari in materia præcedentiæ, Leonell. de præcedent. hominis, quæſt. 5. art. 22. hinc etiam conſtitutum eſt, vt ſubfeudatarius pingere debeat arma ſua in loco inferiori, vbi reſident arma domini, Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 47. num. 2. Quapropter ex allegatis perſpicitur, eſſe de iure probatum, quod maiori ſemper debetur reuerentia, & ſucceſſiuè minor ad illius exhibitionem, ad tex. in cap. cùm inferior, de maior. & obed. Ac cùm præcedentia, quæ ſecundùm quoſdam idem eſt, quod maioritas, & ſic quędam qualitas, qua vnus eſt maior altero, Leonell. eo. tractat. quęſt. 3. art. 3. ob quam præcedere conceſſum erit, indignum videretur, vt inferior ſuperiorem pręcedat, arg. cap. cùm inferior, de maior. & obed. in tantum quod etiam exemptus non erit exemptus à iure reuerentiali, nam ſemper debetur a quo eximitur, Iacobut. de Franch. in rub. ſi de feud. inueſt. fuer. contr. numer. 26. Et maximè in domo propria Superioris, & propterea conſentiente domino eis vti non prohibetur, ſicut Epiſcopi poſſunt vti Pontificalibus

Digitized by Google

in alienis diœceſibus, conſentientibus Ordinarijs, gloſſ. in clem. vnica, de priuil. cum aliis allegatis per Epiſcopum Riccium in dec. Archiep. 28. nu. 7. & 8. par. 2. non mirum ſi tam dicto Ill. Principi, quàm eius nepti D. Annæ Caraſæ fuit denegatum, talibus inſigniis vti in eorum obitu.

Subfeudatarii an teneantur contribuere in donatiuis gratioſis factis Regi per Barones, deciſum fuit per R.C.S. negatiuè, vt refert Andreas Capan. in tract. de vita, & militia, quæſtion. 42. in allegatione ibi ſubſequente, folio 185. columna 3.

Subingreſſio datur ad filios neptis, ita vt admitti debeât inſimul cũ patruis, & amita ad hæreditatẽ defuncti, tam inſpecto iure cõmuni, quã cõſuetudinario, poſtquam in caſu, de quo agebatur concurrebant fratres de Naſtaro filii Allegræ Pernaſii, ſorores Andreæ Pernaſii ad illius hæreditatem inſimul cum Lucia Biſante filia Truſiæ Pernaſii pariter ſororis ipſius Ioannis Andreæ, inſurrexerunt quidam de Mezacapo filii Victoriæ Biſante ſororis eiuſdem Luciæ prætendentes, præuia ſubingreſſione in locum eorum matris ſubrogati, vt ſimul cum eorum amitis, ac patruis ſuccedere potuiſſent in dicta hæreditate, & cùm concludi videatur per Reg. Rouit. in conſ. 23. tom. 1. nec de iure communi, neque conſuetudinario eos admitti poſſe ad talem ſucceſſionem vigore dictæ ſubingreſſionis, fuit ita iudicatum iunctis aulis, de qua deciſione etiam meminit Additionator ad reſponſum Regentis Moles de legit. ſucceſ. in Portugalliæ Regno ſub num. 42. inc. Auctores, fol. 25.

Subſtitutio, quæ fit in contractu non regulatur ſecundùm regulas vltimæ voluntatis, & quamuis ſit conditionalis, tranſmittitur ad hæredes, pendente conditione, & ſic fuit deciſum in Sacro Conſilio in cauſa Aureliæ Saracinæ cum hæredibus Marii Taralli ad relationem doctiſſimi Conſil. Andreæ Prouenzalis, Hodierna ad Suid. dec. 144. n. 5.

Subſtitutio facta in beneficium aliquorum cum conditione, quod aliquo ipſorum decedente quandocunque ſine filiis legitimis, & naturalibus, vnus ſuccedat alteri, ſuccedente obitu alicuius ipſorum cum filiis legitimis, & naturalibus ſubſtitutio euaneſcit, vt de iure comprobatum eſt, ex traditis per Craſſum de ſucceſ. tom. 1. §. fideicommiſſum, quæſt. 33. num. 4. latiùs Claud. Chifflet. de iure fideicommiſſi capit. 33. per totum, cum aliis adductis nouiſſimè per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 480. per totam. Et proptereà cùm Marcangelus Camardella inſtituiſſet hæredem Ioannam Camardellam eius filiã, & per legatum particulare legaſſet Io. Dominico, & Franciſco Raphaele, & Angelæ Angioia filios ipſius Ioannæ, ac nepotes defuncti vſũfructum ducatorum 400. exiſtentium ſuper Arrendamento quodam, ſub conditione, quod quandocunque aliquis ipſorum nepotum decederet ſine filiis legitimis, & naturalibus, vnus ſuccedat alteri, & ſucceſſo inde obitu ipſius Dominici, relictis Io. Angelo, & Claudia Angioia eius filiis legitimis, & naturalibus, legauit Elionoræ Amarrudæ eius vxori ducatos cẽtum pro ſeruitiis bene præſtitis, quæ cùm inſtitiſſet, condemnari dictos hæredes, & pro eis Pompeum Angioia eorum tutorem ad ſoluendum petitos ducatos centum, ſucceſſo poſtea obitu ipſius Io. Angeli eius filii, ſuperſtite dicta Claudia, quæ iudicium inſtitutum iterum proſequendo aduersùs ipſam Claudiam, quæ cùm petiiſſet immitti in poſſeſſionem annuorum ducatorum 68. ſuper dicto Arrendamento, qui ſtabant deſcripti priùs in faciem ipſius Dominici, & ita obtentum vigore proniſionum M.C. ſuper quibus factum fuerat ſequeſtrum ad inſtantiam ipſius Elionoræ pro eius iuribus dotalibus, licèt fuiſſet obiectum per dictam Claudiam de fideicommiſſo prædicto, adhuc tamen replicabatur, illud non militare, tum quia agebatur de reſtitutione dotis, & iurium dotalium, iuxta authenticam res, quæ, C. communia de legatis, vbi fideicommiſſum ceſſat in hoc caſu, vt latiùs proſequitur Craſſus de ſucceſſionibus tom. 1. § fideicommiſſum, quæſtione 57. latiſſimè Fuſar. de ſubſt. q. 531. cum ſeqq. vbi tam pro conſtituenda dote, quàm reſtituẽda proſequitur. Tùm etiam, quia iam fideicommiſſum prædictum expirauerat, ex ſuprà allegatis, proptereà fuit interpoſitum decretum per S.C. quod tollatur ſequeſtrum quoad tertias, penès Secretarium in Banca Scacciauenti Magiſt. Act.

Subſtitutio facta à patre inter filios, vt inuicem ſuccederent, ſi ſine filiis aliquis eorum decederet, & ſi omnes filij ſine filiis deceſſiſſent, collaterales admittantur, ſi contingerit, aliquem ex filiis cum filiis decedere, relictis filiis, & in pupillari ætate decedentibus, an excludant eorum matrem, vel admittant collateralem fratrem defuncti. Hoc contingit ex ſequenti facti ſerie, pro qua in iure reſpondit ſubſcriptus Aduocatus meritiſſimus, ac Iuriſconſultus præclariſſimus, videlicet. Quamuis in interpretandis dubiis teſtantium voluntatibus ſat, ſatiſque Conſulti laborarint, primique noſtræ diſciplinæ inſudarint Sapientes, ita vt facilè omnibus putauerint occurriſſe, tamen adeò hominum ſe extulit ſubtilitas, vt firma quoque controuerti etiam videamus, prout in præſenti ſpecie, qua Syluia Palomba ex eius præmortuorum filiorũ perſonis Ambroſij Balſani voluntatem, quæ ex ſubſtitutionibus eius teſtamẽto appoſitis clariſſimè eliditur, in Ioſeph, & Claudiæ Balzani patris, & filiæ eiuſdem Ambroſii deſcendentium præiudicium euertere conatur. At nos, qui iuſtum deſcendentium ſumpſimus patrocinium, vt pro tenuis noſtris viribus eorum iuſtitiam oſtendere poſſimus, ex facto priori loco reminiſci exoptamus, Ambroſium Balzanum in vltimo eius teſtamento vniuerſales ſuos hæredes pro æquali portione Ioſephum, & Matthiam eius filios reliquiſſe, his adiectis ſubſtitutionibus. *Con conditione però, che l'vno di ſuoi figli, & heredi ſucceda all'altro, e l'altro all'vno, quale moreſſe ſenza figli legitimi e naturali da loro corpi legitimi deſcendentino, in detto caſo vuole, che in detta ſua heredità ſuccedano, o debbiano ſuccedere Berardino, alias Verdino Balzano ſuo fratello per vna terza parte, e li figli, & heredi del quondam Io. Antonio Balzano ſimilmente ſuo fratello per l'altra terza parte, con conditione però in detto caſo, che detto Berardino, alias Verdino, e detti figli,*

gli, & heredi del quondam Gio. Antonio, & Nicola debbiano ciaſcheduno per la terza parte erigere e infraſcritto monte infra declarando. Deinde ſubdit. *Item vuole eſſo teſtatore, che ſe gli predetti ſuoi figli & heredi moreſſero con figli legitimi, e naturali da loro corpi legitimè deſcendentino, e da poi detti loro figli moreſſero in pupillare etate, e dopo quandocunque ſenza figli legitimi, e naturali, da loro corpi legitimè deſcendentino, in tali caſu detta heredità d'eſſo teſtatore debbiano ſuccedere li predetti Berardino, alias Verdino ſuo fratello, e li ſopradetti figli & heredi del quondam Gioanne Antonio ſuo fratello, e li figli, & heredi del quondam Nicola Balzano, ſimilmente ſuo fratello, come ſi è detto de ſopra.* Hac poſtrema voluntate vita functo Ambroſio teſtatore, Ioſephus, & Matthias eius filij inſtituti hæreditatem æqualiter adierunt, deinde obijt Matthias tribus ex Syluia Palomba eius vxore relictis filiis, quique poſt patris funus pariter in pupillari ætate obierunt, quorum morte præſens controuerſia inſurrexit, nam Syluia ad eorum hæreditatem tanquam mater ex legali ſucceſſione vulgatis iuribus aſſerit vocari, contrà verò Ioſeph Balzano, & Claudia eius filia ex ſuprapoſitis fideicommiſſariis ſubſtitutionibus ſucceſſionem ad eos ſpectare, & iure merito opinantur. Et quamuis in contrarium totum Dominorum Aduerſariorũ ſit fundamentum, tres tantùm fuiſſe ſubſtitutionum caſus à teſtatore præſenti ſpecie expreſſos, quorum nullum Ioſephum, & Claudiam comprehendere, videlicet. Primum fuiſſe, quando aliquis ex dictis filiis inſtitutis ſine filiis decederet, quod tunc alter alteri ſuccederet, qui non aliter euenit, cùm Matthias ſuſceptis filijs obierit, ſecundum, quando vterque ſine prole decederet, collaterales ſubſtituiſſe, & huic caſui locus non fuit, dùm vtrique filios ſuſceperant. Tertium fuiſſe caſum, quod quando ipſorum Ioſephi, & Matthiæ inſtitutorum filii abſque filiis decederent, tunc iidem collaterales ſuccederent, qui nec etiam factus eſt, nam poſt mortem filiorum Matthiæ ſine filiis, Ioſephus, & Claudia ſuperſtites extiterunt. Quare inquiũt Aduerſarii, ſi in nullo expreſſarum ſubſtitutionum capite Ioſephus, & Claudia comprehenduntur, vulgato iuris axiomate repelluntur, quia ſcilicet admitti nequeunt, cùm de iis teſtator nũ dixerit, ſubſtitutio non loquatur, Bal. in l. 1. nu. 3. & in l. ad probationem, num. 2. C. de probat. & alii apud Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 351. num. 9. Attamen his non refragantibus ſecundùm veriſſimas iuris concluſiones ex duplici capite Ioſephum, & Claudiam fore ad ſucceſſionem admittendos (annuente Deo) probabimus. Primò ex interpretata, & veriſimili Ambroſii voluntate. Secundò ex tacita reciproca fideicommiſſaria ſubſtitutione inter filios Ioſephi, & Matthiæ ex innumeris coniecturis, etiam legali ſubintellecta. Quòad primum compertum eſt, in vltimis præcipuè diſpoſitionibus defuncti voluntatem prædominari, cui omnimodo parendum eſt, etiam ſi verbis expreſſis colligi non poſſit, dummodò probabilibus coniecturis dignoſci queat, ad tex. in l. in conditionibus primum locum 19. de cond. & demonſt. l. Publius 36. ff. eo. l. ſi mihi, & tibi 12. & in l. penult. ff. de leg. 1. l. cùm proponeretur 66. in fine, ff. de leg. 2, l. fideicommiſſa 11. §. item ſi quis, in fine, ff. de leg. 3. l. cum virum 16. C. de fideicom. l. hæredes mei, 67. §. cum ita, ff. ad Trebell. pulcher tex. in l. cùm delanionis 18. §. item Caccabos, verſ. optimum, ff. de fund. inſt. §. diſponat, auth. de nupt. Dec. conſ. 15. num. 2. & conſ. 37. num. 1. verſ. & in fideicommiſſis, Peregrin. de fideicom. art. 11. num. 1. D. Reg. Capyc. Galeota contro. illuſt. 50. num. 5. & ſeqq. lib. 1. Et ideò ad hanc teſtatoris voluntatem aſſequendam à verbis receditur, & ab eorum extrinſeca ſignificatione, & ad mentis tantummodò interpretationem inſudatur, dict. l. cùm delanionis 18. §. item Caccabos, ff. de fund. inſt. Bart. in l. qui duos, num. 13. & 16. ff. de reb. dub. Dec. Menoch. & alii plenè congeſti per Peregrin. dict. art. 11. ferè per totum, Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 5. num. 1. & ſeqq. & ratio eſt, quia lex non verbis, ſed rebus impoſita fuit, vt docuit Iuſtin. Imperator in l. omne verbum 2. in fine, C. comm. de legatis, & indignum eſſe ob inanem verborum obſeruationem irritas fieri tabulas, & iudicia mortuorum, ſtatuerunt Imperatores in l. quoniam indignum 15. C. de teſtam. vnde non immeritò illud Marci Tullii pro Cecinna adduci poteſt, dicentis, non ex verbis pendere debet ius, ſed verba ſeruire debent hominum conſiliis, voluntas enim prædominari debet, quæ ſi tacitis nobis intelligi poſſet verbis, non vt vteremur, ſed quia id fieri non poteſt, verba reperta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent volũtatem, poſt Dec. Tullium retulit Peregrin. dict. art. 11. num. 5. & pro coronide D. Paulus inquit, litera occidit, ſenſus autem viuificat. Quapropter in iure veriſimilis teſtatoris voluntas ſẽper attenditur, l. cùm res 49. ff. de leg. 1. l. ſi cum vel in vtero 10. C. de teſtam. mil. l. cùm auus 110 ff. de cond. & demonſt. l. cùm acutiſſimi 30. C. de fideicom. l. generaliter 6 §. cùm autem, C. de inſt. & ſubſt. quia vltima voluntas à veriſimili certam recipit interpretationem, Crau. conſ. 251 & conſ. 32. nu. 5. Afflict. dec. 44 num. 18. aliique paſſim, & idcircò inconcuſsè obſeruari debet, quod veriſimiliter teſtator diſpoſuiſſet, ſi de eo caſu cogitaſſet, vt colligitur ex celebri tex. in l. Titius 25. § Lucius Titius, ff. de lib. & poſthum. cum concord. poſt Bart. & Paul. de Caſt. tradiderunt Alex. in dict. l. Titius, §. Lucius Titius ff. de lib. & poſthum. num. 2. Iaſ. num. 8. Old. conſ. 13. in fine, ad ſaturitatem Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 19. num. 1. & ſeqq. Cancer. var. reſol. de ſubſtit. cap. 1. lib. 1. num. 62. cum duobus ſequentibus, ideoque quando teſtator ita reſpondiſſet, ſi interrogatus eſſet, haberi debet, ac ſi ita diſpoſuiſſet, ad tex. in l. tale pactum 41. §. fin. & ibi gloſſ. de pact. Soc. iun. conſ. 168. num. 9. vol. 2. diſertiſſ. doctiſſ. S. C. Præſes Viſin. de ſucceſſ. feud. par. 1. quæſt. 4. art. 4. num. 10. Eò fortiùs, quia in caſu noſtro verba non ſolùm non repugnant, nec ad mentis interpretationẽ aſſequendam ea impropriare neceſſe eſt, ad tex. in l. pater Seuerinam 10. ff. de cond. & demonſt. & ibi not. Bald. Imol. Alciat. Ceph. Socin. Corn. Dec. Crot. & alii relati per Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 3. num. 1. & ſeqq. & propriè num. 4. eo. lib. 3. tit. 19. num. 16. in fine, ſed teſtatores non expreſſæ voluntati clariſſimè opitulantur, & quod veriſimiliter, ſi hunc omiſſum ſubſtitu-

tionis gradum Ambroſius perpendiſſet, Ioſephũ eius filium, & Claudiam eius neptem expreſſiſſimè vocaſſet, nemo eſt, qui ambigere poſſit, dum videmus, poſt mortem Ioſephi & Matthiæ abſque filiis collaterales vocaſſe, immò poſt mortem filiorum Ioſephi, Matthiæ abſque filiis eoſdem collaterales admiſiſſe, eoſque in erectione montis in eius familiæ Balzanæ fauorem in perpetuum, & in infinitum deſcendentium ex maſculina linea, præcipua habita ratione grauaſſe, & dubitari (ob ſcrupuloſam verborum interpretationem) nunc poterit, propriam ſobolem excludere voluiſſe, & ad penitus extraneã, eique incognitam fœminam eius ſucceſſionem deuenire, quam tot modis in eius poſteris manere, conſeruarique mandauit. Nec obſtat aduerſæ Partis obiectio, fideicommiſſa videlicet de caſu ad caſum nec extendi debere, ad vulgat. Old. conſ. 21. & alios, quos more ſolito cumulat Fuſar. quæſt. 460. num. 1. Nam reſponderiur, regulam prædictam pluribus eſſe reſtrictam limitationibus, & præcipuè limitari. Primò, quoties in caſu omiſſo eadẽ viget ratio, ac in caſu expreſſo, & præſumpta, & verisimilis teſtatoris mens tam in vno, quam in alio æquè concurrit, quia tunc extenſionem fieri ſcripſerint Bart. in l. pater filium, §. fundum, in fi e ff. de leg. 3. Bal. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum. & ibi Ang. col. 2. verſ. fallit, Crauet. conſ. 130. n. 7. Iaſon conſ. 148. num. 10. verſ. primò moueor, & conſ. 203. num 6. vol. 2. Alex. Socin. ſen. Dec. Pariſ. Caſſan. Ceph. Rimin. iun. Menoch. Honded. Torniol. Alciat. Lud. Molin. Clar. Mantic. Graſſ. Per. Maſcar. Mignan. Canalc. Surd. & alij, quos ſequitur variis ornans ampliationibus Fuſar. de ſubſtit. dict. quæſt. 460. num. 46. & ſeqq. ante eum Peræ. de interpr. vlt. vol. fol. 151. num. 163 & ſeqq. vbi & rectè inquit, ad hanc limitationem reduci omnes alias à Doctoribus conſideratas, ſequitur ex multis idem Fuſar. quæſt. 460. num. 29. Secunda, & vltima, aliis breuitatis cauſa omiſſis eſt limitatio, quoties facta extenſione magis dilectus includeretur, prout in præſenti facti ſpecie, qua dilectiſſimi deſcendentes ad penitùs extraneæ perſonæ excluſionem admitterentur, quo caſu intrepidè concludendũ eſt, extenſionem fieri debere, Berous conſ. 102. num. 17. lib. 2. Ruin. conſ. 168. num. 19. & 20. lib. 5. Ceph. conſ. 114. num. 30. lib. 1. & conſ. 251. num 31. & conſ 152. num. 20. lib. 2. & conſ. 383. num. 13. lib. 3. Card. Mantic. de coniectur. vltim. vol. lib. 3. tit. 19. num 9. circa finem, Rimin. iun. Ruſtic. Pereg. Petra. & alij. quos ſequitur Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 438. num. 24 & dict. quæſt. 460. num. 30 Quodque deſcendentes ſunt perſonæ à teſtatore prędilectæ, habetur ex dict. l. cùm auus, ff. de cond & demonſt cum concord. & in ſpecie tradiderunt Alex. conſ. 138. num. 2. lib. 1. & in l. ex facto, § 1. col. 6. ff ad Trebell. ex multis Card Pariſ. conſ. 42. num. 28. lib. 2. Crau. Gomeſ. Alb Menoch. & alij. Ex his igitur non ſolùm probatum eſſe arbitramur quàm ſit periculoſa Aduerſariorum argumentatio, teſtator non dixit, ergo intelligi non debet, præcipuè in caſu noſtro, vbi verba non repugnant, ſed deſeruiũt, ſed etiam Ambroſij teſtatoris voluntatem in beneficium Ioſephi. & Claudiæ, iuris æquitate attenta fore interpretandam. Ad ſecundum igitur caput deuenientes, his ſuperiùs dictis etiam circunſcriptis dicimus, Clientes de Balzano ex tacita etiam reciproca ſubſtitutione abſque alia hæſitatione ad hanc filiorum Matthiæ ſucceſſionem eſſe admittendos. Pro cuius rei dilucidatione Dominos Senatores reminiſci rogamus, veram eſſe in iure concluſionem, tacitam, reciprocam, fideicommiſſariam ſubſtitutionem inter nepotes ex coniecturis induci poſſe, quamuis inter eos expreſſim à teſtatore facta non inueniatur, Zãc. in dict. l. hæredes mei §. cùm ita, num. 558. & 644. ff. ad Trebell. Pereg. conſ. 47. n. 7. conſ. 54. num. 1. lib. 1. Ceph. conſ 401. num. 28. & clariùs conſ. 478. num. 24. Burſat. conſ. 372. n. 12. lib. 4. Pereg. de fideicom. art. 13. num. 4. & 37. Caſt. Iaſ. Soc iun. Crau. Mantica, Petra. & alij apud Fuſar de ſubſtit. quæſt. 471. nu. 1. & quæſt. 472 num 2. ante ipſum Card. Mantic. de coniecturis lib. 7. tit. 5. num. 15. in fine, Intrigl. de ſubſtit. cent. 3 quæſt. 83. num. 38. nouiſſimè, & doctiſſimè D. Reg Hector Capyc. Latro in famigerata deciſione 1. num. 43. & ſeqq. Verùm antequam ad cæteras enumerandas coniecturas, quæ in fauorem Claudiæ Balzano ad inducendam tacitam reciprocam concurrunt, deueniamus, breuiter oſtendere operæpretium eſt, filios Ioſephi, & Matthiæ non ſolum poſitos fuiſſe in conditione, verùm etiam in diſpoſitione, immò expreſsè vocatos, idque erit prima huius ſecundi capitis coniectura. Et omiſſis coniecturis, quod nempe teſtator poſuit in conditione filios legitimos, & naturales, agitur inter naturales, inter inſtitutos reciprocam ſubſtitutionẽ adiecit, digreſſus fuit ad plures ſubſtitutionum gradus, plures eos in conditione poſuit, Falcidiam, & Trebellianicam prohibuit, reſpexit fauorem agnationis, maſculos fœminis præferendo in caſu erectionis montis. Quæ coniecturæ ad inducendam vocationem ſufficiunt, præter alios Maſtril. dec. 121. num. 2. cum ſeqq. & perbellè ad partes eas omnes diſcutiendo, & per S.C. approbatas fundans D. Regen. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1. num. 7. cum ſeqq. vſque ad nu. 43. & dec. 110. Dicimus vlteriùs, hoc in caſu noſtro controuerti nullo modo poſſe, tùm quia prædicti filij fuerunt expreſsè vocati, dùm Ambroſius teſtator dixit, quod in caſu, quo filij ipſorum Matthiæ, & Ioſephi morerentur (poſt ſcilicet obtentam eius ſucceſſionem) in pupillari ętate, vel quandocũq. abſque filiis legitimis, & naturalibus ex eorum corporibus legitimè deſcendentibus, eo caſu ſuccederent Berardinus, aliique eius collaterales, ex quo expreſsè vocati videntur, & quando in aliqua teſtamenti parte poſiti in conditione vocati reperirentur, tunc abſoluta pro certo eſt, Zanch. in dict. l. hæredes mei, §. cùm ita, num 774. ff. ad Trebell. Ludou. Ceph. Ruſtic. Menoch. Intrigl. & alij apud D. Reg. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1. num. 11. Tùm etiam, quia fuerunt grauati, & ideò etiam honorati dicuntur & diſpoſitiuè vocati, Bart. in l. Centurio, num. 37. ff. de vulg. Dyn. Bart. Aretin. Caſt. Soc. ſen. Crau. Capyc. Curt. Ruin. Cagnol. Corn. & alij, quos ſequitur, & refert Ruſtic. in tract. de lib. in condit. poſ. lib. 4. cap. 2. & cap. 3. n. 18. vbi hanc opinionem teſtatur eſſe communem, magiſque veritati, & teſtatoris voluntati conſonam, & ab ea nec in conſulendo, nec in

ius

ius dicendo recedendum, & ſecundùm eam multa Italiæ Collegia conſuluiſſe, eumque approbaſſe Peregr. dict. art. 11. nu. 30. vbi receptiorem eam nuncupat opinionem, & in Senatu Veneto practicari, Alex. Trentac. de ſubſtit. par. 4. cap. 11. num. 28. vbi magis communem eſſe inquit, nec ab ea recedendum, Cæſ. Barz. dec. 1. num. 4. & ſeqq. & dec. 5. num. 6. & ſeq. vbi num. 9. ait, Collegium Florentinum pro hac conſuluiſſe opinione; Farin. dec. 266. num. 16. par. 1. Raud. dec. 15. num. 255. comprobat Fuſar. centum circiter pro hac ſententia adducens Doctores dict. quæſt. 437. num. 130. & 131. in fine, vbi eam tanquam veriorem, magiſque communem, ſectatur Cancer. var. reſol. dict. cap. 11. de ſubſtit. num. 78. & 86. lib. 1. D. Reg. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1. num. 4. Ex hoc igitur, quod hi inſtitutorum filij fuerunt diſpoſitiuè, immò expreſsè vocati, clara etiam iuris in noſtra facti contingentia elicitur concluſio, quod inter eos reciprocum reſultat fideicommiſſum, id, quod quamuis ſimpliciter acceptum ſatis apud Doctores controuerſum reperiatur, vt videre eſt apud Fuſar. dict. tract. quæſt. 441. per totam, vbi Doctores vtriuſque refert ſententiæ, D. Regens Hector Capyc. Latro dict. dec. 1. num. 66. Tamen in caſu noſtro (aliis omiſſis coniecturis) quia de linea deſcendenti tractatur, filii in conditione poſiti, & vocati, atque honorati cenſentur, etiam ad inuicem ex fideicommiſſo ſubſtituti, vt ex Paul. de Caſt. in pluribus locis. Alex. Corn. Curt. Socin. ſen. Rub. Alex. Pariſ. Port. Crau. Cephal. Pancitol. & aliis fundat Peregrin. de fideicomm. art. 13. num. 38. & conſ. 55. num. 17. lib. 1. ſed clariùs in terminis ex Ruin. & Oſaſc. Cæſ. Barz. dec. 6. num. 38. & Ripa, Ruin. Socin. iunior, Gabr. Dec. Surd. Sforz. Odd. Rota Roman. apud Farin. dec. 361. num. 13. par. 1. Secunda coniectura ad inducendam tacitam reciprocam ſubſtitutionem ea eſt, quia Ambroſius teſtator plures compoſuit ſubſtitutionum gradus, quo caſu tacita reciproca ſubſtitutio inducta cenſetur, ex Dyn. Bart. Bal. Soc. ſen. Curt. iun. & Pariſ. Menochio conſ. 661. num. 1. ex Farin. Menoch. Petr. & Fuſar. D. Reg. Hector Capyc. Latro dict. dec. 1. n. 49. Tertia eſt coniectura, quia inter ipſos Ioſephum, & Matthiam filios inſtitutos expreſſa reciproca ſubſtitutio facta fuit, quo caſu inter nepotes ſecundùm iuridicam opinionem reperita cenſetur. plenè Fuſar. dict. quæſt. 472. num. 26. & clariùs quæſt. 475. num. 35. & Pereg. Dec. Sforz. Odd. Farinac. Surd. Barz. & alijs Dominus meus Regens Capyc. Latro dict. dec. 1. num. 44. ante eum Menoch. conſ. 575. num. 11. verſic. vocauit, vbi huius concluſionis claras reddit rationes, inquiens ex Craueta conſ. 98. num. 1. ita intelligi, & declarari debere egregium illud, & notabile Old. conſ. 21. Quarta eſt coniectura, quia ſi ad excluſionem Berardini, & aliorum collateralium ſubſtitutorum clientes admittentur, ne ex abſurdo ſubſtituti perſonæ minùs dilectæ ipſis filiis deſcendentibus, magiſque dilectis præferrentur, ad quod euitandum reciprocum fideicommiſſum inductum eſſe Doctores communiſſimè tradiderunt, vt innumeri apud Fuſar. dict. quæſt. 472. num. 8. & num. 98. quantò magis in caſu noſtro inducta cenſeri debet, vbi de peniùs teſtatori extraneæ perſonæ excluſione tractatur, vt ex Peregrin. Ruſtic. Barz. egregiè obſeruauit D. Reg. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1. num. 51. Quintò, & fortiſſima pro certo eſt coniectura, quando teſtator poſt filios inſtitutos dixerit, quod ipſis deſcendentibus ſine filiis, frater, & aliorum fratrum filij eſſent ſubſtituti, quo caſu quia ij filij eſſent perſonæ, quæ ex veriſimili mente teſtatoris ſubſtitutos excluderent, cenſentur inter ſe ad inuicē ſubſtituti, Soc. iun. in ſpecie conſ. 110. num. 35. verſ. & quamuis, lib. 3. allegans Socin. ſen. Curt. Hercul. & Pariſ. & num. 36. refert Iaſ. conſ. 33. lib. 1. dicentem, quod ſi pater duobus filijs inſtitutis dixerit, ſi omnes ſine filiis deceſſerint, ſubſtituo Caium, inter ipſos duos filios fideicommiſſum reciprocum inductum iudicatur, refert, & ſequitur doctiſſimus Menochius, non ſpernendus pro hac re conſ. 575. n. 9. aduocans in hanc opinionem Soc. Caſt. Crau. Alex. Gozad. & Sanc. quod ſi hoc in filijs primo gradu inſtitutis locum obtinet, quantò magis in caſu noſtro in nepotibus expreſsè vocatis, & honoratis, quorum patribus reciproca ſubſtitutio expreſſa à teſtatore facta fuit? ne vna, eademque res diuerſo iure cenſeatur, contra tex. in l. cum, qui ædes, ff. de vſucap. & ne vna determinatio plura reſpiciens determinabilia, ea impariter determinet, contra tex. in l. cauſa hoc, iure 4. ff. de vulg. in terminis Menoch. dict. conſ. 575. num. 12. verſ. vocauit, comprobat hanc incontrouerſam coniecturam ex Deciano, Magon. Ruſtic. & Fuſar. D. Reg. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1. nu. 48. Eſſent & aliæ coniecturæ, quia ſcilicet bis filii fuerunt in conditione poſiti, ex quo reciprocam ſubſtitutionem reſultare Doctores inquiunt, vt ex Gozad. Baiio. & aliis fundat D. Regens Hector Capyc. Latro dict. dec. 1. nu. 50. Prohibuit Trebellianicam, idem D. Regens dicta dec. num. 53. Adeſt clauſula omni meliori modo, idem D. Reg. vbi ſupra num. 54. Agitur inter teſtatoris deſcendentes, inter quos ex leui etiam coniectura reciprocum fideicommiſſum inducitur, Clar. Oſaſc. Barz. apud eundem Dominum omnino poſitò differentem dict. dec. 1. numer. 55. Ramon. conſ. 9. num. 29. & alij. Quas tamen, & alias nequaquam ſigillatim ponderamus, dùm legalem, & incontrouertibilem pro nobis habeamus coniecturam deductam ex celebri tex. in l. Titia Seio 89. §. Seia libertis ff. de leg. 2. cuius diſpoſitio caſum noſtrū continet, cuius requiſita in noſtra ſpecie conueniunt, quia ſcilicet ſunt plures inſtituti, & vocati, vltimo morienti facta eſt ſubſtitutio, & tertio de tota hæreditate, ex quibus tribus requiſitis inter omnes vocatos reciprocum fideicōmiſſum inductum abſque controuerſia cenſetur, vt plenè apud Fuſar. dict. quæſt. 472. num. 33. Trentac. Ioſeph. Ruſtic. Mant. Simon. de Præt. & alios apud Cauagnol. dec. 61. à num. 19. in 2. par. quem cum aliis ſequitur Ramon. d. cōſ. 9. num. 17. comprobat ex multis D. Reg. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1. num. 56. Verùm quia duo vltima requiſita, ſcilicet vltimo morienti, & in tota hæreditate in caſu noſtro adeſſe ab Aduerſariis negatur, cùm primum (ſcilicet vocatos fuiſſe) nequaquam negare poſſint, vt ex ſuperiùs dictis videre eſt) idcircò tota vis in hoc conſiſtere videtur, vt probemus, re vera hæc

quoque duo requiſita ineſſe, vt ex omni parte clientum iuſtitia eluceſcat. Ad ſecundum requiſitum, quod non ſit facta vltimo morienti, ſed tantùm poſt mortem omnium dicimus, veriſſimam eſſe ſententiam, præcipuè in linea deſcendenti idem eſſe, quod ſubſtitutio facta ſit vltimo morienti, ac poſt plurium mortem, vt probatur ex aureo textu, & notab. ſecundùm Bald. in l. codicillis 34 ff. de vſuf. leg. Oſaſc. dec. 110. num. 5 & ea Caſti. Alex. Cur. Soc. Fuſar. Pariſ. Grat An. Gabr. Trentacinq. Simon. de Pręt. & alijs fundat Barz. dec. 6. nu. 6. & re iudicata fuit approbatum, vt in eius dec. 9. in fine, Rom. dict. conſ 9. num. 18. vbi in fine conſil. ſecundùm hanc opinionem deciſum teſtatur, ea Pariſ. Alciat. Ceph. Decian. Sforz Odd. Farin. Mar. & alijs tradit D. Reg. Hect. Capyc. Latro in ſæpiùs citata deciſione 1. num. 70. 71. & ſeqq. quo loci num. 73. ex Vaſq. Simon. de Præt. Rota Romana. & alijs hoc magnopere procedere ait, quando perſona magis dilecta ſupereſt, quæ ſubſtitutum excluderet, vt in noſtra ſpecie, & demùm cùm hæc communis ſententia à Sacro noſtro Senatu fuerit nouiſſimè, & iuſtiſſimè approbata, vt apud D. Reg Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1 in fine, controuerti ampliùs equidem nequit. Tertium, & vltimum requiſitum, quod facta non ſit ſubſtitutio da tota hęreditate, ex eo deficere opinantur Aduerſarii, quia teſtator in vita tantùm filiis inſtitutis liberam diſponendi poteſtatem tribuit ibi. *Item detto teſtatore per cauſa del preſente vincolo, e ſubſtitutione per eſſe fatta nel preſente teſtamento intende, che circa lo reſtante di ſua heredità non ſia vincolato di modo nesſuno a detti ſuoi figli, & heredi, ma quella ſia in loro libera diſpoſitione in vita tantum a cauſa che li chiamati per eſſo nella ſucceſſione di ſua heredità dopo la morte di detti ſuoi figli ſenza figli legitimi come di ſopra ſuccedano in quello, che ſi trouerà in detta heredità in detto caſo*, fol. 295. à tergo, ita, &c. Cui obiectioni multipliciter reſpondemus, & primò, liberam diſponendi poteſtatem in vita tantùm tributam fuiſſe, ſecùs in morte, nos autem hic de actibus vltimæ voluntatis agere, & motus teſtator fuit, ne filii, quia mercatorea negotiati in vita impedirentur, id, quod etiam ſucceſſorum fauorem reſpiciebat. Secundò dicimus, liberam diſponendi poteſtatem in vita tantùm filiis inſtitutis conceſſam fuiſſe, nunc verò de nepotum hæreditate agimus, quibus nulla diſponendi facultas data fuit, ſed in tota hęreditate grauati, ſicque ad eos trahi non debet, l. non ſolùm, §. tale, ff. de lib. leg. ex multis tradit Barboſ. de diction. & clauſ. dict. 347. nu. 7. Tertiò dicimus, totam rationem tex. in d. §. Seia libertis non conſiſtere, vt tota quoad omnes partes ſit hæreditas reſtituenda, cùm ibi non de hæreditate, ſed de particulari quodam fundo duntaxat tractetur, quique hæreditatem non conſtituebat, ſed quoddam tantummodò legatum, vt ibi Seia libertis fundum legauit, vt ibi gloſ. ſed vim in eo Paulum I.C. feciſſe, quoniã vltimus, quis reſtituere fundum ſubſtituto debebat, & proinde in neceſſarium antecedens perneceſſe erat, vt collegatario in eius portionem priùs ſuccederet, arg. l. denq. §. interdũ, ff de pecul leg. idque nonniſi ea tacita ſubſtitutione reciproca à lege ſubintellecta, vt ſubtiliter docent Bal. & Paul. de Caſtr. non ſolùm portionẽ ſuam, ſed partem à collegatario, ſiue cohærede obtentam reſtitueret, quare cùm in caſu noſtro notum, quod vltimus ſuperſtes habuiſſet tam ſuę portionis, quam portionis ſibi à cohærede obuentæ ſubſtituto reſtituere eſſet aſtrictus, tea. diſpoſitionem adimpletam eſſe putamus. Eo magis, quod in caſu noſtro de tota hæreditate facta eſt ſubſtitutio, vt in eodem capitulo colligitur ibi. *nella ſucceſſione di ſua heredità* dicto fol. 295. à tergo, &c. & in fine capitul., fol. 56. in principio, *detta ſua heredità*. Ex quo duo colliguntur concluſiones. Prima eſt, quod quando de hæreditate, vel mea hæreditate facta eſt ſubſtitutio, idem eſt ac ſi de tota hęreditate facta fuiſſet, Socin iun. in l. hæredes mei, §. cùm ita, num. 18. verſ. putarem tamen, ff. ad Trebell. & in conſ. 110. num. 31. & 32. lib. 3. Peregrin de fideicom. art. 13. num. 10. Card. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 12. verſ. tatendum, Barz. deciſ. 5. num. 47. 51 & 54. & ita in illa cauſa deciſum aſſerit dec. 9. in fine. prout per S. C. hæc ſententia quoque probata fuit, vt apud D. Reg. Hect. Capyc. Latro dict. dec. 1. qui rationem reddit, quia ſufficit, quod per æquipollens de tota hęreditate facta ſit ſubſtitutio, dict dec 1. numer. 75. Secunda eſt concluſio, quia ibi dicitur, *detta heredità*, quo caſu quia dictio illa *detta* ad hæreditatem teſtatoris primo loco relatam eſt relatiua, de tota etiam hæreditate ſubſtitutio intelligitur, ea Curt. iun. Socin. Petra. Imol. Dec. Menoch. & aliis Peregrin. conſ. 62. num. 14. lib. 1. alios refert Fuſar. dict. queſt. 472. nu 62. Quarto, & vltimò, vt omnes tollantur amaritudines, quia adhùc eis non eſſe ſatisfactum dicere fortaſſis poſſent Aduerſarii, cùm reſiduum hæreditatis ad vocatos in eo caſu reſtituendum eſſe, non totam hęreditatem dixerit teſtator ibi, *che circa lo reſtante di ſua heredità*, & deinde *quello ſi trouarà in detta mia heredità*, in terminis adducimus, quod quando in reſiduo facta eſt ſubſtitutio, idem omnino æſtimari debet, ac ſi in tota hæreditate facta fuiſſet. l. cæterorum 160. ff. de verb. ſign. ſ vbi Alciat. id declarauit contingere ex propria nominis ſignificatione, l. quod ſi Mæuius 80. vbi gloſſ. ff. da hæred. inſt. l. 2 tex. aptiſſimus, C. de hęred. inſtit. ibi, nam reſidui commemoratio etiam totum admittit, & ex dict. tex. magiſtraliter Bart. in l Centurio, num. 42. ff. de vulg ſubſt. Alexand. d. conſ. 26. num. 1. & 2. lib. 4. Berons, & ibi Iaſ. pleniſſimè conſ. 119. num 13. lib. 2. Comenſ. conſ. 115. Paul. de Caſt. conſ. 400. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 9. num 6. & conſ 55 num. 1. & 2. lib. 1. And in cap. 1. §. præterea, in fine, quę ſit prima cauſ. benef. amitt. quem refert, & ſequitur Anna alleg. 50. num. 20. Pięt. de interpr. fol. 324. num. 19. Fuſar. de fideicom. alios referens dict. cap. 472. nu. 70. & 71. Surd. dec. 65. num. 3 & 4. vbi ex Ruin. inquit, hoc eſſe propriè, non itidè, nec per legis interpretationem, denique Paneitol. qui non ſolùm loquitur in terminis, §. Seia libertis, prout Bero. Comẽſ. Peregr Fuſar. & alii, ſed in caſu fere noſtro ſimiliſimo conſ 155. num. 9. Quapropter hac vltima reſoluta obiectione, vel inuitos aduerſarios fateri oportet cuncta requiſita §. Seia libertis in caſu noſtro adeſſe, atque ideò tum ex interpretata, & audenter veriſimili teſtatoris

ſtatoris mente, tum ex reciproca fideicommiſſaria ſubſtitutione tot neceſſariò concludentibus coniecturis fulcita, & per S.C. demùm oculatiſſimè approbatis, vt in Auriga noſtræ allegationis dec. 1. Domini mei Regentis Hectoris Capycij Latro ex omni capite clientes de Balzano ad ſucceſſionem filiorum Matthiæ Balzano nepotum quondam Ambroſij teſtatoris fore admittendos ſperamus, cęterùm Dominorum Senatorum ſuppleant æquitas, & ſapientia, &c. Die 2. Nouembris 1640. Io. Hieronymus de Philippis. Fuit deciſum ſecundùm allegata, & eſt noua, & magna deciſio, nam facto verbo in S.C. ad relationem eximij Conſiliar. D. Andreæ Prouenzulis, pleniùs diſcuſſo negotio, cum interuentu Dominorum Conſiliariorum D. Franciſci Saurj, D. Didaci Mindiettæ, D. Thomæ de Franchis, D. Hectoris Capycij Latro fuit dictũ, mediante ſententia declaramus, bona remanſa in hæreditate quondam Ambroſij Balzani vigore ſubſtitutionis, ſeù fideicommiſſi facti per dictum quondam Ambroſium Balzanum in eius teſtamento confecto ſub die 8. Febr. 1619. ſpectauiſſe, & ſpectare ad ſupradictam quondã Claudiam Balzano, & ſucceſſiuè ad Antonium Piſanum eius filium, & hæredem vnà cum fructibus, excluſa tamen ſupradicta Syluia Palomba, & proinde dictum Antonium Piſanum immittendum eſſe, & immitti debere, proùt præſenti noſtra diffinitiua ſententia immittimus in poſſeſſionem bonorum prædictorum ex cauſis in proceſſu deductis, & in dicto S.C. diſcuſſis, die 26. Nouembris 1640. fol. 437. in proceſſu Ioſeph Balzani cum Syluia Palomba, Bottellus Act. Mag. pro Cioffo.

Subſtitutus in officio ab aliquo Officiali, qui fideiuſſorem in forma præſtiterat, an cautionem præſtare compellatur, iudicatum fuit per Magnam Curiã Vic. affirmatiuè die 9. Apr. 1567. in cauſa Hieronymi de Paſcale, refert Nouarius in Pragmat. 2. collectan. 3. num. 7. in fine, de administrator, &c.

Subſtitutus per fideicommiſſum conſtitutum ſub duabus conditionibus alternatiuis, nempe ſi hæres inſtitutus ſine liberis, vel ab inteſtato quandocunque deceſſerit, ad hoc vt habeat locum, an vt omnes copulatiuè deficiant neceſſe ſit, vel ipſa alternatiua poſita cum alijs conditionibus reſoluatur in coniunctiuam, ex quo in facto liquebat, ſpectare medietatem bonorum antiquorum in diſtrictu ad ſororem defuncti, dicebatur ex parte ſua ad excluſionem ſubſtitutorum, alternatiuam poſitam cum tali conditione, ſi ſine filijs deceſſerit reſolui in coniunctiuam, & hanc partem ſequutũ fuit S.C. ita decidendo, vt refert D. Regens Sanfelicius deciſ. 198.

Subſtitutus in teſtamento alicui inſtituto, cui eius deſcendentes ſubſtituerat, & eis alter ſubſtituit, ſi poſteà teſtator inſtitutionem prædictam reuocauerit, & per alium codicillum confirmauerit dictam inſtitutionem factam in teſtamento, & demùm dùm voluerat teſtator aliud teſtamentum condere, ſed morte præuentus ſtipulari non potuit, debeat nè conſecuari in poſſeſſione bonorum, vel ſaltim immitti in poſſeſſionem illorum, hoc contingit diſcuti in S.C. in cauſa D. Hectoris Ravaſchetti Principis Satriani, pro quo in iure allegauit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controuerſ. iuris tom. 1. controuerſ. 34. ac etiam Eminentiſſ. Card. Mantica, vt ibi oſtẽditur in ſeq. controu. 35. tandem in controuer. 36. in calce inquit, diſcuſſa cauſa in S.C. referente Conſiliario Pomponio Saluo, iunctis Aulis, cum interuentu decem Votantium, menſe Iunij anni 1613. fuit datus terminus in cauſa, & interim conſeruatus D. Princeps in poſſeſſione, & iterum tandem confirmauit decretum in contr. 38.

Succeſſor in feudis an teneatur contribuere in oneribus pro rata bonorum cum hærede in allodio, vbicunque non conſtet legitimè de expreſſa mente teſtatoris, velle ipſum eximere ab onere contributionis, deciſum fuit per Collaterale Conſilium, feudatarium ſucceſſorem teneri ad contribuendum in ſolutione omnium onerum hæreditariorum, ac etiã legatorum defuncti, pro rata tamen bonorum hæreditariorum, præter particularia onera, & legata vnicuique ipſorum iniuncta per defunctum, Dominus Reg. Fab. Capyc. Galeota lib. 2. controu. 25. num. 35.

Suſpectus an poſſit allegari Prorex Regni, Muta in Pragm. Sicil. tit 4. num. 36. affirmatiuè concludit, poſſe allegari ſuſpectum coram D. Rege, vt refert, multoties fuiſſe practicatum in Regno Siciliæ, & nunc in hoc Regno idem fuit practicatum in cauſa Ill. Comitis Conuerſani cum Excellentiſſimo Duce Medinæ de las Torres ob lites vertentes inter ipſum Comitem cum Excellentiſſ. Domina D. Anna Carrafa Principiſſa Hoſtiliani vxore eiuſdem Excellentiſſimi Ducis Proregis, & iuſſum per Suam Maieſtatem, ne procederet in eius cauſis durante eius adminiſtratione. Vide ſupra in verbo Prorex, & ſpecificè attingit Viſcont. in ſuis concluſ. verb. ſuſpitio.

Suſpectus an reddatur Iudex, qui exiſtimat ſe cõiunctum, quamuis non ſit, deciſum fuit affirmatiuè, ita Dominus Regens Sanfelicius deciſ. 224.

Suſpectus an ſit Aduocatus, ſeù Iudex in eadem cauſa conſimili, pro qua aduocauerat, ſeù iudicauerat, relata fuit deciſio ſuprà in verbo Aduocatus.

Suſpectus an poſſit Iudex allegari ob inconfidentiam, relata fuit deciſio ſuprà in verbo Iudex.

Suſpectus Iudex an dicatur proferens verba contumelioſa, vel comminatoria, fuit relata deciſio ſup. verb. Iudex.

Suſpectus Iudex allegatus, qui in ſua depoſitione negauit, an poſſit abſque termino recuſari, relata fuit deciſio ſup. verb. Iudex.

Suſpectus Iudex an poſſit allegari ab Vniuerſitate ex cauſa inimicitiæ, deciſio patet ſuprà verb. Iudex.

Suſpectus Iudex an erit, qui eſt Iudex Aduerſarii in alia cauſa, & in alia ſua cauſa ipſe illius Iudex, relata fuit deciſio ſup. verb. Iudex.

Suſpectus Iudex an erit, ſi lis verteret coram eo de patre eius, quem leuauerat in Baptiſmo, relata fuit deciſio ſup. verb. Iudex.

Suſpectus Iudex an erit, ſi ipſe vtrique Parti erit coniunctos ratione coniunctionis ſpiritualis, relata fuit deciſio ſup. verb. Iudex.

Suſpectus

Digitized by Google

Suſpectus Iudex an reddi poſſit ob grauamen illatum in alia cauſa, vide deciſionem ſup. verb. Iudex.

Suſpectus Iudex an ſe reddat, cùm credit, eſſe delegatum cauſæ, & non erat, ſe ingerendo in cauſa, & tranſigendo cum Parte, altera verò Parte prætermiſſa, permittendo inſtrumentum celebrare, & alia permittere. Hoc accidit controuerti in cauſa Gubernatorum Eccleſiæ Sanctæ Annæ Ciuitatis Gaetæ, dum Ioannes Carolus Gaetanus tunc Electus dictæ Ciuitatis debitor in ducatis 2000. in circa pro tertiis decurſis annuorum ducatorum 313. obtuliſſet Domino Regenti N. ducatos 2200. capitalis vigore inſtrumenti, quos ſibi debebat dicta Ciuitas pro extinctione nedùm dictorum ducatorum 2000. tertiatum, ſed pro concurrenti ſumma ſortis principalis, quinimmò præfatus Dominus Regens Partis officium aſſumendo, recipiendo oblationem fuit ſtipulatum inſtrumentum, inſciis Gubernatoribus prædictis, de quo conquæſti, fuit declaratum inſtrumentum nullũ, & iuſſum, vt ipſa quantitas venderetur in damnum dicti debitoris, vt ſatisficiet dictæ Eccleſiæ, quæ poſt annum litis cùm fuiſſet vendita, præuio appretio, pro ducatis 1050, noluit præfatus N. compellere emptores ad ſoluendum pretium, ex quibus reddi videbatur ſuſpectus, dùm nimis fauerat Aduerſario, cap. accedens, il ſecondo, vt lite non conteſtata, cum aliis adductis per Auffer. in tract. de recuſar. verſ. 8. quando Iudex nimis, Maranta in eius ſpecul. par. 6. rub. & quandoque appellatur, num. 43. Hinc Iudex ſi de alio ſe intromittit, quàm ſit ei ordinatum, dicitur excedere, Fõtan. dec. Cathal. 183. num. 17. & conſequenter ſuſpectus redderetur. Quo fit, vt Iudex ſemel iniuſtus detectus, præſumitur futurus peior, idem Fontanel. deciſ. 16. num. 15. Vltra quod dubitabatur de eius delegatione, eapropter de omnibus conquæſti præfati Gubernatores preces porrexerunt Excellentiſſimo Proregi, hæc omnia denunciando, fuit per ipſum Dominum Proregem mandatum, quod Collaterale Conſilium de iuſtitia prouideret, die 18. Octobris 1642. inde per idem Collaterale Conſilium prouiſum, præuio mandato Spectabilis Regentis Domini Axcor, quod Spectabilis Regens Collateralis Conſilii D. Sanfelicius de ſupplicatis ſe informet, & prouideat, ſub die 24. Octobris 1642. & per eundem Dominum Regentem Sanfelicium, auditis prædictis mandauit Sacro Regio Conſilio, vt in prædicta cauſa procederet, & de iuſtitia prouideret, ſub die 6. Nouemb. 1642. apud Steph. de Giorno.

Suſpectus Iudex recuſari an poſſit prætextu cauſæ inimicitiæ cauſatæ ex verbis conſanguinei litigantis, qualiter contraxerat crimen bataptaiſe, ex quo infamia reſultauerat ipſi Iudici, qui declarauerat, nolle commorari in Terra litigantium ex cauſa inimicitiæ, non tamen exprimendo cauſam, fuit per Sacrum Conſilium deciſum, quod vti ſuſpectus non interueniat in cauſa, ita probat D. Reg. Hect. Capyc. Latro cõſult. ...

Suſpectus an erit Baro petens, remitti cauſam ſui vaſalli inquiſiti, ſi interrogauerit de perſona in captura informationis, interrogando teſtes, hoc contingit tam in M.C.V. quàm in S.C. diſceptari in cauſa Scipionis Piconi inquiſiti de ſtupro, in cuius capturę informatione Baro Caſapurzanæ interuenerat, præſentialiter interrogando teſtes, vltra quod alium conſocium carceratum permittebat vacare per Terram, & facta diligẽtia per Commiſſarium M.C. in carceribus non fuit repertus, & licet per ipſum Baronem fuiſſet petita remiſſio ad eius Curiam, dicebatur, omnino eſſe concedendam, ſuppoſito, quod Barones dicuntur Reges in ſuis Terris inueſtitis, Capiblanc. in Prag. 8. par. 1. num. 68. de Baronibus. Immò etiam Barones in eorum Terris ſunt iuſtitiarij, idemque poſſunt, quod Imperator in ſuo Regno, Carau. in ritu 49. num. 9. Maſtril. de Magiſtratibus lib. 4. cap. 16. num. 103. Succeſſiuè etiam dicuntur Officiales perpetui Conſiliarii Regis, idem Capiblanc. in rub. de Baronibus, num. 56. Maſtrill. de Magiſt. lib. 4. cap. 5. numer. 12. Et demùm dicitur perpetuus Iudex vaſallorum, idem Capiblanc. in Pragm. 5. num. 149. eo. titul. Regens de Ponte conſ. 105. num. 6. Maſtril. vbi ſuprà, num. 37. Reg. de Ponte de poteſt. Proregis tit. de prouiſ. fieri ſolit. §. 1. num. 1. Borrel. de Magiſt. edict. lib. 4. cap. 9. num. 11. Adeò quod cùm ſit proprium Iudicis precipuè informationes capere pro delictis contra ſubditos, Foller. in eius praxi criminali, rub. capiat informationem, num. 27. Eò magis, quia ſi bene ipſi Barones nõ iudicant, vt infra dicetur, adhùc tamen pro eorum intereſſe poterunt aſſiſtere, & interuenire in talibus actibus. Et demũ, quia in primis cauſis Baronum Rex ſe intromittere non poteſt, Reg. Lanar. in conſ. 52. num. 5. Eò quia Barones habent iuriſdictionem priuatiuè quoad Regem, Additio ad Annam ſing. 631. Maſtrill. dict. tractat. lib. 4. cap. 15. & cap. 17. num. 108. Ex aduerſo autem replicabatur, omnia allegata eſſe verè, verùm quia Barones ipſi licèt habeant iuriſdictionem iure proprio, idem Reg. Lanar. conſ. 5. num. 3. ſicque proprietatem iuſtitiæ, & eorum iuriſdictio habet proprias radices, Palma in ſua praxi par. 2. gloſ. 15. num. 54. Attamen illam exercere non poſſunt in vaſallos, & ſic ipſi habent iuriſdictionem, non in adminiſtrationem, ſed in dominium, ideò tenentur demandare, vt adminiſtretur per ſuos Officiales, idem Capibl. in dict. Pragm. 8. par. 1. num. 69. & ſic ipſi nequeunt in Regno exercere iuriſdictionem cõtentioſam intra, nec extra Territorium per ſe, ſed per ſuos tantùm Officiales, Idem in 2. tomo de Baron. cap. 29. num. 11. Taliter quod Baro nequiret per Locumtenentem officia exercere, ſed ordinarium conſtituere debet Officialem per annum, idem Capiblanc. dict. tom. 2. cap. 18. num. 1. Ad quos ſiquidem Officiales ab ipſis Baronibus conſtitutos ſpectat adminiſtratio iuſtitiæ, ita & taliter, quod non poterit Baro mandare decernendo, vt ſic fiat, vel non fiat in actibus iuſtitiæ, Capiblanc. dict. Pragm. 8. par. 1. nu. 258. Et ampliùs Barones non poſſunt interuenire in capiendis Informationibus, & torturis, idem Capiblanc in Pragm. 3. num. 124. eo. titul. Quocirca dùm ipſe Baro interuenerat in captura informationis, interrogando teſtes, reddebatur ſuſpectus, non ſolùm ex hoc, ſed etiam ex excarceratione alterius conſocii. Hinc eſt, quod ſuſpecto Barone, ſuſpecta erat etiam eius

Curia

Digitized by Google

Curia,& Officiales,idem Capiblanc. in Pragm. 1. num. 166. de Baron. & Pragm. 16. num. 77. Maſtril.de Magiſt.lib.4.cap.17.num.82.Et cùm fuiſſet per M.C.V.deciſum, vt cauſa remaneret in ea,oppoſita,ac petita remiſſione non obſtante, tandem introducta cauſa appellationis in S.C.& commiſſa doctiſſ.Reg. Conſil. D.Gaſpari Soto, facta per eum relatione in eodem S.C. die 20.Octob.1644.fuit confirmatum decretum ipſius M.C.penès Secret.in Banca Figliolæ.

Suſpitio allegata in cauſa vertente, an poſſit pendente ipſo termino ad conficiendum inuentarium per hæredem admitti,& determinari, deciſum fuit affirmatiuè ex diuerſitate cauſarum, in cauſa Pauli,Baptiſtæ,Franciſci Groſſoglietti, refert D.Reg. Sanfel. dec.81.in fine,la prima.

Suſpitio vt militet requirit expreſſionem cauſæ recuſationis, & depoſitum pro pœna, quæ eſt impoſita in caſu,quo ſuſpitio non militat, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, an procedat in recuſatione Secretarii Collateralis Conſilij,& Scribę à Mandatis,& Cancellarii, vt admittatur ſolo iuramento recuſari,deciſũ fuit per Collaterale Conſilium,quod contra tales non admittatur recuſatio ſine cauſa, prout deciſum, & obſeruatum in Actuariis Sacri Conſilii refert D.Reg.Sanfelicius dec. 282.

Suſpitio an militet in perſonam Officialis compatris patris conuenti, addita etiam maxima amicitia inter eos, hoc contingit hæſitari in perſonam Spectabilis Præſidis S.C. qui cùm eſſet Compater Ducis Acheruntiæ, cuius filius conuentus fuerat in S.C. Fuit ex parte Ducis S. Angeli Faſanellæ ſupplicatum Suæ Excellentię,vt ſtante cauſa ſuſpitionis prædictæ mãdaret, ne interueniret in cauſa prædicta, ob quod fuit iuſſum per Collaterale Conſilium,vt memoriale oſtenderetur eidem Spectabili Pręſidi,quare pro reſolutione altercationis prædictæ aliqua iuris documenta duxi ponderanda, nam citra dubium Doctores probauerunt,quãdo Iudex eſſet compater alterius Partis, locus erit recuſationi,ſecundùm Imol.in cap.prudentiam, de offic.deleg. Iaſ. in l.apertiſſimi, col. 3. in princ. C.de iudic.quos probat Maran.in eius ſpec. par. 6.rub.& quandoque appellatur,num. 71.per gloſ.in cap.cùm I.& A.de re iudic. vltra eos Dec.in cap.cum ſpeciali, num.6. de appell. quem citat Maſcard.de probat.concluſ. 332. n, 16.Tiraq.in tract.de pœnis cauſa 21. num. 5. 6, & ſeqq.Aeneas de Falco.in cap. cauſam, de iudic.quem citat Rebuff.ad Conſt. Galliæ in tractat.de recuſat.artic.9.gloſſ.vnica, num. 29. vbi ſubdit, quod hodie ob hoc non recuſaretur Iudex,niſi aliud acciderit,videlicet magna familiaritas,aut quid aliud, vt docet Auffer, in tract.de recuſat. verſ.35. dicens, ſic fuiſſe per Senatum declaratum,etenim ſuſpitio in perſonam Iudicis ex capite amicitiæ eſt vtique in iure conſiderabilis,vt inquit Regens Rouitus in dec.80.num.4. & non ab re Iudex propter magnam amicitiam poterit recuſari, vt ex pluribus oſtendit Carol. de Graſſis in tractatu de effect.amic.num.63. prout hæc iunctim concurrere videbantur in perſonam eiuſdem Præſidis. Nihilominus etiam citra talem amicitiam ſola compaternitas ſufficiens erit ad recuſandum Iudicem ſuſpectum, ex adductis per Mutam in Pragmat. Sicil.tit.4.num.53.vbi aſſerit ſic pluries deciſum per illum Senatum. & per Reg.Sanfelic.dec.81.Nec proinde officit, quod dictus Dominus Præſidens ſit compater dicti Domini Ducis Acheruntiæ patris conuenti litigantis, nam de iure pater,& filius ſunt vna, eademque perſona,§.atque,vbi Bart.num. 1.Inſtit.de fiduc.tut.& idem Bart. in l. ſi quis duobus,num.2.C.de impub.& aliis ſubſtitut.neque obſtabit,quod iſte filius ſit lite pendente emancipatus,licet ad aliũ finẽ, ex quo talis filius emãcipatus,donec pater viuit, non cenſetur perfectè liberatus,idem Bart.in l.fideicommiſſa, §. ſicut,num.2.ff.de leg.3. cùm naturalia nequeant immutari,dùm ſunt immutabilia,ad tex.in §.ſed naturalia,Inſt.de iure nat. gent. & ciuil. hinc pater,& filius pares ſunt,Bal.in auth. naturales, num.2.C.de natur.lib.Surd.de alim.tit.1. quæſt. 49.num.9.Quo fit,vt quemadmodùm vir, & vxor ſint duo in carne vna,Geneſ.2. cap. lex 27. quæſt.2.compaternitas contracta per virum extenditur ad eius vxorem iam cognitam, Abb.in cap.Martinus,num.6.de cogn.ſpirit. Sic etiam cognatio ipſa ſpiritualis deſcendit de patre in filium, ſed non deſcendit de filio ad patrem, idem Abb.in c.1.n.4.eo.tit.& ita fuit executum.

Suſpitio propoſita ab aliqua Partium contra Scribam cauſę actitantem,an redundet in perſonam Actorum Magiſtri, vt cauſa ab eo actitari debeat,vel non, aut ab alio Scriba eiuſdem Bancæ, hoc quotidie ventilatur in Tribunalibus, quoniam dato ſuſpecto Scriba cauſæ,mandatur per Pręſidem S.C.Magiſtris Actorum,vt de alio prouideant,& ſic per Regentem M.C.Actorum Magiſtris ipſius,eapropter ſi Magiſter Actorum in capite fuerit allegatus ſuſpectus, proculdubio omnes Scribę erunt ſuſpecti, quemadmodum in conſimilibus Doctores annuunt,vt in Prorege ſuſpecto, quod ſit ſuſpectum totum Conſilium, ex Giurb.dec.27,num.9. probat Coſta in conſ.85.num.36.Anton.de Balliis in tract. crim.lib.5.in Pragm.Regni,rub.de recuſat.Iud. num.27,& 32.Muta in Pragm. Sicil. tit.4. num, 30,vbi num.55.refert, quod ſuſpecto Prætore, tota familia erit ſuſpecta,ſic de Capite Collegii ſit totum Collegium ſuſpectum, Viſcont.in ſuis concluſionibus,verb. Suſpitio, vbi alia ſimilia collexit,Muta in Pragm. Sicil.tit.4. num, 31. & ſic de Barone ſuſpecto,vt etiam tota ſua Curia ſuſpecta redditur,Capiblanc.de Baron. Prag. 3. num. 165.Maſtrill.de Magiſt.lib.4.cap.17, num. 82.Non tamen è contra,& propterea dato,quod omnes Scribæ eiuſdem Bancæ erint ſuſpecti, non tamen erit ſuſpectus Actuarius, quin non poſſit actitare cauſam,& ita fuit iudicatum in M.C.V.in cauſa Angeli Bandini cum Ioanne Terra Lauore ſuper ſuſpitione allegata contra Scribam cauſæ, & interpoſitum decretum huiuſmodi,&c.Die 15.Ianuarii 1642.Neap.Facto verb.&c.Per M.C. V.viſa ſupplicatione folio 1. prouiſum, & decretum eſt, quod Scriba de Simeone non ſe intromittat in præſenti cauſa ſub pœna falſi, & interim donec aliter fuerit prouiſum actitetur per Actuarium Grillum, Hoc ſuum,&c.D.Coppula,Miconus,in Banca Stephani Grilli.

Suſpitio contra Iudicem quando eſſet notoria,an probari, & allegari formiter poſſit iuxta formã

Regiæ

Regiæ Pragmaticæ 1. de ſuſpit. Offic. videtur ita diſcudum, poſtquàm nedùm allegaṇda, ſed probanda erit cauſa recuſationis, vt inquit Rebuff. ad Conſt. Galliæ, tit. de recuſat. gloſſ. 3. num. 3. cum aliis apud Farinac. In repert. Iudic. quæſt. 42. num. 17. Et quomodo probetur, an per iuramentum tantum, vt eſt diſpoſitum de iure ciuili, l. apertiſſimi, C. de iudic. Rebuff. dict. titul. art. 9. gloſſ. vnica, num. 2. Carpan. ad Conſt. Mediolan. cap. 23. num. 61. tom. 1. ſed tamen ibi Rebuff. num. 4. inquit, quod verè debent probari cauſæ recuſationis, & non per iuramentum, ex Serafin. de priuil. iuramenti, priuil. 17. numer. 14. notat Mancin. in tract. de iuram. pàr. 4. effectu 131. Eò magis exiſtente dicta Pragmatica rigoroſa, lex enim quamuis dura erit ſeruanda, l. proſpexit, ff. qui, vel à quibus, cum aliis apud Barboſ. in libello Principia iuris, lit. L. num. 23. hinc notabiliter ad noſtrum propoſitũ inquit, ſtante Cap. huius Regni, incip. Item ſi contingat, diſponente, quod cùm fuerit allegata ſuſpitio, intimari debet Logotheræ, ſeù Prothonotario Regni, qui debet in ea procedere, vbi quærit, an ſuſpitio erit notoria, erit ſeruanda forma dict. Cap. & reſpondet affirmatiuè. Nihilominùs contrarium dixit eſſe verum. ex Abb. poſt Io. And. in cap. accedens, il primo, vt lite non conteſt. vbi Felin. & Lap. alleg. 1. eundem citat, ſequendo Carpan. vbi ſup. num. 62. quocirca in cauſa Vincentii de Sarno cum Regio Conſiliario Scipione Theodoro, qui erant creditores Marchionis Mariliani, & dictus Conſiliarius erat graduatus, licèt poſterior Sarni, & tempore, quo erat Aduocatus, inde effecto Conſiliario causã prędictã ei contingit determinare, vnde contingit difficultati, ſi poterat interuenire, dũ per allegationem ſuſpitionis debebat formiter fieri iuxta dictam Pragmaticam, proùt D. Præſes Vrſinus decreuerat, & confirmatum per D. Regentem Sanſelicium, ſed interpoſita reclamatione facta, inde per D. Præſidem Andream Marcheſium relatione in Collaterali Conſilio fuit dictum, ꝙ S. C. iuſtitiã faceret, & proinde fuit datus alius Commiſſarius Don Franciſcus Merlinus, ex eo, quia ſuſpitio erat notoria, & non indigebat probatione, ſtante graduatione creditorum, inter quos connumeratus erat præfatus D. Conſiliarius Theodorus, in Banca Figliolæ, vt ex actis penès Grimaldum Cancellarium, de anno 1643. quibus accedunt reportata per eundem Farin. vbi ſup. num. 32. quod in notoriis Iudex recuſetur vt ſuſpectus, vbi id declarat, quomodo procedit.

Suſpitio quando eſſet notoria an proponi poſſit extra tempus præfixum à Regia Pragmatica, & ſi ipſa dum loquitur de Aduocato, locum habeat in Conſultore. Hoc accidit controuerti in ſuſpitione propoſita contra Regium Conſiliarium Marcum Antonium Cioffum, qui in cauſa vertente inter Martinum de Ateilza, cum Gaſpare de Ateilza, & Anna Maria de Santis, ſe examinauerat vti mediator in tranſactione inter eos habita, & conſilium adhibuit, fuerunt ſequentia in iure allegata per peritiſſimum Iuriſconſultum Honofrium de Palma ſtrenuum Aduocatum Neapolitanum, videlicet. Rebus ſic ſtantibus cauſa prædicta fuit commiſſa per viam appellationis dicto Domino Conſiliario Varela à decreto inquiſitionis obtento per dictũ Gaſparam reſpectu bonorum ſtabilium, & annuorum introituum, eaque cauſa exiſtente in dicta Aula, ſuperuenit dictus D. Conſiliar. Cioffus, qui cùm tempore relationis dictę cauſæ noluerit ſe abſtinere, dictus Martinus allegauit eius ſuſpicionem in Aula, & effectualiter fecit depoſitum, & capita propoſuit. Inter quæ præcipuum fundatur nedùm in aduocatione, & conſultatione capitulorum, & aſſertę donationis in dictis capitulis inſertæ, ſed etiam in dicta depoſitione, & certum eſt de iure, Iudicem non poſſe eſſe teſtem in cauſa, in qua iudicare debet, & hoc propter præſumptam affectionem, ac quia abſurdum eſt, quod quis in cauſa duplici officio fungatur, ſcilicet Iudicis, & Teſtis, vt benè aduertit Farinac. de teſtib. tit. de oppoſit. contra perſonas teſtium, quæſt. 60. num. 89. idem Farin. par. 2. fragmentorum crimin. num. 795. folio 98. vbi dicit, Iudicem recuſari ſuſpectum, ſi fuit deputatus in cauſa, in qua aliàs teſtimonium dixit, vbi plures congerit Doctores, quos breuitatis cauſa omitto. Proùt nec poſſe Iudicis officio fungi in eadem cauſa illum, qui fuit priùs Aduocatus, per tex. in l. fin. in principio, & in fine, C. de Aſſeſſor. l. quiſquis, C. de poſtul. cuius concluſionis tres adducuntur rationes. Prima, quia duo officia in eadem cauſa prohibentur exerceri, & hoc deducitur ex l. quiſquis, C. de poſtul. Secunda, quæ deducitur ex l. fin. C. de Aſſeſſor. quia Iudex affectionis, vel aduocationis memor incorrupti Iudicis non poteſt tamen proferre. Tertia, quia aut ipſe Iudex contra ſuam opinionem ſententiam profert, & ſe iniuſtum, & calumnioſum Aduocatum fuiſſe fateri debet, aut ſuam ſequendo ſententiam, & tunc paſſionis, & affectionis ſuſpectum ſe reddit, & nouiſſimè Reg. Tap. dec. 40. Sac. Conſ. allegans Partitam Hiſpaniæ Regis Alphonſi IX. ad propoſitum mirabilem. Quæ cauſa eſt adeo zelotypa, vt nedùm remoueatur Iudex, quando ipſemet fuit Aduocatus, vt in dict. Pragm. 15. n. 18. de ſuſp. offic. verùm etiam prohibetur iudicare in cauſis, in quibus ſunt Aduocati eorũ fratres, filij, vel nepotes, vt in Pragm. 6. eod. tit. Neque obſtat, non durare de tempore ad illam proponendam. Quamuis enim in Pragm. 15. nu. 6. incip. Che le Parti, in noua compilatione illã proponi diſponat infra 40. dies à die intimationis primæ petitionis, reſtringẽdo, ac reformã in Pragm. 7. qua diſponebatur, poſſe proponi vſq; ad concluſionem incluſiuè. Reſpondetur, hoc procedere duntaxat reſpectu ſuſpitionum, quæ egent probatione, eæ enim ſunt, quæ non poſſunt opponi poſt tempus, ſed ſi eſſent notoriæ, quæ nulla indigerent probatione, poſſent quãdocunque deduci, vt optimè fundat Ioannes Petrus Fontanell. dec. Cathal. 19. num. 1. & 2. in terminis conſimilis ſtatuti, ex doctrin. Couart. pract. quæſt. cap. 26. num. 2. verſ. ſic & poſt, ibi, & ſi cauſa ſuſpitionis, cui addo Apicell. in tract. de ſuſpit. Offic. vnito cum tract. Tutamen Pauperum, fol. 160. num. 39. vbi loquens de ſuſpitione proponenda ante concluſionem in cauſa, ſeruata forma Pragm. 7. firmat, poſſe adhùc recuſationem proponi ſatis poſt concluſionem, quãdo cauſa ſuſpitionis ita notoria eſt, vt nullam exigat probationem, ex auctor. Imol. & Felin.

ſecùs

ſeciùs verò, quando probatione indigeret, vt latiùs per eum. quippe quod reſultat ex mente, & verbis eiuſdem Pragmaticæ, cuius intentio fuit euitare affectatas, & calumnioſas ſuſpitiones ibi (inſtrumenti di calunnie, e de dilationi) quibus addo Maſtrill. dec. 151. num. 97. in terminis conſimilis Statuti Regni Siciliæ, Fran. Marcum dec. 708. num. 3. Boer. dec. 258. num. 3. prout nec teneretur facere depoſitum, & taliter decidiſſe noſtrum Collaterale Conſilium in anno 1659. refert Gallup. in ſua praxi S.C. par. 1. cap. 4. num. 55. in vltima impreſſione, vbi recenſet obſeruantiam de hoc recenter inductam, & nouiſſimè in Aduocato poſſe quandocunque ſuſpitionem proponi, nec termino coarctari ad proponendam ſuſpitionem prędictam, etiam ſi millies idem Aduocatus, patientibus Partibus interueniſſet, firmat D. Regens Rouit. in dicta Pragmatica 15. num. 20. Ita pariter videmus in articulis nullitatum, quæ quando ſunt notoriæ, & euidenter apparent ex actis, poſſunt proponi etiam elapſo tempore pręfixo in ſtatuto, vt per Regentem Sanfelic. dec. 299. num. 8. Rodric. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 16. Et ne rerum Iudicatarum deſint exempla, ita fuit deciſum per Reg. Cam. Sum. contra D. Regentem Caracciolum tunc Præſidentem, qui licèt proceſſiſſet per nónullos annos vti Commiſſarius in cauſa vertẽte inter Io. Baptiſtam Caracciolum, & Scipionem Filamarinum, & demùm fuiſſet allegata illius ſuſpitio ratione compatratus cum dicto Scipione, fuit ordinatum, abſtinere debere a votando, quamuis in cauſa pędicta per quam plures annos vti Commiſſarius proceſſiſſet, vt ex actis in Banca Pandolfi pro Caſolla. Idem pariter fuit determinatum per Collaterale Cõſilium contra Spectabilem Præſidem S.C. ad inſtantiam D. Io. Bapt. de Afflicto in lite cum Ill. Duce Barreę, mandando, quod dictus Spectab. Præſidens non interueniat, ſtante conſanguinitate cum Ill. Duce Biſaciarum, & Principe Roccæ Romanæ, vt ex actis penès Regium Scribam à Mandatis Grimaldum, & fuit deciſus mirabilis articulus, licere creditori recuſare Iudicem ex facto aliorum concreditorum. Denique non omitto, quòd cùm fuerit per Dominos Conſiliarios dictæ Aulæ D. Conſil. Varelæ ordinatum, quod dictus Martinus proponere deberet dictam ſuſpitionem formiter, prout dictus D. Conſil. Cioffus teſtatur in ſua replicatione, & dictus Martinus obtemperando mandatis, & præceptis prædictis fecerit depoſitum, nõ poteſt ampliùs diſputari, an duret, vel non de tempore ad illam proponendam, cùm iam fuerit admiſſum ad illam proponendam, prout diponitur in eadem pragmatica 15. nu. 23. ex qua habetur, non poſſe appellari, neque ab incidentibus. Nouiſſimè Aduocati Partis aduerſæ aliud excitauerunt motiuum aſſerentes, diuerſum eſſe recuſare Iudicem tanquam olim Aduocatum cauſæ, & tanquam Conſultorem, ſed quàm fallax ſit hoc adinuentum probatur ex identitate, immò maioritate rationis, Aduocatus enim recuſatur ratione affectionis, cùm inter Patronum, & Clientem contrahatur amicitia, vt dicit tex. in ſæpiùs citata l. fin. circa finem, C. de Aſſeſſor. ne ille affectionis ſuæ memor incorrupti Iudicis perſonam, ac nomen ſubſtinere non poſſit. Quæ ratio creſcit, & augetur in Conſultore, cùm duplex affectio cadat, ſcilicet ad votum per ipſum datum, ac pro validitate ſcripturæ conſultatæ, ac etiam ad Clientem, cùm conſulatus cliens quoque ſit. Et in puncto ita firmat D. de Franch. dec. 87. qui num. 18. dicit, Aduocatum prohiberi eſſe Iudicem in ea cauſa, in qua conſuluit, ità pariter Flauius Amendola addit num. 6. Philipp. Franch. in cap. poſtremò, de appellat. Capyc. dec. 146. num. 2. & 3. ſic pariter videmus in Procuratore, vt per Maſtril. cit. dec. 151. num. 98. ſunt enim quaſi ſynonima Aduocare, Conſulere, & Procurare, & omnia diſpoſita in vno procedunt quoad alium, ſicut enim Aduocatus non tenetur reuelare in excommunicatione, ita pariter & Conſultor, Sayrus Flores dec. 41. lib. 5. tit. 22. de pœnit. & remiſſ. fol. mihi 162. ex doctr. Nauar. & aliorum, Caſtill. dec. 92. num. 17. & alii, quos breuitatis cauſa prætereo, prout pariter deciſum fuit per noſtrum S.C. contra olim Regium Conſiliariũ Camillum de Petro, in cauſa inter Ill. Ducem Bracciani, & Ill. Principẽ Sabelli, mandando, quod non interueniat, ex eo ſolum, quod tanquam vnus ex Aduocatis interuenerat in conſultando inſtrumento renunciationis, de qua ibi tractabatur, quamuis per plures annos, & menſes interueniſſet in cauſa. Et quoad prætenſum de ſuſpitione Regii Conſiliarii Marciani non meruit allegari, quia tractabatur, quod filius erat Aduocatus Octauii Seriæ, non tamẽ in ea, vbi pater iudicare debuerat, prout aduertit Thor. in 3. parte Compend. ſect. 3. fol. 306. verbo Suſpectus. Hęc omnia ad exuberantiam dicta ſunt, nam cùm dictus Conſiliarius Cioffus ſit teſtis examinatus in dicta donatione, neſcio videre, quomodo poſſit ſuper eadem re iudicare, aut enim ſuam ſequitur depoſitionẽ, & tunc paſſionis, & affectionis ſuſpectum ſe reddit, aut contra eam, & periurii labem euitare non poterit, & proinde omni iure non interuenire iudicandum ſperatur. Adſunt quoque alia capita, quæ ad ſaturitatem vſque propoſita ſunt, cùm ex iſtis tantum capitibus poſſit vt ſuſpectus recuſari, prout ita iudicandum ſperatur à Religioſiſſimis Dominis Iudicantibus, ſupplendo ex ſolita eorum benignitate, quæ hic deſunt propter temporis anguſtiam. Facta relatione in S.R.C. per Regium Conſil. Io. Bapt. Amendola, cum interuentu Spect. Pręſidis eiuſdem S.C. ac aliorum Adiunctorum datotũ per S.E. die 22. menſis Martij 1645. fuit deciſũ, quod non interueniat, & reſtituatur depoſitum penès Secretarium.

Suſpitiones Officialium Baronalium poſſunt cognoſci ab Officialibus ipſorum Baronum, vt deciſum fuit per S.C. ad relationem M.C. in anno 1596. teſtatur Nouar. in prag. 1. collect. 2. n. 3. de ſuſpit. Offic.

Digitized by Google

T

TAXATIO vitæ, & militiæ an fiat iuxta legitimam, vide infr. in verb. vita, & militia.

Tempus contractus erit attendendum in materia læſionis reſultantis ex venditione rei, & ſic deciſum retuli ſup eo. verb. Appretium. Et in materia dationis inſolutum factæ à debitore alicui ſuo creditori, concurrentibus alijs creditoribus, attendi debet tempus apprettj, tam venditionis, quàm præſentis, vt fuit iudicatum per S. C. in cauſa hæredum quondam Marci Romani cum hæredibus quond. Iulij Cæſaris Iannettaſij V. I. D. in Banca Galterii.

Tempus carceris an computetur in termino dato ad obtinendam remiſſionem, fuit per Magnam Curiam Vicariæ data competens dilatio ad ponendum ſe in tuto. D Regena Sanfel c. dec. 52.

Tempus quod nam attendi debeat in ſolutione partis pretij feudi empti debitæ ſecundogenito, licèt per Arbitros fuiſſet iudicatum, attendi debere, habito reſpectu ad tempus emptionis dicti feudi, fuit etiam probatum per S. C. vt refert D. Reg. Hect. Capyc. Latro conſult. 25. de quo etiã per nos in 3. pat. verb. Intereſſe pretij, & quod tempus attendi debeat in liquidatione intereſſe iſtius pretii, fuit deducta deciſio ſuprà verbo Intereſſe.

Terminus an dari debeat circa concernentia materiam exceptionis præſcriptionis, deciſum fuit pluries per S. C. affirmatiuè, potiſſimum in cauſa Domini Claudhi Salſilli, & in cauſa Venerabilis Monaſterii Dominæ Reginæ cum Ill. Principe Venuſii, in Banca de Mondellis, vt ex Præſ. de Amato conſ. 96 ſub num. 20. teſtatur Nouar. In rub. de præſcript. collect. 1. nu. 2. ſubdens ex Vtſill. id Afflict. dec. 12. num. 9. & dec. 329. in fine, id firmari non poſſe, in Regno dari præſcriptionem cùm ratò hodie cauſæ per præſcriptiones determinentur, eò quia nunquam requiſita interueniunt, ſicque ex defectu requiſitorum id dixit procedere, & ideò ſententia nõ datur hodie in Regno ex capite ſolius præſcriptionis, Marcell. Calà de modo artic. § 2. gloſſa vnica, num 514.

Terminus datus in cauſa à Iudice cauſarum alicuius Montis in aliqua cauſa non ſpectante ad ipſum Montem, & in eo replicatum, non poſſe procedi coram eo, ſed alteri committi, ſi fuerit proceſſum ad vlteriora, potiſſimùm ad electionem Examinatorjs non obſtante tali replicatione, an erit ſuſpenſus, vel currere intelligatur. Inter cæteras nullitates propoſitas pro parte Ill. Principis Noyæ in cauſa vertente cũ Gubernatoribus Montis Familiæ Carmignani, dicebatur, quod cùm fuiſſet cauſa cõmiſſa D. Regio Conſiliario Franciſco Antonio de Angelis, præuia decretatione idem Magnificus vir Cõmiſſarius aliarum cauſarum dicti Montis, & datus terminus, in quo replicatum fuerat, non poſſe procedi coram dicto Commiſſario, ſtante quod hæc cauſa nil commune habebat cum alijs cauſis dicti Montis, ſed debebat originaliter committi, & ampliùs, qualiter commiſſiones generales erant ſublatæ, licèt interim fuiſſet facta electio Examinatoris, & inde commiſſa originali cauſa prædicta Regio Conſiliario D. Frãciſco Sauio, etiam de conſenſu dictorum Gubernatorum, ob quam exceptionem iam impletam terminus datus, & electio Examinatoris facta coram primo Iudice erant ſuſpenſa, vnde debebat nouiter dari terminus in cauſa, adeò quòd cùm factum non fuerit incontinènti, ſed proceſſum ad citationem ad concludendum, talis terminus currere non poterat, & conſequenter omnia acta inde facta nulla reputari debuerant, quæ ſiquidem omnia videntur probari ex eo, Primò, quia replica facta habetur loco libelli. Et propterea ſuper tali exceptione prouidendum erat, poſtquam replicatio peremptoria ea dicitur, per quam ſubmouetur Iudex, vel Reus, vel Actor à iudicio, cùm ſine eis negotium non conſiſtat, cap. forus, de verb ſignif. Muſcat. in praxi S. C. lib. 1. pat 4. gloſ. peremptoria, num. 6. ex doctrina Bal. relata ab Afflict. ibi relato, & ſubdit num. 7. ex eodem Bal. & Afflict. quod omnis exceptio, per quam alterutrium perſonarum remouetur à limine iudicii, vel Iudex, vel Actor, vel reus, vel hi, per quos litigant, talis exceptio impedit proceſſum cauſæ principalis, & ſic videtur, quod ſit dilatoria; & deinde ſubdit, immò quando vna ex prædictis perſonis funditùs eſt inhabilis, exceptio reddit retro iudicium nullum, & non præcluditur via tali exceptioni, quin poſſit opponi, ſecundùm Bart. in l. licèt, C. de Procur. & ſic videtur dicere, quod ſit peremptoria, & propterea cùm fuerit facta oppoſitio aduerſùs Iudicem, non poterat vlteriùs procedi, pariterque nec terminus currere poterat, obſtante tali exceptione oppoſita, donec non fuerit adimpletum, ex traditis per eundem Muſcat. dict. lib. 1. par. 5 gloſ. defendendum, num. 10. Sed replicabatur ex parte dicti Montis, eam non obſtare oppoſitionem, quoniam acta prædicta facta fuerant ante dictam oppoſitionem factam de Iudice, ex quo terminus fuerat datus de menſe Octobris 1639. & electio Examinatoris fuerat facta de menſe Decembris eiuſdem anni, oppoſitio autem de Iudice, & prouiſio de conſenſu dictorum Gubernatorum, quod procedat dictus D. Conſiliarius Sauius, erat de menſe Ianuarii 1640. & ſic ſatis poſteà, ſicque ſuccedit regula vulgata, multa facta tenent, quæ impediunt facienda, l. patre furioſo, ff. de capt. & poſtlim. reuer. Nec poterat negari, quin primus Commiſſarius non erat Iudex, dùm ceſſabat de commiſſione facta in eius perſonam D. Conſiliarii Sauii, poſtquam delegatio Iudicis probari debet per ſcripturas, vt probat Marcell. Calà de modo articul. §. 2. glo. vnica, num. 1565. & dũ cauſa fuerat in ſcriptis eidem commiſſa, ex hoc præſumebatur Iudex cauſæ, ex traditis per Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 15. vbi num. 8. refert, quod Iudex delegatus reſcriptum ſuæ delegationis oſtendere & copiam ſui mandati facere tenetur. Facta relatione in S. C. per Reg. Conſil. Scipionem Saituzum die 18. Nouembr. 1640.

Digitized by Google

1640. fuit per S.C. dictum, nullitates non obſtare, verùm Ill. Princeps Noyæ infra quindecim dies valeat citare, & examinere teſtes, quibus elapſis procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ, penès Secretarium, in Banca Figliolæ.

Terminus ad denunciandum ſi petitus fuerit, & conceſſus, non tamen notificatus petenti, an impediatur, quin currere poſſit, vt prætendebatur ex parte Ill. Principis Noyæ in cauſa, quam habebat cum Monte Familiæ Carmignanorũ, & videbatur ita dicendum, nam eo ipſo, quod fuerit petitus talis terminus per Procuratorem, erit concedendus, & interim ſuperſedetur in cauſa, cap. conſtitutus, de Procur. cum aliis apud Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 3. gloſſ. ſimiles, n. 5. 6. & 7. Sed replicabatur ex aduerſo, quod cùm fuiſſet bis notificata contra ſupplicata dicto Ill. Principi principali, qui replicauerat, vt notificaretur Chriſtiano Ragone eius Procuratori, & per conſequens dùm erat præſens in Ciuitate, neceſſe non erat, dari terminum ad denunciandum, ſicuti præſens in iudicio non erit citandus, And. Gayl. lib. 1. pract. obſeru. in obſeru. 58. num. 5. Minſing. ſing. obſeru. cent. 6. obſeru. 6. n. 6. Et ſucceſſiuè ſicuti abſentia non admittitur, quando delinquens fuit viſus in die delicti, vel per diem ante, its Præſ. de Franch. dec. 327. nu. 1. & 5. ita quod ſi poſt citationem receſſerit, & ſe abſentauerit, diceretur abſentia malitioſa, vt inquit Annib. Troyſ. in ritu 166. num. 4. nec aliter gauderet beneficio abſentis, ita pariter quando fuerit citatus perſonaliter principalis, qui poſteà ſe abſentauerit, & eius Procurator abſentiam allegauerit, fuit deciſum, vt ſuprà eodem verbo Terminus.

Terminus datus ad docendum de ſatisfactione, in quo fuerat petita depoſitio principalis, an ea nec oblata, neque facta currat, ita vt ad vlteriora procedi potuiſſet, In cauſa Io. Ambroſij Carnauale, & Siciliæ Grimaldo coniugum, ac tutorum filiorum quondam Iacobi Antonij Peregrini conuentorum ad inſtantiam Marci Antonij Ionini, cùm fuiſſet allegata ſatisfactio, & ſuper ea terminus conceſſus, fuit ex parte ipſorum pupillorum petita depoſitio principalis, & interim ad aliquem actum non procedi, vnde poſteà prouiſum, quod ſtante lapſu termini procedatur ad ea, quæ incumbunt pro venditione territorii, ad finem prouidendi, & inde confirmatum per S.C. ad relationẽ D. Reg. Conſil. Frãciſci Ant. Muſcepulæ, die 9. M[illegible]rtii 1640. & dictum. Per idem S.C. declaratum eſt, bene fuiſſe prouiſum per Magn. cauſæ Commiſſarium ſub die 8. Febr. 1640. penès Secretarium, in Banca Martini. Vnde contingit reclamari, ex eo, quia terminus adhùc currere non poterat, ex quo cùm fuiſſet petita depoſitio principalis, quæ nec oblata, neq. facta fuerat, vt ab onere probãdi cõuẽti releuarẽtur, ex eo, quia regulariter depoſitio principalis debet offerri in calce termini, aliàs terminus non currit etiam in cauſis ſummariis, exſtractionis, & ſimilium, ex gl. in clem. ſæpe, verſ. poſt dationem, de verb. ſign. Bal. in l. 1. C. de iur. cal. col. 2. ex pragm. 8. de ord. iud. vbi Regens Rouit. num. 27. probat Iul. Cæſ. Gallup. in praxi S.C. par. 2. cap. 19. num. 1. vbi num. 3. rationem reddit, vt ex ea Pars illam petens releuetur ab onere probandi, ad quod ſunt inuentæ poſitiones, ex Specul. & Rol. ibi relatis, eò ampliùs, quando fuerit poſita, quoniam tunc principales requiſiti, vt deponant, vel ſtatim debent deponere, & examineri, vel offerre eorum depoſitiones, Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. par. 5. gloſſ. legaliores, num. 25. & ibidem in præcedenti nu. 23. quærit, an petita depoſitione principalis terminus currat, & dicit, quod non, ſed ſuperſedetur in cauſa regulariter, & tunc curreret, quãdo fuiſſet oblata, ſubdit num. 26. & iure meritò dùm fuerat petita, & non oblata, neque facta, terminus datus, currere non potuit, idcircò iterum facta relatione in S. C. ſub die 27. Iulii 1640. per eundem Regium Conſiliarium fuit prouiſum huiuſmodi. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod infra alios dies ſex preciſè, & peremptoriè valeat examinare teſtes, aliàs termino elapſo procedatur ad expeditionem pro executione decreti. Hoc ſuum, &c. penès Secretarium in eadem Banca, & ſic fuit ſubſecuta depoſitio principalis, vt oſtenditur in proceſſu Marci Antonii Iouini cum hæredibus Camilli Supreni, & Iacobi Antonii Peregrini.

Terminus an erit dandus, propoſitis nullitatibus executa ſententia, vel procedi ad illarum diſcuſſionem ex eiſdem actis, relata fuit deciſio ſuprà verb. Nullitates.

Terminus præfigi an debeat volenti reemere rem venditam vigore ſententiæ latæ ſine temporis præfinitione, videtur negandum, ex eo, quia pacto de redimendo cenſum ad libitum emptoris, non poteſt cogi venditor ad redimendũ cenſum, etiam ſi per ſententiam Iudicis fuerit condemnatus ad reſtituendum ſortem, Duerd. de cenſ. §. 5. quæſt. 42. num. 21. & dec. 64. poſtquã libera redimendi facultas neceſſariò requiritur ad iuſtitiam emptionis redditũum, nec pacto, nec præſcriptione tolli poteſt, Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 6. nu. 44. & certum eſt, quod præfigi debeat, ne rerum dominia ſuſpenſa ſint, atquè incerta, §. 1. Inſtit. de vſucapione, ibi, ne rerum dominia in incerto eſſent, ad hoc vt vẽditor elapſo tempore præfixo ſit tutus. Nam termini lapſus inducit renunciationem, Gratian. cap. 752. num. 52. & cap. 71[illegible] num. 3. vbi addit, & vim pacti de non petend[illegible] ideò in cauſa Ill. Marchionis Vaſti, qui cùm obtinuiſſet ſententiam in ſui fauorem aduersùs nonnullos conuentos poſſeſſores ad reuendendum certa capitalia, vt dictum eſt ſuprà in verb. Reuendere, in qua nullus fuerat terminus præfixus eidẽ Ill. Marchioni, ita & taliter, quod videretur perpetuò talem facultatem habuiſſe, quod non erat iuri conſentaneum, & propterea fuit interpoſitum ſequens decretum per S.R.C. videlicet. Die 5. Iunii 1574. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Mag. V.I.D. Iacobum Anellum de Bottis Regium Conſiliarium, & cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S.R.C. prouiſum eſt, quod infra menſem dict. Ill. Marchio faciat reemptionem introituum in ſententia Sacri Conſilii deductorum, aliàs prouidebitur, &c. Iacobus Anellus de Bottis, Annibal Cæſarius Secretarius, penès Balſamum.

Terminus concedi an debeat Actuario accipienti aliquem in fideiuſſorem, facta diſcuſſione priùs iuxta Pragmaticam, ad docendum de idoneita-

te fideiuſſoris tempore captiuæ fideiuſſionis, relata fuit deciſio ſupra in verbo Actuatius.

Terminus conceſſus in cauſa coram inferiori Iudice, ſi compilato proceſſu ante illius expeditionem eadem cauſa ad ſuperiorem Iudicem fuerit deuoluta, an iterum concedi debeat, vel procedi ad illius expeditionem, hoc contingit in cauſa Roſæ Petrectæ relictæ quondam Saluatoris de Vito, quæ cùm litem aſſiſtentiæ inſtituiſſet in M.C.V. pro ſuis dotibus, & antefato contra Marcum Antonium Maſullum, & Vaſtã de Vito tertios poſſeſſores cuiuſdam domus, compilato proceſſu Beatrix Maſullo hæres dicti Marci Ant. comparuit in S.C. aſſerendo, adeſſe proceſſũ compilatũ ad inſtantiam directi domini cenſus dictæ domus in eodem S.C. & decretum, vt ipſa correſponderet Io.Berardino Pictellæ V.I.D. domino directo & ibi fuiſſe ſua iura deducta, & propterea inſtiterat, mandari eidem M.C.V. vt acta tranſmitteret, & ita obtentum, præuio decreto. Quapropter cùm acta ibidem fuiſſent tranſmiſſa, inſtiterat Roſa pro expeditione cauſæ, iam quod proceſſus erat compilatus, & omnia ei incumbentia deducta, nil aliud erat agendum, niſi vt procederetur ad expeditionem, poſtquam termini datio cùm ſit actus iudiciarius, vt inquit Maranta in ſpeculo .part.6. verſiculo inſtrumentorum productio, numero 43. vnicus erit, & vnus dandus erit in cauſa, vt proſequitur Carauita in titu 69. numero 5. ſequitur Muſcat. in praxi S.C. lib. 1. pat. 5. gloſſ. defendendum, num. 7. qui ſi fuerit prorogatus, adhùc diceretur vnicus, nec noua dilatio, vt ſubdit ibi Muſcat. num. 15. ſicuti ſi fiat prorogatio ante primum terminum, quod non ita certum eſt, quia tempus prorogatum non cenſetur eſſe nouum tempus, ſed idem cum primo, Tiraq. de retract. conuent. gloſ. 7. num. 26. Ex aduerſo præfata Beatrix replicabat, non poſſe procedi ad expeditionem cauſæ, nullo dato termino, nec cõpilato proceſſu in S.C. Et ampliùs, quia fuerat citata prædicta Vaſta, & poſtmodùm non fuerat proceſſum cum ipſa & cùm iudicium ſit indiuiduum, hinc iudicium acceſſorium à principale diuidere quis non poteſt, vel illud accumulare, æquè principaliter, Alex. ad Bar. in l. fundi, ff. de except. verb. fundi, debebat proceſſus compilari cum dicta conuenta. Quia ex probationibus fortè faciendis ipſa Actrix excludenda veniebat, nam ſicut Actor priùs debet ſuam intentionem probare, And. Gayl. lib. 1. de pignor. cap. 16. num. 10. & ipſo non probante reus abſoluitur, l. extat, ff. de iure Fiſci, ita è contra reus effectus actor in exceptione, tenetur illam probare, l. ſi pactum, & l. in exceptionibus. ff. de probat. And. Gayl. lib. 2. obſeru. 81. num. 8. aliàs excluderetur actor in ſua actione ob defectum probationis non factæ Sed replicabatur ex parte primi obiecti, quia adhùc durabat prima inſtantia, donec non fuerat ſententia prolata, quæ iudicium terminat, Franch. dec. 364. num. 7. & eſt finis diſceptationis, Idem dec. 346 num. 2. Nec aliter cauſa peruenerat ad S.C. per viam appellationis, vt currere potuiſſet ſecunda inſtantia, ſuper qua terminus dari debuerat ad nõ poſita ponendum, vt docet Muſcatell. in praxi

2

S.C. lib. 2. pat. 3. gloſ. probandum, per totam. Sed per viam euocationis, quæ eſt litis pendẽtis coram Iudice inferiore ad ſuperiorem, abſque prouocatione facta tranſlatio, cap. vt noſtrum, de appell. And. Gayl. lib. 1. obſeru. 41. n. 8. & talis auocatio vel Principi conueniat, ſeu eius Locumtenenti, ſiue Conſilio Superiori, vt tradit Guido Papa dec. 440. quo nàm caſu proceditur in terminis, in quibus reperitur coram Iudice euocante, ſi fuerit lis conteſtata, aut concluſum, vt docet Rebuff. ad Conſt. Galliæ tomo 2. in tract. de euocat. articul. 2. num. 16. aliter ſi opus fuerit probationibus, tunc probatio ſupplicantis prius fit, quam Aduerſarij, prodꝫ ibidem Rebuff. in præcedenti nu. 24. fi mai. Ideò fuit interpoſitum decretum huiuſmodi. Die 28. Ianuarii 1628. Neap. Facto de prædictis verbo in S.R.C. per Magnificum V.I.D. D. Franciſcũ Salgadum Regium Conſiliarium, & cauſæ Cõmiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod oppoſitis non obſtantibus in recta comparitione procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ. Hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, in Banca Turini.

Terminus ſex dierum præfixus à Regia Pragmatica 77. §. 18. de offic. S.C. dicendi de nullitate, an currat continuò, ſi dies feſtus interceſſerit, vel eo ſuſpenſo currat, quamuis interea fuiſſet præſentatum memoriale Suæ Excellentiæ, ſtante paupertate, quòd non teneatur facere depoſitum, in cauſa Laurentiæ Ferraræ cum Eccleſia S. Angeli Triiæ Siluannis in fine, nam cùm fuiſſet poſt decretum principale prouiſum, non eſſe detrendum reſtitutioni in integrum, dixit dicta Eccleſia de nullitate in die Sabbati, poſtquam interceſſit dies Dominicus. inde in die Iouis præſentauit dictum memoriale, & in ſequenti die Sabbati propoſuit nullitates, fuit hæſitatum in S.C. ſi terminus dierum ſex erat elapſus, non obſtante die Dominico, & dicebatur pro Eccleſia, ſufficere, fuiſſe præſentatum dictũ memoriale, per quod impediebatur curſus termini, arg. cap. cùm perſonæ. de priuil. in 6. hoc eſt per allegationem paupertatis, quæ indigebat probatione, nam fundans ſe in paupertate, debet eam probare, Cornel. Benincaſ. de priuileg. pauper. q. 6. nu. 2. & donec non fuerat probata, nil innouandum erat. Inſuper ſi attendatur terminus iſte à ſtatuto præfixus, certum eſt, q. erit vtilis, vti a Prætore datus, ex his, quæ probat Bonius de ſtatut. Vrb. præter gloſ. 2. num. 19. quo caſu non connumerantur dies feriati, & ita differre videtur à die continuo, ex Bal. in l. ſiue pars, C. de dilat. probat Fuſc. ſing. 6. lit. T. Similiter talis dies Dominicus non computari debuerat, cùm eo die nullus actus iudiciarius fieri poteſt ob illius reuerentiam, l. dies feſtus, C. de feriis. Immò etiam poſt terminum ſtatuti ad dicendum de nullitate opponi poteſt, ex Borgn. dec. 11. num. 54. Cattoc. de except. contra ſent. in except. 47. num. 4. Ex parte ipſius Laurentiæ dicebatur, quod terminus dierum ſex ad dicendum de nullitate aduerſùs decreta interlocutoria non currit, niſi à die actualis intimationis, nec ſufficit ſcientia aliunde habita, ita D. Regẽs Ronit. in Pragm. 77. de offic. S.C. num. 9. vbi n. 11. probat, quid de iure communi, ea propter cũ

ſit

Digitized by Google

ſit ſtatutus terminus dicendi de nullitate per Regiam Pragmaticam, operatur, quod ſtante lapſu termini ampliùs audiri non debet illam proponens, vt in terminis ſtatuti inquit Vant. in tract. de nullit. rub. quot. & intra quod tempus, &c. ſub num. 8. verſ. quidquid tamen, & vltra eum Aldetan. Maſcard. in ſuis commun. concluſ. ad ſtatuta, concl. 4. num. 18. vbi numer. præcedenti cenſuit, quod ſtatutum prohibens de nullitate dici, eſt adeò ſtrictè interpretandũ, vt non comprehendat nullitatem, quæ eſt euidens, & patens ex inſpectione ſententiæ, ſeù expreſſo iuris errore, quapropter talis terminus præfixus ſemper currere continuò intelligebatur, nam tempora regulariter ſunt continua. gloſ. in rub de diuerſ. & temporal. act. probat cum alijs Tiraq. de retract. conſanguinit. §. 1. gloſ. 11. num. 10. & terminus à ſtatuto præfixus dicitur peremptorius. Magon. dec. Lucenſ. 29. num. 3. Ripol. var. reſol. cap. 5. num. 1. & terminus ſtatuti cenſetur præfixus in modum præſcriptionis, Anchar. lib. 3. quæſt. 41. numer. 45. & pro fundamento huius opinionis infert Andr. Gayl. lib. 1. obſer. 121. num. 4. quod ſtante obſeruantia Cameræ Imperialis appellandi infra ſex menſes, ſi contingerint feriæ, & terminus in illas inciderit, adhùc terminus lapſus cenſetur, ita vt deſertioni locus erit. Et ſucceſſiuè comprehenſus videbatur dies Dominicus, poſtquã dilationis tempus comprehendit etiam ferias, ſiue ſunt ſolemnes, ſiue repentinæ, l. ſiue pars, C. de dilat. And. Gayl. lib. 1. obſeru. 53. numer. 12. ante eum Muiſet. pract. obſer. lib. 1. tit. de feriis, dec. 4. & non mirum, ſi terminus datus in iudicio, ſtatim currere incipit, etiam in diebus feriatis, ſecundùm Bal. in l. 1. C. de feriis, & l. fin. eod. quem ſequitur Cumia in ritu Sicil. 41. num. 12. Et termino dato ad dicẽdum de nullitate elapſo, non poteſt ampliùs de ea dici, & allegari, etiã ſi eſſet notoria, ex Menoch. de arb. caſu 573. nu. 16. probat Viſcont. in ſuis concluſ. verb. Terminus, Farinac. in repert. iudic. quæſt. 20. numer. 3. Magon. dec. Lucenſ. 67. ſub num. 3. & dec. Florent. 66. num. 27. & ita ſtatuitur in dicta Pragmatica Fuit per S. C. die 24 Maij 1642. ad relationem Reg. Conſil. D. Franciſci Sauij deciſum, quod ſtante lapſu termini præfixi per Reg. Pragm. nullitates reijciantur, penès Secretariũ, in Banca Magnoliæ.

Terminus an erit concedendus quando fuarit allegata inimicitia teſtis ante illius receptionem, & ſuperſedendum in receptione, deciſio patet ſup. verb. Inimicitia.

Terminus beneficij petiti per Vniuerſitatem litem habentem cum certis ſuis ciuibus, in qua ſubintrauit Baro pro ſuo intereſſe, & notificati Procuratori dictæ Vniuerſitatis, non tamen Procuratori Baronis, an reſpectu ipſius Baronis non currat, ad hoc vt non procedatur ad expeditionem cauſę, fuit deciſum per M. C. V. procedi ad expeditionem cauſæ, oppoſitis non obſtantibus, Horatius Montanus controuerſ. forenſ. controuerſia 79. vbi refert, relata cauſa in Sacro Conſilio Dominos fuiſſe in paritate votorum.

Terminus an erit concedendus in cauſa reclamationis à decreto lato per M. C. quod cauſa rei inquiſiti remittatur ad Iudicem competentem, vel procedi ex eiſdem actis, fuit per Collaterale Conſilium deciſum affirmatiuè in cauſa Io. Antonii Taralli, teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 4 à nu. 18. ad 28.

Terminus in cauſa an erit dandus ad inſtantiam tertij comparentis in iudicio, quoties ex conſenſu Actoris, & Conuenti fuerit proceſſus cõpilatus, non dato termino, deciſum fuit per Sacrum Conſilium iunctis Aulis negatiuè in cauſa relata per D. Reg. Sanfelic. dec. 90. n. 27.

Terminus ad non poſita ponendum an concedi debeat in ſecunda inſtantia appellationis deductæ in S. C. ſi per M. C. fuerit decretum, vt procederetur ex eiſdem actis ob deſertionem appellationis contingentis, ob non præſentationẽ Actorum, deciſio relata fuit ſup. in verb. Appellatio.

Terminus in cauſa liquidationis an erit dandus, quando in cauſa principali abſque termino expedita fuerat, ex eo, quia ſtante illius deſertione ex æquitate, & ſtylo S. C. fuerit admiſſa appellatio, & reuiſio ex eiſdem actis, licèt fuiſſet denegatus per M. C. aliter tamen S. C. iudicauit, concedendo terminum, vt inquit D. Reg. Sanfel. dec. 92. n. 2.

Terminus aduersùs confeſſionem non aliter datus in Curia Eccleſiaſtica contra reum per eam remiſſum Iudici ſæculari, an poſſit per eum cõcedi, deciſum fuit affirmatiuè, Reg. Sanfel. dec. 139. n. 4.

Terminus ad impugnandum, & defendendum an detur, petita editione ſcripturarum in libello enunciatarum poſt concluſionem editarum, deciſum fuit per Sacrum Conſilium negatiuè in caſu relato per D. Reg. Sanfelic. dec. 146. n. 5.

Terminus ad concomitandum ſcripturam præſentatam poſt concluſionem in cauſa an erit dandus, deciſum fuit per S. C. affirmatiuè in caſu tradito per D. Reg. Sanfelic. dec. 146. num. 11. in fine.

Terminus an detur ad cõcomitãdũ cõtenta in ſcriptura præſẽtata poſt cõcluſionẽ in cauſa, deciſũ fuit affirmatiuè per S. C. iunctis Aulis, D. Reg. Sanfel. dec. 146. num. 11. vbi declarat, procedere in ſcriptura aliquam fidem faciente, ſecùs ſi nullam fidem faceret.

Terminus datus pro expeditione aſſenſus, an pẽdente probatione, & deciſione articuli reuocationis venditionis feudi currat, de hoc incidit controuerti in S. C. in cauſa Ludouici Caraſcea cum D. Fabritio de Scortiatis, eo prius ſuppoſito in facto, qualiter ipſe Ludouicus emerat Caſtrum Baſciani à D. Franciſco de Scortiatis pro ducatis 14000. præuio aſſenſu expedito per verbum fiat, & cùm adhùc non fuiſſet redactus in priuilegium iuxta formam Cancellariæ, fuit extinctus per lapſum biennij, iuxta formam traditam per Reg. Pragm. 1. de priuil. infra ann. &c. inde inſurgente petitione facta per D. Fabritium filium, & hæredem prædicti D. Franciſci, iuxta formam Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ. Dicebatur ex parte ipſius Ludouici, quod biennium non erat elapſum, quia à die emptionis dicti feudi ſemper fuit lis agitata in S. C. Primò, ſuper prælatione petita per D. Camillum de Scortiatis vti agnatum die 6. Iulij 1637. ſuper qua fuit decretum interpoſitum die 16. Martii 1638. vt dictum eſt ſuprà in verb.

Agnatus,

Agnatus,& aliud ſubſequutũ,vt faceret depoſitum,& conſignetur poſſeſſio,& cùm adimplere renuiſſet,latum fuit decretum in beneficium ipſius Ludouici,vt reintegretur, de menſe Iulij 1639.& ei mandatum poſteà, vt faceret depoſitum, quo facto fuit proceſſum ad illius liberationem, verùm quia pendebat deciſio articuli reuocationis factæ ad inſtantiam eiuſdem D. Fabritij,replicauerat Ludouicus,ne depoſitum liberaretur,donec deciderentur, & obtinuit, verbum fieri in S.C.vnde dicebatur, articulum ipſum dependere à primo, ſi depoſitum liberari debuerat,& certum eſt,quod terminus à lege, vel à ſtatuto præfixus non valenti vti,non currit,iuxta regulam vulgatam in l.1.§.ne autem, C.de ann.except.ibi,quis enim incuſare eos poterit,ſi hoc non fecerit,quod & ſi mala erit, minimè adimplere lege obuiante valebit, maximè quando impedimentum eſt iuris,vt in caſu noſtro,Rimin.iun.in conſ.389.num 22.vol.3.poſt Bart.& Bal.in l.1.C.qui admitti, quod procedit etiam ſi ſtatutum præciſè tempus limitaret, Natta conſ.437.numer.2.volum.1.Hinc Bal.in l.quandiu 68.in fine,ff.de acquir.hæred.format quæſtionem,ſtatuit Iudex terminum ad probãdum, termino pendente fuerunt producti articuli, dubitatur an ſint,nec nè admittendi antequam hoc declaretur, labitur terminus, qui ex illo tex. concludit, quod non, ex Specul. quem ſequitur Aret.ibidem, Alex.conſ.439.in princ.& ad finem,& ſic pendente diſceptatione vnquam terminus currere intelligitur,Dom. Card.Pariſ.in l.properandum,de iudic.in addit. ad Bart.in l.contra maiorem,C.de inoff. teſtam. Secundò, auctoritate D.de Ponte dec.6.num.3. vbi dicit deciſum, non poſſe alienationem reſolui pendente prouiſione facienda per Regem, porrectis precibus, ſed expectandam prouiſionem,per tex.in cap.bonæ,il ſecondo, de poſtul. prælat.ſic & in caſu noſtro,pendente deciſione prælationis petitæ,& articuli reſolutionis factæ. Tertiò,quia ſic aliàs fuit ſeruatum per Collaterale Conſilium, nam vendita Terra Vrſimarſi V.I.D.Io.Petro Græco per Delegatos patrimonij Principis Biſiniani. fuit impeditus aſſenſus ob litem vertentem inter Principem, & Marchionem Vallis circa dominium eiuſdem Terræ,qui durauit per multos annos, & tandem determinata,fuit prouiſum,quod regiſtretur, & compleatur aſſenſus.Et ampliùs, quia neceſſe erat facere mentionem de pendentia litis,& ſic non poterat aſſenſus expediri, & omiſſa illius pendentiæ litis mentione reddebatur ſubreptitius.Hæc prodierunt ad defenſam,ſub auſpicijs V.I.D.Io.Antonij Pariſij Aduocati benemeriti ipſius Ludouici,quare fuit ob id promulgatum ſequens decretum.Die 8 Februarii 1642. Neap. Facto de prædictis verbo in S R.C.per Spectabilem Andream Marcheſium tunc Sacri Regij Conſilij Proprælidem,& Viceprothonotarium. Decreto S.R.C.prouiſum eſt, non eſſe locum petitæ reuocationi,& proinde Ludouicus Ceraſcus emptor cum effectu faciat depoſitum, quo facto,& expedito aſſenſu in forma valida, conſignatur poſſeſſio,Hoc ſuum,&c.Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, in Banca Fabritii Sollatiſ.

Terminus in cauſa an erit de nouo concedendus exiſtente reſcripto Principis, quo mandatur Partes audiri,nec continente dilationem,ſiue terminum ad probandum, vbi terminus ex natura cauſæ de iure, vel ſtilo concedi non debet, ſed tantùm citetur,vel voce audiatur,in cauſa Ciuitatis Bitonti cum Regio Fiſco deciſum fuit per R.C.eſſe procedendum ad deciſionem articuli,non obſtante petito nouo termino,& aliis oppoſititis pro parte dictę Ciuitatis, & fuit cõfirmatum in reclamatione, teſtatur Dominus Reg.Fab.Capyc.Galeot. in reſponſo fiſcali 30. num.74.

Terminus probatorius an ſit neceſſarius in interdictis retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, eo maximè,quando ius vnum foueat, & alteri reſiſtat, vel ſimus in notorio, fuit conceſſus terminus prædictus per Sacrum Conſilium in caſu relato à Domino Regenta Fabio Capycio Galeota controu. illuſt. tomo 2. controuerſia 53.

Terminus in poſſeſſorio ordinario concedi an debeat,intentata lite ex aduerſo pro recuperatione feudi empti à defuncto ſub iudicio ſummariiſſimo contra conuentum poſſeſſorem naturaliter,& ciuiliter,deciſum fuit per Sacrum Cõſilium affirmatiuè,refert D. Reg. Fabius Capycius Galeota controuerſ. iuris tomo 1. controuerſ.9.

Terminus conceſſus alicui Parti dierum 30. vt examinaret teſtes,elapſis diebus 25.ſi fuiſſet appellatum,grauando de temporis breuitate, & fuerit confirmatum decretum M.C.V.an currere intelligatur à die confirmationis decreti Magnæ Curiæ,vel cenſeri debeat elapſus,dùm fuerat per ipſam M.C.ab initio datus, fuit per S.C. dictum,quod M.C.ſtante lapſu termini procederet ad vlteriora in cauſa,prout iuris in cauſa illorum de Cimino, refert Donat. Ant.de Marinis quotid.reſol.cap.330. num.3.in noua impreſſione.

Terminus in cauſa ad probandum, concedi an debeat,licèt ageretur in puncto iuris, vbi allegatur aliqua facti mixtura,deciſum fuit tam per Regiã Camerã Summariæ,quàm in Sacro Conſilio affirmatiuè in cauſis relatis per D.Reg.Fab. Capyc.Galeot. controu. iuris tomo 1. in fine, potiſſimùm in dec.ad controu.53.num.2.3.& 4. artic.1.

Terminus an erit dandus reo citato ſuper tenore inſtrumenti, attenta nouiſſima Pragmatica 8.§.8.de inſtr. liquid.In qua nulla fit mentio de termino dando ad præſentandum fidem infirmitatis,cum ſpeciali mandato, fuit per Collaterale Conſilium reſolutum, non eſſe denegandum, & proinde mandauit Magnæ Curiæ, quod prouideat de congruo termino, quia hoc omiſſum remanet in diſpoſitione iuris communis,& Rituum ſupradictorum, & M.C.iuxta formam relatam per Caran. in ritu 166.num.2.prouidet,quod remaneat condemnatus,verùm ſi produxerit inſtrumenta infirmitatis,& procurationis infra terminum datum, procedatur cum Procuratore,& deleatur à contumacia,ita atteſtante Domino Regente Sanfelicio in addition.nouiſſ.ad eius deciſ.306.in fine.

Ter-

Digitized by Google

Terminus conceſſus per M.C.V. ſuper articulo repoſitionis ad Eccleſiam petitę per Epiſcopum concernentis repoſitionem inquiſitorum de homicidio proditorio, ſtante delegatione cauſæ facta per Suam Excellentiam, ſi contingerit à tali decreto appellari ad S.C. an erit deferendum, hoc contingit hæſitari in cauſa Epiſcopi Acerræ, D.Reg.Sanfelic. in poſtremis addit. ad eius dec. 321. inquit, idem obſeruatum fuit in articulo repoſitionis in Eccleſia ad inſtantiam Epiſcopi Acerræ petentis repoſitionem Caroli Canaletij, & ſocij inquiſitorum de homicidio proditorio, per M.C. prouiſum fuit virtute delegationis, quod detur terminus, à quo decreto reclamauit Epiſcopus, & ſupplicationem cum Regia decretatione de verbo faciendo in S.C. produxit, Fiſcus recurſum habuit ad Delegantem, inſticit, non eſſe admittendam appellationem ad S.C. ſed ad Delegantem, ex ſuprà allegatis, & facta relatione Per M.C. in Collaterali Conſilio iuxta ſtylum, in cauſis, in quibus proceditur ex delegatione. & fuit confirmatum decretum latum per M.C. delegatam. Hæc ille, iſta deciſio fuit emanata in menſe Nouembr. 1643. in Banca Ftanli, penès Merulam Scribam, conueniunt his tradita per Dominum Conſiliariũ Carleual. de iudicijs tomo 2. lib. 1. titul. 2. diſp. 8. num. 35.

Terminus ad probandum dolum in tranſactione an erit concedendus, ſtante quod tranſactio fuerat iureiurando confirmata, ſtante etiam renunciatione doli mali, & metus. Inſuper quia fuerat coram Iudice celebrata, vbi aderant verba etiam illa ex certa ſciantia, & nullo iure, vel facti errore ducti, ſed animo, & propoſito deliberato, &c. accedente etiam ratificatione illius, illinc poſt multum ſpatium temporis deciſum fuit per Curiam Aquilanam negatiuè. & confirmatum per Sacrum Conſilium, vt refert Alexander Trentacinq. conſ. 71. à num. 1. per totũ, tom. 2.

Terminus ad impugnandum ſcripturas forenſes concedi an debeat, ſi fuerint præſentatæ poſt concluſum in cauſa, hoc contingit in cauſa D. Ferdinandi Viglienа, & D. Ferdinandi Vmbriani cum Notario Nuntio de Ligorio, at cum pręfati Actores inſtitiſſent in S.C. condemnari hæredes ipſius Notarij Nuntii ad relaxandum in eorum beneficium quandam maſſariam ſitam in Turri Octaui, & compilato proceſſu, monitiſque Partibus ad dicendum, ex parte Procuratoris conuenti fuit petitus terminus ad impugnandum aliquas ſcripturas forenſes præſentatas poſt concluſum in cauſa, & præſentauit ſupplicationem dictantem, quod Commiſſarius cauſæ ſuper ſupplicatis prouideat, & iterum monitis Partibus ſuper hoc, fuit die .... Octobris 1639. prouiſum per Regium tunc Conſiliarium Cataniram Commiſſarium cauſæ, quod procederetur ad expeditionem cauſæ, nõ obſtante petito termino ad impugnandum, à quo decreto cùm fuiſſet per Conuentum appellatum, & obtentum, fieri verbum in S.C. difficultari contingit, ſi concedi debuerat, & quia in ore omnium Cauſidicorum vulgare illud habetur, quod contra ſcripturas forenſes non datur terminus ad impugnandum, & nil allegare autumat, attamen Reg. Roult. hoc affirmatiue nititur in Pragm. 11. num. 43. de ord. iudic. vbi allegat Afflict. dec. 115. Capyc. dec. 98. Ann. ſing. 502. Præſ. de Franch. dec. 631. num. 3. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 312. num. 41. qui & ſi materiam tractant, non tamen ad propoſitum faciunt, licèt ipſe in negatiuam partem inclinet, poſt eum Iul. Cæſar Gallup. in recentiſſima praxi S.C. par. 2. cap. 26. num. 10. eandem quæſtionem pertractat, non tamen concludendo opinionem, ſed bene ad materiam allegat Capyc. dec. 69. Vrſil. ad Afflict. dec. 115. Scaglion. in Pragm. 73. num. 8. de ord. iudic. & praxim circa hoc refert, & bene Præſ. de Franch. dec. 631. Anna ſing 502. Farin. de teſtibus quæſt. 75. Ludouiſ. dec. 583. quibus addo Muſcat. In praxi S.C. lib. 1. par. 7. gloſ. pręſentatas, nu. 85. vbi eundem articulum exarat, allegando gloſſ. in Conſt. In pecuniariis, verſ. ex cauſa, vbi Scribentes, quæ concludere videtur, hoc eſſe relictum Iudicis arbitrio, ſi ſibi videbitur, litigatores procedere non malitioſè, poterit eos audire, per inra ibi relata, & idem confirmat in gloſ. concluſio, nu. 12. nouiſſimè Viſcont. in ſuis concluſ. verbo Terminus, ad concomitandum, vbi pręter ipſos, & alios adduxit, docet, practicam communem eſſe, quod quando contentum in ſcriptura fuerit enunciatum in libello, & reus poterit ſe defendere, tunc poſt præſentationem ipſarum non datur alius terminus, ſecùs quando non eſſet enunciatum, & præſentaretur, & adduceret aliquid noui, tunc terminus erit concedendus, & ita deciſum per dictum D. de Franchis, attamen circa deciſionem præſentis caſus patet, nimium ſe arctaſſe ad petitionem termini prædicti. Idcircò facto verbo in S.C. per Regium Conſiliarium D. Franciſcum Sauium die 12. menſis Decembris 1642. fuit dictum, bene prouiſum per Magnificum tunc cauſæ Commiſſarium, penès Secretarium, in Banca Speræ. Idem fuit iudicatum in cauſa Angelæ Villanæ cum creditoribus Ioannis Claritii, vbi fuerunt præſentatæ ſcripturæ Reuerendæ Fabricæ, ad relationem Regii tunc Conſiliarii Domini Hectoris Capycii Latro, nunc digniſſimi Regentis Regiam Cancellariam, in Banca Iadonij Magiſt. Act.

Termini plures ſi fuerint dati in eadem cauſa ſeparatim, tam in cauſa conuentionis, quàm reconuentionis, & iterum in aliis inſtantiis inde ſuperuenientibus, an omnes erint compilandi, vel ſub vnico termino reducendi. Hoc contingit altercari in cauſa Lucretiæ Antoniæ Maſturtio cum Monaſterio Ieſus Mariæ Ordinis Prædicatorum huius Ciuitatis Neap. in qua fuerunt dati plures termini in dicta cauſa ſeparatim à diuerſis Commiſſariis cauſæ ob diuerſas inſtantias, adeò quod cùm dubitaretur de curſu termini, excogitari non poterat, à quo termino ipſorum currere deberet, & licèt fuiſſet per cauſæ Commiſſarium de conſenſu Partium prouiſum, quod omnes termini in prędicta cauſa dati currant, & currere intelligerentur ab hodie, & teſtes ambarum Partium reciperentur per Examinatorem electum, nihilominus cùm fuiſſet ex parte dictæ Lucretiæ Antoniæ ſupplicatum, ex variatione terminorum conceſſorum debere reſpectu omnium prouideri de vnico termino, reſpectu omnium prętenſorum tam

a

in

Digitized by Google

in cauſa conuentionis, quàm reconuentionis, ne multiplici compilatione proceſſuum grauarentur, non obſtante, quod oretenus fuerat conſenſus præſtitus decreto, quod omnes currerent, fuit tandem per S.C. interpoſitum ſequens decretum, videlicet. Die 3. menſis Octobris 1639. Neap. Facto verbo de prædictis in S.R.C. per Magnificum V.I.D. Don Franciſcum Merlinum Regium Conſiliarium, & cauſæ Cõmiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod terminus datus vtrique Parti ad probandum incumbentia, currat ſuper omnibus in præſenti iudicio deductis. Hoc ſuum, &c. Franciſcus Antonius de Mercatis Secretarius, in Banca Iadoniſij *M*agiſtri Actorum. Iſta quidem deciſio corroboratur ex pluribus auctoritatibus, nempè, vnica litis conteſtatio pluribus libellis erit conſtituẽda, Ang. in l. duo rei, ff. de duobus reis, & pro pluribus cauſis vnicus libellus ſufficit, cap. cùm Ioannes, vbi Abb. in princ. not. de fide inſt. de quibus apud Palmam in ſua praxi, par. 2. gloſſ. 23. num. 31. & 32. cum ſeqq. vbi alia conſimilia adduxit, apud quem erit videre.

Territorium intermedium inter duas Vniuerſitates, cuius ipſarum eſſe præſumatur, vt onera ea eo percipi poſſint. Cùm prætenſum eſſet per Vniuerſitatem *M*ontiſcorbini pro certo territorio bonatenẽtiã exigere à particularibus poſſeſſoribus illius, pro qua in iure reſpondit vti Fiſci Patronus Ill. D. olim Regens Ioãnes Bapt. Valenzuela Velazquez in ſuo vltimo conſilio primi voluminis contra Vniuerſitatem Giſoni, pro qua in iure allegauit D. Reg. Hect. *C*apyc. Latro conſult. 22. vbi iuſtitiam ipſius Vniuerſitatis intuendo aſſeruit, duas ſpecies probationũ porrexiſſe, ſcilicet negatiuam, & affirmatiuam, quoad negatiuam probari dicebatur ex quodam inſtrumento anni 1370. vbi Archiepiſcopus Salernitanus dominus *M*ontiſcorbini confinia declarauerat, ex quibus territorium prędictum pertinere videbatur ad ipſam Vniuerſitatem Giſoni, licèt contra tale inſtrumentum aliquæ fuiſſent propoſitæ exceptiones, attamen illis refutatis probatio pro ea firma remanſerat, vt ibi erit videre, quò verò ad aliam ſpeciem probationis affirmatiuã dicebatur, cõfinia Primò probata fuiſſe per teſtes. Secundò, per cuſtodiam locorum. Tertiò, per refectionem agrorum ſeu viæ. Quartò, per loci euidentiam. Quintò, ex dominio ob poſſeſſionem, ac recollectionem fructuum, paſcendi, lignandi, & ſimilia, quibus omnibus in iure etiam probatis demùm refert, per S.C. iunctis Aulis fuiſſe pronunciatum in beneficium Vniuerſitatis Giſoni.

Tertius ſi non ſit auditus in prolatione ſentẽtiæ latæ contra aliquẽ, in qua habebat intereſſe, ei nocere non debet, & vt lata in contumaciam, fuit per Magnam Curiam Vicariæ iudicatum, eſſe audiendum, D. Regens Sanfelicius dec. 90. num. 7.

Tertius audiri an debeat in cauſa vertente inter aliquos litigantes, ſi ipſi fuiſſent citati per edictum, & reliqui intereſſe prætendentes, & incuſatæ contumaciæ, deciſum fuit, eſſe audiendum in terminis, in quibus reperitur, vt patet per exẽpla relata per D. Reg. Sanfel. dec. 89. n. 19.

Tertius comparens in iudicio penès acta, ſi non fuerit interlocutum, vt audiretur, ſed tantùm quod liceat aſſiſtere, an poſſit Iudicem recuſare, deciſum fuit negatiuè, vt teſtatur D. Regens Sanfel. dec. 90. n. 21.

Tertius comparens in iudicio penès acta, in cuius fauorem fuerit pronunciatum, licere aſſiſtere, an poſſit declinatoriam fori opponere, deciſum fuit per *M*.C.V. negatiuè, vt inquit D. Reg. Sanfel. dec. 90. n. 22.

Tertius comparens in iudicio an poſſit de nullitate excipere, deciſum fuit, poſſe, verùm non impediatur executio ſententiæ S. C. contra condemnatum, refert D. Reg. Sanfelicius deciſ. 90. num. 36.

Tertius ad impediendam executionem ſententiæ comparendo, aſſerens, rem petitam eſſe penès eum, & illius poſſeſſionem habere, an erit audiendus, & interim executio differri, deciſum fuit per Sac. Conſ. pluries, & per Magnam Curiã affirmatiuè, ita Dominus Regens Sanfel. deciſ. 90. n. 37.

Tertius comparens in iudicio, compilato proceſſu, an erit audiendus, in hoc Iudex arbitrabitur, ſi animo calumniandi comparuiſſet, quoniam eo caſu Iudex non impediretur procedere ad vlteriora in cauſa, & ita deciſum per S. C. in cauſa relata per Dominum Reg. Sanfel. dec. 90. n. 38.

Tertius poſſeſſor paciſcens vili pretio cum creditore agente hypothecaria ſuper re poſſeſſa, an ſit non tantùm tutus in re, quam poſſidet, ſed etiam agere poſſit pro conſequutione totius quantitatis, concluditur affirmatiuè, licèt cauſa non fuerit deciſa, Dominus Regens Sanfelicius dec. 120.

Tertius in cauſa comparens non habet exceptionem fori declinatoriam, ex Ang. in l. ſi quis libertatem, ff. de pet. hæred. & Anch. conſ. 333. n. 2. Felin. in cap. exceptionem, num. 18. de except. probat Ripol. var. reſol. cap. 3. num. 146. alios citat Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 16. numer. 40. & rationem aſſignat Scace. de iudic. tom. 1. capite 501. ſub num. 13. quare tertius non poteſt declinare forum, quia habetur loco Actoris. Idcircò cùm Brigida Lignola auia, & tutrix Anelli, & Antonii Montanarii filiorum quondam Ianuarii Montanarii vigore donationis factæ à quõdam Claudia de Regina ducatorum 60. eidem Ianuario ſuper cenſu debito ab illis de Tudiſco, & petiiſſet, illum ad ſe ſpectare, & ſibi liberari ex depoſitis prouenientibus ex certa domo, aduerſùs talem prætenſionem inſurrexerunt Io. Berardinus Schictinus, & Matthæus de Porto petentes remiſſionem ad Curiam Artis Serici, quia ſuper dicto cenſu intereſſe habebant. Tandem fuit eis denegata per Regium tunc Conſiliarium Petrum Antonium Carauita, & inde facto verbo in Sacro Conſilio die 21. Iun. 1636. fuit bene prouiſum, & confirmatũ in reclamatione die 11. Iulii 1636. eodem referente, penès Secretarium, in Banca de Ferrarijs.

Tertius an poſſit opponere de inualiditate contractus prætextu vſuræ, fuit relata deciſio ſuprà verb. Contractus.

Tertius oppoſitor, ſiue interueniens in cauſa ad coadiuuandum reum conuentum pro ſuo intereſſe

reſſe

Digitized by Google

reſſe ante, vel poſt ſententiam, an ſit audiendus, ſuppoſito, quod cùm prætenderet Illuſt. Marchio Lauri ſuis Ciuibus certum ius quartariæ ex venditionibus bonorum emphyteuticorum, & alia ſimilia, & cum effectu obtinuiſſet ſententiam contra eos in ſui fauorem, comparuit Vniuerſitas ad coadiuuandum iura ſuorum ciuium, licèt contra eam fuiſſet oppoſitum, ad ſe non ſpectare principaliter intereſſe, ſed ad eius Ciues, nihilominùs die 13. Maij 1625. iunctis Aulis deciſum fuit in beneficium ipſius Vniuerſitatis, penès Cioffum, vt refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota controu. iur. tomo 2. controuerſia 43.

Tertius poſſeſſor comparens poſt ſententiam latam inter alios litigantes, an poſſit impedire illius executionem, docendo in promptu de legitimo titulo, & iuſta, ac legitima poſſeſſione, & de eius intereſſe. Hoc contingit in cauſa Eminentiſſimi Cardinalis Spinelli Epiſcopi Auerſani cum Sereniſſimo Duce Parmæ, pro quo in iure allegauit D. Reg. Fab. Capy. Galeota controu. iur. tom. 2. contro. 56. qui in calce dictarum controuerſiarum enunciando deciſiones prætermiſſas inquit, Deciſio ad contro. 56. S.C. ſupponendo ex parte Sereniſſimi Ducis oppoſitoris, non eſſe omnino probatam identitatem cenſuum ſuper eiſdem Territorijs, in quibus obtinuerat ſententiam Eccleſia Auerſana, & ob dubietatem orientem ex rei antiquitate, & poſſeſſione tam Eccleſiæ, quam Ducis, cuius reſpectu pluries declarauerat Epiſcopus, nihil prætendere à Duce, nec ab eius Cenſuarijs, & Rendentibus, Die 23. Iulii 1615. referente Conſiliario Pomponio Saluo, iunctis Aulis decreuit, ſẽtentiam latam pro Epiſcopo prædicto ſub die 14. Aprilis 1611. eſſe executioni demandandã, non obſtantibus oppoſitis pro parte Ducis Parmæ, præſtita cautione per Eminentiſſimum Cardinalem Epiſcopum Auerſanum de reſtituendo quidquid fuerit iudicatum reſpectu prætenſorum per dictum Ducem f. 151. in proceſſu 2. vol. inter Card. Epiſcopum, cum poſſeſſoribus Galdi. Hæc ille.

Tertius de nouo veniens ad cauſam ad coadiuuandum vnum ex Collitigatoribus, aut infringendum, an liceat aſſiſtere tantùm, vel audiri, relata fuit deciſio ſup. verb. Aſſiſtere.

Tertius comparens pro ſuo intereſſe in iudicio capitali ad excuſandum reum citatum ad foriudicandum, an poſſit Iudicem ſuſpectum recuſare, hanc quæſtionem diſcurit doctiſſimus Dominus Regens Don Franciſcus Merlinus controuerſ. forenſ. cap. 48, & refert ſub nu. 12. M.C. cen fuiſſe, eſſe admittendum tertium ad recuſandum Iudicem ſuſpectum, vbi comparet tanquam excuſator aduersùs citationem ad foriudicandum, ſuper quo reperi quandam apoſtillam Franciſci Spatacenta V.I.D. ſic dicentis, hæc quæſtio fuit deciſa in Collaterali Conſilio, patrocinante pro excuſatore Doctore Franciſco Spatacenta, ad relationem Domini Conſiliarii Eſquerra, Scriba Migliaccio tunc temporis Actuario Iacinto de Roſa, nunc Staracio. Hæc ille.

Teſtamentum an infirmetur ex ſola pœnitentia teſtatoris, qui proteſtatus fuerat coram ſeptem teſtibus, nolle ſuum teſtamentum firmum eſſe, ita vt locus aperiatur legitimis hæredibus, fuit per M.C. iunctis Aulis decisum in fauorem legitimi hæredis, qui fuit immiſſus in poſſeſſionem bonorum omnium remanſorum in hęreditate dicti teſtatoris, vt tradit D. Reg. Sanfel. dec. 196.

Teſtamentum mentecapti conditum in eius vita, an poſſit aperiri ad inſtantiam ſubſtituti, deciſum fuit negatiuè, ita D. Regens Santelic. dec. 197.

Teſtamentum, ſiuè donatio ſi fiat in beneficium viri ab vxore, an valeat, ſtante pacto inter virum, & fratres ſtipulantes, appoſito in capitulis matrimonialibus, quod ſoluto matrimonio abſque filiis, ad ipſos dos reuertatur, deciſio patet ſup. verb. Donatio.

Teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam an in totum annulletur, vel ſaltim reſpectu legitimæ, deciſum fuit per S.C. in totum annullari in cauſa Vrſulæ Bonifaciæ cum Io. Berardino Leopardo, vt refert Io. Baptiſta Hodierna in additione ad Surdum dec. 295. n. 13. in noua impreſſione.

Teſtamentum conditum à filio præteriendo matrem illuſtrem, an ſubſtineri debeat vigore clauſulę, omni modo meliori, ex quo legatum alicui factum erat, deciſum fuit per S. C. teſtamentum Cæſ. Catanei eſſe validum, dùm ipſius vigore mediante ſententia S.C. fuit iuſſum, dari 15000. ducatos Philippo Spinulæ ſub his verbis, pro omnibus per ipſum Philippum prætenſis, ſeruata tamen forma diſpoſitionis quõdam Cæſaris Catanei, in Banca Cioffi, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeota contr. iur. tom. 2. controu. 31.

Teſtamentum conditum ab aliquo ſubſiſtere an poſſit ex tribus obiectionibus. Primò, quia non fuit poſt ipſius ſcripturam coram teſtibus relectum, nec publicatum. Secundò, quia non aderat ſubſcriptio Notarii. Tertiò, quia omnes teſtes fuerant Religioſi Mendicantes, & tres Capuccini abſque licentia. Fuit deciſum, quod infra quatuor dies audiantur Partes, & interim hæredes Io. Baptiſtæ Bonelli manuteneantur in poſſeſſione bonorum quondam Io. Bonelli tam intra, quã extra Regnum, Dominus Reg. Hect. Capyc. Latro conſul. 14 & 15. vbi ponit deciſionem tom. 1.

Teſtamentum conditum per filiam, quæ fratrem vtrinque coniunctum inſtituit, præterito patre, an poſt mortem patris alter frater poſſit ex perſona patris, non vt eius hæres, ſed vti creditor inualidũ illud reddere, prætextu prætaritionis vti inofficioſum, fuerũt infraſcripta allegata ex parte Ioannis Franciſci Capycii Minutuli contra Fabritium Capycium Minutulum, ſuppoſito priùs, quòd Bartholomæus Minutulus in vita aſſignauit Ioanni Franciſco, & Fabritio eius filiis, ac alteræ eius filiæ Monacæ in Monaſterio S. Patritiæ, ac etiam aſſignauit dotem, quinimmò altera eius filia Lucretia dubitans remanere indotata, inſtitit in S. C. pro aſſignatione portionis, & dato Curatore hęreditati iacẽti, fuit per S.C. ad relationẽ Reg. Conſi. Nicolai Antonii Gizzarelli aſſignata ei portio in ſubſcripta Banca, de qua diſpoſuit in ſuo teſtamento, inſtituendo eius hęredem dictum Ioãnem Franciſcum, ſuper quo incidit altercari,

vnde pro eius defenſione ſequentia in iure fuerunt allegata, videlicet. Domina Lucretia Capycia Minutula ordinauit teſtamentum, inſtituitque hæredem vniuerſalem Ioannem Franciſcum Capycium Minutulum fratrem vtrinque coniunctum, communi patre præexiſtito, qui dùm ſuperuixit per multos annos, non præparauit, nec inſtituit querelam inofficioſi teſtamenti, modò comparet Fabritius Capycius Minutulus frater ſimiliter vtrinque coniunctus teſtatricis, & hæredis, mortuo communi patre, ſed non eſt heres communis patris, nec vti talis, agit, ſed tanquam extraneus, vel frater, vel creditor communis patris præteriti, & propoſuit dictum teſtamentum inofficioſum, & nullum. Sed teſtamentum prædictum eſſe validum virtute Conſuetudinis, per quam derogatum eſt iuri Romano, ex rub. de filijsfam. volentibus teſtari, & de quibus bonis, & nigro, filiusfam. & filiafamil. & iterum. at ſi pater, vel materfamil. eſſet, & ibi Napod. in 2. gloſ. in verſ. poſſunt. hæc profert verba, pondera bene hunc tex. quod ipſi filius, & filiafamilias poſſunt teſtari, quod eſt verum, ſi ſint impuberes, congiungunt etiam verba rubricæ, & tex. reſpectu bonorum, nam ſunt talia, vt per Conſuetudinem permittitur. Secundò, quod dictum teſtamentum ſit validum, eſto quod pater communis, qui tunc erat in medio ſuperſtes, nam exiſtentia patris non ligat filium, filiamue familias ad inſtituendum patrem hæredem, immò dicta Conſuetudo permittit, vt filius, filiaue familias poſſint ſuperſtitem patrem priuare proprietate, & vſufructu in vita, & in morte, Napod. ibi, in gloſ. teſtari, verſ. tamen ex beneficio huius Conſuetudinis, & ſeq. quæſt. allegat rationem, nam adeſt legalis prouiſio, ſeù permutatio per eandem Conſuetudinem, quod detur patri bonorum ſubſidium, ſed prædicta aſſiſtentia patris duo operatur, quod ſit valida diſpoſitio filij, filiæue famil. & quod collaterales excludantur, Napod. in gloſ. nolit, vbi dat ſimile lineæ deſcendentis, cuius exiſtentia facit ceſſare aſcendentem, & collateralem, & adeò exiſtentia patris ſufficit, etiã quod eſſet inutilis reſpectu ſui, ſed vtilis reſpectu teſtamenti, Bar. in l. 1. §. ſi pater, nom. 2. ex hoc concludo ad aliam quæſtionem, ff. de coniug. cum emancip. liber. Capyc. dec. 210. num. 5. & ideò etiam extraneo inſtituto hærede, tenet Minad. dec. 38. & in repet. Conſt. In aliquibus, in 2. notab. num. 504. D. de Franch. dec. 91. & 92. & Piſanell. in eandem Conſuet. Tertiò, præteritio patris non annullat teſtamentum, quia dicta Conſuetudo introduxit permutationem, ac prouiſionem legalem, vt ſuprà. Secundò, quia dicta Conſuetudo non continet clauſulam irritantem caſu, quo pater eſſet præteritus, ſed curat lineam aſcẽdentium ſimpliciter clauſula (ſaluo bonorum ſubſidio) inſerta Conſuetudini prædictæ, non ſtat conditionaliter, ex vi cuius ablatiui abſoluti conditionalis irritaretur teſtamentum, & explicat facere quandam proteſtatiuam reſeruationem, & ſic de iure Conſuetudinario præteritio patris non irritat teſtamentum, nam illud procedit de iure communi, per tex. in auth. ex cauſa, C. de lib. præterit. vt ibi Napod. in fin. gloſ. ſaluo bonorum ſubſidio, affirmat, quamuis de iure communi etiam ſit difficultas, ſi dicta authentica ex cauſa tueatur parẽtes, nam illa intelligitur ad literam, & ſimpliciter fauore lineæ deſcendentis, cui iure naturali, ſeù diuino debetur hæreditas, cap. ius naturale, diſt. 1. & Papin. in l. ſcripto hærede, §. fin. ff. vnde liberi, his verbis noſtram quæſtionem decidit, non ſic parentibus liberorum vti liberis parentum debetur hæreditas. Parentes ad bona liberorum, ratio miſerationis admittit liberos naturæ ſimul, & parentum commune uotum Diuus Paul. in 2. ad Corinthios cap. 12. non debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs. Quartò, vtcunque ſit dictus Fabritius, vti frater, vt creditor non poteſt refricare quæſtionem inofficioſi teſtamenti, ſed nec vti hæres patris communis, quia non eſt talis, adeò quod vndique eius perſona eſt excluſa, cùm non ſit legitima in hac quæſtione, & careat actione propoſita, quæ legitimatio perſonæ in quocunque iudicio etiam ſummario ante omnia eſt cognoſcenda, Bar. in l. 2. C. de edicto Diui Hadriani tollendo, Bal. in l. fi. numer. 42. C. eod. de edict. Diui Hadrian. toll. etiam in criminali iudicio extendens. Quintò, etiam ſi pater adhùc viueret, non poſſet irritare tale teſtamentum, cùm poſt elapſum quinquenniũ ſit præcluſa via, dict. l. ſi quis filium, §. fin. in finalibus verbis, C. de inoff. teſt. Sextò, dato, quod Fabritius eſſet talis, & quod prædicto communi patri querela competiiſſet contra teſtamẽtum Lucretiæ filiæ, dum ſuperuiuens per multos annos non propoſuit pater, nec de tali teſtamento conquæſtus, nec præparauit inſtituere iudicium, ad extraneum hæredem non trãſfertur, tex. eſt in l. poſthumus, §. ſi quis, cum l. ſequenti, ff. de inofficioſo teſtamento, gloſ. in l. omnimodo, §. nam ſi nullum, in verb. non licebit, & in cap. 1. §. porrò. in verb. aſſalueris, quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. & hanc communem dicit Io. de Igneo in l. 1 § ſi dominus mortiſerè, ff. ad ſyll. num. 34. vbi cumulauit omnes gloſſas, & rationes in medium protulit, tùm quia diù ſuperuixit, l. 2. C. de liber. & eor. libert. & l. final. C. de reuoc. don. tùm neceſſitudine coniunctionis, l. vtilitatem, ff. de confirm. tut. tùm quia heres mentis coercitionem non habet in his, in quibus pœna oriri ſolet, l. rei iudicatæ, §. 1 ff. ſolut. matrim. Septimò, quia querela inofficioſi teſtamenti non tranſmittitur ad heredem extraneum, qualis eſſet Fabritius, vt creditor, & non vti ſuus hæres, l. poſthumus, §. ſi quis, cum l. ſeq. ff. de inoff. teſtam. Paul. de Caſtr. in l. ſi pater tuus, ff. eod. nec beneficium l. ſi quis filium, §. fin. C. de inoff. teſtam. complectitur hæredes extraneos, ſed filios tantùm, qua de re filius exhæredatus non potuit illam proponere, illic gloſ. Odofr. Cyn. Bar. Bal. Paul. de Caſt. & Iaſ. n. 3. in verb. tertiò nota, Salic. in l. cùm mora, in 2. oppoſ. C de tranſ. viſu dignus, ibidemque Iaſon num. 15. & Dec. num. 5. ea ratione, quia eſt remedium ſpeciale fauore filij, gloſ. in l. ſi quis affirmauerit, in verb. hæredes, ff. de dol. mal. in d. l. cum mora Roma, num. 10. Aret. num. 7. Dec. num. 5. Io. de Igneo in repet. auth. ex cauſa, C. de lib. præter. num. 42. dictumque §. fin. eſſe correctorium iuris communis, nec poſſe vltra caſum expreſſum extendi, poſt Iacob. Butrig. tenuerũt in dict. l. cùm mora Salic. Roma. num. 10. verſ.

ſed

Digitized by Google

ſed tu aduerte, Iaſ. in eod. §. fin. verbo ſecundò limita, Bal. in l. 2. num. 15. verſ. vltimò quæro. C. de in off. teſtam. qui omnes fundantur in diſpoſitione l. ſcimus, § fin ff de inoff. teſtam. ibi, ad extraneos verò hæredes tunc tantummodò, quando antiquis libris inferiam faciet præparationem, & gloſ. intelligit illam præparationem, de qua in dict. l. poſthumus, & l. ſeq. §. fin. quod non extendatur ad ſuos hæredes lineæ aſcendentis (vt eſſet in caſu noſtro) quando Fabritius eſſet hæres patris. tenuerunt Angel. in l. fin. ff. de inoff. teſtam. Fulgoſ. in l. ſcimus, §. fin. ff. de inoff. teſtam. ſed tantùm in caſu ſuo ſimplici fauore ſuorum hæredum lineæ deſcendentis, & adeò ſunt vera prædicta, & dict. §. fin. num. comprehendat hæredes matris, quia non ſunt ſui hæredes & inconuincibili ratione fulcitur. nam querela inofficioſi teſtamẽti non eſt propriè actio, nec accuſatio, nec ex delicto oritur, aut obligatione ciuili, ſed ex naturali æquitate taxata. & confirmata tantùm in hæredibus ſui filij exhęredati per Imperatorem Iuſtinianum ita notabiliter dixerunt Odofr. in dict. l. ſi pater, C. de inoff. teſtam. & Bal. in l. cùm mota, C. de tranſ. num. 90. Mutius de Leone. Additio. Et ſi teſtamentum ordinatum per quondam Lucretiam Capyciam Minutulam ſit validum, vt multifariam probatum fuit, adeò quod nec pater, ſi adhùc viueret, impugnare poſſet, vt in allegationibus in 5. capite fundatum fuit, & perſona Fabritij Capycii Minutuli non ſit legitima in hoc examine, vt in 4. 6. & 7. capitibus, nam talis querela inſtituta per patrem nõ tranſmittitur ad hæredem extraneum, illudque validum in terminis Conſuetudinis in 1. 2. & 3. cap. Tamen ex vnico articulo allegato ex aduerſo decidi poteſt validitas prædicti teſtamenti, dicit dictus D. Fabritius, quod matrimonium initum inter Bartholomæum Minutulum patrem, & Dianam de Tufo matrem communes parentes, fuit ſecundùm morem nobilium Platearum huius Ciuitatis, & hoc eſt verum, & apparet ex inſtrumento fol. 20. & quod ſecundùm Conſuetudinem Platearum nobilium fol. 28. Præfata Conſuetudo, de qua Napod. alloquutus fuit in Conſuet. Si quis. vel ſi qua, in verſ. in bonis omnibus, num. 198. ver. pactione autem excluditur pater de medio, vt in ſeq. num. 195. exemplificat de forma renunciationis, pone, quod tẽpore receptionis dotis vir renunciauit per pactum, ſeù ſtipulationem ſuccedere filiis communibus, vbi Ant. Capyc. in addit. prædict. num. 194. fol. 130. dicit, quod talis pater renuncians habetur pro mortuo, & ibidem Marin. Frecc. allegat Salic. in l. duo nobis, num. 4. C. de Epiſcop. & Cler. & allegat Addit. Ant. de Alex. quod renuncians non admittitur, inſtituto hærede extraneo, adeò quod ſi pater vigore prædictæ Conſuetudinis eſt excluſus, & habetur pro mortuo, ergo teſtamentum eſt validum, nec poteſt dici præteritus. Et prædicta confirmantur, nam filia renuncians hæreditati paternæ, vel excluſa per ſtatutum, ſtantibus maſculis, non poteſt dicere teſtamentum paternum nullum, quia præterita, D. Præſ. de Franch. dec. 149. num. 7. allegat Napod. Afflict. & Capyc dec. 176. num. 3 latè hoc idem probat, & producuntur conſimiles ſententiæ fol. 48. Ergo non obſtante prætenſa nullitate teſtamenti, quia Lucretiæ decreta facta ad fauorem Io. Franciſci Capycii Minutuli hæredis vniuerſalis debent exequi, &c. Mutius de Leone. Io. Vincentius Biſcia V. I. D. Die 9. Aprilis 1601. Facto verbo de prædictis in S. R. C. per Magnificum D. Fœlicem de Ianuario cauſæ Commiſſarium. Decreto ipſius S. C. prouiſum eſt, teſtamentum quondam Lucretiæ Capyciæ Minutulæ eſſe validum, non obſtantibus oppoſitis pro parte Magnifici Fabritii Capycii Minutuli. Hoc ſuum, &c. Fœlix de Iannario. Annibal Cæſarius. De Mondellis Actuarius, nunc Solatius. Et iterum in cauſa D. Violantis Sanfeliciæ cum D. Franciſco Sanfelicio Duce Balneoli, qui cùm obtinuiſſet ſententiam in ſui fauorẽ contra d. Ducem ad ſoluendũ duc. 2000. ſibi relictos per quondam Iuliam Seripandam eius matrem, ſe oppoſuit dictus Dux per viam reconuentionis, petendo nullitatem teſtamenti ob eius præteritionem nepotis ex fratre, & proinde non debere exequi ſententiam, vnde fuit ordinatum per S. C. procedendum eſſe ad expeditionem cauſæ reconuentionis, quo facto prouidebitur ſuper executione ſententiæ in cauſa reconuentionis, & demùm facta relatione in S. C. per Dominum Regium Conſiliarium Don Ferdinandum Arias de Meſa fuit prolata ſententia in fauorem D. Violantis, per quam remanſit abſoluta ab impetitis per Ducem in cauſa reconuentionis, &c. & nihilominùs declaratum fuit, Duci competere legitimã in bonis extradotalibus Iuliæ de nouo quæſitis, & in antiquis, ſi quæ ſunt portionem debitam, vigore Conſuetudinis noſtræ Ciuitatis, vt ex actis in Banca Carboni Magiſtri Actorum, fol. 76. Ex altera verò parte Fabritii Capyc. Minutuli fuerunt ſequentia allegata, videlicet. Teſtamentum conditum per quondam Lucretiam Minutulam tunc filiamfamilias, ac in patris poteſtate conſtitutam, nullum, ac nulliter confectum fuiſſe iuxta ſanxeſuns in lege qui in poteſtate. in princ. ff. de teſtam. in l. ſenium, vbi omnes, C. qui teſtam. fac. poſſ. in cap. licèt, §. fin. de ſepul. in 6. Ad hoc reſpondet Ioannes Franciſcus Minutulus hæres vniuerſalis inſtitutus, ꝙ illa potuit teſtari iure municipali de bonis maternis, & obuenientibus à linea materna, vt in Cõſuet. Filiusfamilias, & filiafamilias. E contra ad iſtud primò replicatur, quod prædicta Lucretia non cogitauit teſtari, ſeruata forma Conſuetudinis prædictæ. ex quo generaliter de omnibus bonis ſuis diſpoſuit, inſtituẽdo hæredem vniuerſalem prædictum Ioannem Franciſcum eius fratrem, qui petiit, ſimpliciter ſe hæredem ſororis vniuerſalem declarari, ex quibus ſequitur primò, quod reſpectu Lucretię teſtatricis teſtamentum remanet nullum, quia de aliis bonis indubitanter non poterat diſponere ex prohibitione legis, ac iuris communis tanquam filiafamilias, prout expreſsè diſponit eadem Conſuet. Filiusfamilias, per illa verba (in aliis bonis aduentitiis, & vndecunque ſibi obuenientibus iura communia obſeruantur) & prædicta Lucretia habebat quædam alia bona, vt patet ex inuentario per eundem Io. Franciſcum tanquam hæredem confecto, & propterea prædictum teſtamentum generaliter confectum de omnibus eius bonis non ſubſtinetur, quia

licèt potuiſſet diſponere de bonis maternis, nõ ita diſpoſuit ſpecialiter de eis, ſed de alijs, de quibus non potuit. Vnde quod potuit, noluit, quod voluit adimplere, nequiuit, & vtrumque vitiatur, l. multum intereſt, in fine, vbi glo. allegat concordantes, C. ſi quis alteri, vel ſibi. Teſtamentum enim dicitur quid indiuiduum tam ratione formæ, quàm ratione voluntatis, vti per illum tex. in l. furioſum, C. qui teſtam. facere poſſ. ſcribunt ibi Bar. Albet. Bal. 4. notab. Paul. de Caſtro num. 2. Iaſ. in rub. ff. de leg. 1. num. 12. verſ. taſtameorum, & tam in contractibus, quàm in vltimis voluotatibus in indiuiduis vtile per inutile vitiatur, vti ex quamplurimis iuribus, & alijs plenè probat Tiraq. de retract. 1. par. ad fin. tit. num. 64. vnde in ſimili ſententia lata per Iudicem, vel Tribunal, vltimam metam, & ſummã ſuæ iuriſdictionis in totum vitiat, & nec etiam infra ſummam ſuſtinetur, vt inquit gloſ. in verb. ſuprà in l. fin. ff. de iuridict. omn. Iud. vbi Bat. num. 3. Alber. num. 15. 16. Bal. circa princip. Ang. Paul. de Caſt. Iaſ. Soc. Alex. num. 11. 15. in gloſ. Iacobus, num. 13. 14. Cur. iun. num. 14. 15. Cagn. num. 47. Marſil. num. 47. & quamplurimi allegati per Eoſdem, ſicuti etiam in ſimili donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum in totum vitiatur, licèt præſentium tantùm, vel futurorum tantùm ſuſtineretur, vti notant omnes in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & in l. fin. C. de pact. plenè Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 12. & in rub. de teſt. par. 2. num. 3. & ſeqq. & prædicta nullitas teſtamenti firma remanet, etiam reſpectu petentis, ſiue petitionis, quoniam prædictus Io. Franciſcus petijt ſimpliciter, declarari hæredem vniuerſalem prædictæ Lucretiæ, vnde dùm vniuerſaliter petijt, ſe hæredem declarari, non poſſet aptari ſententia in vno tantùm capite, & vno modo diuerſo, & particulari aptari ſententia, quia nõ eſſet conformis libello, maximè in prædictis indiuiduis, & propterea eſſet nulla, l. vt fundus, ff. comm. diuid. cap. licet habemus, cum concor. de ſimon. & ita decidere videtur Alber. in d. l. fin. num. 16. ibi, nam eſt indiuidua ratione ſententia, ff. de iuriſdict. omn. Iud. & quod teſtamẽtum non teneat Bal. in terminis in l. fin. num. 15. verſ. ſed quæro, in fin. verſ. breuiter, C. de ſenten. paſſ. Secundò dicitur, prædictum teſtamentum ex alio fuiſſe nullum, quoniam patrem præterijt, in cuius erat poteſtate, auth. ex cauſa, & in corpore, vnde ſumitur, C. de liber. præter. & ita punctualiter decidit Napod. in dict. Conſue. Filiusfamilias, in verb. ſaluo, n. 24. verſic. ſed quid ſi filius. expreſſiſſimè in Cõſ. Si quis, vel ſi qua, in verb. præterquam, num. 180. & 181. Ad hoc reſpondebatur, patrem de hoc non fuiſſe conquæſtum, & ſic ab alio opponi non poſſe, ſed replicatur Primò, in promptu adduci in alio proceſſu, ter per patrem prædictam nullitatem fuiſſe appoſitam. Secundò reſpondetur, quod ipſe Fabritius pro ſuo intereſſe poſſet opponere prædictam exceptionem excluſiuam actoris, l. fin. C. de rei vendic. l. cùm ſeruum, C. de ſeru. fug. Bar. in l. 2. num. 1. in princ. ff. de excep. rei iud. Tertiò ad claudendum os Parti dicitur, quod dùm cauſæ vertentes inter prædictos Io. Franciſcum, & quond. Io. Bartholomæum Minutulum communem patrem ipſorum Ioannis Franciſci, Fabritij, & Lucretiæ fuiſſent compromiſſæ Præſidentibus Regiæ Cameræ Iulio Menadoo, & Camillo de Curte tunc Aduocatis, illi declarauerunt, prædictum teſtamentum eſſe nullum, & ab ipſis Partibus fuit habitum pro indubitato, in tantùm quod in lite vertente ad inſtantiam legatariorum prædictæ Lucretiæ, non ſolùm ipſe pater allegauit teſtamentum nullum, verùm ipſemet Io. Franciſcus confeſſus fuit, prædictum teſtamentum eſſe nullum, ac fuiſſe declaratum nullum, vnde per talem confeſſionem, & maximè factam in iudicio, vbi aderat pater in iudicio eodem, omnino ſibi præiudicauit, & eum impugnare non poteſt, l. vnica, cum concord. C. de confeſ. Poſteà pro parte ipſius Fabritij fuit allegatum, quod matrimonium fuit contractum ſecundùm morem Nobilium, vulgariter dictum alla nuoua maniera, & ſic ceſſante prædicta Conſuetudine Neapol. dante poteſtatem diſponendi de bonis maternis, prędicta filiafamilias non habens poteſtatem teſtandi non conceſſam à prædicto more Nobilium, remanſit inteſtabilis, ſeruata forma iuris communis, quia dùm prædictus mos Nobilium filijsfamilias expreſsè non conceſſit poteſtatem teſtandi, prout prædicta Conſuetudo ſcripta, talis facultas, vel non facultas teſtandi remanſit in diſpoſitione iuris communis, quod niſi expreſsè corrigatur, incorrectum remanere cenſetur, l. præcipimus, cum concord. C. de appell. poſteriores enim leges ad priores pertinẽt, & iura eas interpretantur, l. ſed & poſteriores, ff. de ll. ac lex municipalis ſcripta, vel non ſcripta in dubio intelligitur conformis iuri communi, prout etiam ſtatuta, ba. C. de nouel. l. vnica, C. de inoffic. dot. cap. cùm dilectus, de Conſuet. plenè Tiraq. de retract. par. 1. §. 1. gloſ. 10. n. 12. verſ. niſi dicas, & ſemper interpretatio debet fieri, vt redeatur ad ius commune primæuum, l. ſi vnus, §. pactus, verſ. quod & in ſpecie, ff. de pact. Immò tales Conſuetudines, ſiue Statuta municipalia recipiunt interpretationem paſſiuam, reſtrictiuam, & declaratiuam, etiam impropriando verba, vt concordent, & non corrigant ius commune, vti plenissimè ex multis in propria materia ſucceſſionis dotis maternæ ſcribit, & probat Curt. ſen. in quæſt. 78. incipit Domine Franciſchine, num. 4. & 6 prop. eodem num. 6. col. 2. verſ. maximè, quia ſtatuta eius verba, ac etiam ampliat Tiraq. in dict. gloſ. 10. num. 79. & 80. & ex prædictis ſequitur, quod prædicta Lucretia filiafamilias ſecundùm prædictum morem Nobilium remanſit omnino inteſtabilis. Nec obſtat, ſi dicatur, quod pater in bonis maternis ſecundùm dictum morem Nobilium excluditur à bonis maternis, & ſic ceſſare videtur eius intereſſe, & proinde non habeat, de quo conqueratur. Primò reſpondetur, quod excluſio patris, & patria poteſtas ſunt diuerſa, & proptereà de vno non infertur ad aliud, cùm ex diuerſis non fiat illatio, l. Papinianus exulit, cum concord. ff de minor. & Conſuetudo loquens in vno, non cenſetur Ius commune corrigere in alio, & ijs, quæ plenè proximè ſcripſi. Secundò, ſtrictiùs probatur excluſio patris à ſucceſſione, nõ tollit patriã poteſtatem, nec operari, aut prohibere cenſetur, quin filii remaneant in poteſtate patris, tex. in l. pen. in princ.

&

& §. fin. vbi omnes notant, C. qui teſtam. facere poſſ. in tantum quod etiam in iis, in quibus patri non quæritur vſusfructus, filiisfamilias teſtari non licet, etiam patre permittente, communiter Doctores in dict. l. pen. & dict. l. qui in poteſtate, & in dict. cap. licet, § fin. de ſepul. in 6. plenè Theſaur. dec. 150. n. 10. 11. 12. 13. & quod per Senatum Pedemontanum fuit iudicatum, teſtamentum etiam nullum factum per filiamfamilias, in quo liberos inſtituerat, & patri vniuerſalem vſumfructum reliquerat, qui erat contentus teſtamentum approbare, vti plenè probat Theſaur. dict. dec. 150. num. 5 & ſeq. & n. 8. verſ. nihilominus. Comprobatur tertiò, namque illa excluſio patris inducta per morem Nobilium eſt limitata, loquens tantùm in bonis maternis, & prouenientibus à linea materna, in cæteris verò remanet firma regula iuris communis, ſecundùm quod pater non excluditur, exceptio enim firmat regulam in contrarium, præterquam in exceptoatis, l. quæſitum, § denique, ff. de fund. inſtr. cum concord. ibi allegatis in gloſ. ſi ergo in iis omnibus remanet diſpoſitio iuris communis, ſequitur, quod filiifamilias in iis omnino teſtari non poterunt, dum etiam remanent in poteſtate patris, ergo idem in bonis maternis, in quibus tantùm excluſio patris ordinatur, non autem facultas teſtandi conceditur, quę dùm non fuit expreſsè conceſſa, non poteſt dici permiſſa, quia induceretur correctio iuris communis, & talis illatio, ſiue interpretatio correctiua ſemper reiicienda, vt plenè ſuprà probauimus. Quartò, & demùm prædicta roborantur, conſiderando, quod prædicta excluſio patris, & aliorum de linea paterna à bonis maternis non fuit inducta in odium patris, & aliorum de illa linea, ſed altrinſecus inducta fuit in fauorem eorum, qui ſunt de illa linea, à qua bona proueniunt, quoniam ſicuti excluſit patrem, & alios de linea paterna à bonis à matre, & aliis de linea materna prouenientibus, ita quoque excluſit matrem, & alios de linea materna à bonis à patre, & aliis de linea paterna prouenientibus, vnde diſpoſitio, & finis prædicti moris Nobilium fuit tantùm admittere proximiores illius lineæ, vnde bona proueniunt, etiam excluſis parentibus altrinſecùs, non autem voluit concedere poteſtatem filiisfam. teſtandi, nõ tantùm ex prædictis rationibus, ac quia eſſet inducere illationem contra ius commune, verùm etiam, quia ſequeretur effectus contrarius, quod filiifamilias inſtituerent non proximiores, aut extraneos, & parentes reperirentur excluſi, ac etiam proximiores, ſiue aliqui ex proximioribus, prout eſt ipſe Fabritius frater vtrinq. coniunctus, & bona non remanerent apud lineam à prædicto more vocatam, & conſideratam, quod omnino reiiciendum erit, cùm mens, ac ſenſus legis, ac Statuti ſit vndique attendendus, l. ſcire oportet, § aliud, cum concord. ff. de excuſ. tutor. plenè congerit Tiraq. in l. ſi vnquã, in verb. liberis, num. 47. C. de reuoc. don. ac finis ſemper inſpiciendus reſpectu omnium de linea vocatorum, vt expreſsè probatur in l. cuius effectus, ff. de reg. iur. l. ſi quid ſur, vbi Ang. ff. de ſur. Ex quibus omnibus neceſſariò ſequitur, quod prædicta Lucretia cenſeatur ab inteſtato obiiſſe, prout etiam in prædicto iudicio idem Io. Franciſcus actor confeſſus fuit, eidem ab inteſtato velle ſuccedere, & contrauenire non poteſt tali confeſſioni, & declarationi factæ in iudicio, dict. l. vnica, cum concord. C. de confeſſ. A quibus omnibus non recedendo, non omittam animaduertere, quod in quocunque caſu, in quo fortè teſtari potuiſſet (quod negatur) etiam attento prædicto more Nobilium, indubitanter non potuiſſet diſponere de medietate, quæ omnino ad proximiores deuenire debeter, tali diſpoſitione non obſtante, vti plenè probat, & deciſum ait Minad. dec. 16. quam allegat D. de Franch. dec. 92. in fine, cuius medietatis portio competeret ipſi Fabritio ſimiliter vtrinque coniuncto, & quoad alteram medietatem tanquam inteſtabilem, vel ſtante nullitate teſtamenti ab inteſtato obiiſſe iuris ratione, & æquitate iudicandum. Reliqua, &c. Franciſcus Lauritus V. I. D. Io. Angelus Franchus.

Teſtamentũ ſi ſit cõditum ab aliquo in ſcriptis, & antequã ſtipularetur fuerit teſtator interrogatus à Notario, ſi vellet aliud addere, vel minuere, ad quod teſtator reſpondit, bene ſcriptum, & cùm Notarius accingiſſet illud ſtipulare, teſtator expirauit, an iure ſubſiſtere videatur, & ſic ea, quę tam in facto, quàm in iure deducta fuerunt per ſubſcriptum benemeritum Aduocatum, placuit hic inſerere, quæ ſunt, videlicet. Clericus Vincentius Cataldus in vltimis conſtitutus, rogatis teſtibus, & Notario, & cum aſſiſtentia ſui Confeſſoris incępit condere teſtamentum in ſcriptis, & in eo fecit reuocationem omnium aliarum diſpoſitionum, etiam ad pias cauſas, fecit ſibi electionem ſepulturæ, nominauit publicè, & palam in ſuam hæredem Dianam Cataldam neptem ex fratre, itemque ei inſtituit legati onor in beneficium alterius ſui conſanguinei, vt ex teſtamento patet. Hoc verò peracto ſuperuenit ad eum Sanctiſſimus, & proptereà ad communionem ſe adaptauit, ſuſceptoque deinde Viatico Notarius eum interrogauit, ſi aliud addere, vel minuere vellet ſuo teſtamento, vt actum ſtipulationis poſſit adiungere, qui reſpondit per hæc verba, *quello, che ho ſcritto è ben ſcritto*, cùmque clauſulæ Notarius ſe accingebat, ille expirauit, vt conſtat ex fide, quapropter inter dictam Dianam hæredẽ nuncupatam, atque ſcriptam, & inter Marcum Antonium, & Io. Baptiſtam Teleram conſanguineos orta fuit contentio de ipſius defuncti hæreditate, & cauſa apud D. Reg. Conſiliariũ Muſceptulam in S. C. exiſtente, peruenerunt contendentes ad concordiam per albaranum redactum inde in ſtipulationem, ſcilicèt vt ipſa Diana declaretur hæres ab inteſtato per Mag. Cur. Vic. & non obſtante tali declaratione hæreditas prædicta diuidatur poſtmodùm pro medietate inter eos, renunciantes ad inuicem omnia eorum iura in ampla forma, pacto tamen adiecto, quod ſi ſuper hæreditate prædicta alii ad ſucceſſionem inſurgerent, eo caſu ſint reſeruata iura ambarum Partium competentia ſuper hæreditate præfata, vt ex inſtrumento tranſactionis liquet, præſentata igitur inſtantia pro parte dictæ Dianæ in M. C. vt per eam declaretur hæres ab inteſtato, citra præiudicium conualidandi dictum vltimum teſtamentum, in quo ipſa fuit inſtituta hæres vniuerſalis, obtinuit

Digitized by Google

nuit præambulum iuxta petita, cuius vigore cępit poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, & ad ſui cautelam poſteè obtinuit inhibitionem à d. Reg Conſil. vt ad cõfectionẽ alterius præãbuli M.C. nõ procedat. Dũm igitur in hac poſſeſſione reperiebatur, comparuit Ioſeph de Milo in d. M.C. cum alio teſtamẽto multis retro annis à d. Vincentio, vt aſſeruit in ſcriptis, confecto, in quo ipſe fuit ſcriptus hæres, petendo expeditionem præambuli in ſui fauorem, prout ex inſtantia, & teſtamento liquebat, & quia ſtante inhibitione non poterat ibidem obtinere, comparuit apud D. Commiſſarium pro ipſius reuocatione, & pleniùs coram eo diſcuſſo negotio, fuit decreto domi prouiſum, quod procederetur ad deciſionem articuli validitatis, vel inualiditatis dicti vltimi teſtamenti, & quod interim effectus hæreditarij ſequeſtrentur, à quo decreto non aliter fuit per dictum de Milo appellatum, ſed porrecta ſupplicatio, in qua inſtando ipſe, vt ſuſpenſo decreto præambuli, ac reuocata inhibitione committatur dictæ M.C. confectio præambuli, & immiſſio in ſui beneficium vigore ipſius teſtamenti non aboliti, nec cancellati, ad hanc perueniebat concluſionem, quod remitteretur eidem Domino Commiſſario Muſcepulæ, vt ſibi ius, & iuſtitiam miniſtraret, & obtinuit decretationem in forma cõmiſſionis. Prætendit igitur Dianæ, non poſſe tractari de reuocatione ex aduerſo poſtulata, ſed tantùm procedi ad deciſionem validitatis, vel inualiditatis teſtamenti, ſeruata forma decreti, de quo, vt eſt notatum, non eſt appellatio, & proinde executioni omnino demandandum, ſicut ſtylus exigit, & iuris ratio ſuadet, vt infrà probabitur. Et primò pro eius validitate animaduerto, duplicem eſſe formam cuiuslibet teſtamenti, ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupatiui, ex qua inducitur eius perfectio, & validitas, ſubſtantialem ſcil. recipientem voluntatem teſtantis, & probatoriam, quæ per ſolemnia infertur, vt ex mente Bar. diſtinguit Ruin. conſ. 15. num. 14. vol. 2. quapropter onus meum erit oſtendere, has duas formulas plenè in hoc teſtamento, quo tueor inueniſſe, Et primò adeſſe ſubſtantialem, nempe perfectionem voluntatis, ita primò probatur. Receptiſſimi iuris eſt, quod ſicuti non poteſt vllum teſtamentum valere, quod hæredem non habet, vt ſunt verba tex. in l. proximè, §. non poteſt, ff. de his, quæ in teſt. del. cum concord. ibi per gloſ. citatis, ſic & poteſt tantùm continere hæredis inſtitutionem, ita vt licèt alia diſpoſitione careat, dicatur nihilominùs omni parte perfectum, l. 1. §. quæcunque, & §. hæc autem, ff. de hær. inſt. iuncta etiam gl. in l. hæredes palam, in verb. hæredes, in fine, ff. de teſt. & Paul. de Caſt. in l. ſi is, qui, eliàs ſi quis, 25. ff. eod. num. 2. quibus præmiſſis, quis in ambiguo verſabitur, hoc teſtamentum non deficere in ſubſtantia, perfectumq. conſequenter pronunciari? cùm in eo hæredis inſtitutio pleniſſimè contineatur in perſonam dictæ Dianæ, verùm quia Doctores in dict. l. ſi quis docuerũt, ad hoc vt iſta ſubſtantialis perfectio militet, requiri, totam voluntatem defuncti fuiſſe declaratam per præfatam legem, qua cauetur, quod ſi teſtator, hæredibus primis nuncupatis, priuſquam ſecundos exprimeret, obmutuiſſet, dicitur, magis teſtamentum cępiſſe, quàm feciſſe, & per conſequens imperfectum, anſam præbere potuit dubitandi, teſtamentum in hac tuteli teſtatoris declaratione defeciſſe, cùm poſt reuocationem aliarum diſpoſitionum, electionem ſepulturæ, inſtitutionem hæredis, atque expreſſionem vnius legati teſtator recepto viatico vita functus remanſit, quaſi quod ſi morte non fuiſſet præuentus, ad vlteriora proſecutus diſponendo fuiſſet, adeò vt hæc dubitatio euaneſcat, rogo, vt primò conſideretur, legem prædictam Si quis loqui in explicatione volũtatis circa hæredis inſtitutionem, & rectè concludit, ſi in ea edſit defectus, non dici factum teſtamentum, nam ſi iure, vt fuit notatum, diſponitur, hæredis inſtitutionem neceſſariò in quolibet teſtamento requiri, ex inſtitutione imperfecte, imperfectum erit teſtamentum, in noſtro autem caſu inſtitutio fuit prorſus completa, dùm etiam ad legata teſtator tranſiuit, & ideò hoc vitio non laborare, ſed conceſſo, quod illud, quod dicitur de perfecta inſtitutione intelligi debeat de omni alia diſpoſitione ſequente, vt voluntatis actus perfectus cenſeatur, tex. met ſubdit, hoc verum eſſe, ſi conſtaret, voluiſſe plures eum, qui teſtamentum feciſſet hæredes pronunciare, quod exemplificat Bald. ibidem, ſcil. ſi teſtator priùs diceret, volo quatuor hæredes nominare, & nominatis duobus perdidiſſet loquelam, hoc deeſt in præſenti litigio, nam teſtator iſte non enunciauit, alia velle diſponere vltra expreſſa, hinc ipſemet Bald. ſubdit, quòd cùm nemo præſumatur in corde habere plus, quam ore expreſſit, ideò non debet hæc voluntas præſumi imperfecta tanquam totaliter non explicata, niſi probetur, cuius probationis onus incumbit aſſerenti, can. vlt. 6. quæſt. 5. l. 2. ff. de prob. in dubio autem voluntas præſumenda erit perfecta, vt in terminis teſtamenti teſtatus fuit in ſpecie Ruin. conſil. 2. num. 20. verſ. teſtat ergo, vol. 2. & ſi dicatur, teſtatorem dilataſſe actum teſtandi propter ſuperuenientiam Sacramenti, & proinde arguere voluntatis imperfectionem, quam non fuiſſe completam etiam tacitè conſtare poterit, vt eſt opinio Bar. & aliorum in dict. l. ſi quis, nihilominùs reſpondetur, eſſe adhùc indubitatam apud Doctores concluſionem, quod dilatio interpoſita per teſtatorem, quamuis expreſsè dixerit, velle alia die aliud addere, vel diminuere in teſtamento, quod non per hoc arguitur defectus voluntatis, ita vt ſi diminutione, vel additamento non facto deceſſerit, non per hoc imperfecta pronunciabitur, ad tex. in l. ſi teſtamentum 8. C. de impub. & alijs ſubſt. & ita declarat Calcan. conſ. 91. meliùs Cur. iun. conſ. 12. num. 1. licèt hæc fuerint anteà, Alex. conſil. 78. in princ. volu. 1. vbi conſuluit, teſtamentum validum, ſi poſtquam teſtator fecit, quæ erant facienda dixit Notario, *non farai niente ſino a domani*, vt iſtis concernatis probauit Vrſ. ad Afflict. dec. 143. in fine, & ratio, quæ à citatis Doctoribus allegatur ea eſt, quia additio, & diminutio per teſtatorem reſeruata poterat compleri per codicillos abſque corruptela teſtamenti, ad cuius concluſionis firmitatem alios allegat auctores Dom. Reg. Hector Capycius Latro in dec. 7. num. 6. & 24. qui num. 25. ſecùs eſſe dicit

erit, ſi diſpoſitionem declarauit, non habere adhuc pro abſoluta, & proinde quia in caſu ſuo plura concurrebant, ex quibus apparebat, teſtatorem non habuiſſe diſpoſitionem pro explicita, & perfecta, vt ſunt verba ipſius D. Reg. num. 16. ideò deciſum refert per Sacrum Conſilium cōtra teſtamentum, in caſu autem noſtro clarè totum oppoſitum cernitur, nam ex fida Notarij, & teſtium liquet, teſtatorem poſt acceptam Cōmunionem interrogatum, ſi illud vellet in ſua diſpoſitione adijcere, vel in eo, quod expreſſit terminare, reſpondiſſe aperto ſermone, *quello che è ſcritto è ben ſcritto*, ergo perfectè eius voluntas explicata, & concluſa, nam eſt doctrina eiuſdem Bar. in dict. l. ſi quis, nu. 2. quod voluntas perfecta dicitur, quando teſtator habuit ſuam voluntatem pro declarata, & diſpoſitionem declaratam per teſtatorem, quæ ob mortem teſtatoris præuentam non potuit per Notarium authenticari, non poſſe argui ex defectu voluntatis, probat Ceph in conſ. 194. nu. 16. & ſeqq. lib. 2. & hæc quoad primum caput formæ ſubſtantialis hic interuenientis. Deuenio modò ad probatoriam, ſcil. in eo interueniſſe ſolemnia, & certè ſi tanquam in teſtamento in ſcriptis illa examinentur, prout hoc teſtamentum eſſe aſſerit Notarius in principio eius ſcripturæ, exploratum erit, talia deficere, cùm nec teſtatoris ſubſcriptio, nec teſtium, nec clauſula, aliaque requiſita per l. iubemus, & l. hac conſultiſſima, C. de teſt. interfuerunt, ſin autem vti de nuncupatiuo perpendantur ritè, quæ ei erāt neceſſaria fuiſſe adhibita perſpicientur, ſufficit enim ad nuncupatiui probatoriam perfectionem, quod poſtrema voluntas teſtatoris ſit coram ſeptem teſtibus, & Notario propalata, & in dict. l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, quæ propalatio in caſu noſtro non deficit, vt & ipſe Notarius, teſtiumque atteſtationes affirmant. Nec obiiciatur, non fuiſſe per teſtatorem declaratum, voluiſſe nuncupatiuè teſtari, immò expreſsè ſcriptum in principio teſtamenti contrarium per hæc verba, Teſtamentum in ſcriptis clauſum, &c. nam reſpondetur quantum ad declarationem non factam, neceſſarium non eſſe, vt teſtator coram teſtibus explicet, quod modò nuncupatiuum teſtamentum condere intendit, vt tex. in l. in teſtamentis 26. in fine, C. eod. ti. de teſtam. nec eo quia de illo ſit confecta ſcriptura, deſtruitur nuncupatiui nomen, nam licet dict. §. per nuncupationem definiat, teſtamentum nuncupatiuum dici, id eſt ſine ſcriptura, attamen gloſ. ibidem ſubdit, vel etiam cum ſcriptura, ſed ad hoc tantùm, vt probaretur, fuiſſe nuncupatiuum factum teſtamētum, quò verò ad oppoſitionem, nempe verba in principio ſcripturæ à Notario appoſita expreſsè indicare, in ſcriptis teſtamentum voluiſſe condere dicente, Viſil. ad Afflict. dict. deciſ. 143. num. 4. quoad probandum, quando quis voluerit in ſcriptis teſtari, ſtatur eius confeſſioni in principio teſtamenti. Fateor, me fouere malam cauſam, ſi inſimul cum iſtis verbis in principio huius teſtamenti non interueniſſet hæredis nuncupatio palam coram teſtibus, vt omnes per fidem deponunt, quod eſt de forma in teſtamento nuncupatiuo, l. hæredes palam 21. ff. de teſtam. Et ideò quamuis clauſura, omniaue alia requiſita ad teſtamentum in ſcriptis ſpectantia erant huic teſtamento addenda, non tamen infertur, quin poſſit vtroque modo valere, vt eſt ſingularis doctrina Paul. de Caſt. in dict. l. hæredes palam, num. 5. cuius verba nō piget hic tranſcribere pro veritatis faciliori intelligentia, dicit namque ipſe, quid autem ſit, ſi poteſt valere vtroque modo, quia ſpecificauit nomen hæredum coram teſtibus; & nihilominus clauſit ſcripturam, & fecit eam ſubſcribi, & ſigillari, reſpondeo, valet vtroque modo, quia non ſunt formæ contrariæ, ſed diuerſæ, licèt in nuncupatiuo non requiratur ſcriptura, nec in ſcriptis non requiratur nuncupatio, ſi tamen interueniat, non habet vitiare, ſubdens; hoc etiam tenere Cyn. in dict. l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, pro cuius ſententiæ firmitate allego tex. in l. 3. ff. de teſt. mil. vbi in fine dicitur, quod nec credendus eſt quiſquam, genus teſtādi eligere ad impugnanda ſua iudicia, ſed magis vtroq. genere voluiſſe propter fortuitos caſus, quā cōcluſionē cōprobat Grā. dec. 62. n. 24. Craſſ. in §. teſtamētu, q. 10. n. 6. & cauſā cōmunē dicit Gozad. conſ. 3. n. 11. quē refert Gaſpar Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 4. quæſt. 28. n. 1. & 2. & alios citat, hinc euenit apud Afflict. dicta dec. 143. num. 9. quod dum teſtator ibi non expreſſit nomen hæredis coram teſtibus, fuit per S. C. deciſum, non poſſe in nuncupatiuum reſolui, quo defectu ceſſante in caſu noſtro, reſolutio rectè fiet, vt per idem S. C. fuit deciſum, teſte Thoro in Compendio, vol. 1. in verbo Teſtamentum, & etiam deciditur per Chriſtoph. Mar. dec. 13. nec defectus ſtipulationis conſideratur in illa ſcriptura teſtamenti, quæ fuit corā teſtibus dictata, quia non agitur ex vi ſcripturæ, ſed ex teſtium depoſitionibus, vt dicit Couarr. in cap. relatū, n. 11. de teſtam. & refert D. Reg. Cap. Latro d. dec. 7. n. 9. optimè Pau. de Caſt. cōſ. 307. n. 3. & cōſ. 112. in 2. dub. vol. 1. & in ſpecie ibi teſtator declarauit volūtatē ſuā corā Notario, & teſtib. ſi antequā eā perficeret, expirauit, q ſit validū teſtamētum, probat Cōſil. Paſch. de pat. poteſt. lib. 2. cap. 8. num. 67. & eſt etiam ratio, quia dùm teſtamentum nuncupatiuum non requirit ſcripturam, ergo nec publicationem ad eius eſſentiam, & perfectionem, vt inquit Corn. conſ. 77. col. fin vol. 4. & ſeqq. Bertazol. conſilio ciuili 88. num. 6. Peregrin. dec. Patau. 80. num. 7. verſic. ſed contra, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Rota Romana in dec. 173. num. 5. in nouiſſ. par. 2. quod maximè in noſtra cauſa militabit, nam teſtator non habuit animum, vt ad validitatem actus ſtipulatio interueniat, quo caſu aliqui ex Doctoribus dubitant (quamuis hoc tantùm procedere in contractibus, non autem in vltimis voluntatibus declaret idem Dominus Regens Hector Capyc. Latro dicta dec. 7. num. 2.) & quod non habuit animum ſtipulandi percipitur, quia, vt dictum eſt, Notario interroganti, ſi aliud vellet, vt in ipſo teſtamento aliud adiiciat, reſpondit, *quello che è ſcritto è ben ſcritto*, in eo acquieſcens, immò dico plus, quod ſtipulatio non deficit in hoc teſtamento, nam voluntas teſtatoris coram teſtibus declarata perindè eſt, ac ſi eſſet in publicam ſcripturam omni ſolemnitate vallatam redacta, vt fundat Maſcard. concluſ. 1358. num. 13.

in

in tract.de probat. qui multos DD.adducit,& ſignantèr Neuiz.conſ.26.n.3.& 4.dicentem,& in hoc caſu in numero teſtium Notarius computari poterit,l.Domitius Labeo,& ibi gloſ.& omnes,ff.de teſtam. vbi Aret. circa fin. dicit,hanc eſſe communem opinionem,idemq. voluit glo. fin.vbi Salic.& Corn.in d.l.hac conſultiſſima, Alexand.conſilio 146. columna 2. volum.2. & Neuiz.conſ.26. n.30. declarata igitur voluntate coram teſtibus remanet ſcriptura ipſius indubitanter vera, & propterea nulla prorſus difficultas ſupereſt,quin hoc teſtamentum poſſit vti nuncupatiuum ſuſtineri,vt tali requiſito veritatis ſcripturæ concurrente examinando ſingulariter DD.dicta firmat Reg.Rouit.dec.95.n.16. cum ſeqq. Nec prætermittam,hoc teſtamentum valere etiam virtute clauſulæ codicillaris, ſeù omni modo meliori,vt per Afflict.dec.144. quæ clauſulæ licet non fuerint in hoc teſtamento adiectæ propter ſuperuenientem mortem teſtatoris,dùm Notarius eas in clauſura ſcribere ſe properabat,vbi de ſtylo ſolent apponi,nihilominùs ex communi conſuetudine cenſentur vti conſuetæ appoſitę, gloſ.in l.fin ff.de fideiuſſor. plenè Doct.præſertim Iaſ.in l.illam,C.de collat. & Dec.in conſ.449.vt congerit, & firmat Gram. d.dec 6x.n.20. eo magis ſi fuerit inſtituta perſona dilecta,& de teſtatoris familia,vt hic, nàm tunc ſubdit Gram.n.27.quāuis non adſit clauſula codicillaris,& non adfuiſſent,niſi quinque teſtes,huiuſmodi dilectio perſonæ habet vim illius clauſulæ, ex ſingulari doctrina in l.ſi ióre, & per gloſ.ibi, C.de teſtament.manum.& conſuluit Rom.conſ.179. Iaſ.in l.non dubium in fin.C.de teſtam. Caſſan. in Conſuet. Burgund. 55.verſ.ſecundo eſt,quod fortiùs dicit Gramat. n.19.& ſeqq.erit per S.C. amplectendum, vbi eius Conſiliarii ſola veritate inſpecta poſſunt procedere,& recedere à regulis iuris, ſicut in Conciſtorio Principis, Bart. in l. Aemilianus Saig circa fin.ff.de minor.Bald.in l.nemo,C.de ſent.Iaſ.in leg.certi conditio, §.ſi nummos, ff.ſi cert.pet.atq. alii ibidem per eum relati,qui nōnulla alia ad corroborationem huius S.C. poteſtatis exprimit,& ſignanter, quod ſuffragatur Cap.Regni Deteſtantes,per quod Iudicibus iniungitur veritate inſpecta iudicandum, quibus addo,quod in dubio capienda eſt per eos interpretatio,per quem teſtamentum ſuſtinetur, & valet,l.ſi pats, ff.de inoff.teſtam. & cap.fin. de re iud. Crau.conſ.43. num.3. & Ruin.conſ.15. nu.2.quia eius fauor talis eſt,vt aſſerit Ludouiſ. deciſion.Locenſ.59. nu.85. quod opinio vnius etiam ſingularis Doctoris eſt tenenda, quando defendit teſtamētū,non obſtātibus aliis opinionibus,& hæc quoad ſecūdū caput ꝓbatoriç firmę. Sed ab iſtis non recedenndo ad meū confero articulum, per quem Diana eſt omninò in hac hæreditate ſucceſſura: indubitati iuris eſt,quod licet primum teſtamentum perfectum non irritetur per ſecundum imperfectum: nihilominùs ſi in primo perfecto ſint inſtituti hæredes extranei, & in ſecundo imperfecto inſtituti venientes ab inteſtato,tunc ſi quinq. teſtes de hoc imperfecto deponant,corruit prorſus primum perfectum, & iſti ſcripti in teſtamento imperfecto erunt legitimi ſucceſſores,tex.eſt ad literam in d.l.hac conſultiſſima, §.ſi quis autem, C.de teſtam. quod Bart. docet, debere eſſe de iis, qui primum locum obtinent circa ſucceſſionem inteſtatam, in l.ſi duobus, §.ſi priùs, ff.de bon.poſſ.in fine,& ſequuntur alij Doct.ibidem & in d.§.ſi quis autem, & Alex.& Aretin.in l.ſi filius,qui in poteſtate,ff.de lib.& poſth.& Ruin. conſ.1. num.6. vol.2. Hæc autem omnia plenè concurrunt in caſu noſtro,nam Ioſeph de Milo hæres extraneus in primo teſtamento reperitur ſcriptus, qui licet aſſeratur,eſſe de cognatione teſtatoris, non per hoc in materia teſtamenti non erit extraneus cenſendus, cùm ſit recepta, & vulgata ſententia,in teſtamentaria ſucceſſionē extraneos dici omnes,exceptis filijs, nepotibus,ac alijs, qui filiorum locum obtinent, & propterea agnati,& cognati, ſicq. collaterales extranei iudicantur, & indicat, Menoch. de præſumpt.lib.5.præſumpt.140.num.2. & quamuis hoc attento, etiam & ipſa Diana eſſet extranea, nihilominùs ipſa eſt de his, qui primum locum obtinent, cùm ea ſit magis proxima de ſanguine, & familia teſtatoris,vti filia fratris vtrinq.coniuncti, & vt ipſemet teſtator in alia ſcriptura teſtamenti in ſuo ſcrinio reperta ipſius manu firmata, atq. proprii ſigilli impreſſa, licet aliis ſolemnitatibus non roborata teſtatus fuit, ſcilicèt in ea deficere ſuam familiam,nàm dicta Diana inſtituens hæredem, ſubdit, *atteſo non hò altra perſona più intrinſeca, & proſſima in grado di detta Diana,per eſſer la mia caſa eſtinta in me, & eſſa*,cui teſtatoris aſſertioni eſſe in hac materia d.§.ſi quis autem omninò ſtandum voluit, Ruin.conſ.154.num 4 vol.3. Concurrit etiam in hoc numerus, nedùm quinq. verùm etiam ſeptem,& plus teſtium, vt in actis, & proinde quis in ambiguo verſabitur iuxtà ios in d.§.ſi quis autem expreſſum, eam eſſe dicto de Milo excluſo ad hæreditatē admittendam? & eò fortiùs cum,vt eſt enunciatum in alio teſtamento in ſcrinio teſtatoris reperto initio poſt teſtamentum productum à dicto de Milo appareat alia inſtitutio in perſonam dictæ Dianæ, & reuocatio aliorum teſtamentorum cum declaratione, illa per vim feciſſe per hæc verba. *eſpreſſamente li dichiaro nulli,& inualidi.& tanto più, che mi ricordo hauerne fatto alcuni contra mia volontà,ſolo per euitare alcune minaccie d'alcuni pretenſori, che di raggione non li ſpetta coſa alcuna*, quod teſtamentum licet,vt eſt dictum,nòn fuerit ſolemnitatibus roboratum, attamen ſumus inter ſuccedentes ab inteſtato, inter quos ſufficit quodcunq. voluntatis iudicium, Alex.conſ.104.n.3. in fine lib. 2. & refert Ludouiſ. deciſ. Rotæ 46. quod ſi fortè iuris rigor ad hunc non ſubſtineret,talem diſpoſitionem in iudicio valere negari non potuit, quin eius animus ex illa percipiatur,qui benè colligitur ex actu nullo, & inualido,l.planè in princ.ff.de leg.1.l. & ſi transferam.ff.de alim.leg.l.fin ff.de reb.eor. vt per Surd. dec.152.nu.18.& 19.& dec.105. num.11.immò eſt tanti ponderis voluntas in teſtamento, quāuis imperfecto expreſſa, quod ſucceſſor legitimus naturaliter ad eius obſeruantiam obligatur, & in foro poli tenetur, vt optimis argumentis, & authoritatibus firmauit Fachin. controuerſ. iur.lib.4.c.5.per tot.Marta voto 92. Molin.tom. 1.de iuſt.& iur.diſput.81.n.16.& 22.Vincent. Filliucc.tom.2.tract.34.p.1.c.7.n.148. cum ſeqq.

Et

Digitized by Google

Et hæc præcipuè hic militabunt, cùm in poſtrema iſta voluntate adſit inter teſtes atteſtatio cõfeſſoris Patris admodum probatæ vitæ, & Fundatoris Congregationis Patrum Doctrinæ Chriſtianæ, quapropter optimum teſtimonium eius, vt indiuidualiter reſpondit Corn. conſ. 261. num. 3. vol. 4. & ob probitatem vitæ eſſe totius falſitatis excluſiuum, firmat Rouit. dec. 95. num. 16. vbi è conuerſo teſtamentum ab Aduerſario productum non caret ſuſpitione, tùm ob teſtatoris citatam declarationem, ſcilicet alia condidiſſe teſtamenta per vim, tùm quia fuit à Notario exhibitum, aſſerente, illud reperiſſe inter ſcripturas alterius Notarij defuncti, & apertum abſq. citatione legitimarum perſonarum venientium ab inteſtato, quæ omninò de iure citari debeant, ex traditis per Bal. & Paul. in l. publicati C. de teſtam. Specul. in tit. de inſtr. edit. §. oſtenſo, Rol. conſ. 36. num. 11. lib. 1. Gozad. conſ. 3. num. 2. Grammd. dec. 61. num. 4. & refert Reg. Rouit. in allegata dec. 95. num. 4. qui num. 7. & ſubdit, quod in materia teſtamenti dubietas ſcripturæ ſufficit ad excluſionem, tex. in cap. in præſentia, vbi Innoc. & Abb. extra de probat. & hoc ea facili ſuppoſitione alterius ſcripturæ, Cornæn d. l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, in fin. Pariſ. conſ. 10. num. 6. & 19. Ang. in d. l. ad teſtium, §. vlt. ff. de teſtam, Bellemer. conſ. 1. num. 17. ac Menoch. conſ. 113. lib. 4. Cùm igitur voluntas teſtatoris ſit certa in beneficium Dianæ, publicè, & palàm declarata, atq; in ſcriptis redacta poſt teſtamentum Aduerſarij tot dubiis inuolutum, non poterit vllo iure huic tribui ea eo immiſſo, in qua ipſa inſtitit vigore l. fin. C. de edict. Diui Hadrian. aſſerens, præſentare inſtrumentum pro ſe in ſui figura non abolitum, nec cancellatum, & ea quo hoc iudicium eſt ſummarium, vt omnes Doct. in d. l. aiunt, petiit, per S.C. mandari M.C.V. vt hæredem eum declaret, nam vltra ſuſpitiones adnotatas inanis etiàm redditur hæc prætenſio, quia & ſi S.C. conuenit talia emanare decreta, ſcilicet, quod M.C. procedat ad confectionem præambuli, verùm non conſignet copiam inconſulto eo, attamen hoc decretat, quando ſua inhibitio præceſſit hunc actum, quando verò M.C. præuenit, & confecit præambulum, & conſignauit copiam illius, immò ampliùs eius vigore fuit per hæredem declaratũ capta poſſeſſio bonorũ hereditatis dolatæ, & hæc omnia euenerunt in beneficium dictæ Dianæ M.C. iam functa fuit prorſus officio ſuo, & hoc etiã, quod non iuſte decreuiſſet, nec aliud ſupereſt, niſi contradictore inſurrecto in S. C. vbi eſt lis ordinariè petitorio iudicio procedi, vt praxis exigit, & liquet ex deciſ. Præſ. de Franch. 204. vbi in finalibus verbis affirmat, apparere in confectione præambuli M.C. in ea cauſa inordinatè proceſſiſſe, & propterea non mandauit, vt denuò illud rectè conficeret, ſicuti pars aduerſa hodiè inſtat, ſed tantùm in petitorio terminum impartiuit, & meritò, quia contradictore in hoc ca-ſu lis omninò conteſtari debet, vt fundat Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. numer. 552. quę litis conteſtatio fit per dationem termini, vt notat Affict. in Conſt. Dilationes, num. 6. & Capyc. dec. 11. num. 7. quod potiſſimùm erit practicandum in hac cauſa, nàm M.C. non ordinatè proceſſit conficiendo præambulum in beneficium dictæ Dianæ, tùm quia ipſa erat proximior deuenientibus ab inteſtato, & prorsùs eo tempore ignorabatur teſtamentum, quod hodie ab Aduerſario producitur, tùm etiam quia attẽta diſpoſitione d. l. conſultiſſima, §. ſi quis autem, ij venientes ab inteſtato inſtitui in teſtamento imperfectorum pentes teſtamentum perfectum admittitur tãtũ ad hæreditatẽ ex voluntate inteſtata, vt ea verbis d. §. ſcilicet, non quaſi teſtamẽtũ, ſed quaſi inteſtati volũtatẽ, ac oẽs DD. ibi affirmãt, & ſic præambulum benè fuit confectũ declarando ipſam hæredem ab inteſtato, obſtat etiam aduerſariis, nam cauſa ad inſtantiam dictæ Dianæ in M.C. continet proteſtationem, & reſeruationem conualidandi teſtamentum in ſui fauorem conditum, quatenùs ei opus erit, hodie cùm ſit neceſſitatis, ratio poſtulat, dictum teſtamentum allegat tanquam vltimum contra illud à dicto de Milo exhibitum, & certi eſt iuris, quod quando aduerſus quærentem immiſſionem vigore d. l. fin. competeret alius cum alio teſtamento, tunc inquit Bar. in d. l. fin. n. 21. ver. aut comparet aliquis, quod Iudex ſtatim pronũciabit, non eſſe locum huic ſummariæ cognitioni ex virtute iſtius legis, ſed agendum eſſe ordinario iudicio, & illum debere obtinere, qui potiora iura habet, vel probauerit, ſubdẽs, quod hęc limitatio eſt de illa leg. in verſ. ſin autem aliquis contradicitur, ibi iudicio competenti, quod ſanè competeret iudicium, ordinarium eſt, non autem ſummarium, vt etiam exponit Menoch. d. loc. de adipiſc. poſſ. remed. 4. nu. 565. qui ad hanc Bart. rectam ſententiam alleget ſequaces, Alex. in d. l. fin. & Zuccard. ibidem, qui eius opinionis recenſet Angel. & tradit Albet. n. 14. Petr. Beninr. dec. 83. n. 5. & 6. Bero. conſ. 54. n. 3. lib. 2. & Rol. conſ. 78. n. 27. lib. 3. quibus addo Anchar. conſ. 121. & ſeq. & præcipuè hic erit pronunctandum, cùm, vt eſt narratum, iſta contradictrix ſit iam hęres declarata, ac eius vigore immiſſa in poſſeſſionem, vnde ſubdit Menoch. ibi contra Dec. eſſe maximam differẽtiam, quod contradictor poſſideat, vel non, nàm quando poſſidet, & titulũ habet, plenum ius habet, & ob id planè, nõ autem ſũmatim de illius iuribus cognoſcendum eſt, cùm igitur omnia iura omneſq. DD. tàm in ordine, quàm in iuſtitia prædicta Dianæ clament, nititur & ipſa certiſſima ſpe in ſui fauorem per S.C. decernendũ, vt ſit locus voluntati vltimæ teſtatoris, ne eius bona in extraneum, & per eum forte inſtitutum, vt teſtator aſſeruit, tranſeant, excluſa ipſa proximiore de ſuo ſanguine, & vltima de familie, multis filiis, atque aliis grauaminibus obnoxia.

Poſt hæc ſcripta ad aures peruenit mihi, quod Aduerſarij oppoſuerunt, quod relata cauſa teſtamenti per dictam Dianam ſe declarari fecit hæredem ab inteſtato, & per conſequens non poſſe ampliùs ad teſtamenti diſpoſitionem redire. In hoc plura breuiter conſideranda ſũt. Primò, hoc fuiſſe à dicta Diana geſtum, poſtquam fuit inita tranſactio cum intereſſe prætendentibus, vbi in dicta tranſactione fuit data poteſtas dictæ Dianæ adire hereditatem prædicti quondam Vincentii, vt meliùs ſibi videbitur, vigore cuius fuit adita. Secundò, quia vera eſt iuris diſpoſitio, quod inſtitutus poteſt repudiare ex teſtamento, & adire ab inteſtato,

vt toto tit.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.ab inteſt. & maximè quando ſcripta hæredi in teſtamento pertinebant ad hanc ſucceſſionem ab inteſtato, vt in noſtris terminis ita pleniſſimè fundat Aym.Crauet.in conſ.324.num.2.cum ſeqq. Tertiò, quia facultas variandi pertinet, cùm ſit de agnatis infra quartum gradum, eſt tex.apertus in l.d.fin,§. ſi quis, eo enim caſu poſt cauſam teſtamenti ad cauſam inteſtati, pòt contrauenire, vt per dict.l.notant Doctores, & ſignanter Iaſ.in dict.loco,num.1.& per Afflict.in dec.53. etiam poſt ſententiam. Quartò arguitur, aut iſta potuit venire ſuper iuribus allegatis, aut non, ſi potuit, iudicium præſens conualidandi optimè procedit, ſi verò non, tunc cum prima ſua petitione in S.R.C.admitti, ex teſtamento illa erit attendenda, & per conſequens adhùc præſens inſtantia ritè procedit, & in actis additur inſtantia porrecta in M.C.V. vt dicit, citra præiudicium conualidandi teſtamentum prædictũ. Vltimò, non prætermitto animaduertere, quod ſi tex.citatus in allegatis, l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, C.de teſtam. militabit, qui admitti venientem ab inteſtato inſtitutum in teſtamento imperfecto contra extraneum inſtitutum in teſtamento perfecto, tunc optimè fuit decretum per M. C. V. admittendo cauſam ab inteſtato, nam dict.§. admittit etiam, non ex teſtamento, ſed ex inteſtato voluntatẽ teſtatoris, vt ſunt verba tex.præfati, Bar.Bal.Alex. Paulus de Caſtro, & omnes. Et ſic relata cauſa in Sacro Regio Conſilio ex relatione doctiſſimi Regis Cõſil. D.Frãciſci Anton.j Muſceptulæ de anno 1643. fuit per idem Sacrum Conſilium prouiſum, quod M.C.V. procedat ad confectionem præambuli, auditis Partibus, penès Secretarium, in Banca Solatii Magiſtri Actorum. In cauſa Dianæ Cataldi, & ſuorum hæredum, cum Ioſepho de Milo, & Ioanne Telera Remiſſa cauſa dictæ M.C.in Banca Pinti, & diſcuſſis articulis prędictis in plena Banca, ad relationem Domini D.Thomæ Carauitæ filii tunc Regii Conſiliarii Petri Antonii Carauitę fuit dictum, quod audiantur Partes, me patrocinante. Franciſcus Antonius Tartaglia V.I.D. Et prædictis conuenit alia deciſio facta per Sacrum Conſilium in cauſa Nicolai de Ianuario cum Angela de Pino, & aliis, vbi apparet, fuiſſe productum in Sacro Conſilio teſtamentum clauſum quondam Proſperi de Ianuario filij quondam Andreæ, qui inſtituerat ſuum hæredem Franciſcũ Antonium de Ianuario V.I.D.& tale teſtamentum licèt fuerit ordinatum à teſtatore, & per Notarium in eſſe productum, non tamen fuit ſtipulatum, neque à teſtatore firmatum, quia morte præuentus non potuit, neque à teſtibus ſubſcriptum, licèt conuocatis ad illum actum, qui perfici non potuit, ad quod Gram. dec. 26. num.5.inquit, quod licèt teſtator bene ordinauerit eius teſtamentum & perfectè, & pariter Notarius illud optimè ſcripſerit, & expleuerit, niſi illud legerit in præſentia teſtatoris, & teſtium, & Teſtator aſſerat, illud eſſe ſuum teſtamentum, non valeret, nedùm iure teſtamenti, verùm etiam nec iure codicillorum, per tex. in l.fideicommiſſa, §.quoties, ff.de leg.3.& l. Lucius, ff.de teſt.mil.Boer.conſ.48. num.7. Bar. in dict.l.fideicommiſſa, §.1. per illum tex. de leg.3. & ibi gloſſ. & alii, quos allegat Boer. deciſ. 140. num.4.in 2.caſu, vbi dicit, valere inter liberos, Afflict. dec. 143. vbi quando voluit teſtari in ſcriptis in caſu noſtro, & deficiunt ſolemnitates, non tenet, Gram.ibidem nu.15.& 24. Clarus in §.teſtamentum, quæſt.4.num. 2. Viuius dec.13. & tandem die 26 Octobris 1618. fuit votata præſens cauſa iunctis Aulis, teſtamentum, & voluntatem nullam eſſe ex defectu voluntatis, & proinde bona remanſa in hæreditate Proſperi et peruenta ab Andrea patre ſpectauiſſe ad fideicommiſſarios, deductis omnibus detrahendis ad beneficium hæreditatis dicti Proſperi, iuxta liquidationem faciendam per Sacrum Conſilium, reliqua verò bona ſpectauiſſe ad matrem vti hæredem ab inteſtato, non obſtãte teſtamẽto præteſo tãquã nullo, hæc ex votis quondam Regii Conſiliarii Ioannis Baptiſtæ Melioris, vt ab originali percepi, & ſententia patet in Banca Borelli, confert allegatis optima Reſolutio 68. Pauli Staibani iunioris, vbi plura ad ornatum præmiſſorum tradit.

Teſtis examinata ad inſtantiam Actoris petentis aſſiſtentiam contra conuentum, aſſerendo, debitum fuiſſe in parte ſatisfactum, an iuuet conuento, dùm erat ſingularis deponens extra articulum, ex facti ſerie clarificabatur, In anno 1592.quondam Io.Nicolaum Iomellum in ſuo teſtamento hæredes inſtituiſſe filios maſculos, legando duc.400.cuilibet ſuarum filiarum, poſtmodùm Io.Andreas Iomellus vnus ex filijs matrimonio collocauit Vincentiam eius ſororem cum Franiſco Iordano, cui promiſerat tam nomine proprio, & inſolidum, quàm pro parte eius fratrum duc.300.in pecunia, ex cuius reſto fecit inſtrumentum mutui duc.150.dependentium ex dictis dotibus, ſoluendorum infra quatuor annos. Diſſoluto dicto matrimonio ob mortem Franciſci, comparuerunt in M.C.Io. Baptiſta, & Didacus Iordani eius filij, & hæredes petentes, condemnari Angelam Iomellam filiam, & hæredem dicti quondam Andreæ, & Gregorium Salſanum coniuges ad ſoluendum dictos duc. 150. cum intereſſe, & expenſis ex reſta dotium dictæ Vincentiæ eorum matris, & præſtari aſſiſtentiam ſuper bonis in iudicio deductis. Comparuerunt aduersùs petita rei conuenti, & inter cętera oppoſuerunt de ſatisfactione, & dato termino, quia nil fuit probatum ex parte eorum, licet ex parte Actorum verificatum de interpellatione, & aliis, & inter cæteros teſtes Ioanna de Viuo vna ex teſtibus Actorum depoſuit ſuper articulo, dicendo, qualiter ex remanentibus duc.150.fuit factum inſtrumentum, per id, quod vadit recordando, fuit celebratum per manus Notarii Ioannis Berardini de Viuo, & fuerunt infra certum tempus ſoluti nummi, & per id, quod recordatur remanſit ſoluere duc.34.& huic teſti adhærendo conuenti inſtabant, abſolui, ex quo erat teſtis à parte producta, & videbatur approbata, ex traditis per Farin.de teſtibus, quæ.62. à num.213.cum ſeqq. Sed ex parte Actorum replicabatur, nullam rationem haberi debere de tali teſte, cùm plures defectus patiebatur. Primò, quia depoſuerat extra articulum, nam in dicto articulo tertio nil aliud ponebatur, quod crediturn

tum

Digitized by Google

rum, ſed verbum nullum de ſatiſfactione, & teſtis deponens extra articulum nil probat, l. iuſiurandum, C. de teſt. Farinac. de teſtibus, quæſt. 71. num. 1. & 2. Secundò, quia deponit per verba, ſi bene memini, idest per quanto ſi va ſicordando, & ſic nil probat, ſic poſt alios Alex. Rimin. Alex. Stiat. Corn. Mantic. Bertazol. firmat Farinac. in ſua praxi tit. de teſtibus, quæſt. 68. §. 1. num. 11. maximè quia deponit de facto antiquo, in quo præſumitur obliuio, Menoch. de præſump. libro 6. præſump. 3. Tertiò, quia eſt vnica, & ſingularis, ſicque dictum vnius dictum nullius, Farinac. quæſt. 63. num. 1. nec proinde verum eſt, ſtandum eſſe depoſitioni vnius teſtis contra producentem, cùm id impugnet Alexand. Turamin. epiſtol. forenſ. 30. pluribus rationibus, & ea præcipua, quia producens cẽſetur approbare perſonam, non dictũ, l. ſi quis, vbi gloſ. C. de teſt. immò etiam ſi eſſent plures teſtes hoc deponentes, in hoc caſu non probarent, dùm deponunt per verba, ſi bene memini, vt ſuprà, vltra alium defectum, quod deponit extra articulum. Quartò, quia prædicta teſtis deponit ſuper dicto articulo, prædictum inſtrumẽtum mutui fuiſſe ſtipulatum manu Notarii Io. Berardini de Viuo, & tamen illud appatet ſtipulatum manu alterius Notarij, ex qua contrarietate ſuper dicto articulo, nec erit ſtandum depoſitioni ſuper alijs ſuper dicto articulo, ex quibus patet, conuentos eſſe condemnandos ad ſoluendum Actoribus petitos duc. 150. vnà cum intereſſe liquidando, & pro eiſdem quantitatibus eſſe præſtandam aſſiſtentiam in forma ſuper dictis bonis. Die 20. Septembris 1640. Facta relatione in M. C. V. per D. Aloyſium Corcione Iudicem illius, fuit prouiſum huiuſmodi. Viſa comparitione præſentata ſub die 27. Februarij 1640. fol. 1. condemnetur conuenta nomine, vt in actis, ad ſoluendum quantitatem liquidandam, vnà cum intereſſe liquidando, ſalua prouiſione facienda reſpectu aſſiſtentiæ petitæ. Hoc ſuum, &c. in Banca Saccardi Actorum Magiſtri.

Teſtis deponens contra Clericum coram Iudice ſæculari, & diuerſum in repetitione coram Iudice Eccleſiaſtico, ad quem fuit remiſſus Clericus, conſtito de Clericatu, quid obſeruari debeat in tortura inferenda, ad finem videndi, vtra ex depoſitionibus ſit vera, fuit per S. C. ordinatum, vt impartiretur brachium Regium Commiſſario Apoſtolico ad inueſtigandam veritatem depoſitionis vnà cum interuentu Regiorum Officialium, vt refert D. Reg. Sanfelicius dec. 248.

Teſtis examinatus ad reuelationem Excommunicæ, ſi morte præuentus non fuerit repetitus, citata parte, an probet, inter cæteras obiectiones in contingenti caſu fuit iſta altercatio deciſa ſup. eo. verb. Depoſitarius.

Teſti vnico à Parte offenſa, vel Fiſco producto, qualiter reus non exploſerat ictum ſcopicti cõtra mortuos, an credatur contra producentem, alijs teſtibus ab eadem Parte productis non cõtradicentibus, deciſum fuit, non præiudicare, & conſequenter eſſe demandandam ſententiam foriudicationis, ita Dominus Reg. Sanfelicius dec. 263.

Teſtes in criminalibus repeti debent per Fiſcum infra terminum datum reis ad ſe defendendũ, nec vlteriùs procraſtinari debeat, hoc fuit per Sacrum Conſilium prouiſum ad fauorem Terræ Poſtilionis contra Baronem, in Banca Figliolæ, Nouarius in Pragm. 2. collect. 3. num. 8. de citat.

Teſtes recepti vltra numerum admittuntur, quoties Pars voluerit, cui electio conceſſa erit in cauſa habentium reſtitutionem in integrum, ſecùs in rebus priuatorum, vt fuit deciſum in cauſa Vniuerſitatis Turturellæ cum Comite Policaſtri, penès Galterium, refert Nouarius in Pragmatica 1. collectan. 1. numero 2. de reſt. reſtræn.

Teſtes non repetiti in Curia Eccleſiaſtica contra reum remiſſum per eam Iudici Laico, an repeti poſſint in Curia ſæculari, deciſum fuit affirmatiuè, Dominus Regens Sanfelicius deciſ. 139. num. 4.

Teſtes, qui fuerunt pro repetitis habiti in prima inſtantia à Procuratore non habente poteſtatem, an poſſint repeti poſt publicationem in ſecunda inſtantia, deciſum fuit affirmatiuè per M. C. V. refert D. Regens Sanfelicius deciſ. 22. num. 24.

Teſtes non benè repetiti ex errore Actuarij, ſeù Iudicis, an poſſint repeti poſt publicationem, & terminum datum ad repetendum, deciſum fuit per Magnam Curiam, & confirmatum per S. C. affirmatiuè, D. Reg. Sanfelic. deciſ. 22. num. 25.

Teſtes noui an poſſint produci, votata cauſa, Fiſco inaudito, nondum prolata ſententia ob paritatem votorum, deciſum fuit affirmatiuè etiam per Sacrum Conſilium, & fuit datus terminus ſuper nouis, Dominus Regens Sanfelicius deciſ. 23.

Teſtes examinati ad reuelationem Excommunicæ in iudicio ſæculari repetendi, an repeti debeant per extenſum, vel ſe referendo ad primum examen, deciſum fuit per S. C. eſſe repetendos per extenſum, vt refert D. Reg. Sanfel. dec. 97. à n. 1. ad 4.

Teſtes nulliter examinati ſi repeti debeant, an interrogari debeant per Iudicem, vel per Actuarium de eius mandato, deciſum fuit, recipi per Actuarium iuxta ordinem ſibi datum, & mandatum fuit Actuario, quod interroget teſtes, vtrùm non deneget lectutam primæ depoſitionis, Dominus Regens Sanfelic. dec. 97. num. 12.

Teſtes examinati in proceſſu informatiuo repeti an poſſint, non citata Parte, dùm ipſi fecerant confrontationem cum iuramento, deciſum fuit per M. C. V. negatiuè, D. Reg. Sanfelic. deciſ. 97. num. 13.

Teſtes idonei an dicantur Scribæ Fiſcales ad probandam apprehenſionem rei cum armis prohibitis, concluditur affirmatiuè, D. Reg. Sanſel. dec. 98.

Teſtes citati poſt lapſum termini, illine ad certos dies an poſſint examinari, ſuppoſito, quod dato termino in cauſa octo dierum, quanquam probatum fuiſſet ex parte rei, non tamen ex parte Actoris, qui dato termino, & facta electione Examinatoris & intimata cum requiſitoria, elapſo termino citari fecerat teſtes poſt tres dies

inſtabat pro examinatione illorum, vnde contigit altercari, putetas hoc fieri, & videbatur affirmandum, ex his quæ tradit Capyc. dec. 90. num. 3. quod teſtes paulò poſt terminum producti permittuntur examinari. Inſuper quia teſtes etiam poſt terminum publicationis eſt ipſum examinari refert Muſca in praxi S.C. lib. 1. par. 5. gloſ. erat, num. 6. E conuerſo idem Capy. dec. 82. refert, quod terminus ad probandum elapſus, in quo neutra Partium aliquid probauit, minùs eſt reintegrandus, etiam ad inſtantiam Actoris, imò in dec. 83. num. 3. inquit, quod teſtes niſi fuerint examinati infra terminum quinque dierum datum ad probandum oblatoriam, non releuatur excipiens, poſito, quod articulos produxerit, & teſtes citari fecerit infra terminum. Inſuper & ſi teſtes poſſint examinari poſt terminum ad publicandum, procederet, quando eſſent nedum citati, ſed incitati in termino vt poſſint extra terminum, iuxta tradita per Carau. in rit. 69. num 6. quem aſſequitur Muſcat. vbi ea declarat. Sicque facta relatione in S.R.C. per D. Regium Conſiliariũ Petrum Antonium Carauitã die 18. Martij 1632. fuit decrium, quod procedatur ad ea, quę incumbunt pro expeditione cauſæ, receptione teſtium petita non obſtante, penès Secretariũ, in Banca Soleti, & confirmatum in reclamatione die 27. Iunij 1632. in cauſa Pauli Spinelli cum Fabritio Villano, & iterum in cauſa Io. Michaelis Lauriti cum Tho. Anello Riſpulo, in Banca Ciceffi.

Teſtes ob prætenſam variationem, contrarietatem, aut falſitatem deponentes de captura nauis, venditione frumenti, & hordei ibi repoſiti, an reducantur ad concordantiam, ex facto, quod de iure ſufficiat ad liberationem conductoris nauis à moleſtia domini mercium, in caſu occurrenti dùm fuiſſent tales exceptiones de facto, & de iure euacuatæ, decrũm fuit per Regiam Cameram pronunciatum in fauorem ipſius Conductoris, eum abſoluendo, vt retulit Dominus Regens Hector Capycius Latro cõſul. 4.

Teſtes Milites, ſeù Birruarij, aut Alguzerij an faciant fidem contra inquiſitum de blaſphemia, ſi non ad condemnandum, ſaltim ad faciendum indicium pro tortura, deciſum fuit negatiuè per M.C.V. refert Alexand. Trentacinq. conſil. 26. lib. 1.

Theſaurarius Generalis huius Regni an ſit immunis à ſolutione adhoarum, & donatiuorum, deciſum fuit affirmatiuè per R.C.S. refert D. Reg. Fab. Capyc Galeo. in 1. reſp. fiſcal. in diſſet. num. 93.

Torquens reum indebitè vti Commiſſarius, cum præeminentia M. C. V. qua pœna puniendus ſit, fuit per M.C.V. condemnatus quidam Commiſſarius huiuſmodi precedens ad relegationem in Inſulam declarandam per Suam Excellentiam per certum tempus, & ad intereſſe Partis, Nouar. in ſub. Pragm. de quæſtion. collect. 1. num. 28.

Torqueri an debeat artifex, cui ſerico accepto à Mercatore fugam arripuit, fingendo eſſe decoctum, ad hoc, vt ſe concordaret cum d. Mercatore pro modica ſumma, relatæ fuerunt deciſiones ſup. in verb. Artifex.

Torqueri an debeat Cuſtos carceris ad ſciendum modum fugæ carcerati, deciſum fuit per M.C.V. affirmatiuè, Dominus Reg. Sanfelicius dec. 45. num. 1.

Tortura an poſſit inferri reo, qui cùm viſus fuiſſet ambulare cum occiſo, non repetto corpore occiſi, vrgente fama, fuiſſe ab eo occiſum, deciſum fuit pluries affirmatiuè, vt congerit Dominus Regens Sanfelicius dec. 18. & ſic exiſtentibus aliquibus coniecturis, ſeù inditijs, quod ſecùs erit, ſi ſimpliciter fuerint viſi ambulare, quoniam eo caſu, vt ipſe refert, ex hoc fuit liberatus reus in forma.

Tortura inferri an poſſit reo de crimine nefando imputato, exiſtente fide Medici aſſerentis, non poſſe apparere ſigna in adoleſcente prouectæ ætatis, eſſe ſufficientem probationem delicti in genere, concurrentibus inditijs ſufficientibus ad torturam, deciſum fuit affirmatiuè, & confirmatum per S.C. refert D. Reg. Sanfelic. dec. 28. num. 4.

Tortura inferri an poſſit reo inquiſito de inſultu, ac vulnere noctis tempore illato, & inde morte ſubſecuta, tùm reſpectu probationum defectum, tùm etiam reſpectu qualitatis delicti non merentis torturæ locum, & quantum pertinere videbatur ad defectum probationum, dùm per ſex teſtes probatum præſumebatur delictum, omnes erant diuerſis reſpectibus obumbrati, ex quibus illis fides non erat adhibenda, adeò quod omnes illis non obſtantibus particulariter obiectis probare, attento ipſorum numero, replicabatur, talem concluſionem non procedere in criminalibus, neque quando omnes eſſent inhabiles, & quatenùs diceretur, in hoc caſu teſtes inhabiles fore admittendos ob delicti qualitatem noctis tempore commiſſi, replicabatur, non aliter ipſam concluſionem procedere & Primò tùm ipſa procederet, quoties ex natura illius actus, vel facti alij teſtes actu, & habitu veriſimiliter non potuerunt intereſſe, ſecùs tamen, quando illi adeſſe potuiſſent caſualiter Secundò quando ante omnia articulatum, & probatum eſſet, quod veritas aliter haberi non poteſt. aliàs teſtes inhabiles admitti non poſſunt, & Tertiò, tunc procederet talis concluſio, quando inhabilitas ineſſet ex defectu perſonæ, ſeù infamiæ, ſeù criminis, vel ætatis, vel ſexus, & ſimilium, non tamen quando teſtes eſſent inhabiles, quia eſſent Partes principales iniuriati, aut inimici, inſuper ex defectu indiciorum. Primò, quia teſtes inhabiles non faciunt inditium ad torturam. Secundò, quia teſtes inhabiles per ſe ſoli ſine præſumptionibus non faciunt indicium ad torturam. Tertiò, quia omnes ſunt inimici, quia illis fides non adhibetur. Reſpectu torturæ dicebatur, illam inferri non poſſe. Primò, quia in homicidio nõ ſecuto effectu, illa ceſſat, neque ob inſultum, pro quo non datur tortura. Secundò, neque pro inſultu facto cum armis, aut violentia. Tertiò, neque ob vim publicam. Quartò, ob defectum pœnæ, quæ non poterat imponi vltra exilium, ſeù relegationem, quando fuiſſet plenè probatum, ex diſpoſitione Cap. Tormenta, & ſic his omnibus reſolutis in occurrenti caſu introducto per remedium appellationis ad Magnam Curiam Vicariæ, deinde ad Sacrum Conſilium; decla-

declaratum, ac prouiſum fuit; in hoc caſu non eſſe locum torturæ ita retulit Alex. Trentacin. conſ. 21. vol. 2.

Tortus ſemel, & non confeſſus, ſed punitus extra ordinem, an iterum torqueri poſſit, ſi nouum ſuperuenerit indicium decisum fuit negatiuè, vt cenſuit D. Reg. Sanfelicius deciſione 138. ſub num. 5.

Tranſactio facta inter mulieres, non tamen ſtipulata, ſed minutæ illius factæ ſuper ſolutione annuorum ſuperlucrati, an reſcindi debeat, nedùm ob enormiſſimam læſionem reſultantem ex ea, ſtante fatuitate mulieris creditricis, non obſtante præſentia conſanguineorum illius. Laura Salinas poſt obitum Capitanei Rodriquez Ortiz de Cordua inter cætera petiit, condemnari Annam Mariam Ortiz de Cordua filiam, & hæredem ipſius Capitanei Rodriquez ad ſoluendum duc. 1250. pro antefato ſuperlucrato ex dote data duc. 2500. & præſtari aſſiſtentiá ſuper introitibus annuorum ducatorum ... ſuper Arrendamentis ſerici, olei, & ſaponis ipſius Cap. Rodriquez, at cùm ipſa Anna allegaſſet nouam conuentionem tranſactionis inter eas initam, per quam contenta remanſerat prædicta Laura accipere petitam ſummam ducatorum 1250. ſuper dictis Arrendamentis, quæ & ſi non fuerit ſtipulata per Not. in rei tamẽ veritate ita conuentum fuerat, accedente etiam interuentu fratrum ipſius Lauræ, & proculdubio conuentioni ſtandum erat, l. 1. ff. de pact. Nihilominùs ex parte ipſius Lauræ replicabatur, nullam eſſe habendam rationem de tali conuentione prætenſa, quia non ſolùm non fuerat formiter allegata iuxta formam Pragm. Sed etiam quia ſatis læſa reperiebatur ex ea, quapropter, inſtabat alagium ſibi deberi, & ad eum dandum condemnari, ſuppoſito in facto, quod ex fide Proxenetum apparebat quodlibet capitale exiſtens ſuper Arrendamento Serici Calabriæ ad præſens vendi ad rationem ducatorum 28. & 29. pro centenario, capitale vero exiſtens ſuper Arrendamento olei, & ſaponis vendi ad rationem duc. 30. & 32. pro centenario, ex quibus apparebat, læſionem eſſe vltra dimidiam iuſti pretii, ea propter dato, quod tranſactio fuiſſet ſtipulata, adhùc de iure probatum extitit, quod vbi re ipſa venditor vltra dimidiam iuſti pretii deciperetur ex æquitate mandatur tam ipſi, quam hæredibus ſuccurri, vel reſtitutio pretio res reddatur, vel iuſtũ pretium ſuppleatur, ad tex. in l. 2. C. de reſcind. vend. vbi Doctores notant. Quæ legis diſpoſitio etiam in emptore procedere dicta gloſ. ibi, quanto magis quando non fuerit deuentum ad celebrationẽ cõtractus, vt prætendebatur, de quo nulla erat habenda ratio, & ſi teſtes ſuper tali conuentione ex aduerſo producti eſſent, ex pluribus, & primò, quia iſta erat mulier, quæ tanquam minor præſumitur ius ignorare, l. 1. ff. de eden. cum aliis apud Menoc. de præſump. lib. 3. præſump. 82. num. 6. & maximè ea, quę inter homines contrahentes ſuper talibus introitibus Regiæ Curiæ, ſeù Ciuitatis aſſignandis, ſi tale alagium percipi debuerat, vel non, quod eſt in praxi receptum, dùm ita communiter practicatur, illud deberi, quod erat fauorabile ipſi Actrici, quod ignorabat, & propterea ignorans non dicitur renunciaſſe, Borgn. dec. 30. num 47. par. 2. nec videtur renunciaſſe iuri, quod ignorat, Idem dec. 11. num. 70. & 71. par. 1. & eò magis ſuperaddita qualitate fatuitatis huius Actricis, quoniam mulier debilis ingenio, & facilis, vt à quolibet deciperetur facilis præſumitur ſeducta, Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 5. num. 62. immo competeret eidem reſtitutio in integrum, ex adductis per Storz. Odd. de reſt. in integrum, par. 2. quæſt. 59. Nec proinde officiebat præſentia fratrum ipſius mulieris interuenientium, vt prætendebatur in tali conuentione habita, poſtquam metus ſuſpicio non tollitur ex præſentia conſanguineorũ, quando in contractu interuenerit enormis læſio, nam tunc ſuſpicio metus non tollitur, Maſcard. de prob. concl. 1050. num. 27. vbi de communi teſtatur, Menoch. dict. tract. dict. lib. 3. præſump. 128. num 10. Tuſchus in ſuis concluſ. concluſ. 223. lit. M. num. 13. quos probat Farinac. in fragm. par. 2. num. 159. Et dato, quod metus interuenisset, remanſerat læſio, quæ tripliciter conſideratur, nam alia eſt minima, alia modica, alia magna, alia maior, quæ communiter appellatur enormis, alia maxima, quæ dicitur enormiſſima, vt notat Farin. dict. fragm. par. 2. num. 1289. & quod ſit hæc læſio enormiſſima, patet ex dicta relatione Proxenetum, & ideò ſtante læſione prædicta, nulla habita ratione de dicta conuẽtione, ipſa conuenta debet condemnari ad antefatum integrè petitum, vel cum alagio ſuper dictis introitibus. Hæc conſultus admonui pro tuitione iuris ipſius Lauræ. Facta relatione in M. C. V. per Egregium Virum D. Iacobum Capycium Galeota nobiliſſimum Iudicem eiuſdem M. C. die 15. Martii 1643. inter cætera fuit condemnata conuenta ad ſoluendum petitum antefatum vna cum alagio liquidando, & abſoluta à veſtibus lugubribus ab hærede factis, &c. in Banca Salerni.

Tranſactio iurata, ſtante etiam renunciatione iurata ſpeciali l. 2. C. de reſc. vend. ac eius geminatione, & ratificatione illius poſt longum tempus, ac etiam ſtante promiſſione iurata de non contraueniendo, an reſcindi poſſit prætextu remedij dict. l. 2. fuit per Curiam Aquilanam negatiuè deciſum, & inde confirmatum per S. C. ſic teſtatur Alex. Trentac. conſ. 71. à num. ad finem tom. 1.

Tranſactio inter contrahentes celebrata pro certa quantitate pecuniarum in ea contenta, an poſſit vigore diſpoſitionis l. 2. C. de reſc. vend. reſcindi prætextu enormiſſimæ læſionis, etiam vltra dimidiam iuſti pretii, etiam habito reſpectu ad dubium litis euentum, præſertim ſi adeſſet ſuſpitio fraudis, ac doli, & cum eo metus interceſſerit, & amplius ſi aduerſus talem tranſactionem proteſtatio priùs facta, abſente Aduerſario aliquid operetur, maximè infra tempus reductionis laudi ad arbitrium boni viri, circumſcripta confeſſione debiti facta in teſtamento inualido, ſi poterat reuocare, & noceat hæredi ſicut confitenti, multa pro validitate tranſactionis conſiderata fuerunt per D. Reg. Hact. Capycium Latro conſul. 152. tom. 2. & deducta, vbi in fine dixit S. C. condemnaſſe conuentos ad ſoluendum duc. 3000.

Tutor ſi duas tutelas exerceret, & eſſet fideiuſſor alterius tutelæ, non excuſaretur à quarta tutela,

Digitized by Google

la, vt fuit iudicatum per M. C. refert Nouarius in Pragmatica 3.collectan.3.de offic. Iud. n.12. in fine.

Tutor ex debito ſui officii tenetur reficere ædificium deformatum, aliàs enim tenebitur pupillo ad omne intereſſe, & damnum, ad tex. in l. lex, quæ tutores, §.ergo & domus, C. de admin. tut, notat Montan. in tract. de tutelis, cap.32. n.262. ad quod Gutieri ex eod. tract. par.2.cap.1. num. 112. ſubdit, quod Tutor non debet ſinere quodcunque ædificii genus, quod integrum hereditas habeat collapſum, ipſius fraude deperire, ſed & ſi parens, vel ille cuiuſcunque hæres eſt minor reliquerit deformatum ædificium, Tutor teſtificatione operis ipſius, & multorum fide, id reficere tenetur, & cogi debet, per tex. in d.l. lex, quæ, §.ergo & domus, & ex Ripa, & Baez. ibi relatis, & iterum par.2.cap.2.num.119. & cap. 16.num.6.& par.3.cap.1.num.103. Sed quæſtionis eſt, an ex ſe ipſo, vel cum decreto Iudicis, adhibitiſque aliis ſolemnitatibus hoc debet peragere, ad hoc reſpondit Caualc. in tract. de tutore, & curatore num.113.dicens, & ideò debet tutor alienare, & vendere, ac expendere bona pupilli, ſecundùm quod diſponitur per leges, Conſtitutiones, & Statuta, & cum decreto Iudicis, & interuentu omnium tutorum, vbi plures allegat. Quocirca in cauſa Syluiæ Baſilis matris, & tutricis Ioſephi de Martino, cùm fuiſſet conquæſta in M.C. quod domus quædam hæreditaria indigebat refectione, & capta informatione de allegatis, & commiſſa relatione Expertis, qui retulerunt indigentiam domus, fuit die 14. Februarii 1633. facto verbo per Iudicem Io. Dominicum Taſſonum prouiſum, & decretum, licere dictæ Syluiæ tutrici de ſumma duc. 1000. debitorum per Anellum Galterium, & Blaſium Maſſianum expendere duc. 100. pro reparatione domorum, verùm expendantur pro effectu prædicto cum firma Magiſtri Actorum, vt patet ex actis in Banca Vallisſochi.

Tutor rationes adminiſtrationis reddere tenetur, vbi adminiſtrauit tutelam, vt de iure eſt diſpoſitum in l.1.C. vbi de ratioc. agi opor. cum aliis relatis in 3.par. verb. Rationes, quibus addo Cancer. var. reſol. tom.1.cap.7.num.99. & ſic vt ipſe probat coram Iudice loci adminiſtrationis, Rota Genuæ dec. 98. num.3. Gratian. cap. 399.num.9. Gutier. de tutelis, par.3.cap.1. num. 125. Et hoc procederet, etiam ſi Iudex adminiſtrationis loci eſſet inferior, nam ratio reddi debet ſecundùm loci conſuetudinem, refert Eſcobar de ratioc. cap.2.num.10. vbi faciliùs commoditas rerum percipitur, & fuerit petita redditio rationis coram Iudice ſuperiore Iudicis loci adminiſtrationis. Hoc euenit controuerti in cauſa Matthæi, & Sebaſtiani Riueræ filiorũ, & hæredum quondam Bartholomæi Riueræ, qui petierant in S.C. condemnari Troianum Riuera, & Franciſcum Oliua eorum tutores ad reddendum computum adminiſtrationis tutelæ cum reliquorum reſtitutione, & ſeruatis ſeruandis die 30. Maii 1622. fuerunt præuia ſententia einſdem S.C. condemnati ad reddendum computum cum reliquorum reſtitutione, & diſcuſſio fiat in loco adminiſtrationis, vt ex actis in Banca Staccianenti. Quæ ſiquidem ſententia quamuis poſteà fuiſſet reformata ſub die 4. Iulii 1622. & prouiſum, vt diſcuſſio fieret in S.C. tamen iterum facto verbo die 20. Maii 1623. per Regium Conſiliarium Alonſum Vargas, fuit prouiſum, quod diſcuſſio computorum fiat in partibus, que facta tranſmittatur in S.C. in quo decidantur dubia, penès Secretarium, in eadem Banca.

Tutor an poſſit eſſe auus maternus, qui ſe excuſauerat, nullo alio exiſtente proximiore agnato relata fuit deciſio ſup. verb. Auus.

Tutrices an eſſe poſſint mulieres, relata fuit deciſio ſup. verb. Mulieres.

V

VALOR rei venditæ ex pretio conuento, de cuius liquidatione agebatur ex parte vicini retrahentis rem venditam, an attendẽ debeat, reſpectu habito ad tempus venditionis, vel ad tempus executionis ſententiæ, aliàs pluries deciſum fuit per S.C. quod attendi debeat pretium præſentis temporis, & prout valet res tempore executionis ſententiæ, vt in cauſa Franciſci de Roberto cum Io. Antonio Squillace die 4. Februarij 1620. in Banca Aloyſij Satri, & cùm idem contingiſſet pertractari in cauſa Antonii Terracini cum Hæredibus Claud. Burrelli, fuerunt producta quatuor exempla conformia, eſſe attendendum tempus petitionis, ſeù litis conteſtatæ, primum ad relationem Regii Conſiliarii Cæſaris Vitelli, ſub die 22. Octobris 1568. alterum ad relationem Regii tunc Conſiliarii Ioannis Antonii Lanarii die 15. Decembris 1578. Tertium ad relationem Regii Conſiliarii Franciſci da Curte ſub die 6. Maii 1580. Quartum ad relationem eiuſdem Lanarii die 5. Octobris 1583. & ita fuit iudicatum in prædicta cauſa Terracinæ, referẽte Regio Conſiliario Camillo Petro, vt nouiſſimè refert Illuſt. Epiſcopus Riccius coll. 3555. par.8.

Valor rei venditæ, ſuper qua eſt conceſſa prelatio, quod tempus attendat, relata fuit deciſio ſup. verb. Prelatio.

Vaſalli recedentes à Terra, an poſſint reuocari ad habitandum in loco, à quo receſſerant, & non eſt dubium, quin cogi poſſint, ſed iuxta ordinẽ aliàs per S.C. in anno 1545. declaratum, nempe eos eſſe ratione rerum expectandos per ſex mẽſes, ſi receſſerint cum familia, ſi verò ſine familia, per annum, dummodò Baro habeat interim ſeruitia ſibi competentia, ita Camp. in Cap. Itẽ ſtatuimus, quod ſi vaſalli. num.3. quem ſequitur Barbat. de diuiſ. fruct. par.1. cap.10. num.21. & ſubdit, S.C. declaraſſe, vt ſcilicèt intelligatur quoad bona reddititia Curiæ, non autem quòad bona propria vaſalli burgenſis recedentis ab eius Terra, quæ non ſunt reddititia ipſi Curiæ.

Vaſalli Baronis ſocii aliorum inquiſitorum, contra quos M.C.V. procedit, an ſint remittendi

ad

Digitized by Google

ad Curiam Baronis, eo petente, deciſum fuit negatiuè, D. Reg. Sanfel. dec. 273.

Vaſalli Baronum an comprehendantur ſub indultu generali conceſſo à Rege, deciſum fuit per Collaterale Conſilium cum voto Regiæ Cameræ affirmatiuè in anno 1573. vt ex Reg. Moles in ſuis manuſcriptis, in dec. 27. probat Io. Maria Nouarius in Pragm. 2. de abolit. collect. 3. num. 67.

Vaſalli Baronum cogi an poſſint ad cuſtodiam carceratorum, aliàs deciſum retuli in 1. par. noſtri Compendii, verb. Vaſalli, ex Franch. & Capiblanc. & ita inde in anno 1546. die 4. Martii, ad relationem Regii tunc Conſiliarii D. Franciſci Brancia deciſum fuit in cauſa Turris Maioris cum Marchione eius domino, quòd Illuſt. Marchio, & eius Curia abſtineant, niſi aliter ex rationabili cauſa viſum fuerit, ſecundùm caſus contingentiam, & tunc cogant, ſalario mediante ad cuſtodiam, penès Io. Portium Magiſtrum Actorum, aliàs grauarentur vaſalli, ſi ſecùs eſſet, latè Nouar. de grauam. vaſall. tomo 1. grauam. 256. & in rub. Pragm. de cuſtod. carcer. collect. 1. ſub num. 1. dixit, fuiſſe iudicatum per S.C. in cauſa Ciuitatis Grauinæ cum illius Duce, & n. 2. alias poſuit deciſiones S.C. in pluribus cauſis.

Vaſalli an teneantur conducere carceratos ad alia Tribunalia pro eorum cuſtodia cum ſalario, quomodo, & qualiter. In cauſa Marchionis Lauri cum Vniuerſitate. Die 10. Aprilis 1568. ad relationem Regii Conſiliarii Ludouici della Quadra, fuit per S.C. prouiſum ſuper 16. grauamine, quod in conductione carceratorum teneantur accedere pro ipſorum cuſtodia homines ſoliti, & habiles, prout in 9. Cap. & tot, quot erint neceſſarii, quibus intra Territorium ſoluatur ſalarium, proùt inter Ciues, extra Territòrium, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ, & ſi vocati per Officiales comparuerint, licèt non ſeruierint, ſeù fuerint licentiati, ſoluatur ſimiliter ſalarium, proùt inter Ciues, ac ſi ſeruiſſent pro illa die, in Banca Iubeni.

Vaſalli an teneantur aſportare res Baronum cum ſalario, vel ſine. In cauſa Vniuerſitatis S. Georgii della Molinara cum Comite Murconi. Die 14. Februarii 1565. referente D. Regio Conſiliario Bermudez, fuit per S. C. deciſum huiuſmodi, videlicet. Per S.C. prouiſum eſt, quod Homines dictæ Terræ S. Georgii teneantur ſeruire, ſeù aſportare frumenta, & alia pro victu ipſius Spect. Comitis, & eius familiæ, pro rata tamen focul ariorum, inſpecto tamen tempore numeri foculariorum præſtationis dd. foculariorum, in Banca Io. Portii.

Vaſalli, qui tenentur aſportare bona, ſeù victualia Baronum, in quo loco erit aſportatio facienda. In cauſa Vniuerſitatis S. Georgii della Molinara cum Comite Murconi. Die 4. Aprilis 1566. ad relationem Regii Conſiliarii Bermudez per S.R.C. fuit prouiſum, quod non teneantur ſeruire, & aſportare victualia prædicti Comitis, niſi in loco, vbi degerit tempore, quo præſtabũtur dicta ſeruitia, in Banca Io. Portii, & in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione. Die 10. Aprilis 1568. referente Regio Conſiliario Bermudez fuit deciſum, quod teneantur aſportare fœnum in grauamine contentum tempore recollectionis in domum d. Marchionis, in Bãca Iubeni.

Vaſalli an teneantur aſportare victualia vltra vſum Domini. In cauſa Vniuerſitatis Biccari cũ Marcello Caracciolo. Die 22. Ianuarii 1543. ad relationem Regii Conſiliarii Fonſechæ, per S.C. fuit deciſum, quod non teneantur portare niſi victualia neceſſaria pro vſu domus dicti Marcelli, pro quo vſu quantum ſit neceſſarium capiatur informatio, in Banca Figliolæ.

Vaſalli, qui tenentur aſportare victualia Baronũ, an omnes indifferenter compelli poſſint. In cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Marcello Caracciolo eiuſdem domino, fuit per S.C. ad relationem Regii Conſiliarii Fonſechæ ſuper 5. grauamine deciſum, quod pro conducendis dictis victualibus compellantur perſonæ dictorum vaſallorum habiles, & apti ad dicta ſeruitia facienda cum eorum animalibus, ita quod omnes æqualiter ſeruiant, & quod vnus non grauetur plus altero, & quod omnes ſufferant dictum onus æqualiter, ſed ſi aliquis habuerit animalia cum ſella pro perſona propria eius domini, quod dominus talis animalis non compellatur, in Banca Figliolæ. Iterum in cauſa Vniuerſitatis Montis fortis cum eius Barone. Die 11. Aprilis 1562. ad relationem Conſiliarii Quadræ ſuper 23. Cap. dictum fuit bene prouiſum per cauſæ Commiſſarium, & ſeruitia iniungãtur etiam habilibus iuſto ſalario, in Banca Villaltę, & in cauſa Vniuerſitatis Lauri. Die 7. Aprilis 1568. referente D. Bermudez, quod ſoliti eorum operas locare, & in eorum defectu habiles teneantur inſeruire in ſeruitiis in grauamine contentis, ſoluto tamen eis ſalario, prout inter Ciues, in Banca Cioffi.

Vaſalli, qui tenentur ad ſeruitia perſonalia eorum Dominis, an etiam cum eorum animalibus, iuſto ſalario mediante. In cauſa Vniuerſitatis Ciuitellæ cum Antonio de Annecchino. Die 17. Aprilis 1561. ad relationem Regii Conſiliarii Antonij Patigni per S.C. deciſum fuit, quod nõ cogantur, niſi habiles, apti, & ſoliti locare operas ſuas, & animalia, ſalario mediante, proùt ſolitum eſt ſolui inter Ciues, dummodò non extrahantur à propriis ſeruitiis, & quod requirãtur per diem ante, in Banca Iubeni.

Vaſalli an ſemper teneantur locare animalia dominis, vltra eorum inſtitutum, nam certum eſt, quod ipſi teneantur eorum animalia Baronibus locare, iuſto ſalario mediante, & ſic ad vſum deſtinatum, & non ad alium vſum præter eorum inſtitutum. Sicque in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius domino. Die 10. Aprilis 1568. referente Domino Bermudez fuit per S.C. ſuper 15. grauamine prouiſum, quod teneantur vaſalli eorum equos locare pro ſeruitio Marchionis, & eius domus, ſoluto ſalario, proùt inter Ciues, & quod moneantur locatores per diem ante, verùm pro vſu venationis abſtineãt, in Banca Cioffi. Similiter ſi animalia eſſent deputata ad centimola, vt Baro pro alio vſu ipſa vellet conducere, vt fuit per S. C. deciſum in cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Marcello Caracciolo. Die 30. Decembris 1547. ad relationem Regii Conſiliarii Fonſechæ, quod Baro, & eius Officiales non debeant iubere patronis animalium pro conducendis victualibus, ſi dicta eo-

rum

Digitized by Google

rum animalia ſunt deputata, & neceſſaria pro vſu centimulorum pro tempore, quo iam in dictis centimolis laborant, & pro eiſdem ſunt neceſſaria, in Banca Figliolę. & iterum in eadam caufa die 24. Februarii 1548. fuit per S.C. prouiſum, quod dicta decreta, & contenta in eis obſeruentur ad vnguem per dictum Marcellum, verùm capiatur informatio, ſi dicta animalia deputata ad centimolum ſunt neceſſaria aſſidue, & pro quo tempore anni, & ſuprà in verb. Animalia alia deciſio fuit relata, nam animalia, quæ quis habet pro propria equitatura, vel pro furnis, aut molendinis, capi non poſſunt pro ſeruitio Regis, Mieres in Conſt. Cathal. tom. 1. collation. 6. tit. de ſuperazem, & eorum coadiut. num. 3.

Vaſalli habentes currus an teneantur conducere vina vendita per Dominum extra Territorium. In cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius Domino. Die 7. Aprilis 1568. ad relationem Regii Conſiliarii Bermudez fuit per Sacrum Conſilium deciſum, quod habentes currus teneantur conducere vina græca, vel alia vina vendita in dicta Terra per dictum Marchionem extra Territorium eiuſdem Terræ, quibus tunc ſoluatur ſalarium prout inter Ciues, in Banca Iubeni.

Vaſalli an teneantur aſportare terracina ad foueas Domini, fuit deciſum negatiuè per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius domino. Die pen. Maii 1550. ad relationem Regii Conſiliarii de Curte, & dictum per hęc verba; Fuit prouiſum dùm Baro grauabat, vt conducerent terracina ad foueas Baronis, quod abſtineat, in Banca Iubeni.

Vaſalli an cogi poſſint ad exigendum cenſus debitos eorum domino, deciſum fuit negatiuè in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum eius Domino Marchione die pen. Maii 1550. quod non poſſit cogere Ciues ad exigendum cenſus ſibi debitos, maximè quod habet ærarium, referente Regio Conſiliario Io. Andrea de Curte, in Banca Iubeni.

Vaſalli aſtricti ad ſeruitia Dominorum facienda, præuio ſalario, moneri debent per diem ante. prout fuit deciſum per S.C. in cauſa Terræ Mõtisfortis cum Marchione eius domino die 11. Aprilis 1562. ad relationem Regii Conſiliarii Quadræ, quod per diem ante moueantur cum ſalario, & cogantur ſoliti exercere talia per iuſtam diſtributionem, in Banca Villaltæ, iterum in cauſa Terrę Ciuitellæ cum Antonio Annecchino, Die 17 Aprilis 1561. referente Reg. Conſiliario Antonio Parigno, in Banca Iubeni. Et in cauſa Terræ Lauri cum Marchione eius Domino in anno 1568. referente D. Bermudez, in Banca Cioffi. quod pro ſeruitiis præſtandis cõtentis in grauamine vocentur tantùm homines neceſſarii pro dictis ſeruitiis, qui moneantur per diem ante, & à contrauenientibus nõ exigatur vltra tarenum in cauſis ciuilibus, & minimis, in aliis verò prout qualitas negotij, perſonarum, & temporis requirit.

Vaſalli conducentes eorum animalia onuſta bonis eorum Dominorum extra locum, an teneantur de furto in itinere ſucceſſo, ſiue de robaria, certum eſt de iure, quod incurſus latronum, ac prædonum inter caſus fortuitos connumeratur, l. in ratione, ff. ad l. falcid. ob quod iuſta excuſatio reſultaret, quemadmodum ex multis probat Belol. in tract. de caſib. fortuit, num. 21. Seu ſi culpa præceſſerit ducendo animalia per loca inſidioſa, & ſuſpecta, ſecùs eſſet, niſi ignorantia interceſſerit, ex Ang. in l. qui petitorio, § fin. ff. de rei vend. docet Caroc. de loc. & cond. par. 4. quæſt. 6. num. 7. Idcircò per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Biccari cum Marcello Caracciolo eius domino Die 10. Nouembris 1547. ad relationem Regii Conſiliarii Fonſechæ ſuper 6. grauamine fuit deciſum per S. C. quod ſi caſus acciderit arrobamenti, vel mortis alicuius animalis per viam, quod dictus Baro non teneatur ad eius emendam, & ſimiliter dicti vaſalli conducentes non teneantur ad emendam victualium, quæ deferuntur, ſi fuerint diſrobati ſine eorum culpa, & defectu, in Banca Figliolæ.

Vaſalli non aſtringuntur in futurum præſtare munera Baronibus, eò quia anteà conſueuerũt illa dare, & ita fuit iudicatum in cauſa Vniuerſitatis Lauri, in Banca Angriſani, in anno 1568. referẽte Bermudez, & idem iudicatum per Regiam Cameram in cauſa Marchioniſſæ Lauri cum eadem Vniuerſitate, & iterùm facto verbo in S.C. in anno 1616. in eadem cauſa, iterùm per eandem Regiam Cameram, & demùm in cauſa Terræ Candidæ cum eius Barone de anno 1627. in Banca de Mondellis, Reg. Galeota controu. forenſ. lib. 1. contr. 42. quem ſequitur Nouar. in Pragm. 1. collect. 1. num. 4. de Porter. & Hoſtiar.

Vendi an poſſint Caſalia alicuius Vniuerſitatis per Regem vrgente neceſſitate illius, non obſtantibus priuilegiis eis conceſſis, quamuis onerosis, concluditur affirmatiuè, & ita deciſum per Collaterale Conſilium, D. Reg. Sanfel. dec. 301.

Vendi an debeat Ciuitas domanialis vigore decreti generalis interpoſiti per Collaterale Conſilium ſuper venditione omnium domanialium Regni pro executione literarum Suæ Maieſtatis, ſuppoſito, qualiter cùm ipſa in feudum conceſſa fuerat per D. Regem alicui Magnati, ob cuius obitum reuerſa fuerat ad manus eiuſdem D. Regis, ſicque conſolidato vſufructu cum proprietate, inde fuerat vendita per Locumtenentem Generalem pro ſubueniendis neceſſitatibus Regis alteri feudatario cum omnibus corporibus, & introitibus, qui erant ſub Vniuerſitate feudi deuoluti de iure Baronum, incluſis etiam corporibus, & membris iuriſdictionalibus, & in ſpecie additum, cũ Dohanis, quarum redditus eſſent infra menſem liquidandi per Regiam Cameram, nec non cũ annuis duc. 2150. functionũ fiſcalium cõceſſis in burgenſaticum, cum pacto de retrouendendo, ſiue cum facultate Regiæ Curiæ reſeruata luendi quandocunque infra annum pro pretio ducatorum 5000. & nondum completo anno fuerit admiſſa ad domanium, pro quo domanio, ac omnibus iuribus, vt ſuprà narratis, excepta tamen Dohana, ac eius introitibus, obtulerat ducatos 4000. & per Regiam Cameram acceptata, ac ſtipulatus contractus per intermediam perſonam pro venditione facienda per Regiam Curiam dictorum bonorum, & cùm

ipſa

ipſa vendidiſſet prædicta corpora vt ſuprà relata, prout erant tempore primi feudatarij, excepta Dohana cum ſuis iuribus, ratificauit Prorex dictum inſtrumentum, & de nouo vendidit eidem Ciuitati cum iure reintegrandi, & confirmatione priuilegiorum pro dicto pretio ducatorum 40000. cum pacto tamen de retrouēdendo quoad corpora Baronalia infra quatuor annos pro eiſdem ducatis 40000. vnde ipſa Ciuitas promiſerat adhoam, illinc ad certum tempus cùm fuiſſet memoratus habere ius luendi, ſeu redimendi dicta corpora, & iura vendita pro dicto pretio, vendidit, & remiſit dictū ius luendi eidem Ciuitati emptrici pro ducatis 10000. & ſic pro quarta parte dicti pretij confirmando Domanium, at cùm fuerat aliud decretum generale promulgatum, vt dictum eſt, oppoſuit ipſa Ciuitas hęc omnia pro eius ſubleuamine, ne vendi potuiſſet, vnde fuit hæſitatum, ſi procedi debnerat ad talem venditionem, & pro Fiſci inſtantia facta vigore dicti decreti multa congeſſit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota in eius reſponſo Fiſcali 25. qui in calce dictorum reſponſorum prætermiſſas deciſiones recolligendo, demùm enunciando caſum eiuſdem reſp. 25. inquit. Die 19. menſis Auguſti 1639. facta relatione per me in Collaterali Conſilio coram D. Prorege fuit prouiſum, & decretum, quod procedatur ad venditionem Ciuitatis prædictæ, oppoſitis non obſtantibus, & proinde fiant bāna pro accenſione candelæ, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum pro parte dictæ Vniuerſitatis per viam reſtitutionis in integrum, fuit tandem ſub die 23. menſis Septembris 1639. mediante alio decreto in Regio Collaterali Conſilio lato prouiſum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, Actuarius Alexander Conſtantinus.

Vendi an poſſit feudum de proximo deuoluendum ad Regiam Curiam ob defectum feudatárii carentis ſobole, ſtante eius ſenectute, deciſum fuit per R. C. ſub die 27. Aprilis 1614. procedi ad venditionem Caſtrorum, quæ poſſidebantur per Andrianam de Sangro viuentem, ſed carentem ſobole ſucceſſore legitimo ob ſenilem ætatem, quæ de proximo erant deuoluēda ad Regiam Curiam, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contro. iur. tom. 1. in dec. ad contro. 53. art. 5. num. 29.

Vendi an poſſit Capella, ſuper qua fuit facta executio ad inſtantiam creditorum debitoris, licèt prima facie videatur concludi, non poſſe, cùm ſint ſpiritualia, in quibus nullum cadit commercium, Molin. de iure primog. lib. 1. cap. 24. num. 40. Garſia de expenſ. & melior. cap. 8. num. 51. Io. de Selua in tract. de benefic. par. 1. quæſt. 7. num. 50. latiſſimè Marta voto 29. vbi plenè articulum ſpecificè examinat, iura ſepulchrorum vendi non poſſe ad inſtantiam creditorum, vbi in fine refert, ita iudicatum, & denegatam vendendi facultatem, cum alijs apud Reg. Valenzuel. conſ. 18. num. 121. vol. 1. D. Epiſcopus Marant. in reſp. 16. num. 26. & 27. 56. & 57. par. 1. Mancin. controu. iuris diſſert. 20. Ludouiſ. dec. 145. num. 10. Adhùc tamen reperi apoſtillam incerti auctoris ſic dicentem, an pro debito patroni poſſit executio fieri ſuper capella, dicas, quod non poteſt ipſa vendi, quia ſacra, & dicata Deo, ſed venditur ius ſepulturæ, & meliorationes l. monumenta, C. de leg. gloſ. in lege monumentorum inſcriptiones, C. de relig. & ſumpt. fun. vbi latè Aſin. Bal. in l. monumenta, C. quæ res pign. oblig. poſſ. & ita obtinui pro Monaſterio S. Dominici, contra Comitem Sanctæ Seuerinæ, cuius Capella fuit vendita pro debito dotis, quia Comes Capellæ conſtituerat Ill. Marchioni S. Lucidi ſub haſta, Commiſſarius fuit D. de Curte. Facto verbo in S.C. poſt longam diſcuſſionem in anno 1569. Actuarius de Caro, & ſubſequitur deinde in anno 1573. iterùm fuit dubitatum in S.C. referente D. Villanoua, ſuper capella Pauli Tholoſæ, in qua fuerat executio facta ad inſtantiam creditorum Pauli, & fuit deciſum, quod exequatur ſuper alijs bonis, intelligendo omnes præallegatas doctrinas in ſubſidium, & quod non procedat extantibus alijs bonis, ſed demùm abſente D. Villanoua, in eadem cauſa D. de Curte decreuit, quod procedatur ad venditionem dict. executionis, non facta diſcuſſione. Actuarius Ciuitella. Hæc ille. & ſic poſteà pluries fuit obſeruatum in multis Capellis, & ſepulturis, vt notum eſt, ſed pro dilucidatione deciſionis aduertendum duxi, non alıter ſpiritualia vendi, ſed iura, & materia in illis exiſtentia, quare laici in Eccleſijs, in quibus habent ſepulturam, non plus habent, quàm ius ſepulchri, & vſum ipſius, cùm locus non lateat, & extra commercium, & ſolus ille vſus permiſſus, & Abb. in cap. 1. de ſepul. Lamber. Roc. de Cur. & Garſia relati per Pereg. dec. 24. num. 1. & ſubdit num. 10. quod ex nomine Capellæ intelligitur ædificium materiale, vltra ius prohibendi, quod ex hoc reſultat, ne aliena corpora ibi ſepeliantur. Marta voto 88. num. 9. non enim datur ſepultura quòad proprietatem, ſed tantùm quòad vſum ad effectum ſepeliendi, Ludouiſ. dec. 145. num. 4. ante eum Tuſius de iure patron. quæſt. 18. num. 3. ſepulchrū. n. in Eccleſia reſeruatum tempore electionis eſt quid merè temporale, & poteſt in pignus capi, Noguerol. alleg. 36. num. 2. vbi alia. Sicq. ſepulturæ poſſeſſor dicitur eſſe in poſſeſſione illius loci vſus, Grat. diſcept. forenſ. cap. 615. num. 71. iuxta deciſa per Rotam Diuerſ. dec. 222. n. 6. par. 1. vnde ſepulturæ vſus poteſt eſſe penès aliquem dominum, tamen non poteſtis habere, Phœb. dec. Luſit. 8. num. 8. vbi ſingulariter num. 9. probat, talem vſum ſepulturæ vendi poſſe abſquè vitio ſimoniæ, quod magis procedit, quando adeſſet conſuetudo, ex Soto de iuſt. & iur. lib. 9. quæſt. 7. art. 1. idemque probat Gratian. cap. 210. nu. 8. dicendo, talia ſepulchra non eſſe effectu religioſa, quia tunc haberentur tanquam res profanæ, quę in commercium cadunt, & quouis titulo alienari poſſunt, l. ſi monumenta, C. quæ res pign. alien. poſſ. Firman. de Epiſcop. lib. 4. quæſt. 13. & ſubdit ad rem noſtram nu. 9. & ſic quod de eis creditores poterunt ſatisfieri, allegat Phanuc. de inuent. par. 6. num. 68. & his addenda ſunt tradita per Gutierrez de gabellis quęſt. 9. num. 29. & 30. vbi probat, quod gabella debetur ex venditione ſepulchri facti abſque Epiſcopi auctoritate, nā materialitas ſepulchri, vt marmorea, columnæ, ſtatuæ, & ſimilia vendi poſſunt, latè Epiſc. Maran. dict. reſp. 16. num. 23. ſiue ſitus loci dignioris,

ris,quæ ad ſepulturam pertinent, vt ibi n.5. & 12. Ludouiſ.vbi ſup.

Venditio feudi facta per Procuratorem Religioſorũ Ordinis Seruorum,qui militant ſub regula Beati Auguſtini,an ſubſtineri poſſit,cõcluditur negatiuè per Dominum Regentem Sanfelicium. dec.195.

Venditio rei feudalis facta cum iuramento,& aſſenſu à minore cum auctoritate Curatoris,non prouiſo de balio,an valeat ſine decreto Iudicis poſt tres menſes a die expediti aſſenſus,adiecta clauſula,ſaluo iure aſſenſus impetrandi, non impetrato poſtmodùm alio, deciſum fuit negatiuè per S.C.& proindè fuit condemnatus cõuentus ad relaxandum.In cauſa Franciſc.Giui cum Hæredibus quondam Franciſci Lauri eorum tutoris,penès Solatium, D. Reg. Sanfelic. dec.281.

Venditio rerum viri executarum vigore ſententiæ,ad inſtantiam creditoris ipſius, eo inſtante, impediri an poſſit per iudicium motũ per mulierem propter viri inopiam pro aſſecuratione dotium.nondùm probata viri inopia,deciſum fuit affirmatiuè, Dominus Regens Sanfelicius dec. 131.

Venditio alicuius Caſalis ſub quibuſcunque verbis generalibus, an comprehendat ius Arrendamenti,ſiue Gabellæ vini Ciuitatis Neap. deciſum fuit negatiuè per R.C. facta relatione in Collaterali Conſilio in cauſa venditionis Caſalis Fractæ Maioris,vt refert D.Reg.Fabius Capyc.Galeota controu.iur.tom.1.in deciſ. ad conſul.53.artic.5 num.15.& 16. vbi rationem aſſignat.

Venditio iuriſdictionis criminalis alicuius Terræ facta in beneficium domini habentis iuriſdictionem ciuilem, roborata conſultatione R. C. S. an poſſit reuocari prætextu euidentis vtilitatis,tam Fiſci,quàm eiuſdem Terre, deciſum fuit per Collaterale Conſilium affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Tramutulæ cum Monacis S.Benedicti,refert D.Reg.Fab.Capyc.Galeota controu.iur.tom.1.in deciſ.ad contro.53. art.5.num.4. vbi num.20. reddendo rationem vtilitatis prædictæ inquit,quia intendebat certum eius creditum compenſare cum Regio Fiſco,vt ibi dicitur, & Vniuerſitas poterat aliũde ſoluere ſummam debitam Fiſco, & pro eo Monaſterio Fiſci creditori, quamuis detecta poſtmodùm impotentia eiuſdem Terræ fuit de nouo iuſſum per S.E.procedi ad venditionem prædictam.

Venditio annuorum introituum facta per Homines Vniuerſitatis ſuper certo corpore, quod aſſerebatur conceſſum à Rege ex certa cauſa ſimpliciter,an vti feudalis,vel burgenſatica diiudicetur,vt verè venditio dicatur oſtenditur ex ſequentibus. De anno 1596. Vniuerſitas deſtructa Caſcinæ,quæ tunc,& hodie repræſentatur intus Ciuitatem Aquilæ per decem, aut quindecim homines, qui inter ſe congregantur, eligunt Syndicum,ſeù Maſſarios,qui dictam Vniuerſitatem gubernant, legitimè congregata vendidit Io.Paulo Gentileſco de Aquila, mediante Regio aſſenſu annuos ducatos 150. pro capitali ducatorum 1500.ſuper omnibus bonis dictæ Vniuerſitatis,& ſignanter ſuper quandam [illegible] ...neata de Caſcina, vbi antequã dicta Ciuitas Aquilana ædificaretur, erat dictũ Caſtrum Caſcinæ,vendẽdo fructus dict. Montaneæ pro creatione dicti cenſus in beneficium dicti Io.Pauli.Accidit,quod ob non ſolutionem tertiarum egit Ioannes Chatarinus hæres dicti Io.Pauli iure aſſiſtendi contra dictam Vniuerſitatem, & ſignanter ſuper dicta Montanea. Fuit vnum nouum, & inauditum exceptum,& oppoſitum per dictam Vniuerſitatem, quod obligatio dictæ Montaneæ haud quaquam fieri poterat in eorum præiudicium per eorum Anteceſſores, ſiquidem ex priuilegiis Frederici Cæſaris,Caroli primi,Ladiſlai,& aliorum retro Regum aſſerebant,ipſos Homines, & Vniuerſitatem poſſidere dictam Montaneam ex propria eorum perſona,& non tanquam hæredes ſuorum patrum,ac anteceſſorum,item quod in Montanea prædicta non ſuccedebant fœminæ,item quod fructus dictæ Montaneæ diuidebantur inter Ciues maſculos dictæ Vniuerſitatis, & quod vnuſquiſque locabat ſuam partem,& licèt ſuper ſua parte faciebat venditionem annuorum introituum, etiam cum Regio aſſenſu,tamen talis venditio non valebat, niſi durante vita venditoris,item quod illa bona nõ poterant propriis filiabus in dotem dare, & quod ſi aliquis ex illis focularibus moreretur abſque filiis,ſua portio accreſcebat, & diuidebatur inter alios de Vniuerſitate, & hoc quia volens dictus Fredericus Cæſar dictam Ciuitatem Aquilæ ædificare,voluit,vt Caſtra,quæ nũc ſunt circum circa deſtruerentur,& Accolæ illorum Caſtrorum in vnum corpus viuerent,& ex eis dictam Ciuitatem condidit, quam Aquilam nuncupauit,conceſſitque dictis hominibus,qui propria Caſtra deſtruxerunt, vt illis Territoria tenerent, & poſſiderent ſeiunctim à corpore Ciuitatis Aquilæ, & ita ſunt multi in illa Ciuitate,qui huc vſque durant, & vocantur Populi, ſcilicet il Popolo di Caſcina,il Popolo di Fonecchio,il Popolo di Cornu, il Popolo di Rapuccio,il Popolo di Tuſſillo,& ſic de aliis. Ex quibus tenaciùs concludebat dicta Vniuerſitas Caſcinæ,quod ac ſi eſſet feudum ex pacto, & prouidentia,ij, qui nunc viuebant, non tenebantur pro debito eorum Prædeceſſorum,& vltra quod hæc probauerunt per plures teſtes, allegabant plura conſilia Alex Trentacinq.vbi omnia prædicta conatur deſtruere, ſcilicet conſ.2. 3.in 1. vol.& 3.& 4.& nonnulla alia in 2.vol. Sed ad iſta noua, & inaudita fuit per me replicatum vti Aduocatum dicti Io.Chatarini, quod quidquid ſit de veritate hiſtoriæ,quam Trentacinq. refert de demolitione Caſtrorum pro ædificanda Ciuitate Aquilæ,quod iſta bona,erat impoſſibile eſſe alterius generis,quàm domanialia,vel vniuerſalia illius Vniuerſitatis, niſi quoddam ens rationis chymerizare niteremur, & eo ipſo quod eſſent domanialia,vel vniuerſalia demonſtraretur, corruebant omnia contraria,& ſi prima facie magnam vim præ ſe ferre,& inaudita viderentur.Dicebam,quod nihil conſtabat de qualitate feudali,nulla erectio feudi,non deſcripti in Cedulario Regiæ Cameræ,non ſoluebatur ſeruitium, non adhoa, non releuium, nec vmbra quidem feudalis qualitatis oſtendebatur.Ergo præſumendum erat allodium in dubio cap.1.§.2.& ibi Doctores, ſi de feud. defunct. cont.

Digitized by Google

cont. Alex. conſ. 129. num. 2. lib. 1. quia feudum eſt quædam ſeruitus, gloſ. in l. ſi cuius 13. in principio, ff. de vſufr. & ideò præſumitur omnis res in dubio libera, & ſic allodium? Schrader. de feud. par. 3. cap. 4. num. 53. Nec faciebant ad rem conſilia Trentacinq. nam id non aſſerebat, ſed dicit per modum motiuandi, aut iſta bona ſunt feudalia, &c. vt patet in conſ. 2. quoniam Petrus vol. 1. & ſic in alijs conſilijs. Subiungebam, non conſtare, eſſe bona emphyteutica, tùm quia non apparebat de conceſſione, quæ requirebat ſcripturam, l. 1. C. de iure emphyt. tùm quia hoc non allegabatur, ergo neceſſariò ſequebatur, hęc bona fuiſſe, & eſſe merè burgenſatica, ſeù allodialia, & iſtud tertium genus chymericum, ac inauditum ens rationis per teſtes probatum nullo iure ciuili, feudali, & canonico reperiri, ſed quoddam figmentum in Aprutinis montibus fortè ſubortum. Ergo remanebant bona vniuerſalia, ſeù domanialia Vniuerſitatis, vt idem Trentacinq. in eiſdem conſilijs, quidquid in initio ipſorum chymerizare videatur, concludere coactus fuit, vt patet in conſ. pro Cornu, in alio pro Rapuccio, & in reliquis. Eo ipſo, quod fatendum erat, eſſe bona vniuerſalia, vel domanialia, ſtatim concedendum erat, fuiſſe in commercio, & potuiſſe vendi, & ſuper eis cenſum creari, prout omnes Vniuerſitates de Mundo poſſunt cum ſolemnitatibus tamen à iure requiſitis toto tit. ff. de vend. rer. ad Ciuit. &c. & de Vniuerſitatibus Regni diſertè loquitur D. de Ponte de poteſt. Proreg. de diuerſ. prouiſ. & licent. tit. 10. §. 1. de alienat. fieri ſolita, &c. Quarè conceſſa ſtatim corruebant omnia contraria. Et primò dicebā, quod aucta, vel diminuta Vniuerſitate, adhùc Vniuerſitas manet, l. ſi grege 22. ff. de leg. 1. l. ſicut 7. §. vlt. ff. quod cuiuſq. vniuer. l. proponebatur, ff. de iudic. licèt minima ſit, l. ſi quid 18. ff de ædilit. edict. etiam ſi ad certum Ciuem tantùm Vniuerſitas reduceretur, cap. Sancta *Romana*, §. ex quo contingit, de electione, in extrauagantibus communibus. Quo fit, vt licèt iſti *Populi* ad tam paruum, & exilem numerum redacti ſint, non deſinunt eſſe Vniuerſitates, & Vniuerſitatum iure cenſeri. Quid ergo mirum, ſi filius in portione patris non ſuccedit vt hęres, ſi portio nunquam fuit in bonis defuncti, niſi quoad ſimplicem vſum. Quid mirum ſi non poteſt quis vendere ſuam portionem, ſi res Vniuerſitatis nō dicuntur res ſingulorum, Gabriel. comm. concl. tit. quod cuiuſq; Vniuerſit. lib. 6. concl. 1. num. 11. verſ. quartò infertur. Ex eadem ratione non poſſunt in dotem dari, nam quo pacto vnus Ciuis poteſt bona vniuerſalia in dotem dare? cùm debitum Vniuerſitatis non ſit debitum ſingulorum, nec è contra, l. ſicut §. ſi quid, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom. & ibi Ang. in princ. & Paul. de Caſtr. in 1. & 2. notab. & tradit Gabriel. dict. concl. 1. num. 6. & quod iſti pauci Ciues diuidant inter ſe bona vniuerſalia, id contigit, quia pauci ſunt, vt in Caſtro Raguccię, pro quo conſuluit Alexand. Trentaç. quod erat reductum ad vnum ciuem tantùm. Vnde cùm dicta Vniuerſitas legitimè congregata, Regio mediante aſſenſu, dictam venditionem annuorum introituum celebrauerat, iure optimo creditor agebat ire aſſiſtendi. Hæc cauſa pluries relata, & ſolemniter diſcuſſa, quod quia nonnullos alios iuris articulos habebat. Tandem fuit deciſa per M.C.V. referente D. Corcione, & Vniuerſitas condemnata, & præſtita aſſiſtentia creditori ſuper Montanea prædicta, &c. me patrocinante pro creditore, &c. in Banca Marci Salerni pro Franciſco Anaſtaſio Actuario M.C.V. Conſtantinus Caſatus Aduocatus.

Venditio alicuius Territorii per aliquem facta alicui coram teſtibus tantùm, nondùm in ſcriptis redacta, ſub certo pacto conuento, ſi inde venditor alteri illud vendiderit, facta ſcriptura vēditionis licèt ipſe venditor conuentus eſſet à primo emptore ad conficiendum cautelas vēditionis, & condemnatus ad illas faciendum, an præferri debeat ſecundę venditioni, fuerūt ſequentia in iure allegata per ſolertem Virum Franc. Lauritum ſen. ex Dominis de Laurito. Ioannes de Cæſare vendidit Ferdinando Ruſſo coram ſex teſtibus ad hunc actum requiſitis in Caſtro S. Antami territorium modiorum ſexdecim, pretio conuento ducatorum 125. pro quolibet modio, recepit in partem ducatos 10. reliquum erat ſoluendum infra menſes, depoſitandum penès publicum Bancum, vt ſolueretur creditoribus venditoris. Re ſic ſtante cùm Ioannes venditor intenderet alteri vendere idem territorium ſub ſpe maioris pretij, fuit conuentus in M.C.V. ad faciendum cautelas, & ad tradendum territorium, cum proteſtatione, quod conſtitueretur in mora, & mala fide, & conſtructo proceſſu fuit condemnatus ad conficiendum cautelas, & ad tradendum territorium. Nunc in cauſa appellationis diſceptatur de meritis cauſæ, & cùm nihil habeat, quod opponat venditor aduersùs actum iſtum perfectū, & validum, ſuppoſuit Ioannem Andream, & Loyſium de Verde, qui prætendentes emiſſe idem territorium ab eodem, mediante inſtrumento, opponunt, ſeipſos eſſe potiores, ex reg. tex. l. quoties duobus, C. de rei vend. habent ex tex. regula, qui prior poſſeſſionem accepit, licèt poſterior ſit tempore, is dominium acquiſiuit. Sed ex rationibus infrà dicendis S.C. iudicabit, benè fuiſſe iudicatum per M.C. & malè appellatum, quinimmò in pluribus caſibus locum non habebit regula tex. l. quoties. Et primò, quando fuit per primum emptorem mota lis contra venditorem ad rei traditionem, Paul. de Caſtro in dict. l. quoties, num. 3. in fine, immò non tantùm quando fuit mota, ſed quando fuit dubitatum, & erat ſpes, quod moueretur, tunc enim præſumitur ſecunda emptio doloſa, ac mala fide facta, & ideò talis emptio non patrocinatur emptori, Bal. in dict. l. num. 7. Secundò, locum non habet regula, quando ſecundus emptor ſciuit, rem alteri fuiſſe venditam, & paſſus eſt, rem ſibi vendi, tunc enim talis ſcientia ipſos emptorem, & venditorem conſtituit in dolo, & mala fide, quia in alterius fraudem contrahunt, & ideò nulla redditur, & inualida talis emptio, Couarr. var. reſol. cap. 19. in 2. lib. Tertiò propter præceptum Iudicis factum venditori, ne alienet, nec alteri rem tradat, per quod præceptum prohibetur omnis alienatio, & dominij translatio, l. ſi ſciens, ff. de contrahend. emption. Bar. in l. filiusfamilias, §. Diui, de leg. 1. num. 16. mota enim lite dubitans Ferdinandus de alie-

nationa,ſed traditione præceptum obtinuit,ne alienet,ſeù alteri tradat. Vltimò,Cap.Reg.Conuentus facit ceſſare reg.l. quoties, quia prouidet,quod lite cœpta exequatur ſententia contra omnem poſſeſſorem, & hoc eſt, quod Pars aduerſa,videlicet illi de Verda timent, & propterea ſe oppoſuerunt huic liti.Nec obſtat, quod iſti de Varde oſtenderint inſtrumentum ſecundæ venditionis factæ biduo ante præceptum, præſupponentes,præceptum ſubſequens actum venditionis non poſſe impedire dominii tranſlationem,quia facilis eſt reſponſio.Dominium enim rei,in venditione non transfertur per actū venditionis, ſeù per inſtrumentum, quia iſte actus non requirit ſcripturam, & pari paſſu iudicatur de venditione facta mediante inſtrumēto,& de vēditione ſine inſtrumēto,l.cum inſtrumentis non interuenientibus,C. de fide inſtrum.ſed per traditionem,vt tex. loquitur, ſed traditio erat per præceptum prohibita, nec legitur in proceſſu,quod ſecuta fuerit,ergo remanet regula,quod cùm Ferdinandus ſit prior in tempore,ſit etiam potior in iure,vulg. iur. Nec obſtat ſecundò, quod in inſtrumento ſecundæ venditionis adſit clauſula conſtituti, & præcarii ſolita poni in omni contractu,per quod conſtitutum videtur transferre rei poſſeſſionem, quia iura loquentia de traditione,quam facere tenetur venditor emptori,loquitur de traditione reali,& actuali,& ita de poſſeſſione naturali, l.ſi traditio,C.de act. empt.cap.ſi facta,ſi de feudo defunct.§.ſi per traditionem, Inſtit.de rerum diuiſ.ſed per conſtitutum ficta ſit poſſeſſio,non vera,& quando aliquis actus fieri debet, non ſufficit,quod fiat ciuiliter,ſed debet fieri naturaliter,per ea,quæ allegat,& probat Guido Papa dec.509.in iſto caſu, vt in præſenti articulo. Vnde nihil prodeſt clauſula conſtituti, cùm per conſtitutum poſſeſſio naturalis remanſerit penès præcario poſſidentem,l.haber,§.eum,qui præcario,C.de prec.Dec.Pedemont.64.num.13. Nec ſuffragatur, quod fortè venditor ipſe poſt motam litem dereliquerit poſſeſſionem, quia ſi citatus deſijt poſſidere, dolo deſiit, & in eo dolus eſſe præſumitur,Bal.in cap.pen.de excep. Nec minùs obſtat,quod actio propoſita ſit perſonalis ad rem tradendam,quia quando contēditur de ipſa re actione perſonali, tunc ipſa res,& actio efficitur litigioſa, Bar.in l.1.§. ſi inter,ff.de litigioſis,Iaſ.conſ.43. col.2. verſ. circa ſecundum dubium,vol.4. vbi dicit, quod quando agitur ex promiſſione de vendendo, & ſic actione perſonali,alienatio eſt nulla propter vitium litigii,Natta conſ.550.num.4.At Cap.Regni Conuentus habet locum in quocunque iudicio, per verba illa,Conuentus poſſeſſione rei,vel re ipſa, quocunque iudicio,lite pendente,&c. cuius diſpoſitio reſpicit omnem caſum, vbi poſſeſſio,aut res contenditur, immò fuit factum hoc Cap. ad ſupplendum defectum aliarum legum,gloſ.in Conſtit. Eorum fraudibus, ibi pleniùs prouidet Conſtitutio Inclyti Caroli, quæ incipit Conuentus, multas enim modernas dirimit quæſtiones,ſed quod aliud contenditur in hoc iudicio,& in iſto caſu, quoniā dominium rei,& res ipſa,& poſſeſſio, quæ tempore venditionis,tempore litis motæ,& tempore præcepti iudicis erant penès venditorem,l.1. ff.de alien.rer.mut. iud. cauſa fa. Bene igitur fuit per M.C.iudicatum. Reliqua,&c. Franciſcus Lauritus V. I. D. Et ita fuit deciſum per S.C.ad relationem Regii Conſiliarii Octauiani Cæſaris, vt ex actis in Banca Balſami Magiſtri Actorum.

Venditio bonorum, ſuper quibus fuit petita, & obtenta ſententia aſſiſtentiæ, an poſſit impediri ad inſtantiam vxoris debitoris petentis aſſecurari ſuper illis, dùm producebatur inſtrumentum confeſſionis receptę partis dotis poſt ſpatium tot annorum,quod præſumebatur falſum ex perſona Notarij,iam ex facto, quàm etiam in iura hæc fuerunt deducta. Cùm Iſabella Iordana obtinuiſſet aſſiſtantiam ſuper aliquibus domibus Gratij Iordani pro duc.200.vnà cum eorum intereſſe, quoad facultatem vendendi tantù n, & expoſitis venalibus comparuit Beatrja Sitibella vxor dicti Horatij debitoris,petens ſuſpenſa venditione illarum aſſecurari pro eius dotibus,& antefato ſuper illis, pro qua aſſecuratione obtinenda produxit quoddam inſtrumentum capitulorum factum in anno 1580. ac etiam inſtrumentum dotale factum in anno 1622 bene verum eſt,quod in dicto inſtrumento capitulorum fuerunt promiſſi ducati 120. tātùm eidem Horatio,qui in inſtrumento dotali confitetur,ſe recepiſſe duc.200. in tot mobilibus.Ex his igitur præſupponit ipſa Beatrix impedire dictam venditionem domorum,per ea, quæ voluit Afflict.& ibi Vrſill.dec. 199. cùm hypotheca currat in præiudicium creditorum à die capitulorum, non autem à die confeſſionis,vt deciſum refert Pręſ.de Franch. dec. 677. Ad quod reſpondetur pro parte ipſius Iſabellæ, ſupradicta iura non obſtare, ex quo illa procedunt, quando creditor vult opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ,vel donationis, non autem fraudis commiſſæ in præiudiciū creditorū,vt inquit Surd.in dec.116. & ibi Hodierna in Addit. quod confeſſio mariti, præcedente promiſſione pręſumptionem donationis, & exceptionem non numeratæ pecuniæ tollit, cùm illa ſit veriſimilis,non autem exceptionem fraudis commiſſæ, maximè quando tempore confeſſionis maritus grauatus erat magno ære alieno, vt in caſu noſtro, prout ex relatione creditorum exiſtentium ante ipſam confeſſionem,quia tùnc hypotheca non currit à die capitulorum, ſed à die confeſſionis, prout hæc fuit dubitatio Menoch.de præſumpt. lib.3. præſumpt.13. num.24. quam opinionem communiter ſecuti ſunt Boer.dec.230.Rota Romana in dec.684.num.6.par.2.in nouiſſimis, prout in terminis,immò fortiùs deciſum fuiſſe refert in Senatu Surd.in dict.dec.166.quod confeſſio mariti dotis receptæ; præcedente promiſſione facta poſt commiſſum delictum,non præiudicaret Fiſco circa confiſcationem bonorum extra cauſam illius delicti, quod etiam voluit Peregrin.de iure Fiſci lib.5.tit.1. num.48. per mirabilem doctrinam Socin.in l.1.ff ſol.mat.Eò magis fraus apparet,ex quo confeſſio prædicta fuit facta poſt 22. annos à tempore promiſſionis, immò fuit facta maioris pretij quantitatis illius promiſſæ,& proinde non poteſt prędicta Beatrix prætenſam aſſecurationem obtinere, tantò magis confeſſio prædicta debet reddi falſa, ex

quo

Digitized by Google

quo Notarius, qui eam confecit aliàs erat de falſo inquiſitus, ita quod fuit citatus ad informandum, ex que inquiſitione Notarij præſumitur falſum inſtrumentum prædictum, vt ſingulariter notat Bar. in l. in exercendis, C. de fide inſtr. Ruin. conſ. 25. n. 10. vol. 4. Maſcard. poſt alios de probat. concl. 740. num. 27. & ſeqq. Fuit per M.C.V. facto verbo deciſum in beneficium ipſius Iſabellæ, & ordinatum, quod oppoſitis non obſtantibus procedatur ad ea, quæ incumbunt circa venditionem bonorum in iudicio deductorum, quod decretum fuit per Sacrum Conſilium confirmatum, facta relatione per dictam Magnam Curiam Vicariæ, vt in Bãca Lanzettæ.

Verba, cum interuentu alicuius, quid importent, deciſum fuit par S.C. importara votum, prout habent alii interuenientes, refert D. Reg. Sanfel. dec. 150.

Verba ambigue in contractu celebrato inter Fiſcum, & priuatum, in cuius fauorem erint interpretanda, deciſum fuit per R.C. vnà cum adiunctis Conſiliariis in fauorem Fiſci. Hoc contingit in caſu cuiuſdam pacti obſcuri inter Fiſcum, & Bertholomeum de Aquino, vt fatetur eruditiſſimus D. Reg. Conſil. D. Ferdinand. Arias de Meſa variar. reſolution. lib. 3. cap. 16. nu. 14.

Vicinus habens domum iuxta ædes alterius, quæ ruinam minabantur, & eius nomine cùm abſens eſſet interpellari fecerat extra iudicium, dictum vicinum habentem ædem ruinam minantem, an ſucceſſo caſu diruptionis ædium, vel muri, teneatur ad refectionem domus ipſius. Ex facto apparebet, Reuerend. D. Leonardum Antonium Zottam poſſidere quendam domum in Ciuitate Turſi iuxta domum Ioſephi Brancalaſſo, vbi aderat Cellarium ax parte ſuperioris domus, cuius portale minabatur ruinam, & cùm fuiſſet dictus Ioſeph requiſitus, licèt extraiudicialiter, vt illud reficerat, demùm magne pluuia certi diei ſuperuanienta, portale cecidit ſuper domum ipſius D. Leonardi Antonij, & illa ruina affecta, inhabitabilem affectam eſſe oſtenditur ex facti probationibus, propter quod litem inſtituit in M.C. petendo, condemnari eundem Ioſeph. ad illius reparationem cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, & compilato per eum proceſſu, ex parte conuenti duas principaliter exceptiones opponebat, ex quibus prætendebat abſolui. Primò, quia talis proteſtatio, ſeù interpellatio non fuerat in ſcriptis peracta iudicialiter, ideò non eum afficiebat, quod videtur in iure fundari, poſtquam cum res damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa dilatio ſit, ad Prætorem recurrendum erit, l. 1. ff. de dam. inf. Vt cautione præſtita per conuentum ſuccurratur ipſi vicino, l. 4. in princ. ff. eo. quæ ſiquidem cautio poſtulari debet coram Iudice ſedente pro Tribunali, dict. l. 4. §. hoc autem, poſtquam Iudex non impartitur ſuum officium, niſi petatur, Soc. in reg. 397. Gomeſ. in §. ſi quis, Inſt. de action. Et propterea cùm nõ fuerit petita iudicialiter refectio damni futuri, ſuccedit regula tex. in l. cùm poſtulaſſem, ff. eo. quod interpellatio extra iudicium nõ conſtituit in mora reum, qui ſolùm per Iudicis officium poteſt conueniri, vbi gloſ. Io. Criſp. de Mont. in Nomenclat. Act. tit. ex ſtipul. de damno infecto, ſequuntur Ang. in §. actio autem, Inſt. de action. col. 4. Alex. in l. ſi ex cauſa, ff. de verb. oblig. & l. interdùm, §. fin. eod. Bar. in l. 1. col. 4. ff. de iuriſd. omn. Iud. Felin. in cap. nouit, col. pen. in fine, de lib. oblat. Et quatenùs hæc ſufficeret interpellatio, ad hoc vt conſtituatur quis in mora, requiritur trina interpellatio, Maſcard. de prob. concl. 1071. num. 12. Immò proteſtatio, denunciatio, ſeù interpellatio alterius nomine fieri non poteſt, niſi ab eo, qui habet ſpeciale mandatum, vel generale ad negotia, Honded. conſ. 38. num. 16. vol. 1. & propterea cùm non fuiſſet petita cautio ipſa, ſubſequitur, nullam competere actionem, quominùs vicinus ædium ruinoſarum ad aliud teneatur, ad tex. in l. euenit, ff. eod. Altera exceptio oppoſita erat, quia caſu fortuito, & inopinato euenerat, hoc eſt per continuatas pluuias aliquorum dierum, & ſignanter tempore, quo dictum portala cecidit, nam pluuia durauerat per 24. horas, & hoc caſu ex damno contingente, non vitio rei, ſed caſu fortuito, non agitur iſta ſtipulatione damni infecti, ad tex. in l. damni, ff. eod. Ioan. Criſp. vbi ſuprà. His tamen replicabatur ex parte Actoris reſpectu primi, qualiter peti debeat officium Iudicis in hoc caſu, vt cautio præſtari potuiſſet, procedit, inſpecto iure communi, Roffred. de libell. par. 5. rub. de offic. Iud. quo per. ſatiſd. nomine damni inf. Herring. de fideiuſſ. cap. 10. num. 85. Maur. Aret. eo. tract. ſect. 5. cap. 14. aliàs 23. n. 6. & tunc procederet, quando fuiſſet petita, cæterùm quando per viam proteſtationis, vt communiter practicatur, aliter dicendũ, quia proteſtatio conſeruat, Amat. dec. March. 24. n. 34. Etenim cautio de dãno infecto eſt ſubſidiaria, Albet. in l. inter fructuarium, & l. damni, §. ei, cuius, ff. de damn. inf. & quando per viam interpellationis, vt erat caſus noſter, animaduertendum erat, ſi ritè, rectèque proceſſerat, nam ſi iudicialiter facta fuerat, nulli dubiũ erit, quin rectè proceſſiſſet, ex quo interpellatio iudicialis requiritur ad conſtituendum reum in mora, qui tenetur ſolùm officio Iudicis, nõ iure actionis, Maſcard. eod. tract. dict. concluſ. 1071. n. 16. vbi rationem aſſignat. Sed quando eſſet interpellatio extraiudicialis, vt erat in caſu præmiſſo, & hoc caſu non ſufficeret interpellatio extraiudicialis, vt notandum dixit Albet. in dict. l. cùm poſtulaſſem, n. 2. procederet, quando ageretur de petitione cautionis prædictæ, ſecùs ſi per aliam viam. Bene verum eſt, quod ſi poſt talem interpellationem antequàm ad Iudicem fuerit intentata, proceſſerit negligentia ipſius, & ſibi imputandum, & ampliùs non ageret, l. qui forte, ff. eod. vbi I. C. limitationem poſuit, dicendo, ſed propter aliquod impedimentum ſibi non proſpexit, vbi gloſ. in verb. Impedimẽtum explicat tempus præſens, vel abſens cauſa Reip. vnde quemadmodùm ob abſentiam conuenti ei ſuccurrendum erit, vt contra eum miſſio fiat, dict. l. 4. §. Prætor, eod. tit. ite è contra vt æqualitas ſeruetur, cap. nouit, de iudic. Nec obſtat, quod tres fieri debeant interpellationes, nam vna erit ſufficiens, Maſcard. vbi ſupr. n. 13. gloſ. in Pragm. inſtantie cauſæ, verb. proteſtatione, de inſt. cau. non reſtit. neque aliud, quia pro abſente quilibet debet admitti, maxi-

mè

mè conſanguineus. Ad ſecundum replicabatur, id verum eſſe, niſi fortè ita vitioſæ meæ ædes fuerint, vt qualibet vel minima tempeſtate ruerint, inquit I.C. in l.fluminum, §.idem ait, ff.eo. Tandem facta relatione in M.C.V. per D.Iudic. Donatum Coppula, fuit abſolutus conuentus de menſe Iunij 1642. in Banca Conſtantini. ſed condemnatus per S.C. vt dixi ſuprà in verb. Proteſtatio.

Vicinus retrahens domum contiguam iure congrui, ſi diſtulerit facere depoſitum iuxta formam apprétij, an eo poſteà extra tempus præfixum facto licitum erit emptori domum, vel pretium eligere vnà cum intereſſe decurſo. Ex ſerie facti iam occurſi deſumebatur, fuiſſe quandam domum emptam à Iordano de Mauro A.M.D. quẽ conueniri fecerat Ioſeph Sportellus iure congrui, habita notitia dictæ emptionis, cumque ex diſpoſitione Conſuetudinis Neap. Si quis emit, de iure congrui tenebatur emptor illam reſtituere ſine intereſſe, prout fuerit appretiata, demùm facto appretio fortè pœnitentia ductus vicinus, nolebat depoſitum pretij facere, ob quod per plura decreta interpellatus fuerat ad depoſitandum, demùm elapſo tempore præfixo in dictis decretis, fuit dictũ per M.C.V. ad relationem Iudicis Don Ferdinandi Mexiæ, quod ſtante lapſu termini liceat ipſi Iordano fabricare, vt ex actis in Banca Grilli, ſed cùm poſtea fuiſſet factum depoſitum, hæſitari contingit, an erit in electione ipſius emptoris domum habere, vel pretium depoſitum extra tempus præfixum, in quo determinari videbatur altercatio in beneficium ipſius emptoris, vt precisè non teneri videatur ad depoſiti acceptionem, dùm illud extra tempus præfixum factum fuerat, poſtquam de iure probatum extitit, creditorem poſſe recuſare depoſitum, vel oblationem, ſicque faciendo, ex iuſta cauſa oblatio, vel depoſitum nihil operatur, ex multis probat Carroc. in tract. de depoſito par. 2. quæſt. 115. quantò magis quando fuerit factum extra tempus debitum, cùm omnia fieri debeãt, & adimpleri infra tempus præfixum, vt per exempla oſtendit Tiraquell. de retract. §.1. gloſ. 10. num. 85. & ſeqq. At cùm ipſe emptor ab ipſa M.C. ſuper d. electione eſſet interrogatus, an domũ, vel pretium recipere vellet, reſpondit, domum, ſi ita ipſi deberetur de iure, ſin autem depoſitum, ſed cum intereſſe paſſo, cui replicationi nõ aliter vicinus conſentiendo, fuit tandem per ipſam M.C.V. liberatum depoſitum deponenti, quoniam depoſitum pro retractu repeti non poteſt lite pendente, vt inquit Rendell. in extrauagan. Conſt. Sancimus, in animaduerſionibus, §. in primis. n.8. Et introducta cauſa appellationis in S.C. facta in eo relatione per Regiũ tunc Conſiliarium D. Hectorem Caryc. Latro fuit confirmatum decretum ipſius M.C. & impoſitum perpetuum ſilentium, & condemnatus vicinus ad intereſſe liquidandum, vt ex actis in Banca Cantoni, ex quo emptor domus ædificare cœperat, & impeditus fuit huius prætextu, & per ſpatium ſeptennij opus inceptũ perficere non valuit.

Vicinus ex latere pomarij an poſſit iure congrui obtinere hortum coniunctum domui tantùm, deciſum fuit negatiuè, & ſic fuit abſolutus conuentus, vt teſtatur Dominus Reg. Sanfelic. dec. 171.

Vicinus an præferatur pro iure congrui rei emphyteuticæ venditæ ſub haſta, vel alio modo domino directo, relata fuit deciſio ſup. in verb. Prælatio.

Vicinus, qui moleſtus erat vicinio ratione officij afferentis malum odorem, an expelli debeat, fuit deciſum per M.C. & Sac. Conſ. affirmatiuè, ita Dominus Regens Sanfelicius deciſion. 127. num. 4. de quo in 3. par. noſtri Compend. verbo Vicinus.

Vicinus poteſt cogi ad extollendum parietem, nè habeatur aſpectus ad Monaſterium, exiſtente via publica intermedia, ex deciſis per Franch. dec. 223. & ita poſteà deciſum inter Moniales Sancti Andreæ cum Barone Galeota, refert Epiſcopus Ricc. collectan. dec. 4211. in 1. ampliat. par. 9.

Vicinus an cogi poſſit ad vendendum locum cõuicinum Eccleſiæ pro Clauſtro, & ſcalis fabricandis, & pro ampliatione viridarij Monaſterij, deciſum fuit affirmatiuè per Collaterale Cõſilium ad inſtantiam Monaſterij S. Mariæ de Angelis Fratrum Reformatorum ſub regula S. Franciſci. refert D. Reg. Sanfel. in nouiſſima addi. ad dec. 110. verſ. etiam pro clauſtro, & his erit addendum quod tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 896. num. 9. quod ampliatio Monaſterij eſt concedenda cum multis circunſtantijs, & præſertim ne magnum præiudicium vicino contingat in cogendo illum ad vendendum pro tali cauſa.

Vicinus volens retrahere domũ, aut agrum cõuicinum iure congrui, ſeù prothomiſeos, an teneatur pecuniam in contanti ſoluere, vel erit ſufficiens habere fidem de pretio, Doctores communiter concludunt, eſſe pecuniam ſoluẽdam præſentialiter, nec opus erit habere fidem de pretio, Guido Papa conſ. 161. n. 3. verſ. & hoc verum, Cæpoll. conſ. ciuil. 46 n. 5. in fine, lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18 à n. 32. ad 48. Benedell. in Conſt. Sancimus, §. in primis, n. 84. quibus addo Beſſian. in Conſuet. Aluerniæ. tit. de retract. artic. 38. in fine, ex Boet. in Conſuet. Bituri. Rendel. de iure prothom. ſuper Cõſtit. Sancimus, §. in primis, verbo non ſoluerit, ſub n. 9. Et ita fuit deciſum per S. C. in cauſa V.I. D. Marci Antonij Muſcati cum Elionora de Stephanellis, penès Burrellum, nam fuit iuſſum, quod vicinus vel ſolueret de cõtantis totum pretium, non obſtante dilatione data emptori, vel quod procuraret, quod venditor liberet emptorem ab obligatione ſibi facta de pretio.

Vicinus Doctor, qui in proſpectiua ſuæ domus, via intermedia exiſtente Filatorio ſerici impeditur ſuo exercitio, an poſſit inſtare, vt poſſit Filatorium tolli, & illius artifex expelli à conuicinio, videtur negandum, ex quo licèt Doctores conſtituiſſent regulam generalem, qua cautum eſt, vt Scholares poſſint expellere Fabrum malleo obſtrepentem iuxta domos Scholarium, vel Scholas, ex gloſſ. in l. vnica, in fine, C. de ſtud. liber. lib. 11. cum alijs allegatis per Horatium Lucium in tract. de priuileg. Scholarium, in priuil. 46. Franc. Marc. dec. 634. & Iacob. Benium in tract. de priuileg. Iuriſconſult. in priuilegio 69.

vbi

ibi nedùm ad Doctores, ſed etiam ad Aduocatos extendit, ponderando dictionem, iuxta, quæ propinquitatem, & vicinitatem ſignificat, l. quidam Hyberus, ff. de ſeru. vrb. quæſt. 6. cum alijs apud Gratum in tract. de diction. in dictione 114. num. 3. adhùc etiam exiſtente via intermedia, quæ operatur, vt ius prothomiſeos locum non habeat, iuxta Conſtitutionem Regni Sancimus, ex quo videtur ceſſare vicinitas, & proximitas, nam vicinus fundus dicitur, qui cohæret ad vnguem, non ſi ſit via in medio, l. 4. §. hoc indicium, ff. fin. reg. vbi Bar. & Bal. Bertachin. in verbo Vicinus fuodus, vbi infert ad hoc ius congrui, vt hoc caſu ceſſet, poſtquam via media inter agrum, & flumen non impedit ius alluuionis, Bart. in tractatu de flumin. num. 3. videtur etiam obſtare dec. 625. de Franch. vbi in ſpecie fuit deciſum, non licere vicino impedire artem Filatorij conuicini. Nihilominùs contrarium veriùs demonſtratur. Et primò, quia verſabatur in hoc caſu in perſonis priuilegiatis, quibus competebat hoc ius expellendi, quod ſecùs erat in caſu Domini de Franchis, vt ibi differtur. Secundò, quia licèt requiratur vicinitas in iure congrui, quod ceſſare videtur, vbi via erit intermedia, contrarium tamen tenet Cæpol. de ſeruit. ruſt. prædior. tit. de maris ripa, & in titulo de via, quæſt. 20. Bar. in l. tertius. 3. oppoſit. ff. de aqua pluu. arcenda, licèt ſecùs ſit in Regno per dictam Conſtitutionem, attamen eo caſu iuris congrui exigitur vicinitas rei pro proximitate, ſed in caſu iſto ſtrepitus, fumus, malus odor vndiq. poterit obſtare, ſiue iuxta domum, ſiue in frontiſpicio ſemper efficere poterit, non mirum ſi alio impedimenti genere impediretur vicinus priuilegiatus, vt putà mali odoris in domum Doctoris, & Gymnaſium inferantur, quibus ſtudium impediatur, vt ibi probat Benius num. 12. fortiùs in ſtrepitu quolibet. Et idem Franc. Marc. vbi ſuprà, num. 3. expreſſim dixit, quod Faber ſtans ante domum Doctoris, Iudicis, & Aduocati poſſit expelli. Ideò fuit interpoſitum ſequens decretum per Magnam Curiam Vicariæ, videlicet. Die vltimo Iulii 1617. Neap. viſo loco. Per Magnam Curiam Vicariæ fuit prouiſum, & decretum, quod retroſcripti Aloſus Iannuccio, & Fratres, & eorum famuli deſiſtant in exercendo filatorium exiſtens in Camera ſuperiorum domorum, in qua dicti Fratres habitant, alias prouidebitur. Hoc ſuum, &c. Nicueſa. Paſchalis. in Banca Palmæ Actuarii, in cauſa Ioannis Angeli Montani V. I. D. & Domini Franc. Micone S. T. D. cum Alonſo, & Fratribus de Iaonuccio.

Vidua an habeat electionem fori pro exactione dotis, relata fuit deciſio ſuprà in verb. Remiſſio.

Vita, & militia ſecundogeniti rebellis an debeatur Fiſco, licèt pro Fiſco in iure allegaſſet Marcellus de Mauro in allegatione 79. tamen fuit contra Fiſcum pronunciatum per Regiam Cameram in cauſa Antonij Sanfelicij ſecundogeniti Baronis S. Felicij, vt teſtatur Camillus Lacatha in Theatro feud. par. 12. dilucidation. 76. num. 28.

Vita, & militia an competat filio ſecundogenito prouiſo de beneficijs, ex quibus congruè poterit ſe alimentare, deciſum fuit negatiuè in cauſa Eminentiſſimi Cardinalis Columnæ cũ Magno Regni Comeſtabulo per Collaterale Conſilium, ad relationem Regii tunc Conſil. Scipionis de Curte, refert Nouar. in Pragm. 25. coll. 19. n. 7. de feudis, quæ deciſio priùs fuit relata in prima parte noſtri Compend. eodem verbo.

Vita, & militia an debeatur aliis fratribus per ſecundogenitum ſuccedentem in feudo primogeniti, deciſum fuit negatiuè per Sacrum Conſilium die 24. Nouembris 1592. refert Nouar. in Pragm. 25. collectan. 19. num ero 16. de feud.

Vita, & militia an liquidari debeat iuxta legitimam, articulum tangit Andreas Capanus Iuriſconſultus, & Patritius Neapolitanus optimè meritus in ſuo moderno, & ſolemni tractatu de vita, & militia, quæſtion. 6. vbi in calce poſuit allegationes factas in contingenti caſu pro Comite Palmerici, cum Hæredibus Horatii de Matthæis, & Domina Lucretia Petrarola, & in calce allegationum Horatii Mazapintæ refertur deciſio huiuſmodi. Fuit deciſum ad inſtar legitimæ in fauorem Comitis in Banca Caprilis, pro Martino.

Vita, & militia an extinguatur per rebellionem, durante vita naturali ipſius rebellis, ita vt non acquiratur Fiſco, deciſum fuit per Collaterale Conſilium affirmatiuè, vt ex Domino Regente Reuert. dec. 80. vol. 1. teſtatur Andreas Capan. in collecta deciſionum poſt tractatum de vita, & militia, dec 3. & iterùm ex eodem Domino Regente Reuert. dec. 5. vol. 2. notat ibidem Capan. dec. 5.

Vita, & militia non eſt feudum, neque pars feudi, neq. portio feudi, ita inter alia fuit deciſum in cauſa Rener. Io. Mich. Saraceni per Collaterale Conſilium, ex D. Regente Reuerterio deciſione 80. parte 1. teſtatur Andreas Capanus in collecta deciſionum poſt tractatum de vita, & militia dec. 3. num. 5. & iterùm ex dec. eiuſdem Reg. vol. 5. n. 22. teſtatur idem Capan. deciſ. 8.

Vita, & militia an debeatur rebelli, ſuperueniente indultu in eius fauorem pro præterito, deciſum fuit affirmatiuè per Regiam Cameram Summariæ ex Domino Regente Reuerterio deciſione 4. volumine 2. numer. 12. probat Andreas Capan. in collect. dec. poſt eius tract. de vita, & militia, dec. 4. vbi refertur idem deciſum in alia cauſa ibi relata, & iterùm ex eodem D. Reg. Reuert. dec. 5. vol. 2. idem Capanus notat dec. 5.

Vita, & militia an debeatur Clerico, deciſum fuit affirmatiuè per Regiam Cameram Summariæ in cauſa Abbatis Zutli, ita ex Domino Regent. Reuert dec. 11. vol. 5. n. 22. teſtatur And. Capan. in recollect. deciſ. poſt tract. de vita, & militia, dec. 8.

Vita, & militia an debeatur in linea collaterali, deciſum fuit negatiue per R. C. in cauſa Annibalis Saraceni, ex D. Reg. Reuer. dec. 606. n. 5. probat And. Capan. in recoll. dec. poſt tract. de vita, & militia dec. 9.

Vita, & militia an ſit deducenda ex releuio, pluries deciſum fuit per R. C. in diuerſis cauſis negatiuè, ita ex D. Reg. Annib. Moles in tract. de Regal.

Digitized by Google

gal.q.4.probat And.Capan.in colleſt. dec. poſt tract.de vita,& militia,dec.1.f.239.

Vita,& militia an diminuat relevium,pluries fuit iudicatum per R.C.S.negatiuè,vt ex Reg. Annib.Moles in ſuo tract.de Regal.quæſt.addita ad 4.probat And.Capan.in coll. dec.poſt tract. de vita,& militia dec.2.

Vnio Aularum Iudicantium requiſita ad expeditionem alicuius actus faciendam, attento numero Iudicantium, an dato ipſorum numero in vna Aula degentium, ſufficiens erit determinatio, vel ipſa facienda erit, vt innoteſcat explicatio propoſita,ex facto occurſo quæſitum fuit in Magna Curia Vicariæ, poſtquam ex diſpoſitione nouellæ Pragmaticę editæ in anno 1634.die 12. Maii de vinculis, ſeù conditionibus in contractu,ſeù teſtamentu appoſitis,quomodo amouendis, vbi principaliter ſtatuitur in §. 3. quod quando agitur de tollendo vincula adiecta in contractibus, & in teſtamentis in Magna Curia Vic. decreta fiant cum interuentu Iudicum duarum Aularum, & de eis fiat relatio in Sacro Conſilio, Conſiliarijs vnitis duarum Aularum,at cùm Iudices cauſarum ciuilium reſidere videantur in duabus Aulis,& in vnaquaque ipſarum regulariter conſedere conſuetum eſt tres Iudices, qui inſimul vniti ſunt ſex, vt poſſint talia decreta promulgare,eapropter cùm contingiſſet, certa territoris illorum de Alois cenſuari, non obſtante fideicommiſſo adiecto ſuper illis expreſsè mandante,ne futuro tempore potuiſſent cenſuari,ex quo magnum reſultauerat damnum ipſis Dominis,ſi cenſui non ſupponerentur, vti infructuoſa,& inculta,& faciliùs deperderentur, ſicuti è contra ſi cenſui ſupponerentur, magna reſultaret vtilitas,ſuper quo fuerat capta informatio,ſed opus erat decreti interpoſitione, & ipſa Magna Curia Vicariæ nequiuerat tale interponere decretum ob multitudinem Iudicum vtriuſque Aulæ aſcendentium ad numerum ſexdecim, qui ionctim in vna Aula non poterant conſedere ob anguſtiam loci,& ſic nulla fuit,nec potuit fieri decretatio, attentis verbis eiuſdem Pragmaticæ ibi,Si aggiuntandoſi tutti li Giudici,che ſi trouaranno in detto Tribunale,&c.& hoc ſub pœna nullitatis decreti,vnde difficultati contingit,quod attento numero Iudicum trium degentium in vnaquaque Aula, quæ cum alis vnita numerus Iudicum erat ſex, ſuppleri poterat per vnam Aulam, vbi octo Iudices præerant:nulla alia vnione peracta,habito tamen recurſu ad Excellentiſſimum Proregem de tali vnione Aularum,quæ fieri non poterat ſtante multitudine Iudicum,qui inſimul in vna Aula conſedere non poterant, vt dictum eſt, mandauit,ut in vna Aula interponeretur tale decretum,attento numero octo Iudicantium in vna Aula exiſtentium,& ſic fuit interpoſitum decretum in forma,ad relationem Domini Iudicis Ioannis Baptiſtæ Muſceptulæ de menſe Nouembris 1643.in Banca Salerni, in cauſa illorum de Alois cum Dom. Proſpero Suardo. Quamuis autem Officialium copia in Regno eſſe debeat pro adminiſtranda iuſtitia,vt inquit Afflict.in Conſt.Cùm iuſtitiæ,nom.1.attamen talis copia debet eſſe regulata, vt metam non excedat:ne ob multitudinem ipſorum officii dignitas vileſcat, quia multitudo Iudicum eiuſdem Tribunalis reprobatur,idem Afflictus in Conſtit.Sæpe contingit,num.1. & in Conſtit. Cùm circa,num.10.Eapropter adueniente poſtmodùm Excellentiſſimo Prorege D. Io. Alphōſo Enriquez de Cabrera Admirato Caſtellæ, &c.de mēſe Iunii 1644. fuerunt omnes Iudices ſupernumerarii ſublati, & reductus numerus ipſorum ad ſolitum.

Vniuerſitas audiri an debeat aduerſus priuilegiū Ciuilitatis expeditum in fauorem alicuius,qui prætendebatur eſſe eius Ciuis. Hoc in facto cōtigit hæſitari in R.C.S.in cauſa priuilegij immunitatis expediti in perſonam Blaſij de Aurellis, qui cùm natus fuiſſet Neap. inde ſuccedente infirmitate ſui patris, qui ſe contulit in Terra Faychij,vbi ſuum diem vltimum clauſit, intereà præfatus Blaſius obtinuit prouiſiones in eius fauorem pro immunitate, & franchitia ſuæ perſonæ,inde maiore effecto, & producto documento emancipationis,obtinuit priuilegiū immunitatis Neap. vti ortus in ea, & cùm illud feciſſet notificari eidem Vniuerſitati, ſe oppoſuit,aſſerendo,in illius conceſſione,ac interpoſitione decreti immunitatis prædictæ nō fuiſſe auditā,quapropter pro ſuo intereſſe audiri expoſtulabat,ac eius inſtantiæ concurrebat Baro illius,& licèt replicaretur ex parte ipſius Blaſij, iam notitiam habuiſſe d.Vniuerſitatem de ſua franchitia,eò quia primę prouiſiones fuerāt eidem notificatæ, & earum vigore fuit tractatus immunis,& ob id opus nō erat alia certioratione in ſecundo decreto immunitatis, quoniam certus non poterat iterum certificari.Attamen fuit contrariū deciſum per d.R.C.S.ad relationē D. Greg. de Ganauero Pręſid.illius,& interpoſitum decretum,vt audiretur,de anno 1642. in Banca de Laurentiis Act. quinimmò pro conualidatione iurium ambarum Partium conferūt congeſta per nos ſup.in verb. Reſtitutio in integrum,vbi de conſimili caſu agebatur,etiā per via reſtitutionis in integrū,vt ibi erit videre.

Vniuerſitas ſub domanio perſiſtendo, ſoluendo pretium corporū,& iuriſdictionū,an poſſit iterum ſe vendere,non quod Rex ex publicis cauſis velit contractum reſcindere, ſed quia ipſa ſe vendere intendit ex aliqua cauſa, deciſum fuit per R.C.S.in cauſa Vniuerſitatis,& Hominum Terræ Molæ,quod fiat venditio iuriſdictionis, & vaſallagii d.Terræ Mich.Vaaz,iuxta formam concluſionis factæ per d.Vniuerſitatem,& Homines d.Terræ Molæ ſub die 28.Iul. 1612. in actis præſētatæ pro pretio declarādo, ſic refert D.Reg.Fab.Cap.Galeot.in reſp.24.ſub n.50.

Vniuerſitas, quæ ex particolari priuilegio facultatem habet nominandi duos, vel tres Ciues pro exactione introituum Baronalium,ſi illi reperti fuerint non ſoluendo, an teneatur ad ſolutionem exacti, deciſum fuit per S.C.affirmatiuè in cauſa D. Franc. de Tuſo cum Vniuerſitate Terrę Vallatæ,vt tradit Don. Ant. de Martin.quot.reſol. cap.342.

Vniuerſitates inter miſerabiles perſonas connumerantur, ob quod potiuntur priuilegio electionis fori, vt pluries deciſum tam per M.C. quàm per S.C.deciſum, teſtatur Nouar.in Prag. 1.coll.2.n.10.

Vſus-

Vſuſfructus bonorum maternorum diuiſus inter patrem, & filium ob obitum alterius filii, an etiã patri debeatur ſuper d. portione ipſius filii viuentis, communiter DD. aſſerunt, ei nõ deberi, ex diſpoſitione auth. item hæreditas, C. de bonis, quæ liber. vbi DD. cum aliis relatis ſup. eo. vér. Pater. Et propterea in cauſa Troiani de Boctunis V. I. D. filii, cum Fabio de Boctunis patre fuit interpoſitum ſequens decretum per S. C. Die 12. Ianu. 1596. Neap. Decreto ipſius S. R. C. declaratum eſt, ſuper portione Mag. Troiani de Boctunis ei obuenta ex hæreditate Fabritii fratris Mag. Fabio communi patri non competiſſe neq; competere vſumfructum, non obſtante, q d. Fabius ob eius tranſitum ad ſecunda vota amiſerit proprietatẽ in portione ei ſimiliter obuẽta ex hæreditate d. Fabritii eius filii, ad eũdẽ Fabritium peruẽta ex ſucceſſione materna. Hoc ſuũ, & c. Io. Tho. Salamãca, Annib. Cæſarius Secret. io Banca Aſcanii Longhi ab

Vſuſfructus relictus vxori, quod ſit vſufructuaria, domina, & patrona, donec lectum vidualẽ ſeruauarit, & cum filiis permanſerit, ipſis exiſtẽtibus io alimenta reſoluitur; quibus decedentibus reintegratur vxor in totum, & ſic deciſum teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 201.

Vſuſfructus iotegrè an debeatur vxori relictæ dominæ, & patronæ ſuper omnibus bonis ſub conditione ſeroandi lectum vidualem, & c. relictis filiis, licèt in pupillari ętate, conſtitutis hæredibus iode decedentibus, deciſum fuit affirmatiuè per S. C. in cauſa Laudonię Mordente, vt teſtatur Don. Ant. de Marin. quot. reſol. cap. 347. n. 9. io noua impreſſiooe.

Vſoſfructus integrè an debeatur vxori relictæ dominę, & patronæ in ſorma, exiſtente pupilla, cui fuerit facta ſubſtitutio pupillaris in caſu eius decedentiæ, ea inde defuncta deciſum fuit affirmatiuè, deducta tamen portiooe vſuſfructus eius legitimæ, quę ad Montem ſubſtitutum peruenire debuiſſet, ſic refert Don. Ant. de Marin. quot. reſol. cap. 347. ſub num. 10. in noua impreſſione.

Vſuſfructus debitus patri in bonis filii ſuper certo corpore reditus vigore inſtrumenti eidem filio, an quotidie debeatur, vel à die initi contractus, vel petitionis, & cùm ſit certum in iure, ſpectare vſumfructum ad patrem in bonis maternis filii, ad tex. in l. 1. 2. 3. & 4. C. de bonis matern. vt probaui ſuprà eodem verb. pater. Ad quod etiam probandum faciunt tradita per Pãcirol. conſ. 114. num. 14. Pariſ. conſ. 130. num. 7. vol. 1. Immò poſt emancipationem illa retinet pro virili, ex l. ſi viua matre, C. eo. Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 2. num. 700. & propterea ſi ageret pater, nulli dubium erit, quin vinceret, ideò fructuario, qui vicit omnis cauſa reſtituenda eſt, inquit tex. in l. fructuario, ff. ſi vſusfr. per. Aot non agit, ex quo illa penès ſe retinere poterit quoad vſumfructum, vt ex multis probat Statil. Pacif. vbi ſuprà, num. 701. Et noo eſſet opus diſputatione, poſtquàm vſufructuarius debet retinere pretium rei, in qua haber vſumfructum, Cenc. dec. 294. num. 4. poſt tract. de cenſ. Non enim verſamur in caſu vltimæ voluntatis, hoc eſt in legato vſuſfructus omnium bonorum, ſeù partis illorum, quo nàm caſu vſufructuarius noo poterit à ſemetipſo illum accipere, ſed à manũ hæredis, vt ex Alex. & Soc. probat Dec. in conſ. 418. num. 3. Non obſtante, quod vſuſfructus in teſtamento relictus in legatarium ipſo iure trãsferatur, l. ſi pattem. ff. quemadmodùm ſeru. amitt. Franc. Marc. dec. 828. num. 1. vſuſfructus adhuc tametſi non debetur, niſi ab adita hæreditate, Idem dec. 223. num. 1. Quemadmodùm etiam fructus rei legatæ à die aditæ hæreditatis debentur, ad tex. in §. Herennius, ff. de vſor. cum aliis apud Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 7. tit. 10. num. 14. & tamen peti debet vſuſfructus legatus. Ruin. conſ. 54. num. 15. vol. 2. & extat titulus particularis, ff. ſi vſuſfructus pet. vbi Caſt. in nouis prælect. notat, quod vſufructuario pro vſufructu competunt plures actiones, nam ſi illum poſſidet, competit actio confeſſoria, quæ eſt realis, & actio perſonalis ex teſtamento, vel contractu, quæ conceditur aduerſus obligatum dumtaxat, ex l. corruptione, C. de vſufr. aut ſi nõ poſſidet, & tunc competere ut præfatæ actiones, ſi ſemel poſſiderit, quod ſi nunquam, tunc actio perſonalis cõcederetur ſolùm, ex quibus reſultare comperitur, quod licèt pater vſumfructum poſſediſſet ſuper fructibus, ſeù introitibus alicuius capitalis remanſi in hęreditate filii, petere illum debet in iudicio, vt ſibi debeatur, & ab illo die ipſe vſuſfructus debetur, ex quo non prouenit ex teſtamento, vel legato, ſed ex diſpoſitione iuris, l. cùm oportet, §. non autem, C. de bonis, quæ liber. per quem tex. ioquit Boer. dec. 199. num. 10. licere patri propria auctoritate ſibi iure attributa capere bona, & adminiſtrare, & vſufructuare, quod intelligo, quando in ſui poſſe bona perſiſtunt; ſed ſi ab alio debeantur, tunc opus erit iudicio compulſiuo, quemadmodùm ex noſtro facto conſpiciebatur, fuiſſe litem agitatam contra debitorem annuorum introituum hæreditatis filii. ſuper quibus pater vſumfructum petierat. Sicque fuit deciſum in cauſa Fabii de Boctunis patris cum Troiano de Boctunis V. I. D. filio, qui ambo ſucceſſerant in hæreditate quondam Fabii filij Fabii, & fratris Troiani præſertim ſuper capitale ducatorum 600. Vnde fuit per S. C. interpoſitum ſequẽs decretum, videlicet. Die 25. Octobris 1595. Decreto ipſius S. R. C. declaratum eſt, vſumfructum ducatorum 600. contentorum in inſtrumento inito die 23. Auguſti 1581. deberi prædicto Magnifico Fabio à die petitionis. Hoc ſuum, &c. Ioannes Thomas Salamanca, Annibal Cæſarius Secret. io Banca Aſcanii Longhi Magiſtri Actorum.

Vxor condentis falſam monetam conſeruans incìſuras poſt delictum, qua pœna debeat puniri, deciſum fuit, eſſe puniendam pœna extraordinaria, ſic teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 276.

Vxor an teneatur ad penſionem domus, ſi vir non eſſet ſoluendo in ſubſidium, relatæ fuerunt deciſiones ſup. in verb. Mulier.

Vxor diuertens à domo viri ex aliqua præſumpta cauſa, & ſecùs bona viri aſportando, an nulla probatione cauſæ exiſtente cogi poſſit ad bonorum exhibitionem, ſeù illorum pretium, cùm de iure certum ſit, quod vxor penès virũ ſtare debeat, & in eius obſequio, Mazar. conſ. 38. num. 56. nam vxor viro ſubdita eſt, Port. Imol. coof. 156. n. 4. Flam. de Rubeis coof. 24. n.

Digitized by Google

rum animalia ſunt deputata, & neceſſaria pro vſu centimulorum pro tempore, quo tam in dictis centimolis laborant, & pro eiſdem ſunt neceſſaria, in Banca Figliolę. & iterum in eadem cauſa die 24. Februarii 1548. fuit per S.C. prouiſum, quod dicta decreta, & contenta in eis obſeruentur ad vnguem per dictum Marcellum, verùm capiatur informatio, ſi dicta animalia deputata ad centimolum ſunt neceſſaria aſſidue, & pro quo tempore anni, & ſuprà in verb. Animalia alia deciſio fuit relata, nam animalia, quæ quis habet pro propria equitatura, vel pro furnis, aut molendinis, capi non poſſunt pro ſeruitio Regis, Mieres in Conſt. Cathal. tom. 1. collation. 6. tit. de ſuperazem, & eorum coadiut. num. 3.

Vaſalli habentes currus an teneantur conducere vina vendita per Dominum extra Territorium. In cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius Domino. Die 7. Aprilis 1568. ad relationem Regii Conſiliarii Bermudez fuit per Sacrum Conſilium deciſum, quod habentes currus teneantur conducere vina græca, vel alia vina vēdita in dicta Terra per dictum Marchionem extra Territorium eiuſdem Terræ, quibus tunc ſoluatur ſalarium prout inter Ciues, in Banca Iubeni.

Vaſalli an teneantur aſportare terracina ad foueas Domini, fuit deciſum negatiuè per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum Marchione eius domino. Die pen. Maii 1550. ad relationem Regii Conſiliarii de Curte, & dictum per hęc verba; Fuit prouiſum dùm Baro grauabat, vt conducerent terracina ad foueas Baronis, quod abſtineat, in Banca Iubeni.

Vaſalli an cogi poſſint ad exigendum cenſus debitos eorum domino, deciſum fuit negatiuè in cauſa Vniuerſitatis Lauri cum eius Domino Marchione die pen. Maii 1550. quod non poſſit cogere Ciues ad exigendum cenſus ſibi debitos, maximè quod habet ærarium, referente Regio Conſiliario Io. Andrea de Curte, in Banca Iubeni.

Vaſalli aſtricti ad ſeruitia Dominorum facienda, præuio ſalario, moneri debent per diem ante, prout fuit deciſum per S.C. in cauſa Terræ Mōtisfortis cum Marchione eius domino die 11. Aprilis 1562. ad relationem Regii Conſiliarii Quadræ, quod per diem ante moneantur cum ſalario, & cogantur ſoliti exercere talia per iuſtam diſtributionem, in Banca Villaltæ, iterum in cauſa Terrę Giuitellæ cum Antonio Annecchino, Die 17 Aprilis 1561. referente Reg. Conſiliario Antonio Patigno, in Banca Iubeni. Et in cauſa Terræ Lauri cum Marchione eius Domino in anno 1568. referente D. Bermudez, in Banca Cioffi, quod pro ſeruitiis præſtandis cōtentis in grauamine vocentur tantum homines neceſſarii pro dictis ſeruitiis, qui moneantur per diem ante. & à contrauenientibus nō exigatur vltra tarenum in cauſis ciuilibus, & minimis, in aliis verò prout qualitas negotij, perſonarum, & temporis requirit.

Vaſalli conducentes eorum animalia onuſta bonis eorum Dominorum extra locum, an teneantur de furto in itinere ſucceſſo, ſiue de robaria, certum eſt de iure, quod incurſus latronum, ac prædonum inter caſus fortuitos connumeratur, l. in ratione, ff. ad l. falcid. ob quod iuſta excuſatio reſultaret, quemadmodum ex multis probat Belol. in tract. de caſib. fortuit. num. 11. Sed ſi culpa præceſſerit ducendo animalia per loca inſidioſa, & ſuſpecta, ſecùs eſſet, niſi ignorantia interceſſerit, ex Ang. in l. qui petitorio, § fin. ff. de rei vend. docet Caroc. de loc. & cond. par. 4. quæſt. 6. num. 7. Idcircò per S.C. in cauſa Vniuerſitatis Brecari cum Marcello Caracciolo eius domino Die 10. Nouembris 1547. ad relationem Regii Conſiliarii Fonſechæ ſuper 6. grauamine fuit deciſum per S.C. quod ſi caſus acciderit arrobamenti, vel mortis alicuius animalis per viam, quod dictus Baro non teneatur ad eius emendam, & ſimiliter dicti vaſalli conducentes non teneantur ad emendam victualium, quæ deferuntur, ſi fuerint diſrobati ſine eorum culpa, & defectu, in Banca Figliolæ.

Vaſalli non aſtringuntur in futurum præſtare munera Baronibus, eò quia anteà conſueuerūt illa dare, & ita fuit iudicatum in cauſa Vniuerſitatis Lauri in Banca Angriſani, in anno 1568. referēte Bermudez, & idem iudicatum per Regiam Cameram in cauſa Marchioniſſæ Lauri cum eadem Vniuerſitate, & iterùm facto verbo in S.C. in anno 1616. in eadem cauſa, iterùm per eandem Regiam Cameram, & demùm in cauſa Terræ Candidæ cum eius Barone de anno 1627. in Banca de Mondellis, Reg. Galeota controu. forenſ. lib. 2. contr. 42. quem ſequitur Nouar. in Pragm. 1. collect. 1. num. 4. de Porter. & Hoſtiar.

Vendi an poſſint Caſalia alicuius Vniuerſitatis per Regem vrgente neceſſitate illius, non obſtantibus priuilegiis eis conceſſis, quantumuis oneroſis, concluditur affirmatiuè, & ita deciſum per Collaterale Conſilium, D. Reg. Sanfel. dec. 301.

Vendi an debeat Ciuitas domanialis vigore decreti generalis interpoſiti per Collaterale Conſilium ſuper venditione omnium domanialium Regni pro executione literarum Suæ Maieſtatis, ſuppoſito, qualiter cùm ipſa in feudum conceſſa fuerat per D. Regem alicui Magnati, ob cuius obitum reuerſa fuerat ad manus eiuſdem D. Regis, ſicque conſolidato vſuſfructu cum proprietate, inde fuerat vendita per Locumtenentem Generalem pro ſubueniendis neceſſitatibus Regis alteri feudatario cum omnibus corporibus, & introitibus, qui erant ſub Vniuerſitate feudi deuoluti de iure Baronum, incluſis etiam corporibus, & membris iuriſdictionalibus, & in ſpecie additum, cū Dohanis, quarum redditus eſſent infra menſem liquidandi per Regiam Cameram, nec non cū annuis duc. 2150. functionū fiſcalium cōceſſis in burgenſaticum, cum pacto de retrouendendo, ſiue cum facultate Regiæ Curiæ reſeruata luendi quandocunque infra annum pro pretio ducatorum 5000. & nondum completo anno fuerit admiſſa ad domanium, pro quo domanio, ac omnibus iuribus, vt ſuprà narratis, accepta tamen Dohana, ac eius introitibus, obtulerat ducatos 4000. & per Regiam Cameram acceptata, ac ſtipulatus contractus per intermediam perſonam pro venditione facienda per Regiam Curiam dictorum bonorum, & cùm

ipſa

ipſa vendidiſſet prædicta corpora vt ſuprà relata, prouterant tempore primi feudatarij, excepta Dohana cum ſuis iuribus, ratificauit Prorex dictum inſtrumentum, & de nouo vendidit eidem Ciuitati cum iure reintegrandi, & confirmatione priuilegiorum pro dicto pretio ducatorum 40000. cum pacto tamen de retrouẽdendo quoad corpora Baronalia infra quatuor annos pro eiſdem ducetis 40000. vnde ipſa Ciuitas promiſerat adhoam, illiuc ad certum tempus cùm fuiſſet memoratus habere Ius luendi, ſeu redimendi dicta corpora, & iura vendita pro dicto pretio, vendidit, & remiſit dictũ ius luendi eidem Ciuitati emptrici pro ducatis 10000. & ſic pro quarta parte dicti pretii confirmando Domanium, at cùm fuerat aliud decretum generale promulgatum, vt dictum eſt, oppoſuit ipſa Ciuitas hęc omnia pro eius ſubleuamine, ne vendi potuiſſet, vnde fuit hæſitatum, ſi procedi debuerat ad talem venditionem, & pro Fiſci inſtantia facta vigore dicti decreti multa congeſſit D. Reg. Fab. Capyc. Galeota io eius reſponſo Fiſcali 25. qui in calce dictorum reſponſorum prætermiſſas deciſiones recolligendo, demùm enunciando caſum eiuſdem reſp. 25. inquit. Die 19. menſis Auguſti 1639. facta relatione per me in Collaterali Conſilio coram D. Prorege fuit prouiſum, & decretum, quod procedatur ad venditionem Ciuitatis prædictæ, oppoſitis non obſtantibus, & proinde fiant bãna pro accenſione candelæ, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum pro parte dictæ Vniuerſitatis per viam reſtitutionis in integrum, fuit tandem ſub die 23. menſis Septembris 1639. mediante alio decreto in Regio Collaterali Conſilio Isto prouiſum, non eſſe deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, Actuarius Alexander Conſtantinus.

Vendi an poſſit feudum de proximo deuoluendum ad Regiam Curiam ob defectum feudatárii carentis ſobole, ſtante eius ſenectute, deciſum fuit per R. C. ſub die 27. Aprilis 1624. procedi ad venditionem Caſtrorum, quæ poſſidebantur per Audrianam de Sangro viuentem, ſed carentem ſobole ſucceſſore legitimo ob ſenilem ætatem, quæ de proximo erant deuoluẽda ad Regiam Curiam, refert D. Reg. Fab. Capyc. Galeot. contro. iur. tom. 1. in dec. ad contro. 53. art. 5. num. 29.

Vendi an poſſit Capella, ſuper qua fuit facta executio ad inſtantiam creditorum debitoris, licèt prima facie videatur concludi, non poſſe, cùm ſint ſpiritualia, in quibus nullum cadit commercium, Molin. de iure primog. lib. 1. cap. 24. num. 40. Garſia de expenſ. & melior. cap. 8. num. 51. Io. de Selua in tract. de benefic. par. 1. quæſt. 7. num. 50. latiſſimè Marta voto 29. vbi plenè articulum ſpecificè examinat, iura ſepulchrorum vendi non poſſe ad inſtantiam creditorum, vbi in fine refert, ita iudicatum, & denegatam vendendi facultatem, cum alijs apud Reg. Valenzuel. conſ. 18. num. 121. vol. 1. D. Epiſcopus Matant. in reſp. 16. num. 26. & 27. 56. & 57. par. 1. Mancin. controu. iuris diſſert. 20. Ludouiſ. dec. 145. num. 10. Adhùc tamen reperi apoſtillam incerti auctoris ſic dicentem, an pro debito patroni poſſit executio fieri ſuper capella, dicas, quod non poteſt ipſa vendi, quia ſacra, & dicata Deo, ſed venditur ius ſepulturæ, & meliorationes, l. monumenta, C. de leg. gloſ. in lege monumentorum inſcriptiones, C. de relig. & ſumpt. fun. vbi latè Aſin. Bal. in l. monumenta, C. quæ res pign. oblig. poſſ. & ita obtinui pro Monaſterio S. Dominici, contra Comitem Sanctæ Seuerinæ, cuius Capella fuit vendita pro debito dotis, quia Comes Capellæ conſti uerat Ill. Marchioni S. Lucidi ſub haſta, Commiſſarius fuit D. de Curte. Facto verbo in S. C. poſt longam diſcuſſionem in anno 1569. Actuarius de Caro, & ſubſequitur deinde in anno 1573. iterùm fuit dubitatum in S. C. referente D. Villanoua, ſuper capella Pauli Tholoſæ, in qua fuerat executio facta ad inſtantiam creditorum Pauli, & fuit deciſum, quod exequatur ſuper alijs bonis, intelligendo omnes præallegatas doctrinas in ſubſidium, & quod non procedat extantibus alijs bonis, ſed demùm abſente D. Villanoua, in eadem cauſa D. de Curte decreuit, quod procedatur ad venditionem dict. executionis, non facta diſcuſſione. Actuarius Ciuitella. Hæc ille. & ſic poſteà pluries fuit obſeruatum in multis Capellis, & ſepulturis, vt notum eſt, ſed pro dilucidatione deciſionis aduertendum duxi, non aliter ſpiritualia vendi, ſed iura, & materia in illis exiſtentia, quare laici in Eccleſijs, in quibus habent ſepulturam, non plus habent, quàm ius ſepulchri, & vſum ipſius, cùm locus non lateat, & extra commercium, & ſolus ille vſus permiſſus, & Abb. in cap. 1. de ſepul. Lamber. Roc. de Cur. & Garſia relati per Pereg. dec. 24. num. 1. & ſubdit num. 10. quod ex nomine Capellæ intelligitur ædificium materiale, vltra ius prohibendi, quod ex hoc reſultat, ne aliena corpora ibi ſepeliantur. Marta voto 88. num. 9. non enim datur ſepultura quòad proprietatem, ſed tantùm quòad vſum ad effectum ſepeliendi, Ludouiſ. dec. 145. num. 4. ante eum Tutius de iure patron. quæſt. 18. num. 3. ſepulchrũ. n. in Eccleſia reſeruatum tempore electionis eſt quid merè temporale, & poteſt in pignus capi, Noguerol. alleg. 36. num. 2. vbi alia. Sicq. ſepulturæ poſſeſſor dicitur eſſe in poſſeſſione illius loci vſus, Grat. diſcept. forenſ. cap. 615. num. 71. iuxta deciſa per Rotam Diuerſ. dec. 222. n. 6. par. 1. vnde ſepulturæ vſus poteſt eſſe penès aliquem dominum, tamen non poteſtis habere, Phœb. dec. Luſit. 8. num. 8. vbi ſingulariter num. 9. probat, talem vſum ſepulturæ vendi poſſe abſquè vitio ſimoniæ, quod magis procedit, quando adeſſet conſuetudo, ex Soto de iuſt. & iur. lib. 9. quæſt. 7. art. 1. idemque probat Gratian. cap. 210. nu. 8. dicendo, talia ſepulchra non eſſe effectu religioſa, quia tunc haberentur tanquam res profanæ, quę in commercium cadunt, & quotiis titulo alienari poſſunt, l. ſi monumenta, C. quæ res pign. alien. poſſ. Firman. de Epiſcop. lib. 4. quæſt. 13. & ſubdit ad rem noſtram nu. 9. & ſic quod de eis creditores poterunt ſatisfieri, allegat Phanuc. de inuent. par. 6. num. 68. & his addenda ſunt tradita per Gutierrez de gabellis quęſt. 9. num. 29. & 30. vbi probat, quod gabella debetur ex venditione ſepulchri facti abſque Epiſcopi auctoritate, nã materialitas ſepulchri, vt marmorea, columnæ, ſtatuæ, & ſimilia vendi poſſunt, latè Epiſc. Matan. dict. reſp. 16. num. 23. ſiue ſitus loci dignio-

ſis, quæ ad ſepulturam pertinent, vt ibi n.5. & 12. Ludouiſ. vbi ſup.

Venditio feudi facta per Procuratorem Religioſū Ordinis Seruorum, qui militant ſub regula Beati Auguſtini, an ſubſtineri poſſit, cōcluditur negatiuè per Dominum Regentem Sanfelicium dec.195.

Venditio rei feudalis facta cum iuramento, & aſſenſu à minore cum auctoritate Curatoris, non prouiſo de balio, an valeat ſine decreto Iudicis poſt tres menſes a die expediti aſſenſus, adiecta clauſula, ſaluo iure aſſenſus impetrandi, non impetrato poſtmodùm alio, deciſum fuit negatiuè per S.C. & proindè fuit condemnatus cōuentus ad relaxandum. In cauſa Franciſc. Giui cum Hæredibus quondam Franciſci Lauri eorum tutoris, penès Solatium, D. Reg. Sanfelic. dec.281.

Venditio rerum viri executarum vigore ſententiæ, ad inſtantiam creditoris ipſius, eo inſtante, impediri an poſſit per iudicium motū per mulierem propter viri inopiam pro aſſecuratione dotium, nondùm probata viri inopia, deciſum fuit affirmatiuè, Dominus Regens Sanfelicius dec. 131.

Venditio alicuius Caſalis ſub quibuſcunque verbis generalibus, an comprehendat ius Arrendamenti, ſiue Gabellæ vini Ciuitatis Neap. deciſum fuit negatiuè per R.C. facta relatione in Collàterali Conſilio in cauſa venditionis Caſalis Fractæ Maioris, vt refert D.Reg. Fabius Capyc. Galeota controu. iur. tom.1. in deciſ. ad conſul. 53. artic. 5 num. 15. & 16. vbi rationem aſſignat.

Venditio iuriſdictionis criminalis alicuius Terræ facta in beneficium domini habentis iuriſdictionem ciuilem, roborata conſultatione R. C. S. an poſſit reuocari prætextu euidentis vtilitatis, tam Fiſci, quàm eiuſdem Terræ, deciſum fuit per Collaterale Conſilium affirmatiuè in cauſa Vniuerſitatis Tramutulæ cum Monacis S.Benedicti, refert D.Reg. Fab. Capyc. Galeota controu. iur. tom.1. in deciſ. ad contro. 53. art. 5. num. 4. vbi num. 20. reddendo rationem vtilitatis prædictæ inquit, quia intendebat eterum eius creditum compenſare cum Regio Fiſco, vt ibi dicitur, & Vniuerſitas poterat aliūde ſoluere ſummam debitam Fiſco, & pro eo Monaſterio Fiſci creditori, quamuis detecta poſtmodùm impotentia eiuſdem Terræ fuit de nouo iuſſum per S.E. procedi ad venditionem prædictam.

Venditio annuorum introituum facta per Homines Vniuerſitatis ſuper certo corpore, quod aſſerebatur conceſſum à Rege ex certa cauſa ſimpliciter, an vti feudalis, vel burgenſatica diiudicetur, vt verè venditio dicatur oſtenditur ex ſequentibus. De anno 1596. Vniuerſitas deſtructa Caſcinæ, quæ tunc, & hodie repræſentatur intus Ciuitatem Aquilæ per decem, aut quindecim homines, qui inter ſe congregantur, eligunt Syndicum, ſeù Maſſarios, qui dictam Vniuerſitatem gubernant, legitimè congregata vendidit Io.Paulo Gentileſco de Aquila, mediante Regio aſſenſu annuos ducatos 150. pro capitali ducatorum 1500. ſuper omnibus bonis dictæ Vniuerſitatis, & ſignanter ſuper quadam montanea nuncupata de Caſcina, vbi antequā dicta Ciuitas Aquilana ædificaretur, erat dictū Caſtrum Caſcinæ, vendēdo fructus dict. Montaneæ pro creatione dicti cenſus in beneficium dicti Io.Pauli. Accidit, quod ob non ſolutionem terriarum egit Ioannes Chatarinus hæres dicti Io.Pauli iure aſſiſtendi contra dictam Vniuerſitatem, & ſignanter ſuper dicta Montanea. Fuit vnum nouum, & inauditum exceptum, & oppoſitum per dictam Vniuerſitatem, quod obligatio dictæ Montaneæ haud quaquam fieri poterat in eorum præiudicium per eorum Anteceſſores, ſiquidem ex priuilegiis Frederici Cæſaris, Caroli primi, Ladislai, & aliorum retro Regum aſſerebant, ipſos Homines, & Vniuerſitatem poſſidere dictam Montaneam ex propria eorum perſona, & non tanquam hæredes ſuorum patrum, ac anteceſſorum, item quod in Montanea prædicta non ſuccedebant fœminæ, item quod fructus dictæ Montaneæ diuidebantur inter Ciues maſculos dictæ Vniuerſitatis, & quod vnuſquiſque locabat ſuam partem, & licèt ſuper ſua parte faciebat venditionem annuorum introituum, etiam cum Regio aſſenſu, tamen talis venditio non valebat, niſi durante vita venditoris, item quod illa bona nō poterant propriis filiabus in dotem dare, & quod ſi aliquis ex illis focularibus moreretur abſque filiis, ſua portio accreſcebat, & diuidebatur inter alios de Vniuerſitate, & hoc quia volens dictus Fredericus Cæſar dictam Ciuitatem Aquilæ ædificare, voluit, vt Caſtra, quæ nūc ſunt circum circa deſtruerentur, & Accolæ illorum Caſtrorum in vnum corpus viuerent, & ex eis dictam Ciuitatem condidit, quam Aquilam nuncupauit, conceſſitque dictis hominibus, qui propria Caſtra deſtruxerunt, vt illa Territoria tenerent, & poſſiderent ſeiunctim à corpore Ciuitatis Aquilæ, & ita ſunt multi in illa Ciuitate, qui huc vſque durant, & vocantur Populi, ſcilicet il Popolo di Caſcina, il Popolo di Fonecchio, il Popolo di Cornu, il Popolo di Rapuccio, il Popolo di Tuſſillo, & ſic de aliis. Ex quibus tenaciùs concludebat dicta Vniuerſitas Caſcinæ, quod ac ſi eſſet feudum ex pacto, & prouidentia, ij, qui nunc viuebant, non tenebantur pro debito eorum Prædeceſſorum, & vltra quod hæc probauerunt per plures teſtes, allegabant plura conſilia Alex Trentacinq. vbi omnia prædicta conatur deſtruere, ſcilicet conſ.2. 3. in 1. vol. & 3. & 4. & nonnulla alia in 2. vol. Sed ad iſta noua, & inaudita fuit per me replicatum vti Aduocatum dicti Io.Chatarini, quod quidquid ſit de veritate hiſtoriæ, quam Trentacinq. refert de demolitione Caſtrorum pro ædificanda Ciuitate Aquilæ, quod iſta bona, erat impoſſibile eſſe alterius generis, quàm domanialia, vel vniuerſalia illius Vniuerſitatis, niſi quoddam ens rationis chymerizare niteremur, & eo ipſo quod eſſent domanialia, vel vniuerſalia demonſtraretur, corruebant omnia contraria, & ſi prima facie magnam vim præ ſe ferre, & inaudita viderentur. Dicebam, quod nihil conſtabat de qualitate feudali, nulla erectio feudi, non deſcripti in Cedulario Regiæ Cameræ, non ſoluebatur ſeruitium, non adhoa, non releuium, nec vmbra quidem feudalis qualitatis oſtendebatur. Ergo præſumendum erat allodium in dubio cap.1. §.2. & ibi Doctores, ſi de feud. defunct.

cont.

cont. Alex. conſ. 129. num. 2. lib. 1. quia feudum eſt quædam ſeruitus, gloſ. in l. ſi cuius 13. in prin cipio, ff. de vſufr. & ideò præſumitur omnis res in dubio libera, & ſic allodium? Schrader. de feud. par. 3. cap. 4. num. 53. Nec faciebant ad rem conſilia Trentacinq. nam id non aſſerebat, ſed dicit per modum motiuandi, aut iſta bona ſunt feudalia, &c. vt patet in conſ. 2. quoniam Petrus vol. 1. & ſic in aliis conſiliis. Subiungebam, non conſtare, eſſe bona emphyteutica, tùm quia non apparebat de conceſſione, quæ requirebat ſcripturam, l. 1. C. de iure emphyt. tùm quia hoc non allegabatur, ergo neceſſariò ſequebatur, hęc bona fuiſſe, & eſſe merè burgenſatica, ſeù allodialia, & iſtud tertium genus chymericum, ac inauditum ens rationis per teſtes probatum nullo iure ciuili, feudali, & canonico reperiri, ſed quoddam figmentum in Aprutinis montibus fortè ſubortum. Ergo remanebant bona vniuerſalia, ſeù domanialia Vniuerſitatis, vt idem Trentacinq. in eiſdem conſilijs, quidquid in initio ipſorum chymerizare videatur, concludere coactus fuit, vt patet in conſ. pro Cornu, in alio pro Rapuccio, & in reliquis. Eo ipſo, quod fatendum erat, eſſe bona vniuerſalia, vel domanialia, ſtatim concedendum erat, fuiſſe in commercio, & potuiſſe vendi, & ſuper eis cenſum creari, prout omnes Vniuerſitates de Mundo poſſunt cum ſolemnitatibus tamen à iure requiſitis toto tit. ff. de vend. rer. ad Ciuit. &c. & de Vniuerſitatibus Regni disertè loquitur D. de Ponte de poteſt. Proreg. de diuerſ. prouiſ. & licent. tit. 10. §. 1. de alienat. fieri ſolita, &c. Quarè conceſſa ſtatim corruebant omnia contraria. Et primò dicebã, quod aucta, vel diminuta Vniuerſitate, adhùc Vniuerſitas manet, l. ſi grege 22. ff. de leg. 1. l. ſicut 7. §. vlt. ff. quod cuiuſq. vniuer. l. proponebatur, ff. de iudic. licèt minima ſit, l. ſi quid 18. ff. de ædilit. edict. etiam ſi ad certum Cinem tantùm Vniuerſitas reduceretur, cap. Sancta *Romana*, §. ex quo contingit, de electione, in extrauagantibus communibus. Quo fit, vt licèt iſti *Populi* ad tam paruum, & exilem numerum redacti ſint, non deſinunt eſſe Vniuerſitates, & Vniuerſitatum iure cenſeri. Quid ergo mirum, ſi filius in portione patris non ſuccedit vt hęres, ſi portio nunquam fuit in bonis defuncti, niſi quòad ſimplicem vſum. Quid mirum ſi non poteſt quis vendere ſuam portionem, ſi res Vniuerſitatis nõ dicuntur res ſingulorum, Gabriel. comm. concl. tit. quod cuiuſq; Vniuerſit. lib. 6. concl. 1. num. 11. verſ. quartò inſertur. Ex eadem ratione non poſſunt in dotem dari, nam quo pacto vnus Ciuis poteſt bona vniuerſalia in dotem dare? cùm debitum Vniuerſitatis non ſit debitum ſingulorum, nec è contra, l. ſicut §. ſi quid, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom. & ibi Ang. in princ. & Paul. de Caſtr. in 1. & 2. notab. & tradit Gabriel. dict. concl. 1. num. 6. & quod iſti pauci Ciues diuidant inter ſe bona vniuerſalia, id contigit, quia pauci ſunt, vt in Caſtro Raguccię, pro quo conſuluit Alexand. Trentac. quod erat reductum ad vnum ciuem tantùm. Vnde cùm dicta Vniuerſitas legitimè congregata, Regio mediante aſſenſu, dictam venditionem annuorum introituum celebrauerat, iure optimo creditor agebat iure aſſiſtendi. Hæc cauſa pluries relata, & ſolemniter diſcuſſa, quod quia nonnullos alios iuris articulos habebat. Tandem fuit deciſa per M.C.V. referente D. Corcione, & Vniuerſitas condemnata, & præſtita aſſiſtentia creditori ſuper Montanea prædicta, &c. me patrocinante pro creditore, &c. in Banca Marci Salerni pro Franciſco Anaſtaſio Actuario M.C.V. Conſtantinus Caſarus Aduocatus.

Venditio alicuius Territorii per aliquem facta alicui coram teſtibus tantùm, nondùm in ſcriptis redacta, ſub certo pacto conuento, ſi iude venditor alteri illud vendiderit, facta ſcriptura venditionis licèt ipſe venditor conuentus eſſet à primo emptore ad conficiendum cautelas venditionis, & condemnatus ad illas faciendum, an præferri debeat ſecundę venditioni, fuerũt ſequentia in iure allegata per ſolertem Virum Franc. Lauritum ſen. ex Dominis de Laurito. Ioannes de Cæſare vendidit Ferdinando Ruſſo coram ſex teſtibus ad hunc actum requiſitis in Caſtro S. Antimi territorium modiorum ſexdecim, pretio conuento ducatorum 125. pro quolibet modio, recepit in partem ducatos 10. reliquum erat ſoluendum infra menſes, depoſitandum penès publicum Bancum, vt ſolueretur creditoribus venditoris. Re ſic ſtante cùm Ioannes venditor intenderet alteri vendere idem territorium ſub ſpe maioris pretii, fuit conuentus in M.C.V. ad faciendum cautelas, & ad tradendum territorium, cum proteſtatione, quod conſtitueretur in mora, & mala fide, & conſtructo proceſſu fuit condemnatus ad conficiendum cautelas, & ad tradendum territorium. Nunc in cauſa appellationis diſceptatur de meritis cauſæ, & cùm nihil habeat, quod opponat venditor aduersùs actum iſtum perfectũ, & validum, ſuppoſuit Ioannem Andream, & Loyſium de Verde, qui prætendentes emiſſe idem territorium ab eodem, mediante inſtrumento, opponunt, ſeipſos eſſe potiores, ex reg. tex. l. quoties duobus, C. de rei vend. habens ex tex. regula, qui prior poſſeſſionem accepit, licèt poſterior ſit tempore, is dominium acquiſiuit. Sed ex rationibus infrà dicendis S.C. iudicabit, benefuiſſe iudicatum per M.C. & malè appellatum, quinimmò in pluribus caſibus locum non habebit regula tex. l. quoties. Et primò, quando fuit per primum emptorem mota lis contra venditorem ad rei traditionem, Paul. de Caſtro in dict. l. quoties, num. 3. in fine, immò non tantùm quando fuit mota, ſed quando fuit dubitatum, & erat ſpes, quod moueretur, tunc enim præſumitur ſecunda emptio doloſa, ac mala fide facta, & ideò talis emptio non patrocinatur emptori, Bal. in dict. l. num. 7. Secundò, locum non habet regula, quando ſecundus emptor ſciuit, rem alteri fuiſſe venditam, & paſſus eſt, rem ſibi vendi, tunc enim talis ſcientia ipſos emptorem, & venditorem conſtituit in dolo, & mala fide, quia in alterius fraudem contrahunt, & ideò nulla redditur, & inualida talis emptio, Couarr. var. reſol. cap. 19. in 2. lib. Tertiò propter præceptum Iudicis factum venditori, ne alienet, nec alteri rem tradat, per quod præceptum prohibetur omnis alienatio, & dominij translatio, l. ſi ſciens, ff. de contrahend. emption. Bar. in l. filiusfamilias, §. Diui, de leg. 1. num. 16. mora enim lite dubitans Ferdinandus de alie-

nationẽ,ſed traditione præceptum obtinuit,ne alienet,ſeù alteri tradat. Vltimò,Cap.Reg.Conuentus facit ceſſare reg.l. quoties, quia prouidet,quod lite cœpta exequatur ſententia contra omnem poſſeſſorem, & hoc eſt, quod Pars aduerſa,videlicet illi de Verde timent, & proptereà ſe oppoſuerunt huic liti.Nec obſtat, quod iſti de Verde oſtenderint inſtrumentum ſecundæ venditionis factæ biduo ante præceptum, præſupponentes,præceptum ſubſequens actum venditionis non poſſe impedire dominij tranſlationem,quia facilis aſt reſponſio. Dominium enim rei,in venditione non transfertur per actũ venditionis, ſeù per inſtrumentum, quia iſte actus non requirit ſcripturam, & pari paſſu iudicatur de vanditione facta medianta inſtrumẽto,& de vẽditione ſine inſtrumẽto,l.cum inſtrumentis non interuenientibus, *C.* de fide inſtrum.ſed per traditionem,vt tex. loquitur, ſed traditio erat per præceptum prohibita, nec legitur in proceſſu,quod ſecuta fuerit,ergo remanet regula,quod cùm Ferdinandus ſit prior in tampore,ſit etiam potior in iure, vulg. iur. Nec obſtat ſecundò, quod in inſtrumento ſecundæ venditionis adſit clauſula conſtituti, & præcarii ſolita poni in omni contractu,per quod conſtitutum videtur transferre rei poſſeſſionem, quia iura loquentia de traditione,quam facere tenetur venditor emptori,loquitur de traditione reali,& actuali,& ita de poſſeſſione naturali, l.ſi traditio,C.de act. empt.cap.ſi facta,ſi de feudo defunct.§.ſi per traditionam, Inſtit. de rerum diuiſ.ſed per conſtitutum ficta ſit poſſeſſio,non vera,& quando aliquis actus fieri debet, non ſufficit,quod fiat ciuiliter,ſed debet fieri naturaliter,per ea,quæ allegat,& probat Guido Papa dec.509.in iſto caſu, vt in præſenti articulo. Vnde nihil prodeſt clauſula conſtituti, cùm per conſtitutum poſſeſſio naturalis remanſerit penès præcario poſſidentem,l.habet,§.eum,qui præcario,C.de prę̨c.Dec.Pedemont.64.num.53. Nec ſuffragatur, quod fortè venditor ipſe poſt motam litem dereliquerit poſſeſſionem, quia ſi citatus deſijt poſſidere, dolo deſiit, & in eo dolus eſſe præſumitur,Bal.in cap.pen. de excep. Nec minùs obſtat,quod actio propoſita ſit perſonalis ad rem tradendam,quia quando contẽditur de ipſa re actione perſonali, tunc ipſa res,& actio efficitur litigioſa, Bar.in l.1.§. ſi inter,ff.de litigioſis,Iaſ.conſ.43. col.2. verſ. circa ſecundum dubium,vol.4. vbi dicit, quod quando agitur ex promiſſione de vendendo, & ſic actione perſonali,alienatio eſt nulla propter vitium litigii,Natta conſ.550.num.4.At Cap.Regni Conuentus habet locum in quocunque iudicio, per verba illa,Conuentus poſſeſſione rei,vel re ipſa, quocunque iudicio,lita pendente,&c. cuius diſpoſitio reſpicit omnem caſum, vbi poſſeſſio,aut res contenditur, immò fuit factum hoc Cap. ad ſupplendum defectum aliarum legum,gloſ.in Conſtit. Æotum fraudibus, ibi pleniùs prouidet Conſtitutio Inclyti Caroli, quæ incipit Conuantus, multas enim modernas dirimit quæſtiones,ſed quod aliud contenditur in hoc iudicio,& in iſto caſu, quoniã dominium rei,& res ipſa,& poſſeſſio, quæ tempore venditionis,tampore litis motæ,& tempore præcepti iudicis erant penès venditorem,l.1. ff.de alien.rer.mut. iud. cauſa fa. Bene igitur fuit per M.C.iudicatum. Reliqua,&c. Franciſcus Laurius V. I. D. Et ita fuit deciſum per S.C.ad relationem Regii Conſiliarii Octauiani Cæſaris, vt ex actis in Banca Balſami Magiſtri Actorum.

Venditio bonorum, ſuper quibus fuit petita, & obtenta ſententia aſſiſtentiæ, an poſſit impediri ad inſtantiam vxoris debitoris petentis aſſecurari ſuper illis, dùm producebatur inſtrumentum confeſſionis receptę partis dotis poſt ſpatium tot annorum,quod præſumebatur falſum ex perſona Notarij,tam ex facto, quàm etiam in iure hæc fuerunt deducta. Cùm Iſabella Iordana obtinuiſſet aſſiſtentiam ſuper aliquibus domibus Gratij Iordani pro duc.200.vnà cum eorum intereſſe, quòad facultatem vendendi tantùm, & expoſitis venalibus comparuit Beatrja Stribella vxor dicti Horatij debitoris,petens ſuſpenſa venditione illarum aſſecurari pro eius dotibus,& anteſato ſuper illis, pro qua aſſecuratione obtinenda produxit quoddam inſtrumentum capitulorum factum in anno 1580. ac etiam inſtrumentum dotale factum in anno 1622 bene verum eſt,quod in dicto inſtrumento capitulorum fuerunt promiſſi ducati 120. tãtùm eidem Horatio,qui in inſtrumento dotali confitetur,ſe recepiſſe duc.200. in tot mobilibus.Ex his igitur præſupponit ipſa Beatrix impedire dictam venditionam domorum,per ea, quæ voluit Afflict.& ibi Viſill.dec. 199. cùm hypotheca currat in præiudicium creditorum à die capitulorum, non autem à die confeſſionis,vt deciſum refert Prę̨ſ.de Franch. dec. 677. Ad quod reſpondetur pro parte ipſius Iſabellæ, ſupradicta iura non obſtare, ex quo illa procedunt, quando creditor vult opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel donationis, non autem fraudis commiſſæ in præiudiciũ creditorẽ,vt inquit Surd.in dec.166. & ibi Hodiarna in Addit. quod confeſſio mariti, præcedente promiſſione prę̨ſumptionem donationis, & exceptionem non numeratæ pecuniæ tollit, cùm illa ſit veriſimilis,non autem exceptionem fraudis commiſſæ, maximè quando tempore confeſſionis maritus grauatus erat magno ære alieno, vt in caſu noſtro, prout ex relatione creditorum exiſtentium ante ipſam confeſſionem,quia tùnc hypotheca non currit à die capitulorum, ſed à die confeſſionis, prout hæc fuit dubitatio Menoch.de præſumpt. lib.3. præſumpt.13. num.24. quam opinionem communiter ſecuti ſunt Boer.dec.230.Rota Romana in dec.684.num.6.par.2.in nouiſſimis, prout in terminis,immò fortiùs deciſum fuiſſe refert in Senatu Surd. in dict.dec.166.quod confeſſio mariti dotis receptæ; præcedente promiſſione facta poſt commiſſum delictum,non præiudicaret Fiſco circa confiſcationem bonorum extra cauſam illius delicti, quod etiam voluit Peregrin.de iure Fiſci lib.5. tit.1. num.48. per mirabilem doctrinam Socin.in l.3.ff ſol.mat.Eò magis fraus apparet,ex quo confeſſio prædicta fuit facta poſt 42. annos à tempore promiſſionis, immò fuit facta maioris pretij quantitatis illius promiſſæ,& proinde non poteſt prędicta Beatrix prætenſam aſſecurationem obtinere, tantò magis confeſſio prædicta debet reddi falſa, ex

quo

quo Notarius, qui eam confecit aliàs erat de falſo inquiſitus, ita quod fuit citatus ad informandum, ex qua inquiſitione Notarij præſumitur falſum inſtrumentum prædictum, vt ſingulariter notat Bar. in l. in exercendis, C. de fide inſtr. Ruin. conſ. 25. n. 10. vol. 4. Maſcard. poſt alios de probat. concl. 740. num. 27. & ſeqq. Fuit per M.C.V. facto verbo deciſum in beneficium ipſius Iſabellæ, & ordinatum, quod oppoſitis non obſtantibus procedatur ad ea, quæ incumbunt circa venditionem bonorum in iudicio deductorum, quod decretum fuit per Sacrum Conſilium confirmatum, facta relatione per dictam Magnam Curiam Vicariæ, vt in Banca Lanzettæ.

Verba, cum interuentu alicuius, quid importent, deciſum fuit per S.C. importare votum, prout habent alij interuenientes, refert D. Reg. Sanfel. dec. 150.

Verba ambigua in contractu celebrato inter Fiſcum, & priuatum, in cuius fauorem erint interpretanda, deciſum fuit per R.C. vnà cum adiunctis Conſiliarijs in fauorem Fiſci. Hoc contingit in caſu cuiuſdam pacti obſcuri inter Fiſcum, & Bartholomæum de Aquino, vt fatetur eruditiſsimus D. Reg. Conſil. D. Ferdinand. Arias de Meſa variar. reſolution. lib. 3. cap. 16. nu. 14.

Vicinus habens domum iuxta ædes alterius, quæ ruinam minabantur, & eius nomine cùm abſens eſſet interpellari fecerat extra iudicium dictum vicinum habentem ædem ruinam minantem, an ſucceſſo caſu diruptionis ædium, vel muri, teneatur ad refectionem domus ipſius. Ex facto apparebat, Reuerend. D. Leonardum Antonium Zottam poſsidere quandam domum in Ciuitate Turſi iuxta domum Ioſephi Brancalaſſo, vbi aderat Cellarium ex parte ſuperioris domus, cuius portale minabatur ruinam, & cùm fuiſſet dictus Ioſeph requiſitus, licèt extraiudicialiter, vt illud reficeret, demùm magna pluuia certi diei ſuperueniente, portale cecidit ſuper domum ipſius D. Leonardi Antonij, & illa ruina affecta, inhabitabilem effectam eſſe oſtenditur ex facti probationibus, propter quod litem inſtituit in M.C. petendo, condemnari eundem Ioſeph. ad illius reparationem cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, & compilato per eum proceſſu, ex parte conuenti duas principaliter exceptiones opponebat, ex quibus prætendebat abſolui. Primò, quia talis proteſtatio, ſeù interpellatio non fuerat in ſcriptis peracta iudicialiter, ideò non eum afficiebat, quod videtur in iure fundari, poſtquam cum res damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa dilatio ſit, ad Prætorem recurrendum erit, l. 1. ff. de dam. inf. Vt cautione præſtita per conuentum ſuccurratur ipſi vicino, l. 4. in princ. ff. eo. quæ ſiquidem cautio poſtulari debet coram Iudice ſedente pro Tribunali, dict. l. 4. §. hoc autem, poſtquam Iudex non impartitur ſuum officium, niſi petatur, Soc. in reg. 197. Gomeſ. in §. ſi quis, Inſt. de action. Et propterea cùm nõ fuerit petita iudicialiter refectio damni futuri, ſuccedit regula tex. in l. cùm poſtulaſſem, ff. eo. quod interpellatio extra iudicium nõ conſtituit in mora eum, qui ſolùm per Iudicis officium poteſt conueniri, vbi gloſ. Io. Criſp. de Mont. in Nomenclat. Act. tit. ex ſtipul. de damno infecto, ſequuntur Ang. in §. actio autem, Inſt. de action. col. 4. Alex. in l. ſi ex cauſa, ff. de verb. oblig. & l. interdùm, §. fin. eod. Bar. in l. 1. col. 4. ff. de iuriſd. omn. Iud. Felin. in cap. nouit, col. pen. in fine, de lib. oblat. Et quatenùs hæc ſufficeret interpellatio, ad hoc vt conſtituatur quis in mora, requiritur trina interpellatio, Maſcard. de prob. concl. 1071. num. 12. Immò proteſtatio, denunciatio, ſeù interpellatio alterius nomine fieri non poteſt, niſi ab eo, qui habet ſpeciale mandatum, vel generale ad negotia, Honded. conſ. 38. num. 16. vol. 1. & propterea cùm non fuiſſet petita cautio ipſa, ſubſequitur, nullam competere actionem, quominùs vicinus ædium ruinoſarum ad aliud teneatur, ad tex. in l. euenit, ff. eod. Altera exceptio oppoſita erat, quia caſu fortuito, & inopinato euenerat, hoc eſt per continuatas pluuias aliquorum dierum, & ſignanter tempore, quo dictum portale cecidit, nam pluuia durauerat per 24. horas, & hoc caſu ex damno contingente, non vitio rei, ſed caſu fortuito, non agitur iſta ſtipulatione damni infecti, ad tex. in l. damni, ff. eod. Ioan. Criſp. vbi ſuprà. His tamen replicabatur ex parte Actoris reſpectu primi, qualiter peti debeat officium Iudicis in hoc caſu, vt cautio præſtari potuiſſet, procedit, inſpecto iure communi, Roffred. de libell. par. 5. rub. de offic. Iud. quo per. ſatiſd. nomine damni inf. Herring. de fideiuſſ. cap. 10. num. 85. Maur. Arer. eo. tract. ſect. 3. cap. 14. aliàs 23. n. 6. & tunc procederet, quando fuiſſet petita, cæterùm quando per viam proteſtationis, vt communiter practicatur, aliter dicendũ, quia proteſtatio conſeruat, Amat. dec. March. 24. n. 34. Etenim cautio de dãno infecto eſt ſubſidiaria, Alber. in l. inter fructuarium, & l. damni, §. ei, cuius, ff. de damn. inf. & quando per viam interpellationis, vt erat caſus noſter, animaduertendum erat, ſi ritè, rectèque proceſſerat, nam ſi iudicialiter facta fuerat, nulli dubiũ erit, quin rectè proceſsiſſet, ex quo interpellatio iudicialis requiritur ad conſtituendum eum in mora, qui tenetur ſolùm officio Iudicis, nõ iure actionis, Maſcard. eod. tract. dict. concluſ. 1071. n. 16. vbi rationem aſsignat. Sed quando eſſet interpellatio extraiudicialis, vt erat in caſu præmiſſo, & hoc caſu non ſufficeret interpellatio extraiudicialis, vt notandum dixit Alber. in dict. l. cùm poſtulaſſem, n. 2. procederet, quando ageretur de petitione cautionis prædictæ, ſecùs ſi per aliam viam. Bene verum eſt, quod ſi poſt talem interpellationem antequàm ad Iudicem fuerit intentata, proceſſerit negligentia ipſius, & ſibi imputandum, & ampliùs non ageret, l. qui fortè, ff. eod. vbi I.C. limitationem poſuit, dicendo, ſed propter aliquod impedimentum ſibi non proſpexit, vbi gloſ. in verb. Impedimẽtum explicat tempus præſens, vel abſens cauſa Reip. vnde quemadmodùm ob abſentiam conuenti ei ſuccurrendum erit, vt contra eum miſsio fiat, dict. l. 4. §. Prætor, eod. tit. ita è contra vt æqualitas ſeruetur, cap. nouit, de iudic. Nec obſtat, quod tres fieri debeant interpellationes, nam vna erit ſufficiens, Maſcard. vbi ſupr. n. 13. gloſ. in Pragm. inſtantia cauſæ, verb. proteſtatione, de inſt. cau. non reſtit. neque aliud, quia pro abſente quilibet debet admitti, maxi-

mè

nationa,ſed traditione præceptum obtinuit,ne alienet,ſeù alteri tradat. Vltimò,Cap.Reg.Conuentus facit ceſſare reg.l. quoties, quia prouidet,quod lite cœpta exequatur ſententia contra omnem poſſeſſorem, & hoc eſt, quod Pars aduerſa,videlicet illi de Verde timent, & proptereà ſe oppoſuerunt huic liti.Nec obſtat,quod iſti de Verde oſtenderint inſtrumentum ſecundæ venditionis factæ biduo ante præceptum, præſupponentes,præceptum ſubſequens actum venditionis non poſſe impedire dominii tranſlationem,quia facilis eſt reſponſio.Dominium enim rei,in venditione non transfertur per actū venditionis, ſeù per inſtrumentum, quia iſte actus non requirit ſcripturam, & pari paſſu iudicatur de venditione facta mediante inſtrumēto,& de vēditione ſine inſtrumēto,l.cum inſtrumentis non interuenientibus,*C.* de fide inſtrum.ſed per traditionem,vt tex. loquitur, ſed traditio erat per præceptum prohibita, nec legitur in proceſſu,quod ſecuta fuerit,ergo remanet regula,quod cùm Ferdinandus ſit prior in tempore,ſit etiam potior in iure, vulg. iur. Nec obſtat ſecundò, quod in inſtrumento ſecundæ venditionis adſit clauſula conſtituti, & præcarii ſolita poni in omni contractu,per quod conſtitutum videtur transferre rei poſſeſſionem, quia iura loquentia de traditione,quam facere tenetur venditor emptori,loquitur de traditione reali,& actuali,& ita de poſſeſſione naturali, l.ſi traditio,C.de act. empt.cap.ſi facta,ſi de feudo defunct.§.ſi per traditionem, Inſtit.de rerum diuiſ.ſed per conſtitutum ficta ſit poſſeſſio,non vera,& quando aliquis actus fieri debet, non ſufficit,quod fiat ciuiliter,ſed debet fieri naturaliter,per ea,quæ allegat,& probat Guido Papa dec.509.in iſto caſu, vt in præſenti articulo. Vnde nihil prodeſt clauſula conſtituti, cùm per conſtitutum poſſeſſio naturalis remanſerit penès præcario poſſidentem,l.habet,§.eum,qui præcario,C.de prec.Dec.Pedemont.64.num.13. Nec ſuffragatur, quod fortè venditor ipſe poſt motam litem dereliquerit poſſeſſionem, quia ſi citatus deſijt poſſidere, dolo deſiit, & in eo dolus eſſe præſumitur,Bal.in cap.pen.de excep. Nec minùs obſtat,quod actio propoſita ſit perſonalis ad rem tradendam,quia quando contēditur de ipſa re actione perſonali, tunc ipſa res,& actio efficitur litigioſa, Bar.in l.1.§. ſi inter,ff.de litigioſis,Iaſ.conſ.43. col.2. verſ. circa ſecundum dubium,vol.4. vbi dicit, quod quando agitur ex promiſſione de vendendo, & ſic actione perſonali,alienatio eſt nulla propter vitium litigii,Natta conſ.350.num.4.At Cap.Regni Conuentus habet locum in quocunque iudicio, per verba illa,Conuentus poſſeſſione rei,vel re ipſa, quocunque iudicio,lite pendente,&c. cuius diſpoſitio reſpicit omnem caſum, vbi poſſeſſio,aut res contenditur, immò fuit factum hoc Cap. ad ſupplendum defectum aliarum legum,gloſ.in Conſtit. Eorum fraudibus, ibi pleniùs prouidet Conſtitutio Inclyti Caroli, quæ incipit Conuentus, multas enim modernas dirimit quæſtiones,ſed quod aliud contenditur in hoc iudicio,& in iſto caſu, quoniā dominium rei,& res ipſa ,& poſſeſſio, quæ tempore venditionis,tempore litis motæ,& tempore præcepti iudicis erant penès venditorem,l.1. ff.de alien.rer.mut. iud. cauſa fa. Bene igitur fuit per M.C.iudicatum. Reliqua,&c. Franciſcus Lautius V. I. D. Et ita fuit deciſum per S.C.ad relationem Regii Conſiliarii Octauiani Cæſaris, vt ex actis in Banca Balſami Magiſtri Actorum.

Venditio bonorum, ſuper quibus fuit petita, & obtenta ſententia aſſiſtentiæ, an poſſit impediri ad inſtantiam vxoris debitoris petentis aſſecurari ſuper illis, dùm producebatur inſtrumentum confeſſionis receptę partis dotis poſt ſpatium tot annorum,quod præſumebatur falſum ex perſona Notarij,tam ex facto, quàm etiam in iure hæc fuerunt deducta. Cùm Iſabella Iordana obtinuiſſet aſſiſtentiam ſuper aliquibus domibus Gratij Iordani pro duc.200.vnà cum eorum intereſſe, quoàd facultatem vendendi tantù n, & expoſitis venalibus comparuit Beatrix Sitibella vxor dicti Horatij debitoris,petens ſuſpenſa venditione illarum aſſecurari pro eius dotibus,& antefato ſuper illis, pro qua aſſecuratione obtinenda produxit quoddam inſtrumentum capitulorum factum in anno 1580. ac etiam inſtrumentum dotale factum in anno 1622 bene verum eſt,quod in dicto inſtrumento capitulorum fuerunt promiſſi ducati 120. tātùm eidem Horatio,qui in inſtrumento dotali confitetur,ſe recepiſſe duc.200. in tot mobilibus.Ex his igitur præſupponit ipſa Beatrix impedire dictam venditionem domorum,per ea, quæ voluit Afflict.& ibi Vrſill.dec. 199. cùm hypotheca currat in præiudicium creditorum à die capitulorum, non autem à die confeſſionis,vt deciſum refert Prę.ſ.de Franch. dec. 677. Ad quod reſpondetur pro parte ipſius Iſabellæ, ſupradicta iura non obſtare, ex quo illa procedunt, quando creditor vult opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel donationis, non autem fraudis commiſſæ in præiudiciū creditorū,vt inquit Surd.in dec.116. & ibi Hodierna in Addit. quod confeſſio mariti, præcedente promiſſione pręſumptionem donationis, & exceptionem non numeratæ pecuniæ tollit, cùm illa ſit veriſimilis,non autem exceptionem fraudis commiſſæ, maximè quando tempore confeſſionis maritus grauatus erat magno ære alieno , vt in caſu noſtro, proùt ex relatione creditorum exiſtentium ante ipſam confeſſionem,quia tùnc hypotheca non currit à die capitulorum, ſed à die confeſſionis , proùt hæc fuit dubitatio Menoch.de præſumpt. lib.3. præſumpt.13. num.24. quam opinionem communiter ſecuti ſunt Boer.dec.230.Rota Romana in dec.684.num.6.par.2.in nouiſſimis, proùt in terminis,immò fortiùs deciſum fuiſſe refert in Senatu Surd.in dict.dec,166.quod confeſſio mariti dotis receptæ ; præcedente promiſſione facta poſt commiſſum delictum,non præiudicatet Fiſco circa confiſcationem bonorum extra cauſam illius delicti , quod etiam voluit Peregrin.de iure Fiſci lib.5.tit.1. num.48. per mirabilem doctrinam Socin.in l.1.ff.ſol.mat.Eò magis fraus apparet,ex quo confeſſio prædicta fuit facta poſt 22. annos à tempore promiſſionis, immò fuit facta maioris pretij quantitatis illius promiſſæ,& proinde non poteſt pręedicta Beatrix prætenſam aſſecurationem obtinere, tantò magis confeſſio prædicta debet reddi falſa, ex

que

quo Notarius, qui eam confecit aliàs erat de falſo inquiſitus, ita quod fuit citatus ad informandum, ex qua inquiſitione Notarij præſumitur falſum inſtrumentum prædictum, vt ſingulariter notat Bar. in l. in exercendis, C. de fide inſtr. Ruin. conſ. 25. n. 10. vol. 4. Maſcard. poſt alios de probat. concl. 740. num. 27. & ſeqq. Fuit per M.C.V. facto verbo deciſum in beneficium ipſius Iſabellæ, & ordinatum, quod oppoſitis non obſtantibus procedatur ad ea, quæ incumbunt circa venditionem bonorum in iudicio deductorum, quod decretum fuit per Sacrum Conſilium confirmatum, facta relatione per dictam Magnam Curiam Vicariæ, vt in Bãca Lanzettæ.

Verba, cum interuentu alicuius, quid importent, deciſum fuit per S.C. importare votum, prout habent alij interuenientes, refert D. Reg. Sanfel. dec. 150.

Verba ambigua in contractu celebrato inter Fiſcum, & priuatum, in cuius fauorem erint interpretanda, deciſum fuit per R.C. vnà cum adiunctis Conſiliariis in fauorem Fiſci. Hoc contingit in caſu cuiuſdam pacti obſcuri inter Fiſcum, & Bartholomeum de Aquino, vt fatetur erudititiſſimus D. Reg. Conſil. D. Ferdinand. Arias de Meſa variar. reſolution. lib. 3. cap. 16. nu. 14.

Vicinus habens domum iuxta ædes alterius, quæ ruinam minabantur, & eius nomine cùm abſens eſſet interpellari fecerat extra iudicium dictum vicinum habentem ædem ruinam minantem, an ſucceſſo caſu diruptionis ædium, vel muri, teneatur ad refectionem domus ipſius. Ex facto apparebat, Reuerend. D. Leonardum Antonium Zottam poſsidere quandam domum in Ciuitate Turſi iuxta domum Ioſephi Brancalaſſo, vbi aderat Cellarium ex parte ſuperioris domus, cuius portale minabatur ruinam, & cùm fuiſſet dictus Ioſeph requiſitus, licèt extraiudicialiter, vt illud reficeret, demùm magna pluuia certi diei ſuperueniente, portale cecidit ſuper domum ipſius D. Leonardi Antonij, & illa ruina affecta, inhabitabilem effectam eſſe oſtenditur ex facti probationibus, propter quod litem inſtituit in M.C. petendo, condemnari eundem Ioſeph. ad illius reparationem, cum omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, & compilato per eum proceſſu, ex parte conuenti duas principaliter exceptiones opponebat, ex quibus prætendebat abſolui. Primò, quia talis proteſtatio, ſeù interpellatio non fuerat in ſcriptis peracta iudicialiter, ideò non eum afficiebat, quod videtur in iure fundari, poſtquam, cum res damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa dilatio ſit, ad Prætorem recurrendum erit, l. 1. ff. de dam. inf. Vt cautione præſtita per conuentum ſuccurratur ipſi vicino, l. 4. in princ. ff. eo. quæ ſiquidem cautio poſtulari debet coram Iudice ſedente pro Tribunali, dict. l. 4. §. hoc autem, poſtquam Iudex non impartitur ſuum officium, niſi petatur, Soc. in reg. 197. Gomeſ. in §. ſi quis, Inſt. de action. Et propterea, cùm nõ fuerit petita iudicialiter refectio damni futuri, ſuccedit regula tex. in l. cùm poſtulaſſem, ff. eo. quod interpellatio extra iudicium nõ conſtituit in mora eum, qui ſolùm per Iudicis officium poteſt conueniri, vbi gloſ. Io. Criſp. de Mont. in Nomenclat. Act. tit. ex ſtipul. de damno infecto, ſequuntur Ang. in §. actio autem, Inſt. de action. col. 4. Alex. in l. ſi ex cauſa, ff. de verb. oblig. & l. interdùm, §. fin. eod. Bar. in l. 1. col. 4. ff. de iuriſd. omn. Iud. Felin. in cap. nouit, col. pen. in fine, de lib. oblat. Et quatenùs hæc ſufficeret interpellatio, ad hoc vt conſtituatur quis in mora, requiritur trina interpellatio, Maſcard. de prob. concl. 1071. num. 12. Immò proteſtatio, denunciatio, ſeù interpellatio alterius nomine fieri non poteſt, niſi ab eo, qui habet ſpeciale mandatum, vel generale ad negotia, Honded. conſ. 38. num. 16. vol. 1. & propterea, cùm non fuiſſet petita cautio ipſa, ſubſequitur, nullam competere actionem, quominùs vicinus ædium ruinoſarum ad aliud teneatur, ad tex. in l. euenit, ff. eod. Altera exceptio oppoſita erat, quia caſu fortuito, & inopinato euenerat, hoc eſt per continuatas pluuias aliquorum dierum, & ſignanter tempore, quo dictum portale cecidit, nam pluuia durauerat per 24. horas, & hoc caſu ex damno contingente, non vitio rei, ſed caſu fortuito, non agitur iſta ſtipulatione damni infecti, ad tex. in l. damni, ff. eod. Ioan. Criſp. vbi ſuprà. His tamen replicabatur ex parte Actoris reſpectu primi, qualiter peti debeat officium Iudicis in hoc caſu, vt cautio præſtari potuiſſet, procedit, inſpecto iure communi, Roffred. de libell. par. 5. rub. de offic. Iud. quo per. ſatiſd. nomine damni inf. Herring. de fideiuſſ. cap. 10. num. 85. Maur. Aret. eo. tract. ſect. 5. cap. 14. aliàs 23. n. 6. & tunc procederet, quando fuiſſet petita, cæterùm quando per viam proteſtationis, vt communiter practicatur, aliter dicendũ, quia proteſtatio conſeruat, Amat. dec. March. 24. n. 34. Etenim cautio de dãno infecto eſt ſubſidiaria, Alber. in l. inter fructuarium, & l. damni, §. ei, cuius, ff. de damn. inf. & quando per viam interpellationis, vt erat caſus noſter, animaduertendum erat, ſi ritè, recteque proceſſerat, nam ſi iudicialiter facta fuerat, nulli dubiū erit, quin rectè proceſsiſſet, ex quo interpellatio iudicialis requiritur ad conſtituendum eum in mora, qui tenetur ſolùm officio Iudicis, nõ iure actionis, Maſcard. eod. tract. dict. concluſ. 1071. n. 16. vbi rationem aſsignat. Sed quando eſſet interpellatio extraiudicialis, vt erat in caſu præmiſſo, & hoc caſu non ſufficeret interpellatio extraiudicialis, vt notandum dixit Alber. in dict. l. cùm poſtulaſſem, n. 2. procederet, quando ageretur de petitione cautionis prædictæ, ſecùs ſi per aliam viam. Bene verum eſt, quod ſi poſt talem interpellationem antequàm ad Iudicem fuerit intentata, proceſſerit negligentia ipſius, & ſibi imputandum, & ampliùs non ageret, l. qui fortè, ff. eod. vbi I. C. limitationem poſuit, dicendo, ſed propter aliquod impedimentum ſibi non proſpexit, vbi gloſ. in verb. Impedimẽtum explicat tempus præſens, vel abſens cauſa Reip. vnde quemadmodùm ob abſentiam conuenti ei ſuccurrendum erit, vt contra eum miſsio fiat, dict. l. 4. §. Prætor, eod. tit. ita è contra vt æqualitas ſeruetur, cap. nouit, de iudic. Nec obſtat, quod tres fieri debeant interpellationes, nam vna erit ſufficiens, Maſcard. vbi ſupr. n. 13. gloſ. in Pragm. inſtantia cauſæ, verb. proteſtatione, de inſt. cau. non reſtit. neque aliud, quia pro abſente quilibet debet admitti, maxi-

mè

mè conſanguineus. Ad ſecundum replicabatur, id verum eſſe, niſi fortè ita vitioſæ meæ ædes fuerint, vt qualibet vel minima tempeſtate tuerint, inquit I.C. in l.fluminum, §.idem ait, ff eo. Tandem facta relatione in M.C.V. per D. Iudic. Donatum Coppula, fuit abſolutus conuentus de menſe Iunij 1642. in Banca Conſtantini. ſed condemnatus per S.C. vt dixi ſuprà in verb. Proteſtatio.

Vicinus retrahens domum contiguam iure congrui, ſi diſtulerit facere depoſitum iuxta formam appretij, an eo poſteà extra tempus præfixum facto licitum erit emptori domum, vel pretium eligere vnà cum intereſſe decurſo. Ex ſerie facti iam occurſi deſumebatur, fuiſſe quandam domum emptam à Iordano de Mauro A.M.D. quẽ conueniri fecerat Ioſeph Sportellus iure congrui, habita notitia dictæ emptionis, cumque ex diſpoſitione Conſuetudinis Neap. Si quis emit, de iure congrui tenebatur emptor illam reſtituere ſine intereſſe, proùt fuerit appretiata, demùm facto appretio fortè pœnitentia ductus vicinus, nolebat depoſitum pretij facere, ob quod per plura decreta interpellatus fuerat ad depoſitandum, demùm elapſo tempore præfixo in dictis decretis, fuit dictũ per M.C.V. ad relationem Iudicis Don Ferdinandi Meaiæ, quod ſtante lapſu termini liceat ipſi Iordano fabricare, vt ex actis in Banca Grilli, ſed cùm poſteà fuiſſet factum depoſitum, hæſitari contingit, an erit in electione ipſius emptoris domum habere, vel pretium depoſitum extra tempus præfixum, in quo determinari videbatur altercatio in beneficium ipſius emptoris, vt præcisè non teneri videatur ad depoſiti acceptionem, dùm illud extra tempus præfixum factum fuerat, poſtquam de iure probatum extitit, creditorem poſſe recuſare depoſitum, vel oblationem, ſicque faciendo, ex iuſta cauſa oblatio, vel depoſitum nihil operatur, ex multis probat Caroc. in tract. de depoſito par 2. quæſt. 115. quantò magis quando fuerit factum extra tempus debitum, cùm omnia fieri debeãt, & adimpleri intra tempus præfixum, vt per exempla oſtendit Tiraquell. de retract. §.1. gloſ. 10. num. 85. & ſeqq. At cùm ipſe emptor ab ipſa M.C. ſuper d. electione eſſet interrogatus, an domũ, vel pretium recipere vellet, reſpondit, domum, ſi ita ipſi deberetur de iure, ſin autem depoſitum, ſed cum intereſſe paſſo, cui replicationi nõ aſſeret vicinus conſentiendo, fuit tandem per ipſam M.C.V. liberatum depoſitum deponenti, quoniam depoſitum pro retractu repeti non poteſt lite pendente, vt inquit Rendell. in extrauagan. Conſt. Sancimus, in animaduerſionibus, §. in primis. n.8. Et introducta cauſa appellationis in S.C. facta in eo relatione per Regiũ tunc Conſiliarium D. Hectorem Caryc. Latro fuit confirmatum decretum ipſius M.C. & impoſitum perpetuum ſilentium, & condemnatus vicinus ad intereſſe liquidandum, vt ex actis in Banca Cantoni, ex quo emptor domus ædificare cœperat, & impeditus fuit huius prætextu. & per ſpatium ſeptennij opus inceptũ perficere non valuit.

Vicinus ex latere pomarij an poſſit iure congrui obtinere hortum coniũctum domui tantùm, deciſum fuit negatiuè, & ſic fuit abſolutus conuentus, vt teſtatur Dominus Reg. Sanfelic. dec. 171.

Vicinus an præferatur pro iure congrui rei emphyteuticæ venditæ ſub haſta, vel alio modo domino directo, relata fuit deciſio ſup. in verb. Prælatio.

Vicinus, qui moleſtus erat vicinio ratione officij afferentis malum odorem, an expelli debeat, fuit deciſum per M.C. & Sac. Conſ. affirmatiuè, ita Dominus Regens Sanfelicius deciſion. 127. num. 4. de quo in 3. par. noſtri Compend. verbo Vicinus.

Vicinus poteſt cogi ad extollendum parietem, ne habeatur aſpectus ad Monaſterium, exiſtente via publica intermedia, ex deciſis per Franch. dec. 223. & ita poſteà deciſum inter Moniales Sancti Andreæ cum Barone Galeota, refert Epiſcopus Ricc. collectan. dec. 4211. in 1. ampliat. par. 9.

Vicinus an cogi poſſit ad vendendum locum cõuicinum Eccleſiæ pro Clauſtro, & ſcalis fabricandis, & pro ampliatione viridarii Monaſterii, deciſum fuit affirmatiuè per Collaterale Cõſilium ad inſtantiam Monaſterii S. Mariæ de Angelis Fratrum Reformatorum ſub regula S. Franciſci. refert D. Reg. Sanfel. in nouiſſima addi. ad dec. 110. verſ. etiam pro clauſtro, & his erit addendum quod tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 896. num. 9. quod ampliatio Monaſterij eſt concedenda cum multis circunſtantijs, & præſertim ne magnum præiudicium vicino contingat in cogendo illum ad vendendum pro tali cauſa.

Vicinus volens retrahere domũm, aut agrum cõuicinum iure congrui, ſeù prothomiſeos, an teneatur pecuniam in contanti ſoluere, vel erit ſufficiens habere fidem de pretio, Doctores communiter concludunt, eſſe pecuniam ſoluẽdam præſentialiter, nec opus erit habere fidem de pretio, Guido Papa conſ. 161. n. 3. verſ. & hoc verum, Cæpoll. conſ. ciuil. 46 n. 5. in fine, lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 18 à n. 32. ad 48. Benedell. in Conſt. Sancimus, §. in primis, n. 84. quibus addo Beſſian. in Conſuet. Aluerniæ. tit. de retract. artic. 38. in fine, ex Boer. in Conſuet. Bituri. Rendel. de iure prothom. ſuper Cõſtit. Sancimus, §. in primis, verbo non ſoluerit, ſub n. 9. Et ita fuit deciſum per S. C. in cauſa V.I D. Marci Antonij Muſcari cum Elionora de Stephanellis, penès Burrellum, nam fuit iuſſum, quod vicinus vel ſolueret de cõtantis totum pretium, non obſtante dilatione data emptori, vel quod procuraret, quod venditor liberet emptorem ab obligatione ſibi facta de pretio.

Vicinus Doctor, qui in proſpectiua ſuæ domus, via intermedia exiſtente Filatorio ſerici impeditur ſuo exercitio, an poſſit inſtare, vt poſſit Filatorium tolli, & illius artifex expelli à conuicinio, videtur negandum, ex quo licèt Doctores conſtituiſſent regulam generalem, qua cautum eſt, vt Scholares poſſint expellere Fabrum malleo obſtrepentem iuxta domos Scholarium, vel Scholas, ex gloſſ. in l. vnica, in fine, C. de ſtud. liber. lib. 11. cum aliis allegatis per Horatium Lucidum in tract. de priuileg. Scholarium, in priuil. 46. Franc. Marc. dec. 634. & Iacob. Benium in tract. de priuileg. Iuriſconſult. in priuilegio 69. vbi

Digitized by Google

vbi nedùm ad Doctores, ſed etiam ad Aduocatos extendit, ponderando dictionem, iuxta, quæ propinquitatem, & vicinitatem ſignificat, l. quidam Hyberus, ff. de ſeru. vrb. quæſt. 6. cum aliis apud Gratum in tract. de diction. in dictione 114. num. 3. adhùc etiam exiſtente via intermedia, quæ operatur, vt ius prothomiſeos locum non habeat, iuxta Conſtitutionem Regni Sancimus, ex quo videtur ceſſare vicinitas, & proximitas, nam vicinus fundus dicitur, qui cohæret ad vnguem, non ſi ſit via in medio, l. 4. §. hoc iudicium, ff. fin. reg. vbi Bar. & Bal. Bertachin. in verbo Vicinus fundus, vbi infert ad hoc ius congrui, vt hoc caſu ceſſet, poſtquam via media inter agrum, & flumen non impedit ius alluuionis, Bart. in tractatu de flumin. num. 3. videtur etiam obſtare dec. 625. de Franch. vbi in ſpecie fuit deciſum, non licere vicino impedire artem Filatorij conuicini. Nihilominùs contrarium veriùs demonſtratur. Et primò, quia verſabatur in hoc caſu in perſonis priuilegiatis, quibus competebat hoc ius expellendi, quod ſecùs erat in caſu Domini de Franchis, vt ibi differtur. Secundò, quia licèt requiratur vicinitas in iure congrui, quod ceſſare videtur, vbi via erit intermedia, contrarium tamen tenet Cæpol. de ſeruit. ruſt. prædior. tit. de maris ripa, & in titulo de via, quæſt. 20. Bar. in l. tertius. 3. oppoſit. ff. de aqua pluu. arcenda, licèt ſecùs ſit in Regno per dictam Conſtitutionem, attamen eo caſu iuris congrui exigitur vicinitas rei pro proximitate, ſed in caſu iſto ſtrepitus, fumus, malus odor vndiq. poterit obſtare, ſiue iuxta domum, ſiue in frontiſpicio ſemper officere poterit, non mirum ſi alio impedimenti genere impediretur vicinus priuilegiatus, vtputà mali odoris in domum Doctoris, & Gymnaſium inferantur, quibus ſtudium impediatur, vt ibi probat Benius num. 12. fortiùs in ſtrepitu quolibet. Et idem Franc. Marc. vbi ſuprà, num. 3. expreſſim dixit, quod Faber ſtans ante domum Doctoris, Iudicis, & Aduocati poſſit expelli. Ideò fuit interpoſitum ſequens decretum per Magnam Curiam Vicariæ, videlicet. Die vltimo Iulii 1617. Neap. viſo loco. Per Magnam Curiam Vicariæ fuit prouiſum, & decretum, quod retroſcripti Aloſius Iannuccio, & Fratres, & eorum famuli deſiſtant in exercendo filatorium exiſtens in Camera ſuperiorum domorum, in qua dicti Fratres habitant, alias prouidebitur. Hoc ſuum, &c. Niceuſa. Paſchalis. in Banca Palmæ Actuarii, in cauſa Ioannis Angeli Montani V. I. D. & Domini Franc. Micone S. T. D. cum Alonſo, & Fratribus de Iannuccio.

Vidua an habeat electionem fori pro exactione dotis, relata fuit deciſio ſuprà in verb. Remiſſio.

Vita, & militia ſecundogeniti rebellis an debeatur Fiſco, licèt pro Fiſco in iure allegaſſet Marcellus de Mauro in allegatione 79. tamen fuit contra Fiſcum pronunciatum per Regiam Cameram in cauſa Antonij Sanfelicij ſecundogeniti Baronis S. Felicij, vt teſtatur Camillus Lararha in Theatro feud. par. 12. dilucidation. 76. num. 28.

Vita, & militia an competat filio ſecundogenito prouiſo de beneficijs, ex quibus congruè poterit ſe alimentare, deciſum fuit negatiuè in cauſa Eminentiſſimi Cardinalis Columnæ cũ Magno Regni Comeſtabulo per Collaterale Conſilium, ad relationem Regii tunc Conſil. Scipionis de Curte, refert Nouar. in Pragm. 25. coll. 19. n. 7. de feudis, quæ deciſio priùs fuit relata in prima parte noſtri Compend. eodem verbo.

Vita, & militia an debeatur aliis fratribus per ſecundogenitum ſuccedentem in feudo primogeniti, deciſum fuit negatiuè per Sacrum Conſilium die 24. Nouembris 1592. refert Nouar. in Pragm. 25. collectan. 19. numero 16. de feud.

Vita, & militia an liquidari debeat iuxta legitimam, articulum tangit Andreas Capanus Iuriſconſultus, & Patritius Neapolitanus optimè meritus in ſuo moderno, & ſolemni tractatu de vita, & militia, quæſtion. 6. vbi in calce poſuit allegationes factas in contingenti caſu pro Comite Palmerici, cum Hæredibus Horatii de Matthæis, & Domina Lucretia Petrarola, & in calce allegationum Horatii Mazapintæ refertur deciſio huiuſmodi. Fuit deciſum ad inſtar legitimæ in fauorem Comitis in Banca Caprilis, pro Martino.

Vita, & militia an extinguatur per rebellionem, durante vita naturali ipſius rebellis, ita vt non acquiratur Fiſco, deciſum fuit per Collaterale Conſilium affirmatiuè, vt ex Domino Regente Reuert. dec. 80. vol. 1. teſtatur Andreas Capan. in collecta deciſionum poſt tractatum de vita, & militia, dec 3. & iterùm ex eodem Domino Regente Reuert. dec. 5. vol. 2. notat ibidem Capan. dec. 5.

Vita, & militia non eſt feudum, neque pars feudi, neq. portio feudi, ita inter alia fuit deciſum in cauſa Reuer. Io. Mich. Saraceni per Collaterale Conſilium, ex D. Regente Reuerterio deciſione 80. parte 1. teſtatur Andreas Capanus in collecta deciſionum poſt tractatum de vita, & militia dec. 3. num. 5. & iterùm ex dec. eiuſdem Reg. vol. 5. n. 22. teſtatur idem Capan. deciſ. 8.

Vita, & militia an debeatur rebelli, ſuperueniente indultu in eius fauorem pro præterito, deciſum fuit affirmatiuè per Regiam Cameram Summariæ ex Domino Regente Reuerterio deciſione 4. volumine 2. numer. 12. probat Andreas Capan. in collect. dec. poſt eius tract. de vita, & militia, dec. 4. vbi refertur idem deciſum in alia cauſa ibi relata, & iterùm ex eodem D. Reg. Reuert. dec. 5. vol. 2. idem Capanus notat dec. 5.

Vita, & militia an debeatur Clerico, deciſum fuit affirmatiuè per Regiam Cameram Summariæ in cauſa Abbatis Zurli, ita ex Domino Regent. Reuert dec. 12. vol. 5. n. 22. teſtatur And. Capan. in recollect. deciſ. poſt tract. de vita, & militia, dec. 8.

Vita, & militia an debeatur in linea collaterali, deciſum fuit negatiuè per R. C. in cauſa Annibalis Saraceni, ex D. Reg. Reuer. dec. 606. n. 5. probat And. Capan. in recoll. dec. poſt tract. de vita, & militia dec. 9.

Vita, & militia an ſit deducenda ex releuio, pluries deciſum fuit per R. C. in diuerſis cauſis negatiuè, ita ex D. Reg. Annib. Moles in tract. de Regal.

gal.

gal.q.4.probat And.Capan.in collect. dec. poſt tract.de vita,& militia,dec.1.f.239.

Vita,& militia an diminuat relevium,pluries fuit iudicatum per R.C.S.negatiuè,vt ea Reg. Annib.Moles in ſuo tract.de Regal.quæſt.addita ad 4.probat And.Capan.in coll. dec.poſt tract. de vita,& militia dec.2.

Vnio Aularum Iudicantium requiſita ad expeditionem alicuius actus faciendam, attento numero Iudicantium, an dato ipſorum numero in vna Aula degentium, ſufficiens erit determinatio, vel ipſa facienda erit, vt innoteſcat explicatio propoſita,ex facto occurſo quæſitum fuit in Magna Curia Vicariæ, poſtquam ex diſpoſitione nouellæ Pragmaticę editæ in anno 1634.die 12. Maii de vinculis, ſeù conditionibus in contractu,ſeù teſtamento appoſitis,quomodo amouendis, vbi principaliter ſtatuitur in §. 3. quod quando agitur de tollendo vincula adiecta in contractibus, & in teſtamentis in Magna Curia Vic. decreta fiant cum interuentu Iudicum duarum Aularum, & de eis fiat relatio in Sacro Conſilio, Conſiliarijs votis duarum Aularum,at cùm Iudices cauſarum ciuilium reſidere videantur in duabus Aulis,& in vnaquaque ipſarum regulariter conſedere conſuetum eſt tres Iudices, qui inſimul vniti ſunt ſex, vt poſſint talia decreta promulgare,eapropter cùm contingiſſet, certa territoria illorum de Alois cenſuari, non obſtante fideicommiſſo adiecto ſuper illis expreſsè mandante,ne futuro tempore potuiſſent cenſuari,ex quo magnum reſultauerat damnum ipſis Dominis,ſi cenſui non ſupponerentur, vti infructuoſa,& inculta,& facilius deperderentur, ſicuti è contra ſi cenſui ſupponerentur, magna reſultaret vtilitas,ſuper quo fuerat capta informatio,ſed opus erat decreti interpoſitione, & ipſa Magna Curia Vicariæ nequiuerat tale interponere decretum ob multitudinem Iudicum vtriuſque Aulæ aſcendentium ad numerum ſexdecim, qui iunctim in vna Aula non poterant conſedere ob anguſtiam loci,& ſic nulla fuit,nec potuit fieri decretatio, attentis verbis eiuſdem Pragmaticæ ibi,Si aggiuntandoſi tutti li Giudici,che ſi trouaranno in detto Tribunale,&c.& hoc ſub pœna nullitatis decreti,vnde difficultati contingit,quod attento numero Iudicum trium degentium in vnaquaque Aula, quæ cum alia vnita numerus Iudicum erat ſex, ſuppleri poterat per vnam Aulam, vbi octo Iudices præerant:nulla alia vnione peracta,habito tamen recurſu ad Excellentiſſimum Proregem de tali vnione Aularum,quæ fieri non poterat ſtante multitudine Iudicum,qui inſimul in vna Aula conſedere non poterant, vt dictum eſt, mandauit,ut in vna Aula interponeretur tale decretum,attento numero octo Iudicantium in vna Aula exiſtentium,& ſic fuit interpoſitum decretum in forma,ad relationem Domini Iudicis Ioannis Baptiſtæ Muſceptulæ de menſe Nouembris 1643.in Banca Salerni, in cauſa illorum de Alois cum Dom. Proſpero Suardo. Quamuis autem Officialium copia in Regno eſſe debeat pro adminiſtranda iuſtitia,vt inquit Afflict.io Conſt.Cùm iuſtitiæ,nom.1.attamen talis copia debet eſſe regulata, vt metam non excedat:ne ob multitudinem ipſorum officii dignitas vileſcat, quia multitudo Iudicum eiuſdem Tribunalis reprobatur,idem Afflictus in Conſtit.Sæpe contingit,num.1. & in Conſtit. Cùm circa,num.10.Eapropter adueniente poſtmodùm Excellentiſſimo Prorege D. Io. Alphõſo Enriquez de Cabrera Admirato Caſtellæ, &c.de menſe Iunii 1644. fuerunt omnes Iudices ſupernumerarii ſublati, & reductus numerus ipſorum ad ſolitum.

Vniuerſitas audiri an debeat aduerſus priuilegiũ Ciuilitatis expeditum in fauorem alicuius,qui prætendebatur eſſe eius Ciuis. Hoc in facto cõtingit hæſitari in R.C.S.in cauſa priuilegij immunitatis expediti in perſonam Blaſij de Aucellis, qui cùm natus fuiſſet Neap. inde ſuccedente infirmitate ſui patris, qui ſe contulit in Terra Faychij,vbi ſuum diem vltimum clauſit, intereà præfatus Blaſius obtinuit prouiſiones in eius fauorem pro immunitate, & franchitia ſuæ perſonæ,inde maiore effecto, & producto documento emancipationis,obtinuit priuilegiũ immunitatis Neap. vti ortus in ea, & cùm illud feciſſet notificari eidem Vniuerſitati, ſe oppoſuit,aſſerendo,in illius conceſſione,ac interpoſitione decreti immunitatis prædictæ nõ fuiſſe auditã,quapropter pro ſuo intereſſe audiri expoſtulabat,ac eius inſtantiæ concurrebat Baro illius,& licèt replicaretur ex parte ipſius Blaſij, iam notitiam habuiſſe d.Vniuerſitatem de ſua franchitia,eò quia primę prouiſiones fuerãt eidem notificatæ, & earum vigore fuit tractatus immunis,& ob id opus nõ erat alia certioratione in ſecũdo decreto immunitatis, quoniam certus non poterat iterum certificari.Attamen fuit contrariũ deciſum per d.R.C.S.ad relationẽ D. Greg. de Ganauero Pręſid.illius,& interpoſitum decretum,vt audiretur,de anno 1642. in Banca de Laurentiis Act. quinimmò pro conualidatione iurium ambarum Partium conſerũt congeſta per nos ſup.in verb. Reſtitutio in integrum,vbi de conſimili caſu agebatur,etiã per via reſtitutionis in integrũ,vt ibi erit videre.

Vniuerſitas ſub domanio perſiſtendo, ſoluendo pretium corporũ,& iuriſdictionũ,an poſſit iterum ſe vendere,non quod Rex ex publicis cauſis velit contractum reſcindere, ſed quia ipſa ſe vendere intendit ex aliqua cauſa, deciſum fuit per R.C.S.in cauſa Vniuerſitatis,& Hominum Terræ Molæ,quod fiat venditio iuriſdictionis, & vaſallagii d.Terræ Mich.Vaaz,iuxta formam concluſionis factæ per d.Vniuerſitatem,& Homines d.Terræ Molæ ſub die 28.Iul. 1612. in actis præſẽtatæ pro pretio declarãdo, ſic refert D.Reg.Fab.Cap.Galeot.in reſp.24.ſub n.50.

Vniuerſitas, quæ ex particulari priuilegio facultatem habet nominandi duos, vel tres Ciues pro exactione introituum Baronalium,ſi illi reperti fuerint non ſoluendo, an teneatur ad ſolutionem exacti, deciſum fuit per S.C.affirmatiuè in cauſa D. Franc. de Tuſo cum Vniuerſitate Terrę Vallatæ,vt tradit Don. Ant. de Marin.quot.reſol. cap.342.

Vniuerſitates inter miſerabiles perſonas connumerantur, ob quod potiuntur priuilegio electionis fori, vt pluries deciſum tam per M.C. quàm per S.C.deciſum, teſtatur Nouar.in Prag. 1.coll.2.n.10.

Vſus-

Vſusfructus bonorum maternorum diuiſus inter patrem, & filium ob obitum alterius filii, an etiã patri debeatur ſuper d. portione ipſius filii viuentis, communiter DD. aſſerunt, et nõ deberi, ex diſpoſitione auth. item hæreditas, C. de bonis, quæ liber. vbi DD. cum aliis relatis ſup. eo. ver. Pater. Et propterea in cauſa Troiani de Boctunis V.I.D. filii, cum Fabio de Boctunis patre fuit interpoſitum ſequens decretum per S.C. Die 12. Ianu. 1596. Neap. Decreto ipſius S.R.C. declaratum eſt, ſuper portione Mag. Troiani de Boctunis ei obuenta ex hæreditate Fabritii fratris Mag. Fabio communi patri non competiſſe neq. competere vſumfructum, non obſtante, quod d. Fabius ob eius tranſitum ad ſecunda vota amiſerit proprietatẽ in portione ei ſimiliter obuẽta ex hæreditate d. Fabritii eius filii, ad eũdẽ Fabritium peruẽta ex ſucceſſione materna. Hoc ſuũ, &c. Io. Tho. Salamãca, Annib. Cæſarius Secret. in Banca Aſcanii Longhi.

Vſusfructus relictus vxori, quod ſit vſufructuaria, domina, & patrona, donec lectum vidualẽ ſeruauerit, & cum filiis permanſerit, ipſis exiſtẽtibus in alimenta reſoluitur; quibus decedentibus reintegratur vxor in totum, & ſic deciſum teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 201.

Vſusfructus integrè an debeatur vxori relictæ dominæ, & patronæ ſuper omnibus bonis ſub conditione ſeruandi lectum vidualem, &c. relictis filiis, licèt in pupillari ętate, conſtitutis hæredibus inde decedentibus, deciſum fuit affirmatiuè per S.C. in cauſa Laudonię Mordente, vt teſtatur Don. Ant. de Marin. quot. reſol. cap. 347. n. 9. in noua impreſſione.

Vſusfructus integrè an debeatur vxori relictæ dominę, & patronæ in forma, exiſtente pupilla, cui fuerit facta ſubſtitutio pupillaris in caſu eius decedentiæ, ea inde defuncta deciſum fuit affirmatiuè, deducta tamen portione vſusfructus eius legitimæ, quę ad Montem ſubſtitutum peruenire debuiſſet, ſic refert Don. Ant. de Marin. quot. reſol. cap. 347. ſub num. 10. in noua impreſſione.

Vſusfructus debitus patri in bonis filii ſuper certo corpore reditus vigore inſtrumenti eidem filio, an quotidie debeatur, vel à die initi contractus, vel petitionis, & cùm ſit certum in iure, ſpectare vſumfructum ad patrem in bonis maternis filii, ad tex. in l. 1. 2. 3. & 4. C. de bonis matern. vt probaui ſuprà eodem verb. pater. Ad quod etiam probandum faciunt tradita per Paciol. conſ. 114. num. 24. Pariſ. conſ. 130. num. 7. vol. 1. Immò poſt emancipationem illa retinet pro virili, ex l. ſi viua matre, C. eo. Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 1. num. 700. & proptereà ſi ageret pater, nulli dubium erit, quin vinceret, ideò fructuario, qui vicit omnis cauſa reſtituenda eſt, inquit tex. in l. fructuario, ff. ſi vſusfr. per. Aut non agit, ex quo illa penès ſe retinere poterit quoad vſumfructum, vt ex multis probat Statil. Paciſ. vbi ſuprà, num. 701. Et non eſſet opus diſputatione, poſtquàm vſufructuarius debet retinere pretium rei, in qua habet vſumfructum, Cenc. dec. 294. num. 4. poſt tract. de cenſ. Non enim verſamur in caſu vltimæ voluntatis, hoc eſt in legato vſusfructus omnium bonorum, ſeù partis illorum, quo nàm caſu vſufructuarius non poterit à ſemetipſo illum accipere, ſed à manu hæredis, vt ex Alex. & Soc. probat Dec. in conſ. 418. num. 3. Non obſtante, quod vſusfructus in teſtamento relictus in legatarium ipſo iure trãsferatur. l. ſi patrem. ff. quemadmodum ſeru. amitt. Franc. Marc. dec. 818. num. 1. vſusfructus adhùc tametſi non debetur, niſi ab adita hæreditate, Idem dec. 223. num. 1. Quemadmodùm etiam fructus rei legatæ à die aditæ hæreditatis debentur, ad tex. in §. Herennius, ff. de vſur. cum aliis apud Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 7. tit. 10. num. 34. & tamen peti debet vſusfructus legatus, Ruin. conſ. 54. num. 15. vol. 2. & extat titulus particularis, ff. ſi vſusfructus pet. vbi Caſt. in nouis prælect. notat, quod vſufructuario pro vſufructu competunt plures actiones, nam ſi illum poſſidet, competit actio confeſſoria, quæ eſt realis, & actio perſonalis ex teſtamento, vel contractu, quæ conceditur aduerſus obligatum duntaxat, ex l. corruptione, C. de vſufr. aut ſi nõ poſſidet, & tunc competerent præfatæ actiones, ſi ſemel poſſiderit, quod ſi nunquam, tunc actio perſonalis cõcederetur ſolùm, ex quibus reſultare comperitur, quod licèt pater vſumfructum poſſediſſet ſuper fructibus, ſeù introitibus alicuius capitalis remanſi in hęreditate filij, petere illum debet in iudicio, vt ſibi debeatur, & ab illo die ipſe vſusfructus debetur: ex quo non prouenit ex teſtamento, vel legato, ſed ex diſpoſitione iuris, l. cùm oportet, §. non autem, C. de bonis, quæ liber. per quem tex. inquit Boer. dec. 199. num. 10. licere patri propria auctoritate ſibi iure attributa capere bona, & adminiſtrare, & vſufructuare, quod intelligo, quando in ſui poſſe bona perſiſtunt; ſed ſi ab alio debeantur, tunc opus erit iudicio compulſiuo, quemadmodùm ex noſtro facto conſpiciebatur, fuiſſe litem agitatam contra debitorem annuorum introituum hæreditatis filii, ſuper quibus pater vſumfructum petierat. Sicque fuit deciſum in cauſa Fabii de Boctunis patris cum Troiano de Boctunis V.I.D. filio, qui ambo ſucceſſerant in hæreditate quondam Fabii filij Fabii, & fratris Troiani præſertim ſuper capitale ducatorum 600. Vnde fuit per S.C. interpoſitum ſequẽs decretum, videlicet. Die 25. Octobris 1595. Decreto ipſius S.R.C. declaratum eſt, vſumfructum ducatorum 600. contentorum in inſtrumento inito die 23. Auguſti 1581. deberi prædicto Magnifico Fabio à die petitionis. Hoc ſuum, &c. Ioannes Thomas Salamanca, Annibal Cæſarius Secret. in Banca Aſcanii Longhi Magiſtri Actorum.

Vxor condentis falſam monetam conſeruans incisuras poſt delictum, qua pœna debeat puniri, deciſum fuit, eſſe puniendam pœna extraordinaria, ſic teſtatur D. Reg. Sanfel. dec. 276.

Vxor an teneatur ad penſionem domus, ſi vir non eſſet ſoluendo in ſubſidium, relatæ fuerunt deciſiones ſup. in verb. Mulier.

Vxor diuertens à domo viri ex aliqua præſumpta cauſa, & ſecùs bona viri aſportando, an nulla probatione cauſæ exiſtente cogi poſſit ad bonorum exhibitionem, ſeù illorum pretium, cùm de iure certum ſit, quod vxor penès virũ ſtare debeat, & in eius obſequio, Marzar. conſ. 38. num. 56. nam vxor viro ſubdita eſt, Port. Imol. conſ. 156. n. 4. Flam. de Rubeis conſ. 24. n.

Digitized by Google

36.vbi n.55.57.& 64. ſubdit, eam viri ſeruam dici, ideò non ab re conſtitutum fertur, quod vxor debet in domo mariti permanere, & in eo officio eſſa, & debet operari, Soc. iun. conſ. 110.n.4.vol.1.ſicque manere tenetur in ſeruitio mariti, Idem conſ. 114.n.43.vol.3. ita quod vxor penès virum famula eſt, Syluan. conſ. 1. n.48.& propterea vxor extra domum viri permanere non debet, Afflict.in l.Imperialem,§.inſuper ſi filius, de proh.feud.alien. per Feder. nu. 26. Adeoquè quod ſi diuerterit, inſcio viro ab eius domo, redire compellitur, latè Monal.conſ. 144.n.2.& 3.vol.2. Etiamſi Monaſterium ingreſſa eſſet, quoniam cogenda erit redire ad eius maritum, Pariſ.conſ.170.n.16.vol.4. Sed etiam bona ſecum aſportata reſtituere, Pariſ.conſ.64. n.23.vol.4. Sicque in cauſa Secret. Ioannis Lezcani cum D. Felice Salinas fuit interpoſitum ſequens decretum. Die 8.Iun.1632. Facto de prædictis verbo in S.C. per Reg.Conſil. Marcellum Marcianum cauſæ Commiſſarium. Decreto S.R.C. prouiſum eſt, quod D.Felix Salinas exhibeat bona petita, ſi extant, vel ipſorum pretium, iuxta tamen liquidationem faciendam per S.C. Hoc ſuum, &c. Marcellus Marcianus. Franciſc. Ant. de Mercatis Secret. penès Iacob. Figliolam Mag. Act.

Vxor præbens domum ſcienter ad viri necem, qua pœna erit afficienda, concluditur, eſſe pœna capitali afficiendam, licèt non fuerit deciſum, D. Reg. Sanfel. dec.30.

Vxor lite pendente ſuper diuortio ob ſæuitiam viri, compelli poteſt ad cohabitandum cum viro, præſtita cautione in forma de bene tractando, & non offendendo, vt deciſum retuli ſuprà in verbo Iudex ſæcularis.

Vxor immitti an debeat in poſſeſſionem feudi, ſtante aſſenſus impetratione, adeò feudi alterás ſucceſſionem, vt excluſo fratre, & nepotibus ipſa ſuccederet, deciſum fuit per S.C. affirmatiuè in cauſa Duciſſæ Grauinæ. teſtatur D. Reg. Fabius Capyc. Galeot. controu. iur. 10.t. contr. 24. n. 32.

Vxor an poſſit intercedere pro viro, & filio in reſtitutione dotium vxoris vnius filii, & ſic extantibus aliis filiis obligare totam ſuam dotem, infraſcipta in iure fuerunt congeſta per eruditiſſimum ſubſcriptum I.C. videlicet. Inter creditores Marchionis Montis nigri primo loco fuerunt graduati filii pro dotibus maternis, de quo loco non dubitatur inter creditores, ſed verum eſt, quod in iſto primo loco præſupponit D. Hippolyta de Lannoi vxor primi filii Marchionis graduati pro ſuo antefato ſibi promiſſo, & aſſecurato à d. Marchioniſſa, cum diſpenſatione Illuſtriſſ. & Excecellentiſſ. Proregis, & ſic ſubingredi locum d. Marchioniſſæ. Nam cùm in anno 1582. Raynaldus Carafa Marchio Montis nigri, & Portia Caracciola Marchioniſſa coniuges cupientes effectuare matrimonium pro D. Hieronymo Carafa filio cum d. D. Hippolyta, quæ habebat ſuas dotes duc. 33000. Marchio donauerit dicto filio ducatos 12000. illoſque aſſecurauerit dicta Marchioniſſa; & omnes promiſerint in omnẽ cauſam reſtituere dictas dotes vnà cũ antefato. D. Hippolyta in ſpecie voluit, vt Marchioniſſa ad prædicta oĩa pro reſtitutione ſe obligaret, & aliter non contraxiſſet, & habita priùs licentia ab Excellentiſſimo Prorege, in qua omnia narrantur, ſe obligauit pro reſtitutione dotium & antefati, inde dùm fuit effectus caſus reſtitutionis dotium, & antefati D. Hippolyta comparuit in Sacro Conſilio pro aſſecuratione iurium dotalium ſuper bonis ſibi obligatis, & in ſpecie ſuper iuribus dotalibus Marchioniſſę, & auditis filiis, mortua Marchioniſſa, obtinuit ſententiam ſuper bonis in iudicio deductis, fol. 96. ex quibus præſupponit, abſque dubio non poſſe impediri, quin pro antefato prædicto, & reſiduo ſuarum dotium ſententia exequatur ſuper dotibus Marchiochioniſſæ, & in bonis Marchionis pro dictis iuribus ſubingredi primum locum. Prætendũt nunc filii ex pluribus, dictam ſententiam eos non afficere, ac dictam obligationem Marchioniſſæ eſſe nullam, nec potuiſſe diſponere de omnibus ſuis dotibus. Et primò dicunt, ſententiam non loqui de dotibus maternis. Secundò, in dicto iudicio non fuiſſe citatos, nec auditos. Tertiò, non potuiſſe Marchioniſſam intercedere pro Marchione, qui erat obligatus pro reſtitutione dotium, & antefati D. Hippolytæ, & ſic quando ipſa ſe obligauit, intercellit, ex quo obſtat Velleianum, tam de iure communi, quàm per Regiam Pragmaticam, Quartò, in quo val. de ſe fundant, nec potuiſſe in præiudicium aliorum filiorum diſponere de omnibus ſuis dotibus, & tanquam inofficioſa deberet reuocari in totum, cùm iſta videatur donatio facta contemplatione filii; quinimmò obſtant, quod nõ poteſt mater extantibus filiis diſponere, niſi de decima parte, & ſic talis obligatio quã fortè non valeret, pro decima parte tantùm valeret. Hæ ſont pretenſiones filiorum ad excludendũ Dominam Hippolytam ſuper dotibus maternis. Credo tamen, quod facilis erit reſponſio, & reſpondendo ad ſingula, dùm dicit, ſententiam non loqui de dotibus maternis, ſi bene aduertatur, apparet contrarium, cùm ſententia præſtet aſſiſtentiam ſuper bonis in iudicio deductis, & in ſupplicatione in ſpecie erant deductæ dotes, & bona materna, & ſic clarè comprehendit. Ad ſecundum, licèt verum ſit, in illo iudicio fuiſſe proceſſum cum Ioanne Dominico de Antolinis, qui & erat Marchionis Procurator, & Curator filiorum, & ſic rectè proceſſum cum perſona legitima, vt apparet ex ſcripturis iam productis, & auditis filiis, ſeù eius Curatore ſententia lata fuerit. Hæc difficultas eſt hodie determinata, cùm fuerit deinde datus terminus cum ipſis filiis, & articulus ex integro eſt decidendus. Ad tertium, quamuis mulier intercedere non poſſit, obſtante Velleiano de iure communi, & etiam per Regiam Pragmaticam. Tamen bene pro dote poteſt obligari, nec iuuabitur Velleiano per tex. in l. ſi dotare, & l. fin. C. de Senatuſconſ. Velleian. & quamuis illa iura in dote loquantur, hoc idem procedit in antefato, cùm à pari procedant, & non ſolùm eadẽ ratio, ſed maior eſt in antefato, quã in dote, cùm ſit maior obligatio mulieris pro antefato, quàm pro dote, quia obligatio dotis eſt certa, & promiſſio antefati incerta, nam euenire poterunt multi caſus, vt non ſoluatur, & ſic tex. illi diſponunt, vt pro dotibus fœminarum

poſſit,

poſſit obligari mulier, quantò magis pro maſculis? cùm chariores fœminis ſint, & ne in his prolixus videar, iam latiſſimè fuit deciſum in S.C. matrem poſſe pro reſtitutione antefati obligari, nec obſtabit Velleianũ, per has ſupradictas, & multas alias rationes, etiam ſi non adeſſet diſpenſatio Proregis, vt latè in nouis deciſionibus D. Vincentij de Franchis dec. 182. tamen tutius erit, quando adeſt diſpenſatio, vt in caſu noſtro, in quo iam fuit diſpenſatum, & impetratus aſſenſus Proregis, ex quo nil dubium erit, quin tutius, & abſque dubio matrem eſſe obligatam, vt idem Vinc. de Franch. in fine dictæ deciſionis dicit, rogo legatur. Ad vltimum, quod proponit Pars, debere reuocari tanquam inofficioſa donatio, aduertat Dominis, quod licèt caſui noſtro applicari non poſſit, cùm non ſit donatio, nec dotatio, vt inferiùs dicemus, tamen & ſi datur quærela inofficioſæ donationis, & inofficioſæ dotis, vt in tit. C. de inoff. donat. & in tit. C. de inofficioſis dotibus, quandoque talis quærela reuocat in totum, quandoque pro concurrenti quantitate legitimæ, quando enim extraneus donat, vel dotat, tunc reuocatur in totum per filios dotantis, iuxta tamen diſtinctionem Bar. in l. Titia, § Imperator, num. 1. ff de legatis. quam ſequitur ibi Imol. & Abb. in cap. fin nu. 5. extra de donat. Quando verò pater, vel qui habet onus dotandi, dotat, tunc reuocatur pro cõcurrenti quantitate legitimæ, l. vt ſi totas, C. de inoff. donat. per Bart. dict. §. Imperator, num. 1. quam communis Shola tam in lecturis, quàm in Cõſilijs ſequitur, talis .n. reuocatio competit filio poſt mortem patris, vt in vita nullum ius pro legitima habeat, vt dicunt gloſſ. in dict. lege vni, in verbo actionis, in fine, C. de inofficioſa dotatione, & ibi Salicetus in fine, Hæ maximæ nullam difficultatem continent, difficultas enim erit, contra quem datur talis reuocatio, ſi contra maritum conſtante matrimonio, vel ſoluto matrimonio, in hoc enim articulo variæ Doctorum opiniones adſunt, nam Paul. de Caſtro in l. vltima, in fine, C. de inoffi. dot. dicit, filio competere talem actionem contra maritũ, etiam conſtante matrimonio, nam non debent alij filii carere legitima propter dotationem ſuorum, hanc opinionem ſecuti fuerunt Lupus in cap. per veſtras, de donat. inter virum, & vxorem, in 3. not, fol. 22. num. 6. cum ſeq. & Conarr. in tit. de teſtam. cap. 8. §. 6. num. 12. Contrariam verò opinionem ſequuti fuerunt Bar. in l. fin. §. ſi à ſocero, num. 2. ff. quæ in fraud. cred. & ibi Angel. Nicol. de Vbald. in tractatu de ſucceſſione ab inteſtato, num. 50. quando videlicet maritus non participauit de fraude, videlicet quia ignorauit eſſe inofficioſam, Campe. in tract. de dote, 2. par. q. 48 Angel. Aret. in §. ſi res aliena, num. 4. in fine, Inſt. de leg. Bar. in l. Mæuius, §. duobus, num. 18. ff. de leg. 2. Bal. in l. 2. C. de reuocandis his, quæ in fraud. cred. & in addit. ad conſ. Bart. 119. in verbo dotem dare, Bertr. cõſ. 76. in fin. verb. vol. 2. & ſic refert Affl. ſecũdũ hanc opinionem fuiſſe deciſum, vt dec. 86. & ſic etiam fuiſſe deciſum teſtatur Gram. dec. 90. in finalibus verbis contra doctrinam Paul. de Caſtro, qui enim tenent hanc opinionem, mouentur per iura, & rationes, nempe per tex. in dict. l. fin. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. credit. vbi dicit tex. in verb. maritum, quod à marito ignorante conſtante matrimonio dos reuocari non poteſt, cùm aliter vxorem non duxiſſet, per tex. in l. donaturus, §. ſi quis indebitam ff de cond. cauſ dat. & ratio huius opinionis eſt, nam dos reſpectu vxoris eſt titulus lucratiuus, & contra eam datur reuocatio, vt in dict. l. fin. §. ſi à ſocero, verſ. ac ſi neuter, ff quę in fraud. cred. & ibi Bat. Tamen reſpectu viri non habet dubium, quin ſit titulus oneroſus, vt in dict. §. ſi à ſocero, verſ. in maritum, & ibi Bar. num. 1. & in l. Mæuius, §. duobus, num. 17. ff. de legat. 2. & l. pro oneribus, C. de iur. dot. ac omnes, qui hanc partem tenẽt, hoc affirmant, pro quo non datur reuocatio, niſi ſit particeps fraudis, tex. in l. qui autem, §. ſimili modo, ff de his, quæ in fraud. cred. gloſſ. 1. in §. item ſi quis in fraudem, Inſtit. de actionibus, vbi poſt alios cumulat Iaſ. ibi num. 27. & 33. in ſpecie loquens in dote reſpectu vxoris, & viri. Et hæc, quę dicũtur in dote reſpectu viri, habent locum in donatione propter nuptias reſpectu vxoris, cùm illam habeat ex cauſa oneroſa, prout poſt alios refert Iaſ. dict. §. item ſi quis, num. 31. Afflict. dec. 154 num. 4. in fine, vbi dicit, quod priuilegia dotis, & donationis propter nuptias ſunt adæquata, & quod diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio, ſic refert etiam nouiſſimè D. de Franch. in d. dec. 182 n. 3. Rouit. cõſ. 55. In qua donatione propter nuptias cõſtante matrimonio nec datur reuocatio, Bertr. conſ. 383. vol. 2. quæ opinio, iudicio meo, videtur verior, & communior, & Doctores, qui contrarium tenent nec rationibus mouentur, nec reſponſum rationibus pro iſta parte dant, ex quo dicam, iſtam eſſe veriorem. Vnde cùm in caſu, de quo agitur, etiam ſi mater dotaret filiam de tota ſua ſubſtantia, conſtante matrimonio non poſſent filii agere quærela inofficioſæ dotis, ſeù donationis, cùm maritus dotem titulo oneroſo habeat, nec ipſe matrimonium cõtraxiſſet abſque tanta dote, & eſſet deludere virum, cùm reſpectu ipſius non ſit inofficioſa, nec ſciuerit, reſpectu promittentium eſſe inofficioſam, quamuis enim Neap. in ſpecie tractat iſtum articulum, & concludat, quod quando mater totam dotem ſuam pro dote viro filiæ dat, quod filij poſſunt reuocare vſque ad concurrentem quantitatem legitimæ, tamen illud intelligi debet ſoluto matrimonio, quod detur reuocatio à filia, non autem conſtante matrimonio, vt ſuprà eſt concluſum. Credo enim, Domini, quod hęc diſputatio in caſu, de quo agimur non deſeruit, cùm ſit ſatis diuerſus, ſed notare volui, vt prætenſionibus Partis reſpondeam, in caſu enim noſtro non mater dotauit filiam, nec donauit, ſed ſe obligauit pro reſtitutione antefati, non filii, ſed D. Hippolytæ de Lannoy nurus, non principaliter, ſed vt cautiorem redderet promiſſionem factam à Marchione viro, qui erat obligatus pro dicta reſtitutione, quo caſu non poterit dici nec dotatio, nec donatio, nec mera obligatio, ſed aſſecuratio promiſſionis, & obligationis factæ per eius virum, cùm non ſit nec donatio, nec dotatio, non video, quam actionem intentare poterit Pars, quærela autem competit pro donatione, ſeù dotatione inofficioſa, hæc non eſt nec donatio, nec dotatio, ergo non poterit dari talis actio.

Prætereà non habet dubium, quin talem obligationem facere poterat ipſa Marchioniſſa, & valida erit, quando autem moritur, eo tempore prætendere poterant legitimam filii, quo tempore cùm requiratur tale debitum, debet deduci vt æs alienum, nec contra talem obligationẽ venire poſſunt filij, etiam pro legitima, niſi fuiſſet facta in fraudem, vt dicit Bal. in l. hæreditarium, ff. de bon. auth. iudic. poſſid. & Dec. conſilio 19 in fine, Couaruu. in capite Raynutius, §. 10. numero 9. extra de teſtamentis. Nec huic obligationi obſtat Conſuetudo, quod non poteſt mater diſponere, niſi de decima parte, ſtantibus filijs, nam Conſuetudo loquitur in morte, cùm ad illud connectat verb. relinquere, & ſic elatè Napod. in Conſuetudine Si qua moriens, in verbo Relinquere. & meliùs in Conſuet. Et ſi teſtator, in verbo Diſponere. In vita autem bene mulier poteſt diſponere de omnibus dotibus, dummodò non in fraudem filiorum, nec filij eo caſu poterunt conqueri de dicta diſpoſitione, vt idem Napodan. in dicta Conſuetudine Et ſi teſtator, verb. Diſponere, num. 11. vbi diſtinguit, quod ſi inofficiosè alienat, ſecundùm materiam tex. in l. ſi totas, C. de inoffic. donat. & l. ſi vnquam, C. de reuocandis donationibus, reuocatur pro concurrenti quãtitate legitimæ, quãdo verò alienatio fit in fraudem tunc reuocatur in totum, quando verò alienatio fit ex alia cauſa, etiam ex culpa, non datur reuocatio, affert gloſ. in l. Imperator, in verb. in poteſtate manente, ff. ad Trebell. In caſu noſtro non poteſt dici inofficioſa, quia non donatio, nec doratio, non in fraudem, quia ex iuſta cauſa, & ſic talis alienatio, & obligatio valida erit, & quamuis Pars alleget Conſuetudinem Bona ſtabilia, cum ſeq. de cont. inter virũ, & vxorem. vbi licèt poſſit mulier alienare, tamẽ filii contradicere poſſunt, niſi ex iuſta, & neceſſaria cauſa alienet, cauſam ibi exprimit Napodan. videlicet ratione perſonæ, vel rei, rei quando pro ſeruitio vnius rei alienetur alteræ perſonæ, vt viuat, ſana viuat, & nupta viuat, vnde cùm iſta alienatio non fuerit neceſſaria, & iuſta, cùm non ſit ex cauſis ſuprà dictis, ergo non tenet. Tamen aduertant Domini, quod licèt ibi Napodanus alteram ſufficere dicat, ſiue iuſtam, ſiue neceſſariam, & non habet dubium, quin hæc obligatio fuit ex iuſta cauſa tamen illa Conſuetudo loquitur in caſu ſpeciali, ſcilicet vt filii primi matrimonii contradicere poſſint, ſic enim loquitur Conſuetudo prædicta, quod filii primi matrimonij contradicere poſſunt alienationi factæ, ſeù faciendæ per matrem, ſubſequitur Conſuetudo Et ſi mulier iuſtam, & neceſſariam cauſam habuerit alienandi, contradictio non tenet, & ſic in caſu quando mater non habet filios, niſi vnius matrimonii, in alienatione contradicere non poſſunt, ſic expreſsè dicta Conſuetudo Bona ſtabilia, Et quod in caſu iſtius obligationis non ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa, quando mater alienat, non datur reuocatio, quando qui recipit ab alienante, non participauit de fraude. Rogo legatur Alexand. conſil. 55. volum. 5. loquens in materia ſtatutaria, prohibente mulierem diſponere de tertia parte bonorum, in vita diſpoſuit, & ſe obligauit, dicit ipſe, quod ſi titulo lucratiuo diſpoſuerit, vt quia donauerit, non valet in præiudicium agnatorum quoad tertiam partem, ſi verò titulo oneroſo, non datur reuocatio, dummodò recipiens non participet de fraude, cum quo conſilio conuenit etiam id quod dicit Iaſon in l. ſi ita quis, §. ex, num. 38 ff. de verborum obligat. qui credens, Alexandrum loquutum fuiſſe in alienatione titulo oneroſo dari reuocationem, reprehendit illum, ſed bene Alexand. ponit duos caſus, quando titulo lucratiuo, & quando titulo oneroſo, ſecundùm quod dicit Iaſon, qui affert etiam pro hoc Antharanum conſil. 100. in 4. colum. Obligatio autem caſus noſtri non poterit dici in fraudem, quia ex iuſta cauſa, & titulo oneroſo, cùm pro antephato, vt ſuprà diximus, nec enim erat certa ſoluere talem obligationem, immò certa non ſoluere, cùm credebat; tempore contracti matrimonii virum diuitem, quod fit verum, nam eo tempore promiſit, prout in veritate donauit verbo contemplatione dicti matrimonii eius filio ducatos 12000. & ſic non certa ſoluere, quod adeò verum erat, quod non animo fraudandi filios, quia in morte in beneficium filiorum diſpoſuit de ſuis dotibus, credens, forſan non ſoluturam dictam obligationem, ſperaſſet enim deludere iſtam mulierem, quæ ſic lautas dotes dedit, pro quo matrimonio iam fuerunt promiſſi eius viro ducati 12000. quos etiam aſſecurauit dicta Marchioniſſa, ac in ſpecie pro reſtitutione antefati, & dotium voluit obligatam dictam Marchioniſſam cum diſpenſatione Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Proregis. & quod non ſolùm careat dicta donatione, & viro, ſed quod nec etiam antephatum conſequatur, quod erat neceſſarium conſtituit ex Conſuetudine ſemper obſeruata, non enim contraxiſſet, niſi certa de dicta promiſſione, & obligatione. Poſtremò aduertatur, quod Conſuetudo Bona ſtabilia, cum ſeq. non meruit, in caſu noſtro allegari, ſiquidẽ illa loquitur in caſu ſpeciali, ſcil. in venditione, & permutatione tantùm, Napodanus ibi in 1 gloſſ. in verſ. primus ergo intellectus, & ratio eſt, quia ex venditione, & permutatione mulier non depauperatur, cum ex venditione conſequatur pretium, & ex permutatione tantundem loquitur, quod filii primi matrimonii tantùm contradicere poſſunt, non alii, Conſuetud loquitur in bonis ſtabilibus tantùm, & non in aliis, & tamen adhùc ſi habet mulier iuſtam, & neceſſariam cauſam, contradictio non tenet. & exemplificat Napodanus in Conſuetudine Et ſi mulier, in ver. iuſtam ſuprà num. 9. puta ſi dùm ſecundò nubit, vir nollet dotem in ſtabilibus, ſed in pecunia, tunc poſſet vendere, & contradictio filiorum non admitteretur. In præſenti non fuit venditio, nec permutatio, non fuerunt bona ſtabilia, nec adſunt filii alterius matrimonii, ergo illa Conſuetudo nihil ad rumbum, Conſuetudo, quæ locuta eſt de alienatione in genere, & ſic de qualibet diſpoſitione dotium fuit Conſuetudo Si qua moriens, à qua Napod. in verb. Relinquere firmauit, in vita poſſe mulierem de integris dotibus diſponere, dummodò non in fraudem, vt ſuprà dictum eſt, & hoc iure hodie vtimur, Afflict. dec. 470. in 3. dubio, Capyc. dec. 85. Minad. in Conſt. In aliquibus

Digitized by Google

bus,in 4. not.num.9. Ex quibus omnibus con‑cludo,abſque dubio obligationem validam eſſe Marchioniſſæ pro reſtitutione antephati reſpe‑ctu Hippolytæ,nec contra eam per filios aliquid opponi poſſe. Nec vltimò omittam,quod forſan iſti filij non erūt deſperati pro dotib.maternis.& ſic non pro legitima,ſed pro dotibus, omnibus iuribus ceſſis per Hippolytam ſubingredi locum D.Hippolytæ,& Marchioniſſæ,quæ ſe obligauit, & ſoluit nunc pro Marchione, qui erat obliga‑tus,in quo loco non habet dubium, quin recu‑perabunt totas dotes,& omnibus erit magis cō‑ſultum,&c D.Hippolytæ,vt ſibi ſatisfiat,& filiis vt totas dotes conſequi poſſint.In hoc enim iu‑ſtitia,& æquitas Dominorum Iudicantium pro‑ſpicere debet. Reliqua &c. Franciſcus Lauritus V.I.D.Fuit deciſum ſecundùm has allegationes, Die 18.Octobris 1596.Decreto S.C. prouiſum eſt,quod ſententia aſſecurationis debitæ execu‑tioni demandetur reſpectu dotium D. Portiæ Caracciolæ pro ducatis 4700.pro rata pro nunc ſpectante ad D. Hieronymum virum dictæ D. Hippolytæ, quo verò ad ſeſidnum vſque ad ſū‑mam ducatorum 6000.legatorum dicto viro,& quòad prætenſa , & allegata pro parte D. An‑tonij,& D.Alphonſi,Partes infra ſex dies dedu‑cant omnia eis incumbentia, citra præiudicium prouiſionis faciendæ ſuper introitibus dictæ re‑ſtantis ſummæ,fol.153.à tergo.In Banca de Mō‑dellis.nunc Fabritij Solarii. Et compilato termi‑no,in quo prædicti D.Antonius, & D. Alphon‑ſus filii propoſuerunt firmiter eorum petitio‑nem ex aliis capitibus, & ſignanter quod pro‑miſſio, ac obligatio eorum matris reſcindi de‑buerat, ſaltem pro eo, quod excedebat eorum legitimam,inde per S.C. ſub die 18. Iunii 1602. ad relationem Regii tunc Conſiliarii Iulii Pa‑lermi fuit deciſum, ſententiam aſſecurationis S.C.eſſe executioni demandandam pro ſuo an‑teſato ſuper integris dotibus ducatorum 1000. debitis eidem Portiæ, & proinde licere,& licitū eſſe eidem D.Hippolytæ exigere annuos introi‑tus debitos pro dicta quantitate anteſati, vt ex illis ſe,& ſuos alat,ſeruata forma iuris , non ob‑ſtantibus prætenſis pro parte ſuprà dictorum D. Alphonſi,& D.Antonii,vt in proceſſu fol.152.& à dicto anno 1602.quo fuit ipſa D.Hippolyta de Lanoya prælata vigore dictæ ſententiæ ſemper poſſedit,& ſi in anno 1622.fuiſſet à prædicto D. Alphonſo etiam vti hærede dicti D.Antonii fra‑tris dictum de nullitate,inde ſucceſſo obitu eiuſ‑dem D.Hippolytæ,quæ inſtituit ſuum hæredem Venerabilem Eccleſiam Theatinorum,fuit iudi‑cium proſecutum per dict.D.hæredem de Cara‑fa prætendentem legitimas , ita tamen in anno 1640.fuit per Sac. Conſil.ordinatum, ſpectare ad eundem D.Alphonſum legitimas,tam ex per‑ſona propria,quàm dicti D. Antonii fratris, vt fertur.

Vxori de bonis mobilibus datis in dotem æſtima‑tis,in caſu reſtitutionis an debeatur intereſſe.

Pro huius articuli diſcuſſione fuerunt infraſcri‑pta in iure allegata à doctiſſimo viro ſubſcripto, & cauſæ patrono,videlicet. Laura Zaccone nu‑pſit Io.Franciſco Pitera , cui promiſit,& conſi‑gnauit in dotem duc.4000.in pecunia, & alios duc.1000.in bonis mobilibus æſtimatis, & vir promiſit reſtituere dotes in omni caſu reſtitu‑tionis.Soluto matrimonio per mortem viri,mu‑lier egit pro dotibus,anteſato,& intereſſe contra hæredes viri moroſos,& obtinuit aſſiſteuriā pro dotib.anteſato,& intereſſe. Fuit demū per Reg. Cōſ.de Ianuario cauſæ Comm.domi liquidatū in intereſſe prædictum. Pars aduerſa conqueritur de decreto prædicto,quod inſtat,mobilibus re‑ſpectu duc. 1000. debitorum pro æſtimatione bonorum mobilium,nam dicit,de mobilibus nō deberi intereſſe. Crederem, quod non benè di‑cit,& optimè proceſſit decretum D Reg.Conſil. de Ianuario,ex reg.tex.in l.vnica, § exactio,verſ. ſin autem,C.de rei vxor.act. vbi Imperator dat vſuras mulieri moram paſſæ etiam de mobili‑bus reſtituendis,& ibi Salic. &c omnes Docto‑res notant,quod loco vſurarum hodie ſuccedit intereſſe, & ſic quando iſta mulier dediſſet ſim‑pliciter abſque æſtimatione in dotem mobilia, ex regula tex. præallegati deberentur ſibi vſuræ, & loco vſurarum intereſſe, poſtquam hæredes viri iudicialiter interpellati,& condemnati,fue‑runt,& ſunt in mora reſtituendi. Nec mirum, quia maritus quando dos conſiſteret in bonia mobilibus, & non fuiſſet ſibi conſignata per vxorem,vel alios promiſſores,equè habebit vſu‑ras,& loco vſurarum intereſſe,ex reg.tex.in lege ſi § prꝑtereà, C.de iur. dot. & voluit Inn. in cap.per veſtras,§ 4.extrà de donat. quem refert, & ſequitur Surd.in tract.de alim.tit. 1.quæſt.41. n.16.fol.mihi 106. & dùm maritus , & vxor ad imparia nō iudicantur,ſecundùm Bar. in §. ſic itaque,n.1.auth.de nup.& in dict.§.prætetea,C. de iure dot.meritò & mulieri deberetur intereſ‑ſe,etiam quod non eſſet diſpoſitum per dictum §.exactio ſuperiùs allegatum.Concluſio hæc ſu‑periùs fundata procedit,quādo mobilia fuiſſent in dotem ſimpliciter promiſſa abſque æſtima‑tione,ſed vbi eſſent promiſſa cum conditione , quod æſtimētur,nullo alio declarato,Doctores dicunt,quod iſto caſu æſtimatio in dubio facit emptionem,& reddenda eſt æſtimatio, & non res,& dicunt,eſſe caſum in l.quoties,C.de iure dot.vbi hoc tenent Bal.& alii,& gloſ.communi‑ter approbata in l.ſi inter virum,eod. tit. vbi in‑quit Bal. quod dicto caſu vnus contractus oc‑cultatur,& alius exprimitur,quia occultatur cō‑tractus emptionis,& exprimitur contractus do‑tis,& cæteri manu tranſit de vno ad alterum,vt aliàs habetur in l.ſingularia, ff. ſi cer.pet.in l.ſi negotium,ff.mad.& in l.3.ff.de don.inter vir.& vxor.quos refert,& ſequitur Soc.conſ. 56. 1.vol. vbi enumerat multos caſus,quando res dotales æſtimatæ,vel inæſtimatæ redduntur eædem, vel pretium ipſorum,& conſuluit in ſeptimo caſu, quod quando ſimpliciter res eſt æſtimata,& ſic ſumus in dubio,an ſit data, vt faciat emptionē, vel non,& quomodo,quod tunc talis æſtimatio in dubio facit emptionem, & reſtituendum eſt pretium,ſiue æſtimatio,& hic non eſt caſus no‑ſter, quia iſta mulier non dedit in dotem res æſtimatas,ſed duc.mille in bonis mobilibus æſti‑matis,& ſic ſumus in claris, quod facit emptio‑nem,quia perindè habetur,ac ſi vendidiſſet bona pro mille,& ad mille maritus tenetur, ſicut em‑ptor tenetur ad pretium rei venditæ,toto tit.de act.emp.& nulli dubium eſt , quin emptor te‑neatur ad intereſſe pretii non ſoluti,ex reg.l.cu‑rabit,C.de act.emp.cum concordantibus, & ibi Do-

Doctores omnes, quia data re dotali æſtimata, vbi cautum non ſit de reddenda re, vel æſtimatione, ſed verba inſtrumenti dicant, quam dotē promiſit reddere, per ūt cantant verba noſtri inſtrumenti, pretium debesi præciſé, & non res, determinat Bal. in dict. l. quoties. n. 4. C. de iure dot. & in indiuiduo in muliere, cui reſtituenda eſt dos in nummis conſiſtens, quod debeatur intereſſe per hæredes mariti in mora conſtitutos, fundat Plot. in tract. de in litem iur. §. 11. nu. 24. verſ. primò fallit, vbi requirit interpellationem iudicialem, prout eſt in caſu noſtro, & teſtatur communem Grat. conſ. 56. viſis, num. 5. vol. 1. & voluere Alexand. Iaſ. Imol. & communiter Moderni in l. diuortio, ff. ſol. matrim. immò Plot. ibi num. 25. vult, quod hæredes iniuſtè litigantes, & recuſantes dotes nummis conſiſtentes, reſtituere teneantur mulieri ad totale intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, contra quos iurabit in litem, & ad hoc citat multos, quos breuitatis cauſa non tranſcribo. Ex quibus omnibus iure optimo fundatur decretum pro muliere latum, etiam reſpectu duc. 1000. ex cauſa mobilium debitorum exequi debere abſque vlla modificatione, vt ſuppleatur. Reliqua, &c. Franciſcus Lanritus V. I. D. Die 10. Nouembris 1603. Facto verbo per D. Fœlicem de Ianuario Reg. Conſil. & cauſæ Commiſſarium. Decreto S. C. prouiſum eſt, eſſe executioni demandandā ſententiam aſſiſtentiæ ſuper omnibus bonis quondam Io. Franciſci Pitera ad electionem Lauræ Zaccone, & deberi intereſſe pretii mobilium. Hoc ſuum, &c. Annibal Cæſarius Secretarius. Figliola Actuarius, fol. 454. à tergo dicti proceſſus. His addo Fontanellam de pactis nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 6. num. 12. & ſequentib. Thoro.

FINIS

Digitized by Google

C A T A L O G V S

OMNIVM AVTHORVM PRÆSTANTISSIMORVM Deciſiones Supremorum Tribunalium huius Regni Neapolitani afferentium in hoc Supplemento, alphabetico ordine digeſtus.

Alexander Trentacinquius I.C. *Aquilanus in ſuis Conſiliis.*
conſ.35.vol.2. verbo Auxiliator.
conſ.19.vol.2.verb.Contractus.
conſ.35.vol.2.verb.Donatio.
conſ.50.lib.1.verb.Dos.
conſ.26.lib.2.verb.Ius congrui.
conſ.28.lib.1.verb.Oblatio.
conſ.15.lib.2.verb.Pactum.
conſ.59.numer.5.libro 2.verbo pactum.
conſ.54.lib.1.verb.Præſcriptio.
conſ.71.lib.2.verb.Terminus.
conſ.26.lib.1.verb.Teſtes.
conſ.71.à num.2.ad finem lib.1. verb.Tranſactio.
Andreas Capanus I.C. *& Patritius Neapolitanus de Sedili Nido, in Tractatu de vita & militia, & poſt eius Tractatum in deciſionibus.*
In Tract. de Vita & militia poſt dictum Tractatum.
dec.7.poſt tract.verb.Actio.
dec.6.verb.Adhoa.
dec.2.verb.Capitulum.
dec.8.verb.Crimen.
dec.1.verbo Expenſæ, & verbo Filia.
dec.4.verb.Feudum.
dec.2.verb.Induleus.
dec.8.verb.Reclamatio.
dec.5.verb.Vita, & militia.
dec.3. verbo Vita, & militia. 1.& 2.
dec.4.verb.Vita,& militia.
dec.8.verb.Vita,& militia.
dec.9.verb.Vita,& militia.
dec.1.verb.Vita,& militia.
dec.2.verb.Vita,& militia.
In Tractatu de vita, & militia,
quæſt.2.verb.Subfeudatarii.
quæſt.6.verb.Vita,& militia.
Annibal.Moles I.C. *Neapolitanus, olim Præſidens R.C.S.inde Regens Regiam Cancellariam in deciſionibus manuſcriptis relatis ab aliis.*
Dec.25.verb.Abolitio.
& verb.Cauſæ.
quæſt 4.dec.5.verb.Functiones.
dec.27.verb.Vaſalli.
Idem in tit.de Regalibus.
quæſtion.4.verb.Vita,& militia. 1.& 2.
Baldaſſar ab Angelis I.C. *Neapolitanus, Iudex* M.C.V. *in criminalibus, in Additionibus ad Petrum Follerium in praxi criminali.*
rub.notat.cap. de perſona, n.47. verb.Ciues.
rub.ſtudeant ſe ornare, nu.226. verb.Officialis.
rub.fiat relatio, n.32.verbo Officialis.
rub.not.cap.de perſon. num.69. verb.Senex.
Camillus Laratha I.C. *olim Iudex* M.C.V. *in Theatro feudali.*
par.12.dilucid.76.n.28.verb.Vita, & militia.
Carolus de Tapia I.C.*Neapolitan. olim Regius Conſiliarius, inde Regens Regiam Cancellariam, Marchio Belmontis in ſuo Iure Regni par.7.*
par.7.tit.7.prag.2.col.2.verſ.quãtò autem.verb.Annus.
d.par.7.tit.7.prag.2.col.4.verbo Legatus.
d.par.7.tit.4.de Piſtor.prag.1.verbo Mercator.
Donatus Antonius de Marinis I.C. *in noua impreſſione ad quotidianarum reſolutionum volumen.*
cap.70.ſub num.33. verbo annui introitus.
cap.246.num.14. verb. Augmentum.
cap.303.verb.Banniti.
cap.259.verb.Colonus.
cap.322.nume.5.verbo.Compromitti.
cap.341.n.12.verbo Conductor.
cap.302.verb.Contractus.
cap.76.n.12.verb.Correus.
cap.289.verb.Curator.
cap.323.in fine, verb.Delictum.
cap.288.verb. Emptor.
cap.127.n.23.verb.Filius.
cap.270.n.7.verb.Filius.
cap.274.n.53.verb.Filij.
cap.314.verb.Foriudicari.
cap.268.numer.2.ad 8.verbo Iudex.
cap.284.n.1.ad 6.verb.Iudex.
cap.286.n.5.verb.Iudex.
cap.298.n.16.verb.Mater.
cap.276.verb.Mulier.
cap.275.verb.Mulier.
cap.291.verb.Pœna.
cap.298.n.15.verbo Promiſſio.
cap.48.n.7.verb.Remiſſio.
cap.54.n.2.verb.Remiſſio.
cap.186.n.2.verb.Remiſſio.
cap.310.verb.Salarium.
cap.311.verb.Salarium.
cap.312.verb.Salarium.
cap.330.n.3.verb.Terminus.
cap.342.verb.Vniuerſitas.
ca.347.n.9.ver.Vſusfructus.1.& 2.
Fabius Capycius Galeota I.C.*Neapolitanus, ac Patritius ex Capuano Sedili, olim Regius Conſiliarius, & Præſid.* R.C.S. *nunc Regens Regiam Cancellariam, & Dux Rhegina, in controuerſiis illuſtribus, ac reſponſis Fiſcalibus.*
Controuerſ. tom.1.
In dec.ad contr911ou.53.in 3.art.n. 48.& 49.verb.Adhoam.
dec.162.ad contr.64.& 65.verbo Anteſatum.
dec.53.in 3.attic.num.41. verbo Baro.
ibi ſub n.56.verb.Baro.
dec.53.in 5.art.n.24.& 25.verb. Domanium.
In dec.ad controu.53.in 4.art.n. 9.verb.Pretium.
Idem in calculo deciſionum
tom.2.num.8.fol.576. verb Aſſecuratione.
ad contro.64.& 65.fol.573.verb. Aſſiſtere.
tom.2.ad controuerſ.64.& 65. n.13.

Digitized by Google

n.13.verb.Intereſſe.
ad controu.53.art.3.n.44.tomo 1. verb.Iuriſdictio.
ad eundem artic.4. num. 8. verb. Licitator.
ad controu.64.& 65.num.9.verb. Sententia.
ad controu.53.nu.2.& ſeq. verbo Terminus.
ibidem art.5.n.29.verb. Vendi.
ibidem n.15.& 16.verbo Venditio.
ibidem n.4.& 5.verb.Venditio
controu.28.verb. Aeſtimatio.
contron.14.ad 18.verb. Agnatus.
controu.6.n.44.verb.Alimenta, 1.& 2.
controu.39.verb. Arbiter.
contr.8.verb. Articulus.
contron.14.num.44.& 45. verbo Aſſenſus.
controu.24.num. 26. verbo Aſſiſtentia.
controu.43. in fine, verbo Aſſiſtere.
contrtou.53.& 54.num.14.verbo Baro.
contron.17.num.34.verbo Bona aſcendentis.
controu.24.n.24.verb.Cauſa.
ibidem n.25.verb.Cauſa.
controu.8.verb. Conceſſio.
contro.25.verb.Conceſſio.
contrtou.53.verb.Conceſſio.
controuerſ.56.verbo Creditor.1. & 2.
contron.19.& 20.verb.Deſertio.
controu.28.verb.Dominium.
contron.10.num.38.& 54. verbo Dotes.
contron.19.n.4.verb. Fatalia.
controu.6.verb.Fideiuſſio.
controu.24.nu.37.verb. Immiſſio 1.& 2.
controu.12.verb.Mulier.
controu.13.verb.Mulier.
controu.58.verb.Nullitas.
controu.53.art.3.num.6. verbo Oblatio.
controuerſ.61.& 62.verb. Poſſeſſorium.
controuerſ.18.verb.Pragmatica.
controu.14.n.44.& 45.verb.Priuilegium.
controuer.33. deciſ.2. verbo Remiſſio.
controu.34.verb.Subſtitutus.
contron.22.n.35.verb. Succeſſor
controu.9.verb. Terminus.
controu.24.n.32.verb.Vxor.

Tom. 2.

contron.17.verb.Agnati.
controu.15.verb.Alimenta.
controu.4.n.49.verb.Articulus.
controu. 64.& 65. verbo Aſſecuratio.
controuerſ.4.num.49.verbo Aſſiſtentia.
controu.54.verb.Augmentum.
controu.67.verb.Baro 1.& 2.
controu.24.25.& 26. verbo Bona remanſa,& verb.Cauſa.
ibidem n.51.verb.Cauſa.
ibidem n.1.verb Cauſa.
controu.67. ſub num. 25. verbo Ciues.
controu.22.à n.1.ad 35.verb. Cõtributio.
controu.38.verb.Debitor.
controu.19.verb.Emphyteuſis.
controu.33.verbo Exceptio.
controu.34.verb.Exceptio.
controuer.54.num.53. verbo. Exceptio.
contron.33.in 2.dec.verbo Expeditio.
contr.1.2.& 3.verb.Feuda.
contr.47.48.49.& 50. verb. Fideicommiſſum.
controu.35.num.33.& 47. verb. Fructus.
controu.18.ſub num.21.verb.Immunitas.
controu.55.verb.Immunitas.
contr.16.ſub num.24. verb.Intereſſe.
contr.57.verb.Iudex.
contr.45.verb.Iudices.
contr.13.verb.Iura.
contr.44.verb.Legatum.
controuerſ.28.& 29.verb. Mandatum.
contr.52.verb.Molendinum.
contr.63.verb. Mulier.
contr.68.verb. Mulier.
contr.16.num.24.& 26. verb.Paragium.
ibidem numer. 25. verb. Paragium.
controuerſ.16.numer. 15. verbo Portio.
contr.36.verb.Socer.
contr.17.num.64.& 65.verb. Solutiones.
contr.53.verb.Terminus.
contr.45.verb.Tertius.
contr.56.verb.Tertius.
contr.32. verb. Teſtamentum.
contr.42.verb.Vaſalli.

Idem in Reſponſis Fiſcalibus.

reſp.30.à num.4.ad 8.verb.Aduocatus.
reſp.12 num.315. ad 318. verbo Agnati.
reſp.3.verb.Amita.
reſp.29.dec.4.n.13.verb.Articuli.
reſp.2.n.46.verb.Augmentum.
reſp.13. in fine, verbo Bona capta.
reſp.12.n.416.verb.Conceſſio.
reſp.29.dec.3.num.21.verb.Conſenſus.
reſp.6.& 7.n.20.verb.Creditor.
reſp.16.n.44.verb.Creditor.
reſp.17.num.26.& 27. verb. Deductio.
reſp.23.& 30. verb. Domanialia.
reſp.24.n.75.verb. Amentes.
reſp.26.verb.Emptor.
reſp.29.dec.2.num.28.verbo Emptor.
reſp.18.num.48. verbo Excomputum.
reſp.17.verb. Excomputum.
reſp.20 verb.Exemplum.
reſp.29. numer.92.& 94. verbo Fiſcus.
reſp.1.in diſſet.n.92.95.& ſeqq. verb.Immunitas.
reſp.1.n.89.verb.Miles.
reſp.30.à num.75. ad 116.verb. Nullitates.
reſp.12.verb.Officia.
reſp.1.in differ.num.71. verb.Officialis.
reſp.21.verb.Officialis.
reſp.1.in differ.n.86.& 87. verbo Officialis.
ibidem num.121.verb. Officialis 1.& 2.
reſp.19.n.17.verb.Officialis.
reſp.2.n.59. verb. Officialis.
reſp.11.n.27.verb.Officiales.
reſp.1.in differt.num.127. verbo. Pactum.
reſp.18.ſub num.41.ver.Pactum.
reſp.15.verb.Pactum.
reſp.1.in diſſer.num.124. verb. Pœna.
reſp.29.n.19.verb.Prælatio.
ibi dec.2.num.14.ad 21.& dec. 4.num.14.ad 19. verbo Prelatio.
reſp.24.numer.1.ad 15.verb.Pretium.
reſp.29.deciſ.3.num.20.verb.Pretium.
reſp.28.verb.Princeps.
reſp.29.dec.2. nu.10.ad 13. verb. Reclamatio.
reſp.1.in differ.num.121. verbo Remiſſio.
ibi n.113.ver.Remiſſio.
ibi n.174.verb. Remiſſio.
ibi n.131.verb.Remiſſio.
ibi n.71.verb.Salarium.
ibi numer.93. verb. Theſaurarius.
reſp.2.num.50. verbo Salarium. 1.& 2.
reſp.13.n.415.uerb. Sequeſtrum.
reſp.30.n.74.uerb. Terminus.
reſp.24. numero 50. uerbo Vniuerſitas.

Felix de Rubeis olim Regius Conſiliarius in apoſtilla manuſcripta ad Andream de Iſernia

uerb.Primogenitus.

D. *Ferdinandus Arias de Meſa I.C. Hiſpanus nobiliſſimus,* Re*gius Conſiliarius, ac primarius Moderator Studii Neap in variis Reſolutionibus.*

Var.

Digitized by Google

Var. Reſol. lib. 1.
cap.49.num.28.& 29.uerb. Aeſtimatio.
cap.36.n.26.uerb Ceſſio.
cap.19.n.6.uerb. Debitor.
cap.49.n.3.verb. Dominua.
cap.20 ſub numer. 14. uerbo Intereſſe.
cap.49. num.26.uerb. Prælatio.

Lib. 2.

cap.33.n 21.uerb. Clauſula.
cap.41.n.22.uerb. Debitor.
cap.38.n.1.uerb. Heres.
cap.33.n 6.uerb Hypotheca.
cap 3.n.11.uerb. Iudex.
cap.13.neib. Pragmatica.
cap.19.ueib. Pragmatica.
cap. 33. nume. 22. uerbo Renunciatio.

Lib. 3.

cap.36.n.17.uerb Conditio.
cap.45.uerb. Debitor.
cap.28.à num.5.ad 6.uerb. Diuiſio.
cap 1.n.31.uerb. Filius.
cap. 10.n.5.uerb. Læſio.
cap.37.nume.14. & 21. uerbo Pater.
cap.44.n.27.uerb. Pecunia.
ibi nume..19.ad 23.uerbo Reſtitutio.
cap.4.n.24.uerb. Reſtitutio.
cap.16. n.14.uerb. Verba.

Franciſcus Reuertterius I.C. Hiſpanus olim Præſidens R.C.S. inde Regens Regiam Cancellariam in ſuis Deciſionibus manuſcriptis ab aliis relatis.

dec.58.uol.4 uerb. Actio.
dec.45. num. 7. uol. 1. uerbo Capitulum.
dec.17.uol.1.uerb. Clerici.
dec.80.uol.1.ueib. Crimen.
dec.11.uol.5. uerb. Crimen.
dec.4.uol.2.uerb. Feudum.
dec.1.uerb. Filia.
dec.45.nu.1. uerb. Indultus.
dec.51.lib.4.uerb. Legitima.
dec.21.uol.5.uerb Reclamatio.
dec.80.uol.1.uer. Vita, & milit.1.2
dec.5.uol.2.n.2.uerb. Vita, & militia.
dec.5.uol.2.uer. Vita, & militia
dec. 11. uolum. 5. uerbo Vita, & militia.
dec.606.uum 5.uerb. Vita, & militia.

Hector Capycius Latro I.C. Neapolitanus, ac Patritius ex Capuano Sedili, Regius olim Conſiliarius nunc Regens Reg Cancell. & Marchio Torellæ in ſuis Conſultationibus.

Tom.1. Conſultationum.

conſul.7.uerb. Agere.
ibi n.240.uerb. Alimenta.
conſul.52. in princip. uerb. Alienatio.
conſul. 25. in fine, uerbo Anteſatum.
conſul.80. nume. 40. uerb. Aſſiſtentia.
conſul.51.uerb. Auus.
conſul.48.uerb. Baro.
conſul.66.uerb. Baro.
conſul. 116.num.51. uerb. Bonatenentiam.
conſul.2. uerb. Conceſſio.
conſul.3.uerb. Conceſſio.
conſul.11.uerb. Contractus.
conſul.16.uerb. Contractus.
conſul.35.uerb. Contractus.
conſul.70.uerb. Contractus.
conſul.102.uerb. Conuentio.
conſul.29.uerb. Creditor.
conſul.56.uerb. Creditores.
conſul. 41. uerb. Damnum.
conſul.64. uerb. Dominua.
conſul.46.numer. 24. uerbo Donatio.
conſul.46.uerb. Donatio.
conſul. 30. uerbo Exceptio 1. & 2.
conſul.40 uerb. Excomputum.
conſul. 32. uerbo Fideicommiſſum.
conſult. 85. uerb. Fideicommiſſum.
conſul.53. uerb. Fideiuſſor.
conſul.79.& 46. uerbo Filij nati.
conſul.65.n.28 uerb. Fiſcus.
conſul.18.uerb. Interceptum.
conſul.1 uerb. Intereſſe.
conſul.7 uerb. Intereſſe.
conſul 18.num.5. & 6. uerb. Iudicium.
conſul.71.n.66.uerb. Legata.
conſul.21.uerb. Mandatarius.
conſul.6.n.140.uerb. Mater.
conſul.25. uerb. Meliorationes.
conſul.59.uerb. Molendinum.
conſul.17.uerb. Mulier.
conſul.56.uerb. Mulier.
conſul.51.num.2.11. & 12. uerb. Mulier.
conſul.12.uerb. Nobilis.
conſul.12.n.3. uerb. Nobilis.
conſul.5.n.23.uerb. Oblatio.
conſult.16.numero 9.uerb. Obligatio.
conſultat.47.numer.32.uerb. Officialis.
conſul.62.uerb. Officialis.
conſul.25.uerb. Paragium.
conſul.1.uerb. Pœna.
conſul.66.à num.27.ad 30.uerbo Poſſeſſio.
conſul.69.uerb. Procurator.
conſul.55.uerb. Remiſſio.
conſul.65.uerb. Remiſſio.
conſul.25.uerb. Tempus.
conſul.22.uerb. Territorium.
conſultat.14 & 15. uerb. Teſtamentum.
conſul.4.verb. Teſtes.

Tom. 2.

conſul.83.uerb. Affidare.
conſul.138. uerb. Anteſatum.
conſul.88.uerb. Appellatio.
conſul.141. uerb. Baiulatio.
conſul.133.uerb. Baro.
conſul.115.uerb. Beneficium.
conſul.158.uerb. Cauſa.
conſultat.103. numer.17. uerbo Clericus.
conſul.89.uerb. Creditor.
conſul.95.verb. Creditor.
conſul.117.numer.34.uerb. Creditor.
conſul.84.uerb. Creditores.
conſul.104 uerb. Debitor.
conſul 150.uerb. Decoctio.
conſul.137. uerb. Donatio.
conſul.127 uerb. Dos.
conſul.139. num.55.ad 60. uerbo Emptiones.
conſul 142.uerb. Excuſſio.
conſul.148.uerb. Excuſſio.
conſul.131.uerb. Executio.
conſul.157.uerb. Extractio.
conſul.131.n. 54. uerb. Filia.
conſul.78.uerb. Immiſſio.
conſul.140.uerb. Immiſſio.
conſul.147. uerb. Immiſſio.
conſul.98.uerb. Ius congrui.
conſul.122.uerb. Legitima.
conſul.143.uerb. Legitima.
conſul. 146. uerb. Literæ.
conſul.91.uerb. Mulier.
conſul.69.uerb Mulier.
conſul.128.num.41.& ſeqq.uerb. Nobiles.
conſul.116.uerb. Nouum opus.
conſul.145.uerb. Officialis.
conſul.119.uerb. Pater.
conſul.128.uerb. Reintegratio.
conſul 150.uerb. Remiſſio.
conſul.145.uerb. Reſcriptum.
conſul.100.uerb. Reſtitutio.
conſul.36.uerb. Salarium.
conſul.99.uerb. Separatio.
conſul.109.uerb. Seruitus.
conſul.101.uerb. Suſpectus.
conſul.151.uerb. Tranſactio.

Horatius Montanus I.C. Neapolitanus in ſuis Controuerſiis.

contr.26 n 7.uerb. Aſſenſus.
contr.82.uerb. Aſſenſus.
contr.41. uerbo Bona fideicommiſſo.
contr.4.num.8.uerb. Cautio.
contr. 75 ſub numero 20, uerbo Cenſus.
contr.64.num.9.uerb. Ceſſio.
contr.60.n.1.uerb. Ceſſio.
contr. 27. ſub numer. 5. uerbo Creditores.
contr.44.uerb. Debitor.
contr.48.in princ.uerb. Dotes.
contr.31. numero 10. uerb. Eccleſia.

contro.3. numero 10. verbo Emphyteutica.
contr.49. numero 9. verbo Executio 1.2.
contr.41. verbo Fideicommiſſum.
contr.42. verbo Filia.
contr.39. verbo Filiusfam.
contr.71. verbo Indultus.
contr.75. ſub numero 10. verbo Laudemium.
ibi n.11. verbo Laudemium.
ibi n.14 verbo Laudemia.
contr.48. numero 7. verbo Legitima.
contr.5. ſub n. 16. verbo Litera.
contr.60. n.2. verbo Luctum.
contr.5. verbo Maritus.
contr.11. numero 2. verbo Monaſterium.
contr.4. ſub numero 8. verbo Mulier.
contr.28. n.2. verbo Neptis.
contr.30. n.24 verbo Nobiles.
contr.52. verbo Piorex.
contr.1. n.35. verbo Proximitas.
contr.72. verbo Reuiſſio.
contr.9. numero 6. verbo Renunciatio.
contr.55. numero 5. verbo Reſtitutio.
controuerſia 78. verbo Reuocatio.
contr.29. verbo Sequeſtrari.
contr.79. verbo Terminus.

Idem.

In l. Imperialē de proh. feud. alien. verbo Releuium.

Horatius Perſius I.C.

conſ. ciuil. 15. ſub numero 1. verb. Adiutorium.
conſ. ciuil. 9. verbo Creditor.
conſ. 2. verb. Neptis.
conſ. crim. vltimo, verbo Liquidatio.

Ioannes Aloyſius Riccius I.C. *Neapolitanus ac Patritius ex Sedile Nidi, Epiſcopus Vici Equenſis in ſuis collectaneis.*

collect. 3339. par. 8. verb. Adiutorium 1.2. & 3.
collect. 4129. in fine, p. 9. verb. Arma.
collectan. 2963. part. 7. verbo Baro.
collectan. 4206. parte 9. verbo Baro.
collectan. 4012. parte 9. verbo Baro.
collectan. 4194. parte 9. verbo Baro.
collect. 2498. par. 7. verbo Creditores.
collectan. 3109. par. 7. verbo Doctores.
collect. 4211. p. 9. verbo Feneſtræ, & ibidem verbo Feneſtras.
collect. 3216. p. 8. verbo Mater.
collectan. 3963. in fine, par. 9. ver. Nullitates.
collectan. 2963. parte 7. uerbo *Pœna*.
collectan. 3119. par. 7. uerbo *Præſcriptio*.
collectan. 4118. par. 7. uerbo Principalis.
collectan. 3195. par. 7. uerbo Priuilegia.
collectan. 3563. par. 8. uerbo Procedi.
collectan. 2627. par. 7. uerbo Reconductio.
collectan. 2985. parte 7. uerbo Remiſſio.
collect. 4200. p. 9. uerbo Scalas.
collect. 2963. p. 7. uerbo Sententia.
collect. 3555. p. 8. uerbo Valor.
collectan. 4211. parte 9. uerb. Vicinus.

Ioannes Angelus Piſanellus I.C. *Neapolitanus.*

In Additione manuſcripta ad dec. 2. Capyc. verbo Legitima.

Ioannes Antonius Lanarius I.C. *ac Regius Conſiliarius, deinde Regens Reg. Cancellariæ, & Præſ. S.C. Comes Sacchi.*

conſ. 29. uerbo Offerri.

Ioannes Baptiſta Hodierna I.C. *Neapolitanus in Additionibus ad poſtremam editionem ad Deciſiones Io. Petri Surdi* I.C. *Mantuani.*

dec. 261. n. 6. uerbo Abſolutus.
dec. 143. ſub numero [illegible] uerbo Appellatio.
dec. 64. n. 1. uerbo Cenſus.
dec. 117. n. 21. uerbo Compēſatio.
dec. 306. n. 5. uerbo Creditor.
dec. 10. n. 8. uerbo Dominium.
dec. 62. à numer. 97. ad 100. uerbo Dos.
dec. 32. uerbo Emptor.
dec. 155. uerbo Emptor.
dec. 176. n. 6. uerbo Expeditio.
dec. 9. n. 39. uerbo Filia.
dec. 110. n. 18. uerbo Inſtantia.
dec. 240. n. 19. uerbo Intereſſe.
dec. 3. n. 47. uerbo Laudemium.
dec. 93. in fine, uerbo Laudemiū.
dec. 45. ſub numero 19. uerb. Laudemia.
dec. 144. uerbo Legatum.
dec. 65. n. 27. uerbo Liquidatio.
dec. 48. n. 15. uerbo Mater.
dec. 86. n. 3. uerbo Mulier.
dec. 65. n. 24. uerbo Pœna.
dec. 26. numero 15. uerbo Recōueniri.
ibi n. 26. uerbo Reconuentio.
dec. 26. ſub numero 26. uerb. Remiſſio.
dec. 49. numero 5. & 6. uerbo Societas.
dec. 144. numero 5. uerbo Subſtitutio.
dec. 293. numero 13. uerbo Teſtamentum.

Ioannes Baptiſta de Thoro I.C. *Neapolitanus, Operis Auctor, ac Almi Collegii Neapolitani Collega.*

uerbo Accuſare.
uerbo Acta iudiciaria.
uerbo Actor.
uerbo Actorum Magiſtrum.
uerbo Actuarius.
uerbo Adhoa.
uerbo Aditio.
uerbo Adiudicatio 1.2.3.
uerbo Admiſſio.
uerbo Adoptare.
uerbo Aerarius.
uerbo Aeſtimatio.
uerbo Affictatores.
uerbo Agnatus 1. 2.
uerbo Alimenta 1.2.3.
uerbo Animalia 1.2.3.
uerbo Annui redditus.
uerbo Antefatum 1. & 2.
uerbo Apoca 1.2.3.4. & 5.
uerbo Appellatio 1.2.3.4.
uerbo Apprecium 1. & 2.
uerbo Arma.
uerbo Arrendatores.
uerbo Aſſenſus 1.2.3.
uerbo Aſſiſtentia 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. & 13.
uerbo Attentatum.
uerbo Audientia teſtium.
uerbo Auth. res, quæ.
uerbo Banna.
uerbo Baro 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10. & 11.
uerbo Beneficia.
uerbo Bona immobilia.
uerbo Bona nouiter.
uerbo Bona antiqua.
uerbo Bona tenentes.
uerbo Brachium ſæculare.
uerbo Capanæ.
uerbo Carcerati.
uerbo Caupona.
uerbo Cedens.
uerbo Ceſsionarius 1. 2.
uer. Ciuis Neapolitanus 1. 2. 3. 4.
uerbo Citatio.
uerbo Ciuis.
uerbo Ciuis allectus.
uerbo Clericus.
uerbo Collatio.
uerbo Collectæ.
uerbo Coloni.
uerbo Compenſatio 1.2.3.4.5.6.7.8.
uerbo Compromittere.
uerbo Compromiſſum 1.2.3.
uerbo Conceſsio.
uerbo Concluſio.
uerbo Condemnatus.
uerbo Conditio.

uerbo

verbo Confeſſio.
verbo Conſenſus.
verbo Contractus 1.2.3.4.
verbo Contumaci.
verbo Copia reſcripti.
verbo Creditor 1.2.3.4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13.14.15.16.17.
verbo Curator.
verbo Debitum.
verbo Debita.
verbo Debitor 1.2.3.
verbo Debitores.
verbo Decima.
verbo Decoctio.
varbo Defenſiones.
verbo Delegatio.
verbo Depoſitio principalis 1. & 2.
verbo Depoſitarius.
verbo Depoſitum 1.2.3.4.
varbo Deſertio.
verbo Dilatio.
verbo Diſpoſitio.
verbo Diuiſio 1.2.
verbo Doctor Regnicola 1.2.
verbo Dominium.
verbo Donatarius.
verbo Donatio 1.2.3.4.5.6.7. & 8.
verbo Dos 1.2.3.
verbo Dotes.
verbo Dotare.
verbo Electio 1.2.3.& 4.
verbo Emolumenta 1.& 2.
verbo Emphyteuta.
verbo Emptor feudi 1.2.
verb.Epiſcopus.
verbo Error calculi.
varbo Euictio 1.2.
verbo Exactio.
verbo Exceptio 1.2.3.4.5.6.7.
verbo Exceptiones 1.2.
verbo Excuſſio 1.2.
verbo Executio 1.2.3.4.5.6.
varbo Executores.
verbo Expeditio.
verbo Expenſæ.
verbo Expenſas.
verb. Exteri.
verbo Extractio.
verbo Falſarius.
verbo Falſitas 1.2.
verbo Feudum.
verbo Fida.
verbo Fideicommiſſum 1.2.3.4.
verbo Fideiuſſio 1.2.
verbo Fidaiuſſor 1.2.3.
verbo Filia 1.2.3.
verbo Filius 1.2.
verbo Filiusfam. 1.2.
verbo Forma.
verbo Frater.
verbo Fructus 1.2.3.4.
verbo Gabella 1.2.3.
verbo Gabelloti 1.2.3.
verbo Graduati.
verbo Guidaticum.
verbo Guidatus.
verbo Hæres 1.2.3.4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13.14.15.16.17.
verbo Identitas.
verbo Immiſſio.
verbo Immunis.
verbo Immunitas 1.2.3.
verbo Immunitate.
verbo Inditia.
verbo Inhibitoriæ.
verbo Inquilinus.
verbo Inſtantia cauſę.
verbo Inſtrumentum 1.2.3.4.5. 6.7.
verbo Intereſſe 1.2.3.4.5.6.7. 8.9.
verbo Inuaſor.
verbo Inuentarium.
verbo Iocalia.
verbo Iudex 1.2.
verbo Iudices.
verbo Iudicium.
verbo Iudicium.
verbo Iuriſdictio.
verbo Ius congrui 1.2.
verbo Ius Fundaci.
verbo Ius quærulandi.
verbo Ius Tapperi.
verbo Laudemium 1.2.3.4.5. & 6.
verbo Laudemia.
verbo Laudum 1.2.
verbo Lectus.
verbo Legatarius.
verbo Legatum 1.2.3.4.5.6.7.8. & 9.
verbo Legata.
verbo Legitima 1.2.
verbo Legitimæ ſupplementum.
verbo Libellus.
verbo Libri impreſſi.
verbo Ligna.
verbo Liquidari 1.2.3.4.5.6.
verbo Liquidatio 1.2.3.4.5.
verbo Locatio.
verbo Locator 1.2.3.
verbo Magiſter Actorum 1.2.
verbo Magiſtri Actorum 1.2. & 3.
verbo Magna Curia 1.2.
verbo Maior pars.
verbo Manuteneri 1.2.3.
verbo Manutentio.
verbo Maritus.
verbo Mater 1.2.3.
verbo Medietas.
verbo Meliorationes.
verbo Menſura.
verbo Meretrix.
verbo Miles 1.2.
verbo Minor.
verbo Molendinum.
verbo Monaſterium.
varbo Monetæ.
verbo Monopolium.
verbo Mulier 1.2.
verbo Mutuans 1.2.
verbo Neapolitani.
verbo Nepos 1.2.3.
verbo Nepotes.
verbo Neptis.
verbo Neptes.
uerbo Nobilis 1.2.3.4.
uerbo Nominatio 1.2.3.
uerbo Nouatio.
uerbo Nullitas 1.2.3.
uerbo Nullitates 1.2.3.4.5. & 6.
uerbo Officialis 1.2.3.4.
uerbo Onera
uerbo Originale.
uerbo Pactum 1.2.3.4.
uerbo Pandectarius.
uerbo Paragium 1.2.3.
uerbo Pater 1.2.3.4.
uerbo Pecunia data.
uerbo Penſio.
uerbo Piſcari.
uerbo Pœna pro animalibus.
uerbo Pœna 1.2.3.4.5.
uerbo Poſſeſſio.
uerbo Procedere.
uerbo Præferri 1.2.3.4.
uerbo Prelatio 1.2.3.4.5.
uerbo Præſentia.
uerbo Præuentio.
uerbo Pragmatica.
uerbo Pretium.
uerbo Probationes.
uerbo Proceſſus.
uarbo Procurator 1.2.3.
uerbo Promiſſio 1.2.
uerbo Promittens.
uerbo Proteſtatio.
uerbo Proximiori.
uerbo Publicatio.
uerbo Puniri.
uerbo Quartariæ.
uerbo Quietatio 1.2.3.
uerbo Rationes.
uerbo Reclamatio.
uerbo Reconuentio 1.2.
uerbo Reemere.
uerbo Releuium.
uerb. Remedium 1.2.
uerbo Remiſſio 1.2.3.4.5.6.7.8. 9.10.11.12.13.14.15.16.17. 18.19.20.21.22.23.24.25. & 26.
uerdo Remitti.
uerbo Renunciatio.
uerbo Reponi.
uerbo Repulſa.
uarbo Res empta.
uerbo Reſiduum.
uerbo Reſtitutio 1.2.3.4.5.6.7.8. 9.10.
uerbo Retentio 1.2.3.4.
uerbo Reuariatio.
uerbo Reuendere 1.2.& 3.
uerbo Reuiſio 1.2.3.4.
uerbo Reuocatio.
uerbo Reus 1.2.3.
uerbo Salarium 1.2.3.4.
uerbo Secundogenitus 1. & 2.
uerbo Senex.

verbo Sententia 1.2.4.5.
verbo Sententiæ.
verbo Sequeſtrum 1.2.& 3.
verbo Seruitium.
verbo Sindicus.
verbo Sindici.
verbo Sodomita.
verbo Solutio 1.2.3.4.5.& 6.
verbo Solutiones 1.2.
verbo Soror.
verbo Spoliatus.
verbo Stuprator.
verb. Subditus
verbo Subingreſſio
verbo Subſtitutio 1.2.
verbo Suſpectus 1.2.& 3.
verbo Suſpitio 1.2.3. & 4.
verbo Tempus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
verb. Tertius 1.2.
verbo Teſtamentum 1.2.
verbo Teſtis
varbo Teſtes
verbo Tortura
verbo Tranſactio.
verbo Tutor 1.& 2.
verbo Vaſalli 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.& 12.
verbo Vendi 1.2.
verbo Venditio 1.2.3.
verbo Vicinus 1.2.3.4.
verbo Vnio Aulariorum.
verbo Vniuerſitas.
verbo Vſu-fructus 1.2.
verbo vxor 1. 2.
verbo vxori.
Ioannes Franciſcus Sanfelicius I.C. Neapolitanus, Patritius ex Sedili Montanee, olim Iudex vtriuſque Vicariæ, Fiſci Patronus, inde Regius Conſiliarius, nunc Regens Regiam Cancellariam in ſuis Deciſionibus.
dec. 33. ſub numero 1. uerbo Abſentia.
dec. 138. num. 1. ad 5. verbo Abſolutus.
dec. 308. verbo Actio.
dec. 72. verbo Actiones.
dec. 45. verbo Actuarius.
dec. 165. num. 5.& 6. verbo Adminiſtratio.
dec. 266. verbo Adulter, & verbo Adultera.
dec. 78. verbo Aduocatus.
dec. 108. uerbo Aeſtimatio.
dec. 254. uerbo Affines.
dec. 100. 103. 105. & 111. uerbo Agnatus.
dec. 203. uerbo Alimenta.
dec. 323. uerbo Alimenta.
dec. 157. uerbo Apoca.
dec. 58 uerbo Apocam.
dec. 240. uerbo Apotheca.
dec. 33. uerbo Appellare.
dec. 311. uerbo Appellari.
deciſion. 261. uerbo Appellatio.
dec. 317. & 63. n. 38. uerbo Appellatio.
dec. 91. uerbo Appallatio.
dec. 93. uerbo Appellatio.
dec. 94. uerbo Appellatio.
dec. 118. uerbo Appretium.
dec. 275. uerbo Arbitrium.
dec. 256. uerbo Arma.
dec. 43. uerbo Arma.
deciſion. 295. uerbo Arrendatores.
deciſ. 34. uerbo Aſcendens.
dec. 319. uerbo Aſſecuratio.
deciſion. 162. uerbo Aſſecuratores.
dec. 116. uerbo Aſſiſtentia.
dec. 215. uerbo Audientia.
dec. 205. uerbo Aula.
dec. 199. uerbo Authentica res, quæ.
dec. 8. uerbo Baro.
deciſion. 10. numero 4. uerbo Baro.
deciſion. 63. numero 31. uerbo Baro.
dec. 68. uerbo Baro.
dec. 244. uerbo Baro.
dec. 322. uerbo Baro.
dec. 65. uerbo Baro.
dec. 143. uerbo Beneficium.
dec. 145. uerbo Beneficium.
dec. 157. uerbo Birruarij.
dec. 56. numero 29. uerbo Blaſphemator.
deciſion. 243. uerbo Bona Monaci.
deciſion. 57. uerbo Bona acquiſita.
dec. 64. numero 10. uerbo Brachium.
dec. 250. uerbo Capitanei.
dec. 99. ſub numer. 25. uerbo Capitula.
dec. 153. uerbo Carceratus.
dec. 186. uerbo Carcerati.
dec. 128. uerbo Caupona.
dec. 4. numero 16. uerbo Cauſa.
dec. 17. uerbo Cauſa.
deciſion. 63. numero 34. uerbo Cauſa.
dec. 70. uerbo Cauſa.
dec. 239. uerbo Celebrans.
dec. 169. uerbo Cedens.
dec. 181. numero 10. uerbo Ceſſionarius.
dec. 312. numero 4. uerbo Ceſſionarius.
dec. 141. uerbo Citari.
dac. 225. numero 8. uerbo Citatio.
dec. 235. uerbo Citatio.
dec. 301. uerbo Citatio.
dec. 214. uerbo Citatus.
dec. 71. uerbo Citatus.
deciſion. 74. numero 6. uerbo Ciuilitas.
dec. 75. uerbo Ciues.
deciſion. 259. in principio, uerbo Clericatus.
dec. 220. uerbo Clericus.
deciſion. 230. numero 5. uerbo Clericus.
dec. 305. uerbo Clericus.
deciſion. 210. uerbo Clericus 1. & 2.
dec. 247. uerbo Clericus.
dec. 12. uerbo Clericus.
dec. 13. uerbo Clericus.
dec. 14 uerbo Clericus.
dec. 15. uerbo Clericus.
dec. 262. uerbo Clericus.
dec. 66. uerbo Cognitio.
deciſion. 307. & 110. uerbo Cohæredes.
dec. 156. uerb. Comparatio.
dec. 310. uerb. Commiſſarij.
dec. 53. numero 40. uerbo Componi.
dec. 271. uerbo Condemnatus.
dec. 89. numero 7. uerbo Condēnatus.
dec. 193. uerbo Conditio.
dec. 194. uerbo Conditio.
dec. 238. uerbo Confeſſio.
dec. 57. numero 6. & 7. uerbo Cōfeſſio.
dec. 228. uerbo Confeſſus.
dec. 234. uerbo Confeſſus.
dec. 252. uerbo Confeſſus.
dec. 219. uerbo Conſeruatoria.
dec. 223. uerbo Conſiliarij.
dec. 67 uerbo Conſiliarij.
dec. 188. uerbo Conſuetudines.
dec. 190. uerbo Contractus.
dec. 148 uerbo Contractus.
dec. 135. uerbo Conuenticula.
dec. 213. à numero 1. ad 6. uerbo Creditrix.
dec. 268. uerbo Creditor.
dec. 114. uerbo Creditor.
dec. 113. uerbo Creditor.
dec. 132. uerbo Creditor.
dec. 119. uerbo Creditor.
dec. 207. uerbo Curator.
deciſ. 47. numero 7. & 8. uerbo Cuſtos.
deciſ. 46. numero 10. uerbo Cuſtodes.
dec. 117. uerbo Debitor.
dec. 187. uerbo Debitores.
dec. 41. uerbo Delegatio.
deciſ. 286. numero 6. uerbo Delinquens.
dec. 47. uerbo Delinquens.
deciſion. 22. numero 4. uerbo Depoſitio.
dec. 300. uerbo Denunciatio.
dec. 9. uerbo Denunciatio.
dec. 221. uerbo Deſertores.
dec. 279. uerbo Dies.
dec. 306. uerb. Dilatio.
deciſion. 22. numero 4. uerbo Dilatio.
dec. 214. uerbo Diſtrictus.
deciſion. 190. numero 7. uerbo Doctor.

Digitized by Google

dec.308.verb.Domus.
dec.192.verbo Donatio.
dec.200.verbo Donatio.
dec.128.verb.Donatio.
dec.135.verbo Electi.
dec.63. verbo Electio.
dec.149.verbo Electio.
deciſion. 135. numero 21. verbo Electio.
dec.274. verbo Electio.
dec.134. verbo Electio.
dec.288.verbo Eligendi.
dec.278. verbo Eligens.
dec.179. verbo Eligentes.
dec.318.verbo Emptor.
dec.22.verbo Emptor.
dec.152.verbo Exceptio.
dec.229.verbo Exceptio.
deciſ.55.numero 21,verbo Exceptio.
dec.31.verbo Excuſator.
dec.32.verbo Excuſator.
dec.204.ſub numero 7.verbo Excuſſio.
dec.182.verbo Exemplum.
dec.183.verbo Exemplum.
deciſ.312. numero 5. verbo Executio.
deciſio.92.nnmero 4. verbo Executio.
dec.44. numero 2.verbo Eximens 1.& 2.
dec.286. numero 3. verbo Extractus. 1. 2.
dec.285. verbo Exulatus.
dec.27.verbo Faber.
dec.59.verbo Fabricans.
dec.60.verbo Falſum.
deciſion.61. numero 13. verbo Falſum.
dec.249.verbo Familia.
dec.21.verbo Famulus.
dec.1. verbo Famuli.
deciſion. 6. numero 10. verbo Fatalia.
ibi numero 3.verbo Fatalia.
dec.175.verbo Feriati.
dec.302. verbo Feuda.
deciſion. 202. verbo Fideicommiſſum.
deciſ.319. numero 5. verbo Fideiuſſio.
dec.256.verbo Fideiuſſor.
dec.253.verbo Fideiuſſor.
dec.21.verbo Filius.
dec.56.numero 1. verbo Filius,& verbo Filij.
dec.48.à numero 5.ad finem,verbo Foriudicatus.
dec.264.verbo Frater.
dec.125.verbo Fructus.
dec.119.verbo Fructus.
dec.272.verbo Fur.
dec.270.verbo Fur.
dec.35.verbo Fur.
dec.36.verbo Fur.
dec.38.verbo Fur.
dec.39.verb. Fur.1.& 2.
dec.41.verbo Fures.
dec.40.numero 4.verbo Fur.
dec.50.verbo Gratia.
dec 49.verbo Gratia.
dec.51.verbo Gratia.
dec.55.à nu 1.ad 11.verbo Gratia.
dec.211.verbo Hæres.
dec.212. verbo Hæres.
deciſion.223. numero 13. verbo Hæres.
dec.16.verbo Immunitas.
dec.18.verbo Immunitas.
deciſ. 19. numero 20. verbo Immunitas.
dec.136.verbo Immunitas.
dec.137.verbo Immunitas.
dec. 222. verbo Indultus.
deciſion.34.numero 17.verbo Ingrediens.
dec.174.verbo Inimicitia.
deciſion. 63. numero 19. verbo Iniurioſa.
dec.282.verbo Inſtantia.
dec.124.à numero 1.ad 6. verbo Intereſſe.
ibi numero 10. verbo Intereſſe.
ibi numero 11.& 12.verbo Intereſſe.
dec.262.verbo Interrogati.
deciſ. 158. numero 8. verbo Iudex.
dec.11. verbo Iudex.
dec.82. verbo Iudex.
dec.83. verbo Iudex.
ibi numero 22.verbo Iudex.
dec.86. verbo Iudex.
deciſ.139.à numero 1. ad 3. verbo Iudex.
ibi n.4. verbo Iudex.
dec.226.verb. Iudex.
dec.232.verbo Iudex.
dec.245.verbo Iudex.
dec.260.verbo Iudex.
dec.293. verbo Iudex.
dec.5.verbo Iudex.
dec.63.verbo Iudex.
dec.79.uerbo Iudex.
deciſion.80. numero 5. uerbo Iudex.
ibi numero 6. ad 9. uerbo Iudex.
ibi numero 10.uerbo Iudex.
dec.95.uerbo Iudex.
dec.89.uerbo Indicium.
dec.85. uerbo Iuriſdictio.
deciſion. 117. uerbo Ius offerendi.
dec.27.uerbo Ius uindictæ.
dec.160.uerbo Laicus.
deciſion.142. numero 12. uerbo Laicus.
deciſion.204.numer. 3.uerbo Legatarius.
dec.211. uerbo Legatum.
dec. 167. uerbo Legatum.
dec. 279. uerbo Legatum.
dec.288. uerbo Legatum.
deciſion.315.in fine,uerbo Legatum.
dec. 87.uerbo Legatum.
dec. 135. uerbo Legatum.
dec.253. uerbo Licentia.
deciſion.212. numero 17. uerbo Liquidatio.
deciſion. 258. uerbo Magna Curia.
deciſion. 290.uerbo Magna Curia.
dec.206.uerbo Mater.
dec.205.uerbo Mater.
dec 164. uerbo Milites.
dec.227.uerbo Milites.
dec.251.uerbo Milites.
deciſion.74.numero 3.uerbo Milites.
dec.246. uerbo Minor.
dec.57.uerbo Minor.
ibi n.10.uerb.Minor.
ibi à numero 1.ad 5.uerbo Minor.
dec.118.uerbo Minor.
dec. 191. uerbo Monaſterium.
dec.119.uerbo Mulier.
dec.130.uerbo Mulier.
deciſ. 99. ſub numero 22. uerbo Mulier.
deciſion. 133. uerbo Mulier 1. & 2.
deciſion.5.numero 8.uerbo Nominatio.
deciſion.225. numero 12. uerbo Nullitas.
deciſion.23. in fine, uerbo Nullitas.
dec.299.uerbo Nullitas.
deciſion.96.numero 2.uerb.Nullitates 1. & 2.
dec.166. numero 16. uerbo Officialis.
dec. 170.uerbo Officialis.
deciſ 63.à numero 1. ad 5. uerbo Officialis.
dec.61. uerbo Officiales.
dec. 151.uerb.Pactum.
dec. 172. uerb. Pactum.
dec.185.uerbo Pactum.
dec.121.à numero 1.ad 7. uerbo Pactum.
dec.161, uerbo Pater.
dec.180.uerbo Pater.
dec.208.uerbo Pater.
dec.77. uerbo Pater.
dec. 166.uerbo Peculatus.
dec.284 uerbo Pecunia.
deciſion.2. numero 17.uerbo Pecunia.
dec.259.uerb.Petitio.
dec.277.uerbo Pœna.
dec.29.uerb.Pœna.
dec.324.uerbo Popularis.
dec.126.uerbo Poſſeſſor.
dec.189.uerb.Prædia.
dec.112.uerb. Præferri.
dec.113.uerbo Præferri.
dec.268.n.11. uerbo Prælatio.

dec.

dec. 100. verbo Prælatio.
dec. 101. verbo Prælatio.
dec. 103. verbo Prælatio.
dec. 105. verbo Prælatio.
dec. 106. verbo Prelatio.
dec. 107. verbo Prælatio.
dec. 109. verbo Prælatio.
dec. 111. verbo Prælatio.
dec. 202. verbo Pretium.
dec. 165. verbo Primogenitus.
dec. 145. verbo Princeps.
deciſ. 53. numero 18. verbo Princeps.
dec. 231. verbo Principalis.
deciſio. 137. numero 1. verbo Probatio.
dec. 155. verbo Probationes.
dec. 225. numero 1. ad 7. verbo Procedi.
dec. 237. verbo Procedi.
dec. 326. verbo Procedi.
dec. 303. verbo Procedi.
dec. 178. verbo Procurator.
dec. 181. verbo Procurator.
dec. 241. verbo Proditorium.
dec. 209. verbo Prohibitio.
dec. 99. verbo Promiſſio.
dec. 62. verbo Prorex.
dec. 84. verbo Prorex.
deciſ. 53. numero 4. verbo Pronocatus.
deciſion. 4. numero 8. verbo Puniri.
dec. 138. numero 6. & 7. verbo *Pu*nitus.
dec. 137. verbo Qualitas.
dec. 267. verbo Raptens.
dec. 4. numero 3. & 4. verb. Reclamatio.
ibi numero 14. verbo Reclamatio.
dec. 146. numero 10. verbo Recognitio.
dec. 283. verbo Rector.
deciſion. 140. verbo, Regia Camera.
dec. 154. verbo Remiſſio.
dec. 178 verbo Remiſſio.
dec. 218. verbo Remiſſio.
dec. 222. verbo Remiſſio.
dec. 320. verbo Remiſſio.
dec. 26. verbo Remiſſio.
dec. 25. verbo Remiſſio.
dec. 217. verbo Remiſſio.
dec. 2. numero 17. verbo Remiſſio 1. & 2.
ibi numero 26. verbo Remiſſio.
ibi numero 27. ad 28. verb. Remiſſio.
dec. 3. verbo Remiſſio.
deciſ. 4. ſub numero 4. verbo Remiſſio.
dec. 7. verbo Remiſſio.
deciſ. 55. numero 19. verbo Remiſſio.
dec. 63. numero 7. verbo Remiſſio 1. & 2.
ibi numero 12. verbo *R*emiſſio.
dec. 64. numero 5. ad 7. verbo Remiſſio.
ibi numero 11. verbo Remiſſio.
dec. 69. verbo Remiſſio.
dec. 73. verbo *R*emiſſio.
deciſion. 10. numero 3. verbo Remiſſio.
dec. 314. verbo Repetitio.
dec. 37. verbo Repetitio.
deciſ. 2. numero 8. verbo Res affecta.
deciſion. 44. numero 6. verbo *R*eſtitutio.
dec. 242. verbo Reus.
dec. 265. verbo Sacrilegus.
dec. 243. verbo Sacrilegus.
dec. 313. verbo Scripturæ.
deciſ. 14. numero 12. verbo Sententia.
dec. 131. verbo Sententia.
dec. 304. verbo Sententiæ.
dec. 212. la ſeconda, verbo Sequeſtrum.
dec. 177. verbo Socij.
dec. 105. verbo Socij.
dec 180. verbo Solemnitates.
dec. 123. verb. Solutio.
dec. 198. verb. Subſtitutus.
dec. 224. verbo Suſpectus.
dec. 282. verb. Suſpitio.
deciſion. 11. la prima, verbo Suſpitio.
dec. 52. verbo Tempus.
dec. 4. à numero 18. ad 28. verbo Terminus.
deciſ. 90. numero 27. verbo Terminus.
deciſ. 92. numero 2. verbo Terminus.
deciſ. 136. numero 4. verbo Terminus.
dec. 146. num. 11. verbo Terminus 1. & 2.
deciſion. 306. in fine, verbo Terminus.
deciſion. 90. numero 7. verbo Tertius.
deciſ. 89. numero 19. verbo Tertiur.
deciſ. 90. numero 21. verbo *T*ertiur.
ibi numero 22. verbo Tertius.
ibi n. 36. verbo Tertius.
ibi n. 37. verb. Tertiur.
ibi n. 38. verbo Tertius.
dec. 120. verbo Tertiur.
deciſion. 196. uerbo Teſtamentum.
deciſion. 197. uerbo Teſtamentum.
dec. 248. uerb. Teſtis.
dec. 163. uerb. Teſti.
deciſion. 139. numero 4. uerb. Teſtes.
dec. 22. n. 24. uerb. Teſtes.
ibi numero 25. uerb. Teſtes.
dec. 23. uerb. Teſtes.
deciſion. 67. numero 1. ad 4. uerb. Teſtes.
deciſion. 97. numero 12. uerb. Teſtes.
ibi n. 13. uer. Teſtes.
deciſion. 98. uerbo Teſtes.
deciſion. 45. numero 2. uerb. Torqueri.
deciſion. 28. uerbo Tortura 1. & 2.
dec. 138. uerb. Tortus.
dec. 301. uerb. Vendi.
dec. 195. uerbo Venditio.
dec. 281. uerb. Venditio.
dec. 131. uerb. Venditio.
dec. 150. uerb. Verba.
deciſion. 127. numero 4. verb. Vicinus.
dec. 218. uerb. Vſusfructus.
dec. 276. uerb. Vxor.
dec. 30. uerb. Vxor.

Idem in Addition. ad Deciſiones.

dec. 43. ſub num. 43. uerbo Adminiſtratio.
dec. 192. uerb. Aſſenſus.
dec. 322. uerb. Cedere.
dec. 2. ſub num. 16. uerb. Clericus 1. & 2.
dec. 135. uerb. Electio.
dec. 99. uerbo Fendalia.
deciſion. 70. numero 24. uerbo Fiſcus.
dec. 299. numero 14. uerb. Inſtrumentum.
dec. 127. n. 4. uerb. *Laniæ*.
dec. 2. uerb. Pecunia.
dec. 103. uerb. Prælatio.
dec. 307. uerbo Scripturæ.
dec. 321. uerbo Terminus.
dec. 110. uerbo Vicinus.
allegat 170. uerbo Officiali.

Ioãnes Maria Nouarius I.C. *ſuper Pragmaticis Regni, ac in diuerſis operibus.*

In prag. 2. de abolit. coll. 3. ſub n. 70. uerb. Abolitio.
ibi n. 3. uerb. Abſolutio.
ibi n. 3. uer. Abſolutus.
prag. 23. coll. 21. n. 2. de Baron. uer. Actnaria.
prag. 17. coll. 14. n. 5. de Actuariis, uerbo Actnarius.
ibidem numero 6. uerb. Actuarius.
rub. de Actuariis, coll. 1. n. 5. uerb. Actuarij.
pragm. 10. num. 3. de Actuariis, uerbo Actuarij.
prag. 5. collectan. 6. nu. 10. uerbo Actuarij
prag. 17. coll. 14. n. 7. de Actuariis, uerbo Actuarii.
prag. 1. coll. 2. n. 29. de Baron. uer. Adiutorium.
prag. 15. coll. 6. n. 37. de ſuſp. Offic. uerb. Aduocatus.

prag.

prag.1. coll.2.n.8.ne quid in loco publico,uerbo Animalia.
prag.1.n.8.de ſalar.eorum, coll.2. uerbo Animalia.
rub.de donat.propter nupt.coll.1. n.18.uerbo Antefatum.
prag.63.coll.10.n.10.de offic.Procur.Cæſ. uerbo Apoca.
prag.12.collect.12.n.10.de Baron. uerbo Aquarum.
prag.10.coll.11.n.3.de feud,uerb. Aſſenſus.
ibi n.2.uerb.Aſſenſus.
prag.8.coll.9.n.1.de feudis,uerbo Aſſenſus.
prag.6.collect.10.de feudis,uerbo Aſſenſus.
prag.1.coll.1.n.10.de Aſsiſt.uerb. Aſsiſtentia.
rub.de Aſsiſtent.coll.1.n.18. uer Aſsiſtentia.
rub.de Offic.& quæ iis proh.coll. 1.n.6.uerbo Baiulus.
prag.2.coll.1.de Baron.n.4.uerbo Baro.
prag.1.coll.2.n.50.uerbo Baro.
prag.1.n.11.de ſalar. eorum, uer. Baro.
ibidem coll.2.n.13.uerbo Baro
ibidem n.16.uerb Baro.
prag.2.coll.3.n.5. & 6.de Baron. uerbo Barones.
ibidem n.13.uerbo Barones.
prag.3.coll.4.n.10.uer. Barones.
prag.10.coll.10.n.6.de Baron.uer. Barones.
prag.12. coll.12.n.19. de Baron. uerbo Barones.
prag.63 coll.10.n.16.de offic.Procur.Cæſ. uerbo Carcerato.
rub.de Carcer. coll.1.nu.5. uerbo Carceres.
pra.6.col.7.n.3.de app.uer.Cauſa.
prag.2.coll.3.n.70.de abolit.uerb. Cauſæ.
prag.2.coll.2.n.6.de ceſſ.bon.uer. Ceſsio.
rub. de inſtant. cauſæ non reſtit. coll.1.n.7.uer.Clericus.
prag.6.coll.7.n.13.de Baron. uer. Componere.
prag.1.coll.2.n.3.de Arb.uer.Cõpromiſſum.
ibi n.26.uer.Compromiſſum.
ibi n.20.uer. Compromiſſum.
prag.1.coll.2. num. 28. de loc.& cond. uer.Conductor.
prag.71.coll.11.n.4. de offic.Procur. Cæſ.uer.Conductor.
prag.1.de S.C.Maced.coll.1. n.6. uer. Contractus.
ibi n.11.uer. Contractus.
prag.12. n.1.de Actuariis,uer.Cõtumacia.
prag. 8.coll.6.n.4.de inſtr. liquid. uer.Debiror.
prag.11.col.11.n.3.de Baron.uer. Defenſæ.
prag.1. coll.2.nu.35.de ceſſ.bon. uerbo Dilatio.
ibi n.33.uerbo Dilatio.
ibi n.32.verbo Dilatio.
prag.2.coll.3.n.12.de admin. Vniuer. uerbo Electio.
prag.4.coll.2.n.10. verb. Exceprio
prag.1.coll.2.n.5.de extract.uerbo Extrahentes.
prag.2.coll.3.de abolit.n.57.verb. Falſificans.
prag.1.coll.1.n.27.de S.C.Maced. verbo Filiusfam.
ibidem n.8.verbo Filiusfam.
prag.12.coll.12.n.16.de Baronib. uerbo Gabellas.
prag.1.coll.2.n.4.de ceſſ. bon.verbo Grauamina.
prag.17.coll.14.n.8. de Actuariis, verbo Hypotheca.
rub.de iure,& extract.Fiſc.coll. 1.n.7.verbo Immunitas.
prag.5.coll.9.n.4. de Baron. verbo Indices.
prag.11.coll.5.n.4. de milit. verbo Iudices.
prag.1.coll.2.n.17.de offic.Baiuli, verbo Iuramentum.
prag 2.coll.3. nu.4. de compoſit. verbo Ius petendi.
prag.1.coll.2.n.6.de carcer.verbo Ius portelli.
ibidem n.2. uer. Ius Portelli.
prag.1.de aquis,coll.2. n.3. verbo Lauatio.
prag.1,coll.2.n.8.de Mag.Act.ver. Locator.
prag 21.coll.5.n.3. de milit.verb. Milites.
rub.de ſuſp.Offic.coll.1.n.4.verbo Monaſterium.
prag.8,coll.5.de citat. verbo Neapolitani.
prag.2.coll.3.n.4.de immunitate Neap. verbo Neapolitani.
prag.6 coll.3.n.1.de condem. pro del. verbo Nobilitas.
prag.1.coll.1 n.3.de numm.verbo Nummularij.
prag.1.coll.2.de ſalar.eorum,&c. verbo Onera.
prag 4.coll.4.n.31.de admi.Vniu. verbo Parlamenta.
prag.7.coll.7.n.10.de falſis,verbo Petens.
prag.1.coll.12.n.3. de offic.Baiuli, verbo Pœna.
ibidem n.4.verbo Pœna.
prag.15.coll.6.n.8. de ſuſp. Offic. verbo Pœna.
prag.4.coll.2.n.3. de poſſeſ. non turb. verbo Poſſeſſores.
prag.2.coll.3. n.15. de fide inſtr. verbo Qualitas.
prag.5.coll.4.n.14. de offic. S.C. verbo Reclamatio.
ibi n.18.ver.Reclamatio 1.2.
ibi n.20. verbo Reclamatio.
prag.1.coll.2.de inſt.cauſ.non reſtit.n 8.verbo Refectio.
prag.1.coll.1.n.8. vbi de del. quis conu.deb.verbo Remiſſio.
prag.2 coll.3.ſub n.9. de compoſ. verbo Remiſſio.
prag. 1.coll.1. n.31. ubi de delict. quis conu.deb.ver.Remiſſio
ibi n.31. verbo Remiſſio.
ibi n.28.verbo Remiſſio.
rub.de veſt.fam.proh. coll.1. n.6. & in Add.ad Prag.4.de Chirurg.& Barbitonſoribus,uer. Remiſſio.
rub.de repræſalijs, coll.1. nu. 9. verbo Repræſaliæ.
prag.59.coll.20.n.9. de offic. S.C. verbo Repulſa.
prag.11.coll.11.n.7. de ord.iudic. verbo Repulſa 1.2.
prag.5.coll.4.nu.19. de offic. S.C. uerbo Reſtitutio.
prag.2.coll.3.de ſale ven.ver.Sal.
prag.1,coll.2.n.9 de ſalar.eorum, verbo Salarium.
ibi n.18.verbo Salarium.
prag 4.coll.5. de Actuariis, verbo Senex.
prag.1.coll.2.n.50. de ceſſ. bonor. verbo Sententia.
prag.61.coll.22.n.3. de offic. S.C. verbo Sententia.
prag.1.coll.2.n.17.de ſalar.eorum, verbo Seruitia.
prag.5.coll.4.n.22. de offic.S. C. uerbo Silentium.
prag.2.coll.3.n.7.de admin. Vniuerſ.verbo Subſtitutus.
prag.1.coll.2.n.3.de ſuſp.Official. verbo Suſpitiones.
rub.de præſcript.coll.2.n.2.verbo Terminus.
prag.2.coll.3.nu.8. de citat. verbo Teſtes.
prag.1.coll.1.n.2.de teſt.ref.verbo Teſtes.
rub.de quæſtion.coll.1.n.28. verbo Torquens.
prag.3.coll.3.n.12.de offic. Iudic. verbo Tutor.
prag.2 de abolit.coll.3.n.67.verbo Vaſalli.
rub.de cuſt.carc. collect. 1. ſub n. 1.verbo Vaſalli.
prag.25.coll.19.n.7.de feudis,verbo Vita,& Militia.
ibidem n.16.verbo Vita,& militia.
prag.1.coll.2.num.10.verbo Vniuerſitas.

In Praxi de Electione, & variatione fori par.2.

ſect.3.q.20.n.15.verbo Arbiter.
ſect.2.q.7.n.6.& 7.uer.Electio.
ſect.3.q.3.ver.Electio.
ibi q.5.ver.Electio.

De Grauaminibus vaſallorum
Tom. 1.

graua-

Digitized by Google

grauam,169. verbo Aerariatus.
grauam.199.verbo Baro.
grauam.127.n.2.verbo Baro.
grauam.160.n.5.verbo Baro.
grauam.85.verbo Baro.
grauam 186.n.3.verbo Barones.
grauam.9. verbo Munera.
grauam.6.verbo Munera.
grauam.256. verbo Vaſalli.

Tom. 2.

grauam.65.ſub n.5. ver.Remiſſio.

Tom. 3.

grauam.40.verbo Aerarij.
grauam.43.verbo Baro.
grauam.5.n. 11.ver. Grauamina.

Idem in Deciſionibus Apuleg.

dec.23.in fine, verbo Aleie.
dec.16 ſub n 4.ver.Appellatio.
dec.100.ſub n.7.ver. Conſenſus.
dec.5. ver.Creditores.
dec.27.ver. Debitor.
dec.52.n.2. ver. Executio.
dec.244.ver. Filiusfam.
dec.41. in fine, ver.Nullitates.
dec.14. n.9.ver. Procurator.
dec.10.n.1. ver. Remiſſio.

Idem in Tract. de Dation inſolutũ

ſect 2.q.3. n 4. verbo Creditores.
ibi q.28.n.4.ver.Seruitia.

Idem Pract.concluſ.

concluſ.6.n.5.ver.Remiſſio.
concl.5.alias 92.n.5.ver.Remiſſio

Marcellus Marcianus I.C.ac Regius Conſiliarius.

conſ.53.ſub n. 5.verbo Antefatũ.

Marcellus Doctula I. C.

ad Ant.Capyc.dec.173.verbo Hypotheca.

Matthaeus de Afflictis olim Regius Conſiliarius.

c.1.ex quib.cau.feu.am.ver.Feudũ.

Nicolaus Antonius Marotta I.C. *in tractatu de collecta, &c.*

cap.20.n.6.uer Bonatenentiam.
cap.13.n.7. verbo Ceſſionarius.
cap.1.à n.1.ad 3. uer. Clerici.
cap.4.n.3.uerbo Functiones.

Scipio Rouitus I. C. *ac Regius Cõſiliarius, inde Regens Regiam Cancellariam, in nouiſſima impreſſione ſuper Pragmaticis.*

prag.24.n.75.de feudis,uerbo *Liquidatio.*
prag.3.n.6.de offic. S. C. uer. Remiſſio.

D.Thomas Carleual I.C. Hiſpanus Regius Conſiliarius in ſuis tract. de Iudiciis Tom.1.

lib.1.tit.3. diſput. 30. numero 21. uerbo Creditor.
lib.1.tit.1.diſp.2.q.9.ſect.3.numero 936.uerbo Diſpoſitio.
lib.1.tit.1.diſp.2.q.6.ſect.9.numero 700.uerbo.Incidens.
lib.1.tit.1.diſp.2.q.7.ſect.3.numero 909.uer. Incidens.
lib.1.tit.1.diſp.2.q.6.ſect.7.numero 556.uerbo Remiſſio.
ibidem ſect.3.n.879.uerbo Remiſsio.
ibidem q.7.ſect.7.numero 910. uerbo Remiſſio.

Tom. 2.

lib.1.tit.3.diſp.26.numero 28.uerbo *Legitima.*
lib.1.tit.2.diſp.8.numero 32. uerbo Sententiæ.

Vincentius de Franchis I. C. *olim Regius Conſiliarius, & inde Præſes S.R.C.*

dec.17.n.8.uerb. Dominus.
dec.591.n.1.uerbo Donatio.
dec.496.uerbo Emptor.
dec.646. uerbo Fatalia.
dec.73.uerbo *Legitima.*
dec.112, uerbo Mater.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli